BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8 M
23 — M
1

Digitized by Google

Digitized by Google

XII. 16. 9

BIBLIOTECA

Digitized by Google

CONCILIVM
ILLIBERRITANVM,
ADIVNCTIS
MENDOZÆ, ET ALIORVM
COMMENTARIIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

VETVSTISSIMVM,
ET NOBILISSIMVM

CONCILIVM ILLIBERRITANVM,

QVARTO INEVNTE SÆCVLO
in Hiſpania celebratum,

CVM DISCVRSIBVS APOLOGETICIS
Ad CLEMENTEM VIII. Pont. Max. de eo Concilio confirmando, Viri Sapientiſſimi D. FERDINANDI DE MENDOZA, nobilis Hiſpani: additis inſuper Notis Diuerſorum.

Quibus accedunt etiam Notæ vberiores inſtar iuſti Commentarij EMANVELIS GVNDISALVI TELLEZ, IC. *Hiſpani, Doctoris Salmanticenſis, Iuriſque Canonici perpetui Veſpertini anteceſſoris, & in maiori Conchenſi Collegio Sodalis, Inquiſitoris Apoſtolici in ſancto Pinciano Tribunali, qui variorum Notas ſelegit, & edidit.*

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODEVNT.

LVGDVNI,
Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, PETRI BORDE, & GVILL. BARBIER.

M. DC. LXV.
CVM APPROBATIONE ET PERMISSV SVPERIORVM.

Digitized by Google



Digitized by Google

DOCTOR D. EMMANVEL

GONDISALVVS TELLEZ,

HVIVS SYNTAGMATIS EDITOR

Disciplinæ veteris Ecclesiasticæ studioso S.

ON abs recensui, erudite Lector, consilij mei erga repetitam hanc lectionem à me procuratam, & adornatam compotem te facere: agnosces inde nihil hic agi, quod priuatam meam vtilitatem respiciat: publicam omnium litteratorum, imò Ecclesiæ, quæsitam fuisse. Faxit Deus, vt qua mente opus agitatum fuit, recipiatur, vt Dei cultui, Patriæque decori, & legentium deseruiat vtilitati.

Quidam disponunt ea, quæ vltrà vitam sunt, moles magnas sepulchrorum, & operum publicorum dedicationes, & ad rogum munera & ambitiosas exequias. *Qua ex parte æternitatem captant, perituris, & mortalibus famam suam inniti profitentur.* Heu steriles veri! *Nesciunt in quo æternitas consistat, quæruntque illam in rebus aduersus quas, vel maximè pugnat iniuria temporum. Alij gloriam nominis à facinoribus præclaris auspicantur, aucupanturve, per quæ in populos dimittitur, in ætatésque promittitur glorioſa notitia. In his Mutius, qui interritus, Regique terribilis manum torruit. Horatius, qui sponte se dedit præcipitem. Deicus, qui se deuouit, mactauitque Patria, vt dicebat. Exciderunt tamen spe; quotus enim quisque est, vt ait Cicero,* in somnio Scipionis, *qui Mutium, Coclitem, aut Decium audierit? Plures certè sunt, qui Romanos quondam fuisse, tanquam ex longinquo audiunt.* O, quantum est in rebus innane! *proclamat Persius. Sunt & alij, qui à præclaris ingenij monumentis famam nominis captant, quibus æternitatem promittunt ære perenniorem, regalique situ pyramidum altiorem: aduersus quam nihil valeat aui ira, ignis,*

Seneca *de brevitate vitæ, in fine.*

Pers. *Satyr. 5.*

tempus edax, nec tinea: accidit verò illis non ſemel, quod ſibi Satyrographus metuebat:

Quis leget hæc? min tu iſtud ais? nemo herculè: nemo.
Vel duo: vel nemo: turpe & miſerabile.

Denique ſunt altiores animæ, quibus in ſubeundo ſcribendi labore nihil antiquius occurrit, quam publico prodeſſe, Eccleſiæ, Regni, Iuſtitiæ, publicam cauſam agere: iuuentutem bonis imbuere præceptis, veritatem à calumniis vindicare, eiuſdem hoſtes retundere, dignitatem Patrum, Patriæque aſſertum ire, cum obtrectatoribus manum conſerere. Quos equidem laude digniſsimos quiſquam per ſe cenſere debet: interim audiatur Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis: Scriptor Eccleſiam ditat, ſcriptor Eccleſiam armat, ſcriptor Eccleſiam cuſtodit, ſcriptor poſteris ſal ſapientiæ miniſtrat, ſcriptor largitur, miſeretur, & commodat, *& plurima, quæ eſſent tranſcribenda.*

De laudibus ſcript. tom. 1. oper.

Sic depinxi, & in hoc cenſu recenſeo, ſiue in hac claſſe nobiliſsimum, & egregium Virum Dominum D. Ferdinandum de Mendoza filium illuſtrem Domus de la Corzana, ſurculum notiſsimum ab ſtirpe Regia Ducum, de el Infantado. Qui à tenera ætate Iuris prudentiæ operatus Canonicæ, iuuilique ingenij, & litterarum præclarum ſpecimen edidit in ſuis de pactis diſputationibus, quas doctis omnibus valdè placuiſſe, vidit, & gauiſus fuit per multos annos Ferdinandus noſter: quia cum in iuuentute illas edidiſſet, conſenuit vſque ad curſum humanæ vitæ ferè extremum. Mens verò altior, quam ius priuatum expoſtulabat, non potuit ſe ſiſtere in his minutiis: grandiúſque penſum ſibi aggrediendum, abſoluendúmque propoſuit, & cum cerneret Concilium Illiberritanum ineunte quarto Eccleſiæ ſæculo in Hiſpania celebratum ante vniuerſalia concilia, à multis, Hiſpanîſque nonnullis ſcriptoribus ſacris minoris cenſeri, quædámque in eo reſpui, quaſi non purè orthodoxa, non pia, & ſuperſtitionibus adhærentia: calamum arripuit, acuitque, graphio, & ſtylo pugnaturus pro incolumitate, & integritate fidei Patrum, Patriæ honore, & ſanctitate Oſij Cordubenſis: apologiámque ad Petri ſedem dirigit, Brachium regium ſuſcitat, & implorat. Sed hæc melius ab eo diſces: recoquere quippe Ferdinandi præfationes mihi in animo non ſedet.

Procurata, maturatáque fuit editio regiis ſumptibus. Ea enim fuit cura Philippi Prudentis, ea in defenſionem fidei propenſio, vt calchographia regia ſudaret ſemper in operibus edendis, quæ antiquiſsimam Hiſpaniæ Hiſpanorûmque fidem teſtarentur. Pauca ideò exemplaria edita fuerunt, eáque Romam miſſa, & per Hiſpaniam diſtributa, non vanui expoſita; quippe non ad compendium, neque

ad

ad pompam edebantur; ſed ad intentum defenſionis: & ad procurandam à ſancta ſede Concily confirmationem. Quapropter rarus liber, idémque doctißimus, & locupletißimus theſauri inſtar in Bibliothecis ſeruabatur: tria, quatuorve exemplaria Salmantica inueniri, vbi ſapientia in pretio eſt, magnum quid, & miraculo proximum reputabatur. Deſiderarunt viri ampliſſimi, & de litteris optimè meriti, vt opus hoc maiori publicatione dignißimum, iterum prælo daretur, cum viderent exterorum doctißimos eius omninò expertes eſſe, cum Concilium ipſum illuſtrarent, Canonéſque interpretarentur, & defenderent. Ego etiam cætera à Clariſſimis meis Præceptoribus edoctus, hoc deſiderio imbutus fui; optauique, vt mihi vnquam daretur occaſio iterum prælo committendi ſcriptum hoc egregium, vtiliſſimum, nobiliſſimum.

Ecce res ex voto ſuccedit. Ioannes Coronaus nobilis inſtitutor, Typographus Baionenſis, qui à me deſiderium excepit in hac ipſa Valliſoletana Ciuitate, in qua ſancto Tribunali Inquiſitor aſſideo; ſumptus repetitæ editionis vltro offert, & promittit; exemplárque poſcit quod in mea Bibliotheca ſumma cum æſtimatione aſſeruabatur. Non ſuſtinui negare, aut differe rem gratiſſimam omnibus antiquitatis Eccleſiaſticæ amatoribus; ſed poſt annos à prima editione, ſine incremento denuò prodire à Bibliotheca mea, ægrè, & verecundanter ferebam. Laxamentum ergo aliquod temporis impetraui, per quod nonnullorum doctißimorum Virorum elucubrationes, ſcholia, notas, ad hoc ipſum Concilium editas recolligerem, ſinguliſque canonibus aptarem, ex eorum libris captas, ſine diminutione augmentovè: vt vno contextu legatur, & in ſuo loco, quidquid alibi obſeruatum eſt, ad illuſtrationem ſanctißimæ Synodi. Omnium, *inquit Seneca,* occupatorum conditio miſera eſt, eorum tamen miſerrima, qui ne ſuis quidem occupationibus laborant. *Hanc notam libenter ſubeo, vt in publicum quadamtenus vtilis eſſe poſſim. Inter occupationes ergo officij mei, quæ nec leues ſunt, nec prophanæ; & ſcriptionis, qua ad ius Canonicum (ſi Deus otium, ſalutem vitámque indulſerit) commentaria abſoluta apparo: quatuor menſibus indutiarum à Bibliopola impetratis (quod eſt, dico) cuius intererat editionem Concily non protrahi, & quorum vtilitatibus debemus etiam conſulere, qui opera edemus vænui exponenda: ſyntagmata Illuſtriſſimi, & Doctißimi Epiſcopi Aurelianenſis Albaſpinæi, Seuerini Binij, Langy Coriolani, Garſiæ à Loayſa euolui, & poſt Apologetica Commentaria Mendozæ inſerui. Hinc apparebit, quanta cura Illiberritani Concily viros hac ætate maximos tenuerit.*

De Breuit. vitæ, cap. 19.

Addidi etiam à memetipſo notulas, & gloſſemata, ſed fateor, non

multo mihi ſtetiſſe: digeſſi tantum, & dilataui, quantum per tempuſculum licuit, qua ad Concily oram attexueram, memoriæ cauſa. Videbitur forſan duris, rigidiſque cenſoribus, parum me poſthumæ fama conſuluiſſe, in hac prima monumentorum meorum editione, cum propriæ notæ non ſatisfaciant, reſpondeantvè expectationi Proprietarij Anteceſſoris Salmanticenſis, Regio, & Apoſtolico Miniſtro. At mihi fama vilius conſtet & probetur in me nouiſſimum ingenium, *vt ait Prophanus ille, dum Concilium noſtrum prodeat in publiciorem lucem, quo doctis prodeſſe poſsit.*

Verum enim vero, duo tomi, quibus explico, & pro viribus meis illuſtro (quas debiles ſatis eſſe, vt mihi ſcio, libens profiteor) duos priores Decretalium Gregorij I X. libros, quos Concilio comites dedi ſub eodem typographo; & notulis noſtris maiorem claritatem dabunt, & ſi neceſſe ſit, expectationem vindicabunt noſtram. Quod obiter dictum velim, quia huiuſce rei cura parum me agit, aut angit.

Hæc ſunt de quibus Lectores Concilij noſtri monitos velim, quos interim precor, vt laborem noſtrum, virorúmque doctiſſimorum, qui in illo exponendo horas libenter collocarunt, boni conſulant, legant, relegant, & vnuſquiſque qua pollet eruditione, & lectione pergat vetuſtiſſimum Concilium defendere, illuſtrare, vt aliquando votis fruamur, ad inuidiam vſque felicibus: ſi ſanctiſſimæ ſedis decreto confirmatum illud viderimus. Valete.

AL

AL REY NVESTRO SEÑOR

DON PHELIPPE II.

SOBRE LA DEFENSA, Y APROVACION del Concilio Illiberritano.

DON FERNANDO DE MENDOZA.

SEÑOR.

SI el estudio y diligencia, que he procurado poner en este trabajo, que ofrezco ahora à V.M. correspondiessen al zelo con que le empecè, y acabè, pensaria auia hecho a V. M. vn seruicio muy de su gusto; pues quanto se alcançasse del de Dios, de su Iglesia, y destos Reynos, a que se endereça; tanto es cierto auria alcançado del de V. M. viniendo à ser en esto todos vno.

Es defensa de vn Concilio de España, que aunque en dotrina y religion, es muy conforme à los demas aprobados de la Iglesia, en numero de Decretos ygual à muchos; y en antiguedad de tiempo superior a todos: no han faltado hereges en Inglaterra, Francia, y Alemania, que en lo primero y postrero, ayan intentado hazerle dos injurias, tan proprias de sus Autores, Caluino, Ingleses, y Magdeburgenses, quan agenas de la Fê y religion de los santos Martyres y Confessores, que se hallaron en el; cuya autoridad y dotrina, fue antes deste Concilio muy estimada en las Prouincias de España: y despues tenida, y seguida en las demas de la Christiandad, por todos los Concilios Generales y Prouinciales que en aquella hera celebrò la Iglesia.

La que toca al tiempo, es de los hereges Ingleses y Magdeburgenses, que le procuran quitar los vnos nueuecientos, y los otros quatrocientos años enteros de su antiguedad, *a* con menor Fê, y caridad, y mayor impiedad que lo que suena: porque no solo pretenden quitar à España la honra que de justicia se le deue, assi por la antiguedad de la Religion, como por la confession de la Fê, que aqui hizo y dexò escrita: sino tambien pretenden quitar à la Iglesia Catolica, la parte de los argumentos y fuerças que tiene, en ochenta y vn Decretos deste Concilio, para probar la antiguedad de las tradiciones diuinas, y Ecclesiasticas: porque con ellos se comprueuan casi todas las que oy conserua y guarda la Iglesia.

Este agrauio pretendo se deshaga, y que se conuierta en vna honra mayor, tan deuida à este Concilio; quanto oluidada de todos los escritores

a Ex Arnaldo Pontacho Episcopo Vasetensi & Alano Copo referuntur lib. 1. c. 2. huius libri de confirm. Concil. Illiber. ad Clementem.

tores deſte Reyno; que es, ſer eſte EL PRIMER CONCILIO de la Igleſia; no ſolo de la de Eſpaña, ſino aun tambien de la Catolica, y de quien ſe han aprouechado caſi todos los que en mil y trezientos años ſe han celebrado en ella. Dexo los que hizieron los Apoſtoles en Ieruſalem, deſpues de la muerte de Chriſto; que por referirlos S. Lucas en los Actos de los Apoſtoles, vienen à ſer mas parte del nueuo Teſtamento en que eſtan, que Concilios de por ſi: y con eſta conſideracion jamas ſe han pueſto en el numero, y tomos dellos.

La honra que digo deuerſe à Eſpaña, por ſer della el primero de los Concilios que ay de la Igleſia, aunque es tan grande, pienſo ſe la han de venir à conceder facilmente las demas naciones del mundo; pues ſabiendo que fue la primera que nueſtro Señor quiſo honrar, y regalar, aſſi en ſu nacimiento, como deſpues de ſu muerte: en ſu nacimiento, haziendo parecer en Eſpaña (como refiere S. Thomas *b*) tres ſoles de ygual grandeza, que poco à poco ſe vinieron à juntar, y conuertir en vno: repreſentando la diſtincion y igualdad de las perſonas diuinas, y la vnidad de la eſſencia: y que lo vno, y lo otro, auia de ſer conocido en eſte Reyno, antes que en otro del mundo, y tan fielmente ſiempre conſeruado: deſpues de ſu muerte, en que quiſo, y ordenò, que fueſſe tambien la primera adonde ſe predicaſſe, y publicaſſe ſu Euangelio; es forçoſo que confieſſen con eſto, no ſolo que es eſte Concilio Eſpañol, el primero de todos los que tiene la Igleſia, ſino que tenia Eſpaña preciſa obligacion y neceſſidad de hazerle, y profeſſar en el publicamente, y por eſcrito, como lo hizo, todo, ò lo mas ſuſtancial de la Religion, que de palabra auia recebido de los Apoſtoles: pues era eſte reconocimiento muy deuido: lo vno, à la antiguedad de la Religion, lo otro, à la grandeza del beneficio y gracia que auia recebido.

b S. Thom. 3. p. q. 36. art. 3. in ſolut. ad 3.

Con la ſegunda injuria han procurado Caluino y otros hereges, y lo que es mas de ſentir, no hereges ſolos, ſino muchos Catholicos quitar toda ſu autoridad à eſte Concilio: los vnos confirmando con el ſus errores: los otros afirmando no ſer Catolica ſu dotrina: y aſſi vienen ya à hablar del muchos, como ſi fuera Conciliabulo de Nouaciano, de Arrio, de Macedonio, ò Vigilancio: y eſto no lo han dicho y publicado ſolo en los libros de particulares que andan eſparcidos (aunque eſtos ſon muchos, aſſi de eſtrangeros como de naturales deſte Reyno) ſino que tambien en los tomos de Concilios Generales y Prouinciales, que tiene la Igleſia para ſu gouierno: y adonde no ſe ſuele, ni deue, ni puede poner coſa que no ſea ſacroſancta, y que ſe tenga como por regla y Canon de la Igleſia, en la edicion vltima de cinco tomos, dirigida à ſu Santidad de Sixto V. ſe pone al principio deſte como por cabeça, que es Concilio nunca recibido de la Igleſia, por los Canones erroneos que tiene: injuria por cierto bien indigna de la religion de tal Concilio: y que conuenia deshazerſe, reſpondiendo y ſatisfaziendo a los Catolicos con eſtudio y cuydado ygual à ſu deſcuydo: y à los hereges con pena y caſtigo corporal muy conforme à ſu impiedad y delicto. Eſto ſegundo toca al Emperador y Rey de Francia, en cuyos Reynos ſe maltrata eſta ſanta dotrina: pero lo primero a V.M. y a ſus vaſſallos, por quienes conuiene ſe reſponda a las calumnias que oponen à eſte Reyno y a ſu Religion.

Entre

Digitized by Google

Entre muchos que Eſpaña ha criado en virtud y letras muy inſignes, no he viſto q̃e haſta ahora aya querido alguno encargarſe deſta empreſa, ſiruiendo à ſu ley, à ſu Rey, y à ſu nacion, como pedia la obligacion de todo eſto junto: auiendo ahora y ſiempre acudido con gran valor à todas las que en armas y letras ſe les han ofrecido. Solo he viſto de pocos dias a eſta parte acabada ya eſta obra, que le defiende en otra ſuya, Garcia de Loayſa Maeſtro del Principe nueſtro ſeñor, y Limoſnero mayor de V. M. que parece, que eſte cargo que tiene de ayudar y fauorecer a los pobres biuos, ha querido tambien eſtenderle con nueuo genero de piedad à los difuntos, tan neceſſitados deſta defenſa, como eſtotros de ſu limoſna.

Poſtea Albaſpineus qui in canone 34. Mendozam non vidiſſe.

Pero como el fin de Garcia de Loayſa ha ſido mas general, que es recoger y corregir la letra de todos los Concilios de Eſpaña, conforme à diuerſos originales antiguos que ha tenido: y que han bien aprouechado para emendar las faltas de los comunes, y deſpues añadir algunas notas en declaracion de los Canones dificultoſos que ſe ofrecian: no pudo, ni conuino à la breuedad de ſu inſtituto, ſatisfazer tan copioſamente à la malicia de los hereges, y à la neceſſidad que auia de vna defenſa particular deſte Concilio, contra los errores que le oponen: como en otro tiempo la tomò a ſu cargo del Epheſino S. Cyrilo, contra Neſtorio Arçobiſpo de Conſtantinopla: y en defenſa de nueſtra Religion, contra los errores que en ella notauan los Gentiles, hizieron lo miſmo ſan Iuſtino Martyr, en la Apologia que ofrecio à el Emperador Antonino Pio, Melito Sardenſe, Apolinar, y Athenagoras en las que ofrecieron à Antonino Vero, Quadrato diſcipulo de los Apoſtoles, y Ariſtides Filoſopho Athenienſe en las que preſentaron al Emperador Adriano: y finalmente como eſcriuieron ſobre la miſma defenſa Tertulliano en ſu Apologetico, contra Scapula, y ſan Cypriano contra Demetriano, y ſan Auguſtin en los libros que intitulò de la ciudad de Dios à Marcellino.

Muchos dias ha que yo he deſſeado hazer eſto, con fin de ſuplicar à V. M. ſe ſirua de boluer en eſta cauſa (como en todas) por la Religion de la Igleſia, por la autoridad de ſus Santos, y por la honra de Dios y de ſus Reynos. Y que por medio de V. M. (viſta y aueriguada la verdad de la dotrina y religion deſte Concilio, como ſe procura probar en eſte miſmo libro) ſe perſuada ſu Santidad que conuiene confirmarle, declarando ſer ſu dotrina muy conforme à la de Chriſto, y ſu Euangelio, y a todos los demas Decretos de Concilios, Pontifices y Santos, que ha auido haſta oy en la Igleſia: para que ni los hereges ſe atreuan, ni los Catolicos ſe deſcuyden en hablar del, con menor reſpecto y conſideracion de la que ſe le deue.

Bien veo, ſer eſte trabajo muy ſuperior a mis fuerças: pero como ſé que es ygual à la Religion, piedad y zelo de V. M. vengo à cobrar las que por mi me faltan; y à eſperar que la autoridad de V. M. con la juſticia de la cauſa, ha de reſtituyr en muy breue tiempo à ſus Reynos, y à la Religion Catolica, la que le han quitado los muchos que ha que ſe celebrò eſte Concilio, y la impiedad de los hereges.

Para alcançar eſto, y para creer que la dotrina deſte Concilio, es Catolica

Catolica y ſancta, concurren todas las razones que ſe podian ofrecer o deſſear, aſſi mirando el lugar donde ſe celebrò, y el tiempo: como las perſonas que le celebraron; porque el lugar fue ſanto, ſanto el tiempo, y los Obiſpos ſantos.

El lugar fue Illiberris vna Ciudad grande y antigua de Eſpaña, de cuyas ruynas ſe vino deſpues à edificar la de Granada, que eſtà à dos leguas y quarto della. Fue ſiempre Illiberris ciudad muy noble, aſſi por la antiguedad de ſu fundacion, que es de las mas antiguas de Eſpaña, y de quien Ptolemeo, Eſtephano y Plinio hazen honrada memoria; como por la antiguedad de la Fê y Religion Chriſtiana que recibiò en ella, antes mucho que otras deſtos Reynos. *c* Porque à S. Cecilio, diſcipulo de S. Pedro, le recibieron con tanto guſto, y oyeron ſu dotrina con tan buena atencion y zelo, que holgò poner alli ſu Catedra principal, y tomarla como por cabeça y ſeminario de aquella Prouincia. De manera que viene à ſer la Igleſia Illiberritana, fundada, inſtituyda, y enſeñada por poteſtad y orden de ſan Pedro, y por ſan Cecilio ſu primer Obiſpo, Igleſia ſanta y Apoſtolica, que aſſi ſolia llamar la antiguedad à las que los Apoſtoles ò ſus diſcipulos fundaron: y honrauanlas y veneranlas tanto, que quando ſe offrecia alguna duda, ò en materia de la Fê, ò de tradiciones diuinas y Eccleſiaſticas, el juyzio que ſolian hazer, era acudir à lo que tenian y guardauan eſtas Igleſias: pareciendoles (y con mucha razon) que lo que los Obiſpos auian recibido de los Apoſtoles ſus maeſtros, y los Apoſtoles de Chriſto, y Chriſto de Dios, lo ternian mas en la memoria, y aurian procurado guardarlo ſiempre y executarlo mejor. Aſſi ſe aprouechò deſte argumento S. *c* Irineo diſputando contra Valentino, Marcion, y Menandro, diſcipulo de Simon, y ſatisfaciendo con la dotrina de la Igleſia de Smyrna, inſtituyda, y enſeñada por ſan Polycarpo, diſcipulo de S. Iuan. Deſte miſmo ſe aprouechò ſan Ignacio eſcriuiendo à los de Philadelpho: y del miſmo *d* Tertulliano, diſputando contra los Gnoſticos; à loſquales opone la Igleſia de Corinto en Achaya, la de Philippos en Macedonia, la de Epheſo en Aſia, enſeñadas por ſan Pablo. Eſta miſma dotrina enſeña S. *e* Auguſtin à los Catolicos: el qual aun eſtiende la opinion y eſtima que ſe deue tener deſtas Igleſias, à tanto que dize, que ſi en algun tiempo ſe dudare, qual ſea libro canonico, ò diuino de la Sagrada Eſcritura, (como antiguamente ſe dudò por algunos de los Machabeos, y del de Tobias, y de la epiſtola de S. Pablo à los Hebreos) dize, que aquel ſe tenga por canonico y diuino, que eſtas Igleſias tuuieren por tal: y aſſi vino à conuencer à *f* Fauſto Manicheo, que negaua ſer el Euangelio de S. Matheo ſuyo, con tenerle por tal las Igleſias, que los Apoſtoles, ò ſus diſcipulos fundaron, ò enſeñaron. No es coſa pues decente ni juſta, que ſe reprueue por ſoſpechoſa y errada la dotrina de vna Igleſia Apoſtolica y ſanta, que para conuencer los errores de los hereges, la ſiguieron ſiempre los ſantos, y aconſejaron que ſiempre la ſigamos. Y ſi de vna Igleſia ſola, fundada por los Apoſtoles, ò ſus diſcipulos, ſe ſaca argumento baſtante para prouar la verdad de vna dotrina, como eſtos ſantos enſeñan: que ſe deue dezir ò penſar de diez y nueue Igleſias juntas, que caſi todas lo ſon: pero particularmente, fuera de la que digo de Illiberris, quatro: la de

c Martyr. Rom. 14. May.

c S. Irinæus lib. 3. aduerſus har. cap. 3. & 4.

d Tertull. lib. de præſcriptio. aduerſus hæret. c. 31. & 32.

e D. Aug. lib. 2. de doctr. Chriſtiana, c. 8.

f Idem lib. 28. contra Fauſtum, cap. 2.

Digitized by Google

de Zaragoza fundada por el Apoſtol Santiago, la de Toledo por San Eugenio, diſcipulo de San Dionyſio Areopagita, la de Ebora por San Mancio, Diſcipulo de Chriſto nueſtro Señor, la de Guadix por San Torcato Diſcipulo de San Pedro, por la primera Valerio, por la ſegunda Melanthio, por la tercera Quinciano, y por la poſtrera Felix.

De loſquales (cierto) y de los demas no podemos formar queja de que vbieſſen ſido tam poco agradecidos à ſus maeſtros, que en todo el Concilio no hizieſſen memoria dellos, ò tam poco zeloſos del bien de ſus diſcipulos, y ſuyo proprio, que quiſieſſen callar, y encubrir el origen y autoridad de ſu dottrina, ſabiendo que publicandola venian à alcançar mejor el fruto, y fin que pretendian della, y dellos: pues no ſolo ay argumentos è indicios probables de que no ſe oluidaron deſto, ſino que ay certidumbre y euidencia tan clara de la ſanta memoria que dellos, para entrambos fines tuuieron, que aun los contrarios aduirtiendolo bien, no podran dexar de confeſſarla. Porque dudandoſe en *g* vna Seſſion deſte Concilio, ſi era coſa licita derribar y deshazer con fuerça los Idolos de los Gentiles, para acabar de deſtruyr ſu falſa ſecta y ſuperſticion; las razones que dan para reſoluerſe en que no lo era, ſon dos. La primera, dezir, que no tienen deſto dottrina eſcrita en el Euangelio: la ſegunda, que ni ſaben, ni hallan tradicion de los Apoſtolos ſus maeſtros que lo huuieſſen ellos hecho ò enſeñado en ſu vida. De que podemos tambien collegir otras dos coſas para honra particular deſtos ſantos Obiſpos. La vna, ſu gran modeſtia y humildad: pues en materia de religion, no quiſieron dar regla propria de nueuo, ſino teniendo y haziendo el reconocimiento, que deuian à ſus maeſtros, ſeguir la que ellos auian hecho ò enſeñado en ſu vida: la otra, el exemplo y dottrina que nos dexan, para conuencer à los hereges, pues à falta de eſcritura, nos dizen la mucha autoridad que tienen, y deuen tener las tradiciones Apoſtolicas de la Igleſia.

g *Canon. 60.*

El tiempo en que eſte Concilio ſe celebrò tambien fue ſanto, porque ſi llamamos tiempo ſanto, al que particularmente ſe dedica à las coſas de Dios, el que eſcogieron los Obiſpos para celebrar eſte Concilio, era dos vezes ſanto; *h* ſanto por ſer en Quareſma, en que ſe repreſenta la memoria de la muerte de Chriſto, y de nueſtra redempcion: y ſanto tambien por juntarſe à coſa tan ſanta, como reprouar los errores de los Iudios, y Gentiles, reformar las coſtumbres de los fieles, confirmar y declarar la dottrina de nueſtra ſanta Fê y Religion.

h *Ex vetuſto Codice Eccleſiæ Vrgellenſis probatur lib. 1. ad Clementem de confirm. Concil. Iliberrit. cap. 3.*

Pues las perſonas que aſſiſtieron en el, no fueron menos ſantas, porque ſe hallaron entre otras Valerio Obiſpo de Zaragoza, que deſpues en la perſecucion de Diocletiano y Maximiano padeciò por defenſa de la Fê vn *i* Martyrio tan glorioſo como ſanto: y anſi le celebra la Igleſia à los veynte y ocho de Henero. Halloſe juntamente San Vicente Martyr ſu diacono è interprete, cuyas vidas y muertes ſantas, porque los *k* Martyrologios de la Igleſia eſtan llenos dellas, dexo de referir: pero bien baſta ſaber, ſer Santos canonizados de la Igleſia: y como eſta no puede errar en la aprouacion que haze de ſu muerte y de ſu vida: aſſi tambien ſe deue creer, no erraron ellos, principalmente en

i *Martyrologium Romanum 28. Ianuarij.*

k *Martyrologium Romanum 22. Ianuarij.*

cosas tan graues de la Fê; ni en su vida, ni en su muerte. Halloſe tambien Oſio Obiſpo de Cordoua, Confeſſor y ſanto, que aſſi le llama S. *l* Athanaſio: y *m* Theodoro Balſamon Patriarcha de Antiochia dize, que por su virtud y ſantidad le dieron eſte nombre de Oſio, que en Griego ſignifica ſanto. Y no ſolo fue ſanto, ſino tan graue en dignidad, tan docto en letras, tan bien reputado cerca de los Emperadores y Pontifices de aquellos tiempos; que el primero que embiò à Egypto *n* Conſtantino Magno à componer las diſſenſiones de Alexandria entre Arrio y Alexandro, y à reprobar error tan graue como el de Arrio, que negaua la ygualdad del hijo con el Padre, fue Oſio. El primero que hizo abſoluer à Ceciliano Obiſpo de Cartago y Primado de Africa en el Concilio Arelatenſe primero, del teſtimonio y error que le auian leuantado, y condenar à Donato y su ſciſma y heregia, coſa tan importante para la Igleſia (como refiere S. *o* Auguſtin) fue Oſio. El primero que eſcogiò S. Syluestro Papa, para que juntaſſe el Concilio Niceno General en Bytinia, con cargo de *p* Preſidente del, fue Oſio. El primero à quien encomendò todo el Concilio compuſieſſe el Symbolo de nueſtra Fê, que llamamos comunmente el Niceno, para declaracion mayor de los articulos, en que auian reparado los hereges, y el que le compuſo, como refiere ſan *q* Athanaſio, fue Oſio. El primero que ayudò à reprobar la heregia de Euſtachio monje y Obiſpo de Sebaſtia, juntando en Paphlagonia el Concilio *r* Gangrenſe, fue Oſio. El Preſidente del Concilio Sardicenſe *s* General en Thracia de caſi quatrocientos Obiſpos, en tiempo de Iulio Papa primero, fue Oſio: el que ſuſtentò y defendio en toda aquella era la religion Catolica contra los Arrianos y Nouacianos, fue Oſio: a el qual eſtimaban tanto los fieles, que dize *t* Nicephoro que le tenian y reuerenciaban como à vn milagro del mundo: y por otra parte le temian tanto los hereges, que teniendo de su parte gran numero de Obiſpos, Preſbyteros y Diaconos, y mucho mayor de los principales del pueblo, con todo dezian y *u* afirmauan, que ni auian acabado, ni empeçado su negocio, mientras tuuieſſen à Oſio por contrario. Pues conforme à eſto ſuplico à V. M. ſe ſirua mandar conſiderar, que ſi Oſio por ſuſtentar la dotrina Catolica de nueſtra Religion, ſufriò deſtierro, y no deſtierro ſolo, ſino ſeñales impreſſas con fuego en la *x* frente, que le mandò poner, por su conſtancia y confeſſion Daciano Preſidente en Eſpaña de Diocletiano y Maximiano, en la decima perſecucion de la Igleſia: ſi ſufriò otro deſtierro en edad tan madura, y con autoridad y canas tan venerables, por Conſtancio y Emperador y los Arrianos: ſi S. Valerio y S. Vicente padecieron los tormentos y muerte que ſe ſabe, por defenſa no ſolo de la dotrina de Chriſto, ſino aun por conſeruacion de los libros ſagrados que pretendia quemar *z* Diocleciano: como ſe deue, ni puede creer, que à quienes no mouieron amenazas, azotes, fuegos, tormentos, deſtierros; à quienes no pudo perſuadir coſa illicita la eloquencia y alagos de los Gentiles; à quienes no pudo eſpantar, ni vida, ni muerte, ni finalmente mundo, carne, ni demonios, en tantas guerras y tan graues como les hizieron; como es de creer, que la fortaleza y conſtancia que tuuieron para reſiſtir y vencer tan felizmente todas eſtas dificultades, les vinieſſen à faltar tan miſerablemente, en vn tiempo ſanto, en vna quietud y paz ſanta, en vna congregacion ſanta, y que ellos auian

l *D. Athanaſ. in Apolog. de fuga.*
m *Theodoſ. Balſam. in princip. Concilij Sardicenſis.*
n *Euſebius l. 2. de vita Conſtantini. cap. 27. Socrates lib. 1. Eccleſ. hiſt. cap. 4. Sozomenus, l. 1. cap. 15.*
o *D. Auguſtinus lib 1. contra epiſtolam Parmeniani, c. 4.*
p *Acta Arabica Concilij Nicani apud Alfonſum Piſanum, & epiſtola Oſij, Vitj, & Vincentij Legatorum ad Sylueſtrum Papam, que extat ad finem eiuſdem Concilij.*
q *D. Athan. in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes.*
r *Epiſtola Concilij Gangrenſis ad Epiſcopos Armenie.*
s *Canones Concilij Sardicenſis, & epiſt. eiuſdem Concil. ad omnes Epiſcopos Eccleſia Catholice, que extat apud D. Theodoretum lib. 2. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 8.*
t *Niceph. lib. 9. cap. 31.*
u *D. Athanaſ. in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.*
x *Niceph. lib. 8. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 14.*
y *D. Athan. in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.*
z *Prudentius in Periſteph. hymno in laudem S. Vincentij.*

auian procurado juntar con tan ſanto zelo, de tan diuerſas y diſtantes Prouincias, como ſon las de Caſtilla, Leon, Aragon, Nauarra, Portugal, y el Andaluzia, mas con eſpiritu de Dios que de hombres? Como ſe puede juſtamente aſſegurar, dezir, ni aun penſar, que en el ſecreto de aquel Concilio trataſſen de injuriar à quien honrauan, y de ofender à quien publicamente defendian con peligro de hazienda, de honra y de vida? Si Chriſto *aa* enſeña, que aſſiſtirà à la junta que dos ò tres hizieren en ſu nombre, porque hemos de creer, que à la de diez y nueue Obiſpos, y entre ellos ſantos y Confeſſores, de treynta y ſeys Preſbyteros, y nouenta y tantos Diaconos faltaſſe? ſi no baſta, Señor, à mouernos la bondad y ſantidad de los hombres, podrianos à lo menos mouer la ſingular prouidencia de Dios, que no es de creer faltaſſe à ſu Igleſia, en tiempo que tanta neceſſidad tenia de ſu amparo, aſſi por las pocas rayzes que auia hechado en aquella edad, como por las muchas perſecuciones que auia padecido, y padecia, de los Emperadores Gentiles.

aa *Matth. c.18.*

Y luce mucho mas eſta ſu diuina Prouidencia, ſi conſideramos, que parece que quiſo con eſte Concilio, y con los exemplares que ſe ſacaron del, dar vna gran recompenſa à la Igleſia de los muchos libros diuinos, que los *bb* Emperadores de alli à poco mandaron recoger y quemar, aſſi en las Prouincias de Eſpaña, como en las demas de ſu imperio.

bb *Prudentius in Periſteph. hymno in laudem S. Vincentij. Arnobius lib. 4. aduerſus gentes, Niceph. l. 7. hiſt. Eccleſ. cap. 3.*

Temiendo voy canſar à V. M. con relacion tan larga, pero haze me fiar, el ver que al fin es memoria de ſantos, y de ſantos vaſallos de V. M. que ſon dos prendas bien grandes, para que yo crea que puedo proponer à V. M. ſu cauſa con atreuimiento, y eſperar que la oyra V. M. con guſto.

Con todo no quiero referir, aunque ſea mucho en ſu confirmacion y defenſa, otros ſantos diuerſos Pontifices y Concilios, que de Italia, Alemania, Francia, Africa, y Grecia, en diſcurſo de mil y trecientos años ſe aprouecharon deſte. No quiero dezir, aunque pudiera, que todos, ò los mas Canones del Concilio *cc* Niceno, del Sardicenſe, del Antiocheno, de los Arelatenſes primero y ſegundo, de los Moguntinos, del Vvormacienſe, del Sueſſionenſe, de algunos Toledanos, Bracarenſes, y otros, ſe ſacaron deſte palabra por palabra, ò haziendo del particular mencion. No quiero tan poco referir la que hazen del, Innocencio primero, y Adriano Papas. No la que S. Iſidro, y S. Iuon Obiſpo Carnotenſe. No la que Martino Bracarenſe, Burcardo Vvormacienſe, Iuan Gallenſe, y Graciano en las compilaciones de Decretos, que la Igleſia ha ſiempre tenido para ſu gouierno, que pues no dexan caſi ninguno deſte Concilio, que no refieran, es buena ſeñal, que en todos tiempos fue tenida por Catolica y ſanta la dotrina del, pues no ſe huuieran, ni pudieran auer aprouechado, loandole y citandole con tanta veneracion, ſi vieran que auia confirmado errores tan graues como ſon los que le oponen. Todo eſto quiero dexar, contentandome con dezir, que no ſolo no es cierto que errò: pero, que es muy probable que no pudo errar: pues fuera de la dotrina y ſantidad de los Obiſpos de Eſpaña, ſe hallaron Legados de la Sede Apoſtolica de Roma, como ſe refiere en los actos del Concilio *dd* Sueſſionenſe en Francia, en tiempo de Carlos hijo de Ludouico Rey, que por ſer Concilio Frances tan antiguo, y en confirmacion deſte

cc *De communi hac Pontificum & Conciliorum approbatione fusè agitur l. 1. ad Clementem de confirm. Concilij Illiberritani cap. 4.*

dd *In actis Concilij Sueſſionenſis apud ſanctum Medardum.*

de España, deue tener mucha fuerça. De loqual tambien podemos descubrir el zelo y religion antigua destos santos Obispos, pues ni quisieron establecer Decretos en materia de la Fê, y de los sacramentos y tradiciones de la Iglesia, ni aun empeçar à tratar dello, sin que assistiesse en el Concilio la regla mas cierta è infalible que Christo les auia dexado que siguiessen, que fue el juyzio y sentencia de san Pedro, y de los que en su Iglesia sucediessen.

Y si queremos renouar con diligencia y cuydado la memoria de la antiguedad, hallaremos claramente, no solo que los Obispos santos y doctos deste Concilio no fueron Heresiarchas, que tales venian à ser, si fuera verdad, que auian sido autores destos errores que les oponen: pero ni aun de hombres particulares, ignorantes ò impios se lee, ni se sabe, que huuiessen inuentado alguna heregia en España en aquel tiempo, ni aun en cien años casi despues. Porque, de Prisciliano solo se dize que fue el primer Heresiarcha de España en tiempo de Syricio Papa, y de Valentiniano segundo. Y esto todo se confirma mas con saber, que auiendo *ee* Vigilancio herege presbytero en Barcelona, aunque de nacion *ff* Frances, reprouado tanto las reliquias y veneracion de los Santos, y los cirios ò luces, que por culto, y religion se ponian en sus sepulcros, y auiendo procurado confirmar su error con todos los argumentos flacos que pudo, jamas alegò, ni se acordo de los canones deste Concilio, que en la misma materia se reprehenden. Lo mismo hizo Claudio Presbytero Español, y despues Obispo Taurinense, en los errores que tuuo acerca de las imagines, que jamas se acordò del deste Concilio que acusan, porque aunque hereges, conocian y sabian bien, que sus errores antes se destruyan, que confirmauan con los Canones deste Concilio: de cuya dotrina no ay para que tratar aqui nada, pues se haze tan largamente en estos tres libros que ofrezco à V.M. Solo digo, que pues esta es tan Catolica y santa quanto ha parecido à todas las personas doctas que por mandado de V.M. la han ya visto. V. M. sea seruido defenderla y ampararla como Rey y Señor soberano de los que la dieron. Porque si el oficio del Rey, como dizen san Isidoro, y los *gg* Concilios, Parisiense, Aquisgranense, y Moguntino, es hazer justicia y deshazer agrauios, no veo cierto, Señor, que ocasion mayor que esta se haya ofrecido, ni pueda ofrecer à V.M. para confirmar el zelo que della ha siempre mostrado: pues es cierto, que crece la grauedad de la injuria, con la autoridad y santidad del injuriado: y aqui no lo son solos los santos que he referido (aunque bastaua) sino que tambien lo son todos los Obispos de Africa, Asia, y Europa, que confirmaron despues este Concilio, ò lo que en el fue decretado.

Y si la injuria, ò agrauio que se haze à vn solo Obispo, Presbytero, ò Diacono, juzgaron los santos desse Concilio (dexando otros exemplos de la antiguedad) que era tan digno de castigarse exemplarmente, que le vinieron à poner vna de las mas graues penas, que jamas à vsado contra delinquentes la Iglesia: parece que adiuinando con espiritu de Dios, el que à ellos se les auia de hazer con el tiempo: y significando à V. M. juntamente, lo que auian de sentir el comun de todos, pues del de los particulares determinauan aquello: mandaron pues, *hh* que el que injuriasse, ò leuantasse falso testimonio à algun Obispo, Presbytero, ò Diacono, le priuassen

ee *D. Hier. aduersus Vigilantium.*

ff *Gennadius in Catalogo virorum illustrium, cap. 35.*

gg *D. Isid. lib. 3. de summo bono, c. 39. Concilium Parisiense, lib. 2. cap. 1. & 2.*

hh *Canone 75. huius Concilij.*

priuassen de la communion, no solo por todos los dias de su vida, sino tambien en el mismo articulo de la muerte: pareciendoles (no sin mucha consideracion, como à este proposito enseñan san Gregorio *ii* y el Concilio Aquisgranense,) que quien injuriaua al ministro de Dios, en cierta manera injuriaua tambien a su Señor, y se venia con esto à hazer indigno de recibirle jamas: como ahora tambien lo vernia à ser de que V. M. recibiesse en su gracia y casa, haziendo la misma merced que antes, à quien huuiesse injuriado à vn Presidente, ò à vna persona del Consejo de Estado de V.M. por auerse ocupado en cumplir muy justa y rectamente las cosas del seruicio de V. M. que estuuiessen à su cargo; aunque el otro por ignorancia, ò malicia lo quisiesse entender al reues. Pues si esto se determina contra el agrauio de vn solo Obispo, Presbytero, ò Diacono, que diremos del que se haze à mas de tres mil juntos, y juntos en forma de Concilio adonde ordinariamente suele assistir el Espiritu santo, que tantos y muchos mas vienen à ser, si bien se cuentan los que assistieron en los Concilios de Grecia, de Italia, de Alemañia, y Francia que aprobaron este, que por auer muerto ya todos, y en gracia de nuestro Señor, à lo que se debe creer, y por padecer injuria de tan falso testimonio, y testimonio en materia tan graue, que aun à los muertos infama, pues es materia de heregia, y violada religion, dan clamores Santos desde el cielo, pidiendo el fauor de Dios, y de V. M. para que en recompensa de lo que por el padecieron, y de la sangre que derramaron por su Iglesia, se haga siquierà con ellos, lo que ordinariamente suele conceder la santa Inquisicion à qualquier hombre particular à quien ayan acusado falsamente, restituyendole con aprouacion publica, la honra que particulares le han quitado.

ii D.Greg. lib.3. pastoral. cap.5. Concil. Aquisgranense, sub Ludouico, c.103. Symmach.ep.34. ad Theodosium, & Arcadium.

De Dios podemos muy bien creer, que aura oydo tan justos clamores, que siente mucho se haga à nade injuria, pero à aquellos mucho mas, como dixo Platon, que le son en piedad, y virtud algo conformes: y de V. M. que procura tanto imitar su bondad y gouierno, esperan lo mismo estos Santos. Porque si los que hasta aqui han estado fuera de sus Iglesias, aunque honrados y reuerenciados por los Catolicos, han alcançado de V.M. ser restituydos à ellas con alabança de su nombre, muy conforme al mericimiento de su religion, laqual oy en dia estan reconociendo la de Toledo con san Eugenio, y santa Leocadia: y la de Cartagena con S. Fulgencio y Florentina: tanto mayor parece que ha de ser ahora el merecimiento de V.M. voluiendo por la causa dellos, quanto es mayor el fruto que ellos reciben de ser restituydos à su honra, que los otros al lugar donde los sacaron.

Y como han visto desde el cielo mejor mucho que nosotros, la veneracion que V. M. ha hecho y haze, à todos los que lo han sido, ò lo son: y auiendo conocido el cuydado, y zelo piadoso con que V.M. ha tratado siempre sus cosas: y como han sabido la santa solicitud con que V.M. ha procurado alcançar de la Sede Apostolica de Roma, la Canonizacion ahora destos, ahora de los otros, vienen no solo à concebir yguales prendas, sino à prometerse, y assegurarse ygual gracia de V. M. pues no han sido desiguales sus merecimientos, assi para con Christo y su Iglesia, como para estos Reynos de V. M.

Ayudanſe tambien para alcançar lo que pretenden,con dezir, que no es ſolo cauſa ſuya propria ſino de Dios, cuyo miniſtro es V. M.en tantas Prouincias y Reynos de ſu Igleſia,que parece auer querido cargar à V.M. el cuydado de la fê y religion, que antiguamente ſolia dar à quinze, ò veynte Reyes Catolicos: ſeñal a ſu parecer muy clara, que ha hallado en V.M ſolo el caudal que podia deſſearſe en todos juntos:y que à eſte deue correſponder (como ſiempre lo ha hecho) el reconocimiento de tantas obligaciones.

Añaden,que ſi con ſer cauſa de Dios, y de tantas Igleſias, ſe junta tambien el ſerlo de la Romana y Catolica, por auer aſſiſtido aqui ſus Legados,y deſpues auer referido y confirmado muchos Decretos deſte Concilio los Pontifices que ſucedieron, que à nadie toca tanto la defenſa de la Religion Catolica, como à vn Rey Catolico, titulo que parece auerſe concedido à los progenitores de V. M. por gracia: y à V. M. deuerſele de juſticia, por el zelo de la Religion que ſiempre ha moſtrado.

Deſſean que V. M. ſe ſirua traer à la memoria el cuydado que tiene, y ſiempre ha tenido de que à todas las coſas ſe dé ſu proprio lugar,con tan ſingular prudencia ò prouidencia, aſſi en las ciuiles y del gouierno ſeglar de ſus Eſtados,como en las Eccleſiaſticas, y que tocan à la Religion: que repreſenta bien,en las vnas,la dignidad de tan gran Rey y Monarcha como Dios le hizo,y en la ſanta ſolicitud de las otras,la de Rey y Pontifice junto, y que ſiendo eſto aſſi,es coſa muy indigna de la felicidad deſte ſu Imperio,que conſienta,que todos ſeamos ò tan ſoberuios,ò tan ignorantes, que vengamos à dar mas inferior y bajo lugar à eſtos Santos, y ſu dotrina en la tierra,del que ſabemos cierto les ha dado Dios nueſtro Señor, con tantas ventajas en el cielo,y que ſerà bien imitando eſte juyzio y ſentencia diuina, que V.M. interceda con ſu Santidad,como ſuele, à que les reſtituya à ellos y à ſu dotrina,el lugar que tan ſin razon les han quitado.

Dizen, que aunque en tantos años como han paſſado, deſpues que algunos eſcritores empeçaron à deſacreditar ſu dotrina,pudieran muy bien auer intercedido con nueſtro Señor,para que mouiera la deuocion, y autoridad de algun Principe de ſus progenitores, ò los eſtudios y diligencia de algun ſubdito ſuyo de los antiguos muy nombrados:con todo eſſo no lo han querido hazer haſta ahora,eſperádo la edad de V.M.y en ſu edad la parte mas prudente y madura, porque para la ſatisfacion publica de todo el mundo,quando faltara à V.M.la autoridad y grandeza de ſu Imperio, ſola ſu ſabiduria y religion era la que podian deſſear, para que ygualaſſe con la authoridad de la empreſſa y ſatisfacion de ſu injuria. Y à lo que podemos penſar, no ſolo ha ſido eſte juyzio de los Santos, ſino ordenacion particular de Dios,que ha querido reſeruar à V. M. como antiguamente à Salomon, la grandeza y fruto de hecho tan ſanto y religioſo, por parecerle,que los muchos que V. M. ha emprendido y acabado en ſu vida, lo vno auran merecido eſte, lo otro facilitaran mucho ſu buena y ſanta expedicion.

Tambien ſuplican eſto miſmo à V.M.las Igleſias de Eſpaña,que auiendo hecho de ſu parte,como Catolicas y ſantas, todo lo que podian, y deuian à la fê que auian profeſſado, embiando en tiempos tan trabajoſos, de tan diuerſas Prouincias à eſte Concilio ſus Obiſpos, ſolo para aſſentar

las

las cosas del seruicio de Dios y de su Religion,y a reprouar los errores de los Iudios,y Gentiles,sienten y duelense mucho, que tan extraordinarias y santas muestras de su fê y caridad , no solo no se reconozcan , pero que con escandalo publico de los fieles y de la religion , se las muden y peruiertan , diziendo, que fueron autores de los mismos errores que ellos reprobaron.

Y no solo las Iglesias acuden à esto,sino todo el Reyno lo pide à V.M. para conseruacion de su autoridad presente , y prueua de su religion antigua:todos como lo piden,lo esperan;fiados en la obediencia y amor que V.M. les deue, y en la benignidad y clemencia que ellos deuen à V. M. Y mal digo que lo piden,no lo piden Señor,sino acuerdanlo à V.M.porque estan ciertos , que el amor de la Religion , y de las cosas publicas destos Reynos,mueue tanto à V.M.y mas que à todos el de las proprias, y assi su cuydado no es ni sera de suplicar à V. M. acuda à remediar esta su necessidad y otras, sino solo que las sepa:porque ellos saben, que es este el mejor medio que para su remedio podian desseat:y assi dizen,que aunque hasta aqui ha estado España , y con razon muy hufana y agradecida à sus Trajanos , Adrianos , y Theodosios , que aunque reconoce à los Recaredos, Vuambas , Suyntilas, Sisebutos, que aunque ensalça y loa à los Pelayos , à los Alfonsos , à los Fernandos y Carlos : à los vnos por prudentes , à los otros por poderosos y sabios,y à los demas por buenos,pios y religiosos: mas que ya todos estos oficios y reconocimientos se deuen à V.M.pues ha hallado siempre, y va hallando en V.M. todas estas grandezas juntas. No es esta adulacion,ni querria dezirla à V.M.porque ni este instituto le sufre, ni lo permite la condicion de V. M. pero al fin es verdad, que se han visto en su feliz edad , todas las cosas grandes que diuididas han podido ennoblecer,y illustrar las de muchos y diuersos Principes. El conseruar en paz y quietud los Reynos heredados , ha dado à algunos renombre de prudentes. El auer cobrado parte de los perdidos , ò ganado parte de los no heredados,ha hecho loarse à otros de valerosos. Con auer administrado justicia en sus Reynos puntual y seueramente, sin accepcion de personas , le han cobrado de justos. Con auer perdonado injurias proprias , de clementes. Con honrar à hombres doctos y sabios,se han tenido algunas vezes por sabios y doctos. Y si queremos yr discurriendo por otras virtudes , los gastos grandes de Templos , de Iglesias , y edificios sumptuosos han hecho à muchos magnificos. Por respetar los clerigos,los sacerdotes, y religiosos, y venerar las cosas de Dios,y de sus Santos, han sido muchos venerados como sacerdotes santos,y religiosos:pues todo esto junto auerse visto en la edad de V.M.no ay hombre que se tenga por tan ruyn,que lo niegue , ni por tan poco sabio que lo ignore. Pero con ser todas estas proezas tan grandes y tan dignas de vn Principe Catolico,con todo vienen à ser, y seran siempre muy inferiores, comparadas con la que espero, ò la que veo ya alcançada de V. M. en la proteccion y defensa deste Concilio confirmado por su Santidad ; porque aunque nosotros,y los que nos han de suceder , las loaran con tan justas , como son muchas las razones: pero al fin tienen este peligro,que es estar sujetas al tiempo , y que con la injuria del , ò se pierda su valor, ò se desminuya su memoria ; mas la que alcançare V. M. deste beneficio , ò seruicio que haze à la religion , ha de

venir

venir à ſer eterna:y no es mucho ſea eterna,pues ha de durar lo que durare la Igleſia : porque lo que vna vez fuere canonicamente aprouado por la de Roma , tiene la certidumbre de verdad que nueſtra Fê, y la verdad,la miſma duracion y eternidad,que Dios.

Bien ſê el poco caſo que V. M. haze de qualquier genero de honra, que nueſtra edad y las venideras pueden darle: porque ſabe , que es tan glorioſo el merecerlas, ſin tenerlas , quan cierto el conſeguirſe y tenerlas de todas las coſas en que V. M. ſe ocupare: pero eſta que digo , ni puede, ni deue V. M. menoſpreciarla : porque ſiendo de juſticia y de piedad , es muy propria de la condicion de V. M. y de la Religion que profeſſa,à laqual , que quiera , que no quiera V.M. ha de correſponder el ſer, valor y premio , que Dios y la naturaleza le han dado , y han dado tantos à eſte beneficio,ò ſeruicio que pide ahora à V. M. la Igleſia,quantos ſon los que vernan à gozarle , y gozaranle muchos:porque no ſolo le reciben los preſentes que lo ſuplicá ahora à V.M.ni la poſteridad de los que han de ſuceder,que tambien ſe han de aprouechar del ; ſino que juntamente le reciben, y quedan obligados con nueuo genero de liberalidad,y beneficencia de V. M. los que parece que por ſu naturaleza eſtan impoſſibilitados de recibirle,digo,los que ya paſſaron y murieron, loſquales aunque gozando de Dios,viuen en vna ſumma bienauenturança,con todo eſſo eſtan ahora deſſeando que V.M.los ayude à alcançar eſta de ſu Santidad, que les ſera ſin duda vna gloria accidental muy grande.Y ſi es felicidad de los Reyes, hazer à ſus ſubditos felices,ſumma felicidad ſerà cierto de V.M.ayudar à que tenga feliz ſuceſſo la cauſa de aquellos , que pueden ayudar tanto con Dios à hazer mas feliz el Imperio de V. M.

Y ſi los de Francia, Italia y Alemania, los de Inglaterra , Sueuia y Polonia,los de Africa,Grecia,y Armenia,y de las vltimas partes del mundo, digo del Iapon , y entrambas Indias, han hallado ſiempre , y hallan en V.M.fauor,y amparo, eſtos para cobrar ſus Reynos,aquellos para defender ſus Republicas , los demas para reſtituyr y conſeruar la Religion: juſto es que deſta bondad y clemencia , no participen menos los proprios que los eſtraños,los conſtantes que los flacos,los juſtos,pios y ſantos,que los no tales , pues en el reconocimiento que V. M. haze cada dia tantas vezes à nueſtro Señor en todas ſus prouiſiones y cedulas reales , diziendo, que tiene eſtos Reynos de Caſtilla , de Leon , de Aragon , de Portugal,de Nauarra y los demas,por gracia de Dios,*ll* en eſſe miſmo confieſſa, que eſtà mas obligado à nueſtro Señor en eſtos,que en aquellos:y aſſi que le ſera mas accepta la piedad y clemencia que con ellos vſare V.M.

Y deſto, Señor , no ſolo ha de redundar honra y autoridad à la Religion,y à la Igleſia,à los Reynos de Eſpaña,y à la perſona de V.M.ſino que como ſuele ſuceder en todas las coſas de Dios , aſſi ha de venir con eſta à los que he dicho, honra y prouecho todo junto. Porque con ninguna riqueza, ni preſidios, ni con prudencia humana, ni gouiernos,ſe ſuſtentan y augmentan tanto las Republicas ,como con el cuydado de la Religion, y de las coſas que tocan al ſeruicio de Dios nueſtro Señor , como lo enſeñan San *mm* Fulgencio, y los Concilios *nn* Pariſienſe, *oo* Aquiſgranenſe,y Moguntino:aſſi San *pp* Leon Papa, hablando con la Emperatriz Pulcheria , dixo ; que en ninguna manera los Principes podian aſſegurar los eſtados

ll Concilium Pariſienſe ſub Ludouico,l.2.c.5.

mm Fulgent. in lib. de veritate prædeſtinationis & gratia.
nn Concil. Pariſienſe, lib.cap.1. & 4.
oo Concil. Aquiſgranenſe ſub Ludouico, part. 2.cap.2.
pp D. Leo PP. epiſt.29.

eſtados de ſus Reynos, ſino era vniendoſe con los Pontifices, para autorizar y defender las coſas tocantes à Dios. Y el Concilio *qq* Moguntino: que los Principes no deuen dar credito à los que quiſieren engañarles, diziendo: que no les incumbe tanto acudir à la defenſa de las coſas de Dios, como à la conſeruacion de ſus Reynos: porque quanta ventaja haze Dios al hombre (dize) tanto mas excelente y ſuperior es el cuydado que tiene, y deue tener con la cauſa diuina de la Igleſia, que con la ſeglar y humana de los eſtados de los hombres. Y de la manera que los Principes ſe ocuparen en defender las cauſas de Dios, y de ſu Igleſia, aſſi Dios defendera la de los Principes, y de ſus Reynos: como dixeron Elpidio en el Concilio *rr* Chalcedonenſe, y S. Leon *ſſ* Papa, hablando con el Emperador Theodoſio. Entendieron bien eſto aun los Gentiles, Griegos, y Romanos: pues *tt* Platon, quiriendo formar vna Republica perfecta, las primeras leyes con que dixo ſe auia de criar, eſtablecer, y confirmar, eran las que tocauan al culto de Dios. Lo miſmo entendieron Numa *uu* Pompilio, pues con ninguna coſa procurò tanto aſſentar, y poner en orden la Republica de los Romanos, que con el reſpecto y reuerencia de las coſas de la Religion. Lo miſmo entendieron Conſtantino *xx* Magno, Theodoſio, *yy* Valentiniano, Iouiano, *zz* Marciano, Iuſtiniano, Carolo Magno, Ludouico, y los demas Emperadores antepaſſados, que por auer defendido à la Igleſia, y à la Religion, ayudando à celebrar Concilios nueuos, ò haziendo guardar de nueuo los antiguos, han ſido ſus nombres en todos tiempos venerados, aſſi en la Igleſia, como en el Imperio. Y tuuo tanta fè, y eſperança deſta dotrina y exemplo Theodoſio Emperador, que eſtando ya al fin de ſu Imperio, y de ſu vida, ningun otro precepto dexò à ſus hijos para confirmacion de ſus eſtados, que encargarles tuuieſſen gran cuydado del ſeruicio de Dios, y deſu Igleſia. Porque con eſto (dize) conſeruareys en paz y quietud vueſtros Reynos, dareys fin glorioſo à vueſtras guerras, trayreys ſiempre con temor à vueſtros enemigos, y al cabo alcançareys de todos triumphos y victorias.

qq *Concil. Moguntin. ſub Rabbano, c. 6.*

rr *Concil. Chalcedon. act. 1.*
ſſ *Epiſt. 23.*
tt *Lib. 4. de Republ.*
uu *Plutarch. in eius vita.*
xx *Euſeb. lib. 10. hiſt. Eccleſiaſt. cap 10.*
yy *Epiſt. Theodor. & Valentin. ad Dioſcorum Epiſc. Alexandrinum, quæ refertur in Concil. Chalced. act. 1.*
zz *Epiſt. Martiani ad omnes Epiſcopos, quæ extat in his quæ præfixa ſunt ante Concilium Chalcedonenſe.*

Y no ſolo con eſto, SEÑOR, ſe aſſeguran y conſeruan los Reynos, y los Eſtados (como dixo Theodoſio) ſino que tambien crece y ſe augmenta el tiempo del gouierno, y del Imperio, que ſuele acabarſe, como el de las edades. Porque los Principes no viuen y reynan ſolo viuiendo, ſino que aun tambien reynan y gouiernan ſus Republicas, con la memoria y exemplo de ſus virtudes deſpues de muertos. Eſta grandeza fuera de otras, eſpero en Dios ſe ha de ver de V. M. porque creciendo cada dia mas con ſu edad, el numero y excelencia de las obras de piedad y religion, en que ſiempre ſe ha exercitado y exercita; ha de venir V. M. à acabar en ſus felices dias tantas, que al fin de muy largos ſiglos viua, y gouierne eſta Republica con el miſmo renombre y autoridad que oy: viuiendo en memoria de todos el exemplo de juſticia, prudencia y religion, que les va V. M. enſeñando; con que han de recibir de V. M. el Principe nueſtro Señor, y los Reynos, vn ſingular beneficio; ſu Alteza en yr ganando en edad tan tierna, ſabiduria, y prudencia de otra tan madura: que es el mayor teſoro que puede recibir, para ygualar à la grandeza del gouierno de los Eſtados, que V. M. le dexarà: los Reynos tambien le reciben,

ciben, porque gouernados por hijo de V. M. criado, inſtituydo y enſeñado con ſu dotrina, yran ſiempre perſuadidos, y con mucha razon à creer, que los mandatos de ſu Alteza, ſon proprios de V. M. y aſſi el vno terna mas poder y autoridad en el Imperio: y los demas quedaran con mas facilidad, y guſto en la obediencia. Y eſte Eſtado, à mi parecer es, tan feliz para todos, que deuemos ſuplicar à nueſtro Señor mas por ſu conſeruacion, que por nueuo augmento de otros. Vno ſolo nos queda que deſſear, para venir à ſer mas dichoſos, y es que ſe ſirua Dios nueſtro Señor dar à V. M. tan largos años de vida, quantos le eſtan pidiendo el ſeruicio ſuyo y de ſu Igleſia, y quantos ha meneſter la neceſſidad de eſtos Reynos. En Madrid à X. de Marzo de M. D. XCIV.

DON FERNANDO DE MENDOZA.

CENSVRA ACADEMIÆ Complutenſis.

DE Regij Senatus decreto perlegimus hos tres libros *à domino* FERNANDO DE MENDOZA *conſcriptos de Concilio Illiberritano ad* CLEMENTEM XII. Pontificem Maximum, in quibus nihil inuenimus quod Fidei Catholicæ, aut bonis moribus aduerſetur: quin potius nobis viſum eſt hoc opus & magno ingenio elaboratum, & multiplici eruditione, ſingularique pietate perfectum. Atque ita multis nominibus dignum admodum cenſemus, vt typis mandetur ad aſſerendam Catholicam huius ſacri Concilij doctrinam & auctoritatem. In cuius rei teſtimonium omnes infra ſubſcripſimus, quibus ab Academiæ Complutenſis Rectore eiuſdem operis iudicium commiſſum eſt. Compluti IV. Idus Iulij. Anno Domini M. D. XCIV.

DOCTOR VRROZ. Rector.
Doctor FRANCISCVS MARTINEZ.
D. LVDOVICVS MONTESINO.
El Doctor DE LA CAMARA.
FR. FRANCISCVS DE MENDOZA Magiſter.
D. LVDOVICVS DE TENA Veſpertinæ Cathedræ in Theologia publicus Profeſſor.

EGo Ludouicus de la Serna, publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, inſignis Vniuerſitatis Complutenſis Toletanæ Diœceſis Secretarius & adſcriptus in Archiuo Romano die quarto menſis Iulij, anni nonageſimi ſecundi Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Clementis diuina Prouidentia PP. Octaui, quia præmiſſis omnibus & ſingulis vnà cum Rectore & grauiſſimis prænominatis Doctoribus, quibus à Clauſtro facultatis Theologiæ prædictæ Vniuerſitatis Complutenſis prædictum iudicium commiſſum fuit: ideo hoc publicum inſtrumentum manu aliena fideliter ſcriptum, & ſubſcriptum & roboratum à domino Doctore D. Ioan. Vrroz dictæ Vniuerſitatis Rectore & Doctoribus D. Franciſco Martinez Primariæ Cathedræ. D Gregorio de la Camara Sacrarum Scripturarum, Ludouico Monteſino Scoti, Ludouico Tena Veſpertinæ. D. Fratre FRANCISCO DE MENDOZA Sancti Thomæ in ſacra Theologia publicis Profeſſoribus Subſcripſi ſignaui in fidem atteſtatorum præmiſſorum rogatus & requiſitus.

LVDOVICVS DE LA SERNA, Notarius & Secretarius.

APPROBATIO DOCTORVM.

LEgimus *Concilium Illiberritanum cum diſcurſibus Apologeticis* D. FERNANDI DE MENDOZA & notis D. EMANVELIS GVNDISALVI, in quibus nihil repetimus contrarium Orthodoxæ fidei aut bonis moribus, in quorum fidem, &c. Datum in Carmelo noſtro Lugdunenſi die decima ſexta Ianuarij 1665.

Fr. PAVLVS LOMBARD Doctor Theologus Pariſienſis, & Prouincialis Prouinciæ Narbonæ Ordinis Fratrum B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo.
Fr. CYRILLVS MOREL eiuſdem Facultatis Doctor Theologus Carmelique Lugdunenſis Prior.

APPROBATIO VICARII GENERALIS.

IMprimatur Lugduni die 17. Ianuarij 1665.

DE NEVF-VILLE Vic. Generalis.

CONSENSVS PROCVRATORIS REGII.

VIſa Superiori Approbatione, non impedio Regis causâ quominus ſupradictus liber typis edatur à PHILIPPO BORDE, LAVRENTIO ARNAVD & eorum ſociis: Idipſum attentare cæteris omnibus pro more inhibendo. Datum Lugduni die decima nona Ianuarij Anno 1665.

VIDAVD.

PERMISSIO.

FIat iuxta Concluſiones Procuratoris Regij, Anno & die ſupradictis.

DE SEVE.

INDEX
LIBRORVM ET CAPITVM, quæ in hoc Opere continentur.

LIBER PRIMVS.

CAP. I. DE Concilij Illiberritani nomine & Vrbe in qua habitum est. p. 1

II. De tempore Concilij Illiberritani. p. 13

III. An omnium Hispanicæ & Catholicæ Ecclesiæ Conciliorum Illiberritanum fuerit antiquissimum. p. 25

IV. De auctoritate Concilij Illiberritani. p. 28

V. De Canonibus veris Concilij Illiberritani. p. 37

CONCILIVM ILLIBERRITANVM. p. 38

VI. De Canonibus, qui Concilij Illiberritani falsò esse feruntur. p. 53

VII. De vtilitate Conciliorum. p. 57

VIII. Episcopos Sanctos, & Romanum Pontificem Sanctissimum ab initio Ecclesiæ appellari. p. 59

IX. In Ecclesijs Concilia semper agi consueuisse, & cùm omissum, qua id de causa. ibid.

X. Cur nomina Episcoporum initio Concilij præfigantur, & Consulum nomina vel alia temporis nota omissa sit. p. 60

XI. Cur de plebe mentio in hoc Concilio iniecta. p. 93

LIBER SECVNDVS.

CAP. I. A Postolorum Symbolum cur Patres Illiberritani initio huius Concilij omiserunt. p. 96

II. Quæ verbi, Placuit, vis; qui vsus in Conciliis. p. 97

III. Quæ sit Templorum origo, quæ ratio. p. 100

IV. Quæ Idoli etymologia, quæ Idololatriæ exterioris & interioris vetustas. p. 102

V. Cur Idololatria crimen capitale, vel principale dicatur. p. 104

VI. Quid communionis nomine contineatur, & an perpetua Communionis interdictio iusta fuerit necne. p. 110

VII. De Flaminibus Ethnicorum, non de Christianorum hîc agi, & qui Flamines dicerentur. p. 114

VIII. Mœchiæ nomine omnem illicitum concubitum comprehendi, nunquam ipsam, vt naturâ turpem, licuisse in Ecclesia: Explicata in id tria Concilij Toletani. 1. Isidori & Clementis loca. p. 117

IX. Qui olim sacrificati, qui libellatici dicerentur. p. 139

X. Cur Flaminibus triennij, cum reliquis biennij ad percipiendum baptismum tempus præscribatur. p. 148

XI. Quid zelus, quid zelotypia. p. 151

XII. Quæ olim flagellorum, ac verberum, quæ fustium pœna. p. 152

XIII. Cur de tertio die mentio inserta in hoc Canone. p. 153

XIV. Quæ in seruorum castigatione dominorum potestas. p. 154

XV. Ob delicta admissa cur olim pœnitentia imponeretur. p. 156

XVI. Maleficium idololatriâ cur perfici

Digitized by Google

fici dicatur. p.160
XVII. *Adulterij coërtionem ad Epiſcopos ſpectare.* p.161
XVIII. *De Matrimonij & Diuortij antiquitate.* p.163
XIX. *Sine cauſa iuſta, & iudicio Epiſcoporum, nunquam licuiſſe à matrimonio diuertere.* p.166
XX. *Connubium ſecundum durante primo, ſemper ab Eccleſia improbatum, præſertim ab Hiſpanica: Defenſa Ambroſij commentaria in epiſtola Pauli ad Corinth. Explicatus in hs locus de diuortio & alter Lactantij.* p.167
XXI. *Eorum lapſus detegitur, qui Concilio huic, durante primo, aut admiſiſſe, aut permiſiſſe impoſuerunt.* p.178
XXII. *De Catechumenorum connubiis, & cur relicta à Catechumeno alteri nubere poſſit, & nupta ad baptiſmum admitti.* p.181
XXIII. *Cur quinquennij Catechumenæ fœminæ, cùm reliquis biennij ad baptiſmum tempus definiatur.* p.186
XXIV. *De pœna lenocinij parentum.* p.187
XXV. *Quæ ſit antiqua lenonum pœna.* ibid.
XXVI. *Cur lenonibus communio ad extremum negata.* p.189
XXVII. *Virgines Deo ſacratas ab ipſis Apoſtolorum temporibus fuiſſe in Eccleſia præſertim Hiſpanica: & cur de Virginibus non de viduis iniecta mentio.* p.191
XXVIII. *Poſt votum nunquam licuiſſe ſacris Virginibus vagam impudicitiam vel contubernium: Explicata in eam rem duo Cypriani & Auguſtini loca.* p.193
XXIX. *De lapſis Virginibus ſacris Epiſcoporum eſſe iudicium.* p.202
Quam Deo accepta Virginitatis oblatio. p.203
XXX. *Quanto Ethnicis Chriſtianæ Virgines præſtent; illorum breue, harum perpetuum vinculum eſſe: diſſolubile tamen Pontificis maximi Imperio: Explicata in eam rem Innocentij III. epiſtola ad Abbatem Sublacenſem.* p.204
XXXI. *Quæ illi feminæ pœnitentia imponenda, quæ poſt ſtuprum vel nupſit, vel non nupſit.* p.212
XXXII. *Pœnitentes reconciliari debuiſſe, nec potuiſſe connubiis copulari: Explicatus Canon 12. Concilij Romani ſub Syluestro.* p.213
XXXIII. *Gentilium connubia prohibita, & Eccleſiæ decretis irrita, lege tamen ciuili capitis pœna contrahentibus non indicta; explicata in eam rem Valentis & Valentiniani conſtitutione.* p.216
XXXIV. *De hæreticorum & ſchiſmaticorum connubiis.* p.222
XXXV. *Cum Iudæis matrimonia inita ipſo iure nulla.* p.223
XXXVI. *Varia Ethnicorum Sacerdotum priuilegia: cur ſpeciatim connubium cum illis interdicatur.* p.225
XXXVII. *De pœna Epiſcoporum & Sacerdotum mœchantium.* p.226
XXXVIII. *Quæ negotiatio Clericis interdicta, quæ permiſſa.* p.229
XXXIX. *De pœna vſurarij tam Clerici quàm laici.* p.234
XL. *Quæ olim & hodie in vſurarios Clericos pœna indicta: explicato Alexandri III. reſcripto.* p.236
XLI. *De laicis, non de Clericis Canonem 21. intelligi oportet.* p.238
XLII. *De pœna eorum qui in ciuitate morantes tribus Dominicis diebus abfuerint ab Eccleſia, & cur de aliis mentio omiſſa.* p.240
XLIII. *Dominici diei nomen & feſtum ad ipſis Apoſtolorum temporibus.* p.241
XLIV. *De tribus Dominicis cur meminerint Patres.* p.243
XLV. *Eccleſias diuino cultui ab ætate Apoſtolorum dicatas, explicatis in id Lactantio, Minutio & Clemente Alexandrino.* p.245
XLVI. *Lapſis non modo pœnitentiam*

non negasse Patres Illiberritanos, sed manifestè indulsisse. p.248
XLVII. *Quando parentum culpa redundet in filios; quando non redundet: in eam rem D. Cyprianus.* p.251
XLVIII. *Quid abstinentia, quid ieiunium & qui ieiunij fructus.* p.254
XLIX *Cur mensibus Iulio & Augusto ieiunia sublata.* p.257
L. *Quæ cautio olim in Clericorum ordinatione adhiberetur.* p.259
LI. *De priuilegiis Confessorum in literis indulgentiæ dandis.* p.261
LII. *Ieiunium Sabbathi cur in Ecclesia Occidentali præceptum, in Orientali interdictum; explicatis in eam rem Clemente & Ignatio & Canone 56. Synodi VI. de quo & reliquus diffusè tractatum.* p.268
LIII. *Extraneam fœminam & subintroductam eam intelligi, quæ nec sanguine nec matrimonio coniuncta sit.* p.279
LIV. *Cur Virgines huius Concilij tempore in parentum domibus habitare permitterentur.* p.286
LV. *Cur eorum qui non communicant munera non acceptet Ecclesia; explicato can. 49. Concilij Laodiceni.* p.287
LVI. *Eos solùm qui erratico spiritu actu infestantur, canone 29. comprehendi.* p.295
LVII. *Dæmones cur spiritus erratici dicantur.* p.296
LVIII. *Antiquum esse in Ecclesia, offerentium nomina recitari, & an energumeni sanctæ Communionis debeant esse participes.* p.298
LIX. *Dæmoniacos à sacru Ecclesiæ functionibus semper repulsos.* p.301
LX. *Mœchiæ crimen in adolescentia cõmissum Subdiaconũ impedit.* p.303
LXI. *Cur qui in adolescentia fuit mœchus, Subdiaconus ordinari prohibeatur.* p.304
LII. *Mœchiæ crimen impedit Clericum ordinari & ordinatum deponit.* p.305
LIII. *Mœchiæ pœnam castitate initi coniugij solui.* p.306
LXIV. *Reconciliationem pœnitentium ad Episcopos solos spectare.* p.307
LXV. *Absolutio pœnitentium an possit deferri Diaconis, explicato in eam rem D. Cypriano.* p.311
LXVI. *Continentiæ legem semper sacris Ordinibus annexam in Ecclesia; explicata Nicæni Concilij historia de Paphnutio.* p.313

LIBER TERTIVS.

CAP. I. *CEreos in cœmeteriis incendi prohibitum ad inquietandos sanctorum Spiritus; & quid sit spiritus inquietare.* p.321
II *Cereos rebus Ecclesiæ sacris adhibitos, semper in Hispania probatos.* p.330
III. *Inquietari Sanctorum spiritus quo alio sensu intelligi possit.* p.331
IV. *De Peruigiliis & earum antiquitate: cur Canone 35. sublatæ: explicata Constanty Imp. constitutione in 5 Cod. Theod. de sacrificiis Paganorum.* p.333
V. *Imagines sacras ab Apostolorum temporibus fuisse in Ecclesia; & cur eas pingi Canone 37. interdictum sit.* p.343
VI. *Energumenos baptizandos, si extremo urgeantur periculo.* p.365
VII. *Luminaria accendi consueuisse in Ecclesia huius Concilij tempore; eáque probata ab his Patribus, non prohibita: & cur ea accendere energumeni prohibeantur.* p.367
VIII. *In necessitate omnes posse baptizare obseruata Ecclesiæ formâ; & quæ sit manus impositio, qua fideles perfici dicuntur.* p.368
IX. *Extra Ecclesiam posse conferri baptismum in necessitate.* p.374
X. *Ab infidelibus posse conferri baptismum, obseruatâ Ecclesiæ formâ.* p.375
XI. *Baptizare posse bigamos: in Ecclesia Romana bigamos non sedisse, nec aliam irregularitatis notam habent.* p.376
XII. *Gentilibus in extremo periculo cupientibus baptizari, nec baptismum, nec confirmationem negandam* p.376

Digitized by Google

XIII. *Oblatum idolis ab œconomis non esse acceptum ferendum à possessoribus: & qui possessores dicantur.* p 378
XIV. *De priuatis sacris antiquorum fusè tractatum: explicato Modestino, & Gordiani Imp. rescripto.* p.380
XV. *Quando seruorum idola Domini debeant diruere.* p.386
XVI. *Quando catechumeni baptizandi, & quibus informandi.* p.387
XVII. *Festum Pentecostes ab ipsis fuisse Apostolorum temporibus.* p.390
XVIII. *Quæ propriè dicatur meretrix: quæ olim ei pœnæ propositæ: quando baptizari debeat.* p.393
XIX. *Catechumenos graui morbo obmutescentes baptizari posse: & quid de Pœnitentibus.* p.397
XX. *Peccata ante baptismum cur leniùs castiganda, quàm quæ post baptismum commissa.* p.402
XXI. *Qui apostatarum nomine hic contineantur.* p 403
XXII. *Expresso Hispaniæ decreto errorem Nouatiani improbari.* p.404
XXIII. *De varia pœna adulterij* p.406
XXIV. *Pro baptismo nihil à Sacerdotibus exigendum.* p.408
XXV. *De antiqua pedum lotione.* p.410
XXVI. *Fruges fidelium à Iudæis vel Gentilibus benedici non debere.* p.411
XXVII. *A mensa Iudæorum & alio ciuili commercio fideles debere abstinere.* p.413
XXVIII. *Hæreticos non esse ordinandos, & ordinatos deponendos.* p.416
XXIX. *Hæresi notatos deponendos.* p.418
XXX. *Quâ pœnâ libelli famosi auctores coërcendi.* ibid.
XXXI. *Ab vno Episcopo excommunicatos, ab aliis non esse reconciliandos.* p.421
XXXII. *Voluntate parentum contracta olim & dissoluta sponsalia.* p.423
XXXIII. *Sponsalia infringentes mortali culpæ obnoxios.* p 428
XXXIV. *Contractum sponsaliorum ab Ecclesia irritandum, ni certa solemnitate celebretur, consentaneum videri.* p.429
XXXV. *Parentes, si filiis sponsalia infringentibus consentiant, peccare; secus, si non consentiant.* ibid.
XXXVI. *Cur coronis vti Sacerdotibus interdictum sit: & quæ fuerint istæ coronæ.* p.430
XXXVII. *Idololatriæ crimen in quibus contrahatur.* p.431
XXXVIII. *Magistratus gerere, cur Christiani sub excommunicationis pœna prohibeantur.* p.432
XXXIX. *De munere antiquo Duumuiratus.* p 439
XL. *Quæ Pompa olim diceretur; & cur ad Pompam offerre vestimenta sub excommunicatione prohibeantur Christiani.* p.441
XLI. *De literis communicatoriis, & vario illarum vsu.* p 445
XLII. *An Archiepiscopi & Primates, vt hodie, fuerint olim in Hispania tempore huius Concilij.* p 448
XLIII. *Capitolia fuisse in Hispania, & aliis prouinciis ad exemplum Romani.* p.450
XLIV. *Ad exemplum Capitolij Romani, reliqua in editis locis construi solita.* p.454
XLV. *Idola Ethnicorum diruentes, cur in numerum recipi Martyrum Hispani Patres interdixerint.* p.455
XLVI. *Non teneri quemquam priuatâ auctoritate idola Gentium confringere, posse tamen suo tempore & loco.* p.459
XLVII *An Apostoli fregerint vnquam Gentium idola; & quanti traditiones Apostolicas ab initio Ecclesiæ Hispani Patres fecerint.* p.459
XLVIII. *Non decerni ab Hispanis Patribus in Canone 60. Martyrem non esse, qui idola fregerit: sed in numerum Martyrum non esse, qui idola fregerit: sed in numerum Martyrum ab Ecclesia non referri; & cur.* p.461
XLIX. *Olim Episcopi adscribebant*

Martyres

Martyres Cœlestium numero; quod iustis de causis soli Romano Pontifici reseruatum est. p. 472

L. *Vxore mortua non licere cum eius sorore matrimonium contrahere.* p. 473

LI. *De Aurigis agi in Canone 62. non de Auguribus : & cur tam acri pœna Aurigæ feriantur.* p. 477

LII. *Qui fuerint Pantomimi ; & cur tam acris illis pœnitentia imponitur.* p. 480

LIII. *De pœnâ parentum proprios fœtus interimentium.* p. 486

LIV. *De pœna eius mulieris, quæ vel semel in vita vel ad mortem vsque cum alieno viro mœchatur.* p. 489

LV. *Cur vir vxorem adulteram retinens puniatur.* p. 491

LVI. *Nulli licere sine iudicio Ecclesiæ vxorem repudiare.* p. 494

LVII. *Quod innocentiæ & integritatis specimen Clerici præbere debeant.* p. 495

LVIII. *De matrimonio interdicto cum priuigna.* p. 496

LIX. *Qui Comici, qui Scenici, & cur matrimonium cum his interdictum.* p. 497

LX. *Quare Catechumena ante lauacrum pœnitentia velut Christiana afficiatur.* p. 501

LXI. *De prisco more admittendi infideles ad Baptismum, & de pœna vt nonnisi in fine quis posset baptizari: & an Catechumenus sine baptismo decedens æterna frui possit beatitudine : explicatis in eam rem Concilij Bracarensis I. can. 35. & B. Chrysostomo. Differitur præterea de* cap. Catechumenum de consecratione 4. p. 503

LXII. *De pœna mariti adulterium committentis.* p. 513

LXIII. *Vter adul terio magis eccet, vir an vxor.* ibid.

LXIV. *De pœna vxoris adulterantis & mariti consentientis.* p. 517

LXV. *De pœna stupri nefandi.* p. 519

LXVI. *Virgines & viduas mœchantes, minori pœna afficiendas, si cum ijsdem viris nuptias celebrent.* p. 522

LXVII. *Secundas nuptias licere viduis.* p. 523

LXVIII. *Grauior pœna viduæ imponenda, quæ alij nubit, relicto eo à quo semel cognita est.* p. 524

LXIX. *De pœna Delatorum & qui dicerentur Proscripti.* p. 525

LXX. *De pœna eius qui aliquem interficiendum detulit.* p. 528

LXXI. *De pœna falsi testis.* p. 529

LXXII. *A tempore Apostolorum Ecclesiam habuisse iurisdictionem forensem, & Canone 74. id comprobari.* p. 531

LXXIII. *De falsa Episcoporum & Clericorum accusatione punienda.* p. 533

LXXIV. *Diaconus in crimine mortis detectus, etiam ante ordinationem admisso, deponitur : & quod esset crimen mortis.* p. 534

LXXV. *Leuiùs qui se deferunt, quàm conuictos puniendos.* p. 576

LXXVI. *Quæ fuerit laica communio.* p. 537

LXXVII. *Iurisdictionis Ecclesiasticæ esse capacem Diaconum.* p. 540

LXXVIII. *Benedictionem in Can. 77. Sacramentum Confirmationis intelligi : & cur Christiani ea perfici dicantur.* p. 542

LXXIX. *Solo baptismo in necessitate, posse quemquam saluari.* p. 544

LXXX. *Grauiùs fidelem virum delinquere si ad fœminam infidelem accesserit, quàm è contra.* p. 545

LXXXI. *Diuersa in eum qui se defert, vel qui conuincitur pœna statuenda.* ibid.

LXXXII. *De pœnitentia alea ludentis.* p. 546

LXXXIII. *Liberti qui, & cur ab Ordinibus suscipiendis repellantur.* p. 549

LXXXIV. *Cur fœminis scribere sine maritorum nominibus, aut eis rescribi non liceat.* p. 551

DE CONCILIO ILLIBERRITANO CONFIRMANDO; AD CLEMENTEM VIII. PONTIFICEM MAXIMVM, FERDINANDI DE MENDOZA

LIBRI TRES.

CAPVT PRIMVM.

De Concilij Illiberritani nomine, & vrbe in qua habitum eſt.

A CVM accepiſſem, Clemens Pater Sanctiſſime, inter eas curas, quas multas & graues præ ſe fert ampliſſima hæc ſancti tui muneris functio; in eam Te potiſſimùm incumbere, vt ad reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam, & extirpandas præſentis, & antiqui ſeculi hæreſes; diuini vtriuſque Teſtamenti codices quàm emendatiſſimi ederentur, & ſacrorum Conciliorum exemplaria, multorum ſtudiis & lucubrationibus emendata, illuſtratáque proderent: vidiſſémque Beatitudinem Tuam, tam acri iudicio, quàm ſumma diligentia, & religione alterum perfeciſſe: alterum verò vt perficiatur, pari pietate, ſtudio, & labore conari: an Concilij Hiſpanici antiquitatem, velut ſenio iam & vetuſtate caducam vir Hiſpanus renouare deberet, Hiſpanorúmque Epiſcoporum religionem, & externis & domeſticis B telis, aut tormentis potiùs oppugnatam defendere, & à multorum calumniis vindicare; an verò prætermittere vtrumque ſatius foret, ſæpe ac diu mecum ipſe cogitaui. Conſtituti curſus ingreſſum impediebat ingenij tenuitas, optimarum artium exigua ſuppellex, & tantæ rei magnitudo, quàm non modò facultate conſequi, ſed nec cogitatione complecti, vix poſſe eum arbitrabar, qui vereretur reprehenſionem doctorum atque prudentum. Impeditum tamen & vacillantem animum graui hac & ancipiti difficultate, vel iacentem potiùs, erigebat patriæ ſtudium, pietatis ratio, religionis zelus; erectum firmabat ſanctiſſimi & prudentiſſimi anteceſſoris tui Gregorij XIV. fidei & religionis graue teſtimonium; quo reuocatos in dubium huius Concilij canones, non ſolùm illata iniuria eripi, defendíque voluiſſe; ſed ad honeſtum hoc, pium & ſanctum tutandæ religionis officium, Hiſpanorum ſtudium, operam, diligentiam, labores; & ſanctitate Pontificis & amore parentis requiſiuiſſe accepimus. Illud C autem ſpe certa confirmare cœpit, auxiliúmque polliceri, honoris noſtri, com-

munis, & patriæ conſeruandi; & recuperandæ eius priſtinæ dignitatis, quòd tractandis Eccleſiaſticæ Reipublicæ gubernaculis eum cœleſti munere præfectum ſciam, cuius ſingularis & ſpectata clementia, cùm diuinæ quam obtinet, auctoritati par eſſe prædicetur, non patienti ſolùm animo, ſed iucundo & grato munus videtur ſuſceptura, perexiguum ſatis & leuidenſe (fateor) ſi doctrinæ, & auctoritatis noſtræ pretio æſtimetur; religioſum tamen & magnum, ſi rerum tractandarum grauitate & dignitate penſetur. Agendum eſt enim, non ſolùm de antiqua Illiberritanæ vrbis magnitudine, & celebritate, vt tam præclara & recenti Clementis recordatione illuſtrior multo, quàm ſi Gothorum, & Arabum irruptionibus obſcurata, deletáque non fuiſſet, videatur: agendum non tantùm de Concilij antiquitate, vt dignitatem primi Eccleſiæ eorum quæ exſtant poſt Hieroſolymitana, Concilij, caneſcentis aut canæ iam ætatis proprio iure debitam, quorundam tamen Catholicorum extenuatam incuria, & hæreticorum iniuria ſublatam, tua benignitate in futura Conciliorum editione, quaſi poſtliminio recipiat; nec agendum modò de tuenda Hiſpanica religione, quæ multorum calumnijs debilitata, cupit æquitate tua recreari, nec de vita tandem, moribus & doctrina ſanctorum Hiſpaniæ Epiſcoporum, qui ne infeliciter res Chriſtiana periret, feliciter ipſi perierunt: ſed de Galliæ præteroà, Germaniæ, Angliæ, Græciæ, & quod pluris facio, de Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ auctoritate, cuius Legatos huic ſacro Concilio interfuiſſe, in actis Sueſſionenſis apud ſanctum Medardum legimus; canones autem & decreta, ſæpe poſteà ab ea repetita, laudata ſæpe, ſæpe probata & confirmata cernimus. Agendum de Sanctorum meritis, de Sacramentorum virtute, de vana ſuperſtitione idolorum, de ſacro Dei cultu, & reliquis Religionis noſtræ myſterijs, quibus Chriſtus dilectam ſponſam ſuam militantem Eccleſiam inſtituit, erudiuit, ornauit, & tanquam quibuſdam religionis ſepimentis, aduerſus mundi rectores & principes tenebrarum harum ſingulari ſapientia & bonitate ſuffulſit. Vt inde igitur oratio noſtra proficiſcatur, vnde caput harum rerum duci debet: Illiberritanæ vrbis & Concilij in ea habiti tanta eſt vetuſtas, vt proprium vtriuſque nomen temporis diuturnitate & iniuria exeſum pene ſit, atque obliteratum: quo fit, vt alij aliis id appellent nominibus. Quidam enim Libertinum [a] vocant, quidam Liberinum, alij Hiberitanum; nec deſunt, qui Elibertinum, Eliberinum & Eliberinum; nonnunquam Heliberritanum, vt [b] Rabanus [c], alij Elibertanum vt Burchardus, [d] Iuo, & Gratianus [e], & ante hos Concilium Colonienſe [f] ſub Carolo III. Imp. cognomento Craſſo, Sueſſionenſe [g] ſub Carolo Rege, Moguntinum ſub Ludouico [h], & alterum Moguntinum ſub Arnulpho. [i] Mihi verò vetus ciuitatis nomen inflictis tot, & temporis, & dominorum ſæuitia plagis fugitiuum adhuc reuocare cupienti, Illiberritanum dici magis placet. De Eliberi enim vetuſti Geographi mentionem nunquam fecerunt, faciunt tamen de Illiberi non ſemel, ſed bis: duplicem enim Illiberim conſtituunt Ptolemæus [k], & Plinius [l] in emendatis codicibus, tametſi negligentia exſcriptorum ex gemino rr. quod in nummis antiquis & vetuſtis lapidum Illiberis Bæticæ inſcriptionibus exſtat, alterum omittatur, aut ſicilici ſaltem apicis nota. Docet enim D. Iſidorus [m] veteres duplicibus literis non fuiſſe aliquando vſos, ſed ſupra literam, ſicilicum addidiſſe, quo admonerentur lectores, literam in pronuntiatione geminandam. Quod hodie non obſeruatur. Vnam Illiberim refert in Gallia Narbonenſi Ptolemæus, non procul à Ruſcinone, in ora Illiberis fluuij, à quo forſan vrbi nomen inditum: quod & indicat Strabo [n]. De qua Plinius agens. [Oppida (inquit) Illiberis, magnæ quondam vrbis tenue veſtigium:] Alteram Ptolemæus in Turdulis, non procul ab Acci Baſtitanorum, de qua Plinius. [Celeberrima inter hunc, (Bætim fluuium intelligit) & Oceani oram in Mediterraneo, Segeda, quæ Augurina cognominatur; Iulia, quæ Fidentia; Virgao, quæ Alua; Ebura, quæ Cerealis; Illiberi, quod Liberini; Ilipula, quæ Laus; Artigi, quod Iulienſes; Veſci quod Fauentia.] Antiquæ huius vrbis ſitum hodie retinent Granatenſes; eos intelligo, qui incolunt ciuitatem Granatam nobile Regni Granatenſis caput; nec regni titulo ſolùm, ſed iuridico totius Bæticæ conuentu celeberrimam. Ab hac Illiberrim antiquam ſeptimo lapide diſtare, publica mihi fide conſtat regij in eâdem ciuitate menſotis. Exſtat enim nunc (quod de Illiberi Narbonenſi Plinius, & Mela ſcripſerunt) antiquæ Bæticæ Illiberris & magnæ quondam vrbis tenue veſtigium: rudera enim dirutæ vel cadauera potiùs defunctæ ciuitatis & parietinarum Eccleſiæ, in qua Concilium hoc habitum eſt, viſuntur in colle, qui vulgò Mons Elbiræ appellatur, qui ſicut antiquæ vrbis, ita & nominis non obſcurum retinet veſtigium. Mons ergo de Elbira, & Porta ciuitatis Granatæ ab incolis nuncupata de Elbira, (quod per eam iter ſit ad Illiberrim) etymon [o] antiquæ ciuitatis

[a] *Concil. Arelaten. apud Burchardum lib. 17. decret. c. 53.*
[b] *Rabanus in Paxiten. lib.*
[c] *Burchardus, [d] Iuo, & [e] Gratianus in decretorum collectionibus, quæ propriis locis poſtea referentur.* [f] *Concil. Colonienſe can. 6.*
[g] *Concil. Sueſſion. apud ſanctum Medardum ad finem ſexta actionis, quæ exſtat in actis eiuſdem.*
[h] *Concil. Mogunt. ſub Ludouico can. 22.*
[i] *Concil. Moguntinum ſub Arnulpho can. 26.*
Cur Concilium hoc Illiberitanum nuncupandum.
[k] *Ptolem. in 2. Europæ tabula* [l] *Plin. lib. 3. c. 1. & 4.*
[m] *D. Iſidor. lib. 1. etym. c. 20. qui Siculicum apicem dictum ait, quòd in Sicilia inuentus ſit eius vſus.*
[n] *Strabo lib. 3. de ſitu orbis.*
Plinius. lib. 3. c. 3. Bætim fluuium Guadalquiuir Arabum voce dicimus.
[o] *De voce Granata hæc ex Arabibus refert Aluarus Gomecius lib. 2. de geſtis Francisci Ximenij.*

A ciuitatis retinere, perſpicue videntur. Cui & conſentanea eſt origo nominis ciuitatis Granata, [n] quam ex ſparſis illius cineribus oriam, natura loci, & maiorum traditione cognouimus. Non enim ſic dicta eſt a malo punico hiante (vt à multis creditur) ſed à Granata barbara voce, quæ illius gentis idiomate horreorum domus intelligitur, peritis illius ſermonis ſic interpretantibus, ad id peruetuſtam, ſiue hiſtoriam, ſiue fabellam recenſentibus de principe quadam femina antiquæ Illiberis incola, quæ ſua illic frumenta ſolita eſſet recondere. Quid verò cauſæ ſit, qua ciuitatem hanc Illiberitanam, tam diuerſis nominibus veteres appellauerint; eam reddi poſſe arbitror: quòd diuerſæ Gentes, diuerſo vtentes idiomate, in ea dominatæ ſint. A Criticis & & politioribus Latinæ linguæ ſtudioſis, Illiberis, præcedente l. & ſequentibus duplici ll. & rr antiqua Hiſpanorum & Romanorum lingua, hodie nunquam pari debet

B gemino enim rr in vrbium & locorum nominibus ſæpiſſimè vſi ſunt: ne noua vel dura hæc Illiberis pronuntiatio quibuſdam videatur. Vrbium in Hiſpania hæc occurrunt exempla, Laberris, Turriga, Biguerra, Gracurris, Calagurris, Veturris, Tarraco Atruci, Artiaca, Sigarra, quibus Plinius adiungit Cerretanos populos & Arreuacos: Scuurros Ptolemæus, & alios his ſimiles. ILLI quoque nomen veteres Hiſpanos Bæticos præſertim pro oppido vſurpaſſe, ſunt qui cenſeant: [o] coniectura ſumpta, quod ab ea dictione multa Bæticæ prouinciæ oppida initium habent, vt Illiturgis, Illiberris, Illipa, Illipula, ne plura complectar, quamuis non deſint alij [p], qui vt Hiſpaniam à Rege quodam Hiſpano cognomine; ſic & Illiberrim ab eiuſdem Regis ſorore cognomine Illiberria, fundamenta iacta & nomen honoris gratia ſuſceptum contendant: adeò perhibentur vetuſta vrbis incunabula. Ab Hiſpanis ergo & Romanis ſic olim vocatam, non Eliberim, tametſi diſſentiant recentiores, ex Martyrologio Ro

C mano [q] apparet, quod cùm meminiſſet Cæcilij primi huius ciuitatis Epiſcopi, Illiberi eum in Domino quieuiſſe refert; & ex D. Hieronymo [r], qui de Gregorio Bætico ſermone inſtituto, Illiberi Epiſcopum fuiſſe recenſet: ſed clariùs multo ex antiquis inſcriptionibus quorundam lapidum, quos Granatæ nuper repertos renuntiauit mihi Iacobus Luzerus iudicandis nobilitatis litibus in Granatenſi prætorio præfectus regius, cùm honeſtarum artium, tum iuris vtriuſque ſtudiis apprimè eruditus: primum ait in vico quodam eius ciuitatis (Arabum voce Alcazaua dicitur) erutum eſſe ex ædibus Sebaſtiani de Montealegre, cum hac inſcriptione.

[n] De voce Granata hæc ex Arabibus refert Alcantara Boccatus libro de gestis Francisci XI. [illegible]

[o] Hoc [illegible] exempla ex [illegible] in Hispania [illegible] Antiquitates [illegible] Hispaniæ inscriptionum.

[p] Ambros. Morales in antiq. Hisp. c. 1.

[q] Franciscus Tarapha de origine & rebus gestis Regum Hispaniæ, in Rege Hispano. Vasæus in Chronic. Hispan. & alij.

[r] Martyrol. Rom. 4. Idus Maij.

[s] D. Hieronymus in Catalog. script. Ecclesiasticorum in Gregorio Bætico.

[t] Hæc adeo in vrbis regiæ quam vulgò Parochiam de S. Nicolas vocant.

D

FVRIAE·SABINIAE·TRANQVIL·
LINAE·
AVG·
CONIVGI·IMP CAES·M·AN
TONI·GORDIANI·PII·FEL·
AVG·ORDO·M·FLOR·ILLIBER
RITANI·DEVOTVS·NVMINI
MAIESTATIQVE·SVMPTV·
PVBLICO POSVIT·
D D

E

ut illa in eâdem diuersione.

Alterius lapidis duo adhuc exſtare fragmenta in ædibus Chriſtophori de Palacios cum hac inſcriptione retulit.

In earundem ædium ruderibus inuentus eſt alter lapis cum inſcriptione his literis exarata & lineis inducta.



Probat adhuc magis quod dixi, alterius lapidis inſcriptio (& his meritò fides habenda eſt) quem exſtare etiam Granatæ in regia quæ dicitur Alhambra, in latere eius turris quæ vocatur de Comares, accepi.

Poſt Gothorum autem aduentum Eliberrim nuncupari animaduerto: idque confirmant veterum numiſmatum inſcriptiones Suinthilæ & Siſebuti Regum Gothorum. In illius nummo ex parte vna, hæc legitur, SVINTHILA REX. ex altera, PIVS ELIBER. In huius, SISEBVTVS RE. ex altera, PIVS ELIBERI. eorundémque Gothorum lingua, huius ciuitatis Epiſcopum Elibertanum vel Eliberritanum dictum, in vetuſtis CC. MS. & in editis Conciliorum Hiſpalenſium, & Toletanorum ſubſcriptionibus: vnde mutuati videntur Colonienſis, Sueſſionenſis, & Moguntinæ Synodi Patres citati ſuperiùs. Cuius forſan ea cauſa fuit, quod Gothis eſſet familiare i. in e. transferre, vt Ileridam, in Elerdam; Igeditaniam, in Egiditaniam; Illipulam, in Elepulam; & ſic aliàs. Quòd ſi Arabum ingreſſum conſideres, Illiberrim dictam Ilbiriam eiuſdem gentis more, portamque de Ilbiria, & montem de Ilbiria ipſi tradiderunt. nos verò lenioris gratia pronuntiationis, poſtquam eam ciuitatem Ferdinandi & Eliſabethæ Catholicorum Regum virtute recuperauimus, Montem de Elbira & Portam de Elbira appellamus. Narbonenſem autem Illiberim, Eliberim Pomponius Mela [p] nuncupat, ni manis locum corruptum, & pro e. i. reponendum; nam præter Ptolemæum & Plinium, eam Illiberim, præcedente i. ſequente gemino ll. & ſimplici r. (in quo hæc differt à Bætica) crebrò nuncupat Liuius, loquens enim de Hannibalis exercitu, cum Hiſpanias per Pyrenæum ſaltum traduci cœpit. [Carpetanos quoque (ait) ab ſe dimiſſos ſimulans, inde, ne mora atque otium animos ſolicitarent, cum reliquis copiis Pyrenæum tranſgreditur, & ad oppidum Illiberim caſtra locat.] Poſt addens. [Oratores ad Regulos eorum miſit, colloqui ſemetipſum velle cum his, & vel illi propiùs Illiberim accederent, vel ſe Ruſcinonem proceſſurum.] Et mox. [Vt verò Reguli Gallorum caſtris ad Illiberim ex templo motis, haud grauatè ad Pœnum venerunt.] Qui autem Eliberim cum Mela ſcripſerunt, cauſam dederunt aliis, vt Concilium Eliberinum nuncupauerint, putantes in ea ciuitate, non procul à Ruſcinone id Concilium coactum: eam nunc *Salſes* [q] dici volunt: ſed neutrum idoneo ſatis argumento. Nam ea Illiberis (ſic malo eam nuncupare Ptolemæi, Liuij, & Plinij [r], qui Cæſarum procurator fuit in Hiſpania, certiorem fidem ſequutus) non potuit eſſe quam nunc *Salſes* vocant, nam Mela [s] qui de Illiberi priùs, de ea quam *Salſes* dicunt, egit item poſteriùs. [Lacus (inquit) accipit eum Rubreſus nomine, ſpatioſus admodum, ſed qua mare admittit tenuis aditu. Vltra eſt Leucata, littoris nomen, & Salſulæ fons, non dulcibus, ſed ſalſioribus, quàm marinæ ſint aquæ defluens.] Verius eſt ergo, quam Ptolomæus, & Plinius Illiberim, *Coplibre* nunc dici, iuxta Ruſcinonem, *Perpiſſam* noſtri nuncupant, caput Comitatus Roſſilionis. Caucoliberim compendij gratia, & hodie, & olim vocatam ex Martyrologio Romano [t] comperio, in quo fit mentio de Vincentio Martyre Catalaunenſi, qui in ciuitate Caucoliberi martyrij palmam eſt adeptus: dictam ſic arbitror, quaſi Caucorum Illiberim, vt diſtingueretur à Bætica Illiberri; Caucenſes enim populos ad eam partem Hiſpaniæ Tarraconenſis Plinius refert. In qua Concilium hoc habitum, mihi nec veriſimile apparet, nedum verum, quamuis diſſideant plures nec ineruditi, nec indocti huius ſeculi ſcriptores; quia non ſolùm Conſtantini æuo, quo Concilium hoc ipſi coactum volunt; ſed & antiquiore Pomponij Melæ & Plinij, eam dirutam fuiſſe, certum eſt. Plinius [u] ſic ait: [Oppida Illiberis, magnæ quondam vrbis tenue veſtigium:] Mela [x] [Colonia Ruſcino, vicus Eliberi, magnæ quondam vrbis, & magnarum opum tenue veſtigium.] In deſertam euerſamque ciuitatem aut vicum Epiſcopos Hiſpaniæ conueniſſe difficile dictu, creditúque eſt, Epiſcopos præſertim Toletanæ, Bæticæ, & Luſitaniæ prouinciæ, quos huic adfuiſſe Conſilio docent ipſorummet ſubſcriptiones: ſubſcripſerunt enim Felix Epiſcopus Accitanus, Acci vulgò *Guadix* in Bætica: Sabinus Epiſcopus Hiſpalenſis: Pardius Epiſcopus Menteſanus: Menteſa *Montejo* dicitur in Bætica: Melanthius Epiſcopus Toletanus: Vincentius Epiſcopus Oſſonobenſis, in Luſitania eſt Oſſonoba, in extimis regni Algarbiorum littoribus, à Faro non longè: Succeſus Epiſcopus Eliocrotenſis, eſt Eliocrota, *Lorca* in Bætica: Patricius Epiſcopus Malacitanus, Malaca, noſtri *Malaga*: Oſius Epiſcopus Cordubenſis: Camerinus Epiſcopus Tuccitanus, Tucci *Martos* hodie, non procul à Granata: Secundinus Epiſcopus Caſtulonenſis (ſic enim legi debet, non vt in editis Conciliorum codicibus Catraleucenſis) Caſtulo in Bætica eſt, *Caſtona la vieja*: Liberius Epiſcopus Emeritanus, Emerita in Bætica, hodie *Merida*: Ianuarius Epiſcopus Salarienſis (ſi non de Fiblaria, ſed de Salaria legamus) Salariam in Algarbiorum regno, trito prouinciæ ſermone *Alcaçar de la ſal* dictam alij contendunt, ſed Siruelam Bæticæ Prouinciæ, aut Cazorlam alij: Quintianus Epiſcopus Elborenſis, Ebora in Luſitania: Eutychianus

[p] *Pomponius Mela lib. 2. c. 5.*

[q] *Narbonenſis Illiberis, ſimplici R. Bætica gemino, tribi debet. Liuius lib. 21.*

[r] *Ex Io. Pol do. & aliis.*

[s] *Plinius Iunior in Epiſtola ad Caciliam.*

[t] *Mela. lib. 2 c. 5.*

[u] *Martyr. Rom. 19. Aprilis.*

[x] *Ex Ioanne Epiſcopo Gerundenſi. Vaſæus in chronic. Hiſpan. c. 20. Stephanus Garibay. in Epitome hiſt. Hiſp. lib. 7. c. 48. Illeſcas in vita Syluſtri PP. & plures alij.*

[u] *Plinius lib. 3. naturalis hiſt. c. 3.*

[x] *Pomp Mela. l. 2. cap. 5.*

A B C D E F

A Eutychianus Epiſcopus Baſtitanus (ſic enim, non Baſteranus, nec Baſſitanus, vt in excuſis) Baſti in Bætica eſt, *Baza* dicitur. Ex vndeuiginti Epiſcopis, qui huic Concilio interfuerunt, ſi quindecim (vt Flauium Illiberritanum interim omittamus) fuerunt, tùm ex Toletana & Bætica: tũ ex Luſitania Prouinciis ſi quatuor & viginti presbyteri (de quorũ ſubſcriptionibus paulò poſt agendũ eſt, ne longior & moleſtior nũc progrediatur diſputatio) ex eâdẽ Bætica prouincia fuêre, cui obſecro, fiet veriſimile, non illos potiùs in Bætica, quàm in Gallia Narbonenſi Synodum coëgiſſe: ſi animaduertat præcipuè is Theodulphi Malacitani Epiſcopi querelam in Cõcilio Hiſpalenſi II.[y] qua dolenter retulit [Antiquam eiuſdem vrbis parochiam ſiue diœceſim, militaris quondam hoſtilitatis diſcrimine (Concilij verbis loquor) fuiſſe deciſam, & ex parte aliqua, ab Eccleſiis, Aſtigitana, Eliberitana, atque Agabrenſi retineri:] Quarum Eccleſiarum terminum confines plaB nè (ni fallor) plenéque oſtendunt Illiberritanam in Bætica fuiſſe prouincia, non verò Narbonenſi. Quibus ſuffragatur vetus ſententia & finium regundorum iudicium, quod Vvamba[z] Rex de ſingulis Hiſpanicarum Eccleſiarum Diœceſibus Concilij Toletani decreto fieri ſtabiliríque voluit: in quo cùm terminos Eccleſiæ Malacitanæ Patres præſcriberent, ab vltimis Eccleſiæ Malacitanæ Illiberritanos exorſi ſunt, & ab vltimis Illiberritanæ Aſtigitanos. [Malaga (aiunt) teneat de Data, vſque Maleocam (ſic enim legi debet, non Malexcam, vt in aliis CC. MS.) de Tenna vſque Sedes Campos; Eliberris teneat de Maleoca vſque Sotellam; de Almica vſque Sedile; Aſtigi teneat de Sotella, vſque Parietem; de Lueca vſque Raucam.] Intellexit hoc ipſum & docuit Rex Alfonſus X. quem præclarum ſapientiæ ſtudium præclaro Sapientis titulo decorauit. Inter ſedes enim Archiepiſcopo Hiſpalenſi ſubiectas, quinto loco Illiberitanam commemorat his verbis. [El Obiſpado de Elibere eſta es Granada, tenga deſde Malaga faſta Sotela; & de Almica faſta la Poſſada.] Quare in Concilio Hiſpalenſi II. Prouinciæ tantùm Bæticæ ſubſcripſit Biſſinus in Chriſti nomine Illiberitanæ Eccleſiæ Epiſcopus. D. præterea Gregorium olim Illiberritanum Epiſcopum à Clementio Gentili Conſtantij in Bætica Præfecto Vicario Cordubam deductum, & ab Oſio Epiſcopo Cordubenſi damnatum, apud Iſidorum Theodiſcus[a] ex Marcellino deſcripſit Nec prætermittendum adhuc quod canone XXIII huius Concilij decernitur, menſibus ſingulis ieiunium eſſe indicendum [exceptis duobus, Iulio & Auguſto, ob eorundem infirmitatem] quod magis feruido & æſtuanti Solis ardori Bæticæ prouinciæ, quàm Galliæ Narbonenſis (quæ temperatior eſt) tribui & poteſt & debet In cuius Illiberi ſeu Caucoliberi Epiſcopi Cathedram conſtitutam, nec vidimus, nec legimus, nec repetita omnium ſeculorum memoria tale quidquam agnouimus. Tres enim exſtant ſatis vetuD ſtæ Epiſcopatuum Hiſpaniæ & Galliæ Narbonenſis diuiſiones; quarum prima Conſtantino Imperatori; altera Theodemiro Regi Sueuorum; poſtrema Vvambæ Regi Gothorum accepta refertur: in nulla harum Epiſcopum reperio Caucoliberis. Nam eorum qui ſubiiciuntur Archiepiſcopo Narbonenſi, octo ſedes ſunt, Beterris, Carcaſona, Toloſa, Agata, Lateua, Magalona, Nemauſus, Elna, cui Caucoliberis paruit ſemper & paret, & de cuius cathedra ſiluerunt Rodericus Archiepiſcopus Toletanus, & Rex Alfonſus X. Hiſpanicarum antiquitatum accuratiſſimus inueſtigator, & cum his reliqui fideles, ornati & graues priſci æui, vel ſcriptores, vel teſtes: neutiquam omiſſuri, ſi in ea prouincia vel vrbe is eſſet Epiſcopatus inſtitutus. Qua de cauſa manuſcriptis quibuſdam codicibus D. Laurentij, Eccleſiæ Toletanæ & Ouetenſis, qui referentes antiquam Epiſcopatuum Hiſpaniæ diuiſionem ab Vvamba Rege factam, Caucoliberim inter ſedes ſubiectas Archiepiſcopo Narbonenſi commemorant, hac in parte non E ſatis acquieuero. Nam in aliis manuſcriptis (quos habeo eximiæ vetuſtatis, & fidei dignitate venerabiles) nullæ aliæ Epiſcopatuum ſedes recenſentur, præter eas quas Rex Alfonſus expreſſit in hiſtoria Hiſpaniæ generali: ideóque citatos codices ab exſcriptoribus eſſe deprauatos, eò magis non temerè diuinare, ſed ſatis probè coniicere licebit: Voletanos quidem & Ouetenſes, quòd cum reliquatum ſedium terminos, ab Oriente ad Occidentem, à Septemtrione ad Meridiem præſcriberent, Caucoliberis proprios non attingunt; nec cui ſit illa confinis, adſignant: nec ſimpliciter Caucoliberim recenſent, ſed Toloſam, aut Caucoliberim, ſub diſiunctione: manifeſtum ignorantiæ exſcriptoris indicium, qui Toloſam appellari etiam Caucolibium (ſic enim illam nuncupat, non Caucoliberim) ſe ſcire, aut ignorare potiùs ſignificauit; quod & factitauit, cùm Elnæ meminit: nam illam Elenam vocauit vel Elnam, hærens quo eam nomine appellare debuiſſet: Codicem autem diui Laurentij, qui dicitur Hiſpalenſis; quod omF nem Toloſæ memoriam omiſerit, & eius loco ſubſtituerit Caucoliberim, cùm Toloſam

[y] *Concil. Hiſp. 2. can. 1.*

[z] *Diuiſio eſt quam Vvamba acceptam refert Rex Alfonſus decimus in hiſt. Hiſp. General. par. 4. c. 5.*

[a] *Ex Marcellino Theodiſcus apud D. Iſidor. in principio lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, in vita Oſij Epiſcopi Cordubenſis.* In Illiberi Narbonenſi nec Concilium hoc habitum, nec Epiſcopi Cathedra conſtituta, vnquam eſt.

ſam ſit certum Epiſcopatus ſedem ab ipſis Apoſtolorum temporibus nobilem ſemper habuiſſe: & Caucoliberim ea ſemper caruiſſe, multo certius. In tam exiguo enim interuallo, quo diſtat ab Elna Caucoliberis (vix enim abeſt IV. M. P.) duas Epiſcoporum Cathedras Regem Vvambam conſtituiſſe, haud facile adducar, vt credam: cùm reliquæ omnes multo maiori ſpatio interiecto, & ab ipſo & maioribus ſemper conſtitutæ fuerint. Quam tandem ſententiam inde comprobauerim, quòd non ſolùm Plinij [b] & Pomponij Melæ [c] tempore (vt vterque adfirmat) nec Conſtantini & Vvambæ, ſed & multò pòſt, vſque ad ætatem Lotharij Regis Francorum ea Illiberis diruta fuerit. Vvifredus enim Ruſcinonis Comes, à quo Ruſcinonenſes Comites fluxêre, eiuſdem Lotharij Francorum Regis permiſſu, Caucoliberim oppidum, deſertum, euerſum, proſtratum, reſtituendum, quinimo condendum denuò curauit: cui annuit Lotharius Rex, illique & poſteris eius regia liberalitate oppidum condonauit; quòd ſitus acceſſu, & portus appulſu Ruſcinonibus eſſet commodiſſimum; quod actum eſt anno Domini CCIↃ. XXCI. vt Hieronymus Surita, [d] Aragonicæ & totius Hiſpaniæ antiquitatum literatè peritus teſtatur.

[b] *Plinius lib. 3 c. 3. Mela l. 2. c. 5.*

[d] *Hieronymus Surita lib. 1. de rebus geſtis Regum Aragoniæ.*

Nec pluris refert, quod recentiorum [e] plures non ſolùm in Illiberi Narbonenſi ſedem Epiſcopalem conſtituerint, ſed Concilium hoc in ea coactum conſtanter aſſeuerauerint. Nam in re vetuſta & graui, antiquorum, quàm recentiorum auctoritas maiorem mihi fidem facit; cum hiſtoria præſertim Regis Alfonſi X. à qua antiquorum Epiſcopatuum ſedes & vrbes illi repetierunt; de Epiſcopo Illiberitano Narbonenſi, nullam (vt dixi ſuperiùs) mentionem fecerit. Quod autem notarunt quidam ex ſubſcriptionibus Toletani Concilij tertij, in quo eſt vna Stephani Illiberritani, altera Petri Eliberitani, vtriuſque (vt putant) Illiberis Epiſcoporum, non ſatis apud me ponderis habet: nam in melioribus Codicibus, Petrus non Illiberritanus, ſed Abderitanus Epiſcopus legitur. Fuiſſe autem Abderitanum Epiſcopatum in ea parte Bæticæ prouinciæ maritima non procul Charidamo promontorio, quam hodie Almeriam vocant, inter noſtros conuenit; eiuſque ciuitatis primum Epiſcopum fuiſſe ſanctum Teſiphontem Beati Iacobi Apoſtoli diſcipulum. At Petrum, non Illiberritanum, ſed Abderitanum Epiſcopum fuiſſe, conuincit Concilium Hiſpalenſe I. ex eiuſdem prouinciæ Hiſpalenſis Epiſcopis conuocatum, quod eodem ferè anno, quo Toletanum tertium, habitum eſt, in quo exſtat ſubſcriptio eiuſdem Petri Epiſcopi Abderitani, & altera eiuſdem Stephani Eliberitani. Nec eſt conſentaneum, Stephanum aut Petrum, ex Gallia Narbonenſi aduentaſſe, vt intereſſet Concilio Hiſpalenſi, in quo nulli alij præter ſuffraganeos Hiſpalenſis Eccleſiæ interfuiſſe leguntur. Interfuerunt enim Leander Hiſpalenſis, Ioannes Agabrenſis, Agapius Cordubenſis, Stephanus Eliberitanus, Baſilius Illipenſis, Velatus Tuccitanus, Petrus Abderitanus, Sintitius Italicenſis.

[e] *Ioannes Epiſcopus Gerundenſis, Taſſius, Stephanus Garibay, Illeſcas vbi ſupra. Abdera antiqua ſeu Abdera vt Ptolemæus, nunc* Almeria. *Charidemum Promontorium, hodie* Cabo de Gates. Leue mendum tollitur à Con. Tole. 3. in ſubſcriptione Petri Epiſcopi Illiberritani: pro quo reponendum Abderitani.

Sed quamquam Petrum, non Abderitanum, ſed Illiberritanum Epiſcopum fuiſſe permittam; non tamen inde in Illiberi ſeu Caucoliberi Epiſcopum fuiſſe mihi perſuadebo: quòd à Gregorio Magno, [f] à D. Iſidoro, [g] ab Alfonſo Rege, [h] & Roderico Archiepiſcopo Toletano perceperim, Leouigildum Gothorum Regem, ante indictionem illius Concilij, Arianæ impietatis infectum errore, grauem & acerbam in Chriſtianos exercuiſſe perſecutionem, & Epiſcopos Catholicos ſuis ſedibus exturbaſſe, aliis Arianis in eorum locum ſuffectis. Paulò autem poſt, cùm ſingulari Dei prouidentia defuncto Leouigildo, Reccaredus Rex primus eius filius, abiurata hæreſi Ariana, diuinarum perſonarum æqualitatem, & reliqua Catholicæ Religionis myſteria catholicè amplecteretur; piáque & religioſa tam ipſius, quàm Leandri Hiſpalenſis Epiſcopi ſolicitudine, Gothorum gens tota eandem Arij impietatem (qua tredecim annis ſupra ducentos infecta fuerat) primùm abiceret: opus tunc fuit ad abiurationem erroris inueterati (abiurarunt enim illum in Concilio, Epiſcopi, presbyteri, & diaconi Ariani reſipiſcentes, & omnes proceres Gothorum ſeculares, eiuſdem antea erroris ſectatores, vt apparet ex eorum abiuratione, principio eiuſdem Concilij Toletani III. præfixa) ad confeſſionem Catholicæ fidei exprimendam, Concilium (vt vocant) Nationale ex omnibus Hiſpaniarum prouinciis conuocari, & in eo Epiſcopos omnes adeſſe; tam hæreticos, quàm Catholicos; vt adfuerunt hac ipſa de cauſa Dertoſanæ Eccleſiæ duo Epiſcopi, Iulianus, & Froiſclus: Valentinæ alij duo, Vviligiſclus & Celſinus: Murila verò, quem eiuſdem Eccleſiæ tertium Epiſcopum adiiciunt editi codices, & quidam alij MS. Palentinæ Eccleſiæ fuit, (non Valentinæ, vt alij MS. emendatiores teſtantur, quibus conſentit D. Ildefonſus, [k]) Tudenſis Eccleſiæ Beccila & Nitigiſius, etſi

[f] *D. Gregorius lib. 3. dialogorum c. 31 & l. 7. regiſtri, indictione. 2. Epiſtola 126. ad Reccaredum.*

[g] *D. Iſidorus in hiſtor. Gothorum.*

[h] *Alfonſus Rex in generali, vterque in vita Leouigildi. Rodericus in hiſt. gener. Hiſp. lib. 2. c. 4.*

Leue mendum tollitur à Conc. Tolet. 3. in ſubſcriptione Murilæ Epiſcopi: nam non fuit Eccleſiæ Valentinæ Epiſcopus, ex CC. quidam MS. habent, nec Amalenſis, vt grauiori mendo exſtat apud Suritam & alios, ſed Palentinæ Eccleſiæ ex emendationibus MS.

[k] *D. Ildefonſus de*

A etsi pro Nitigisio Panthardus Bracarensis subscripserit: vt quosdam alios Arianos omittamus. A quibus vt discerni & internosci possent in omnem posteritatem Catholici, solebant Episcopi Hispani cùm subscribebant Conciliis, sanctæ se vel catholicæ Ecclesiæ Episcopos, addito Ecclesiæ Vrgellitanæ, Bracarensis, aut aliarum nomine, subscribere: non quòd putarent Ecclesias Hispaniæ, Catholicæ, hoc est vniuersalis auctoritate præstare (sciebant quippe hoc Tuæ Sedi solùm reseruasse Christum) sed vt Catholicæ fidei cultores, & Catholicarum Ecclesiarum Episcopos, non Arianarum se esse piè & catholicè profiterentur; quod & in sepulchrorum monumentis incidi inscribique vòlebant. Ad conuentus autem Ecclesiarum quod attinet, & subscriptiones in decretis, non ignorabant Episcopi Hispani Toletano Concilio conuocati canonem Concilij Nicæni duos in eâdem vrbe Episcopos, aut esse, aut vocati prohibentis; ideóque non posse in
B eodem Concilio duos eiusdem vrbis Episcopos adesse, & subscribere, Arianum præsertim vnum, & alterum Catholicum: sed pacis & vnitatis Christianæ gratia, illud in Hispania Catholici Arianis Episcopis permittebant: quemadmodum in Africa Donatistis Catholici. In conuentibus enim publicis (Collationes illi vocant) conueniebant omnes & subscribebant tam hæretici, quàm Catholici: cùm, quia causæ publicæ erant, & ab omnibus æquè tractari, vt ab omnibus æquè acceptarentur, æquum videbatur: tum vt experirentur, an sana doctrina, an mansuetudine & pietate Catholicorum Episcoporum ad vnitatem Ecclesiæ, hæretici tandem Episcopi, & suo exemplo reliqui reuocarentur. Quod vt faciliùs consequi possent, non recusarunt Catholici Donatistis æquiorem & vtiliorem aliquando deferre conditionem: obtulerunt enim illis in collatione, se dignitate abdicaturos, si conuincerentur: sin autem vincerent, permissuros & gratiam facturos Donatistis resipiscentibus, vt eundem Pontificij muneris honorem & dignitatem cum ipsis retinerent, vt in eâdem Ecclesia duo tolerarentur Episcopi tanquam collegæ, vt & olim Romæ Consules: ita tamen vt esset inter
C eos, velut ius quondam accrescendi, vt qui prior decederet, socium relinqueret in solidum suæ dignitatis hæredem, auctore Augustino. Remedium id tunc salutare visum est, vt Episcopis Donatistis, quos ambitio retinebat, spes aliqua honoris, si resipiscerent, obiiceretur; detraheretúrque timor infamiæ & ignominiosæ abdicationis futuræ, si ad Ecclesiam Catholicam rediret; vt Episcopi Africani testantur. Quorum iudicium non displicuisse Miltiadi Romanæ vrbis & orbis Episcopo refert Augustinus. [l] Cum enim ex sententia suorum collegarum Miltiades Donatum vt auctorem tanti schismatis damnasset, Donatistis resipiscentibus sic eum peperciſſe ait Augustinus; vt sanitatis recuperandæ optionem liberam eis faceret; paratus communicatorias
D literas mittere, etiam his, quos à Maiorino ordinatos esse constaret: ita vt quibuscumque locis duo essent Episcopi, quos dissensio geminasset, eum confirmari vellet, qui fuisset ordinatus prior: alteri autem eorum plebs alia regenda committeretur. De qua sententia loquens Augustinus, exclamat: [m] [Quàm innocens, quàm integra, quàm prouida, atque pacifica! O virum optimum! O filium Christianæ pacis! O patrem Christianæ plebis!] Ipsi quoque Nicæni [n] Concilij Patres cum agerent de Nouatianis, idem tribui posse confessi sunt. Arianis, qui iam aliquot annis Ecclesiæ gubernationem in Oriente occupauerant, & de ea possessione (si seriò reduci nollent)
E decedere à Theodosio iubebantur, non dissimilis conditio fuit oblata. Quo tempore Meletius, quem Ariani primùm suarum partium esse confidebant, cum ab Eudoxio Antiochiæ Episcopus institutus, repente præter spem Arianorum, Nicæni Concilij decreta amplecteretur; eorundem suasu à Valente Imperatore in exilium missus est: post verò, cum illo exulante, Lucifer Caracallorum Episcopus Romanæ Sedis Legatus Antiochiam venisset, vt ciuium sedaret dissidia, in eaque Paulinum Episcopum secundum creasset; quòd Meletij institutionem, & ab hæreticis factam, vanam & irritam esse duceret, regnantéque Gratiano, Meletius ab exilio reuocaretur, grauissimi tumultus duorum Episcoporum imperio in ciuitate & Ecclesia excitati sunt, quos similis pacauit concordia: conuentum enim est inter eos, vt societatem eiusdem Episcopatus ambo retinerent, ea lege, vt altero mortuo, alter qui superstes esset, in solidum maneret Episcopus; vt Socrates [o] tradit, Nicephorus, [p] Sozomenus [q] & alij.

Nec solùm liberalem hanc honoris, Pontificiæque dignitatis communionem soliti sunt Episcopi Catholici hæreticis deferre; sed & alteram aliquando addiderunt, non relatu tantùm sed exemplo & imitatione dignissimam, quam idem Augustinus [r] recenset. Aurelij enim Syluani, & Catholicorum Episcorum epistolam, cùm ad Marcellinum referret, hæc ad finem commemorat. [Quòd si fortè populi Christiani singulis delectantur

viris Illustribus in vita Conantij Palentini Episcopi, ait: Conantius, qui post Murilanem, Ecclesiæ Palentinæ sedem adeptus est. Dixit Murilanem idiomate Gothico, nam omnia finita in s. in obliquis casibus terminant in em: vt Egicanem. Vuambanem, &c.

ur sanctæ & Catholicæ Ecc[illegible]iæ Episcopos, se Hispani ali[illegible] ancupauerint in oncilijs Toletanis 2. 3 [illegible] palensi 1. Emeritensi & Narbonensi: quod eodem tempore Reccaredi Regis habitum st, nondum editum manuscriptũ apud nos. Concil. Tolet. 12. can. 4. huius canonis meminit st[illegible] negger apud Alfonsum Pisanum. lib. 1 de actis Concil. Nicæni. can 12. Donatistas subscripsisse in Collationibus [illegible]to [illegible]. Augustin. post collationem. c. 11 de propriis ipsorum literis confirmata decreta autorent postea inficiari, & inficiantes propriis possent reuinci subscriptionibus.

l D. Augustin. in breuiculo collationum in princip. c. 5. Episcopi Africani in Concilio quod vocant Africanum. can. 35.

m D. Aug. in Epist 162. ad Glorium & Eleusium.

n Concil. Nicænum can. 8. sed uberius c. 18. eorum quæ ex Arabica lingua in Latinam conuertit Alfonsus Pisanus. lib. 3. de actis Concil. Nicæni.

o Socrat lib 5. hist Eccresiast. c. 5.

p Nicephor. lib. 12 cap. 3.

q Sozom lib 7. c. 3

r D. Aug in lib. de gestis cum Emerito

ctantur Episcopis & duorum consortium inusitata rerum facie tolerare non possunt: vtrique de medio discedamus; & Ecclesiis singulis damnata schismatis causa, in vnitate pacifica constitutis, ab his singulis in Ecclesiis; singulis annuentibus vnitati factæ per loca necessaria, singuli constituantur Episcopi. Augustinus Episcopus dixit: Dicam caritati vestræ, & commemorem rem dulcissimam, & suauissimam; quam Domino adiuuante, sumus experti: cum ante ipsam collationem inter nos aliqui fratres de hac re colloquerentur, quia pro pace Christi Episcopi debent esse aut debent non esse: quod vobis fatendum est: circunspicientes omnes fratres & Coëpiscopos nostros, non facilè nobis occurrebant, qui hoc vellent suscipere, & de hac humilitate Domino sacrificare: dicebamus, vt fieri solet, ille potest, ille non potest, ille consentit hoc, ille non tolerat: loquentes magis pro suspicionibus nostris, qui corda illorum minimè videre poteramus. Quando autem ventum est, vt hoc palàm fieret, in Concilio vniuersorum tam frequenti penè trecentorum Episcoporum; sic placuit omnibus, sic exarserunt omnes, vt parati essent Episcopatum pro Christi vnitate deponere, & non perdere, sed Deo tutiùs commendare; duo ibi vix inuenti sunt, quibus displiceret, vnus annosus senex, qui hoc etiam dicere liberiùs ausus est; alter voluntatem suam tacito vultu significauit: sed posteà quàm, illum senem liberiùs hoc dicentem obruit omnium fraterna correptio, illo mutante sententiam, vultum etiam ille mutauit.] Hæc Augustinus. Quæ ideò lubentiùs recitaui, quòd non præclarum tantùm & illustre præbeant exemplum modestiæ & caritatis Christianæ, sed in primis vtile, quoties de Pontificatu certetur, & ambitio contendentium perturbandæ Ecclesiæ causam dederit.

Fuit & altera eligendi secundum in eadem ciuitate Episcopum ratio, vt priorem ætate, morbo, vel debilitate confectum, consilio leuaret, auctoritate foueret, & auxilio confirmaret. In Africa enim D. Augustinum, Valerij Episcopi Hipponensis collegam & coëpiscopum creatum esse quis nesciat? etsi ignotum sibi canonem Concilij Nicæni ille posteà assseuerasset. Eaque de causa Possidius [s] narrat, cum cum Episcopus esset, publicè recitari sæpius canones Nicænos voluisse, dedisséque operam, vt cum clerici, vel Episcopi ordinarentur, decreta Conciliorum eis ab Episcopis ordinatoribus repeterentur: quod statutum est Concilio Carthaginensi III [t]. sancta & docta Augustini ignorantia decreto causam dante, & propria deinde auctoritate confirmante.

[s] *Possidius in vita D. Aug. c. 8. D. Aug. Epist. 110. Possidius ibidem cap 8.*
[t] *Concil. Carthag 3. can. 3.*

Ex quibus palàm consequitur, nec documentum certum, nec coniecturam probabilem ex subscriptionibus Concilij Toletani III. erui posse, ad probandum Illiberis Narbonensis Episcopatum: quòd duplex in illo sit Episcopi Illiberitani subscriptio. Quod animaduerti & obseruari cupio, ad eam ambiguitatem tollendam, quam duplices huius, & aliorum Conciliorum subscriptiones doctis aliquando hominibus pepererunt.

Cur in Concilio Tarraconensi Illiberritanus Episcopus interfuerit, & aliis Conciliis, ex diuersis prouinciis alij.

Quòd si acriùs instent, vrgeántque subscriptionem Orontij Eliberitani Episcopi in Concilio Tarraconensi, existimantes, illum Narbonensis Illiberis, non Bæticæ Episcopum fuisse, quod in Concilio prouinciali Tarraconensi Episcopus Bæticus interesse non posset: nihilo magis impediar: quod Concilium illud ex aliis quàm suffraganeis prouinciæ Tarraconensis coactum, ipsius Orontij Illiberritani Episcopi subscriptio probet, & confirmet. Inter sedes enim subiectas Archiepiscopo Tarraconsi, Illiberis aut Caucoliberis mentio non fit. Illæ enim sunt, Dertosa, Cæsarauguſta, Turiaso, Calagurris, Auca, Pampilo, Osca, Ilerda, Barcino, Egara, Ausa, Gerunda, Emporiæ, Vrgellum. In vetusto Codice manuscripto adduntur Ictosa, & Insulæ Baleares, Maiorica, Minorica, Formentera, Vzetica: Illiberis autem, vel Caucoliberis memoria nulla. Quinimo iidem qui Episcopatum in ea Illiberi fuisse contendunt, subiectum Narbonensi Archiepiscopo, non Tarraconensi assseuerant. Vtcunque ergo sit, constat sanè, Tarraconense illud Concilium, ex eiusdem solùm prouinciæ Episcopis conuocatum non fuisse: cum Hector Episcopus Carthaginensis Metropolis in illo pariter subscripserit: quem paruisse Tarraconensi, aut Narbonensi nemo eruditus affirmauerit. Quare autem Hector, & Orontius diuersarum prouinciarum Episcopi Tarraconensi interfuerint, expedita ratio est. Cum Gothorum enim, Sueuorum, VVandalorum, vel quod grauius fuit posteà, Arabum irruptionibus vrbes Hispaniæ & Ecclesiæ euerterentur; remanebant Episcopi eis ante præfecti, & qui denuò creabantur, nomine tenus & titulo insigniti; cumque propriæ diœceseos finibus exterminarentur, cogebantur interdum vagari, Regum & aliorum Principum Ecclesiasticorum

A siasticorum patrocinium requirentes; à quibus singulari beneuolentia, humanóque & ciuili cultu peregrinos Episcopos suscipiendos, antiqua fuit & benigna satis Osij [u] Episcopi Cordubensis sententia vniuersi Concilij Sardicensis consensu, & auctoritate comprobata: quam cum pari humanitate in Hispania nostrates Episcopi, vt à Christo primùm, & ab Hispano posteà Episcopo traditam recepissent, omnia pietatis officia peregrinis Episcopis semper exhibuerunt, & si in ipsorum Ecclesiis Concilia interim cogerentur, ad consultationem, & sententiam ferendam ipsos titulares Episcopos nonnunquam inuitabant, quorum vtrumque testatur Rodericus [x] Archiepiscopus Toletanus: recensens enim eos qui ad consecrandam Ecclesiam Sancti Iacobi conuenerant, & qui interfuissent Ouetensi Concilio, ea de causa & pluribus aliis coacto, hæc ait. [Rex itaque vitis epistolis, gaudio est gauisus, & constituit diem, in qua

B conuenirent nobiles, & Magnates, & Pontifices, qui Ecclesiam beati Iacobi dedicarent, & celebrata dedicatione, omnes cum gaudio ad propria redierunt, & fuerunt ibi in dedicatione multi Episcopi, Vincentius Legionensis, Gomellus Astoricensis, Hermegildus Ouetensis, Didacus Tudensis, Egila Aurensis, Sisnandus Iriensis, Reccaredus Lucensis, Theodosinus Britonensis: horum ciuitates iam per Dei gratiam à Christianis possidebantur. Fuerunt ibi alij Episcopi, quorum ciuitates aliquæ desertæ, aliquæ ab Arabibus tenebantur, Ioannes Aucensis, Dulcidius Salmanticensis, Iacobus Caurensis, Faustus Coimbrensis, Ardimirus Lamecensis, Theodemirus Visensis Guimagus Portugalensis, Argimirus Bracarensis, Heleca Cæsarauguſtanus: horum vrbes, etsi aliquando Asturiarum Reges obtinuerunt, propter impotentiam retinendi, ab Arabibus occupatæ, aut retentæ, aut diruta remanserunt vsque ad tempora Aldefonsi, qui cepit Toletum. Et earum Episcopi ad Asturias fugientes tam in ciuitate, quam in Diœcesi Ouetensi, partitis sibi territoriis, vt poterant, victitabant Vn-

C de in aliquibus libris antiquis Ouetum dicitur ciuitas Episcoporum; transactis autem XI. mensibus, prædictus Rex vna cum vxore, & filiis, Episcopis, Comitibus, & Magnatibus auctoritate Domini PP Ioannis Ouetum ad celebrandum Concilium conuenerunt: in quo cum vniuersali conuenientia, ciuitas Ouetensis dignitate Metropolitica insignitur, & Hermigildus in Archiepiscopum sublimatur, quia Hispania captiuatis quinque sedibus Metropoliticis, silebat officio Metropolitico destituta. Incursantium enim hostilitate fugati intra Asturiarum angustias Prælati, qui gladium effugerant, confugerunt, & vt tanta angustia tolerabat, antiqua Toletani Concilij institutra solicitè contuentes, Ouetensem Ecclesiam, & cæteras, quibus iam vt Metropolis præeminebat, ordinabant, iuxta canonum sanctiones, multísque secundum Deum vtiliter ordinatis, soluto Concilio, ad propria redierunt.] Quòd si nomine simul & dignitate Episcopi potirentur, solebant aliquando vel cura & solicitudine negotiorum Ecclesiæ, vel exilij ab Arianis indicti causa, ab Ecclesiis propriis abesse, &

D & in aliis commorari, temporum vicissitudini, & graui rerum necessitati cedentes. Si verò Concilia in his indicebantur, vt eis interessent, à Metropolitanis rogari solebant, hi præsertim qui pietate, prudentia, & literis præstitissent. Qua de causa in Concilio Toletano II. coacto ex eiusdem solùm prouinciæ Episcopis, subscripsisse Maracinum Episcopum hac formula comperimus. [Maracinus in Christi nomine Episcopus, ob causam fidei Catholicæ, in Toletana vrbe exilio deputatus, sanctorum fratrum meorum constitutionibus interfui, relegi, & subscripsi, die & anno quo supra.] Cum exule Maracino subscripserunt Nibridius, & Iustus; alter, Egarensis; alter Vrgellitanæ Ecclesiæ Episcopus. Nibridius sic: [Nibridius in Christi nomine Ecclesiæ

E nostræ Egarensis Episcopus, hanc constitutionem sacerdotum meorum in Toletana vrbe habitam, cùm post aliquantum temporum aduenissem, salua auctoritate priscorum canonum relegi, probaui & subscripsi] Iustus autem sic: [Iustus in Christi nomine Ecclesiæ Catholicæ Vrgellitanæ Episcopus, hanc constitutionem consacerdotum meorum in Toletana vrbe habitam, cùm post aliquantulum temporis aduenissem, salua auctoritate priscorum canonum relegi, probaui & subscripsi] Qui Egarensis, & Vrgellitanæ Ecclesiæ Episcopos Tarraconensi Metropoli sciens subiectos, & exilij, vel negotiorum causa à propriis Ecclesiis absentes, concilio Prouinciali Toletano interfuisse legerit; cur miretur Tarraconensi Concilio, & Gerundensi Orontium adfuisse Illiberitanum? cùm idem Nibridius Egarensis qui adfuit Tarraconensi, huic II. Toletano non multò pòst interfuerit: neque in reliquis Conciliis Tarraconensis prouinciæ, Illiberis aut Caucoliberis Episcopum subscripsisse, aut interfuisse obseruo: nec in his quæ in Gallia Narbonensi coacta sunt. Si in Caucoliberi enim Episcopatus fuisset

[u] *Osius in Concilii Sardicensi can. 21*

[x] *Rodericus Archiepiscopus Tolet. lib. 4 histor. Hispan. c. 18.*

Cur Ouetum dictum Ciuitas Episcoporum. Episcopos etiam peregrinos ab Episcopis ciuitatis ad quam venissent, inuitari ad concionandum & consecrandum oblationem, antiqua fuit Ecclesiæ consuetudo, Concil. Carthagin. 4. confirmata can. 33.

Digitized by Google

fuisset institutis, nomine Conciliis Agathensibus, Lugdunensibus, Valentinis Galliæ, Matisconensibus, Arausicanis, vel Arelatensibus saltem, aliquando eius Antistites interfuissent? cùm non ex proximis Tarraconensis, aut Narbonensis, sed ex vltimis Bæticæ, & Lusitaniæ prouinciæ finibus illis interfuisse sciamus? ex Emerita Liberium Episcopum, Florentinum diaconum; ex ciuitate Orcellis Naialem presbyterum, Ceterium diaconum: ex Bætica Sabinum presbyterum, vt omittamus ex Corduba Osium, & ex aliis prouinciis alios, quos præsentes fuisse primo Arelatensi [y], auctor est Augustinus. [z] Omnia igitur vetusta antiquitatis monumenta, quæ Illiberi Narbonensi honorem huius Concilij, aut sedis Episcopalis auctoritatem non obscurè denegant; eadem profectò Illiberri Bæticæ apertissimè illa deferunt, tribuunt, concedunt, confirmant.

[y] *Ex subscriptionibus Conc. Arelat. secundi, quæ primo etiam vestiunda sunt.*

[z] *D. August. lib. 1. contra epist. Parmen. c. 4.*

COMMENTARII NOVI.

SVNT qui duas in Hispania hoc nomine fuisse vrbes putent: vnam, quæ in prouincia Bætica propè Granatam, insignem nunc apud Hispanos ciuilium rerum conuentum in culmine montis Eluiræ sita est, vt ex multis eius ruinis constat: Alteram in Prouincia Narbonensi nunc *Colibre* appellatam. Alij verò inter vtramque distinguunt, vt ea, quæ est in Bætica Eliberis tantum, siue Elibero, cum E. dicatur: Narbonensis verò illa Illiberis, cum I. nuncupetur. Quod vtrumque Plinij probant, auctoritate, qui lib. 3. cap. 1. de Bæticæ oppidis agens: *Eliberi*, inquit, *quod Eliberini*. Et cap. 4. eiusdem lib. de Narbonensis Prouinciæ oppidis. *Illiberis magnæ quondam vrbis, nunc tenue vestigium.* Et Liuius lib. 31. *Pyrenæum transgreditur, & ad oppidum Iliberim castra locat.* Qua ratione etiam scribendum arbitrantur apud Pomponium Melam, & Strabonem. Verum existimo aliud efficacius, & notius esse discrimen inter has vrbes, vt illa quæ est in prouincia Tarraconensi Canco Illiberis, quæ est *Colibre*; hæc Bæticæ, Eliberis solum vocetur: fuisséque diuersas vrbes, & diuersis Prouinciis, & Metropolitanis attributas, constat ex subscriptionibus; hoc verò apud Eliberim in prouincia Bætica coactum est, vt doctiores existimant, & subscriptiones Episcoporum indicant. LOAYSAS.

Concilium hoc celebratum fuisse Illiberi in prouincia Narbonensi aiunt, *Gerundensis*, *Basæus*, *Garibaius*, *Pineda*, *& Diagus*; sed doctè eos refellit *Mendoza*, post cuius commentaria nemo affirmauit Caucolliberi, seu Illiberi prouinciæ Narbonensis actum fuisse. Quænam autem sedes Illiberis Bæticæ? sub lite est. Alij in Illiberitano colle, nunc *Sierra de Eluira* veterem Illiberim adstruunt: idque tam ex vocum similitudine, quam ex ruderibus antiquitatis probant, ita senserunt Morales, & Villanoua, quos laudat, & sequitur Biuar in *commentar. ad Flauium Dextrum, anno Christi* 54. vbi etiam Roderic. Caro *fol.* 74. *&* 25. Mariana *lib.* 4. *hist. Hispan. cap.* 16. Valdes. *de dignit. Reg. Hisp. cap.* 8. Saauedra in *coron. Goth. cap.* 2. *in vita Athaulph.* Sed non aliam Illiberis sedem, quam quæ nunc Granatæ est probarunt D. Barrientos nostri Lycæi Salmanticensis Matheseos Cathedræ moderator *lib. de cometis, cap.* 11. Moya *lib.* 2. *astronom. cap.* 1. A. Nebrixa *indict. de nomin. ciuit.* L. Marin. Sicul. *in histor. Regum Cathol. c. de nomin. Gran.* Ioann. Molan. *in not. ad Vsuard.* 15. Maij, Illescas 2. *p. Pont. c.* 20. § 1. Alij quos cumulat Bermudez de Pedraza, *in hist. Gran. c.* 6. 1. *p.* quibus addo egregium virum Tamayum à Salazar. *in Martyr. Hisp. die.* 1. *Febr.* 4. *May, &* 17. *August. &* Gregorium Lopez Madera *in sacro suo monte Gran. cap* 23. ad quem tanquam digito ad fontem intenso te remitto. Quorum sententia suadetur ex vetustis lapidibus non ex Illiberitani collis, sed ipsius vrbis Granatæ visceribus erutis, quos præ magnitudine, & pondere aliunde asportatos non feres. Vltra exaratos in præsenti à Mendoza duorum inscriptiones transcribere non grauabor; est alius in via publica prope Carthusianorum cœnobium, cuius hæc Epigraphe.

ILLIB. VESP. IN HON.
HIEROS. BELLI. DE
LIT. GEN. HVMAN.

Alius est in Regia Maurorum Alhambre turri, qui ita habetur.

SER. PERSIVS. OB HONOREM.
VI. VIRATVS. FOR. II. BASILI.
CAI. III. CONS. ITER. BLICIS.
HOSTIBVS. PECVNIA SVA
EX. V. NAIADI. RESTITVTIS.
NATAIDI.

Alios recenset lapides P. Higuer. *in not. ad Luitprand. ann.* 202. & plures audiui esse Illiberitani nominis in ipsius ciuitatis publicis viis, multisque domibus, qui Illiberim ibi fuisse commonstrant, vnde ipsi eruuntur: sed nullum ex Illiberitano colle emersisse audiuimus, quo ibi vnquam vrbs Illiberis sita probetur. Præter inscriptos lapides id ipsum muta etiam mœnia, columnæ, templorum rudera, diuorum imagines conuincunt, quæ tellus ipsa, vt testes pro antiqua Illiberi in dies parturit, & eius situm, solumque alium non esse, quam quod caput exserit Granata, deducet facilè, qui fines Illiberitanos ex Mauri Rasis historia, cuius titulus, terrarum Hispanicarum diuisio, perpendat: hæc verba sunt: *Eliberia Cibdad grande, è vista por là multa seda que hi se trae de todas partes de España cita sesenta mil passos de Cordoua, e seis mil passos de la Sierra de la Clada e por medio de ella passa el rio Salon* (nunc Daurus) *que nace del monte del Arrayham, e entre sus arenas se hallan granos de oro, con el se junta luego otro maior llamado Singilis* (Genil) *que baxa del monte*

Digitized by Google

monte de Elada. Refert Bernard. Alderete *in origin. ling. Caſtel. lib. 3. cap. 13.* quæ omnia ſolo ipſi, ac ſitui, quo nunc Granata conuenire quis dubitat? Sed rem mihi ſatius probatam reddidit Iulian. Petr. in aduerſ. numer. 163. *Granata nomen impoſitum à conditoribus Damaſcen. id nomen retinet à tempore Iulij Cæſaris, dictus eius præſul Sanctus Cæcilius, nunc Epiſcopus Granatenſis, nunc Iliberitanus.* Scio de antiquitate nominis Granatæ dubitaſſe nonnullos; ſed eis ſatis, ſuperque reſpondent eruditiſſimi viri Gregor. Lopez *dict. cap. 13.* Tamayus à Salazar *in martyrol. die 7. Ianuar. 5. & 24. Aprił. 7. Maij die 7. Iulij, & 17. Auguſtin.* Nec fauet autoribus contrariæ ſententiæ Porta, quæ eſt hodie Granatæ, & vulgo appellatur *de Eluira*, quaſi per eam ducerentur viatores in Illiberim, ſeu Eliberim: nam inſoleus non eſt vt ciuitates habeant portas eiuſdem nominis, vbi ſunt, vt de porta Romana dicta in ipſa Romæ vrbe refert Varro *lib. 4. de ling. Latin.*

Conſtat ergò Concilium hoc Illiberitanum fuiſſe celebratum Illiberi, Illiberimque eſſe vbi nunc extat Regia vrbs Granatenſis, quod expresè fatentur Carolus à Sancto Paulo in Geographia ſacra lib. 2. verb. *Illiberis*, in hæc verba: *Illiberis fuit in ea parte Baticæ, vbi nunc eſt Granata, in qua ciuitate celebratum fuit Concilium Eliberinum, ſeu Illiberitinum anno Chriſti 305.* Marieta *lib. 22. hiſtoriæ Hiſpan.* capite 148. *illic: cum eſſet Pontifex Sylueſter celebratum fuit Concilium Prouinciale 19. Epiſcoporum in Granata, qua tunc dicebatur Illiberia, & fuit primum Hiſpaniæ*, Baronius *anno Chriſti 305.* Sed quorſum in ipſis Hiſpaniæ finibus in Illiberi Bæticæ vrbe coactum fuit concilium hoc? P. Higuera *in diptychon.* Toletus duas rationes adducit: primam, quia Felix Accitanus, qui præerat propter ætatem, & ſenectutem ingraueſcentem non poterat aliò longiùs, venire; ſecundam, vt ſacris cinerib.as primitiuorum totius orbis in Euangelij confeſſione Martyrum debitus honor deferretur; aliam petit rationem Bermudez de Pedraza 2. *p. hiſtor. Gran. cap. 15.* ex fide ab omnibus fere incolis ipſius ciuitatis recepta, & amplexa. GONZALEZ.

CAPVT II.

De tempore concilij Illiberitani.

SOLET nonnunquam nimia celebritas rebus maximis obliuionem inducere, quòd illas conſignare literis, tanquam vulgò notiſſimas, eius ætatis ſcriptores contemnant, putantes illuſtrem & egregiam rerum geſtarum memoriam, infixam hominum animis ſempiternam fore, nullaque temporis diuturnitate delendam. An autem tempus ea de cauſa in hoc Concilio prætermiſſum fuerit; an verò Epiſcoporum, notarijve ſcriptoris aut exſcriptoris notanda negligentia; an data opera prudentíque conſilio, ne ethnicis Imperatoribus, & hos ſacros conuentus ſub graui pœna interdicentibus notum fŏret ex temporis adiectione, decreta non antiqua, ſed recens edita fuiſſe: facilè non dixerim. Vtcumque res habeat, illud ſanè conſtat, de tempore huius Concilij, vt de re multis vetuſtatis tenebris inuolura, ſcriptores adhuc non immeritò dubitaſſe: quod profectò eruditus non mirabitur, qui nouit, nec ipſos Romanos olim de annis Vrbis conditæ inter ſe ipſos conſentire potuiſſe; verŏque eſſe conſentaneum, quod inter Gentes ſcripſit ille, ſolos Deos neque ætate ſeneſcere, neque mori, reliqua omnia tempore obrui, conſumi, atque perire. Magdeburgenſes omnes, tam vero impietatis crimine damnandi, quàm falſo eruditionis nomine glorioſi, (adeò enim de communi, & propria eruditione, antiquo Gnoſticorum more gloriantur, vt vetuſtiſſima omnia Eccleſiæ monumenta è tenebris reddidiſſe luci, vaniſſimè ſe vendirent, & impudenter) tempus huius Concilij, teſte Arnaldo Pontacho [a] Epiſcopo Vaſatenſi, ad annum Domini DCC. referunt, non diſpari (vt opinor) impietatis, quàm inſcitiæ errore obcæcati. Dolentes enim, & diuinas, & Apoſtolicas traditiones (quas grauiter ipſi impugnant, & inſectantur) vnius huius Concilij, vtpote antiquiſſimi, auctoritate defendi & confirmari: vt eleuata veneranda antiquitatis maieſtate, diuinarum etiam traditionum vetuſtatem dignitatémque eleuarent, annos CCCC. & his & illi impiiſſimè ſubſtulerunt. An-

D. Aug. refert in libro vno ad Donatiſtas, poſt collationem, c. 13. in quibuſdam Conciliorum codicibus, diem & Conſules deſiderari, exſcriptorum magis, quàm Epiſcoporum negligentia.

[a] *Arnaldum Pontachum in Chronographia, ſub ann. Chriſti DCC XCIV.*

gli [b] tandem callidiore vſi mendacio, dignitati & vetuſtati Concilij denſiores tenebras conantur offundere. Aſſerunt enim, Patres hos Illiberritanos quadringentis abhinc annis vita defunctos, vt nongentorum ſpatium ex debita ſumma temporis detraherent. Sed adeò craſſus & putidus vterque hic error eſt in hiſtoria, adeò indignus, vel vnius, nedum multorum lucubrationibus, vt proprio mihi iure poſtulare videatur, non qui verbis reprehendat, ſed Heraclitum potiùs aliquem, vt Democritum, quorum hic illorum rideat impudentiam, ille deploret inſcitiam: vt ex his quæ mox ſunt tradenda, vel ipſi Angli & Magdeburgenſes, ſi ignorant, addiſcent; ſi non ignorant, erubeſcentes forſan agnoſcent. Inter Catholicos non etiam deſunt, qui vt incertum Concilij nomen, ſic tempus incertum, auctoritatem incertam, & incertam tandem ſcribant religionem. Quæ omnia nos, & cœleſtis numinis, & clementiæ tuæ auxilio, certiora paulò & rationibus & argumentis certioribus, vel euincere, vel indicare ſaltem conabimur. In antiquis Conciliorum editionibus, & recentiori Veneta, nullum tempus certum præſcribitur, ſed habitum ſolùm refertur circa tempora Concilij Nicæni, an antè, vel pòſt, omittitur. Ambroſius Morales [c] ex duobus exemplaribus Toletanis MS. Era CCC. LXII. coactum affirmat; quod incidit in annum Domini CCC. XXIV. Antonius Auguſtinus [d] ad annum Chriſti CCC. XXV. plus minuſve reiicit: ſed neutrum ſatis probauerim. Nam Concilium Nicænum, cui præfuit, poſtquam interfuit huic Oſius Epiſcopus Cordubenſis, cœptum fuiſſe Coſſ. Paulino, & Iuliano: tum ex ipſius principio, tum ex Concilio Chalcedonenſi [e] teſtatum eſt. Dum enim Nicænum fidei ſymbolum referret, hæc ex illo deſumpſit. [Conſulâtu Paulini, & Iuliani virorum clariſſimorum Coſſ. anno poſt Alexandrum ſexcenteſimo trigeſimo ſexto, menſis ſecundum Græcos Deſij; die nono decimo, quod eſt tertio decimo Kalend. Iuliarum, in Nicæa Metropoli prouinciæ Bithyniæ, Credimus in vnum Deum, &c.] finitum verò Syluestro Pontifice, ex eiuſdem reſcripto ad Synodum Nicænam, quo decretis ſubſcripſit V. Kalend. Nouemb. liquidò perſpicitur. Vt hinc præterea notetur antiquorum ſcriptorum in inquirenda rerum, & temporum notitia perexiguum ſtudium, dum Sozomenus [f], Nicephorus, [g] Photius [h], Beda [i], & hunc ſequutus Gratianus [k], Concilium Nicænum habitum dicant, ſub Iulio Papa primo, qui poſt Syluestrum & Marcum Eccleſiæ præfuit Romanæ, Conſtantino VIII. (ſic enim legi debet, non VII.) & Conſtantio Cæſare IV. Coſſ. Quia cùm Conſtantius cum eodem Conſtantius IV. fuit Conſul, iam VII. conſulatum impleuerat Conſtantinus cum eodem Conſtantio, anno Domini CCC. XXVI. Cùm verò Conſtantius VIII. & Conſtans IV. fuêre Conſules, annus Domini agebatur CCC. XXIX. Oſium autem non potuiſſe adeſſe Concilio Illiberritano, anno vno, vel duobus ante Nicænum, inde non colligi tantùm, ſed probari contenderim, quòd ante Nicænam Synodum, ante Arianam hæreſim, illum & præſentem, & maximè familiarem habuerit Conſtantinus Magnus, auctore Socrate [l]: & eodem ferè tempore conſtitutionem de manumiſſionibus in Eccleſia, ad Oſium Epiſcopum direxerit, datam XIV. Kalend. Maij, Criſpo II. & Conſtantino II. Coſſ. Eos autem Conſules fuiſſe anno Domini CCC. XXI. faſtorum ſcriptores fidem faciunt. Multo etiam antè, cum contentio inter Arium, & Alexandrum Epiſcopum Alexandrinum de æqualitate Filij cum Patre, excitata eſſet, anno Domini CCC. XVII. ad eam ſedandam, tum & illam quæ inter Orientales orta fuerat de Paſchæ celebratione, miſſus Oſius eſt à Conſtantino, eodem Socrate teſte, Sozomeno, & Nicephoro. Miſſum autem Oſium anno Domini CCC. XVIII. opinor, quòd in epiſtola Conſtantini ad Alexandrum, & Arium (quam recenſet Euſebius [m]) nuntios de diſſidiis Alexandri, & Arij tunc ad ſe adfirmet aduentaſſe, cùm iter & profectionem ad Orientem pararet: at profectionem illam paratam eo anno, quo extincto Licinio imperij competitore, ſumma [n] totius Reipub. ad [o] ſolum Conſtantinum delata

[b] *Alanus Copus Anglus dialogo 4. de Anglis id teſtatur.*

[c] *Ambroſ. Moral. lib. 10. hiſt Hiſp. cap. 31.*

[d] *Antonius Aug. in epiſtola ad Hieronymum Blancam rerum Aragonia ſcriptorem quæ ſubditur illius hiſtoriæ.*

[e] *Con. Chalceden. act. 11.*

De tempore Concilij Nicæni

[f] *Sozomenus lib. 1. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 16.*

[g] *Nicephorus lib 8. cap. 14.*

[h] *Photius in lib. de*

[i] *Beda de temporibus c. 65.*

[k] *Gratianus in c. Sexta Synodus 16. diſtinct.*

[l] *Socrates lib. 5. Eccleſiaſt. cap. 4. Conſtitutio Conſtantini ad Oſium exſtat in C. Theodoſ. lib 4. tit. 7. de manumiſſionibus in Eccleſia.*

[m] *Sozomenus lib. 5. cap. 15.*

[n] *Niceph. Lib. 8. cap. 18.*

[o] *Euſebius lib. 2. de vita Conſtantini cap. 63.*

eſt)

A eſt (quod in illud tempus incidit) ipſe Conſtantinus eſt auctor , in edicto miſſo ad prouinciales Palæſtinæ relato ab Euſebio [P]. Seditionem ergo ſedare conatus eſt Oſius , Concilio generali Alexandriæ conuocato , vt D. Athanaſius [q] teſtatur. Sed eam cùm ſedare venerabilis ſenex non potuiſſet , reuerſus eſt ad Conſtantinum, quem de ſtatu in quo res erant , edocuit. Conſtantinus autem , re cum Syluestro Pontifice Romano communicata , Epiſcopis vniuerſis Concilium Nicænum in ſequentem annum ex illius auctoritate indixit. Nec eo tempore tantùm , ſed multo anteà , ab Hiſpania Oſium abfuiſſe conſtat. Cùm enim Cæcilianus Epiſcopus Carthaginenſis , & Donatus à Caſſis Nigris hæreticus , & ſchiſmaticus, de cauſa librorum , & ſchiſmate contenderent ; cauſamque perlatam ad Conſtantinum per Annulinum Africæ Proconſulem ad Miltiadem Epiſcopum Vrbis Romæ Imperator remitteret ; eáque in fauorem Cæciliani contra Donatum definiretur in Concilio Romano ſub Miltiade , appellauit Donatus ad Conſtantinum : Conſtantinus verò , vt vel hac ratione lite terminata , pax redderetur Eccleſiæ , Concilium congregari curauit in ciuitate Arelatenſi , ad quam ducentos , & eo amplius , Epiſcopos , Hiſpanos , Gallos , & Italos confluxiſſe cum Epiſcopis Africanis , qui partes Donati , & Cæciliani ſequebantur , & quos adeſſe Concilio Imperator Conſtantinus præceperat , ex Auguſtino repeto , lib. 1. contra epiſtolam Parmeniani. Cap. IV. Et eam aliquando putaram fuiſſe cauſam abſentiæ Oſij ab Hiſpania , & Cordubenſi Epiſcopatu : accerſitum enim eum à Conſtantino Magno ad cauſam Cæciliani diſcutiendam definiendamque cum reliquis Epiſcopis Gallis , Italis , & Africanis erat veriſimile : niſi ante cauſæ huius exordia Oſium cum Imperatore fuiſſe ex Nicephoro comperiſſem ; vt mox oſtendam : cùm Afros etiam tranſacto Gaditano freto , iuſſerit Imperator per Bæticam, & Tarraconenſem in Galliam Narbonenſem proficiſci , vt ex epiſtola illius ad Ælaſium , quam refert Maſſonus in Miltiade , compertum habeo. Cum Oſio præterea ex Hiſpania alios euocatos fuiſſe , indicat querela Parmeniani generalis aduerſus Hiſpanos , quam D. Auguſtinus dicto lib. 1. contra Parmenianum recenſet. Niſi dicamus ſicut Cæcilianum ab Afris , ſic Oſium ab Hiſpanis , vel de traditione librorum , vel de fauore præſtito Cæciliano , vel de alio ſimili crimine falsò accuſatum fuiſſe ; nam inibi eius cauſam , ſicut alteram Cæciliani finitam , ſcribit in eodem libro & conqueritur D. Auguſtinus. [Quod enim (ait) de Oſio dicunt Cordubenſi quodam Catholico Epiſcopo , flagitandum eſt , vt probent , non ſolùm talem illum fuiſſe , qualem dicunt , ſed quòd talis fuerit manifeſtum illis fuiſſe , quibus eum communicare aſſerunt ; hoc enim niſi probauerint, fruſtra dicunt ſe ſciſſe qualis fuerit , quia neſcientibus obeſſe non potuit , à quibus ſe iſti innocentibus ſeparando , propter ipſam ſeparationis ſacrilegam iniquitatem , innocentes eſſe non poſſunt : hoc enim magis credibile eſt, ſi tamen Oſius ab Hiſpanis damnatus , à Gallis eſt abſolutus , ſic fieri potuiſſe , vt falſis criminationibus Hiſpani circumuenti , & callida inſidiarum fraude decepti, contra innocentem ferrent ſententiam , & poſteà pacificè in humilitate Chriſtiana , cederent ſententiæ collegarum ; quibus illius innocentia comprobata eſt : ne peruicaci & animoſa peruerſitate , priores ſuas ſententias defendendo , in ſacrilegium ſchiſmatis , quod omnia ſcelera ſupergraditur , cæcitate impietatis irruerent , ſicut iſti miſeri fecerunt , & nec ſerò ſaltem toties diuiſi atque conciſi ſentiunt , quod fecerunt.] Hiſpanos autem , qui Oſium accuſauerant , ceſſiſſe Concilij Arelatenſis iudicio , Oſium , æquè ac Cæcilianum abſoluentis , addidit ipſe Auguſtinus [r] , contra Parmenianum : [Nuſquam iſti ſe tam apertè indicarunt (loquitur de Donatiſtis) cur nec ſeparati corrigi voluerunt , quàm cum deteſtantur Hiſpanos , quòd poſt ſententias ſuas aliter prolatas , collegarum diſcuſſioni , poſteriorique iudicio ceſſerunt ; quàm enim hoc factum eſt de manſuetudine Chriſtiana ; tam illud de contentione diabolica , & ideò non mirum , quòd iſta humilitate pax cuſtodita eſt , illa elatione dirupta.] Quod autem fauiſſet Oſius Cæciliano , teſtatur ipſe Auguſtinus [s] : [Cùm enim diceret (ait aduerſus

P *Euſebius lib. 2. de vita Conſtant. à c. 25. vſque ad c. 41.*

q *D. Athanaſius 2. apolog.*

Cauſa hæc Eccleſiaſtica ad Conſtantinum ſæpe , tam à Donatiſtis quàm Catholicis delata eſt, non iure ordinario: nam Conſtantinus, & Principes omnes ſeculares omni poteſtate, & iuriſdictione carẽ Eccleſiaſtica , vt docet D. Athan. in epiſtola ad ſolitariam vitam agẽtes ſed extraordinaria & ſingulari exemplo ob temporis iniquitatem & neceſſitatem , quæ non ſine lege, lege carere dicitur : ideoque ab hæreticis hodie ad exemplum trahi non debet; quod ex eodem Conſtantino Aug. refert lib 3. contra Creſc. c. 61. & epiſt. 162. ſcribit, idem Aug Conſtantinum Imp. Arelatenſe iudicium. aliorum videlicet Epiſcoporum deditſe : non quia tam neceſſe erat, ſed Donatiſtarum peruerſitatibus cedentem, & omni modo cupientem tantam impudentiam cohibere. Quod & ipſe Conſtantinus palàm teſtatus eſt, cum poſt ſententiam à Miltiade latam Donatiſtis retetipſerit : O rabida furoris audacia : Et rurſus : Petitis à me in ſeculo iudicium , cum ego ipſe Chriſti iudicium expectem Aug. d. Epiſtola , & Opta. lib. 2. contra Parmen.

r *D. Aug. lib. cap 4.*

s *D. Aug. in eodem lib. contra Parmen. cap. 5.*

Parmenianum (per Osium Hispanum , adiutorium præstitum Cæciliano , vt ad eorum communionem , sanctorum & illibatorum numerus cogeretur : & huic impietati fidem seruorum Dei integram restituisse : vltrò fatlus est suos ipsos adisse Constantinum.] Hæc de Osio absoluto à Gallis, Augustinus recenset, accusato priùs ab Hispanis, & ob accusationem multa mala perpesso Quare cùm de Osio mentionem faceret Sozomenus [s], eo tempore, quo ad sedandam seditionem Arij à Constantino Imperatore missus est, illum ob fidei confessionem superioribus annis multa perpessum esse, ob idque admodum nobilitatum narrat : quod ad accusationem Hispanicam (communia erat multa , & crimina , & virtutes tunc Hispanis cum Arius) cum Datiani crudelitate coniunctam , referri posset Tandem ergo cùm in Concilio Arelatensi , vt in Romano , Patres Donatum damnassent , absoluissentque Cæcilianum , appellauit iterum Donatus ad Constantinum , qui causa cognita , Cæcilianum innocentem pronuntiauit , comprobatóque & Romani , & Arelatensis Concilij iudicio , Donatum eiusque fautores improbissimos iudicauit ; præceptúmque ab eo conquestus est Parmenianus , auctore D. Augustino [u], quod [victi apud Ecclesiasticos iudices , ne apud ipsum , quæ dicebant , probare potuissent ; ad campum , hoc est ad supplicium ducerentur : hoc enim eum tanquam immaniter iussisse , Hispano Osio suggerente criminabatur, suspicionibus videlicet suis , sicut semper damnando inauditos.] Erat ergo Osius cum Constantino tempore sententiæ prolatæ , nec cum eo tantùm , sed ab eius consilio ; nullam enim Ecclesiæ causam , absque consultatione & iudicio Osij decernebat Imperator : quare ab eodem Osio persuasum , leniorem quàm mererentur, tulisse in Donatistas sententiam , Augustinus his verbis commemorat. [Quasi verò non humaniùs , ac probabiliùs alius crediderit , Osio tanquam Episcopo suggerente , potiùs factum ; vt in leniorem coërcitionem , quamuis immanissimi sceleris , id est sacrilegi schismatis , sententiam flecteret Imperator.] Hanc autem Constantini sententiam , qua damnauit Donatum (etsi illum gratia corruptum fuisse conquestus fuerat Parmenianus , vti refert idem Augustinus [x] , sicut in Miltiadem à quo in Concilio Romano damnatus fuerat , traditionis crimen simili pertinacia , & errore contulerat) latam quarto Idus Nouembris , Sabino & Rufino Coss. memoriæ prodidit Augustinus [y] , quorum consulatum ad annum Domini CCCXVI. reiicit Onufrius : anno autem sequenti , constitutionem misit ex Oriente Constantinus [z] ad Octauianum Comitem Hispaniarum , quæ data fuit Sardicæ , pridie Non. Decemb. accepta autem Cordubæ V. Non. Martias , Gallicano & Basso Coss. in qua decreuit Imperator communi Osij Episcopi Cordubensis (vt solebat) consultatione , vt omnes qui tam Cordubæ , quàm in reliquis Hispaniæ vrbibus (volebat patriæ rectè fore consultum Osius) quacumque dignitate , vel nobilitate illustres deliquissent , pœna statim sequeretur : neque ad eum relatio mitteretur : neque vterentur illi fori præscriptione : quod ideò Constantinum Magnum veræ virtutis , & æquitatis laude ornatissimum edixisse autumarim , ne ipso absente , tam longis , & difficilibus ex Occidente ad Orientem itineribus punitio criminum , aut differretur aut omitteretur. Concilium ergo Illiberritanum , cui Osius adfuit , cogi non potuit anno Domini CCCXXIV. cùm iam eo tempore , & anteà in Asia fuisset , cum Constantino , vel in Africa , & Alexandriæ ad componendum Arij schisma & controuersiam Orientalium. Nec eo tempore tantùm Osium , cum Constantino vixisse certum est , sed & antequam Cæciliani causam Donatus ad Imperatorem detulisset , quod factum est anno Domini CCCXIII. vt colligitur ex Optato, [a] anteà enim Osium in comitatu Imperatoris fuisse probat Nicephorus, hanc Constantini Imperatoris constitutionem , quam numero quartam dicit , referens.

[s] *Sozomenus lib. 1. hist. Ecclesiast. c. 15*

[u] *Aug. lib. 1 contra Parmen. c. 8.*

[x] *D. Aug. vbi supra c. 5.*

[y] *D. Aug. in lib. contra Donatistas cap. 33.*

[z] *Constantinus in fer. in l. 1. tit. 1. de accusation. lib. 9. C. Theod. sian.*

[a] *Optatus lib. 1. contra Parmenian. Nicephorus lib. 7. hist. Eccles. c. 42.*

CONSTANTINVS AVGVSTVS
Cæciliano Episcopo Carthaginis.

QVandoquidem visum nobis est , per prouincias omnes Africæ , Numidiæ, & Mauritaniæ , certis quibusdam ministris legitimæ & sacrosanctæ Catholicæ religionis aliquid ad sumptus tolerandos largiri : literas ad Vicarium Catholicum Africæ

A Africæ uedi, eique ſignificaui, vt ter mille pholes dinumerandos tibi curaret. Quapropter, vbi quam diximus pecuniæ ſummam recipiendam mandaueris, omnibus eis, qui in breui ad te ab Oſio miſſo deſignati ſunt diſtribui eam iubeto.] Poſt hanc quartam conſtitutionem, quintam adiicit cap. ſequenti, de cauſa Cæciliani Nicephorus. Si ergo ante cauſam intentæ accuſationis Cæciliano (quod cura etiam illi commiſſa diſtribuendi munera in cauſas pias demonſtrat) Oſius cum Conſtantino erat, illáque anno Domini CCCXIII. agitari cæpit, conſtabit planè, anno illo Concilium hoc, cui Oſius adfuit, peragi minimè potuiſſe. Vt hinc etiam obſeruemus, verum non eſſe quod ſcripſit Onufrius [a], eodem videlicet anno CCCXIII. Concilium hoc habitum fuiſſe: minúſque probabile ſit, quod Petrus Gregorius [b] Toloſanus ſcripſit, cùm ad ætatem Conſtantini Magni
B & Iulij PP. Synodum hanc reiicit, ad annum nimirum Domini CCCXXXVI. multóque minùs, quod Vaſſæus. [c]. Ait enim Imperatorem Conſtantinum in Hiſpaniam tunc aduentaſſe, magnis copiis adductis, vt barbaras nationes, quæ Gallæciam, Bæticam atque omnem oram maritimam variè occupauerant, expelleret; atque Hiſpanos in montes & inacceſſa loca profugos, ſedibus ſuis reſtitueret; quod vt effecit, ad componendas res Eccleſiaſticas animum adiunxiſſe, iuſſiſſéque celebrari Concilium hoc Illiberritanum à XIX. Epiſcopis, in ea Illiberi, quæ eſt in radicibus Pyrenæi, non in ea, quæ fuit prope Granatam: cui Concilio interfuiſſe ait Helenam, Magni Conſtantini matrem, cum Conſtante nepote, ac tandem in eo Concilio diuiſam fuiſſe Hiſpaniam in quinque prouincias, Tarraconenſem, Carthaginenſem, Bæticam, Luſitaniam & Gallœciam, & ſingulis prouinciis aſſignatos fuiſſe Epiſcopos Metropolitanos: quæ vt ait, à Ioanne Epiſcopo Gerundenſi deſumpſit, & ab his plures alij recentiores [d]: Ea tamen nec
C veri ſpecimen habent: quia Conſtantinum Magnum Hiſpaniæ fines ingreſſum, à nullo antiquorum ſcriptorum memoriæ proditum eſt; nec ab his, qui recenſendis, quæ ille ſingulis annis geſſit, inſignem nauarunt operam. Et vt omittamus exteros, à quibus illud fortaſſe negligi potuit, diuus Iſidorus, cùm in hiſtoria Gothorum Conſtantini Magni memoriam celebrat, aduentum illius in Hiſpaniam miro ſilentio præteriit, vt & Lucas Epiſcopus Tudenſis, & Rodericus Archiepiſcopus Toletanus, ac poſtremò Paulus Oroſius Hiſpanus, qui non multos annos poſt Conſtantinum vixit: non equidem omiſſuri (vt veriſimile eſt,) ſi ille in Hiſpaniam veniſſet, & in hoc Concilio de tanti momenti rebus egiſſet, quales à Ioanne Epiſcopo Gerundenſi, & à Vaſſæo, magnifica hac & glorioſa oſtentatione repræſentari videmus. Nec illum eo anno in Hiſpania, ſed nec in Gallia, Europa, Aſia, vel Africa fuiſſe inde liquidò cernitur, quòd
D Nicomediæ celebritatis Pentecoſtes extremo fere die, vita defunctum ad cœlites commigraſſe, Kalendis Iunij, anno Domini CCCXXXVII. Feliciano & Ticiano COSS. comprobent cum Socrate [e], Rufinus, Sozomenus [f], Eutropiús [g] & alij [h]. Quod verò quidam confingunt, Caſtellum Helenæ vulgò vocatum Euna, ſeu Helna, ab Helena cum filio Conſtantino in eo aduentu ædificatum fuiſſe incertum eſt: certa autem illud à Conſtante Imperatore filio Conſtantini, in gratiam, animæ conſtructum, & in eo occiſum eſſe tertio decimo imperij anno. Quòd ſi tandem ad viuum reſecare conemur tempus, quo Oſius abfuit ab Hiſpania primò, & abſentiæ rationem exquirere (abfuit enim bis) in re tam obſcura vix diuinare potero: in mentem tamen venit, quod ex epiſtola eiuſdem Oſiij ad
E Conſtantium Imp. Arianum apud Athanaſium [i] legi. Inter alia enim hæc addit: [Ego confeſſionis munus expleui, primùm cùm perſecutio moueretur ab auo tuo Maximiano: quòd ſi tu quoque perſecutionem moues, etiam nunc ad quiduis potiùs ſuſtinendum paratus ſum.] Præ cæteris namque Diocletiani & Maximiani perſecutio diffuſior locis, immanior cruciatibus, anniſque diuturnior fuit: Diocletiano enim in Oriente, & Maximiano in Occidente ſæuientibus, triginta dierum ſpatio per diuerſas prouincias, decem & ſeptem millia hominum vtriuſque ſexus martyrio coronata fuiſſe, præter eos qui in Inſulas ſunt relegati, vel ad metallum damnati, (quorum infinita prope multitudo habita eſt) ſcribit Damaſus [k]. Nicephorus [l] autem viginti millia Chriſtianorum, nocte Natalis Chriſti combuſta ob fidei confeſſionem commemorat. Inter alia autem, quæ eorum perſecutione patrata ſunt, libros ſacros incenſos, deſolatas Eccleſias, earum Antiſtites, vel coniectos in vincula, vel relegatos; Chriſtianos omnes vel

[a] *Onufrius in Faſtis Pontificum & Imperatorum anno 313.*
[b] *Petrus Greg. Toloſan. lib. 12. Syntagmat. c. 13. n. 12.*
[c] *Vaſſæus in Chronico Hiſpaniæ ſub anno Domini 338.*
[d] *Stephanus Garibayus lib. 7. compend. Hiſtorial. Hiſpaniæ c. 48. Gilbertus Genebrardus in Chronographia generali, & alij.*
[e] *Rufinus. lib. c. 11.*
[f] *Sozom. lib. 2. c. fin.*
[g] *Eutropius. li. 10.*
[h] *Carolus Sigonius. lib. 4. de Imper. Occidentali, ad finem. Onufrius Panuinius in faſtis Pontificum & Imperatorum.*
[i] *Oſij epiſtolam refert Athanaſius in ſua ad ſolitariam vitam agentes.*
[k] *Damaſus in vita Marcellini.*
[l] *Nicephorus lib. 7. hiſt Eccleſ. c. 4.*

afflictos, vel interfectos, ſi idôlis Gentium ſacra non facerent, Euſebius, [m] Oroſius, [n] Nicephorus [o] & Ado [p] teſtes locupletiſſimi ſunt. Huius perſecutionis maiorem Hiſpaniæ, quàm reliquis orbis prouinciis, laudem deberi, auctoritate poſſem, & exemplis multis demonſtrare, eorum, qui pro tutanda ſemel ſuſcepta Chriſti fide, aduerſus Imperatorum edicta, Datiani Præſidis tunc in Hiſpania ſæuitia & crudelitate, acerbiſſimo, ſed glorioſo martyrio decorati ſunt. Inter alios autem, qui perſecutionis tempeſtate, ob confeſſionem fidei in exilio vel tormentis factam, nobile & illuſtre Confeſſorum nomen ſibi pepererunt, Oſius vnus eſt, vt ipſe de ſe teſtatur, ſcribens ad Conſtantium Imperatorem, & D. Athanaſius [q] ad ſolitariam vitam agentes: dum ait, Oſium eo tempore ſexageſimum annum à confeſſione ſua egiſſe, & eo amplius; quod incidit in tempus perſecutionis Maximiani, de qua poſteà. Tunc ergo relegatum Oſium ab Hiſpania mihi perſuadeo quòd diis ſacrificare nollet. Si pagani Marcellinum Romanæ Eccleſiæ Epiſcopum idôlis ſacrificare coëgerunt, Marcellúmque tentauit Maxentius, & illum recuſantem damnauit in catabulum, vt à Damaſo [r] traditum eſt, cur non Oſium Eccleſiæ Cordubenſis Epiſcopum cogere tentaſſent? Illum tentaſſe Datianum Hiſpaniæ Præſidem, mihi eſt probabile; ſed id aſſequi non potuiſſe, multo probabilius; ob eamque cauſam, vel quòd ſacros libros tradere noluiſſet, ab Epiſcopatu Cordubenſi relegatum, nec relegatum modò, ſed ſtigmatibus & notis inſignitum Nicephorus [s] tradit, & propter illas Conſtantino Magno fuiſſe cariſſimum: quæ forſan cauſa fuit, vt lege lata hanc notarum inſcriptionem in fronte idem Conſtantinus [t] ſuſtulerit. Vincentium etiam Diaconum, quòd diis ſacrificare nollet, nec libros tradere ſacros, à Datiano Præſide tormentis affectum, ac tandem præclara ſanguinis & vitæ profuſione admirabilem martyrij coronam percepiſſe, eleganter cecinit Prudentius [u]. Mouet præterea, eo tempore, vel paulò antè, Concilium hoc habitum, quòd ſanctæ Ruffinæ Martyris Hiſpalenſis corpus Datiani iuſſu tunc in ampitheatro combuſtum à venerabili Sabino Epiſcopo eiuſdem ciuitatis, in cœmeterio ſuburbij Hiſpalenſis ſepultum memoret Breuiarium Eborenſe: at Sabini Epiſcopi Hiſpalenſis ſubſcriptio in principio huius Concilij exſtat, poſt Felicem Epiſcopum Accitanum. Confirmat tandem eandem ſententiam confeſſio ſanctæ Leocadiæ, quam paſſam ſcimus eâdem perſecutione, Toletanam Eccleſiam Melantio Epiſcopo gubernante: Sed multo magis obitus ſancti Valerij Epiſcopi Cæſarauguſtani, quem in eiuſdem perſecutionis initio, quòd diis ſacrificare & libros ſacros tradere noluiſſet, relegatum traditur, ab eodem Datiano Diocletiani in Hiſpania Præſide. A quo dura illa & inſolens exilio Valerij adiecta conditio eſt, vt in ciuitatibus oppidiſve, pluſquam viginti domos habentibus, nec morari poſſet, nec ingredi. Verum quò maior Datianæ impietatis fuit impudentia, eo maior ſanctitas Valerij, patientia & obedientia fuit; eaque de cauſa primum in hortulo quodam, non procul à Valentia habitare cœpit, illum à Mauris vocatum Ruzafa teſtatur Antonius Beuter [x] in eoque exſtare templum tanto Martyri dicatum, poſteà autem ad aliud oppidulum (vulgo dictum Anedo) non procul à ripa Cincæ Fluuij ſe contulit, à quo non diſceſſiſſe, ſed in eo extremum diem obiiſſe, cum præclara nominis celebritate & præteritæ confeſſionis gloria, ex annalibus Aragoniæ & Valentiæ, quos ſumma diligentia collegit, idem Beuter adfirmat: quod mihi ſanè probatur, nec Valerium Cæſarauguſtam, vel Illiberim ingredi poſteà potuiſſe. Accedit poſtremò Innocentius [y] PP. I. perſpicuè docens ante Diocletiani perſecutionem (vt contendo) Concilium hoc habitum fuiſſe: dum renouata tacitè eius memoria & pœnæ quæ canone huius Concilij VII. continetur, ſic ſcribit ad Exuperium Epiſcopum Toloſanum, quem primùm Hiſpaniarum præfecturam geſſiſſe, & poſt ad tranquillioris vitæ portum ſeceſſiſſe teſtatur Auſonius [z] Gallus, & inter duos tandem relatum celebrat Eccleſia. [Et hoc quæſitum eſt, (ait Innocentius) quid de his obſeruari oporteat, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul & reconciliationem communionis expoſcunt. De his obſeruatio prior, durior; poſterior, interueniente miſericordia, inclinatior eſt. Nam conſuetudo priot tenuit, vt concederetur pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cùm illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homines de reconciliatione ſecuros non reuocaret à lapſu, negata meritò communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem eſſe remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſteà Dominus noſter

pacem

[m] *Euſeb lib.8 c 2.*
[n] *Oroſ.lib.7.c.25.*
[o] *Nicepb lib.5.c 3.*
[p] *Et Ado.6. ætate in chronici.*

[q] *D. Athanaſius in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes.*
[r] *Damaſus in Marcellino & Marcello.*

[s] *Nicephorus lib.8. hiſtor. Eccleſiaſt. cap.14.*
Notæ ſeu ſtigmata Confeſſorum & Martyrum frontibus infigendi prauæ & ignominiæ cauſa vetus mos conſtat ex Pontio, in vita D. Cypriani, & ex Gregorio Cedreno in compendio hiſtor in Theophile.
[t] *Conſtantinus in l.2.C.Theodoſ.de pœnis.*
[u] *Prudentius in Peri-ſtephane, hymno in laudem ſancti Vincentij Martyris, & altero de laude ſanctorum decem & octo Martyrum Cæſarauguſtanorum.*

Antou. Beuter in hiſt. Hiſpaniæ 1. parte. c.25.

[y] *Innocent. PP.I. in in epiſtola ad Exuperium Epiſcopum Toloſanum. c.11.*

[z] *Auſoni Gall.epigram in commemor. profeſſ 18. Martyrologium Rom.28. Septemb.*

A pacem Eccleſiis ſuis reddidit, iam depulſo errore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam, &c.] Si priorem ergo huius pœnæ ſeueritatem (quæ nullo tunc alio Eccleſiæ decreto præter hoc Illiberritanum, à quo acceperat Exuperius, ſancita erat) Innocentius PP. adſeuerat, communi Eccleſiæ vſu receptam, non modò ante reſtitutam Eccleſiæ pacem, ſed tempore quo crebræ graſſabantur Gentium perſecutiones in Eccleſiam: conſequitur planè non ſolum ante Conſtantini imperium & pacem, Innocentium PP. fateri, Concilium hoc peractum fuiſſe, ſed & ante poſtremam Diocletiani & Maximiani perſecutionem: cùm poſt illam, nec crebris nec raris afflictam Eccleſiam à Conſtantio Conſtantini patre ſit certum. His etiam certiorem addunt aſtruuntque fidem ipſius Concilij canones [a], in quibus de Flaminibus ethnicorum, de coronis ſacerdotum, de literis Martyrum & Confeſſorum, quas lapſis illi impartiri ſolebant, de domeſticis latribus, & de his qui confringentes idôla Gentium occiderentur, ſpeciatim decernitur: quæ ante Conſtantini & Conſtantij ætatem flagrante adhuc perſecutione peractum comprobare videntur. Quibus etiam apparet verum eſſe non poſſe, quod eruditi quidam recentiores ſcripſerunt, Concilium hoc habitum paulò poſt Nicænum: cum in Concilio hoc, nihil de Nicæni memoria, nihil de Arij impietate, nihil de Euſtachij ſordibus, nihil tandem de hæreſibus eo tempore iam enatis decretum, actum, vel inſinuatum legant. Quod autem D. Iſidorus [b] ſcripſit: [Canones Conciliorum, à temporibus Conſtantini Imperatoris cœperunt: nam in præcedentibus annis perſecutione ferente, docendarum plebium minimè dabatur facultas.] de Generalibus intellexit, vt ex ſubſequentibus eiuſdem Iſidori verbis fit manifeſtum. [Sub hoc enim ſancti Patres in Concilio Nicæno, de omni orbe terrarum conuenientes, iuxta fidem Euangelicam, & Apoſtolicam, ſecundum poſt Apoſtolos ſymbolum tradiderunt: inter cætera autem Concilia, quatuor ſunt venerabiles Synodi, quæ totam principaliter fidem complectuntur; quaſi quatuor Euangelia, vel totidem paradiſi flumina Harum prior Nicæna Synodus CCC. XVIII. Epiſcoporum Conſtantino Auguſto Imperante peracta. [Sed multo clariùs ex his, quæ in eiuſdem libri exemplari & in præfatione Conciliorum ſcripſit. [Canones (inquit) Generalium Conciliorum, à temporibus Conſtantini cœperunt: in præcedentibus namque annis.] Nec in tota hiſtoria Conciliorum ſubſequenti, niſi de Generalibus meminit Iſidorus. Sed cùm verbum illud (Generalium) parum fideliter ab Iſidoro abſtuliſſent ſcriptores; dederunt ipſi, non Iſidorus, de vetuſtate huius Concilij dubitandi occaſionem: quam reſtituto verbo (Generalium) ex originali, & manuſcriptis, conſtabit certò ſublatam. Cùm autem de Prouincialibus egit Iſidorus (ſi Iſidori ea præfatio eſt) non ſenſit modò, ſed docuit apertiſſimè alia Nicæno fuiſſe priora: [Prima annotatio (inquit) Ancyranæ Synodi, quæ ante Nicænam fertur fuiſſe; ſed propter auctoritatem maiorem poſtponitur: in qua Patres XVIII. ſtatuerunt canones XXIV. quorum auctor maximè Vitalis Antiochenus Epiſcopus exſtitit. Secunda Neocæſarienſis, quæ poſt Ancyranam, & ante Nicænam legitur fuiſſe, in qua Patres ſexdecim ſtatuerunt canones XIV. quorum auctor maximè Vitalis Epiſcopus Salaminius.] Sed ſiue Iſidori [c] ea præfatio ſit, ſiue alterius cuiuſcumque ſcriptoris, liquet ex ea Ancyranum & Neocæſarienſe ante Nicænum acta fuiſſe: quod Iſidorus diffiteri non potuit. Quicumque autem ille auctor fuerit, Illiberritanum Concilium omiſit, quòd illi perſpicuum non foret, qua illud ætate eſſet peractum: maluit enim Concilium celebre & Hiſpaniæ Generale omittere, quàm in re ſibi incerta, aliquid certi adfirmare. Tempus autem illius, ideo incertum fuit ſemper, quòd ab Epiſcopis Hiſpanis prætermiſſum fuiſſet, ea forſan (vt dixi) ratione, ne Imperatorum edicta & leges iudicarentur violaſſe, quibus illi ſacros hos conuentus ante Conſtantini imperium acerbiſſimis pœnis interdixerant. Quod ſi omiſſum tempus ab Epiſcopis Hiſpanis non fuit, ea Concilij pars periit, cum bellum atrox à Diocletiano & Maximiano libris ſacris indictum ſcribit Prudentius [d]; vel hæreticorum impietate eſt intercepta. Nam eos ſolitos in propriis ipſorum Conciliis Conſules temporis indices expungere, ne de tempore Conciliorum conſtaret, ſed antiqua, vel recentiora pro temporis conditione interpretantes, in aliqua fraude non poſſent facilè deprehendi D. Auguſtinus [e] recenſet.

Codices manuſcriptos D. Laurentij, in quibus coactum hoc Concilium dicitur eodem tempore, quo Nicæna Synodus habita eſt, & alios duos Toletanæ Eccleſiæ, in quibus additur habitum eſſe eodem tempore, quo Nicæna, Era CCCLXII. non

[a] Can. 3. & 4. 25 41. 55. 80.

[b] D. Iſidorus, lib. 6. Etymolog. c. 15. Refertur à Grat. in cap. canones Conciliorum 15. diſt.

[c] Iſidor. apud Grat. ian. in c. prima annotatio 16. diſtinctione.

[d] Prudentius in Periſtephano, hymno in laudem ſancti Vincentij Martyris.

[e] D. Auguſt. in col lat. 3 diei, c. 15.

moror, certò perſuaſus, tempus additum ab exſcriptoribus Gothis, ſeu Longobardis, quorum characteribus ea exemplaria tranſcripta ſunt. Vetuſtum codicem D. Laurentij, qui dicitur Vigilanus, a Vigila Monacho Alueldenſi, Era M. XIV. exſcriptum eſſe apparet, vt & ſecundum, qui vocatur Hiſpalenſis, quòd Hiſpali conſcriptus ſit, anno Domini C M. LXII à quodam Velaſco quem Epiſcopum poſtea fuiſſe ferunt: tertium denique nuncupatum Lucenſem cæteris antiquorem (etſi de tempore nil certi ſit) deſcriptum fuiſſe opera Ayſtrulphi aut Michaëlis Dens, quod nomen Gothum redolet, vel Gothum fuiſſe exſcriptorem, aut Gothicis characteribus vſum neceſſe eſt. Nam acta & ſcripturæ omnes ſiue publicæ, ſiue priuatæ ante Alfonſum V I. Regem, qui Toletum recuperauit à Mauris, characteribus Gothicis exaratæ ſunt: quæ verò poſt Alfonſum, non Gothicis, ſed Gallicis ſunt conſignatæ: quia in Concilio Hiſpaniæ tempore eiuſdem Alfonſi Regis, Legione præcipua regni vrbe habito, cui præfuit Raynerius ex Cluniacenſi monacho presbyter Cardinalis & Apoſtolicæ Sedis Legatus, cum Bernardo Archiepiſcopo Toletano, & aliis Epiſcopis Hiſpaniæ ſancitum eſt, vt vſus Gothicorum characterum quos Gulfilas Gothorum Epiſcopus, antequàm illi in Hiſpaniam veniſſent, primùm excogitauerat, deſuetudine in poſterum aboleretur: receptis in vſu Gallicis ſolùm: quod præter manuſcriptorum codicum certam fidem, teſtantur Lucas Epiſcopus Tudenſis [f] & Rodericus Archiepiſcopus Toletanus. [g] His ergo codicibus diui Laurentij & Eccleſiæ Toletanæ vt integram in hac temporis notatione fidem habeam, multis impedior. In primis enim eo tempore, & multò pòſt, in prouinciis Populo Romano ſubiectis, annos à COSS. numerari, non ab Impp. commune erat. In Concilio Mileuitano [h] decretum eſt, vt ab Epiſcopis ordinati literas accipiant propria ordinatorum manuſcriptas, non Imperatorem, ſed diem & Conſulem continentes. Quinimo cùm interdum Conſules non eſſent, vel ordinarij, vel ſuffecti, tempus deſignari ſolebat à C O S S. iam officio defunctis, & cum Concilium literis mandabatur, addebant: poſt conſulatum. N N. vt eiuſdem Concilij [i] Mileuitani Patres ſanxerunt. Quod anteà fuiſſe in vſu Eccleſiæ probat Concilium Agrippinenſe ſeu Colonienſe paulò poſt Nicænum, tempore Iulij Papæ, ſic enim incipit. [Poſt Conſulatum Amantij & Albini I V. Idus Maias, cùm conſediſſent, &c.] Diuiſo autem Imperio, cùm alter Conſtantinopoli, alter Romæ Conſul deſignaretur, cum de altero nondum conſtaret, in temporis notatione, deſignati Conſulis nomen exprimi, cum hac additione: Et qui fuerit nuntiatus: ex multis liquet iuris ſanctionibus [k].

Qua de cauſa non ſolùm in Carthaginenſibus, Mileuitano, Hipponenſibus, Cirtenſibus, & reliquis Africæ Prouincialibus Conciliis, ſed in reliquis Orientis & Generalibus Eccleſiæ Conſulum nomina præfigebantur. Nicænum enim, cui Conſtantinus Auguſtus interfuit, & cui is honor à Concilio tam iuſtis, quàm multis de cauſis tribui poterat: omiſſo eius imperio, conſulatu Paulini & Iuliani conuocatum dicitur, confirmatum verò Conſtantino V I I I. & Conſtantio Cæſare I V. Coſſ. Quòd ſi Oſium, & reliquos Epiſcopos Hiſpaniæ Conſtantini imperatoris amor allexit, vt eius imperium adderent initio Concilij, non ne imperij annos ſibi ſat cognitos addidiſſent, vt poſteriori Gothorum imperio additos in Conciliis Toletanis, Hiſpalenſibus, Bracarenſibus, & reliquis Hiſpaniæ Prouincialibus legimus? aliter enim quam diſtinguere contendebant, & illuſtrare temporum rationem, multò magis obſcurarent. Huc & illud facit: nam Oſius & reliqui Hiſpani Epiſcopi ſi dixerunt indictum hoc Concilium tempore, quo Nicæna Synodus eſt habita: aut intellexerunt de anteriori, aut eodem, quo Nicæna coacta eſt; aut poſteriori: nam quartum aliud adiici non poteſt. Si de anteriori & eodem; illud repugnat, quòd Oſium in Gallia, Africa & Aſia fuiſſe non paulò tantùm, ſed multò ante Nicænam repetita iam altiùs antiquitatis memoria doceamur. Si poſt Nicænam habitum dicamus; repugnat etiam, quòd Oſius abſoluto Concilio Nicæno, profectus fuerit in Paphlagoniam, vt adeſſet Concilio Gangrenſi, in quo adfuiſſe, & ſubſcripſiſſe, ipſius Concilij epiſtola, Oſij nomine & reliquorum conſcripta ad Epiſcopos Armeniæ probat. Concilium autem Gangrenſe factum poſt Nicænum, ex eodem Gangrenſi apparet; & ex D. Iſidoro [l] vel Anſelmo comprobat Gratianus. Nec Oſium in Hiſpaniam reuerſum, ante Conſtantini obitum, mihi adhuc compertum eſt. Quinimò ex diuo Athanaſio [m] didici, eum mortuo iam diu Conſtantino Imp. tempore Conſtantij Arianam impietatem & Conſtantij lenocinia deteſtantem, ad patriam & Eccleſiam

Characterum Gothicorum vſus quando cæptus, quando ſublatus ſit.

[f] *Lucas Tudenſis Epiſcopus in hiſt. Hiſpan. manuſcripta.*
[g] *Rodericus Archiep. Tolet. lib. 6. hiſt. Hiſp. c. 30.*
[h] *Concil. Mileuit. can. 14.*
Idem can. 20.
[k] *L. fin. C. Theod. de haret. & nouella 1. C. Theod. de Theo. de fid. Codicis auctoritate & nouella 2. de confirmatione legum nouellarum D. Theodoſij.*
[l] *D. Iſidor. in præfatione Conciliorum vel Anſelmus, vel quicumque is ſit auctor apud Grat. in c. prima adnotatio 16. diſt.*
[m] *D. Athanaſ. in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.*

A Eccleſiam Cordubenſem rediiſſe. Nec fit profectò veriſimile, eundem Oſium Nicæni Concilij nomen in principio Illiberritani præfixiſſe; Nicænum autem fidei Symbolum, (cuius formulam, Athanaſio [n] teſte, ipſe Oſius condiderat) & reliqua eiuſdem Concilij Nicæni decreta tanta obliuione obruiſſe. Illud prætereà maioris adhuc momenti eſt, quòd Concilium hoc habitum dicatur poſt Nicænum, Era CCC. LXII. cùm Nicænum referatur in omnibus codicibus habitum anno ſequenti Era CCC. LXIII. Fateantur ergo oportet, aut Concilij Nicæni Eram falsò additam: quod eſt probatu difficile: nam Eræ computatio (quam vt propriam Hiſpaniæ ab Hiſpano Epiſcopo Oſio Concilij præſide adiectam, coniectura dixerim non improbabili) congruit cum Conſulatu Paulini & Iuliani; idque eo magis verum iudicarim, quòd Euſebius Cæſarienſis, grauis & locuples rerum ea
B tempeſtate geſtarum teſtis, prodit habitum anno Domini CCC. XXIV. quod congruit etiam cum Eræ adiectione CCC. LXIII. aut concedant neceſſe eſt, eam quæ exſtat in duobus manuſcriptis Toletanis, exſcriptorum arbitratu ſuppoſitam fuiſſe: quod aſtruunt etiam non Oſij ſolùm, ſed Melanchij, Sabiníque ſubſcriptio, & ſancti Valerij exilium & mors. At ſi non diuum Valerium hunc, qui in perſecutione Diocletiani exilio mulgatus obiit, ſed ſecundum alium Valerium fuiſſe obiiciant; illud facilè refutarim, quòd Oſius antiquitate ordinationis ante ſecundum hunc Valerium recens creatum ſexto loco ſubſcribere debuiſſet; at Oſium vndecimo ſubſcripſiſſe in editis exemplaribus cernimus. Quòd ſi manuſcriptorum ſe fide tueantur, in quibus Oſius II. loco poſt Felicem Accitanum dicitur ſubſcripſiſſe, Valerius verò vndecimo, ordinem cenſeo inuerſum eſſe in MS. nec D. Valerium vi-
C xiſſe poſt Concilium Nicænum; nec ſecundum Valerium fuiſſe Era CCC. LXII. ſed multo pòſt, vt in ſubſcriptione Valerij explicabo.

Ex longa igitur hac diſputatione illud primum ad huius Concilij antiquitatem comprobandam, commodum eſt obſeruare; Concilium Arelatenſe I. decem, & eo amplius annos ante Nicænum fuiſſe; nam cum illud coactum fuerit ad cauſam Cæciliani, & Donati definiendam, & ea poſt Concilium hoc iterum definita fuerit à Conſtantino, anno Domini CCC. XVI. (ad eum enim à Concilio appellauit Donatus) conficitur profectò, decem (vt dixi) annos, & eo amplius fuiſſe ante Nicænum: nec verum eſſe poſſe, quòd principio illius refertur, congregatum fuiſſe tempore Sylueſtri Papæ, & Conſtantini, circa annum Domini CCC. XXVI. cùm verius ſit, illud habitum paulò poſt Miltiadis obitum, à cuius ſententia prouocauit Donatus, accuſato proditionis Miltiade, repetitóque Conſtantini Imperatoris iudicio: à quo Concilium illud Arelatenſe fuiſſe coactum, in locis iam citatis
D ſæpe Auguſtinus commemorat, conſtátque ex præfatione eiuſdem Concilij, cuius meminit Papirius Maſſonus in vita Sylueſtri Papæ; & Epiſcopi in illo coacti fatentur. Fuiſſe autem Concilium illud, quod Conſtantini conſilio indictum, & habitum eſt, ad cauſam Afrorum Cæciliani, & Donati, quod fuit initio Pontificatus Sylueſtri, canon VIII. abunde declarat, in quo agitur de Afris; ſic enim legi debet, vt in vetuſtis & emendatis codicibus: non, Arianis, vt perperam in communibus, & in decreto Gratiani, non antiquo tantùm, ſed in recentiori Gregoriano legitur, quod emendandum eſt Nam quamuis Ariani, rebaptizationes admiſerint, vt ipſius decreti cenſores ex Auguſtino [o] ſcitè & literatè annotarunt; tempore Concilij Arelatenſis, Arij hæreſis non modò in Gallia, ſed nec Alexandriæ, in qua orta primùm eſt, agnoſci potuit, nedum coërceri, & puniri: cauſam autem diſſidij in
E ter Alexandrum, & Arium anno Domini CCC XV. vel vt alij volunt CCC. XVII. ortam eſſe, ſuperiùs memini. Donatus verò vti ex diuo Auguſtino liquet, multò antea rebaptizationem in Africa admiſerat, & ante Donatum, diuus Cyprianus, & ante Cyprianum, Agrippinus Carthaginenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Is enim primus fuit omnium mortalium (vt auctor eſt Vincentius Lirinenſis [p]) qui contra diuinum canonem, contra vniuerſalis Eccleſiæ regulam, contra ſenſum omnium ſacerdotum, contra morem, atque inſtituta maiorum, rebaptizandum eſſe cenſebat in Africa, à quo poſteà multa Eccleſiæ pars contaminata eſt. Quem errorem refutare voluit primum Concilium Arelatenſe, vt acriori ſententia & grauiori tot Epiſcoporum iudicio damnaretur Donatus Afer, qui pertinaciùs in eo perſiſtebat. Sed multò clarius id perſpicuum redditur ex canone XIII. in quò cauſa Cæciliani & Donati acta, [tamen his (inquit) qui ſcripturas ſanctas tradidiſſe dicuntur, vel vaſa Dominica, vel nomina fratrum ſuorum, placuit nobis, vt quicumque eorum ex

actis

[n] *Idem in eadem epiſt.*

Quàdo peractum Concilium Arelatenſe 1.

Emendatur canon 8. Concilij Arelaten. 1: qui etiam extat apud Grat. in c. de Arianis, de conſecrat. diſt. 4.

[o] *D. Auguſt. de hæreſibus ad Quodvult. num. 49.*

[p] *Vincentius Lirinenſ. aduerſus prophanas hæreſium nouationes.*

BIBLIOTECA MAZ ROMA

actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoueatur.] Hæc enim propria sunt schismatis Donati, & controuersiæ illius cum Cæciliano, sicut & reliqua, quæ in fine illius canonis, & canone XIV. sequuntur: pertinent enim ad accusationem quam Donatus Cæciliano & Felici Aptungitano Episcopo illius ordinatori obiecerat, quam sæpe tentans tam in iudicio Miltiadis, quàm in eodem Concilio Arelatensi, probare non potuit. Hæc ergo Synodus Arelatensis prima, eadem prorsus est cum illa, quam Constantinus Magnus ad causam Cæciliani, & Donati in Gallia tunc coëgit. Indictam fuisse ad Kalendas Augusti, scribit Euse-
[q] Euseb. lib. 10. cap. 5.
bius [q], & ex rescripto ad Ablauium, annum integrum post sententiam Miltiadis, Volusiano & Anniano Coss. quod incidit in annum Domini CCC. XIV. In ea minimè præsediisse Syluestrum (vt quidam volunt) ex principio ipsius Concilij appa-
B
ret, in quo summam totius Marinum Episcopum Arelatensem, & reliquos Episcopos in eo coactos, ad Syluestrum Papam misisse refertur: quod ex vetusto etiam codice profert Papirius Massonus [r], idque nos latiùs in commentariis illius Concilij sumus comprobaturi.
[r] Papirius Massonus in vita Syluestri.

Quod secundo loco ex superioribus obseruauerim, illud est: Concilium hoc Illiberritanum non solùm Nicæno, sed & Arelatensi primo, temporis antiquitate præstitisse; ideoque non posteriori, vt in collectionibus Conciliorum solet, sed priori loco constitui debere; cùm Osius Episcopus Cordubensis, & Liberius Emeritensis multa ex hoc in primum Arelatense transtulerint, vt transtulisse in Sardicense Osium mox indicabo. In Arelatensi enim exstat canon IV. de agitatoribus, V. de Theatricis, VI. de his, qui in infirmitate credere volunt, VIII. de his, qui Magistratus Gentilium gerunt, IX. de literis Confessorum, XI. de matrimonio infidelium, XXIII. de apostatis; quos omnes desumptos fuisse ex hoc Illiberritano tam manifestè ipsimet testantur, vt nullus nisi veritatis expers illud possit inficiari. Si quis autem certiorem adhuc à me huius rationem exigat, dicátque Arelatense prius Illiberritano esse potuisse, & canones præcedentes potiùs Illiberritanum ab Arelatensi, quàm Arelatense ab Illiberritano mutuatum; illud respondendum videbitur: Osium, qui Concilio Illiberritano interfuit, accusatum ab Hispanis fuisse, & absolutum à Gallis, vti diuus Augustinus [s] recenset: quod esse non potuit, nisi in eo Concilio Arelatensi, in quo & Osij, & Cæciliani agitata definitáque causa est; posteáque secutum fuisse Osium comitatum Constantini, & Alexandriam missum ad componendam dissensionem inter Arium, & Alexandrum: indéque præfuisse in Bythinia Concilio Nicæno, & post Nicænum interfuisse Gangrensi in Paphlagonia, ac tandem Sardicensi posteà in Thracia. Non
[s] D. Aug. d lib. 1. contra Parmenianum
[t] Cuspinian. in Cassiodori Consules.
D
potuit igitur Concilium hoc cui Osius adfuit, & Valerius; non modò ante Arelatense, sed & ante persecutionem Diocletiani, & Maximiani non cogi: cùm in illa certum sit diuum Valerium periisse. Persecutionem autem factam Diocletiano VII. & Maximiano VII. COSS. in quodam venerandæ antiquitatis chronicorum libello incerti auctoris se repertisse dicit Cuspinianus [t], quod verum esse non potest: nam duobus annis nondum integrè elapsis, eosdem depositisse imperium repetit sæpe Eusebius in sua historia: at vsque ad Consulatum Constantij VI. & Maximi VI. quibus illos se abdicasse imperio liquet, tres annos intercedere ipsa Consulum nomina, quæ Cassiodorus, & Cuspinianus referunt docent apertissimè. Alij ex Damaso [u] contendunt, persecutionem referendam ad Consulatum IX. Diocletiani, & Maximiani VIII. quod & D. Augustinus [x] sensisse antea videtur, sed nec horum sententiam probo: nam Damasus, & Augustinus non initium perse-
[u] Damasus in vita Marcellini.
[x] D. Aug. in Breuiculo collat. 3. diei. cap. 5.
E
cutionis, sed progressum attigerunt: ille enim, cùm tempus vitæ Marcellini Papæ vellet perscribere, hæc ait: [Marcellinus natione Romanus, ex patre Proiecto, sedit annos IX. menses XI. dies XVI. Fuit autem temporibus Diocletiani IX. & Maximiani VIII. quo tempore fuit magna persecutio, ita vt intra XXX. dies, XVII. millia hominum permiscui sexus, per diuersas prouincias martyrio coronarentur,] hic autem, cùm collationem Donatistarum cum Catholicis referret, illis negantibus tempore persecutionis Concilium cogi potuisse, quo coactum fuerat Cirtense: vt palam fieret, quo anno persecutio facta esset, gesta Martyrum eius persecutionis à notariis collecta, lecta sunt; quibus ostendebatur persecutionis factæ tempus fuisse Consulibus Diocletiano IX. & Maximiano VIII. pridie Idus Februarias: gesta autem Episcopalia decreti Cirtensis, post eorundem Consulatum, III. nonas Martias, ac per hoc tredecim menses interesse inueniuntur inquit, plures

vtique

A utique quam vndecim, quos prius Catholici minus diligenter computando reſponderant,] tradit ergo Auguſtinus non initium perſecutionis, ſed progreſſum, martyria videlicet collecta à notariis facta iiſdem Conſulibus: non tamen negat antea perſecutionem cœpiſſe; neque ſi initium referret, pluris intererat, quòd narraret initium perſecutionis conſecutæ in Numidia; Cirtenſem enim ciuitatem in Numidia conſtituit Plinius [y], Ptolemæus [a] & Strabo [b]: Numidia autem, cùm interior pars Africæ ſit, mirum non eſt, ſi ſtatim ad eius intima perſecutio non penetrauerit, nec tantopere ſæuierit, vt ſæuiit maximè anno ſequenti. Verius eſt ergo, quod ſcribit diuus Auguſtinus [c], perſecutionem inceptam Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Coſſ. cùm Dominicæ feſtum ſalutaris Paſſionis iam pro foribus eſſet, addidit Euſebius: in ipſo die Paſſionis Chriſti, Caſſiodorus: quod incidere in annum Domini
B CCC. VI. ait Cuſpinianus: ſed magis placet, quod ſcribit Onufrius, eos Conſules in annum Domini CCC. III. reiiciens. Adducor etiam ex Optato Afro Mileuitano, cuius tempore cùm perſecutio Diocletiani & Maximiani iam in Africa & Numidia peruagata eſſet, vt colligitur ex eius libro, dum de traditis & accenſis libris diuinis verba facit, in eodem ſic ait, [Trecenti ſunt anni minus, vel plùs aliquid, ex quo cœpimus eſſe Chriſtiani, & terrarum in orbe cenſeri,] quod ad eum annum referendum cenſuerim probabilius. Concilium igitur hoc cùm ante perſecutionem Diocletiani & Maximiani habitum ſit, non potuit anno Domini CCC. vel CCC. I. cogi, nam poſterioti Diocletiani, & Maximiani ætate cogi potuiſſe; vel quod minus eſt probabile, Conſtantij & Galerij ſucceſſorum Imperio, vt Cæſar Baronius [d] contendit: vel ante pacem Eccleſiæ à Conſtantino redditam, & eiuſdem imperio, vt ſenſiſſe videtur Antonius Beuter, & Concilij Sueſſionenſis apud S. Medardum notarius in actis eiuſdem, ipſa rerum antea geſtarum hiſtoria, Datiani Præſidis immanitas, Vincentij diaconi martyrium, Valerij exilium & mors, Oſij confeſſio & ſtigmata, ipſiuſque tandem Concilij Illiberritani canones & decreta omnino repugnare videntur.

C

Hæc de anno quo Concilium habitum eſt, ſi non quæ volui, debuiſque, ſaltem quæ potui. De menſe autem quod certi affirmem, nihil habeo, ſilentibus Codicibus editis & MS. diui Laurentij, & Eccleſiæ Toletanæ. In vetuſto ſolùm Eccleſiæ Vrgellenſis reperio, habitum Idibus Maiarum, quod ferè congruit cum eo, quod omnibus Conciliis Prouincialibus cogendis præſcripſerunt poſteà Hiſpaniæ Epiſcopi in Concilio Toletano [e] IV. [Quinto decimo (aiunt) Kalendarum Iuniarum, congreganda eſt in vnaquaque prouincia Synodus propter vernale tempus, quando herbis terra veſtitur, & pabula germinum inueniuntur.] Quo tempore coacta ſunt plura Hiſpaniæ Concilia. Hora autem prima diei ante Solis ortum inchoandum, ordine
D & forma ab eiſdem expreſſa, Iſidorus [f] docet, & Concilium Toletanum [g] IV. quam anteà etiam obſeruaſſe noſtri Concilij Epiſcopos, non eſt improbabile.

[y] *Plinius lib. 5. c. 3.*
[a] *Ptolemæus &*
[b] *Strabo lib vltim.*
[c] *D. Aug. lib. 3. contra Creſconium. Euſeb. lib. 8. c. 2. Caſſiod. Tripart. lib. 10. C. vltim. Cuſpinian. in Caſſiodori Conſules. Onufrius in faſtis Optat. Mileuit. lib. 1. aduerſus Gentes.*
[d] *Caſ. Baron. à Rome Annal. Eccl. Aut. Bouz. 1. par. hiſt. Hiſp. c. 15.*
[e] *In Concil. Tolet. 4. cap. 3.*
[f] *D. Iſidor. de mõdo celebrandi Concilia.*
[g] *Concil. Tolet. 4. can. 4.*

COMMENTARII NOVI.

E

ABSOLVTA Nicæna Synodo à trecentis, & decem & octo Patribus, qui ex toto terrarum orbe eo conuenerant: qui inde recedentes veluti flumina ex paradiſo manantia totas Eccleſias doctrinæ ſanctæ ſalutari aqua irrigârunt, & quam acceperant in illa magna, & vniuerſali Synodo orthodoxæ ſapientiæ regulam à Romano Pontifice confirmatam, Epiſcopis, Sacerdotibus, & populis obſeruandam tradiderunt. Quare non acquieſco ſententiæ Petri Antonij Beuter diligentis rerum Hiſpaniarum ſcriptoris, qui auctor eſt, Eliberitanum concilium ante Nicænum fuiſſe habitum: neque Ioannis Epiſcopi Gerundenſis, qui affirmat, in eo eſſe in quinque prouincias, ſiue metropoles Hiſpaniam totam partitam; nimirum Tarraconenſem, Carthaginenſem, Bæticam, Luſitaniam, & Gallæciam: cum ex canone 58. conſtet, iam ante primam cathedram eſſe conſtitutam. Ioannes Vaſæus anno Domini 338. coactum, Ambroſius Morales ex cod. vetuſto manuſcripto adnotat Æra 362. qui eſt Domini 324. quam ſententiam ſequutus ſum. Idem Stephanus Garibaius antiquitatis Hiſpaniæ inueſtigator eximius. LOAISAS.

Anno Domini 305. Marcellus Pontifex Eccleſiæ, Conſtantius, & Galerius Imperij gubernacula tenebant, quique eſt vigeſimus annus ante celebratum concilium Nicænum; hanc Synodum habitam eſſe præter auctoritatem Innocent. *lib. 3. cap. 2.* adſcripti canones euidenter oſtendunt. Primo enim, & quibuſdam aliis ſequentibus canonibus, fidelibus in perſecutione lapſis pœnitentia quidem conceditur, ſed ad terrendum alios communio negatur. Item *can. 25.* agitur de illis, qui adferebant litteras à

confeſſo

confessoribus scriptas : quarum interuentu lapsi facilius reciperentur. Apparet igitur Episcopos Hispaniæ eo tempore, quo pax Ecclesiæ nondum reddita,& persecutio nondum prorsus extincta erat, Constantij non Constantini temporibus Eliberim conuenisse, & contra imminentem furoris gladium, arma, & scuta hæc præparasse. Constantinus omnes Ecclesiæ persecutores deuicit, & tranquillissimam pacem eidem reddidit : nulla igitur ratio aut necessitas vrgebat, vt ab eodem bellum aliquod sibi inferendum Ecclesia metueret, qui pacis, & tranquillitatis reddita auctor extiterat. Galerius tempore Constantij erga Christianos optime affecti, Christianorum alios exilio : alios morte diriſſima in Oriente multauit. Tempore igitur supradicto, nimirum Christi nati 305. quo Constantinus cum Galerio collega vltimum annum Imperij sui agebat, hanc Synodum prouincialem habitam esse, verior est sententia Maximè quod Innocentius illis verbis (quæ infra in notis ad *can.* 1 allegabimus) hæc à nobis dicta euidentissimo testimonio confirmet; illud nimirum Concilium, quo Lapsis, ac grauibus peccatoribus in extremo vitæ periculo pœnitentia conceditur,communio negatur, tunc habitum esse, quando crebris persecutionibus Ecclesia affligeretur, eique pax nulla reddita esset. Siquis dicat Innocentium non de Concilij Elibertini, sed potius Cypriani temporibus locutum fuisse, aliquid fortè diceret, si Cyprianus cum patribus huius Concilij de lapsis tempore persecutionis ad Ecclesiam recipiendis non aliter sensisset. Cyprianus enim *Epist.* 8. ad Cornelium scribens existimat, cum Lapsis tempore persecutionis remissius, atque indulgentius agendum esse : Patres verò huius Concilij contrario modo sentiunt. Innocentius ergo prædicto loco, de his non de Cypriani temporibus locutus est. Ita Baron. anno Christi 305. *num.*40. & 43. Bellarmin. *lib.* 1.*de imag. cap.* 9. Habes causam, Lector amice,cur de tempore habiti Concilij, Illustriss. Card. Baronij sententiam amplectamur, & sequamur, à Garciæ Loaisæ diligentissimi Conciliorum Hispaniæ collectoris, atque interpretis doctissimi sententia discrepemus. Hæc de tempore huius Concilij. De eius auctoritate scriptores mirificè variant : quod 1.2.6.8. 12. 17. 13. &c. canones Lapsis communionem in fine vitæ admentes, Nouatiano : quodque 44. canon. Vigilantio : 36.Iconomachis fauere viderentur, nonnulli etiam viri doctissimi hanc Synodum, vel reprobatam, vel erroneam esse senserunt: Melchior Canus *lib. 5. de locis cap.* 4. scribit Canon. 36. huius Concilij erroneum esse. Reuerendiss. & Illustriss. Cardin. Bellar. *lib.*2. *de imag. cap.* 9. ait hoc Concilium prouinciale fuisse, & minimè confirmatum, frequenter errasse, ideo quod Lapsos, aliosque plures peccatores graues, licet pœniteat, neqtidem in mortis articulo absolui concedat : putat enim vir solidissimè doctus per denegatam communionem, non Eucharistiam ; sed sacramentalem reconciliationem, & absolutionem intelligi debere : propterea quod canone 69. reconciliatio, & communio significatu eodem accipiantur. Baronius cum ob prædictam causam, de hoc eodem Concilio, quasi propè Nouitiani fines attigisset, *tom.* 1. anno Domini 57. *num.*119 & tribus sequentibus : paulò liberius, & acrius scripsisset, ea deinceps *tom.*2. anno Christi 305.*num.*41. valde mitigauit : ita enim ibidem de Patribus Concilij, & Lapsorum reconciliatione scribit : *cum quæ ab illis de ea re sunt statuta ab Innocentio Rom. Pontif. excusentur, nemo sit qui accusare præsumat.* Existimat igitur hanc Synodum legitimam fuisse atque ab omni erroris culpa liberam : addens illius nullam, sicut de aliis apud antiquiores nominatim mentionem fieri, ideóque prope antiquatam remansisse, ea de causa quod hæc de Lapsis constituta malè fortè ab ipsis accepta, displicuerint. Nouatiani Lapsos simul à communione, & pœnitentia excludebant : Patres huius Concilij eosdem,quod frequentia Lapsorum,ac traditorum eo tempore exigebat ad terrendum alios, à communione duntaxat arcebant : à pœnitentia autem, & peccatorum absolutione non prohibebant, ita Bar. *num.* 41. & 43. Reliqui verò canones, quomodo explicandi, & ab erroris nota vindicandi sint, infra patebit. BINIVS.

Circa annum, in quo Illiberitanũ hoc Concilium celebratum fuit non solum cum hæreticis à Catholicis disceptatum inuenio, sed etiam inter Catholicos ipsos tam historicos, quam iuris peritos. Sed iam Arnaldus Pontacus *in sua Chronog. anno Christi* 794. fœliciter expugnauit Magdeburgenses, qui asserebant celebratum fuisse circa annum Domini 700. Anglos vero debellauit docte Alanus Lopus *dial.* 4. *de Angl.* & vtrorumque delitamenta aperta fecit Mendoza in præsenti.Inter Catholicos communis historicorum sententia est,coactum fuisse Concilium hoc anno Christi 305. ita referunt Morales *lib.*10. *hist. Hisp. cap.*11. Padilla 1. *p.hist. Eccles. Hisp cent.*4 *cap.*5. Baron. *tom.*2. *annal anno* 305.*num* 38. Gordonus, & Coriolanus, *eod.anno* ; Saauedra *in coron. Goth. cap.* 2. *pag.*21. & ex iuris peritis illis consentit Ioann.Dartis *ad decretum dist.*15 *pag.*42. Antonius Augustinus *de emend.Gratiani dial.*8. *num.*9. contendit celebratum fuisse anno 325. P. Gregor.*lib.*12. *Syntag. cap.*13. *num.* 12. reiicit illud ad annum Domini 336. Sed verius censeo coactum fuisse anno Christi 300. quo illud refert Flauius Dexter qui proximis illis temporibus floruit,in suo Chron. in hæc verba: *Illiberi in Bætica Concilium multorum Episcoporum contrahitur ; præsit Fœlix Episcopus Accitanus ; cogitur iussu, mandatóque Melantij Toletani Pontificis, & Hispaniarum Episcopi prima sedis.* Iulianus *in Chron. anno* 300. *numer.* 133. iam docuerunt Pater Higuera *in diptych. Tolet. num.*58. Biuar & Roder. Caro *in Comment. ad Flauium Dextrum d. ann.*300. Vermudez de Pedraza 1. *p. hist. Gran. cap.*11. Sanè Concilium hoc celebratum fuisse vigente adhuc persecutione, nec pace Ecclesiæ data, & per consequens ante Constantinum sub Imperatoribus Dioclet. & Maxim. liquet ex nonnullis Canonibus ipsius Concilij, præcipue ex *Can.* 2. 15. 16. 59. & 60. vbi huius persecutionis crebra mentio fit, & expressiùs constat ex nobili testimonio. Innocent. Papæ in epistola ad Exuperium vbi suppresso nomine Concilij Illiberitani ; ait cap.2 *quid de iis obser-*

uare

A *nare oporteat, qui poſt Baptiſmum omni tempore inconinentiæ voluptatibus dediti, in extremo vitæ ſuæ pœnitentiam, & reconciliationem communicationis expoſcunt. De iis obſeruatio prior durior; poſterior, interuenientes miſericordia, clementior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, vt concederetur pœnitentia, communio negaretur.* (quod eſt in illo Illiberitano Concilio (*Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facultas homines de reconciliatione ſecures non reuocaret à lapſu, negata meritò communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur, & duriorem eſſe remiſſionem, fecit temporis ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſiis ſuis reddidit, iam depulſo terrore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam, quaſi viaticum profeſſionis; & ne Nouatiani hæreticis negantis veniam, aſperitatem, & duritiam ſubſequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, vt homines huiuſmodi, vel in ſupremis ſuis petente Saluatore noſtro à perpetuo exitio vindicentur.* Hactenus Innocentius. Quæ eſt illa quæſo prior, aut vetus conſuetudo, qua Chriſtianis Mœchis communio etiam in morte denegata

B eſt, niſi quæ ſtatuta legitur in can. 7. huius Concilij. Igitur ante Nicænum, Ancyranum, & Arelatenſe celebratum fuit hoc Concilium, neque contrarium docuit magnus Hiſpaniarum Doctor Iſidorus *lib. 6. etimol. cap. 15.* relatus à Gratiano *in c. canones 15. diſt.* vbi ait Conciliorum Canones à temporibus Conſtantini cepiſſe; nam & ipſius textus verbis facile conſtat Iſidorum agere de Conciliis œcumenicis generalibus, quę ob ingruentes perſecutiones ex toto terrarum orbe vſque ad tempora Conſtantini Magni congregari nequiêrunt, vt poſt Mendozam docuerunt Valdes *de dignit. Reg. cap. 8. num. 9.* Bermudez *d. 1. p. cap. 15.* niſi cum Viuario ad Flauium Dextrum *anno* 300. *Comment. 1* dicamus Illiberitanos Canones eo modo, ac phraſi, quâ nunc extant ſcriptos non fuiſſe, ſed poſtea S. Felicem collegiſſe, digeſſiſſéque iam celebrato Concilio Nicæno, quod Flauius Dexter innuere videtur dicto ann. 300. nam poſtquam *num. 5.* egerat, de celebratione huius Concilij ſubiungit poſt nonnulla *n. 11.* hæc verba: *Fœlix Archidiaconus Toletanus, qui collegit, digeſſitque Canones Concilij Illiberitani cum Sancto Hoſio Cordubenſi, mire floret*

C GONZALEZ.

CAPVT III.

An omnium Hiſpanicæ & Catholicæ Eccleſiæ Conciliorum, Illiberritanum fuerit antiquiſſimum.

D CONCILIVM Illiberritanum, vetuſtiſſimum adeò ſemper mihi viſum, vt reliqua omnia, quæ non in Hiſpania modò, ſed in reliquis prouinciis coacta ſunt, antiquitate vincat. Non defuerunt tamen, qui non primum quidem, ſed quintum fuiſſe affirmant, eorum, quæ ad id vſque tempus Hiſpania conuocauit. Inter eos Ambroſius eſt Morales [a], quem honoris cauſa nomino, quòd hiſtoriam Hiſpaniæ, peritè quidem meo iudicio & diligenter conſcripſerit. Ait enim, epiſtolam Antheri [b] Papæ ad Epiſcopos prouinciæ Bæticæ & Toletanæ, reſcriptam eſſe ad eorundem conſultationem, quam fieri non potuiſſe dicit, niſi coacta Synodo omnium vtriuſque prouinciæ Epiſcoporum. Quæ quidem non ſatis idonea ratio eſt: nam adhuc certò non conſtat, eam epiſtolam Antheri Papæ fuiſſe: quinimo illi falsò adſcriptam ſuſpicor. Nam, vt omittamus Epiſcopatus Hiſpaniæ in Bæticam, Toletanam & reliquas prouincias tunc non fuiſſe ea forma diuiſos, vt ſuo loco probabitur; ſi Antherus eam reſcribit ad Epiſcopos Bæticæ, & Toletanæ prouinciæ, vt ex epiſtola apparet, dum in principio ait, (De mutatione ergo Epiſcoporum, vnde ſanctam Sedem Apoſtolicam conſulere voluiſtis, ſcitote, eam communi vtilitate atque neceſſitate fieri licere: ſed non libitu cuiuſquam, aut dominatione,) quî fieri poteſt, vt vno menſe, quo ille in Pontificatu vixit (ſtatim enim glorioſo martyrio eximiam vitæ æternæ coronam conſequutus eſt, auctoribus Euſebio [c], Nicephoro [d], & aliis [e]) quî (inquam) fieri poteſt, vt Epiſcopi prouinciarum Bæticæ & Toletanæ prouinciæ, ad illum ſcripſerint, & ille reſcribere potuerit? nonne antequàm in ea perſecutionum tempeſtate, fama de electione Antheri ad aures Epiſcoporum Toletanæ & Bæticæ prouinciæ peruenire potuiſſet, integer Pontificatus Antheri labi potuit? eo præſertim tempore, quo in vſu priuatorum non erant Hiſpaniæ ſtationes veredorum, vt hodie. Nec ſatis conſonat, tempore quo tyranni Imperatores, tam audacter & temerè graſſabantur in Eccleſias, in Epiſcopos, in ſacerdotes, in clericos, in omnes tandem Chriſtianos, potuiſſe Epiſcopos vtriuſque prouinciæ nullis armatorum militum præſidiis munitos, nullis certis ad ſumptus faciendos in itinere adiutos opibus, nullo Præſidum & Proconſulum Gentilium fauore priuato vel

[a] *Ambroſ. Moral. lib. 9. hiſt. Hiſp. cap. 42.*
[b] *Antherus in epiſtola ad Epiſcopos Batica & Toletana prouincia. Lib. 3. c. 42.*
[c] *Euſeb. l. 6. c. 44.*
[d] *Nicephol. 3. c. 24.*
[e] *Onuphrius in faſtis.*
[f] *Papirius Maſſon. & Baronius in eius vita.*

publico innixos, relictis ſedibus in tam diſtantibus locis poſitis, in vnum commigraſſe, ad eam ſolùm relationem mittendam Pontifici, vnde certiores Gentes redderentur, de cauſis Eccleſiæ, de Chriſtianorum conuentibus, quos illi pro viribus conabantur interdicere? Et ſi tam de leuibus cauſis Hiſpani Epiſcopi Sedem Romanam Apoſtolicam conſuluerunt: quare tam breui tempore, cauſa grauiori exorta, de depoſitione Epiſcoporum Aſtoricenſis & Emeritenſis, Baſilidis, & Martialis crimine idololatriæ contaminatorum, ad ſedem Carthaginenſem, & eius Epiſcopum Cyprianum [f] recurrerunt, non autem ad Romanum: ex qua & illud conſtat, non ſolùm eos depoſuiſſe Baſilidem, & Martialem, ſed eorum loco ſubſtituiſſe Sabinum atque Felicem ſine aliqua tunc Apoſtolicæ ſedis relatione; quòd itinerum forſan difficultatibus, & Præfectorum ethnicorum metu impedirentur: etſi ipſe Baſilides ad illam poſteà confugerit. Suppoſitam ergo epiſtolam fuiſſe neceſſe eſt, aut alij Pontifici tribuendam. Quòd ſi ea verè fuiſſet Antheri cauſæ noſtræ quidquam non obeſſet: nam quamuis Epiſcopi tunc vnà conueniſſent ad ſcribendum Pontifici de dubiis quæſtionibus in Hiſpania excitatis (concedamus interim hoc Ambroſio Morales) is tamen conuentus Concilium propriè dici non poſſet; quia nihil in eo, vel de fide, vel de moribus decernebant. Oportet enim ad hoc, vt Concilij nomen congregatio ſuſtinere poſſit, vt in ea aliquid vel ad fidem, aut mores ſpectans decernatur. Quòd ſi nihil decernitur niſi relatio ad Pontificem, congregationis potiùs, quàm Concilij nomen ſortiri debet, vt ſatis dilucidè Marcellus [g] Papa I. docuit, ad Maxentium, his verbis: [Synodum ergo abſque huius Sanctæ Sedis auctoritate Epiſcoporum (quamquam quoſdam Epiſcopos poſſitis congregare) non poteſtis regulariter facere.]

Concilium ſecundum Hiſpaniæ, ait idem Ambroſius Morales [h], tempore Lucij Papæ coiuiſſe, quia ab illo epiſtola in forma reſcripti miſſa exſtat ad Epiſcopos Galliæ, & Hiſpaniæ. Sed huius me auctoritas non magis premit, quàm quæ præceſſit Antheri [i]: video enim illam coàgmentatam eſſe ex fragmentis, quæ nomine Calixti, Cornelij & Felicis circumferuntur. Quòd ſi Lucius ſtatim ab ordinatione ſua miſſus eſt in exilium, Decij Galli & Voluſiani perſecutione, vt atteſtatur D. Cyprianus [k] ad eundem Lucium; cui fratres & coëpiſcopos Hiſpaniæ Eccleſiæ, & Gallicanæ, Lucium Papam perſecutione afflictum, & in exilio delitescentem; conſulere voluiſſe dicamus, neque de ſuo exilio & calamitate, quidquam in epiſtola pietatis & commiſerationis Chriſtianæ gratia meminiſſe? Quòd ſi poſt reditum Lucij, conſultationem factam, & reſcriptum miſſum velimus confingere, Gallo iam & Voluſiano Imperatoribus fraude Æmiliani interfectis, obſtabit temporis eiuſdem epiſtolæ conſcriptæ nota, eiſdem Gallo & Voluſiano Coſſ. Illud autem impoſturæ ſuſpicionem auget multò magis, quòd epiſtola ſcripta dicatur Kalendis Aprilis, Gallo & Voluſiano Coſſ. cùm in confeſſo ſit, Cornelium [l] Papam Lucij anteceſſorem martyrio affectum XVIII. Kalendas Octobris. At ſiue Lucius Papa VIII. vix menſes egerit in Pontificatu, vt ex magni illius & illuſtris Alexandrini Epiſcopi Dionyſij epiſtolis, in quibus res quaſque ſuo tempore & illo præſertim geſtas ſingulatim commemorauit, auctore Euſebio [m], Nicephoro [n], & aliis [o], ſiue annum vnum, menſes tres, dies quatuordecim, vt Onuphrio [p] & Pamelio [q] placuit: & dies quinque & triginta, vel ſexaginta ſex à martyrio Cornelij Sedes Romana vacauit ante electionem Lucij, vt ſcribit Damaſus, quî fieri poteſt, vt Kalendis Aprilis epiſtolam ſcriptam poſſint verè adfirmare? Si enim eiuſdem anni rationem faciant, occurret non Aprili menſe, vt in epiſtola dicitur, ſed Decembri Lucium electum PP. fuiſſe: ſin verò ſequentis anni tempus obſeruent, obſtabunt Conſulum nomina: nam eo conſulatum non geſſerunt Gallus & Voluſianus; ſed Voluſianus & Valerius Maximus, vt faſti Conſulares teſtantur. Siue ergo Conſules crearentur eo tempore principio menſis Martij, ſiue Ianuarij [r], quod verius eſt, quidquid eorum malint affirmare, tempus obſtat Cornelij obitus, electio Lucij, ſed multo magis martyrium ipſius Lucij, quod ad quartum diem Martij referunt Martyrologium Romanum, & reliqua, Bedæ, Vſuardi, Adonis & Pontificalis Damaſi. Quatuor vel quinque dies antequàm epiſtola hæc ſcripta dicitur, vel confingitur, lucis vſura priuatus eſt Lucius; non potuit ergo ab homine mortuo epiſtola reſcribi. Quòd ſi verè illa à Pontifice ſcripta eſt, alium eum fuiſſe cogimur neceſſariò fateri.

Tertium

[f] *D. Cyprian epiſt. 64. ad Felicem presbyterum & plebes conſiſtentes ad Legionem, & Aſturicam: item ad Lelium diaconum & plebem Emeritenſem.*

[g] *Marcellus Papa I. epiſt. 2. ad Maxentium.*

[h] *Ambroſ Moral. lib. 9. c. 44.*

[i] *Epiſt. Antheri. c. 3. 4. & 6. ex aliis Calixti, Cornelij & Felicis deſcripta videntur.*

[k] *D. Cyprian. in epiſtola 52.*

[l] *Damaſus in Pontificali, in Cornelij vita.*

[m] *Euſeb. lib. 7. hiſt. Eccleſ. c. 1. & 2.*

[n] *Niceph. lib. 6. c. 34.*

[o] *Maſſeus in vita Stephani Papæ.*

[p] *Onuphrius in Faſtis Pont.*

[q] *Pamel. in vita D. Cyprian.*

[r] *Dionis Auguſt. lib. 3. de Cinctura Dei cap. 16. Plutarch. Probl. 28. Tullius contra P. Seruilii Rullum. de lege Agraria, in principio, oratione 1.*

Digitized by Google

A Tertium affirmat idem Morales [c] tempore Stephani PP. indictum, ad depoſitionem Baſilidis Aſtoricenſis Epiſcopi, & Martialis Epiſcopi Emeritenſis; de quorum crimine idololatriæ & blaſphemiæ, & depoſitione cùm conſulerent diuum Cyprianum Carthaginenſem in Africa Epiſcopum, virum ea ætate, literis, prudentia & ſanctitate inſignem, Felix presbyter, & Lælius diaconus, & plebs Legionis Aſturicæ, & Emeritæ, & alius Felix Epiſcopus Cæſarauguſtanus, illis ſuper ea depoſitione reſpondit diuus Cyprianus, Clerum & Plebem earum prouinciarum laudans, quòd in locum eorum Sabinum & Felicem legitima electione ſubſtituiſſent, quos ad eundem Cyprianum [u], vt legationem obirent, miſerant. At quamuis Ambroſio Morales, adeò placuerit eo tempore Concilium habitum, vt Hiſpaniæ Generale eſſe & dixerit & poſtea ſæpe inculcarit: quo id argumento probet, non video: nam ſi in Concilio Generali Hiſpaniæ depoſitio Martialis & Baſilidis facta fuiſſet (quod etiam ſat eſſe non poterat, vt ex congregatione, Concilij nomen poſſet mereri, ſi alia decreta edita non ſunt, vt dixi) nonne Concilium vniuerſum, Cyprianum conſuleret, & in nomine Concilij relatio Cypriano proponeretur; & Cyprianus vniuerſo Concilio reſcriberet? At vtrumque deeſſe comperio, nam Concilium nec habitum perhibetur, nec nomine Concilij epiſtola ad Cyprianum miſſa eſt, ſed nomine Felicis presbyteri, & Lælij diaconi, & plebium Legionis, Aſturicæ, & Emeritæ. Nec Concilio reſpondit D. Cyprianus, ſed illis tantùm à quibus fuerat conſultus.

[c] *Morales c. 45.*

[u] *Quæ omnia extant in epiſt. 68. D. Cypriani.*

B

Quartum, idem cenſet habitum tempore Miltiadis PP. quòd ad omnes Epiſcopos Hiſpaniæ literas dederit, de diuerſis cauſis Eccleſiaſticis, vtpote de iudiciis Epiſcoporum, ſiue de maioribus Eccleſiæ cauſis ad Sedem Romanam deferendis, & de ſacramento Baptiſmi & Confirmationis, de ieiunio Dominici diei, & quintæ feriæ: non inde tamen colligitur, Generale fuiſſe Hiſpaniæ Concilium: nec ſi conueniſſent Epiſcopi ad proponendam eam relationem Miltiadi, inde probare liceret, Concilium fuiſſe Hiſpaniæ Generale, ſi alia decreta de fide aut moribus in illo edita non ſint. Conſequitur ergo ex his, Illiberritanum omnibus Hiſpaniæ Conciliis temporis antiquitate præſtare; ſi memoria præſertim teneamus, Concilium hoc (vt nuper dicebam [y]) non ſolùm tempore Syluestri, (vt ſibi perſuaſit Morales) ſed ante Syluestrum & Miltiadem conuocatum; quocirca quamuis ad mittendam relationem Miltiadi Concilium habitum fuiſſet, illo tamen hoc Illiberritanum antiquius eſſe, rerum anteà geſtarum hiſtoria manifeſtè ſatis comprobatur. Non tamen inficias eo, ante hoc Concilium ſæpe inter ſe Epiſcopos Hiſpaniæ conueniſſe, vt de cauſis pro tempore emergentibus alios conſulerent, vt conſtat ex epiſtola ſuperiori Cypriani & Miltiadis: vel ipſi inter ſe quod ſentirent, exponerent, & optato fine exequerentur.

[x] *Morales dicto lib. 10. c. 30.*

C

[y] *Capita ſuperiori-*

D

Nec omnium Hiſpaniæ tantùm antiquiſſimum hoc Concilium arbitror, ſed & reliquorum quæ in Eccleſia, vel Latina, vel Græca, adhuc exſtant. Excipio ſemper quæ Hieroſolymis de abroganda lege Moyſis, de ſanguine, ſuffocato, & ſcortatione & idolothytis prohibendis, exordio religionis Chriſtianæ Apoſtoli celebrarunt. Nam etſi multa ante hanc Diocletiani & Maximiani perſecutionem, habita fuiſſe Eccleſiaſtici ſcriptores tradiderint, vt Cæſarienſe I. in Paleſtina, ſub Ælio Pertinace à Theophilo eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, & à Narciſſo Epiſcopo Hieroſolymorum, de die Paſchatis, Romanum ſub Victore PP. aliud Epiſcoporum Ponti, ſub Palma; Gallicanum ſub Irenæo; Achaicum ſub Bachilo Corinthiorum Epiſcopo, de eadem controuerſia; & alia quæ eodem tempore per varias Chriſtianæ religionis prouincias acta ſunt, vt Euſebius [z] & Nicephorus [a] tradunt, Romanum ſcilicet ſexaginta Epiſcoporum, & totidem presbyterorum ad condemnandum Nouatum ex epiſtola Cornelij PP. ad Fabium Epiſcopum Antiochenum tempore Aureliani Imp. & Dionyſij PP. contra Paulum Samoſatenum, ex Euſebio [b]; & aliud Carthaginenſe Concilium, ni mauis Conciliabulum, ſub Cypriano eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, actum tempore Stephani PP. triáque poſteà, vt à Pamelio [c] notatum eſt: hæc & alia quæ in reliquis Chriſtianis prouinciis, eo tempore & anteriori peracta ſunt nihil huius Concilij vetuſtati officiunt, vel detrahunt dignitati; partim quòd illa non exiſtent, vel edita non ſint in illis decreta; partim etiam quia quædam erroribus fuêre conſperſa grauiſſimis, vt de Carthaginenſibus D. Auguſtinus, Optatus Mileuitanus, Stephanus PP. & alij atteſtantur. Et ex his tandem fit, Concilium hoc Illiberritanum, Nicæno, Arelatenſibus, Ancyrano,

[z] *Euſebius lib. 6. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 22. & 23.*

[a] *Niceph. lib. 4. c. 36. & 37.*

[b] *Ex Euſebio lib. 7. c. 13. & 25. Niceph. lib. 6. c. 28. & 29.*

[c] *Pamelius in vita D. Cypriani.*

PHILOSOPHICAL TRANSACTIONS

Vol. 1. For the Year 1665. Numb. 1.

The Contents.

An Introduction, giving some Account of the Ensuing Design and Undertaking. Page 1

The Lord Brouncker's Method for finding the Proportion betwixt the Hyperbola and its Asymptotes. 2

Mr. Oldenburg's Letter to Mr. Hugens, containing a Method for finding the Proportion betwixt the Hyperbola and its Asymptotes. 3

Mr. Oldenburg's Letter to Mr. Hugens, containing a Method for finding the Proportion betwixt the Hyperbola and its Asymptotes. 4

Mr. Oldenburg's Letter to Mr. Hugens, containing a Method for finding the Proportion betwixt the Hyperbola and its Asymptotes. 5

Mr. Oldenburg's Letter to Mr. Hugens, containing a Method for finding the Proportion betwixt the Hyperbola and its Asymptotes. 6

Mr. Oldenburg's Letter to Mr. Hugens, containing a Method for finding the Proportion betwixt the Hyperbola and its Asymptotes. 7

A copus Canarienſis, vir inter noſtros & acumine ingenij, & multiplici literarum cognitione clarus: agens enim de auctoritate Conciliorum, docet, Concilium pronunciale ſine Pontificis auctoritate coactum, nec confirmatum, errare poſſe: poſt alia exempla, illud adiecit. [Illa rurſum non imprudenter modò, verum etiam impie à Concilio Elibertino lata eſt de tollendis imaginibus lex, can. XXXVI.] Et poſt alia [Nec mihi Concilium Elibertinum obiicias, nam in ea parte qua errauit, ſemper à Catholicis exploſum eſt.] Poſt hos, recentiores alij [g], canones XXXIV. XXXV. XXXVI. & LX. damnatos eſſe ab Eccleſia Catholica liberiùs multo, quam par eſſet, affirmant. Si ab Hiſpanis, quorum intererat, Hiſpanici Concilij & Hiſpanorum omnium antiquiſſimi auctoritatem ſartàm tectam cuſtodiri, vt ſuſpectam improbari legimus: nouum certè videri non poteſt, ſi exteri ſcriptores in idem B intemperantiùs inuecti ſint. Noſtra enim ætate Cæſar Baronius [h], in illuſtrandis Eccleſiaſticis annalibus præclarè verſatus, agens de ſanctarum imaginum picturis, contra obiecit canonem XXXVI. Concilij Illiberritani, & poſtquam illud vt perexigui momenti aduerſus Eccleſiæ vniuerſalis decreta in ſancto imaginum vſu eſſe dixiſſet, hæc adiecit. [Porrò, Concilium illud in multis eſſe irritum, multa ſunt quæ manifeſtè declarant: pleraque enim in eo ſunt, quæ ſinceris Eccleſiæ Catholicæ dogmatibus aduerſari videntur; dum eis, qui capitalia quædam crimina perpetraſſent, nec in fine communionem eſſe dandam pluribus canonibus [i] ſtatuitur. Sapere hæc hæreſim Nouatianam, qui Cypriani & aliorum de ea re ſcripta legerint, facilè cognoſcent: ab Eccleſiæ enim Catholicæ vſu, illud omnino alienum eſſe reperitur, quod in eo ſtatutum eſt, vt nec in fine communicet, qui poſt pœnitentiam mœchatus fuerit. [k]] Et poſt alia: [Sed non tantùm (inquit) ex iam dictis adducor, vt exiſtimem, Concilium illud in his irritum factum eſſe, ſed eo maximè, quòd canonum antiquiſſimi collectores, Fernandus Diaconus, Dionyſius cognomento Exiguus, & Creſconius, quantumlibet egregiam nauarint operam, vt omnes tam Græcos, quàm Latinos canones colligerent, nullus tamen ipſorum huiuſmodi Concilij Eliberini canonis, vel ſaltem nomine tenus meminit. Itaque ſuſpicor in illo canone impoſturam. Quì etenim fièri poterit, vt cùm non tantùm complures Orientalium, ſed & Occidentalium turmæ aduerſus ſacras imagines bellum mouerent, & ad eas impugnandas, arma vndique compararent, à potiſſimo omnium telo, ſi extitiſſet, abſtinuiſſent? Anne latuit huiuſmodi decretum Concilij Vigilantium [l], & ipſum Hiſpanum, ſacrorum rituum Eccleſiaſticorum euerſorem, qui, cùm quæ erant Eccleſiaſticæ œconomiæ, peruertebat antiquas conſuetudines, tacuiſſetne, in ſacras imagines potiſſimùm inuehi, ſi aliqua prætenſa ſaltem Eccleſiaſticorum virorum auctoritate id poſſe efficere conſpexiſſet? An D non ſaltem vnius, vel alterius eiuſdem Synodi canonis auctoritate ſua validare, ac roborare potuiſſet, vt quæ ipſe primus de non incendendis cereis in Eccleſia auſus eſt affirmare? An etiam præteriit canon ille Claudium item Hiſpanum preſbyterum, inde verò Epiſcopum Taurinenſem maximum Iconoclaſtam Felicis Vrgelitani diſcipulum? Equidem dum hæc paulò conſideratiùs apud meipſum perpendo, in eam ſuſpicionem adducor, vt aliquis ex Claudij prædicti diſcipulus atque ſectator (quod proprium eſt hæreticorum partus ſupponere) eiuſdem canonis auctor fuerit, & talis impoſturæ egregius concinnator: nec quidem, qui hæc mecum accuratè peruiderit, me falſum coniectorem temerè arguet. Sed eſto, abſit fraus & impoſtura; quam tandem fidem meretur tam paucorum Epiſcoporum canon, quem totius Catholicæ Eccleſiæ vſus contrarius continuò aboleuit, & antequam naſceretur extinxit?] Hæc Cæſar Baronius. Poſt Baronium, E eiuſdem inſtituti & Congregationis Oratorij collega Thomas Bozius [m], cùm de ſacrarum imaginum cultu ageret, non ſimilia tantùm, ſed eadem & graiora, his quæ Baronius ad labefactandam huius Concilij auctoritatem ſcripſit. [Quocirca (ait) & Concilium quoddam, quod haud ita pridem prodiit in lucem, Eliberinum, Epiſcoporum nouem, nullo modo audiendum: nam Fernandus Diaconus, Dionyſius Exiguus, & Creſconius, qui diligentiſſimè canones omnes collegerunt, eius nihil omnino meminêre. Quid? quòd neque Vigilantius, qui omnia, quæ aduerſus Sanctorum reliquias in vnum confert, cum ſit Hiſpanus, Hiſpanici tamen huius Concilij nullam mentionem fecit, neque Claudius ſimiliter Iconomachus Hiſpanus. Adde, in illo eſſe Nouatianorum decretum, cùm negat communionem quibuſdam. Nulla igitur illius fides.] Robertus etiam Bellarminus [n], non-

[g] *Franciſcus Padilla in Chronographia Conciliorum.*

[h] *Cæſar Baronius 1. tomo annalium Eccleſiaſticorum ſub ann. Chriſti 57.*

[i] *Can. 1. 2. 6. 8. 14. 17. 18.*

[k] *Can. 3 & 7.*

[l] *Can. 34. & 37. Hieronym. aduerſ. Vigilantium. Ioan. Aurelianen. in præfat. comment. in Cland & lib. 1.*

[m] *Thomas Bozius de ſignis Eccleſiæ Dei tomo 2. lib. 15.*

[n] *Robertus Bellarm. 1. tomo de controuerſijs Chriſtianæ fidei, contrauerſ. 7. lib. 2. c. 9.*

nihil de auctoritate huius Concilij dixit, dum disputatione de Ecclesia Triumphante, differens de imaginibus, ait: Concilium hoc fuisse Prouinciale, & in aliis decretis videri errasse, præsertim cùm in plurimis casibus, ne in articulo quidem mortis pœnitentem velit absolui. Sed tandem maiori irreuerentia, ne dicam audacia, Concilium hoc nunquam ab Ecclesia receptum ob canonem XXXV. & fortè etiam ob XXXIV. (sic ille loquitur) scripsit, & principio huius Concilij præfixit nescio quis, qui recentem Conciliorum editionem Venetam parauit. A quo & reliquis grauiora in Concilium dici vix potuerunt, etiam si illius auctores, vel certò fuissent hæretici, vel illius decreta vt suspecta & apocrypha, Tua beatitudo damnasset, aut maiores tui Catholicæ Ecclesiæ Episcopi. Sed quia hæc posteà fusiùs propriis in locis sum tractaturus, huiusmodi labore nunc supersedebo, si priùs illud monuerim, grauem atque eximiam huius Concilij auctoritatem, multo pluris habendam esse, atque æstimandam. Est enim in primis meritò veneranda magna eius, ac longæua vetustas; quippe quòd mille & trecentos ferè ante nos annos Concilium habitum non diximus nos modo, sed fidissimi antiquitatis testes, ex veterum annalium monumentis excitati, superiùs luculenter (mea quidem sententia), dilertéque comprobarunt. Quòd si non scriptas Ecclesiæ traditiones ob reuerendam earum antiquitatem magnifaciunt, idque iure optimo quotquot sunt Catholicæ Ecclesiæ Doctores: non equidem video, cur his decretis, quæ publicis sunt literis commendata, eandem fidem auctoritatémque negemus: cùm illa præsertim sint tam singulari pietate condita, tam præclara doctrinæ sanctitate conspersa, tàm præstanti Episcoporum fide firmata, vt non solùm communem, & publicam mereri possint approbationem, sed videri, & haberi dignissima; quibus nec iacturam temporum iniquitas, nec perniciem hæreticorum audacia, nec obliuionem afferre debeat vnquam posteritas. Quod enim (si singula expendamus attentiùs) officium est hominis ciuilis, quod munus viri Christiani, quod ij non descripserint? Quæ clericorum, & presbyterorum honestas, quæ vita Episcoporum, quæ sanctitas, quam hìc non expressérint? Quæ matrimonij fides, quæ leges, quas hìc non tradiderint? Quæ Baptismi, & Confirmationis, quæ Pœnitentiæ, & Communionis sacræ, quæ Ordinis, & reliquorum Sacramentorum Ecclesiæ ratio, quæ vis, quam hìc non retulerint? Quæ Circi Hispanici immanitas, quæ impudicitia theatri, quæ scenæ turpitudo & infamia, quam hìc non eluerint? Quæ idolorum vanitas, quam hìc non detexerint? Quæ tela hæreticorum, quæ hìc non retuderint? Quæ Christianæ doctrinæ, quæ diuinæ religionis præcepta, aut ab heroicis Apostolorum temporibus, aut posteriori hominum ætate in reliquis Ecclesiæ Conciliis edita, quæ ab Hispanis Episcopis expressa non sint hìc, aut saltem adumbrata? Ferè omnia enim, quæ à Deo Patre Christus, à Christo Apostoli, ab Apostolis ipsi, aut ore proprio, aut communi discipulorum traditione acceperunt; eadem ad concordem Ecclesiæ Catholicæ pacem, & ciuilis Christianæque politiæ conseruationem, non solùm piè constituerunt, religiosè auxerunt, & sanctè conseruarunt; sed singulari prudentiæ laude ad sempiternam hominum memoriam publicis monumentis consignata, ad posteros transmiserunt. Tam pias igitur & sanctas Hispanorum Episcoporum constitutiones, nec explorata decretorum veritate, nec contestata auctoribus lite, nec citatis idoneis vetustatis testibus, nec adhibito tandem grauioris alicuius sententiæ præiudicio damnare quis tam consilij, rationis, & pietatis expers audebit? Si repetat præsertim animo, quod in simili alio Hispaniæ Concilio Nationali °, Reccaredus Rex Catholicus sensit, dixit, prædicauit. [Credo (ait) beatam sanctæ Trinitatis diuinitatem, huic sancto interesse Concilio, & ideò tanquàm ante conspectum Dei, ita in medio vestri fidem meam protuli.] Quem sanctum & diuinum Spiritum, omnibus Conciliis Prouincialibus adesse si non certis documentis (vt in Generalibus) iustis tamen & probabilibus argumentis coniici, intelligi, & credi à piis omnibus & religiosis dignissimum est. Deus enim suorum sacerdotum Concilio tunc interesse credendus est, (ait Concilium Toletanum IV. P) cùm tumultu omni abiecto, solicitè atque tranquillè Ecclesiastica negotia terminantur. Quod certius multò, firmiusque reddit sacra illa diuinæ pollicitationis memoria, qua Christus primus Conciliorum institutor, auctor atque magister, Episcopis in sancto eius nomine, & Spiritu conuenientibus, non solùm opem, & patrocinium præstiturum; sed se ipsum adfuturum singulari benignitate promisit. [Vbi fuerint (inquit) duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.P] Itémque: [Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcunque

° *Concilium Toletanum. 3 in princ.*

P *Concilium Tol. 4. can. 4. in fine.*

Digitized by Google

A cunque petierint, fiet illis à Patre meo [q].] ni forsan hi velint, gratiam sancti Spiritus (vt cum Africanis Patribus [r] loquar) reliquarum Prouinciarum Episcopis, non Hispanis esse promissam; vel eius iustitiam duobus aut tribus tantùm concessam: decem verò & nouem Episcopis, & triginta sex presbyteris denegatam: quæ quidem cogitatio in nullius sapientis, pij, aut religiosi animum cadere potest. Nam si illud culpandum docuit D. Augustinus [s] (sic ille loquitur) cùm vel de Deo indignum aliquid creditur, vel de homine facilè creditur: qui de Deo quodammodo, & mirabili eius prouidentia; & de hominibus, non dicam facilè, sed temerè & sine causa, turpissimam opinionem, vel suspicionem hæreseos mouit, iniecit, auxit, firmauit, qua culpa non erit dignus? Nec homines, qui huic Concilio interfuerunt (si homines nuncupandi sunt) leuis fuisse literaturæ, aut vulgaris existimationis constat: quinimo doctrina illorum insignis, suspicienda grauitas, mira innocentia, feruens religio, ac denique incomparabilis vitæ sanctitas, in hac sententia nos est confirmatura. B Præter alios enim, Osium Episcopum Cordubensem in eo adfuisse, satis superque scimus; de cuius fidei integritate, de moribus, de literarum cognitione, de prudentia, de auctoritate Athanasius [t] prædicator, & testis est eiusdem ætatis locupletissimus [De maximo autem (ait) & grauissimæ ætatis viro, eodémque Confessore Osio, qui verè Osius est, id est sanctus, superfluum arbitror mentionem facere: cùm nullus fortasse sit, qui non cognitum habeat, eum ab istis quoque in exilium missum esse: non enim quidquam latere potest in viro illo tantæ claritudinis. In qua enim Synodo ille non dux & antesignanus fuit? quem non ille recta tuendo, in sententiam suam pertraxit? quæ Ecclesia illius præsidentiæ non pulcherrima monumenta retinet? quis illum mœstus adiit, vt non lætus abierit? quis indigus ab eo postulârit, quin postulatum obtinuerit?] Nec Athanasij solùm de auctoritate Osij tam graue extat iudicium; sed & trecentorum decem & octo Episcoporum, qui in Nicæ C nam Synodum conuenerunt [u]. Ab his enim Osius beatus, & sanctus Episcopus, non semel est nuncupatus, & aliis præclaris suæ virtutis, doctrinæ, & pietatis ornatus testimoniis. Quòd si de his Episcopis, quos Synodus Nicæna, vel reliqua Generalia probarunt, quid sentire necesse sit, placeat spectare, audiamus Gregorium Magnum [x] ad Ioannem Episcopum Constantinopolitanum his verbis scribentem: [Cunctas verò quas præfata veneranda Concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector: quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se & non illa destruit, quisquis præsumit, aut soluere quos religant, aut religare quos soluunt: quisquis ergo aliud sapit, anathema sit.] Nicænis Patribus accedunt Sardicenses, quos trecentos quadraginta & quatuor fuisse scribit Athanasius [y]; hi enim de Osio mentionem faciunt non minùs honorificam. [Et non semel (aiunt) non secundò, sed etiam frequenter citati vocationibus obedire noluerunt (tractant de hæreticis) congregatis videlicet in Concilio Osio longæuo; qui propter ætatem, atque confessionem, tantumque laborem omni honore dignus apparuit.] Præclaram fidei confessionem ab Osio factam Diocletiani persecutione, quòd libros sacros tradere, & diis sacrificare noluisset, intelligit Concilium: de qua & antea [z] actum est. Ea enim adeò benevolum reddidit Osium Constantino Imperatori religioso, & religionis, fideique auctori Christo Deo, vt grauiores omnes Christianæ Reipublicæ causas, auctore Osio, impulsore, vel tractatore, non solùm agitatas prudenter, sapienter grauitérque defensas, sed expeditas feliciter, peractas, obtentas cum æterna nominis sui memoria omnis contesterur vetustas. Illum siquidem ad definiendam exortam inter Cæcilianum, & Donatum causam ordinationis grauissimam, & ad deregendos Donati errores Concilio primo Arelatensi interfuisse, & eius primùm consilio pietate, & prudentia sententiam damnationis in Donatum, & Donatistas latam à Constantino Imperatore, Augustinus [a] recenset. Paulò autem pòst ad tollendum Arij schisma, & sedandam Orientalium controuersiam, primum omnium Alexandriam missum, deinde verò remissum in Bythiniam, vt Concilio Generali Nicæno, loco Syluestri Papæ præesset, ad eiusdem Arij hæresim, & Nouatianorum errores confutandos, probat ipsius Osij epistola, qua ille cum Vito, & Vicentio Conlegatis Concilij confirmationem ab eodem Syluestro postulauit: post Nicænum Gangras Paphlagoniæ profectum aduersus Eustachij monachi sordes, deinde in Thraciam ad restituendam in Concilio Sardicensi Generali Athanasio sedem, & exstinguendas Arianorum reliquias, certis annalium veterum monumentis testatum est; quæ certè Episcopo extero, nisi ob summam illius religionem, cum antiquitate ordinationis, cum vitæ integritate, &

[q] Matth. 18.
[r] In Epistola ad Cælestinum Papam quæ extat in eo Conc. quod vulgò Africanum dicitur. c. 105.
[s] D. Aug. lib. 1. de vtilitate credendi cap. 12.
[t] Athan. Apologia de fuga.
[u] Patres Nicæni, vt refertur lib. 2. de actis Concilij Nicæni apud Alfonsum Pisanum.
[x] D. Greg. lib. 1. ib. dict. 9. epist. 24.
[y] D. Athan. 2. Apolog. Sardicenses Patres in epistola ad omnes Episcopos.
[z] Supra c. 2.
[a] D. Aug. lib. 1. contra epistolam Parmeniani, c. 4.

literarum cognitione coniunctam, à pio & prudentissimo Imp. doctissimo sanctissimóque Pontificè, tutò non possent committi, ni pluribus ille, quàm Concilijs interfuit, antecessisset virtutibus: ob quarum eximium splendorem, & præclaræ confessionis gloriam, tanti olim & à Catholicis & ab hæreticis habitum accepimus, vt Ariani illum Synodorum principem dixerint, & Nicæni Symboli formulam concepisse prodidit D. Athanasius [b]. Quòd si ab Osio error aliquis in religione admissus, confirmatusve fuisset, nonne Donatistæ, & Parmenianus [c], qui Constantinum Magnum ab Osio Episcopo persuasum fuisse conquesti sunt, vt seueriorem in eos sententiam proferret; nomine illum erroris in imagines quouis quæsito colore accussassent, vt accusarunt etiam falsò Miltiadem PP. de traditione librorum, & Constantinum, gratia corruptum? Omiserunt sanè Donatistæ hanc erroris notam, & labem Osio impingere, non dissimili ratione & consilio, ab eo, quo Vigilantius, & Claudius hæretici, decreta huius Concilij citare omiserunt ad infringendum venerabilem sacrarum imaginum cultum, & pium cereorum vsum, quem conabantur inuertere: quòd hæretici illi tanquam canes sagaces astuti, & callidi prudenter subolfacerent, sanctissimis huius Concilij decretis elidi, & capi se posse potiùs à Catholicis, quàm contra Catholicos vtile quidquam venari.

Nec Osij auctoritate solùm, fide, & religione, huius Concilij dignitatem tuebor: cum in illo etiam adfuerit D. Valerius Cæsaraugustanus Episcopus, & Confessor; cuius vitæ sanctitas, & mirabilis in perferendo martyrio constantia, illum & fastis Martyrum cœlestiúmque numero inseruit, vt Romani Martyrologij [d], & reliquorum certissima fide constat; & cum ipso (vt est verisimile) D. Vincentius [e] Martyr eximius, ob religionis, & sacrarum literarum cognitionem perpetuus Valerij comes, & ob eiusdem linguæ impedimentum interpres fidissimus: qui cùm obeundis præclarè certaminibus admirabile studium, singularem animi propensionem pro fide, pro regno Dei, pro cultu religionis, pro conseruandis sacris codicibus, aduersus impia Imperatorum edicta, & sæuissimam Præfectorum immanitatem, constantissime declarassent, diuina morte, diuinæ victoriæ præmium, diuinitus reportarunt. Quomodo igitur, vt docet Ambrosius, illorum fidem iustè negare audebimus, quorum glorioſas victorias iustissimè prædicamus? Prædicamus in quàm, Sanctissime Clemens, gratáque & iucunda diuinarum laudum commemoratione admiramur: aut quis ille tam demens (vt Lerinensis [f] vtar sermone) qui eos etsi adsequi non valeat, sequi tamen non exoptet, quos à defensione fidei maiorum nulla vis depulit, non minæ, non blandimenta, non satellites, non Imperator, non homines, non dæmones, quos, inquam, pro religionis veritate tanto munere Dominus dignos iudicauit, vt per eos prostratas repararet Ecclesias, extinctos spiritales populos viuificaret, deiectas sacerdotum corenas reponeret, nefarias illas nouellæ impietatis non literas, sed lituras infuso cælitùs Episcopis fidelium lacrymarum fonte deleret; vniuersum postremò iam penè mundum propriæ idololatriæ, & alienæ hæreseos tempestate perculsum ad Apostolicam fidem ab idolorum perfidia, ad veram sanitatem, à nouitatis vesania; ad antiquam lucem à nouitatis cæcitate reuocaret. Neque enim fas est, vt eos intelligamus in summa pace lapsos, & coram Romanæ tuæ Ecclesiæ Legatis, vnius aut duorum hæreticorum profanas, contrariásque sententias, abiecta omni vera religione approbasse, qui turbulentissimis persecutionum fluctibus excitatis, omnium sanctæ Ecclesiæ sacerdotum, Catholicæ & Apostolicæ veritatis decreta constantissimè glorioséque sectantes, maluerunt semetipsos publicè prodere, quàm veræ fidei vetustatem, & vetustæ vniuersatis fidem priuatim deserere, aut aliquo alio modo labefactare. Sed vt omittamus tandem quæ de Melanthio dici possunt, quæ de Sabino piissimo Hispalensium Episcopo, quæ de Flauio Illiberritano, & reliquis quatuordecim Episcopis, qui illi Concilio cum sex & triginta presbyteris, & pluribus aliis diaconis interfuerint, quorum omnium, vel sola memoria & recordatio deberet efficere, vt Hispaniæ, vel Deo potius Opt. & Maxim. rerum, & bonorum omnium liberalissimo largitori, quantas maximas mens nostra capere posset, gratias redderemus; quòd à principio Ecclesiæ profugatis lupis rapacibus, eos dederit Hispanicis Ecclesiis pastores, quibus nec rerum Ecclesiasticarum vsu peritiores, nec doctrinæ celebritate clariores, nec vitæ sanctitate meliores ipse tunc optare potuerint cogitando; vt omittamus, inquam, hæc, quæ ad tutandam huius Concilij auctoritatem, vt reliquorum Conciliorum Prouincialium facere satis poterant: nonne illam confirmant etiam antiqui

[b] *D. Athan. in epistola ad solitariam vitam agentes.*
[c] *D. Aug. lib. 1 contra epistolam Parmeniani c. 7.*
[d] *Romanum Martyr. 18 Ianuary De Vincentio Martyre Martyrolog. Rom. 22. Ianuarij Extant & de ipsius passione præclara laudes apud B Leonem PP. sermons vltimo, quem aliqui parùm rectè tribuunt D. Augustino, & apud Aug. in alijs duobus quos edidit de ipso.*
[e] *Acta de eodem Vincentio Martyre. D. Ambros. lib. 3 de fide, c. 7.*
[f] *Vincentius Lirinensis aduersus profanas hæreſum nouationes.*

Digitized by Google

A antiqui Decretorum collectores, non Gratianus modò in ſua diſcordantium canonum Concordia, non Anſelmus, non Ioannes Gallenſis, in prima epiſtolarum Pontificum, & Conciliorum collectione; ſed & Iuo doctus & ſanctus Carnutum Epiſcopus, & in Epitome (quam Panormiam vocant) & in libro, cui ille Decretorum nomen inſcripſit: & ante Iuonem, Burchardus Epiſcopus Vvormacienſis: In ſuis enim conſtitutionum, & canonum collectionibus, nullum ferè eorum, quos huius Concilij Patres condiderunt, omittunt, vt varia quæ complexi ſunt argumenta, horum ope, & ſubſidio firmiùs præmunirent. Nec eos tantùm illi acceptos referunt, ſed & alios diuerſorum Conciliorum quibus, vt maior auctoritas accederet, nomen huius Concilij vel ipſi, vel ante ipſos alij præfixerunt, vt deinceps [g] dicturi ſumus. Dionyſium verò cognomento.

B Exiguum, Ferrandum Diaconum, & Creſconium hæc omiſiſſe, non vrget, quòd magis ad Græcorum, quàm Latinorum Conciliorum compilationem illi aſpirauerint: & ſi aliquando de Latinis meminerint, omiſerunt alia multa, quæ fortaſſe ad eorum manus non potuerunt peruenire: quod mirum eſſe non debet, in tanta quanta olim erat, codicum & librorum inopia; ob eam enim cauſam, tam Prouincialium quàm Generalium Conciliorum exemplaria communia eſſe deſierunt. Nicænum enim primum, in quo vniuerſus (vt Athanaſius [h] loquitur) coactus eſt orbis, quamuis Conſtantinus Magnus tranſcriptis codicibus multis, per omnes prouincias diuulgari fecerit, idque ſummè conatus fuerit; non tamen potuit efficere, vt intra breuiſſimum annorum ſpatium, non in Ægypto ſolùm de Concilio Nicæno, eodem Athanaſio [i] teſte, ſed & in Africa tota de

C numero canonum illius fuerit dubitatum; eaque ratione exemplaria fuiſſe neceſſe, à Romana Eccleſia, Alexandrina, & Conſtantinopolitana mutuari, vt Concilij Carthaginenſis [k] Patres teſtantur. Quòd ſi Generalia omnibus nationibus ob codicum penuriam, cum Arianorum impia tyranide coniunctam communia eſſe non poterant: quid de Prouincialibus cenſendum, & his præſertim, quæ in vltimis ferè Hiſpaniæ finibus coacta ſunt? cùm in his omnibus colligendis Creſconium, Ferrandum, & Dionyſium Exiguum nullum lapidem mouiſſe conſtiterit. Quòd ſi acres, ſeuerique cenſores (vt molliſſimè loquar; nihil enim temerè, & intemperanter dicere hic velim) Hiſpanorum Epiſcoporum auctoritatem iudicio Italorum, Gallorum, & Germanorum confirmatam (ex his enim prouinciis oriundi ſunt Ioannes Gallenſis, Gratianus, Iuo, Burchardus, & reliqui) parui duxerint; quòd animi potius gratia priuatim, quàm publica alicuius Pontificis id fecerint auctoritate, & quingentorum annorum tempus rem nimis recentem dixerint; nihil nocuerit, quòd facile poſſim auctoritatem huius

D Concilij altiùs multò repetere. In Concilio enim Vvormacienſi [l], ſub Ludouico Rege, anno Domini CCM. LXIIX. Germani Patres canonem huius Concilij, verbis eiſdem nullo mutato tranſtulerunt. [Si qua fœmina (inquiunt) furore zeli accenſa, flagris verberauerit ancillam ſuam, ita vt intra tertium diem, animam cum cruciatu effundat; eo quòd incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit; ſi voluntate, ſeptem annos; ſi caſu, per quinque annorum tempora legitimam peragat pœnitentiam.] Hunc autem canonem à quinto huius Concilij totidem verbis deſumptum, liquidò apparet. Sed clariùs multò Concilium Moguntinum [m], ſub Rabano Archiepiſcopo, quod non ſolùm huius Concilij teſtimonio libentiſſimè frequentiſſimèque vtitur, ſed integra adhuc decreta ab hoc repetiuit expreſsè & deriuauit. [De mulieribus (ait) quæ fornicantur, &

E partus ſuos necant, vel quæ agunt ſecum, vt vtero conceptus excutiant, antiqua quidem definitio, vſque ad exitum vitæ, eas ab Eccleſia remouet: humaniùs autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus ſecundum præfixos gradus pœnitentiæ largiatur.] Item in Concilio Eliberitano, Cap. LXIII. ſcriptum eſt de his, quæ filios ex adulterio necant: [Si qua per adulterium conceperit, idque poſt facinus occiderit, placuit nec in fine ei dandam eſſe communionem, eo quòd geminauerit ſcelus.] Et poſt alia: [Si quis ſeruum proprium ſine conſcientia iudicis occiderit, excommunicatione, vel pœnitentia biennij reatum ſanguinis emendabit.] Item in Concilio Eliberitano, cap. V. ſcriptum eſt de domina, quæ per zelum ancillam ſuam occiderit. [Si qua fœmina furore zeli accenſa flagellis verberauerit ancillam ſuam, ita vt intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quòd incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit: ſi

caſu]

Quos canones huius Concilij recitarint hi auctores; proprijs locis dicemus.

[g] Cap. 6. huius Lib. I.

[h] D. Athanaſius in libro de Synodis Arimini, & Seleuciæ & in epiſtola ad Epiſcopos Africanos

[i] Idem in epiſt. ad Marcum Papam.

[k] Concilium Carthaginense. can. 4.

[l] Concilium Vormaciense. can. 39.

[m] Concilium Moguntinum ſub Rabano Archiepiſcopo: can. 21.

casu per quinquennij tempora, acta legitima pœnitentia ad communionem placuit admitti. Quod si vero intra tempora constituta, fuerit infirmata, accipiat communionem.] Concilium etiam aliud Moguntinum [n] sub Arnulpho, quod anno illius primo, & Incarnationis Domini CC. M. XX C. VIII. habitum est, Canonem XIII. huius ad verbum descripsit: post alia enim, sic inquit. [Quòd si à proposito deuiauerint (viduæ scilicet sanctimoniales) canonicæ institutionis censura corrigantur: quod & de virginibus, si mœchatæ fuerint, statuimus, sicut in Concilio Eliberitano Cap. XIII. scriptum est: Virgines quæ se Deo dedicauerunt, si pactum prodiderint virginitatis, atque eidem libidini seruierint, non intelligentes, quod amiserint, placuit nec in fine dandam eis esse communionem. Quòd si semel persuasæ ad infirmi corporis vitia lapsæ, toto tempore vitæ suæ eiusmodi fœminæ egerint pœnitentiam, vt abstineant se à coitu: placuit, eas nec in fine communionem accipere debere.] Eundem canonem, & verbis iisdem, citato nominatim hoc Concilio Illiberritano, retulerat etiam & confirmauerat anteà Concilium Colonienſe [o] sub Carolo III. Imperatore, cognomento Crasso, & ante illud Rabanus Maurus [p] Archiepiscopus Moguntinus in suo pœnitentium libro: à quo pleraque alia huius Concilij exprompta sunt, à Theodoro Græco: quæ exstant in suo pœnitentiali, & alia multa in illo, quod Romanum nuncupatur. Non renuit Concilium Arelatense [q] huius Concilij canones renouare. [Mulieres quædam (inquit) vt audiuimus, quæ ex fornicatione concipientes, metuentes, ne scelus, quod occultè perpetrauerunt, manifestum fieret: infantes, quos pepererunt, occiderunt, & terræ congerie operuerunt, aut in aquas proiecerunt: quod quantum nefas sit, canones Ancyrani, Eliberitani, atque Ilerdenſis Concilij testes sunt: his itaque vix in fine dandam esse communionem decernunt: sed humaniùs tractantes, post decennem pœnitentiam, tales placuit ad communionem recipi.] Ancyrani est canon XX. Illiberritani I. XIII. Ilerdenſis II. Nonne Patres etiam Sueſſionenſes in Concilio [r] apud Sanctum Medardum tempore Caroli Regis, anno Domini DCCC. LIII. ad definiendam causam grauem subortam inter Hincmarum & Rhemorum Archiepiscopum, & quosdam alios, subsidium à canone LXXV. huius Concilij inuocasse his verbis, asserit Synodi notarius? [Vnde & iidem fratres, qui felle amaritudinis maiores natu criminati sunt, quorúmque vox mutа fore est iudicata, iuxta canonicam auctoritatem secundùm Concilium Eliberitanum, quod actum est tempore Constantini, cum Missis Apostolicæ sedis, Cap. LXXV. Si quis, inquiens, Episcopum, vel presbyterum siue diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.] Canonem XXIX. de Energumenis, ne in Ecclesia ministrent, nonne laudauit, nongentis ab hinc annis, & eo amplius Concilium Toletanum [s] vndecimum, sub VVamba Rege Gothorum? [Bene siquidem (ait) maiorum regulis definitum est, vt dæmoniis, aliisque passionibus irretitis mysteria sacra tractare non liceat.] Maiorum regulis definitum, dixerunt Toletani Concilij Patres, quod hoc Illiberritano [t] priùs, Nicæno [u] deinde, & aliis posteà decretum est. Ante hos omnes mille fere ab hinc annis D. Isidorus Archiepiscopus Hispalensis in vetusta canonum, & Conciliorum compilatione, nonne plura huius Concilij decreta probauit, vt & Martinus Papa, siue Episcopus Bracarensis in Græcorum, & Latinorum collectione? Ante hos Patres, & Concilia, auctoritatem huius Illiberritani, nonne mille, & ducentos ante nos annos sacrosanctam fuisse adhuc in Græcia ipsa ex Concilio Sardicensi [x] Generali comperimus: quod Constantij Imperatoris suasu, vt sua Ecclesia Athanasio restitueretur indictum est? In illius enim canone XIV. Osius Episcopus Concilij Præses, cùm de residentia Episcoporum ageret, hæc post alia adiecit. [Memini autem (inquit) superiore Concilio fratres nostros constituisse, vt si quis laicus, in ea in qua commoratur ciuitate, tres Dominicas dies, idest, per tres septimanas, non celebrasset conuentum, communione priuaretur: si ergo hæc circa laicos constituta sunt, multo magis Episcopo nec licet, nec decet.] Superius autem Concilium, in quo hæc fratres suos constituisse dicit (vocat fratres suos Hispanos Episcopos) de hoc Illiberritano esse intelligendum non is inficiabitur, qui canonem vigesimum primum huius Concilij, vel leuiter tantùm perlegerit. [Si quis (inquit) in ciuitate positus, tres Dominicas Ecclesiam non accesserit, tanto tempore abstineat, vt correptus esse videatur.] Nec decretum huius canonis solùm, sed & alia, eundem Osium proposuisse, & in eis reliquos omnes Episcopos mirè acquieuisse, satis liquet. Canonem enim XVI. de

[n] *Concilium Moguntinum sub Arnulpho can. 26.*

[o] *Concilium Colonien. sub Carolo 3. Imp. cognomento Crasso, can. 6.*

[p] *Rabanus Maurus in pœnitentium lib. 4. & aliis. Hæc, quòd multa sint, suis locis Concilij referenda referemus.*

[q] *Concilium Arelatense, apud Burchard. lib. 17. de cret. c. 33. Ivon. 9. parte decret. c. 101. Pœnitentiale Rom. apud Anton. Aug. tit. 1. c. 27.*

[r] *Concilium Sueſſionense in actu facto actionis, quæ exstat ad finem canonis vltimi.*

[s] *Concilium Tolet. 11. can. 13.*

[t] *Concil. Illiberit. can. 29.*

[u] *Conc. Nican. can. 1. apud Alfonsum Pis. lib. 3. de actis eiusdem.*

[x] *Concilium Sardicense can. 14.*

Digitized by Google

A de excommunicatis non absoluendis, nisi à proprio Episcopo excommunicante; acceptum ab hoc Illiberritano indicat eorundem verborum similis contextus; & suadet principium canonis, quod habet: [Osius Episcopus dixit.] Et in fine: [Hoc omnibus placet.] Ante Sardicense, Nicænum primum Generale, Osio Episcopo Præsidente, canonem III. de subintroductis mulieribus, V. de excommunicatis, à proprio Episcopo reconciliandis, X de hæreticis ordinandis, & ordinatis deponendis, XIII. de catechumenis peccantibus, XVIII. de clericis vsuras accipientibus, nonne ex hoc nostro Illiberritano tanquam à fonte accepit, hausit, expressit? Ante Nicænum, Arelatensis primi Concilij Patres, & posteà secundi, non vnum aut alterum, sed omnes ferè canones, ex hoc in illo totidem penè verbis descripserunt. Quæ omnia licèt cumulatè, abundéque sufficerent, ad obruendam
B falsam Concilio huic impositam calumniam, ne quid tamen amplificandæ excellenti eius dignitati deesse videatur, adiiciam postremò, geminam Apostolicæ sedis auctoritatem: vnam Adriani Papæ: alteram Innocentij (vt faciamus missos Romanæ Ecclesiæ Legatos, quos huic Concilio interfuisse ex actis Concilij Suessionensis apud sanctum Medardum notum est) Adrianus [y] enim PP. huius nominis primus, in ea collectione decretorum, quam ad tuitionem suæ causæ ex Græcorum & Latinorum Conciliorum canonibus collegit, canonem LII. huius Concilij non est dedignatus perscribere. [Si qui (inquit) inuenti fuerint, libros famosos legere vel cantare, excommunicentur.] Et anteà retulerat canonem LXXV. [Si quis Episcopum (ait) aut presbyterum, aut diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.] Multis ante Adrianum annis, Innocentius [z] primus canonem VII. huius Concilij non retulit modo, sed suo tempore vt vtilem iustissimúmque probauit; etsi posteà lenitate sedari
C oportere dixerit, ad D. Exuperium scribens Episcopum Tolosanum [Et hoc quæsitum est (ait) quid de his obseruari oporteat, qui post baptismum, omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ, pœnitentiam simul & reconciliationem communionis exposcunt. De his obseruatio prior, durior: posterior, intercedente misericordia inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, vt concederetur pœnitentia, sed communio negaretur. Nam cùm illis temporibus crebræ persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas, homines de reconciliatione securos, non reuocaret à lapsu, negata meritò communio est, concessa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem esse remissionem fecit temporis ratio: sed posteà Dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit, iam depulso errore, communionem dari obeuntibus placuit: & propter Domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, & ne Nouatiani hæretici negantis veniam, asperitatem & duritiam subsequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio: vt
D homines huiusmodi, vel in supremis suis, permittente Saluatore nostro, à perpetuo exitio vindicentur.] Hæc Innocentius quibus expresse firma habuit & rata, quæ canone VII. huius Concilij continentur. [Si quis fortè fidelis (inquit) post lapsum mœchiæ, post tempora constituta, acta pœnitentia, denuò fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.] Hanc enim priorem Ecclesiæ obseruationem, dixit Innocentius persecutionis Ecclesiæ tempore latam: quia tempore huius Concilij, iam octo, ni mauis nouem persecutionibus afflictam Ecclesiam, à Nerone primùm, à Domitiano posteà, à Traiano, ab Antonino, à Seuero, à Maximino, à Decio, Valeriano, & Aureliano affirmant hi, qui rerum eo tempore gestarum historiam Ecclesiasticis monumentis tradiderunt. Quòd si horum omnium
E Tyrannorum leges, si Tiberij, Caligulæ vel Heliogabali constitutiones, vel alterius cuiuscumque Principis secularis (vt Iustinianus [a] ait) placita intemerata, augusta, religiosa, & sacrosancta visa sunt semper omnibus; cur decreta grauissimi huius sanctissimíque senatus, non iudicio vnius, aut alterius ethnici, vel Tyranni, sed vndeuiginti Episcoporum sapientia, pietate, religione & martyrio consecrata, insequentium Conciliorum decretis repetita, & expressis Romanorum Pontificum constitutionibus confirmata, cur, inquam, leuissima, profana, superstitiosa, & impia adeò reinerè censentur, & prædicantur? Si iuxta pij Imperatoris Martiani [b] iudicium, quæ semel Synodis iudicata sunt, & rectè disposita, disputando non licet reuoluere: quòd illud nihil sit aliud, quàm post veritatem repertam mendacium quærere: impiúsque & sacrilegus habeatur ille, qui post tot sacerdotum sententiam; opinioni suæ aliquid tractandum seu inquirendum relinquit: quo illi nomine, quo sermonis pondere,

[y] *Adrianus PP. I. in collectione decretorum cap. 60. & 61.*

[z] *Innocentius I. in epistola 11. ad Exuperium Episcopum Tolosanum. cap. 2.*

[a] *Iustinianus in Authen. de ordinationi Episcoporum & cleric. collatione 10.*

[b] *Martianus Imperator in Concilio Chalcedonensi.*

pondere, qua cenſuræ grauitate redargui poſſunt & debent, qui illata hac vna dignissimo Hiſpanicæ Eccleſiæ Concilio, indigniſſima ſanè, contumelia dixerim potiùs quàm iniuria, plures ſimul inferunt, non diaconis tantùm, non ſacerdotibus, non Epiſcopis, non Confeſſoribus & Martyribus Hiſpaniæ (quorum illuſtri vita & morte glorioſa illuſtratam huius Concilij, & Eccleſiæ dignitatem fatentur & agnoſcunt omnes) ſed Gallorum, Germanorum, & quod grauiſſimum eſt, Romanorum Eccleſiæ: quod omnia penè (vt dixi) huius Concilij decreta, ab his probata, laudatáque ſciamus? Non eſt ergo de huius Concilij auctoritate cur magis, quàm de reliquis Hiſpaniæ, Galliæ, Germaniæ, & Græciæ Conciliis dubitemus; ſed tanto pluris æſtimandam ſecuriùs pronuntiabimus, quanto reliqua & temporis antiquitate, & Epiſcoporum, qui illi interfuerunt, doctrina, religione, & ſanctitate, communique Conciliorum & Pontificum approbatione antecellit. Nam ſi teſtes illos, qui fama, vel auditione aliquid à ſuſpectis perceperant, abſurdum fore ſi admitterentur, quorum repelli poſſent auctores, docuit Innocentius [c] III. in Concilio Lateranenſi Generali: multo quidem magis, tam ab Oecumenicis, & prouincialibus Conciliis, quàm à Pontificibus ſummis, id maturè præcauendum fuiſſet, piéque, & ſapienter obſeruandum in recipiendis, probandiſque eius Concilij decretis, cuius auctores, vel ſuſpicione notabiles, vel errorum grauiſſimorum & hæreſeos turpitudine cenſuiſſent infames. Neque à decretis tantùm referendis, & confirmandis, ſed ab ipſa Concilij memoria omnino abſtinuiſſent. Quod cum hactenus non ſolùm non fecerint, ſed plura, aut omnia ferè eius decreta, rata, firma, fixa, ſana & religionis plena habuerint, retulerint, probauerint: cur tantam Concilij auctoritatem, vt ſacroſanctam non venerabimur; ſi reuocemus præſertim in memoriam acta Concilij Sueſſionenſis apud ſanctum Medardum, quibus traditum eſt, Tuæ Sedis Legatos plenario huic Hiſpaniæ Concilio præſediſſe: quod indicat, & demonſtrat ſummum antiquorum Hiſpaniæ Epiſcoporum in inquirenda Catholica veritate ſtudium, in retinenda vera religione conſtantiam, in recognoſcenda Romanæ Sedis amplitudine iudicium: cùm decreta de fide & moribus Eccleſiæ, non publicare, aut abſoluere; ſed nec Concilium ipſum, ſine conſultatione & obſequio Tuæ Sedis, inchoare voluerint. Quòd ſi Legatorum præſentia hæc, & aſſenſus, vel conſenſus potiùs, auguſta & ſacroſancta Tuæ Sedis poteſtate ſuffultus, plenum fidei pondus & auctoritatem integram Concilio huic eo tempore non tribuit: hanc fauſta & felici Tuæ Beatitudinis ætate Sabinus Epiſcopus Hiſpalenſis, ob inſignem hominis pietatem in colligendis, ſepeliendis & honorandis Martyrum reliquiis; hanc ſanctus Valerius Cæſarauſtanus Epiſcopus & Confeſſor, ob exilium & mortem pro Chriſti gloria conſtantiſſimè & iucundiſſimè toleratam; hanc D. Vincentius Martyr illius diaconus, ad compenſationem tormentorum & ſanguinis, pro conſeruandis diuinarum literarum codicibus glorioſè profuſi; hanc Oſius Epiſcopus & Confeſſor, ob ſtigmata religionis ergò fronti impreſſa, à Tua Sanctitate obnixiùs expoſcunt; hanc Illiberritana Sedes ex Hiſpanicis Eccleſiis in religione antiquiſſima, cum Sancto Cæcilio, cum Flauio, cum D. Gregorio eiuſdem ſedis Epiſcopis ſummè precatur: & horum denique præclaris meritis exiguitas noſtra protecta, atque ſuffulta, eam etiam à benignitate tua ſupplex deprecatur, ſperat, expectat. Quis enim à Clementis admiranda clementia, quæ pertinent ad confirmandam ſanctorum Conciliorum auctoritatem, ad comprobandam naſcentis religionis diſciplinam, ad exornandam Romanæ Sedis amplitudinem, ad amplificandum Catholicæ religionis cultum, ad compeſcendam recentium hæreticorum impudentiam, ad tutandam Hiſpanorum Epiſcoporum exiſtimationem, impetrare dubitauerit?

[c] *Innocent. III. in Concil. Lateran. cap. 52.*

COMMENTARII NOVI.

DE eius auctoritate ſcriptores mirificè variant. Quod 1. 2 6. 8. 12. 17. 18. &c. canones lapſis communionem in fine vitæ adimentes, Nouatiano, quodque 34. Canon Vigilantio, 36. Iconomochis fauere viderentur: nonnulli etiàm viri doctiſſimi hanc Synodum, vel erroneam eſſe ſenſerunt; Melchior Canus *lib. de locis cap. 4.* ſcribit Canonem 36. huius Concilij erroneum eſſe: Cardinalis Bellarminus, *lib. de imag. cap. 9* ait hoc Concilium Prouinciale fuiſſe & minimè confirmatum, frequenter erraſſe, ideo quod lapſos, alioſque plures

A plures peccatores graues : licet pœniteant, ne quidem in mortis articulo absolui concedat: putat enim vir solidissimè doctus per denegatam communionem non Eucharistiam, sed sacramentalem reconciliationem, & absolutionem intelligi debere : propterea quod canone 69. reconciliatio, & communio significatu eodem accipiantur. Baronius cum ob prædictam causam de hoc eodem Concilio, quasi prope Nouatiani fines attigisset, tom. 1. anno Domini 56. num. 119. & tribus sequentibus paulò liberius, & acrius scripsisset, ea deinceps

B *tom. 2. anno Christi 305. num. 42.* valde mitigauit ; ita enim ibidem de Patribus Concilij, & lapsorum reconciliatione scribit : *cum quæ ab illis de ea re sunt statuta ab Innocentio Romano Pontifice excusentur, nemo sit, qui accusare præsumat.* Existimat igitur hanc Synodum legitimam fuisse, atque ab omni erroris culpa liberam ; addens illius nullam, sicut de aliis apud antiquiores nominatim mentionem fieri; ideoque prope antiquatam remansisse, ea de causa quod hæc de lapsis constituta malè fortè ab ipsis accepta displicuerint Nouatiani lapsos simul à communione, ac pœnitentia excludebant. Patres huius Concilij eosdem, quod frequentia lapsorum, ac traditorum eo tempore exigebat ad deterrendum alios, à communione duntaxat arcebant à pœnitentia autem, & peccatorum absolutione non prohibebant, ita Baronius num 41. & 43. reliqui verò Canones quomodo explicandi ; & ab erroris nota vindicandi sint, infra patebit. CORIOLANVS.

Subscripserunt Mendozæ, seu potius illum transcripserunt Viuar ad Flauium Dextr. *anno* 311. Hurtado *de Martyr. vero resol.* 33. *sect.* 2. Pedraza *d.* 1. *p. hist. Granat. cap.* 14. Concil. Toletanum celebratum fuisse in confirmationem huius Illiberitani constat ex Flauio Dextr. *d. anno* 311. *Concilium Toletanum contrahitur in defensione Illiberitani.* Cum enim fidelibus admodum seuerum videretur denegari communionem lapsis Idololatris, homicidis, & mœchis etiam in fine ; opus fuit, vt Præsules Hispaniæ iterum seueram illam disciplinam in nouo conuentu, seu Concilio firmarent ; in quo coniectatur Viuar vbi proximè, Osium Episcopum Cordubensem falsò accusatum condemnatum fuisse, illumque posteà innoxium declarasse Patres Ecclesiæ Gallicanæ in Concilio Arelatensi, ea occasione, quod Donatistæ, quos olim in capite Osius exagitauerat, vtpote Cæciliani defensor existens, de ipsius condemnatione gloriabantur : eleganter D. August. contra Parmen. cap. 4. *Quod enim dicunt de Osio Cordubensi, flagitandum est, vt probent non solum talem illum fuisse, qualem dicunt* (nam hoc falsis conductis testibus probari poterat) *sed quod talis fuerit manifestum illis fuisse, quibus eum communicare asserunt : hoc enim nisi probauerint, frustra dicunt se scisse qualis fuerit; quia, nescientibus obesse non potuit, à quibus se isti innocentibus separando, propter istam separationis sacrilegam iniquitatem innocentes esse non possunt. Hoc enim magis credibile est. si tamen Osius ab Hispanis damnatus, à Gallis est absolutus, sic fieri potuisse, vt falsis criminatoribus Hispani circumuenti, & callida insidiarum fraude decepti contra innocentem ferrent sententiam, & postea pacifice in humilitate Christiana cederent sententiæ collegarum, quibus illius innocentia probata est.* Et paulò inferius, *numquam isti se tam apertè indicarunt, cur nec separati corrigi voluerunt quam cum detestantur Hispanos, quod post sententias suas aliter prolatas, discussioni, posteriorique iudicio cesserunt : quam enim hoc factum est de mansuetudine Christiana, tam illud contentione diabolica.* GONZALEZ.

D

CAPVT V.

De Canonibus veris Concilij Illiberitani.

SVnt nonnulli qui Concilio huic partim incertos canones ad augendam eorum dignitatem affingunt : partim ob suspectam Patrum religionem germanos & certos detrahunt : idcirco non abs re me facturum putaui, si primùm de veris quos in vetustis & probatæ fidei exemplaribus in hoc cum editis consentientibus deprehendi, seorsum egerim : & alios deinde huic Concilio falsò adscriptos suis Conciliis restituerim. In veris autem emendandis iuxta vetusta exemplaria MS. qualemcumque à me operam nauatam propriis locis indicabo.

E

A

CONCILIVM ILLIBERRITANVM

B

CVM CONVENISSENT SANCTI ET RELIGIOSI Episcopi in Ecclesia Eliberina, hoc est.

FELIX *Episcopus Auxitanus.* — *Aquitanus.*
Sabinus Episcopus Spalensis. — *Hispalensis.*
Smagius Episcopus Bigerrensis. — *Bigertensis.*
Pardius Episcopus Mentesanus.
Catonus Episcopus Corsicanus.
Valerius Episcopus Casauguſtanus.
Melanthius Episcopus Toletanus.
Vincentius Episcopus Ossonabensis.
Successus Episcopus Eliocrocensis.
Patricius Episcopus Malacitanus.
Osius Episcopus Cordubensis.
Camerinus Episcopus Tuccitanus.
Secundinus Episcopus Catraleucensis.
Flauius Episcopus Eliberinus.
Liberius Episcopus Emeritanus.
Decentius Episcopus Legionensis.
Ianuarius Episcopus Sibariensis. — *Salariensis.*
Quintianus Episcopus Elborensis.
Eutychianus Episcopus Bassitanus.

C

D

Residensitibus etiam XXXVI. presbyteris, adstantibus diaconibus & omni plebe, vniuersi Episcopi dixerunt.

E

CANONES CONCILII.

CAPVT PRIMVM.

De his, qui post baptismum idolis sacrificant.

PLACVIT, vt quicunque, post fidem baptismi salutaris, adusta ætate ad templum idoli idololatraturus, accesserit, & fecerit, quod est crimen capitale, nec in fine eum ad communionem suscipere.

CAPVT

A

CAPVT II.

De ſacerdotibus Gentium, qui poſt baptiſmum immolauerint.

Flamines, qui poſt fidem lauacri & regenerationis ſacrificauerint, eò quòd geminauerint ſcelera, accedente homicidio, vel triplicauerint facinus, cohærente mœchia, placuit, eos nec in fine accipere communionem.

CAPVT III.

B

De eiſdem, ſi idolis tantùm munus dederint.

Item, Flamines qui non immolauerunt, ſed munus tantùm dederunt, eò quòd ſe à funeſtis abſtinuerunt ſacrificiis, placuit, in fine eis præſtare communionem, acta tamen legitima pœnitentia. Item, ipſi ſi poſt pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, vlteriùs eis non eſſe dandam communionem, ne luſiſſe de Dominica communione videantur.

C

CAPVT IV.

De eiſdem, ſi catechumeni adhuc immolant, quando baptizabuntur.

Item, Flamines, ſi fuerint catechumeni, & ſe à ſacrificiis abſtinuerunt, poſt triennij tempora, placuit, ad baptiſmum admitti debere.

CAPVT V.

D

Si domina per Zelum ancillam occiderit.

Si qua fœmina, furore zeli accenſa, flagellis verberauerit ancillam ſuam, ita vt intra tertium diem animam cum cruciatu effundat: eò quòd incertum ſit, voluntate, an caſu, occiderit: ſi voluntate, poſt ſeptem annos: ſi caſu, per quinque annorum tempora acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quòd ſi infra tempora conſtituta, fuerit infirmata, accipiat communionem.

CAPVT VI.

E

Si quicunque per malitiam hominem interfecerit.

Si quis vero maleficio interficiat alterum, eò quod ſine idololatria perficere ſcelus non potuit, nec in fine impartiendam eſſe illi communionem.

CAPVT VII.

De pœnitentibus mœchiæ, ſi rurſus peccauerint.

Si quis fortè fidelis, poſt lapſum mœchiæ, poſt tempora conſtituta,

acta pœnitentia, denuò fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem. A

CAPVT VIII.

De fœminis, quæ adulteros maritos relinquunt, & aliis nubunt.

Item fœminæ, quæ nulla præcedente causa reliquerunt viros suos, & alteris se copulauerunt, nec in fine accipiant communionem. B

CAPVT IX.

De fœminis, quæ relictis viris suis, aliis nubunt.

Item, fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, non priùs accipiat communionem, quàm is quem reliquit, de seculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.

CAPVT X. C

De relicta catechumeni, si alterum duxerit.

Si ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lauacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obseruandum. Quòd si fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo, qui vxorem, inculpatam reliquit, & cum eluerit illum ab vxore, quam sine causa reliquit, placuit, huiusmodi in fine dari communionem.

CAPVT XI. D

De relicta catechumeni, si grauiter egrotauerit.

Intra quinquennij autem tempora, catechumena si grauiter fuerit infirmata, dandum ei baptismum, placuit, non denegari.

CAPVT XII.

De mulieribus, quæ lenocinium fecerint.

Mater, vel parentes, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eò quòd alienum vendiderit corpus, vel potiùs suum, placuit eam nec in fine accipere communionem. E

CAPVT XIII.

De virginibus Deo sacratis: si adulterauerint.

Virgines, quæ se Deo dedicauerunt, si pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini seruierint, non intelligentes, quid admiserint, placuit, nec in fine dandam eis esse communionem. Quòd si semetipsas

Digitized by Google

A ipſas pœnituerint, quò infirmitate corporis lapſæ fuerint, & toto tempore vitæ ſuæ huiuſmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abſtinuerint ſe à coitu, eò quòd lapſæ potiùs videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

CAPVT XIV.

De virginibus ſecularibus, ſi mœchatæ fuerint.

Virgines, quæ virginitatem ſuam non cuſtodierint, ſi eoſdem,
B qui eas violauerint, duxerint & tenuerint maritos, eò quod ſolas nuptias violauerint, poſt annum ſine pœnitentia reconciliari debebunt. Vel ſi alios cognouerint viros, eò quod mœchatæ ſint, placuit, per quinquennij tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

CAPVT XV.

De coniugio eorum, qui ex Gentilitate veniunt.

C Propter copiam puellarum, Gentilibus minimè in matrimonium dandæ ſunt virgines Chriſtianæ, ne ætas in flore tumens, in adulterio reſoluatur animæ.

CAPVT XVI.

De puellis fidelibus, ne infidelibus coniungantur.

Hæreticis, qui errant ab Eccleſia Catholica, nec ipſis Catholicas
D dandas puellas, ſed neque Iudæis, neque hæreticis dari, placuit, eò quod nulla poſſit eſſe ſocietas fidelis cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, abſtinere per quinquennium placet.

CAPVT XVII.

De iis, qui filias ſacerdotibus Gentilibus coniungunt.

Si qui forte ſacerdotibus idolorum filias ſuas iunxerint, placuit, nec in fine eis dandam eſſe communionem.

E CAPVT XVIII.

De ſacerdotibus & miniſtris, ſi mœchati fuerint.

Epiſcopi, presbyteri, diacones, ſi in miniſterio poſiti, detecti fuerint quod ſint mœchati, placuit, & propter ſcandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

A

CAPVT XIX.

De clericis, negocia vel nundinas sectantibus.

Episcopi, presbyteri, & diaconi, de locis suis negociandi causa non discedant, nec circumeuntes prouincias, quæstuosas nundinas sectentur. Sanè, ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut quemlibet mittant: & si voluerint negociari, intra prouinciam negocientur.

B

CAPVT XX.

De clericis & laicis vsurariis.

Si quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere, placuit, degradari & abstinere. Si quis etiam laicus accepisse probatur vsuras, & promiserit correptus, se iam cessaturum, nec vlteriùs exacturum, placet, ei veniam tribui. Si verò in ea iniquitate durauerit, ab Ecclesia sciat se esse proiiciendum.

C

CAPVT XXI.

De his, qui ad Ecclesiam tardè accedunt.

Si quis in ciuitate positus, per tres Dominicas Ecclesiam non accesserit, pauco tempore abstineat, vt correptus esse videatur.

CAPVT XXII.

De Catholicis in hæresim transeuntibus, si non reuertuntur.

D

Si quis de Catholica Ecclesia ad hæresim transitum fecerit, rursusque ad Ecclesiam recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non esse denegandam, eò quòd cognouerit peccatum suum, qui etiam decem annis agat pœnitentiam, cui post decem annos præstari communio debet. Si verò infantes fuerint transducti, quòd non suo vitio peccauerint, incunctanter recipi debent.

CAPVT XXIII.

De temporibus ieiuniorum.

E

Ieiunia seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Iulij & Augusti, ob eorundem infirmitatem.

CAPVT

Digitized by Google

A

CAPVT XXIV.

De his, qui peregrè baptizantur, vt ad clerum non veniant.

Omnes qui peregrè fuerint baptizati, eò quòd eorum minimè sit cognita vita, placuit, ad clerum non esse promouendos in alienis prouinciis.

CAPVT XXV.

B

De epistolis communicatoriis confessorum.

Omni qui attulerit literas confessorias, sublato nomine confessoris, eò quòd sub hac nominis gloria partim concutiant simplices, communicatoriæ ei dandæ sunt literæ.

CAPVT XXVI.

De hoc, vt omni Sabbatho ieiunetur.

C Errorem placuit corrigi, vt omni sabbathi die ieiuniorum superpositionem celebremus.

CAPVT XXVII.

De clericis, vt extraneam mulierem in domo non habeant.

Episcopus, vel quilibet clericus alius, aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantùm secum habeat: extraneam verò nequaquàm secum habeat.

D

CAPVT XXVIII.

De oblationibus eorum, qui non communicant.

Episcopum, placuit, ab eo qui non communicat, munera accipere non debere.

CAPVT XXIX.

E

De energumenis, qualiter habeantur.

Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitatur, huius nomen neque ad altare cum oblatione esse recitandum, neque permittendum, vt sua manu in Ecclesia ministret.

A

CAPVT XXX.

De his, qui poſt lauacrum mœchati fuerint, vt nec ſubdiacones fiant.

Subdiaconem, eum ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerit mœchatus, eò quòd poſtmodùm per ſubreptionem ad altiorem gradum non ſit promouendus. Si autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoueantur.

B

CAPVT XXXI.

De adoleſcentibus, qui poſt lauacrum mœchati fuerint.

Adoleſcences, qui poſt fidem lauacri ſalutaris, fuerint mœchati, cùm duxerint vxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti debere.

CAPVT XXXII.

C

De excommunicatis presbyteris, vt in neceſſitate communionem dent.

Si quis graui lapſu in ruinam mortis inciderit, placuit, agere pœnitentiam non debere ſine Epiſcopi conſultu, ſed potiùs apud Epiſcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non eſt presbyterorum aut diaconorum, communionem talibus præſtare debere, niſi eis iuſſerit Epiſcopus.

D

CAPVT XXXIII.

De Epiſcopis & miniſtris, vt ab vxoribus abſtineant.

Placuit, in totum prohibere Epiſcopis, presbyteris, diaconibus, ac ſubdiaconibus poſitis in miniſterio, abſtinere ſe à coniugibus ſuis, & non generare filios. Quod quicunque fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

CAPVT XXXIV.

Ne cerei in cœmeteriis incendantur.

E

Cereos per diem placuit in cœmeterio non incendi. Inquietandi enim ſanctorum ſpiritus non ſunt. Qui hæc non obſeruauerint, arceantur ab Eccleſiæ communione.

CAPVT XXXV.

Ne fœminæ in cœmeteriis peruigilent.

Placuit, prohiberi, ne fœminæ in cœmeterio peruigilent, eò quòd ſæpè ſub obtentu orationis, ſcelera latenter committant.

CAPVT

A

CAPVT XXXVI.

Ne picturæ in Ecclesia fiant.

Placuit, picturas, in Ecclesia esse non debere, ne quod colitur aut adoratur, in parietibus depingatur.

CAPVT XXXVII.

De energumenis baptizandis.

B

Eos, qui à spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet. Si verò fideles fuerint, dandam eis esse communionem. Prohibendum etiam, ne lucernas publicè accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abstineant à communione.

CAPVT XXXVIII.

Vt in necessitate & fideles baptizent.

C

Peregrè nauigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem (qui lauacrum suum integrum habet, nec sit bigamus) baptizare, in necessitate infirmitatis positum catechumenum, ita vt, si superuixerit, ad Episcopum eum perducat, vt per manus impositionem perfici possit.

CAPVT XXXIX.

Vt Gentilibus desiderantibus manus imponatur.

D

Gentiles, si in infirmitate desiderauerint sibi manus imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit, eis manum imponi, & fieri Christianos.

CAPVT XL.

Ne de hoc, quod idôlis datum est, fideles accipiant.

Placuit prohiberi, vt cùm rationes suas accipiunt possessores, quid-
E quid ad idôlum datum fuerit, acceptum non inferant. Si verò post interdictum fecerint, per quinquennij spatia temporis à communione esse arcendos.

CAPVT XLI.

Vt prohibeant domini idôla colere seruis.

Admonere placuit fideles, vt quantum possunt, prohibeant; ne idôla

idôla in domibus ſuis habeant. Si verò vim metuunt ſeruorum, vel ſeipſos puros conſeruent. Si non fecerint, alieni ab Eccleſia habeantur. A

CAPVT XLII.

De his qui ad fidem veniunt, quomodò baptizentur.

Eos, qui ad primam credulitatis fidem accedunt, ſi bonæ fuerint conuerſationis, intra biennium temporis, placuit, ad baptiſmi gratiam admitti debere: niſi infirmitate compellente, coëgerit ratio, vel ſocio ſubuenire periclitanti, vel gratiam poſtulanti. B

CAPVT XLIII.

De celebratione Pentecoſtes.

Prauam inſtitutionem emendari placuit iuxta auctoritatem ſcripturarum, vt cuncti diem Pentecoſtes celebremus. Quod qui non fecerit, quaſi nouam hæreſim induxiſſe notetur. C

CAPVT XLIV.

De meretricibus paganis, ſi conuertuntur.

Meretrix quæ aliquandò fuerit, & poſteà habuerit maritum, ſi poſtmodùm ad credulitatem venerit, incunctanter placuit eſſe recipiendam.

CAPVT XLV. D

De catechumenis, qui Eccleſiam non frequentant.

Qui aliquandò fuerit catechumenus per infinita tempora, & nunquàm ad Eccleſiam acceſſerit, ſi eum, de clero quiſquam agnouerit, voluiſſe eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles, placuit, baptiſmum ei non negari, eò quod in vetere homine deliquiſſe videantur.

CAPVT XLVI. E

De fidelibus, ſi apoſtatauerint quàm diù pœniteant.

Si quis fidelis apoſtata, per infinita tempora ad Eccleſiam non acceſſerit, ſi tamen aliquando fuerit reuerſus, nec fuerit idololatra, poſt decem annos, placuit, eum communionem accipere.

CAPVT

A

CAPVT XLVII.

De eo, qui vxorem habet, si sæpiùs mœchatur.

Si quis fidelis habens vxorem, non semel, sed sæpè, fuerit mœchatus, in fine mortis est conueniendus. Quòd si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus, rursùs fuerit mœchatus, placuit, vlteriùs non edere eum de communione pacis.

B

CAPVT XLVIII.

De baptizandis vt nihil accipiant clerici.

Emendari placuit, vt hi qui baptizantur (vt fieri solebat) nummos in concham non mittant, ne sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lauandi sunt à sacerdotibus, vel clericis.

CAPVT XLIX.

C

De frugibus fidelium, ne à Iudæis benedicantur.

Admoneri placuit possessores, vt non patiantur fructus suos, quos à Deo percipiunt cum gratiarum actione, à Iudæis benedici, ne nostram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictionem facere vsurpauerit, penitùs ab Ecclesia abiiciatur.

CAPVT L.

D

De Christianis qui cum Iudæis vescuntur.

Si verò aliquis clericus siue fidelis fuerit, qui cùm Iudæis cibum sumpserit, placuit, eum à communione abstinere, vt debeat emendari.

CAPVT LI.

De hæreticis, vt ad clerum non promoueantur.

Ex omni hæresi, qui ad nos fidelis venerit, minimè est ad clerum promouendus. Vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponentur.

E

CAPVT LII.

De his, qui in Ecclesia libellos famosos ponunt.

Si qui inuenti fuerint libellos famosos in Ecclesia ponere, anathematizentur.

CAPVT

CAPVT LIII.

De Epiſcopis, qui excommunicato alieno communicant.

Placuit cunctis, vt ab eo Epiſcopo quis recipiat communionem, à quo abſtentus in crimine aliquo fuerit. Quòd ſi aliquis Epiſcopus præſumpſerit eum admittere, illo adhuc minimè ſciente vel conſentiente, à quo fuerat communione priuatus, ſciat ſe huiuſmodi cauſas inter fratres eſſe cum ſtatus ſui periculo præſtaturum.

CAPVT LIV.

De parentibus, qui fidem ſponſaliorum frangunt.

Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennij tempore abſtineant ſe à communione. Si tamen iidem ſponſus vel ſponſa, in illo graui crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes. Si verò in eodem fuerint vitio, & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſeruetur.

CAPVT LV.

De ſacerdotibus Gentilium, qui iam non ſacrificant.

Sacerdotes, qui tantùm ſacrificantium cororam portant, nec ſacrificant, nec de ſuis ſumptibus aliquid idôlis præſtant, placuit, poſt biennium accipere communionem.

CAPVT LVI.

De Magiſtratibus & dominantibus.

Magiſtratum verò, anno quo agit duumuiratum, prohibere placet, vt ſe ab Eccleſia cohibeat.

CAPVT LVII.

De his, qui veſtimenta ad ornandam pompam dederint.

Matronæ, vel earum mariti, veſtimenta ſua ad ornandam ſeculariter pompam non dent. Et ſi fecerint, triennij tempore abſtineant.

CAPVT LVIII.

De his, qui communicatorias literas portant.

Placuit, vbicunque, & maximè in eo loco, in quo primæ cathedræ conſtitutus eſt Epiſcopus, vt interrogentur hi, qui communicatorias literas tradunt, an omnia rectè habeant, & ſuo teſtimonio comprobent.

CAPVT

A

CAPVT LIX.

De fidelibus, ne ad Capitolium causa sacrificandi ascendant.

Prohibendum, ne quis Christianus aut Gentilis, ad idolum Capitolij, sacrificandi causa, ascendat & videat. Quòd si fecerit pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decem annos acta pœnitentia recipiatur.

CAPVT LX.

B

De his, qui destruentes idôla, occiduntur.

Si quis idôla fregerit, & ibidem fuerit occisus, quia in Euangelio non est scriptum, neque inuenitur ab Apostolis vnquàm factum: placuit, in numerum eum non recipi martyrum.

CAPVT LXI.

De his, qui duabus sororibus copulantur.

C

Si quis post obitum vxoris suæ, sororem eius duxerit, & ipsa sit fidelis, quinquennio, à communione placuit abstinere, nisi fortè velociùs dari pacem, necessitas coëgerit infirmitatis.

CAPVT LXII.

De auguribus & pantomimis, si conuertantur.

Si augur aut pantomimi credere voluerint, placuit, vt priùs artibus D suis renuncient, & tunc demùm suscipiantur, ita vt vlteriùs non reuertantur. Quòd si facere contra interdictum tentauerint, proiiciantur ab Ecclesia.

CAPVT LXIII.

De vxoribus, quæ filios de adulteris necant.

Si qua mulier per adulterium, absente marito, conceperit, idque post facinus occiderit, placuit ei nec in fine dandam esse communionem, eò quòd geminauerit scelus. E

CAPVT LXIV.

De fœminis, quæ vsque ad mortem cum alienis viris adulterantur.

Si qua mulier, vsque in finem mortis suæ, cum alieno fuerit viro mœchata, placuit, in fine dandam ei esse communionem. Si verò eum reliquerit, post decem annos recipi ad communionem, acta legitima pœnitentia.

acta pœnitentia, denuò fuerit fornicatus, placuit, cum nec in fine habere communionem. A

CAPVT VIII.

De fœminis, quæ adulteros maritos relinquunt, & aliis nubunt.

Item fœminæ, quæ nulla præcedente causa reliquerunt viros suos, & alteris se copulauerunt, nec in fine accipiant communionem. B

CAPVT IX.

De fœminis, quæ relictis viris suis, aliis nubunt.

Item, fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, non priùs accipiat communionem, quàm is quem reliquit, de seculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.

CAPVT X. C

De relicta catechumeni, si alterum duxerit.

Si ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lauacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obseruandum. Quòd si fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo, qui vxorem, inculpatam reliquit, & cum cluerit illum ab vxore, quam sine causa reliquit, placuit, huiusmodi in fine dari communionem.

CAPVT XI. D

De relicta catechumeni, si grauiter agrotauerit.

Intra quinquennij autem tempora, catechumena si grauiter fuerit infirmata, dandum ei baptismum, placuit, non denegari.

CAPVT XII.

De mulieribus, quæ lenocinium fecerint.

Mater, vel parentes, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eò quòd alienum vendiderit corpus, vel potiùs suum, placuit eam nec in fine accipere communionem. E

CAPVT XIII.

De virginibus Deo sacratis: si adulterauerint.

Virgines, quæ se Deo dedicauerunt, si pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini seruierint, non intelligentes, quid admiserint, placuit, nec in fine dandam eis esse communionem. Quòd si semetipsas

A ipſas pœnituerint, quò infirmitate corporis lapſæ fuerint, & toto tempore vitæ ſuæ huiuſmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abſtinuerint ſe à coitu, eò quòd lapſæ potiùs videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

CAPVT XIV.

De virginibus ſecularibus, ſi mœchatæ fuerint.

Virgines, quæ virginitatem ſuam non cuſtodierint, ſi eoſdem,
B qui eas violauerint, duxerint & tenuerint maritos, eò quod ſolas nuptias violauerint, poſt annum ſine pœnitentia reconciliari debebunt. Vel ſi alios cognouerint viros, eò quod mœchatæ ſint, placuit, per quinquennij tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

CAPVT XV.

De coniugio eorum, qui ex Gentilitate veniunt.

C Propter copiam puellarum, Gentilibus minimè in matrimonium dandæ ſunt virgines Chriſtianæ, ne ætas in flore tumens, in adulterio reſoluatur animæ.

CAPVT XVI.

De puellis fidelibus, ne infidelibus coniungantur.

Hæreticis, qui errant ab Eccleſia Catholica, nec ipſis Catholicas dandas puellas, ſed neque Iudæis, neque hæreticis dari, placuit, eò
D quod nulla poſſit eſſe ſocietas fidelis cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, abſtinere per quinquennium placet.

CAPVT XVII.

De iis, qui filias ſacerdotibus Gentilibus coniungunt.

Si qui forte ſacerdotibus idolorum filias ſuas iunxerint, placuit, nec in fine eis dandam eſſe communionem.

E

CAPVT XVIII.

De ſacerdotibus & miniſtris, ſi mœchati fuerint.

Epiſcopi, presbyteri, diacones, ſi in miniſterio poſiti, detecti fuerint quod ſint mœchati, placuit, & propter ſcandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

CAPVT XIX.

De clericis, negocia vel nundinas sectantibus.

Episcopi, presbyteri, & diaconi, de locis suis negociandi causa non discedant, nec circumeuntes prouincias, quæstuosas nundinas sectentur. Sanè, ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut quemlibet mittant: & si voluerint negociari, intra prouinciam negocientur.

CAPVT XX.

De clericis & laicis vsurariis.

Si quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere, placuit, degradari & abstinere. Si quis etiam laicus accepisse probatur vsuras, & promiserit correptus, se iam cessaturum, nec vlteriùs exacturum, placet, ei veniam tribui. Si verò in ea iniquitate durauerit, ab Ecclesia sciat se esse proiiciendum.

CAPVT XXI.

De his, qui ad Ecclesiam tardè accedunt.

Si quis in ciuitate positus, per tres Dominicas Ecclesiam non accesserit, pauco tempore abstineat, vt correptus esse videatur.

CAPVT XXII.

De Catholicis in hæresim transeuntibus, si non reuertuntur.

Si quis de Catholica Ecclesia ad hæresim transitum fecerit, rursusque ad Ecclesiam recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non esse denegandam, eò quòd cognouerit peccatum suum, qui etiam decem annis agat pœnitentiam, cui post decem annos præstari communio debet. Si verò infantes fuerint transducti, quòd non suo vitio peccauerint, incunctanter recipi debent.

CAPVT XXIII.

De temporibus ieiuniorum.

Ieiunia seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Iulij & Augusti, ob eorundem infirmitatem.

CAPVT

A

CAPVT XXIV.

De his, qui peregrè baptizantur, vt ad clerum non veniant.

Omnes qui peregrè fuerint baptizati, eò quòd eorum minimè sit cognita vita, placuit, ad clerum non esse promouendos in alienis prouinciis.

CAPVT XXV.

B

De epistolis communicatoriis confessorum.

Omni qui attulerit literas confessorias, sublato nomine confessoris, eò quòd sub hac nominis gloria partim concutiant simplices, communicatoriæ ei dandæ sunt literæ.

CAPVT XXVI.

De hoc, vt omni Sabbatho ieiunetur.

C

Errorem placuit corrigi, vt omni sabbathi die ieiuniorum superpositionem celebremus.

CAPVT XXVII.

De clericis, vt extraneam mulierem in domo non habeant.

Episcopus, vel quilibet clericus alius, aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantùm secum habeat: extraneam verò nequaquàm secum habeat.

D

CAPVT XXVIII.

De oblationibus eorum, qui non communicant.

Episcopum, placuit, ab eo qui non communicat, munera accipere non debere.

CAPVT XXIX.

E

De energumenis, qualiter habeantur.

Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitatur, huius nomen neque ad altare cum oblatione esse recitandum, neque permittendum, vt sua manu in Ecclesia ministret.

A

CAPVT XXX.

De his, qui poſt lauacrum mœchati fuerint, vt nec ſubdiacones fiant.

Subdiaconem, eum ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerit mœchatus, eò quòd poſtmodùm per ſubreptionem ad altiorem gradum non ſit promouendus. Si autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoueantur.

B

CAPVT XXXI.

De adoleſcentibus, qui poſt lauacrum mœchati fuerint.

Adoleſcences, qui poſt fidem lauacri ſalutaris, fuerint mœchati, cùm duxerint vxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti debere.

CAPVT XXXII.

C

De excommunicatis presbyteris, vt in neceſsitate communionem dent.

Si quis graui lapſu in ruinam mortis inciderit, placuit, agere pœnitentiam non debere ſine Epiſcopi conſultu, ſed potiùs apud Epiſcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non eſt presbyterorum aut diaconorum, communionem talibus præſtare debere, niſi eis iuſſerit Epiſcopus.

D

CAPVT XXXIII.

De Epiſcopis & miniſtris, vt ab vxoribus abſtineant.

Placuit, in totum prohibere Epiſcopis, presbyteris, diaconibus, ac ſubdiaconibus poſitis in miniſterio, abſtinere ſe à coniugibus ſuis, & non generare filios. Quod quicunque fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

CAPVT XXXIV.

Ne cerei in cœmeteriis incendantur.

E

Cereos per diem placuit in cœmeterio non incendi. Inquietandi enim ſanctorum ſpiritus non ſunt. Qui hæc non obſeruauerint, arceantur ab Eccleſiæ communione.

CAPVT XXXV.

Ne fœminæ in cœmeteriis peruigilent.

Placuit, prohiberi, ne fœminæ in cœmeterio peruigilent, eò quòd ſæpè ſub obtentu orationis, ſcelera latenter committant.

CAPVT

Digitized by Google

A

CAPVT XXXVI.

Ne picturæ in Ecclesia fiant.

Placuit, picturas, in Ecclesia esse non debere, ne quod colitur aut adoratur, in parietibus depingatur.

CAPVT XXXVII.

De energumenis baptizandis.

B

Eos, qui à spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet. Si verò fideles fuerint, dandam eis esse communionem. Prohibendum etiam, ne lucernas publicè accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abstineant à communione.

CAPVT XXXVIII.

Vt in necessitate & fideles baptizent.

C

Peregrè nauigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem (qui lauacrum suum integrum habet, nec sit bigamus) baptizare, in necessitate infirmitatis positum catechumenum, ita vt, si superuixerit, ad Episcopum eum perducat, vt per manus impositionem perfici possit.

CAPVT XXXIX.

Vt Gentilibus desiderantibus manus imponatur.

D

Gentiles, si in infirmitate desiderauerint sibi manus imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit, eis manum imponi, & fieri Christianos.

CAPVT XL.

Ne de hoc, quod idôlis datum est, fideles accipiant.

Placuit prohiberi, vt cùm rationes suas accipiunt possessores, quid-
E quid ad idôlum datum fuerit, acceptum non inferant. Si verò post interdictum fecerint, per quinquennij spatia temporis à communione esse arcendos.

CAPVT XLI.

Vt prohibeant domini idôla colere seruis.

Admonere placuit fideles, vt quantum possunt, prohibeant, ne idôla

idôla in domibus ſuis habeant. Si verò vim metuunt ſeruorum, vel ſeipſos puros conſeruent. Si non fecerint, alieni ab Eccleſia habeantur. A

CAPVT XLII.

De his qui ad fidem veniunt, quomodò baptizentur.

Eos, qui ad primam credulitatis fidem accedunt, ſi bonæ fuerint conuerſationis, intra biennium temporis, placuit, ad baptiſmi gratiam admitti debere: niſi infirmitate compellente, coëgerit ratio, vel ſocio ſubuenire periclitanti, vel gratiam poſtulanti. B

CAPVT XLIII.

De celebratione Pentecoſtes.

Prauam inſtitutionem emendari placuit iuxta auctoritatem ſcripturarum, vt cuncti diem Pentecoſtes celebremus. Quod qui non fecerit, quaſi nouam hæreſim induxiſſe notetur. C

CAPVT XLIV.

De meretricibus paganis, ſi conuertuntur.

Meretrix quæ aliquandò fuerit, & poſteà habuerit maritum, ſi poſtmodùm ad credulitatem venerit, incunctanter placuit eſſe recipiendam.

CAPVT XLV. D

De catechumenis, qui Eccleſiam non frequentant.

Qui aliquandò fuerit catechumenus per infinita tempora, & nunquàm ad Eccleſiam acceſſerit, ſi eum, de clero quiſquam agnouerit, voluiſſe eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles, placuit, baptiſmum ei non negari, eò quod in vetere homine deliquiſſe videantur.

CAPVT XLVI. E

De fidelibus, ſi apoſtatauerint quàm diù pœniteant.

Si quis fidelis apoſtata, per infinita tempora ad Eccleſiam non acceſſerit, ſi tamen aliquando fuerit reuerſus, nec fuerit idololatra, poſt decem annos, placuit, eum communionem accipere.

CAPVT

A

CAPVT XLVII.

De eo, qui vxorem habet, si sæpiùs mœchatur.

Si quis fidelis habens vxorem, non semel, sed sæpè, fuerit mœchatus, in fine mortis est conueniendus. Quòd si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus, rursùs fuerit mœchatus, placuit, vlteriùs non edere eum de communione pacis.

B

CAPVT XLVIII.

De baptizandis vt nihil accipiant clerici.

Emendari placuit, vt hi qui baptizantur (vt fieri solebat) nummos in concham non mittant, ne sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lauandi sunt à sacerdotibus, vel clericis.

CAPVT XLIX.

C

De frugibus fidelium, ne à Iudæis benedicantur.

Admoneri placuit possessores, vt non patiantur fructus suos, quos à Deo percipiunt cum gratiarum actione, à Iudæis benedici, ne nostram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictionem facere vsurpauerit, penitùs ab Ecclesia abiiciatur.

CAPVT L.

D

De Christianis qui cum Iudæis vescuntur.

Si verò aliquis clericus siue fidelis fuerit, qui cùm Iudæis cibum sumpserit, placuit, eum à communione abstinere, vt debeat emendari.

CAPVT LI.

De hæreticis, vt ad clerum non promoueantur.

Ex omni hæresi, qui ad nos fidelis venerit, minimè est ad clerum promouendus. Vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponentur.

E

CAPVT LII.

De his, qui in Ecclesia libellos famosos ponunt.

Si qui inuenti fuerint libellos famosos in Ecclesia ponere, anathematizentur.

CAPVT

A

CAPVT LIX.

De fidelibus, ne ad Capitolium causa sacrificandi ascendant.

Prohibendum, ne quis Christianus aut Gentilis, ad idolum Capitolij, sacrificandi causa, ascendat & videat. Quòd si fecerit pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decem annos acta pœnitentia recipiatur.

B

CAPVT LX.

De his, qui destruentes idôla, occiduntur.

Si quis idôla fregerit, & ibidem fuerit occisus, quia in Euangelio non est scriptum, neque inuenitur ab Apostolis vnquàm factum: placuit, in numerum eum non recipi martyrum.

CAPVT LXI.

C

De his, qui duabus sororibus copulantur.

Si quis post obitum vxoris suæ, sororem eius duxerit, & ipsa sit fidelis, quinquennio, à communione placuit abstinere, nisi fortè velociùs dari pacem, necessitas coëgerit infirmitatis.

CAPVT LXII.

De auguribus & pantomimis, si conuertantur.

D

Si augur aut pantomimi credere voluerint, placuit, vt priùs artibus suis renuncient, & tunc demùm suscipiantur, ita vt vlteriùs non reuertantur. Quòd si facere contra interdictum tentauerint, proiiciantur ab Ecclesia.

CAPVT LXIII.

De vxoribus, quæ filios de adulteris necant.

Si qua mulier per adulterium, absente marito, conceperit, idque post facinus occiderit, placuit ei nec in fine dandam esse communionem, eò quòd geminauerit scelus.

E

CAPVT LXIV.

De fœminis, quæ vsque ad mortem cum alienis viris adulterantur.

Si qua mulier, vsque in finem mortis suæ, cum alieno fuerit viro mœchata, placuit, in fine dandam ei esse communionem. Si verò eum reliquerit, post decem annos recipi ad communionem, acta legitima pœnitentia.

A

CAPVT LXV.

De adulteris vxoribus clericorum.

Si cuius clerici vxor fuerit mœchata, & sciat eam maritus suus mœchari, & eam non statim proiecerit, nec in fine accipiat communionem: ne ab his, qui exemplum bonæ conuersationis esse debent, videantur magisteria scelerum procedere.

B

CAPVT LXVI.

De his, qui priuignas suas ducunt.

Si quis priuignam suam duxerit vxorem, eò quòd sit incestus, placuit, nec in fine dandam esse communionem.

CAPVT LXVII.

De coniugio catechumenæ fœminæ.

C

Prohibendum, ne qua fidelis, vel qua catechumena, aut comicos, aut viros scenicos habeat: quæcumque hoc fecerit, à communione arceatur.

CAPVT LXVIII.

De catechumena adultera, quæ filium necat.

Catechumena si per adulterium conceperit, & conceptum necauerit, placuit, eam in fine baptizari.

D

CAPVT LXIX.

De viris coniugatis, postea in adulterium lapsis.

Si qui fortè, habens vxorem, semel fuerit lapsus, placuit, eum quinquennio agere debere pœnitentiam, & sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coëgerit, ante tempus dare communionem. Hoc & circa fœminas obseruandum.

E

CAPVT LXX.

De fœminis, quæ conscíis maritis adulterantur.

Si, conscio marito, fuerit mœchata vxor, placuit, nec in fine dandam esse communionem. Si verò eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem, si eam, cùm scierit adulteram, aliquo tempore in domo sua retinuit.

CAPVT

A

CAPVT LXXI.

De ſtupratoribus puerorum.

Stupratoribus puerorum nec in fine dandam eſſe communionem.

CAPVT LXXII.

De viduis mœchis, ſi eundem poſteà maritum duxerint.

B

B Si qua vidua fuerit mœchata, & eundem poſteà habuerit maritum, poſt quinquennium tempus, acta legitima pœnitentia, placuit, eam communione reconciliari. Si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam ei eſſe communionem. Vel ſi fuerit ille fidelis, quam acceperit, communionem non accipiat, niſi poſt decem annos, acta legitima pœnitentia, niſi infirmitas coëgerit velociùs dare communionem.

CAPVT LXXIII.

C

De delatoribus.

Delator, ſi quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit, eum nec in fine accipere communionem. Si leuior cauſa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennij tempora admittatur ad baptiſmum.

CAPVT LXXIII.

D

D

De falſis teſtibus.

Falſus teſtis, provt crimen eſt, abſtinebit: ſi tamen non fuerit mortis, quod obiecit. Et ſi probauerit quòd diù tacuerit, biennij tempore abſtinebit. Si autem non probauerit in conuentu clericorum, placuit, per quinquennium abſtinere.

CAPVT LXXV.

De his qui Sacerdotes accuſant nec probant.

E

E

Si quis autem Epiſcopum, presbyterum, vel diaconem falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam eſſe communionem.

CAPVT LXXVI.

De diaconibus, ſi ante honorem peccâſſe probantur.

Si quis diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſteà fuerit in crimine

Digitized by Google

detectus mortis, quod aliquando commiserit, si sponte fuerit confes- A
sus, placuit, eum, acta legitima pœnitentia, post triennium accipere communionem. Quòd si alius detexerit, post quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.

CAPVT LXXVII.

De baptizatis, qui, nondùm confirmati, moriuntur.

Si quis diaconus, regens plebem sine Episcopo vel presbytero, aliquos baptizauerit, Episcopus eos per benedictionem perficere de- B
bebit. Quòd si antè de seculo recesserit, sub fide, qua quis crediderit, poterit esse iustus.

CAPVT LXXVIII.

De fidelibus coniugatis, si cum Iudæa vel Gentili mœchati sint.

Si quis fidelis habens vxorem, cum Iudæa vel Gentili fuerit mœchatus, à communione arceatur. Quòd si alius eum detexerit, post C
quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit Dominicæ sociari communioni.

CAPVT LXXIX.

De his qui tabula ludunt.

Si quis fidelis alea, id est, tabula luserit, placuit, eum abstine- D
re. Et si emendatus cessauerit, post annum poterit communione reconciliari.

CAPVT LXXX.

De libertis.

Prohibendum est, vt liberti, quorum patroni in seculo fuerint, ad clerum non prouehantur.

CAPVT LXXXI. E

De fœminarum epistolis.

Nè fœminæ suo potiùs, quàm maritorum nominibus, laicis scribere audeant, qui fideles sunt, vel literas alicuius pacificas, ad suum solùm nomen scriptas, accipiant.

CAPVT

CAPVT VI.

De Canonibus, qui Concilij Illiberritani, falsò esse feruntur.

ACTENVS de canonibus veris Concilij Illiberritani: de his scilicet, quos certò ab Hispanis Patribus editos, & exemplaria impressa docent, & vetusti CC. MS. confirmant: alios etiam præclara & honestatis & pietatis doctrina plenos acceptos huic referunt Burchardus, Iuo, Gratianus, & antiqui pœnitentium libri: sed quia huius Concilij proprij illi non sunt, suis locis eos restituere curabo. Vt veram enim debitámque huius Concilij laudem deteri aut imminui tulerim molestè, ita incertam aut fictam illi impertiri nunquam probauerim. In primis se offert is, quem citat Gratianus *in c. omnis homo, de consecratione dist.* 2. [Omnis homo (ait) ante sacram communionem à propria vxore abstinere debet tribus, aut quatuor, aut octo diebus; nec inter Catholicos connumerabitur, qui in istis videlicet temporibus, Pascha, Pentecoste, & Natali Domini non communicauerit.]

Sed germanum esse Concilij Illiberritani, vix, ac ne vix quidem crediderim; nec vnum, sed contextum ex duobus diuersorum Conciliorum, quòd prima & secunda pars non satis cohæreant, ideóque diuersis canonibus erat vtraque constituenda. Quare Burchardus, qui eum canonem primus Concilio Illiberritano *cap.* 3 tribuit, priorem solùm retulit partem. [Omnis homo (inquit) ante sacram communionem, à propria vxore abstinere debet, tres aut quinque, aut septem dies.] Eandem retulit Iuo *part. cap.* 32. vterque tamen post hunc canonem, citarunt alterum Concilij Agathensis *can.* 18. qui sic habet apud eosdem. [Seculares verò, qui in Natali Domini, Pascha, & Pentecoste non communicauerint, Catholici non crédantur; nec inter Catholicos habeantur.] Quod non animaduertens Gratianus, vtrumque assuit non rectè & Concilio Illiberritano tribuit: cùm posterior hæc pars, quæ Concilij Agathensis est, repetitúrque *canone* 28. illius, nec sit, nec esse Concilij Illiberritani potuerit: nam tempore huius Concilij, feruente adhuc antiqua nascentis Ecclesiæ deuotione, non ter in anno, sed quotidie communicasse solitos Hispanos, testis est D. Hieronymus *in epistola* 18. *ad Lucinium Baticum*: nec acceptam fuisse ab Episcopo oblationem, seu munus illius, qui in Missa non communicaret, dicendum ad *canonem* 28. Quòd si die Pentecostes communicandum in hoc Concilio decerneretur, *id canone* 43. esset constituendum, in quo de festiuitate illius diei speciatim actio est proposita. Cùm certum sit ergo illum in Concilio Agathensi exstare, Burchardúmque & Iuonem illi acceptum tulisse; cur sola Gratiani auctoritate illum Illiberritano ascribemus? cùm non solùm hunc, sed plerosque alios ex diuersis, sciamus in vnum sine delectu coniunxisse: vt mox indicabo. His autem tribus festis communicandum, præter Concilium Agathense, decreuit etiam Concilium Turonense II. *can.* 50. [Vt non frequentiùs (ait) vel ter laici homines in anno communicent, nisi fortè quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur.] Quem canonem falsò etiam Fabiano PP. assignarunt Burchardus, *lib.* 5. *c.* 17. Iuo, *p.* 1. *c.* 27. & Grat. *in c. etsi non frequentibus, de consecrat. dist.* 4. quod & à Syluerio PP. constitutum referunt Burchard. *d. lib.* 5. *cap.* 29. & Iuo *p.* 2. *cap.* 29. quod hodie viri pij cupiunt renouari. Nec ter tantùm, sed & quater olim solitum communicari, patet ex pœnitentiali Romano apud Antonium Augustinum *titul.* 7. *cap* 10. [Neglexisti (ait) vt non acciperes corpus, & sanguinem Domini istis quatuor temporibus, id est, in cœna Domini, & in Pascha, & in Pentecoste, & in Natali Domini, & totam Quadrigesimam non te sustinuisti, & postea in aliis prædictis temporibus, aut septem dies, aut quinque ante acceptionem sacri corporis Domini, viginti dies debes pœnitere in pane & aqua.] Exstat etiam apud Burchardum *lib.* 19. *decretorum*. Partem autem priorem à quo Burchardus & Iuo desumpserint (ab illis enim accepit Gratianus) certò affirmare non ausim, quòd in obscuro res sit: scio tamen D. Augustinum abstinere à coniugibus in solemnitatibus Ecclesiæ & quoties communicandum esset, sæpè docuisse. In *sermone* enim 216. *de tempore, Dominica decima post Pentecosten, sermone secundo de Christiano nomine* sic ait: [Ille bonus Christianus est, qui quoties sanctæ solemnitates veniunt, vt securiùs communicet, ante plures dies castitatem cum propria vxore custodit,

cuſtodit, vt ſincera & ſecura conſcientia ad altare Domini caſto corpore, & mundo corde præſumat accedere.] Quòd ſi panes Propoſitionis (inquit Hieronymus) non poterant ab his qui vxores ſuas tetigerant comedi: quanto magis panis ille qui de cœlo deſcendit, non poteſt ab his, qui coniugalibus paulò antè hæſere complexibus, violari atque contingi: non quo nuptias condemnemus, (hoc enim non dicimus) ſed quod eo tempore, quo carnes Agni manducaturi ſumus, vacare operibus carnis non debeamus.) Idem conſulit B. Ambroſius, Chryſoſtomus, & Gregorius in locis citatis à Gratiano 33. *quæſt.* 4. Pœnitentia etiam ſtatuitur decem dierum in illum, qui die Dominico cum vxore concumberet, in Pœnitentiali Romano antiquo: quod retulit Ant. Aug. *tit.* 3. *cap* 20. eorum quæ ille compilauit. Erga quem diem tanta fuit antiquorum reuerentia, vt in illo matrimonium contrahere ſine pœnitentia non liceret, vt ex Concilio Triburienſi refert Burchardus *lib.* 19. *decretorum*, *cap.* 157. Multo tamen mirabilius eſt quod memoriæ tradidit Auguſtinus *ſerm.* 244. *de temporibus.* (Qui vxorem ſuam (inquit) in perfluuiis poſitam agnouerit, aut in die Dominico, aut qualibet alia ſolemnitate ſe continere noluerit: qui tunc concepti fuerint, aut leproſi, aut epileptici, aut etiam forte dæmoniaci naſcentur.)

Decretum aliud retulit ex Concilio hoc Illiberritano Gratianus, quod in his canonibus deſideratur, *in cap. Pueri* 22 *quæſt.* 5. (Pueri (ait) ante annos quatuordecim non cogantur iurare. Puella quoque ſi in puerili ætate ſita in domo patris, illo neſciente, iuramento ſe conſtrinxerit, & pater eius, vt audierit, ſtatim contradixerit; vota eius & iuramenta irrita erunt, & faciliùs emendabitur.)

Sed hoc etiam ex diuerſis congeſſit Gratianus: verſiculus enim primus, Pueri ante quatuordecim annos non cogantur iurare, etſi non his verbis, ſententia tamen eadem habetur in capitularibus *lib* 1. *cap.* 9. & huic libro tribuit Iuo *p.* 12. *c.* 13. [Paruuli (inquit) qui ſine rationabili ætate ſunt, cogantur iurare.] Sequentem autem verſiculum: Puella quoque; vſque in finem, Concilio Hybernenſi aſſignat Burchardus *lib.* 12 *c.* 26. & antiquum pœnitentiale Theodori, vt ex illo retulit in id quod nuncupauit Romanum Antonius Auguſtinus. *titul.* 2. *cap.* 17. Similia citantur ex Aurelianenſi *c.* 2. ab Iuone *part.* 12. *c.* 28. etſi non verè idem Iuo vt Gratianus hanc ſecundam partem Illiberritano tribuerit, cum tam in editis, quam in vetuſtis MS. deſit.

Tertium decretum huius Concilij aſſerit Gratianus, 22. *quæſtione* 4. [Diffinitio incauta laudabiliter ſoluenda eſt, nec eſt prætiaricatio, ſed temeritatis emendatio.] deceptus ab Iuone *parte* 12. *cap.* 80. qui eidem Concilio adſcribit. Sed verius eſt, Concilio Hybernenſi vt ſuperius referendum, vt retulit Burchardus, *lib.* 12 *cap.* 25. & pœnitentiale Theodori apud Anton. Aug. *tit.* 2. *c.* 16.

Quartum ex Concilio hoc Illiberritano ſe deprompſiſſe ait Palea *in cap. ſi qua mulier.* 31. *quæſt* 1. [Si qua mulier (ait) in mortem mariti ſui cum aliis conſiliata ſit, & ipſe vir aliquem illorum, ſe defendendo, occiderit: ſi probare poteſt ille vir, eam ream eſſe conſilij, poteſt (vt nobis videtur) ipſam vxorem dimittere; & ſi voluerit, aliam ducere: ipſa autem inſidiatrix pœnitentiæ ſubiecta ſine ſpe coniugij maneat.] Ex Concilio Eliberitano apud Vermerias, ante legabatur tam corruptè, vt nihil magis: cùm Illiberris Hiſpaniæ, VVermeriæ Galliæ ciuitas ſit, & vtraque in vltimis vtriuſque regni finibus. Verba autem ex Illiberritano, quæ præfixa ſunt canoni ſequenti: *ſi qua mulier*, irrepſerunt in præcedentis epigraphen parum rectè, quod notatum eſt in editione decreti Gregoriani.

Quintum huic Concilio adſcribunt Burchardus, *lib.* 6. *c.* 39. Iuo. *p.* 10. *c.* 168 antiquo Theodori pœnitentiali decepti, quod in Romanum tranſtulit Antonius Auguſtinus, *titul.* 1. *c.* 12. à quo canon hic Concilio Illiberritano tribuitur: (Si mulier maritum ſuum cauſa fornicationis veneno interfecit, aut quacumque arte perimere fecit, quia dominum & ſeniorem ſuum occidit, ſeculum relinquat, & in monaſterio pœniteat.) Sed non eſſe germanum hunc Concilij Illiberritani canonem, indicant multa: quia tempore huius Concilij non erant exſtructa monaſteria, in quibus recluderentur pœnitentes ob grauia crimina; cùm & virgines ſacræ in domibus parentum cuſtodirentur, vt *canone*, 27. huius Concilij ſtabilitum eſt: nec pœnitentiam recluſionis in monaſterio eo tempore in Hiſpania vſurpabatur, nec de ea fit mentio in toto hoc Concilio, nec maritos dominos & ſeniores vocari in Hiſpania receptum fuit: ea vox propria eſt Galliæ, ſicque ex Concilio Gallicano deſumptum videri poteſt.

Sextum

A Sextum decretum retulit huic Concilio Illiberritano *can.* 9. Burch. *libro* 6. *decretorum cap.* 67. Iuo. *parte* 14. *cap.* 115 [Decreuit ſancta Synodus, vt Epiſcopus, ac miniſtri Epiſcoporum pro criminibus, colonos flagellare cum virgis, poteſtatem habeat, propter metum aliorum vt ipſi criminoſi corrigantur, vel inuiti pœnitentiam agant, ne æternaliter pereant. Si verò ſeniores ipſorum colonorum indignè tulerint, & aliquam vindictam exinde exercere voluerint, aut eoſdem colonos, ne diſtringantur, defendere præſumpſerint: ſciant ſe excommunicationis Eccleſiæ ſententia feriendos.] Sed nec huic Concilio canonem hunc tribuendum cenſuerim, quia formula loquendi in principio, propria non eſt huius Concilij: verbo enim: Placet, & aliis ſimilibus decreta ſunt multa; nullum autem his; decreuit ſancta Synodus, quæ poſteriori æuo Græcorum vſu primò vſur

B pari cœpit: & quia colonos habuiſſe tunc Epiſcopos in tanta Imperatorum ethnicorum & perſequentium atrocitate mihi compertum non eſt, nec eam verberum pœnam tunc fuiſſe communem.

Septimum decretum falsò huic Concilio adſcriptum lego apud eundem Burchardum *lib.* 19. *decretorum cap.* 255. & Iuonem *p.* 15 *cap.* 163. & pœnit. Rom apud Antonium Auguſtinum *tit.* 7. *cap.* 9 his verbis. [In tribus Quadrageſimis anni, & in die Dominico, & in quarta feria, & in ſexta feria coniugales continere ſe debent, nec illis diebus copulari, quamdiu grauata fuerit vxor, id eſt, à quo die filius in vtero motum fecerit, vſque ad partum, à partu poſt XXXIII. dies ſi filius eſt: ſi autem filia, poſt LVI.] Eo autem tempore tres fuiſſe in Hiſpania Quadrageſimas, aut quoquam alio nuſquam legimus: in aliis autem prouinciis

C legimus: vnam ante Natiuitatem Domini: aliam ante Reſurrectionem, vt hodie: alteram ante Natiuitatem Ioannis Baptiſtæ. de quibus in Concilio Tribuienſi *can.* 58. Vel Quadrageſima pro quadraginta diebus ſumitur, quæ pœna olim erat frequens in delictis leuioribus. Exſtat autem hoc decretum apud Bedam de remedio peccatorum. *cap.* 2. & 10. probabileque eſt ab illo deſumpſiſſe reliquos, & cùm originem decreti ignoraſſent, huic tandem tribuiſſe, vt aliqua eſſet canonis auctoritas. Similem conſtitutionem Liberij Papæ ex Codice vetuſto. 16. *librorum lib.* 13. *cap.* 10. refert Surius ad finem epiſtolarum eiuſdem: [Abſtinendum (inquit) eſt in his ſacratiſſimis quadraginta diebus, à coniugibus, & caſtè & piè viuendum, vt ſanctificato corde & corpore, iſti dies tranſignatur, donec perueniatur ad diem ſanctum Paſchæ: quia penè nihil valet ieiunium, quod coniugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliæ, & eleemoſynæ non commendant:) adeò eſt vetus huius continentiæ quadrageſimalis obſeruatio.

D Sed cùm honorabile ſit coniugium & torus immaculatus, cùm honeſtus cum vxore concubitus, quare Paulus priùs & Pontifices Conciliaque à concubitu auocent eos qui precationibus daturi ſunt operam, D. Chryſoſtomus [a] quo ſolet, aureo orationis flumine & docet & diſſerit. Illudque inter alia refert, non placare oratione ſed irritare Deum, qui ſegniter Deum precatur: quod ſi eos qui paulo remiſſiores à Rege quid poſtulant, vt aſſequantur quod poſtulant, digni non ſunt: quid miſeris nobis fiet, qui ad communem omnium Dominum ac Deum ita remiſsè diſſolutéque accedimus? Hac ipſa de cauſa, & vt maiori reuerentia ſacramentum tantum ſumatur, conſuluit Timotheus [b] ſanctus Alexandrinus Epiſcopus, vt fœminæ menſtrua patientes, ab hoc ſacramento ſumendo ſibi temperarent. (Si mulier (ait) ſibi accidiſſe viderit, quod ſolet mulieribus, debet ne ad ſancta myſteria accedere an non? Reſpondetur, non. De plurimis autem Quadrageſimis, mentio etiam exſtat apud Bedam, vbi *ſup. Cap.* 8.

E 9. & 13.

[a] *D. Chryſoſtom. lib. de virginitate cap.* 30. & 31.

[b] *Timotheus ad interrogationem.* 7.

Octauum decretum refert huic Concilio Burchardus *lib.* 19. *decret. c.* 75. Iuo *p.* 15 *cap.* 88. ante hos pœnit. Rom. apud Ant. Aug. *tit.* 7 *cap* 8. his verbis. (Qui in Quadrageſima ante Paſcha cognouerit vxorem ſuam, & noluerit abſtinere ab ea, vnum annum pœniteat, aut pretium videlicet viginti quinque ſolidorum ad Eccleſiam tribuat, aut pauperibus diuidat; ſi per ebrietatem, & ſine conſuetudine acceſſerit, quadraginta dies pœniteat.) Sed nec hunc eſſe huius Concilij, ipſius contextus ratio indicat: nunquam enim pœnitentiam nummariam huius Concilij Patres indixerunt; ſed interdictæ communionis: neque communionem interdixerunt, quadraginta diebus, vel per dies illam impoſuerunt: ſed per annos, vt ex omnibus Conſilij decretis apparet,

Nonum

Nonum decretum huic Concilio, falsò etiam ab Iuone adscribitur *p.* 15. *cap.* 164. his verbis (Si mater filium suum sponte occiderit, XV. annos pœniteat, & nunquam mutet, nisi die Dominico. Mulier autem paupercula, si fecerit pro difficultate nutriendi, VI. annos pœniteat.) Sed non fuisse huius Concilij, inde colligitur; quod canone LVIII. pœnitentia perpetua communionis interdictæ imposita sit his, qui filios enecauerint, etiam si id fecerint, & occultent partus furtiuos à marito. Neque probabile est tantum facinus pœnitentia quindecim annorum coërceri, si animaduertamus antiqui seculi seueritatem. A

Decimum retulit ex hoc Concilio Illiberritano Burchardus *lib.* 19. *decret cap* 133. his verbis. [Adiectum est etiam, quosdam Christianos ad apostasiam, quod dici nefas est, transeuntes, & idolorum cultu ac sacrificiorum contaminatione profanatos, quos à Christi corpore & sanguine, quo dudum redempti fuerant renascendo, iubemus abscindi: & si resipiscentes fortè aliquando fuerint ad lamenta conuersi, his quamdiu viuunt, agenda pœnitentia est, & in vltimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda, dicente Domino: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.] Sed non esse huius Concilij, perspicuè constat ex epistola I. Syricij Papæ ad Himerium Episcopum Tarraconensem: in cuius *cap.* 3. hæc eadem exstant. B

Vndecimum huic Concilio tribuit Sixtus Senensis *lib.* 6. *Bibliothecæ sanctæ annotatione* 81. his verbis. [Quædam cùm fratre viri sui dormiuit, decretum est, vt adulteri nunquam coniugio copulentur: illi verò cuius vxor stuprata est, licita coniugia non negentur.] Sed nec in editis, & MS. CC. decretum hoc reperio. Simile legitur *lib.* 5. *capitul. c.* 19.

Duodecimum huic Concilio adscripsit Burchardus *lib.* 19. *decret. cap.* 134. his verbis. [De his, qui apostatant, & rarò se ad Ecclesiam repræsentant, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & postea infirmitate arrepti petunt communionem, placuit non dandam eis communionem, nisi reuelauerint eorundem fidem, & egerint fructus dignos pœnitentiæ.] Neque hunc esse huius Concilij canonem apparet, quòd de his apostatis, qui Ecclesias non frequentabant, peculiaris tractatio instituta & pœna hæc eadem in Concilio Arelatensi I. sit, *can* 23. cui decretum hoc restituendum est, & pro verbo, reuelauerint, reualuerint legendum. C

COMMENTARII NOVI.

D

EOsdem 81. Canones tribuunt huic Concilio, & ex ipso congesserunt Carranza *in summ. Concilior. pag.* 64. *Coriolanus in eadem summa pag.* 34. D. Garcia Aloaisa in *Collect. Concil. Hisp. pag.* 91. Seuerinus Vinnius *tom.* 1. *Concilior. pag.* 231. Saauedra *in corona Goth. c.* 2. Albaspinæus in notis ad ipsos canones, & vernaculo idiomate edidit Bermudez de Pedraza *d.* 1. *p. hist. Granat. c.* 14. Supposititicum etiam, & huic Concilio falso acceptum esse canonem relatum à Gratiano *in c. omnes* 21. *de consecrat. dist.* 2. post Mendozam notauit Basilius *de matrimonio lib.* 10. *c.* 9. Priorem illius canonis partem firmant D. Hieronymus in Apologia ad Pammachium pro libris contra Iouinianum: *illorum conscientiam*, inquit, *condemno, qui eodem die post coitum conueniunt.* & lib. 1. contra Iouin. *ad munditiam corporis Christi omnem coitum esse immundum.* Augustinus *serm.* 144. *Qui bonus Christianus est non solum ante dies plures (per totam quadragesimam) castitatem seruat, sed & vxorem suam excepto desiderio filiorum non agnoscit: quia vxor non propter libidinem, sed propter filiorum procreationem accipitur.* Episcopus Niphon Nouogardiensis *in quæstionib. Cyrilli* relatis à Sigismundo de rebus Moscouit. pagin. 35. *An Sacerdoti noctu cum vxore concumbenti mane Ecclesiam ingredi liceat?* R. *lauet prius eam partem, quæ sub vmbilico est, Ecclesiam ingrediatur, Euangelium legat, ad altare verò accedere, vel celebrare prohibeatur*; & pag. 36. *An liceat marito circa festum Paschæ sumere Eucharistiam?* R. *Si cum vxore per quadragesimam non concubuerit:* D. Thomas 3. *p. quæst.* 80. *art.* 7. S. Bonauentura *dist.* 12. *art.* 2. *quæst.* 3. Cassianus *collat.* 22. Alij Patres Congesti à Thoma Sanchez *lib.* 9. *de matrim. disp.* 13. Hurtad. *de vero Martyr. resol.* 70. §. 1. Laurentius Lamdmeter *lib.* 2. *de veter. Cler. Monarch. cap.* 76. Quare Liberius Papa decreuit vt fideles toto tempore Quadragesimæ abstinerent se ab vxoribus, donec peruueniretur ad diem sanctum Paschæ, in quo erat communicandum, quod firmarunt Nicolaus, Ambrosius, & alij Ecclesiæ Patres transcripti à Gratiano *in causa* 33. *q.* 4. Si enim in his coniunctionibus excedatur, peccatum committitur. B. August. lib. de decem Chord. *Cum ipsa vxore, si exceditur concumbendi modus, procreandis liberis debitus, iam peccatum est. Ad hoc enim ducitur vxor, id etiam tabulæ indicant, vbi scribitur; liberorum procreandorum causa:* Clemens Alex. Tertul. quorum verba refert Frider. Lindemb. *in gloss. legum verb. coniunctio.* Quare & apud Gentiles arcebantur à Sacrificiis, qui cum vxore proxima nocte concubuerant. Tibullus *lib.* 2. *Eleg.* E

Vos

Digitized by Google

A *Vos quoque abeſſe procul iubeo, diſcedat ab aris.*
Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.

Proſequuntur alia Aiala *de tradit. Eccleſiaſt. pag.* 237. Creſolius *lib.* 3. *Myſtag. c.* 23. & ſi non excedatur modus, adeſt ratio pollutæ mentis: vnde ſaltem peccatum veniale eſſe, poſt copulam coniugalem ſequenti die ad communionem accedere plures exiſtimarunt, licet contrarium defendant Ioan. Sanchez *in ſelect q.* 23. Diana *p.* 10. *tract.* 16. *reſol.* 33.

Secunda pars illius Canonis ſuppoſititij reperitur in *Can.* 18. *Concil. Agath.* & valdè conſona eſt diſciplinæ illius ſæculi; ſiquidem olim in Eccleſia omnes fideles à communione non ſecluſi ſacro Miſſæ myſterio intereſſentes communicabant corpus Domini accipiendo, D. Clemens, ſeu quiuis author eſt conſtit. Apoſtol. *c.* 6. *& lib.* 8. *c.* 20. Iuſtinus, *apolog.* 2. Lyra ad illa verba Lucæ *c.* 15. *cœperunt expulari* vbi ait *In primitiua Eccleſia non ſolum miniſtri ſumebant hoc ſacrum, ſed etiam totus populus.* D. Gregor. *lib.* 2. *dial. c.* 3. vbi ait: *eos qui non communicarent foras eiici.* Huius conſuetudinis ratio redditur ab Auguſt. & Ambroſ in cap. *quotidie* 13. *cum ſequenti de conſec diſt.* 2. Sed poſtea refrigeſcente fidelium deuotione cæpit communio differri, & apud Græcos tantum annuatim ſumi: D. Ambroſ. *lib.* 5. *de ſacram. cap.* 4. *Si quotidianus, ait, eſt panis, cur illum poſt annum ſumis, quemadmodum Græci facere conſueuerunt?* Apud Latinos tamen diutius mos quotidie communicandi inualuit: D. Hieron. aduerſ. Iouin. *Scio,* inquit, *Romæ hanc eſſe conſuetudinem vt fideles ſemper Chriſti corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec proba: vnuſquiſque enim in ſuo ſenſu abundat.* Meminerunt huius conſuetudinis Socrates *lib.* 5. *hiſtoriæ c.* 22. Nicephorus *lib.* 12. *c.* 34. relati à Ioann Dartis *in cap. in Cœna* 17. *de conſec. diſt.* 2. & plura pro adſtruenda quotidiana Communione eruditè, & piè congeſſerunt docti viri Frutos Ayala & P. A. Pinto Clericorum Regul. M. Demum ſtatutum fuit, vt ſaltem in anno laici communicarent

B

C

D

temporibus Paſchæ, Natiuitatis Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtes, *c. & ſi* 16. *in c. Cœna* 17. *de conſec. diſt.* 2. cum aliis congeſtis à P. Vaſquez *tom.* 3 *in* 3. *part. diſp.* 214. *c.* 3. *n.* 25. & litteratiſſimo viro P. Gabriele Henno *de Sacrificio Miſſ. tom.* 2. *diſp* 20. *ſect.* 4. *num.* 48. Quod ſæculum ſpectat, & referenda eſt conſtitutio Concilij Agath. *in d. Can* 18

Etiam ſuppoſititium eſſe falſeque huic Concilio tribui textum in *c. pueri,* 12. *quæſt.* 5. quem ſecundo loco adducit Mendoza, notauit Loayſa, & difficilem agnouerunt propugnatores ſententiæ, quæ affirmat impuberes proximos pubertati iurare poſſe, iuramétóque efficaciter obligari. ita docuerũt P. Gregor. Parlador, & alij congeſti à Narbona *de ætat. ad actus humanos anno decimo, & dimidio quæſt.* 11. *num* 6 Pinellus *lib.* 2. *ſelect. cap.* 4. pro quorum ſententia faciunt diſerti textus in *l. fin. de liberal. cauſ. l. videamus* 4 *ff de in litem iur. c.* 1. *de delict puer. c. ex litteris el.* 2. *de ſponſal.* Quare textum in d. *c. pueri* accipit Narbona vbi proximè, & *anno* 14. *quæſt.* 18. de impubere, qui ad teſtimonium ferendum ante pubertatis annos non cogitur.

Similiter textum in *c. ſi quamlier* 31. *q.* 1. ſuppoſititium eſſe tatius probabimus in *in c.* 1. *de diuortiis*, vbi verba ipſius textus citantur ex Concilio apud Vormaciam; etiam ſuppoſititium eſſe, & falſo huic Concilio adſcriptum à Burchardo, & Albone *can. de trib. Quadrag.* iam notauit Fileſacus *de quadrageſ. c.* 23. fuiſſe tamen olim in Hiſpania tres quadrageſimas in anno obſeruatas, facile conſtat ex *can.* 2. Concil. Cæſaraugust. primi relato à Gratiano *in c. negotiis* 15. *de conſecr. diſt.* 3. & latè illuſtrato in *c.* 2. *de feriis.* Tandem verba Sixti Senenſis refert ſub tit. cujuſdam Concilij Gratianus *in c. quædam* 19. 32. *q.* 7. & ea infra exponit Mendoza *lib.* 2. *c.* 21. & verba *d. Canonis* 23. Concilij, Arelat. 1. quæ in calce huius Capitis, vt falſo adſcripta huic Concilio refert Mendoza, tanquam propria Concilij Atelatenſis, exponit Albaſpinæus in notis ad ipſum canonem vbi etiam interpretatur canonem 46. huius Concilij illiber. GONZALEZ.

Cum conuenirent. | CC. MS. Cùm conſediſſent.

CAPVT VII.

De vtilitate Conciliorum.

E QVot ex Eccleſiaſticis Epiſcoporum & ſanctorum Patrum comitiis Chriſtiana Reſpublica percipiat fructus, vel ex his incommodis admonemur, quæ illorum parit intermiſſio: ea autem Iuſtinianus Catholicus, & religioſus Imp. recenſet.[a] Sanè ait ad Petrum Magiſtrum Officiorum multos ex eo maximè deprehendimus in peccata fuiſſe prolapſos, quòd non ſint factæ Synodi ſanctiſſimorum ſacerdotum, iuxta ea quæ à ſanctis Apoſtolis, & Patribus definita ſunt: ſi enim hoc fuerit obſeruatum, quilibet metuens grauem in Synodo accuſationem, ſtuduiſſet vtique, & ſacras ediſcere liturgias, & temperanter viuere: ne condemnationi diuinorum codicum ſubiaceret. Sacris enim his Eccleſiæ Conciliis Chriſtianæ Reipublicæ ſplendorem ſancti & religioſi Epiſcopi tuentur, his morbis naſcentibus occurrunt; his natis medentur, his denſas ignorantiæ tenebras depellunt, his fidei controuerſias dirimunt, his religionis præcepta confirmant, his pauperum tutelam ſuſcipiunt, his Chriſtianorum animos ad virtutem

[a] *Iuſtinianus Imperator in nouella conſtitut.* 13. 7. *collatione,* 10.

virtutem excitant, Eccleſiaſticorum ad capeſſendum integrius vitæ inſtitutum exeruunt; his tandem velut remis impulſa Catholicæ Eccleſiæ nauis, non modò vaſtulimi, & ſæuiſſimi maris fluctus euadit; ſed & inſanientium hæreticorum quaſi furentium ventorum procellis obſiſtit, Scyllas deuitat, & ſuperatis denique diuino auxilio inundantium errorum gurgitibus, portum pacis, & tranquillitatis felicitiſſimè appellit. De his non inepte dici poſſet, quod de Imperatoria maieſtate olim ſcriptit Seneca. [b] *Illud* (inquit) eſt vinculum, per quod Reſpublica cohæret: ille eſt ſpiritus vitalis, quem tot millia hominum trahunt; illa eſt mens, qua ſubtracta, nihil aliud poteſt eſſe Reſpublica, niſi onus & præda; ſi mens illa Imperij ſubtrahatur. Docuerunt nos olim Apoſtoli, dum ſpiritu afflati diuino, bis in anno Epiſcoporum Concilia celebrari inſtituerunt [c]; vt inter ſe (inquiunt) mutuam dogmata pietatis explorent, & emergentes Eccleſiaſticas contentiones amoueant. Docuit hoc Gregorius Magnus, dum reſcribens ad Syagrium, Ætherium, & alios Epiſcopos Galliarum. [d] (Equidem (ait) quia de habendo bis in anno Concilio Patrum ſit regulis ſtatutum, non latet, ſed ne fortè aliqua impleri hoc neceſſitas non permittat, ſemel tamen in anno, ſine excuſatione aliqua decernimus congregari: vt expectatione Concilij, nihil prauum, nihil præſumatur illicitum. Nam plerumque & ſi non amore iuſtitiæ, metu tamen examinis abſtinetur ab hoc, quod omnium notum eſt poſſe diſplicere iudicio.) Intellexerunt, hoc etiam Barbaræ [e] gentes à religione noſtra maximè abhorrentes, nam vt vbertimo hoc fructu Catholica careret Eccleſia, conuentus omnes ſacros grauiſſimis pœnis interdixerunt; ſed cæca hac, & deteſtanda eorum Barbarorum inuidia, maior Hiſpaniæ affulſit diuinæ prouidentiæ benignitas, qua nixi Epiſcopi noſtri omnem timorem depoſuerunt, Imperatorum ethnicorum atrocitatem ſpreuerunt, imminentia pericula neglexerunt, graues itinerum labores ſuſceperunt, vt deiectis antiquæ ſuperſtitionis idolis, Chriſtianæ doctrinæ ſemina propagarent, & quibus poterant neruis, & viribus, Eccleſiæ honorem, & dignitatem tutarentur. Quòd adeò videntur feliciter conſequuti, vt in his, quos ad poſteritatis memoriam nobis de fide, de religione, de moribus canones reliquerunt, ſanctos illos, & auguſtos diuorum Cæcilij, Euphraſij, Secundi, Indalecij, Torquati, Heſychij, Cteſiphontis maiorum ſuorum ſpiritus liceat agnoſcere, & primitiuæ Apoſtolicæ Eccleſiæ, non adumbratam, ſed expreſſam politámque effigiem velut in ſpeculo ſplendidiſſimo liceat intueri. In CC. MS. *cum conſediſſent* legitur; quod magis probo, quia teſtimonio ſuo obſignant notarius ordinem Concilij, cum promulgaretur publicè in Eccleſia, iam abſolutum: non autem cum ſecretò haberetur; & quia conuenire in Eccleſiam dicitur: confidere in Eccleſia.

[b] *Seneca lib. de Clementia.*

[c] *Canon Apoſtolorum 28.*

[d] *D. Gregor. epiſt. 61. ad Syagrium, Ætherium, & alios Epiſcopos Galliarum lib. 7. indict. 2.*

[e] *De Maximino, ita teſtantur Euſebius lib. 9 hiſtor. Eccleſ. c. 2. & Nicephor. lib. 7. c. 25.*

COMMENTARII NOVI.

VTilitas Conciliorum, atque eorum neceſſitas in Eccleſia probatur authoritate, & ratione. Authoritate *Canon.* 38. *Apoſtolor.* vbi ſtatuitur vt bis in anno Epiſcoporum Concilia celebrentur, vt inter ſe inuicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Eccleſiaſticas contentiones amoueant, *Concilij Anthiochen.* 1 *can.* 20. *Sufficere nobis viſum eſt bis in anno per ſingulas Prouincias Epiſcoporum Concilium fieri. Concilij Calcedon. act.* 19. increpantur Epiſcopi qui Concilium celebrare neglexerunt his verbis: *Peruenit ad aures noſtras quod in Prouinciis conſtitutæ Epiſcoporum concilia non celebrantur.* Aurelian. can. 1. *Vnuſquiſque Metropolitanus in Prouincia ſua cum Prouincialibus ſuis ſingulis annis Synodale habeat opportuno tempore Concilium* Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 2. Ratione, quia ex Conciliorum congregationes diligentius morum reformationi intenditur, cum vitia, quæ quotidie in Eccleſiam irrepunt, & oriuntur facilius euellantur, & cautæ Epiſcoporum, contentioneſque fidelium celeriùs dirimantur, vt aiunt Patres Concilij *Nicæni* 1. *can* 5. atque maturius Eccleſiæ dogmata, & Eccleſiaſtica diſciplina diſcutiantur, atque ſtatuantur, vt probant mitis haud bis hos ſacros Conuentus extollentes Coriolan. *in ſum. Concil. prælud.* 2. Bellarmin. *tom.* 1. *Controu. lib.* 1. *de Concil. cap.* 9. Creſpetus *in ſumm. verb. Concilia* Paulus IV. Hydunat *in notis ad Innocent.* 3 *lib* 2. *epiſt* 45. Lambmeter *lib.* 2. *de veteri cler. Mon. c.* 103. Vinat. *in notis ad Maximum anno* 541. Petr. Creſolius *Myſtag cap* 40 Ioann Dartis *ad Decret. in* 15. *diſt.* Vnde PP. Hiſpani cum viderent ſæuiente perſecutione Diocletiani innumeras per totius orbis partes turbas hominum Chriſtum meta tormentorum negantium, vel blanditiis allectorum, & idololatriam, ſimiliaque crimina in dies creſcere, vtile, & valde neceſſarium cenſuerunt Concilium hoc Nationale celebrare ad arcendos fideles ab idolorum cultu & in recta fide, Eccleſiæque proba diſciplina inſtruendos, & confirmandos. GONZALEZ.

Sanctæ

Sancti & religiosi Episcopi, | Sancti & religiosi Episcopi.

CAPVT VIII.

Episcopos, Sanctos, & Romanum Pontif. sanctissimum, ab initio Ecclesiæ appellari.

EPiscopos compellandi Sanctos, Sanctissimos, Reuerendissimos, Benedictos, Beatos, Beatissimos, Religiosos, & aliis titulis eximio honore plenis, in primitiua Ecclesia vetus mos: quòd eorum vitæ integritati, & sanctimoniæ congruerent. Non igitur recens est nuncupatio, vt Gnostici quidam volunt, qui qua maledicendi cupiditate laborant, cùm vident sanctos Episcopos vocari, vel Romanum Pontificem Sanctissimum, aut Beatissimum Patrem, exclamant statim & vociferantur, nos protinus adulatores vocitantes. At si ipsi Illustrissimos Senatores appellant obscurissimos, & è media fæce plebis desumptos, homines venalitios medijs in officinis natos & alitos; & clarissimum, & Illustrissimum Senatum, hominum mercaturis, vsuris, tabernis rem sibi miserè quærentium; quid hoc est, si blandiri non est? & his blandiri, quos nec alloquio dignos, honestiores paulò iustissimè arbitrarentur. Nos verò à primordijs Ecclesiæ Romanos Pontifices Sanctissimos dicimus, & alios Episcopos sanctos solemus etiam nuncupare: tum quòd personam gerant Christi, omnis bonitatis & sanctitatis auctoris: tum vt tam præclaro & nobili titulo nuncupati, beatum atque incorruptum sanctitatis nomen (vita cum titulo mirificè congruente) & consequi, & retinere continuò admoneantur.

COMMENTARII NOVI.

EPiscopos in iure sanctos appellari passim constat ex pluribus authoribus, cuius nomenclaturæ ratio redditur *in cap. non nos 1. dist. 4.* vbi Symmachus ait: *Quis sanctum dubitet esse quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt, quæ à loci decessore præstantur.* Imo sanctissimi dicuntur in *authent. de sanctiss. Episcop. collat. 9. Clement. 1. §. nec super de panis.* illustrant Cæsar *de Ecclesiast. Hierarch. disp. 6. §. 1. num. 4.* Barbosa *de potest. Episc. p. 1. tit. 1. cap. 2. num. 7.* Fortunat. Scach. *de venerat. Sanct. sect. 1. cap. 7.* qui fusè exponit hunc sanctitatis titulum. De ipsis Episcopis adhuc viatoribus accipiendus est can. 7. Concilij Mileuitani, in illis verbis: *Item placuit, vt quicumque dixerit in oratione Dominica, idcò dicere sanctos dimitte nobis debita nostra, vt non hoc pro se ipsis dicant, quia non est eis iam necessaria ista petitio, sed pro aliis, qui sunt in suo populo peccatores, & ideo non dicere vnumquemque sanctorum, dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, vt hoc pro aliis potius, quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit: Sanctus enim, & iustus erat Apostolus Iacobus cum dicebat; in multis enim offendimus omnes.* Quæ verba de Episcopis, & aliis qui plebes regunt necessario sunt accipienda, cum aliis non conueniant verba illa: *Sed pro aliis, qui sunt in suo populo peccatores,* nec illa *pro aliis potius quam pro se iustus petere intelligatur*; notauit Albaspinæus *lib. 1. obser. c. fin.* GONZALEZ

In Ecclesia Eliberina. | In Ecclesia Illiberritana.

CAPVT IX.

In Ecclesijs Concilia semper agi consuetisse, & cùm omissum, qua id de causa.

ECclesiæ, & religionis negotia in Ecclesia tractari consentaneum est: vt loci dignitate, & reuerentia, eorum qui conueniunt animi ad maiorem religionem excitentur. Non ergo recens hoc Christianæ Reipublicæ institutum, in consecratis locis conuentus agere, sed antiquissimum perpetua Ecclesiæ consuetudine receptum. Nam etsi aliquando Concilium habitum in domo Vrbani Donati ab Augustino [a] sit traditum: id tamen factum fuisse, quòd Basilicæ in persecutione Diocletiani, & Maximiani euersæ, nondum essent restitutæ, rectissimè est additum ab Optato Mileuitano

[a] *D. August. lib. 3. contrà Crescon. cap. 27.*

leuitano [b] eandem hiſtoriam narrante. Inſtitutum præterea hoc Romani veteres cuſtodierunt, nec alibi niſi in templis Senatuſconſulta habuiſſe, Varro docuit, & Gellius [c]: qua ratione Veſtalium ædes, vel templum, erat ſine conſecratione, ne apud eas Senatus haberetur auctore Seruio [d]. Et vt maiori religione ſententiam dicerent, & perinde quiſque eorum animum intenderet, ac ſi cenſendum magis, quàm aſſentiendum eſſet. Octauius Auguſtus ſanxit [e], vt priùs quàm conſideret Senator, thure ac mero ſupplicaret, apud aram eius Dei, in cuius templo coiretur, vt tradit Suetonius. At Epiſcopi noſtri veræ religionis cultum, Vni, Vero Deo, ter Optimo, & Maximo tribuentes, ſoliti ſunt ſacrificium Spiritui ſancto ſupplices offerre, vt depulſis errorum tenebris, & accepta diuini numinis luce, quod magis è Chriſtiana Republica fideque ſua videatur, decernant. Eccleſia hæc Eliberina Gothicè dicitur; Illiberritana Latinè.

[b] *Optatus Mileuit. lib. 1. contra Parmenia.*
[c] *Gellius lib. 14. Noctium Atticarum c. 7.*
[d] *Seruius lib. 8. Æneidos, in verſu: Eſt ingens gelidum lucus, &c.*
[e] *Suetonius in Octauio vita c. 35.*

COMMENTARII NOVI.

NOtum eſt apud Romanos Senatum Coire, & conuenire ſolitum in loco ſacro, non prophano, Sueton. *in Auguſt. cap. 35. illic vt prius quam conſideret quiſpiam thure, ac mero ſupplicaret apud aram eius Dei, in cuius templo coiretur.* Seruius exponens Virgilij 7. Æncid. *Auguſtum ingens centum ſublime columnis*, ait, *& niſi in loco Auguſto Senatus Concilium habere non poterat*: Vnde templum Veſtæ non fuit Augurio conſecratum ne illuc conueniret Senatus vbi erant Virgines, *Herodianus lib. 7.* Conuenerát igitur in templum Capitolini Iouis, quod in arce ſumma, venerationi præcipuæ Romani habebant, & in æde Concordiæ: Cicero Philipic. 2. *Cum in hac cella concordiæ; ô Dij immortales! in qua me Conſule ſalutares ſententiæ dictæ ſunt.* In æde Telluris Appianus lib. 2. belli ciuilis *ex eo die, quo in æde Telluris conuocati ſumus.* In æde Apollinis Cicero *lib. 2. epiſt. 4.* In æde Caſtorum Trebellius Pollio in Valerianis poſt principium. In æde Bellonæ Liuius lib. 38. *ipſe decem nauibus Romam rediit, & Senatu extra vrbem dato in æde Bellonæ quæ res in Hiſpania geſſiſſet, diſſeruit.* & lib. 49. *Manlius Proconſul ex Hiſpania redierat, cui poſtulanti à Senatu in æde Bellonæ triumphum rerum geſtarum, &c.* Illuſtrat Marcellus Donatus *ad dict. Sueton. locum tom. 6. theſauri crit. pag. 355.* Ita etiam ſacri conuentus, & Concilia non alibi quam in Eccleſia iam à primis ſæculis celebrari cœperunt, vt conſtat ex ordine celebrandi Concilium relato apud D. Iſidorum, & in *Concil. Tolet. 4.* imò ipſis prioribus ſæculis Epiſcopi in Eccleſiis iudicebant, Damaſus *in Iulio ibi: nullus clericus in publico cauſam agat, ſed in Eccleſia*; quæ verba iuxta morem accipiunt Cironius *lib. 2. obſerv. cap. 4.* Fileſacus *in cap. 1. de offic. ordin. §. 9.* & licet propter ingruentes perſecutiones aliqui exiſtimauerint non in Eccleſia, ſed in monte Illipolitano, aut alio ſimili abdito loco coactum fuiſſe Concilium hoc, tamen cum expreſsè referatur in fronte huius Concilij coactum fuiſſe in Eccleſia Eliberina adſtantibus Diaconibus, & omni plebe, non alio loco Synodi PP. conueniſſe audeam affirmare, præcipuè cum retrò ante tempora huius Concilij Eccleſiam publicè fideles habuiſſe ex quodam fragmento marmoris probet Pedraza 1. *p. hiſt. Gran. cap. 17.* in qua coactum fuiſſe hoc Concilium ipſe coniectatur. GONZALEZ.

CAPVT X.

Cur nomina Epiſcoporum initio Concilij præfigantur; & Conſulum nomina, vel alia temporis nota omiſſa ſint.

SOlemne fuit in Romanorum Republica, vt ſcripto Senatuſconſulto, primùm eorum, qui interfuiſſent, nomina adſcriberentur. Cæcilius ad Ciceronem [a]. [Senatuſconſultum factum, auctoritatéſque præſcriptæ pridie Kalend. Octobris in æde Apollinis, ſcribendo affuerunt. L. Domitius Cn. F Ænobarbus. Q. Cæcilius. Q. Fabius. Metellus. Pius Scipio. L. Iulius. L. F. F Pomp. Annalis. C. Septimius. T. F. Quirina. C. Lucius. C. F. Pup. Hirrus. C. Scribonius. C. F. Pop. Curio. L. Atteius. L. F. An. Capit. M. Oppius. M. F. Terentina.] Cicero [b]. [Cùm omnes Pontifices, qui erant huius ordinis, adeſſent, cúmque alij, qui honoribus populi Romani antecedebant, multa de collegij iudicio verba feciſſent, omnéſque iidem ſcribendo adeſſent.] Et alibi. (Ne quis decerneret, ne diſputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet.) Lampridius de Heliogabalo. (Vbi primum diem Senatus habuit, matrem ſuam in Senatu rogari iuſſit; quæ cùm veniſſet, rogata ad Conſulum

[a] *Cæcilius ad Ciceronem in epiſtolarum lib. 8. epiſtola ſum.*
[b] *Cicero de Aruſpicum reſponſis. Idem in oratione poſt reditum ſuum. Lampridius in Heliogabalo.*

A Consulum subsellia, scribendo adfuit, id est Senatusconsulti conficiendi testis.] Prisci etiam Ecclesiæ Patres in vetustis Ecclesiæ Conciliis, eorum, qui adfuissent, nomina in principio Conciliorum [c] referre consueuerunt. Sed si Concilij habiti dies, si ordinaria Consulum memoria, si Principis regnantis Imperium, vel, quod maioris erat momenti, Romani Pontificis nomen, principio huius Concilij affigeretur; non tantam nobis molestiam negotiúmque faceſſeret, incensum indagandæ eius vetustatis desiderium. Hæc tamen, vt alia multa in reliquis Orientis, & Occidentis Ecclesiæ Conciliis temporum iniuria intercidisse non ambigo.

[c] Probant id Concilium Arelat. 1. Romanum 1. sub Sylvestro, & aliud sub Iulio Agrippinense, sub Maximino Treuerorum Episcopo, & alijs.

Sed vereor iam, ne dum ingenuè fateor, Consules huic Concilio deesse, insultent denuò aduersarij nostri, vel oriantur alij, qui nimia antiquitatis, vel religione, vel superstitione nobis litem intendant, & ex diei, vel Consulum silentio controuersiam faciant; quòd velut solemnem iuris formulam, eorum adiectionem in legibus, & constitutionibus Constantinus Magnus [d] requisierit, ad Hispanos nostros Lusitanos rescribens. [Si qua posthac edicta, siue constitutiones, sine die & Consule fuerint deprehensa, auctoritate careant.] Ad quam Annianus, antiquus earum interpres. [Quæcumque leges sine die, & Consule fuerint prolatæ, non valeant.] At cùm vera quæque libenti, & æquo animo profiteor; inanibus, & falsis cauillis veritati fieri præiudicium feram iniquo, vel potiùs non feram. In edictis igitur, in legibus & Constitutionibus Principum sæcularibus, eam formulam obseruari Constantinum voluisse quis neget? Sed in Ecclesiasticis Pontificum, & Episcoporum, vel voluisse, vel potuisse, quis affirmet? Agnoscebat profectò pius Imperator, quæ Cæsaris, sibiique Dei, & Ecclesiæ, Ecclesiæ & Deo reddi oportere, & Episcoporum, atque Pontificum iudicio illa debere reseruari. Verùm nec illud adhuc cõtinuò in Principum sæcularium legibus Constantinus perpetuum esse voluit; sed in beneficiis, & priuilegiis personalibus, ne vllus fraudi relinqueretur locus. Sic enim ex autographo Constantini (vt verisimile est) Iustinianus [e] Imperator deprompsit, vel illud recenti sua interpretatione voluit intelligi, dum eandem legem suo Codici inserens, ait. [Si qua beneficiaria personalia, sine die & Consule fuerint deprehensa, auctoritate careant.] Alias verò leges generaliter etiam prolatas, sine die, & Consule, non ideò minùs valere, idem Iustinianus [f] crebrò docuit. [Etsi quæ earum (intelligens constitutiones) sine die, & Consule in tribus veteribus Codicibus, vel in quibus nouellæ constitutiones receptæ sunt, inueniantur; ita iis ponendis, nullaque dubietate super generali earum robore ex hoc oriunda.] Et rursus [g]. [Nulla dubietate emergenda, vel eo quòd sine die, & Consule quædam compositæ sunt.] Hac ipsa de causa cùm multis retrò sæculis quæreretur, an epistola quædam, vel cautio, qua pignus contrahebatur, valeret, quòd nec dies præscriptus, nec Consules additi, nec tabulæ signatæ fuissent: Ceruidio Scæuolæ [h] rectè placuit, non ideò minùs, vel epistolam, vel cautionem valuisse, quòd sine die scripta esset, & Consule.] Cúmque aliquando in Ecclesia Africana olim in collationibus Donatistarum, Episcopi Catholici rescripta quædam, vel constitutiones eiusdem Constantini Imp referrent; contráque vrgerent aduersarij, illa sine die, & Consule, auctoritate carere; Marcellinum Honorij Imperatoris Notarium huic causæ principali constitutione præfectum, sic interloquutum tradit Augustin. [i]. [Euidentissimis legibus definitum esse, Imperialia constituta, etiamsi Consules non legerentur, in dubium non vocari.] Adiiciam postremò, hac vel alia Constantini lege Episcopos nostros (vt mittamus reliqua) nullo modo vinciri potuisse: quòd annis multis ante Constantini ortum, ipsi non orti modò; sed mortui sint. Diocletiani enim & Maximiani Imperio Concilium habitum, pluribus est differtum superiùs: quorum Imperatorum constitutiones, sine die & Consule [k] occurrent frequenter. Leges autem, & constituta omnia, non præteritis calumniam facere, sed futuris regulam imponere, Imppp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius [l] scripserunt.

B

C

D

E

[d] Constantinus l. 1 tit. 1. C. Theod. de constit. Princ.

[e] Iustinianus, l. 4. de diuersis rescriptis.

[f] Iustinianus ad Senatum vrbis Constantinop. l. vna. §. quibus, de nouo C. faciendo.

[g] Idem in l. vna §. hunc igitur, de Iustinian. C. confirm.

[h] Scæuola, l. 34. de pignoribus.

[i] D. Aug. in Breuiculo collationum tertij diei.

Nec alienum à proposito hoc esse putarim antiquam Ecclesiæ refricare memoriam, quam D. Athanasius [m] à maioribus receptam, & obseruatam commendat, in decretis fidei edendis, eos Consulum nomina neglexisse: ne primordia Catholicæ fidei, angustis assignati temporis finibus terminare viderentur. Quare cum Vrsatius, Valens, & Germinius Eusebiani, nouandarum rerum cupidissimi

[k] Hoc lib. 1. cap. 2. L. 4. de iure fisci, l. 3. de communendis fisci debit. l. 2. de decur. lib. 10.

[l] Valent. Theodos. & Arcad. in l. 3. C. Theod. de Constitutionib. Princip.

[m] D. Athanas. de Synodis Arimini, & Seleuciæ in princ.

simi, in propriis illorum conciliabulis, diem & Consules in decretis fidei assignarent, acerbè illos his verbis insectatur Athanasius. A

[Quid enim defuit Catholicæ Ecclesiæ ad pietatem, vt nunc de fide quærendum videretur? quin verbis suis de fide Consules adscribunt, sub quibus res acta est. Vrsatius enim & Valens Germiniúsque, cum cæteris suis gregalibus id fecère, quod antea nec factum, nec auditum est apud Christianos. Cùm enim scripsissent eam fidem, quam voluerunt, addiderunt, & Consulem, & mensem diémque eius temporis, vt omnibus prudentibus palàm facerent, non olim, sed nunc demum eorum fidem sub Constantio initium accepisse]

[a] Idem Athanas. in eodem lib. de Synodis Arimini, & Seleucia.

[a]Sed eosdem ignorantiæ admonitos, vel iam resipiscentes formulam hanc à decretis substulisse, idem Athanasius " commemorat. [Hæc vbi mansissent (aut) denuò mutata sententia composuerunt eam fidem, quam quia cum Consulibus edidissent, multo pudore, & probro perfusi sunt, eiúsque exemplaria curauêre, vt quum suo more sententiam mutassent, ab his qui ea tenebant, per notarium Martinianum surriperentur.] B

[b] D. August. in libro vno contra Donatistas post collationem, cap. 15.

[b]Docet præterea Augustinus °, & diem, & Consules olim cura Episcoporum singulari in Conciliis suis adnotos, exscriptorum negligentia sublatos. Quòd si Augustini ætate illud prædicatur de Afris, de Gothis antiquis exscriptoribus id iure potiori affirmare, nedum suspicari licebit; quòd armis, & bellis multò magis, quàm studijs, & paci fuerint dediti.

[c] D. Aug. in breuiculo collationum 3. diei, cap. 15.

[c]Narrat etiam idem Augustinus P, Donatistas, diem & Consules mira solertia, vel summa potiùs improbitate expunxisse à Conciliis, ne certa temporis notatione in aliqua postea fraude sua quæque ipsi affirmare volentes, possent deprehendi. Quod vulnus inflictum Concilio huic ab hæreticis, non ille mirabitur, qui eximia Concilij vetustate, qui grauissimorum Patrum præiudiciis, qui sanctarum constitutionum decretis ipsos vinci posse & expugnari attentè consideraret. C

Nec aliam porrò insignem eorundem hæreticorum fraudem æquiùs dissimulabo; sed tantò fero, ferámque semper molestiùs, quantò magis interest Concilij, Romanæ sedis auctoritate, quàm diei & Consulum notatione, dignosci, & ornari. Romanæ enim Sedis Legatos huic Concilio interfuisse, antiquissima Concilij Suessionensis, apud sanctum Medardum acta testantur; quorum Legatorum subscriptiones, cum die, & Consulibus ab hæreticis exordio huius Concilij callidè improbéque sublatas, vt sanctissimis decretis Pontificiam auctoritatem detraherent, non sine grauissimo, & maximo animi dolore refero; iustè tamen conceptum, iustissima solatur spes, qua Te Orbi vniuerso ostensurum confido; quanti doctrinam, auctoritatem & sanctitatem defunctorum Episcoporum facias, qui tanti ipsi viuentes Romanæ Sedis amplitudinem, & Legatorum eius dignitatem fecerunt. D

COMMENTARII NOVI.

CONstitutiones sine die, & Consule editæ olim ante Constantinum viribus non destituebantur, *l. 1. Cod. Theodos. de diuers. rescript.* ex qua nonnullis immutatis verbis transcripsit Tribonianus *leg. 4. C. eod. tit.* sed post Constantinum vires non obtinebant, quod firmauit Lotharius *in legib. Longobar. tit. 28.* in hæc verba: *in finibus Tusciæ, quæ sunt absque mense, & die mensis nullum habeant vigorem*; Sed id postea immutauit Iustinianus statuens sine die, & Consule constitutiones editas valere, *l. vnic. §. penult. C. de nouo Cod. faciend.* Notaui *in cap. plerumque 23. de rescriptis*, iure etiam Sacrorum canonum in rescriptis, & aliis instrumentis, quæ ex defectu datæ in dubium reuocari poterant, dies & Consules adiiciebantur. Vnde in ordinatione Episcopi nouiter consecratus accipiebat litteras suæ ordinationis cum die, & Consule. Concilium Milleuit. *can. 14.* illic: *Deinde placuit, vt quicunque deinceps ab Episcopis ordinantur per prouincias Africanas, litteras accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum conscriptas, continentes Consulem, & diem: vt nulla altercatio de posterioribus, vel anterioribus oriatur*: quia tempore labente ordinationis antiquitas in dubium reuocari poterat; sed cum in Concilio Nicæno, & aliis tertij sæculi Ecclesiæ non legantur, nec reperiantur adiecti Consules, non est ratio cur ex eorum defectu authoritas huius Concilij in dubium vocetur. GONZALEZ. E

A

I. Felix Epiſcopus Aquitanus.

I. Felix Epiſcopus Accitanus.

IN aliis codicibus, Auxitanus, in aliis, Auccitanus: vtrumque mendosè. Accitanus legi debet. Vt in MS. Hiſpalenſi & S. Æmiliani. Olim Acci ciuitas, *Guadix* hodie, nomine à Mauris indito: cuius ciuitatis Epiſcopum primum D. Torquatum, D. Petri diſcipulum referunt Hiſpaniæ annales [a], in eáque prima omnium, hunc & reliquos Apoſtolos à diuo Petro miſſos in Hiſpaniam à pia fœmina, Luparia nomine, hoſpitio receptos: quod Accitanæ Eccleſiæ auget dignitatem. Lectionem hanc magis probarim, quòd Acci propinquior ſit Illiberi & de eius ciuitatis Epiſcopis, ipſorumque ſedis antiquitate celebrior ſit memoria, quàm Aucæ; quæ maximo etiam locorum interuallo diſtat ab Illiberi Bætica, in qua Concilium hoc conuocatum magis placuit. Subeſt hodie, Accitanus Epiſcopus Archiepiſcopo Illiberritano, ſiue Granatenſi.

[a] Ex his Ambroſ. Moral. lib. 9. hiſt. Hiſpan. c. 3.

B

Quòd ſi lectio, Aucitanus, aliis arriſerit, iis notandum eſt, quòd in diuiſione Epiſcopatuum, quam VVamba Rex in Concilio Toletano fieri, & confirmari voluit, inter ſedes Epiſcoporum Tarraconenſi Archiepiſcopo ſubiectas, poſt Tiraſſonam (vt vocat) Aucam poſuit; vt & Raſis auctor Arabs, in ea diuiſione Epiſcopatuum, quam Conſtantino acceptam refert. Aucam enim, & illius Epiſcopum ſubiectum dicit Archiepiſcopo Tarraconenſi. Aucæ ciuitatis veſtigia ſupra Burgos monſtrantur, nunc circiter mille paſſuum in monte Iubeda, vt ait Nebriſſenſis: ab ea montes Aucenſes: vulgò *montes de Oca*: ſedes Epiſcopalis fuit Hiſpaniæ antiquiſſima.

C

Terminos illius præſcripſit diuiſio Regis VVambæ. [Auca (ait) teneat de Platena vſque Amayam, de Villa Inferno, vſque Pedem Moram.] Confinis erat Turiaſſonenſi Epiſcopatui; nam huius terminos, vſque ad Platenam extendit eadem VVambæ diuiſio. [Tiraſſona (ait) teneat de Sparga vſque Platenam, de Altomonte vſque Milloſam.] Arterij vel Litorij Epiſcopi Aucenſis ſubſcriptio exſtat in Concilio Toletano III. Amanungi in V. Domnini in VII. & ſi parùm rectè Auxitani legatur, Goërici in VIII. De Ioanne Aucenſi Epiſcopo meminit Rodericus Archiepiſcopus Toletanus [b], dum de iis Epiſcopis verba facit, qui conuenerant ad celebrandam dedicationem Eccleſiæ ſancti Iacobi, & ſi eo tempore Auca in poteſtate eſſet Sarracenorum. Illa tamen ab Alfonſo VI. primùm ad oppidum Garnonal, paulò pòſt ad ciuitatem Burgenſem, auctoritate Vrbani II. tranſlata eſt, anno Domini M. XCVI. primum Burgenſis Eccleſiæ Epiſcopum Simeonem fuiſſe (qui priùs fuerat Aucenſis) peruetuſta demonſtrat memoria eiuſdem Eccleſiæ Burgenſis, in diuæ Catherinæ ſacello, in quo omnium Epiſcoporum Burgenſium imagines depictæ ſunt: quarum prima eſt cum hac inſcriptione. [Simeon, tranſlata Epiſcopali ſede ab Auca, ſedit primus Burgis Epiſcopus annis viginti tribus: obiit autem die XVII. Aprilis, anno Domini M. XXCII.] Burgenſem hunc Epiſcopum idem Alfonſus VI. (quod Burgenſis ciuitas caput ſit regni Caſtellæ,) inter reliquos Caſtellæ Epiſcopos principem locum voluit obtinere, exemptum iam ab Archiepiſcopo Tarraconenſi, & pro illo regiam conſtitutionem edidit, renitente Bernardo Archiepiſcopo Toletano. Hodie illa Archiepiſcopo proprio gaudet, quod primum à Gregorio XIII. Philippum II. impetraſſe, ſcitum eſt: primus illius Archiepiſcopus, D. Franciſcus Pachecus Cardinalis.

[b] Rodericum Archiepiſcopum Toletan. lib. 5. hiſt Hiſpan. c. 18.

D

E

Docet prima Felicis Accitani Epiſcopi ſubſcriptio, & quæ ſequuntur, Archiepiſcoporum, Metropolitanorum & Primatum nomen Hiſpaniæ tunc fuiſſe inauditum: quod poſteà vberiùs probabitur [c]. Nec id de nomine notaſſe ſat puto: niſi admonuero etiam, illo ætate in Hiſpania Epiſcoporum ſedes ſuis quaſque finibus terminatas, Epiſcopóſque earum ſedium vnum, & ſupremum agnouiſſe: hunc autem illum tunc fuiſſe arbitror, non qui maiori præſſet ciuitati, ſed qui ordinationis antiquitate, cæteris anteiret: huic enim ſi Metropolitanus impedimentis iuſtis adſtrictus ſit, curam cogendi Concilia Prouincialia demandat, (antiquo iure renouato) Concilium Tridentinum [d]. Qua ratione cùm D. Gregorius Epiſcopus Illiberritanus in Cordubenſem vrbem Principis decreto traheretur, quòd Oſio communicare nollet, iniecta ſuſpicione, quòd Arianæ impietati Oſius conſenſiſſet: Oſium commotum ferunt Clementio gentilij Conſtantij Præfecto Vicario in Bætica ſuggeſſiſſe, vt mitteret

[c] Lib. 3 c. 42.

[d] Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de reformat. c. 2. Non ideo hæc à nobis de Oſio narratio refertur, quòd vera ſit, ſed quòd veteri in hoc conficta ad veteris inſtituti rationem.

Digitized by Google

mitteret illum in exilium; at cùm Clementius respondisset, se non audere Episcopum exilio multare, nisi prius ab Episcopatu deiiceretur, sententiam tentasse profetre Osium Isidorus vel Theodiscus ex Marcellino [c] refert, ni diuina prouidentia impediretur: qua sententia, cùm se suámque causam lardi Gregorius conspiceret, non ad Archiepiscopos, non ad Primates Hispaniæ appellauit, sed ad Deum ipsum: quod Gregorius non fecisset, si iniuriam sibi ab alio Episcopo illatam, adeò facilè posset appellatione ad Archiepiscopum delata repellere. Quocirca primum omnium Felicis Accitani Episcopi nomen præscriptum huic Concilio haud probabili coniectura censeo. Eundem morem constanter Ecclesiam semper retinuisse, ex Gregorio Magno [f] apparet. [Episcopos (inquit ad Syagrum Episcopum Augustodunensem) secundum ordinationis suæ tempus, siue ad considendum in Concilio, siue ad subscribendum, vel in qualibet alia re, sua attendere loca decernimus, & suorum sibi prærogatiuam ordinum vindicare.] Hoc & in Hispania olim obseruatum, ex Concilio Bracarensi I. [g] colligitur: vbi tamen excipit Metropolitanorum sedem, quòd iam eo tempore essent Metropolitani in Hispania. [Item placuit (ait) vt conseruato Metropolitani Episcopi primatu, cæteri Episcoporum secundum suæ ordinationis tempus, alius alij sedendi deferat locum.] D. Isidorus [h] ordinem docens celebrandi Concilia: [Hora (inquit) diei prima ante Solis ortum reiiciantur omnes ab Ecclesia, obseratísque foribus cunctis, ad vnam ianuam, per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarij stabunt, & conuenientes omnes Episcopi, pariter introibunt; secundùm ordinationis suæ tempus residebunt.] Id etiam Africa constitutum est Concilio Mileuitano [i], saluo etiam iure Primatus Numidiæ & Mauritaniæ. Primatum autem sedes ideò in hoc Concilio [i] Mileuitano, & Bracarensi excepta est, quòd illo tempore, iam in Africa, & Hispania Primates essent, quorum iudicio stabant in multis reliqui Episcopi suffraganei, etiam si ordinatione essent posteriores. Hac ipsa de causa D. Augustinus [k] de falsitate suspectam habuit eam tractoriam, qua Victorinus Episcopus iure Primatus eundem Augustinum & alios Episcopos ad futurum Concilium conuocabat: quòd in illa eius nomen tertio loco esset scriptum: cùm secundum suæ ordinationis tempus, multo posteriùs (vt ipse ait) scribi debuisset. Quòd si fuisse Metropolitanos tempore huius Concilij alij instantiùs asseuerent, ostendant (quæso) Cathedras eorum primas, exprimant locorum sedes; probent Episcoporum successiones; assignent Ecclesias suffraganeas; indicent saltem vel nomina. & elatis in album vetustis antiquitatis monumentis confirment, huius Concilij indictionem à sola illius auctoritate manasse; vel in iudiciis Episcoporum forensibus, ordinarias Ecclesiæ, & priuatorum causas iure appellationis, ad eius tribunal deferrinam in re tam antiqua & graui, fidem meam illis temerè & sine certo (vt dicitur) pignore non præstabo. Constantinum Magnum auctoritate Syluestri Pontificis, vt credi par est, singulas diœceses Hispanicarum Ecclesiarum suis finibus postea terminasse, & ex his Toletanam, Hispalensem, Emeritensem, Bracarensem & Tarraconensem erexisse in Metropolitanas, Alfonsus [l] Rex tradidit & Rasis Arabs.

Ius autem primæ sedis Episcopis antiquitate ordinationis delatum inter ipsos Metropolitanos Ecclesiis iam Metropolitanis erectis obseruari solebat: nam qui eorum primus erat ordinatione, in Conciliis sedebat primus, subscribebat primus. In Toletano I V. subscripsit primo loco Isidorus Episcopus Hispalensis, II. Salua Narbonensis Metropolitanus, III. Stephanus Emeritensis, I V. Iustus Toletanus, V. Iulianus Bracarensis, VI. Audax Tarraconensis, omnes isti Metropolitani: & post illos reliqui Episcopi. In Concilio Toletano V I. subscripsit solùm Eugenius Toletanus, quia suæ ipsius tantùm prouinciæ, non regni Generale Concilium; sed in V II. Toletano, quod Generale Hispaniæ fuit, subscripsit primo loco Salua Narbonensis Metropolitanus, II. loco Iulianus Bracarensis, III. Eugenius Toletanus, I V. subscripsit Honoratus Hispalensis. In Concilio Toletano V III. subscripsit primus Orontius Emeritensis, II. Antonius Hispalensis, III. Eugenius Toletanus, I V. Potamius Bracarensis. Nec tunc Primates totius Hispaniæ seu Metropolitanorum omnium principes fuisse comperio, vt hodie est Archiepiscopus Toletanus, Vrbani secundi priuilegio, insequentium Pontificum Paschalis, Gelasij, Innocentij II. Cælestini, Lucij, Alexandri, Honorij, Gregorij I X. ac tandem Martini V. auctoritate roborato.

[c] *Ex Marcellino apud D. Isidorum Theodiscum, in lib. de scriptoribus Eccles. in principio.*

[f] *D. Gregor. in Epistola ad Syagrum Episcopum Augustodunensem. lib. 7. indict. 2. epist. 111.*

[g] *Concil. Braca. 1. can. 14.*

[h] *D. Isidor. in principio lib. de modo celebrandi Concilia.*

[i] *Concil. Mileuit. can. 13.*

[k] *D. August in epistola 117. ad Victorinum.*

[l] *Alfonsus Rex in hist. Hispan generali 1 par. c. 101.*

COMMEN

Digitized by Google

COMMENTARII NOVI.

FElicem, & Sabinum, quorum hic mentio habetur esse Hispaniæ Episcopos illos, quos supra in vita Stephani, & in Concilio quodam Africano, Basilidi, & Martiali lapsis Hispaniæ Episcopis substitutos esse diximus, non est improbabile. Garcias Loaisa hic notat duos fuisse Sabinos, quorum primus post Marcellum: Secundus post Martianum sederit. VINNIVS.

Felicem Episcopum Accitanum præfuisse huic Concilio testatur Flauius Dexter *in Chron. anno* 300. cuius verba supra retuli, & ibi notarunt Viuar, & Caro, Pedraza 1. *p. hist. Gran. cap.* 12. *in Martyrol. tom.* 3. *die* 18. *Maij*, fuit S. Felix Origine Hispanus, qui propter celebre in operibus testimonium, illustre in virtutibus nomen, & innumeras in prudentia, & scientiarum cognitione dotes meruit Præsidis officio fungi in hoc Concilio consensit Melanthij Toletani Præsulis Primatis Hispaniæ, vt supponit P. Higuera in *diptych. Tolet. num.* 69. finito hoc Concilio ab illius Patribus ob præclaram eius sanctimoniam missus fuit ad confirmandos fideles tempore tam sæuæ persecutionis per populos Vasconiæ, qui ad Spalitanam vrbem accedens Deciani iussu post continuata tormenta gladio cæsus Martyrij palmam assequutus fuit die 18. Maij anno 301. vt in Martyrol. Romano ea die legitur, & probat Tamayo vbi proxime. Circa cathedram autem ipsius notatum inuenio à Bosqueto in notis *ad Innocent. lib.* 1. *epist.* 57. Fœlicem Accitanum fuisse Præsulem in antiqua Ecclesia Aucensi constructa in Saltu Aucensi vulgo *Montes de oca*; ex qua translata fuit in ciuitatem Burgensem: sed verius est Accitanam Ecclesiam, cuius Præsul reperiebatur Fœlix, esse in Bætica veteribus Hispaniæ ciuitatem, quæ hodie dicitur *Guadix*, eius meminerunt Ptolemæus lib. 2. geograph tab. 2. Europ. cap 6. ibi: *sub iis, & penes Oretanos, sunt Bastitani, in quibus vrbes mediterranea Orcelu, Vergilia, Acci* Iulianus *in chron. num.* 14. Fuit Colonia Romanorum teste Plinio *lib.* 3. *cap* 1. dicta Iulia Gemella, vt constat ex veteri hac inscriptione relata à Gruthero *fol.* 271. *n.* 6.

IVLIÆ MAMEÆ.
AVG. MATRI.
IMP. CÆS. M. AVRELI.
SEVERI. ALEXANDRI.
PI. I. F. AVG.
M. CASTROR.
COL. IVL. GEM. ACCITANA
DEV. NVM. MAIESTAT. Q.
EIVS.

Alia de tanti Præsulis vita, & Accitanæ Ciuitatis antiquitate congessit eruditus Tamaius à Salazar in *Martyrol. tom.* 1. *die* 22. *Februarij, & tom.* 3. *die* 13. *Iunij* Circa ordinem tam in sedendo, quam in subscribendo inter Præsules seruandum temporibus huius Concilij aliquid cautum non legimus: postea tamen statutum fuit vt Episcopus antiquior, & prior ratione consecrationis primum locum obtineret Concil. Milleuit. *can.* 13. Afric. *can.* 53. in illis verbis: *Qui prius ordinati sunt, iis, qui postea ordinati sunt, præferantur, saluo iure Primatum Numidiæ & Mauritaniæ:* Concil. Brachar. 1. Can. 24. *conseruato Metropolitani Episcopi Primatu ceteri Episcoporum secundum suæ ordinationis tempus alius alij sedendi deferat locum:* Concilium Tolet. 4. can. 3. Anglican. can. 8. *nullus Episcoporum se præferat alteri per ambitionem, sed omnes cognoscant tempus, & ordinem Consecrationis l. sancim.* 29. *C. de Episcopal. audient.* Qui ordo adeo reuerenter seruatus fuit, vt si Presbyteri, vel Archidiaconi ad Concilium à suis Episcopis, vt legati mitterentur in subscribendo, suorum Episcoporum gradum, & locum retinerent, etiam ante Episcopos, qui ordinatione posteriores essent, vt videre licet in Concil. Epaunens. Aurelian. 2. Cabilon *cap.* 1. Itidem apud Græcos Episcopi, qui aderant Conciliis in subscribendo ordinem suæ ordinationis seruabant, vt apparet in Concil. Constantinopolit. 5. variis locis: qui vices Episcoporum, aut Patriarcharum gerebant in Conciliis subscribebant, eo loco, & ordine, quo subsignassent, seu Metropolitæ, seu etiam Patriarchæ si ipsi adfuissent, vt apparet in subscriptionibus Græcorum ad calcem Concilij Florentini: sic apud Gelasium Cyzicenum in actis Concilij Nicæni primi, Victor, & Vincentius Presbyteri Romani vices gerentes P. R. vnà cùm Osio Cordubensi Episcopo ante alios quosuis Episcopos etiam Patriarchas ipsi Concilio subscribunt Et licet iam æuo huius Concilij essent in Hispania primæ sedes, vt constat ex *Canone* 57. huius Concilij, vbi latiùs dicemus, tamen cùm certus ordo sedendi, & subscribendi præscriptus non esset, ideo Patres in eo congregati sine delectu, parum curantes de honoratiore loco subscripserunt. GONZALEZ.

II. Sabinus Epiſcopus Spalenſis.	II. Sabinus Epiſcopus Hiſpalenſis.

IN Felicis Accitani Epiſcopi nomine primùm referendo editi CC & MS. conſentiunt; diſſentiunt in reliquis. Sabinum II. loco editi; Lucenſis & Hiſpalenſis III. conſtituunt. In re tam antiqua non datur diuinationi locus: quòd ex ordinationis antiquitate ille prior aut poſterior deferretur. Hæc tamen, etſi leuiuſcula ſint, non contemnemus: ſingula ſuis locis adnotabimus, ordinem editorum Codicum ſequentes.

Hiſpalenſium Epiſcoporum primum ferunt, CC. Hiſpalenſes, Marciolum ſeu Martianum fuiſſe: ſecundum hunc, de quo agimus Sabinum, quem vt ſingulari pietate & religione præditum Breuiarium Eborenſe commendat, præſertim quòd in perſecutione Diocletiani & Maximiani, quæ hoc Concilium conſequuta eſt, corpus Beatæ Iuſtæ ex altiſſimo eduxerit puteo, in quem fuerat proiectum, & oſſa Beatæ Rufinæ combuſta in Amphitheatro collegerit, & in cœmeterio ſuburbij Hiſpalenſis vtriuſque reliquias ſepelierit. Sabinus quidam ex Bætica ſubſcripſit Concilio Arelatenſi II. presbyteri, non Epiſcopi nomine. Hiſpalenſi Eccleſiæ olim paruiſſe vt ſuffraganeas, Italicam, Aſſidoniam, Eleplam, Malacam, Eliberrim, Aſtigi, Cordubam, Agabrum & Tucci, veruſti Codices referunt: hodie autem Malaca ſubeſt & Gaditana.

COMMENTARII NOVI.

NOn poteſt retineri lectio, quæ ponit Sabinum Epiſcopum ſecundum Hiſpalenſem, ſiquidem conſtat primum eius Eccleſiæ Præſulem fuiſſe ſanctum Pium diſcipulum B. Iacobi, qui poſt erectam, dicatamque in vrbe Romula B. Mariæ Virgini Capellam Martyr apud Cherſoneſum cum aliis Epiſcopis occubuit ann. 60. à quo memoria Præſulum Hiſpalenſ. excidit, vſque ad Ioannem huius nominis primum, qui vixit vſque ad annum Domini 178. Cuius ſucceſſor fuit Sanct. Carpophorus, qui cum eius diacono Abundio à Martiano Bæticæ Præſide martyrio coronatus fuit anno 285. Illi ſucceſſor aſſignatus fuit Sabinus, cuius æuo Martyrium ſubiere SS. Iuſta, & Rufina: tandemque plenus dierum, & bonorum operum requieuit in Domino anno 374. vt referunt Spinoſa, & Quintana Duenas ipſius vitæ ſcriptores. Sabinus iſte primus huius nominis Hiſpalenſis Præſul ſubſcripſit huic Concilio, & poſtea interfuit Concilio Toletano celebrato anno 313. vt referunt Eutrandus *in fragment. numer.* 16. Iulianus *in aduerſ. num.* 131. Audiendus tamen non eſt Spinoſa, qui *lib.* 2. *hiſt. Hiſpan cap.* 8. exiſtimauit etiam hunc Sabinum interfuiſſe Concilio Arelat. 2. celebrato ann. 314. nam in eo tantum ſubſcribit Sabinus Presbyter ex Prouinciæ Hiſpaniæ ciuitate Bætica; nam ſi vt Epiſcopus Hiſpalenſis ſubſcripſit in præſenti Concilio anno 300. quomodo tanquam Presbyter tantum poterat intereſſe Concilio Arelat. anno 314. celebrato? Vnde rectiùs exiſtimauit P. Caro *in antiquit. Hiſpal. capit.* 34 circa finem, & in notis ad Flau. Dextr. anno Chriſti 56. Sabinum illum fuiſſe Preſbyterum, & originarium Vtrerenſis Ciuitatis quæ olim Bætica dicebatur. GONZALEZ.

III. Smagius Epiſcopus Biguerrenſis.	III. Synagius Epiſcopus Agabrenſis.

SAnagium alij MS. Synagium Lucenſis & Hiſpalenſis, non III. loco, vt in editis, ſed V. Biguerram conſtituit Ptolemæus in Conteſtanis non procul à Salaria. Antonius Beuterus ait, ciuitatem Hiſpaniæ eſſe, hodie *Vejar*, caput Ducatus de Vejar. Sed diſplicet, quòd in ea fuiſſe Epiſcopatum, nuſquam legerim. Epagrenſem referunt CC. MS. Lucenſis & Hiſpalenſis. Ipagrum autem Antonino Pio à Gadibus verſus Cordubam ponitur; ſed Agabrenſis, aut Egabrenſis (vt in aliis CC. MS.) legendum mihi magis placet, quòd in ſubſcriptionibus presbyterorum (quas ſtatim referemus) Victorinum ab Agabro huic etiam Concilio interfuiſſe videamus. Subſcriptionem præterea Ioannis & Sophronij Epiſcoporum Agabrenſium in Concilio Toletano III. legimus. Alterius tacito nomine exſtat in IV. In VIII. ſubſcripſit Baucada Epiſcopus Agabrenſis, & in VIII. Selua. In Hiſpalenſis II. canone I. V. & VIII. fit mentio de Eccleſia & Epiſcopo Agabrenſi, & ex conqueſtione Theodulfi Epiſcopi Malacitani, canone I. liquet Agabrenſem Eccleſiam non

longè

A longè abfuiſſe à Malacitana : nam eius terminos ab Epiſcopo Agabrenſi, Illiberritano & Aſtigitano vſurpari conqueſtus : eſt olim in diuiſione VVambæ Regis, Egabrenſem Epiſcopum conſtat ſubiectum Archiepiſcopo Hiſpalenſi : illius terminos hos conſtituit. [Egabro teneat de Vbeta vſque Malam Sayam, de Carta vſque Suetam] Hanc eandem eſſe putem cum illa, quæ Cabra nunc dicitur : quod confirmat Rex Alfonſus [m] X. referens enim eandem diuiſionem Epiſcopatuum VVambæ Regis, inter ſubiectas ſedes Archiepiſcopo Hiſpalenſi, ſeptimo loco Agabrenſem enumerat his verbis. [El Obiſpado de Agabro, eſta es Cabra faſta Vbeda, & deſde Vbeda faſta Malaſaxa, & deſde hi faſta Certama.]

[m] *Rex Alfonſ. in hiſt. Hiſpan. general. 2. par. c. 51.*

B

COMMENTARII NOVI.

IN aliis Codicibus legitur *Senagius Bracharenſis*, & apud Flau. Dextr in *chron.* ann 290. habetur : *Senagis Epiſcopus Bracharenſ. floret, interfuit Concilio Illiberitano.* Vnde Pedraza 1. *p. hiſt. Granat. cap.* 12. exiſtimat *Sunagium, ſeu Sinagrium* Epiſcopum fuiſſe Brachar. & adfuiſſe huic Concilio. In aliis Codicib. legitur *Biguerrenſis* ; ſed falsò, cùm ea Eccleſia ſit in Gallia longè diſtans ab Illiberi, neque credi poſſit perſecutione Diocletiani ingruente integrum fuiſſe externis Epiſcopis ad Concilium hoc accedere, quando non omnibus Hiſpanis id datum erat. Legendum igitur eſt Sinagrius Bracharenſis, qui Eccleſiam Bracharenſem rexit ex anno 299. vſque ad 313. vt refert Acuña *in eius vita* ; vel legi debet Victor Epiſcopus Agrabenſis, qui præfuit Eccleſiæ Agrabenſi per annum 300. vt ex veteri Cathal. Præſulum ipſius Eccleſiæ tranſcripto à Tamayo *tom. 2. Martyrol. die* 13. *Martij* liquet, vbi ita legitur: *Victor huius nominis primus Epiſcopus Egabrenſis interfuit Concilio Illiberitano anno* 300. Nec ſi hæc littera retineatur abſonum erit aſſerere iuxta Flau. Dext. Senagrium interfuiſſe huic Concilio, & eius nomen à notario omiſſum fuiſſe. Egabrum ciuitas fuit Bæticæ à Græcis condita, hodie *Cabra* dicitur, iam à primis Eccleſiæ ſæculis Epiſcopali Cathedra decorata reperitur; eius mētio extat *in c. 1. 16. q. 3* plura de ea adducunt Morales *lib. 11. Chron. c. 90.* Medina *lib. 2. c. 65.* Roder. Mendez. *in popul. Hiſp. c. 51 fol. 106.* GONZALEZ.

C

IV. Pardius Epiſcopus Menteſanus.

IV. Pardus Epiſcopus Menteſanus.

PArdus in Lucenſi & Hiſpalenſi, VII. loco refertur. Mentiſa legitur apud Ptolemæum & alios, non rectè. Menteſa reſtituendum ex Plinio & veteſtis lapidibus, quorum hæ duæ inſcriptiones leguntur apud Syriacum Anconitanum : Prioris hæc.

D

DEO. TVTELÆ. GENIO.
MENTESANI.

Alterius hæc.

DEO. MANIVM. CALFVRNIÆ. L. F.
SCANTVRÆ.
HVIC. ORDO. MENTESANVS. FVNDVM. PATRIÆ.
PVBLICVM OB MERITA.
DEDERAT.

In emendatis etiam CC. MS. Conciliorum Hiſpaniæ Menteſanus dicitur : quare itinerarium Antonini emendari neceſſe eſt ; dum recenſens oppida à Tarracone in Carthaginem Spartariam ; & à Carthagine in Caſtulonem ; poſt Viniolim, Menteſebaſtiam commemorat. M. P. XX. ad Caſtulonem : cum legendum ſit, Menteſa, & Baſti ; quæ vt illi adiuncta eſt, ſic & diſiungi oportet ; & Menteſa ac Baſti ſeparatim legendum. Cluſius Menteſam eam dixit quæ nunc *Iaën*. Sed repugnat, quod ſcripſit Rodericus Archiepiſcopus Toletanus [n] : de Hiſpaniæ enim generali expugnatione loquens, narrat Tariph ducem, cum grandi exercitu veniſſe Menteſam prope Giennium ; & ciuitatem funditus diſſipaſſe. Diuerſa ergo vrbs eſt Menteſa à Giennio. Reſendius & Vaſſæus ciuitatem Bæticæ prouinciæ vulgò Monteio, non procul à Cazorla eſſe aiunt ; quod & mihi placet. Inter ſubiectas Epiſcoporum ſedes Archiepiſcopo Toletano, Montegian, ſeu Menteſam Raſis Arabs commemorat, & VVamba Rex in diuiſione Epiſcopatuum, ante Accitanum conſtituit Menteſanum, vtrumque ſubiectum Archiepiſcopo Toletano, poſteaquam Menteſani Epiſcopatus

E

[n] *Rodericus Archiepiſcopus Toletan. lib. 3. hiſt. Hiſpan. cap. 22.*

terminos posuisset. [Menteſa (inquit) teneat de Ecija vsque Securam; de Lila vsque Pulicenam. Mentisam Hispane vocauit Rex Alfonsus ° X. referens enim diuisionem VVambæ, inter subiectas sedes Archiepiscopo Toletano, III. loco Menteſanam recensuit his verbis. [El Obispado de Mentisa, tenga deſde Ezija fasta Segura; & de Lilia fasta Puligena.] Ioannis Episcopi Menteſani subscriptio exstat in Concilio Toletano III. & Iacobi in IV. V. & VI. Froylæ in VIII. expugnata verò Menteſa à Taric Arbum duce, nullam in Conciliis Hispaniæ Episcopi Menteſani subscriptionem reperio, oppidum nunc Gienenſi Episcopo paret.

° *Diuiſio VVambæ apud hiſt. gener. Alfonſi Regis X. par. 2. cap. 31.*

COMMENTARII NOVI.

ALibi legitur Pantardus Menteſanus Circa locum Menteſæ historici Hispani, & Geographici in varias distrahuntur sententias. Vasæus *in Chron. pag.* 49. ait *Menteſam*, in Bætico Reſendio fuisse, vbi nunc dicitur *Montijo* abludente voce, & R. Archiepisc. *lib.* 3. *c.* 21. prope modũ affirmante Menteſam fuisse propè Giennium, atque eius Præsulem Pardum Concilio Illiberitano interfuisse, sed rectius A. de Morales *in antiquitat. Hiſpan.* contendit sitam fuisse Menteſam propè Cazorlam in nemore S. Thomæ, ipsum sequuntur Loaisas in Concilio apud Lucum *pag.* 150. Viuar ad Flau. Dextr. an. 54. & 300. Pedr. 2 *p. hiſt. Gran. c.* 6. GONZALEZ.

V. Catonus Episcopus Corsicanus.	V. Cantonius Episcopus Virgitanus.

CAntonius in Lucensi & Corsuranus, & nono loco: Corsicanus alij. Corsicæ insulæ Episcopum fuisse tunc, & ex ea in Hispaniam venisse ad hoc Concilium Catonum, auctor est Vasæus [P]; sed MS. fide non proba; in Corsica enim insula tunc fuisse Episcopum apud melioris notæ auctorem legi neminem. In Codice Hispalensi & aliis MS. non Corsicanus, sed Vrgitanus nuncupatur: quos probo; quia inter subscriptiones presbyterorum, XVI. loco Ianuarius ab Vrci cernitur, quem comitem Cantonij huius Episcopi fuisse putarim. Virgi oppidi meminit Pomponius Mela [q]. [In illis oris (inquit agens de Bætica) ignobilia sunt oppida, & quorum mentio tantùm ad ordinationem pertinet. Virgi in sinu quem Virgitanum vocant: Plinius sinum Vrgitanum, sed reponenda est litera I. vt legatur Virgitanum. Quidam volunt esse oppidum Aragoniæ in confinibus regni Nauarræ, quod hodie *Verga* appellatur. Ambrosius Morales [r] Vera nunc dicit esse, vel Veja in Bætica, non procul ab Almeria: sed ego potiùs crediderim ipsam Almeriam fuisse, quòd munita vastiori sinu, à quo Virgitanum appellari scripsit Mela. Facit pro hac sententia Rex Alfonsus X. [s] qui inter sedes subiectas Archiepiscopo Toletano, sexto loco Vrcitanam refert his verbis. [El Obispado de Vrgi, esta es Almeria, tenga deſde Constan fasta Carthagena, & de Castro fasta Midam.] In Concilio Toletano V. Marcellus Ecclesiæ Vrcitanæ Episcopus subscripsit, in VIII. Daniel diaconus Marcelli Vrcitanæ Ecclesiæ Episcopi.

[P] *Vaſſæus in chron. Hiſp. c.* 10.

[q] *Pomponius Mela lib.* 2. *c.* 6.

[r] *Ambroſ. Morales lib.* 2. *c.* 32.

[s] *Alfonſus Rex.* 2. *part. hiſt. generalis cap.* 31.

COMMENTARII NOVI.

VErgi vrbs sita fuit in ora maris, & ab ea dictus est sinus Vergitanus, qui è Vergi extenditur vsque ad promontorium Scombrar. vulgo *Cabo de palos* dictum, cuius caput est Almeria, vbi trasiata fuit sedes Episcopalis: de ea aliqua notarunt Viuar ad Flau. Dextr. *anno* 54. Pedraz 2. *p. hiſt. Gran. c.* 6. Tamayo *die* 1. *Aprilis* Ludou. IX. *in deſcript. Hiſp. cap.* 23. GONZALEZ.

VI. Valerius Episcopus Cæsaraugustanus.	VI. Valerius Episcopus Cæsarauguſtanus.

VAlerius in CC. MS. vndecimo loco, non sexto. Cæsarauguſtanam Ecclesiam D. Iacobi doctrina institutam, & illustratam, ab illóque Episcoporum ordinem initiúmque sumendum veterum tradunt annales, & primum eius ciuitatis Episcopum D. Athanasium, vnum ex illorum numero, quos vel Iacobus Apostolus ad fidem nostram primùm in Hispania conuertit: vel Petrus misit. Post illum, sanctum Felicem:

Digitized by Google

Felicem; quem diuus Cyprianus [c] fidei cultorem & defensorem veritatis appellat. Post Felicem, hunc diuum Valerium, quem in persecutione Diocletiani, & Maximiani grauissimum exilium, & mortem passum diximus [u]: cuius corpus erat antea in oppido vulgò Strada comitatus Ripacurcensis; sed translatum deductúmque seruari & coli hodie summa veneratione in alio vocato Roda, Comitatus Cathalaunensis, tradit Antonius Beuter [x]: caput tamen illius Cæsaraugustam transtulisse Alfonsum II. cognomento Castum, Aragoniæ Regem, Hieronymus Blanca [y]. Martyres suos Cæsaraugustanos anno CCC. VI mortem obiisse scribit Ambrosius Morales [z], hócque anno, vel paulò post è vnus excellisse Valerium, Beutero & mihi fit probabile: sed probabilius & certius multo, hunc eundem fuisse cum eo, qui Concilio huic Illiberritano interfuit. Quod autem tortit Baronium diligentem satis ac eruditum Ecclesiasticorum annalium scriptorem, & fateri coëgit duos Valerios Episcopos Cæsaraugustanos; alterum à Daciano Diocletiani præside, in Hispania Martyrem effectum, de quo suprà: cuius martyrij memoria & festi celebritas ex Martyrologio Romano V. Kalend. Februarij agitur, vbi hæc scripsit Baronius [a]: alterum verò hunc, cuius subscriptio exstat in Concilio hoc Illiberritano: facilius est multo, quàm vt tanti viri ingenium potuerit exercere. De quo vt extero., non eam mirandum, cum in secundis præsertim curis, reiecta priori opinione, hanc lubentissimè vt veriorem amplexus sit, quàm de Hispano Antonio Augustino [b], pio, doctóque Tarraconensium Archiepiscopo, qui tametsi in Aragoniæ annalibus diu maxime esset versatus, non vnum, sed duos facit hos Cæsaraugustanos Episcopos Valerios, eodem, quo Baronius ductus argumento: quos recens sequutus est Hieronymus Blanca [c]: cùm vnus & idem sit, qui Concilio huic subscripsit, paulóque post in persecutione Diocletiani & Maximiani à Daciano multatus exilio, ad montes, qui Cinga flumine alluuntur, & vitæ cursum feliciter conficiens, animam naturæ & creatori debitam felicius reddidit. Nec tanti momenti est, quod Cæsar Baronius primùm scripserat, sibi auxisse dubitandi occasionem, ansamque dedisse, vt crederet duos hos Valerios Episcopos fuisse, quòd Prudentius [d] agens de Martyribus Cæsaraugustanis, de pluribus Valeriis meminisse dicatur, dum scripsit.

Inde Vincenti tua palma nata est.
Clerus hinc tantum peperit triumphum,
Hinc sacerdotum domus insulata
Valeriorum.

Nam præter D. Valerium Confessorem, & Martyrem, qui interfuit huic Concilio, & postea à Daciano exilio damnatus apud Cingam fluuium, extremum absoluit vitæ diem; alterum fuisse Valerium Episcopum Cæsaraugustanum, eius probat subscriptio in Concilio I. Cæsaraugustano: secundum enim fuisse à sancto Valerio, inde comprobauerim, quòd in Concilio Sardicensi, cui etiam interfuit Osius, Castus Cæsaraugustani Episcopi subscriptio sit, quem D. Valerio iam mortuo successisse necesse est.

Sanctum hunc Valerium habuisse D. Vincentium diaconum in promulgando verbo Dei propter balbutientis linguæ impedimentum, quo Valerius detentus officio fungi non poterat, in vita eiusdem sancti Vincentij traditur; quo fit, vt ad existimandum adducar, D. Vincentium Martyrem Valerij comitem cum Episcopo Valerio adfuisse in hoc Concilio Illiberritano: quòd tres diaconi Episcopum tunc comitarentur ex præcepto Lucij PP. diaconósque interfuisse Conciliis, etiamsi caruerint sententiæ ferendæ auctoritate D. Isidorus [e] testatur. [E corona (ait) facta de sedibus Episcoporum, presbyteri à tergo eorum resideant, quos tamen sessuros secum Metropolitanus elegerit, qui vtique & cum eo iudicare aliquid, & diffinire possint. Diaconi in conspectu Episcoporum stent.] Concilio Arelatensi II. interfuisse duos Cæsaraugustanos, Clementium presbyterum, & Ruffinum exorcistam legimus; Episcopi nomen non legimus. Cuius forsan ea causa fuit (si Clementius non erat Episcopus, vt alij contendunt) quòd Castus Cæsaraugustanus Episcopus ex Oriente nondum reuertisset: nam eius subscriptionem & Osij & aliorum in Concilio Sardicensi haberi, suprà meminimus. Ecclesiam Cæsaraugustanam singulari amore & beneuolentia prosequutum fuisse Ioannem PP. XXIII. quem alij XXII. volunt, & in Metropolitanam erexisse, quinque Cathedralibus Ecclesiis assignatis ex vndecim quæ Tarraconensi suberant, Platina [f] scribit: tempore Iacobi II. Regis Aragoniæ, addit

[c] *Cyprian. ep. 68.*
[u] *Hoc lib. 1. c. 4.*
[x] *Anton. Beut. 2. p. hist. Hisp. c. 15.*
[y] *Hieron. Blanca. lib. de reb. Aragon. in vita Alfonsi 2.*
[z] *Ambr. Moral. lib. 10. hist. Hisp. cap. 9.*
[a] *Cæsar Baron. 1. tomo annalium Ecclesiastic.*
[b] *Ant. Aug. in epistola de Episcopis Cæsaraugustan. ad Hieronym. Blanc. quæ extat ad finē commentar. de rebus Aragonia.*
[c] *Hieronym. Blanca eodem lib. in principio.*
[d] *Prudent. in Peristeph. hym. 4.*
[e] *D. Isidorus lib. de modo celebrandi Concilia.*
[f] *Platina in vita Ioannis 22.*

[g] *Hieronym. Blanca in comment. rerum Aragon in vita Iacobi secundi.*

addit Hieronymus Blanca [g] anno Christi M. CCC. XVIII. primúmque Archiepiscopum D. Petrum Lupi de Luna. Constat etiam hinc Concilium hoc non vnius prouinciæ, sed Hispaniæ fuisse Generale, vt fuerunt Toletana in Hispania multa, Parisiensia in Gallia, Carthaginensia in Africa, eáque ratione, non cum Prouincialibus modò; sed cum his, quæ Nationalia vocant, auctoritate æquari oportere. A

COMMENTARII NOVI.

SAtis controuersum est apud Historicos, de quo Valerio accipienda sit hæc inscriptio. Qui protrahunt hoc Concilium ad annos 319. & 324. affirmant Valerium secundum Concilio interfuisse, non verò S. Valerium, qui Comes fuit S. Vincentij, ita autumarunt plures congesti à Ludouico Lopezio, *in hist. Cæsar-August. 2. p cap 9.* Sed contrarium videlicet præclarum illum Valerium primum sanctitate clarissimum interfuisse huic Concilio, satis euincunt carmina S Martij Maximi in eleg. ad S. Vincentium Archileuitam S. Valerij.

Inque Illiberitano duo maxima cœtu
Signa tui infracti pectoris, & fidei,
Testis es, ô Valeri genitor fortissime tanti.
Pectora hoc socio prælia nonne subis?

Et probant late Baronius *tom. 1. anno 303.* Illescas *lib. 2. hist. Pontific. c. 1.* A. Morales *lib. 10. hist. c. 31.* Vasæus *in Chron. anno 331.* Scholanus *tom 3. hist Valent. decad. 1 lib. 2 c. 4.* D. Martinus Carrillo *in hist. S. Valerij cap 15.* Viuar ad Flauium Dextr. anno 300. Padilla *cent. 4. cap. 35.* Tamayo *in Martyrol. die 10. Ianuar.* vbi plura de hoc præclaro viro congesserunt, & de ipsa Imperiali vrbe nonnulla notaui *in cap. 1. de his quæ vi.* GONZALEZ. B

VII. Melanthius Episcopus Toletanus.

VII. Melanthius Episcopus Toletanus.

SVccessit Melanthius D. Eugenio Martyri, primo Toletanæ sedis Episcopo, D. Petri & B. Dionysij Areopagitæ discipulo; à quo ponderis plurimum ad eximiam huius Concilij vetustatem accedit. In CC MS. XIII. non VII. loco eius subscriptio, ex notarij testimonio cernitur. Quod confirmat etiam eam sententiam, qua dixi Archiepiscopos, & Metropolitanos huius Concilij æuo in Hispania (vt hodie) non fuisse: si Archiepiscoporum enim, & Metropolitanorum gradus institutus receptusque in Hispania esset iam inde à tempore Apostolorum, sedendi, loquendi & subscribendi priuilegio vterentur, quod tamen omissum est in hoc Concilio, tam ab Episcopo Toletano Melanthio, quàm à Sabino Hispalensi, & Liberio Emeritensi; quod quidem licet modestiæ fructum vellent percipere, facturi non essent, nisi cum graui honoris sui iactura, & earum sedium detrimento, quarum auctoritati augendæ, non minuendæ se præfectos agnouerant. Melanthium accepimus tunc Ecclesiæ Toletanæ Episcopum fuisse, cum diua Leocadia sæuiente persecutione Diocletiani & Maximiani, gloriosa confessione Toleti facta, vitam cum morte, vel mortem potiùs cum vita sempiterna commutauit. C D

Hinc etiam constat, Concilium hoc fuisse Hispaniæ Generale; quòd Episcopos Bæticæ Prouinciæ, Toletani etiam comitati sint. Toleto suberant olim, Oretum, Beatia, Mentesa, Acci, Basti, Virgi, Bagastri, Illici, Setabis, Dianium, Valeria, Valentia, Secobrica, Arcabica, Complutum, Segoncia, Vxama, Secouia, & Palentia; hodie autem parent illi Corduba, Palentia, Vxama, Segoncia, Valeria seu Concha, Guiennium, Secouia: & quæ anno Domini M. D. LXVI. adiuncta est Ecclesia Carthaginensis.

Cæterùm, si maiestatem & sanctitatem Toletanæ Ecclesiæ lubeat spectare, si Antistitum amplitudinem & potentiam, si cleri nobilitatem, si sacerdotiorum numerum & prouentus, si Ecclesiasticæ supellectilis ornamenta, si diuini cultus splendorem & magnificentiam, si religionem & multitudinem Conciliorum Prouincialium & Nationalium in ea coactorum, si præcipuam D. Virginis tutelam, quam facto suo descensu & præsentia confirmauit; comperiemus non solùm inter Hispanicas Vrbani II. & insequentium Pontificum gratia, Primatus honorem & priuilegia iure obtinere: sed post Romanam, inter reliquas terrarum orbis meritò nunc haberi secundam. E

COMMEN

COMMENTARII NOVI.

S. Melantius, ſeu vt Galli volunt Melanius ortu Britannus, cum Romam aduentaſſet ab Stephano P. baptizatus, & in cleri ordinem gradatim promotus fuit; & cum Stephano ſacrificium Miſſæ offerenti aſſiſteret, peracta diuina lıtatione, deſtinatus à Cælo Nuntius à parte dextra altaris virgam Paſtoralem Melantio porrexit; ſicque eum affatus eſt: *accipe virgam Paſtoralem, in qua reges Rothomagenſis populum ciuitatis, quæ ſita eſt in Celtica Galliæ finibus, aliaſque alibi vrbes, quas tibi præparauit Dominus ab æterno*; qua viſione motus Stephanus eum Paſtorem in Rothomagum deſtinauit, vbi Euangelium miro incolarum fructu prædicauit, ſed diuina inſpiratione permotus cum S. Sixto P. in Hiſpanias properauit, Toletumque peruenit, vbi è viuis ſublato Pomponio Præſule, protinus illi Eccleſiæ Prælatus præfectus fuit. Tunc Hiſpaniam peragrans omnes Eccleſiarum Prælatos ad hoc Concilium celebrandum inuitauit, & cum ipſi Concilio interfuiſſet ad ſedem propriam reuerſus Concilij Canones ſcribi curauit, & S. Leocadiæ. Corpus, cuius Martyrio adfuit, honorifice tumulauit, poſt quæ Rothomagum rediens à ſuis honorificenter receptus ad cœlum contuolauit die 22. Octobris, anno 310. Cuius vitæ ſeriem ipſius epitaphium, vt temporibus illis concinnatum, complectitur, quod ex Tamayo *in Martyrol. tom. 5. d. die 22. Octobr.* libenter tranſcribo:

Hacque MELANTIVS *ampla condor in arcula quem iam*
Pontificem GALLVS, *me vidit, atque* TAGVS.
Eſt genitor mihi, procedens de germine BRITO,
Qui noſtros duxit Ethnicus inde mores.
Poſtea ſed ROMAM *tendens diuina recepi.*
A Sancto STEPHANO *dogmata cuncta Dei.*
Inde ROTHOMAGVM *perluſtrans, Præſulis onus.*
Suſtinui, Chriſto plurima corda parans.
Spiritus at poſt hac ſanctus mihi duxit ATHENAS,
Qua ſocius SIXTI, *vltro redire cogor.*
Mania ſacra tamen luſtrauimus alta TOLETI,
In quibus innumera percipimuſque bona.
Denique Pontificis baculum mihi præbuit vrbis
Iſtius, & clerus, quem fidus ipſe rego.
Magnum Concilium indixi, quo barbara Roma.
Dogmata reſtinxi, ſacraque noſtra beans.
Poſtque ROTHOMAGVM *repedaui lumine Chriſti.*
Imbutus, Chriſto viſcera noſtra dedens.

Proſequuntur plura de ipſius Melantij actis, & mira ſanctitudine relati à P. Quintana Dueña *in Sanctis Toletan. pag. 612. de Eccleſ. Toletan.* & de eius Primatu iam plura adduxi in cap. coram, de in integr. reſtit. GONZALEZ.

VIII. Vincentius Epiſcopus Oſſonabenſis.

Oſſonobenſis legi debet ex Plinio [h], Mela [i], & veteſtorum lapidum inſcriptionibus. In muro Phari quidam inſertus exſtat cum hac.

IMP. CÆS. P. LICINIO
VALERIANO. PF. AVG.
PONT. MAX. P.P. TR. POT.
III. COS. RESP. OSSON. EX. D
ECRETO ORD. DEVOT.
NVMINI MAIESTAT
IS. EIVS. DD.

Erat igitur Oſſonoba Luſitaniæ ciuitas in regno Algarbiorum, prope eam, quæ dicitur Pharus, inter Balſam, & Aranim. In Luſitania conſtituit Antoninus in itinerario. M. P. XVI. à Balſa. Id ipſum Plinius [k]. [Ab Ana verò (ait) quo Luſitaniam à Bætica diſcreuimus. CC. XXVI. M. paſſ. A Gadibus CII. M. P. additis Gentes, Celtici, Varduli, & circa Tagum Vetones. Ab Ana ad Sacrum, Luſitani: oppida memorabilia à Tago in ora, Olyſſippo equarum è Fauonio vento conceptu nobile, Salacia cognominata vrbs Imperatoria, Merobrica: promontorium Sacrum, & alterum Cuneus. Oppida Oſſonoba, Balſa, Myrtilis.] Mela etiam [l]. [In Cuneo ſunt, Myrtilis, Balſa, Oſſonoba] Gothis Exonoba, Mauris Exuba: Varreyros eam nunc eſſe ait, quæ Eſtombar nuncupatur, prope Sylues. Alij oppidum aliud nominatum Eſtoi, finitimum eidem ciuitati Sylues. Antiquos eius terminos præſcripſit VVamba. [Exonaba (inquit) teneat de Ambia vſque Saiam: de ipſa vſque Turrem.] Oxomana tranſtulit Rex Alfonſus X. inter ſedes ſubiectas Archiepi

[h] *Plin. lib. 4. c. 22.*
[i] *Pompon. Mela. lib. 3. c. 1.*
[k] *Plin. lib. 4. c. 22.*
[l] *Mela lib. 3. c. 1.*

Digitized by Google

Archiepiſcopo Emeritenſi, quarto loco Oſſonobenſem retulit, his verbis. [El Obiſpado de Oxomana tenga deſde Amba faſta Saia, è denda faſta la Torre.] A

COMMENTARII NOVI.

COnſentit Vaſæus in Chron. c. 20. his verb. *Oſſonoba Ciuitas erat in Regno Algarbiorum propè ciuitatem, quæ dicitur Phares à Mauris dicta Exaba: in locum* Epiſcopi *Oſſonobenſis ſucceſſit* Siluenſis. *Oſſonobenſis Vincentius interfuit Concilio Illiberitano.* GONZALEZ.

IX. Suceſſus Epiſcopus Eliocrocenſis.	IX. Succeſus Epiſcopus Eliocrotenſis.

B

QVæ fuerit olim ciuitas Eliocrotenſis, ſe ignorare ait Ambroſius Morales [m], nec in aliquo antiquorum ſcriptorum eius exſtare memoriam; ſed eſt in Antonini itineratio, quam diſtare ille refert viginti quinque millibus paſſuum à Carthagine Spartaria, itinere, quo Carthagine itur Caſtulonem: ea nunc Lorca dicitur, & Epiſcopo vacat. Adfuit cum Succeſſo Epiſcopo Liberalis presbyter de Eliocrota, vel Eliocca (vtrumque legitur) vt in illius ſubſcriptione dicemus.

[m] *Amb Morales hiſt. Hiſp. lib. 10. cap. 31.*

COMMENTARII NOVI.

ADſtipulatur Vaſæus in Chron. c. 20. vbi ait: *Eliocrotam reperio in Itinerario Antonini Pij, qui ponit eam viginti quinque millibus paſſuum à Carthagine Spartaria diſtantem itinere, quo à Carthagine itur in Caſtulonem, huius Epiſcopus Succeſſus interfuit Concilio Illiberitano* In aliis Conciliis nullam Eliocrotenſis Epiſcopi mentionem inuenio: forſan quia Eliocrota à Vandalis euerſa in Arotanenſem vrbẽ Cathedra tranſlata fuit, vt notauit eruditionis parens D. Laurent. Ramirez de Prado *in not. ad Luitpr. fol. 303. Viuar. in not. ad Flau. Dextr.* ann. 54. contendit Eliocrotam fuiſſe vbi nunc eſt *Valladolid*, ſed abſque ratione. GONZALEZ. C

X. Patricius Epiſcopus Malacitanus.	X. Patricius Epiſcopus Malacitanus.

D

MAlaca in Bætica, ſedes olim, & hodie ſubiecta Archiepiſcopo Hiſpalenſi: illius terminos poſuit diuiſio VVambæ. [Malaga (inquit) teneat de Data vſque Maleocam, & de Tenna vſque Sedes Campo.] Confinem Eccleſiæ Illiberritanæ ex Concilio Hiſpalenſi II. [n] liquet.

[n] *Concil. Hiſp. 2. can. 1.*

COMMENTARII NOVI.

PAtricium primum Epiſcopum Malacitanum, ex eis, quorum memoria extat interfuiſſe huic Concilio teſtantur Luidprand. *in aduerſ. c. 7. S. Patricius, qui celebratur 17. Calend. April. non fuit Epiſcopus Abernenſ. ſed Malacitanus, qui interfuit Concil. Illiberitano, poſt dum iret in Galliam, venit in Aberniam, & illic obiit.* Eutrandus *in fragment. num. 6.* & probant Viuar *ad Dextr. anno* 300. *Com. 1. num. 5.* P. Martin. de Roa *hiſtor. Malacit. c. 12. fol. 77.* Padilla *tom. 1. hiſt. Hiſp. cent. 4. c. 35.* Morales *lib. 10. hiſt. cap. 31.* Tamayo *tom. 2. Martyrol. die 16. Martij.* Sanctus iſte finito hoc Concilio in propriam ſedem repedauit, ſed propter huius Synodi cœtum furore accenſi Miniſtri Diocletiani, quærebant Epiſcopos, vt diuerſis cruciatibus affligerent aut ex Hiſpania exularẽt, quod vt agnouit Patricius non vt Agonem fugeret, ſed vt Dei placitum adimpleret migrauit in Gallias, vbi apud Abernos prædicator exiſtens miram apud omnes gloriam parauit; Vnde in Martyrol. Roman. & Gallican. crebra eius mentio fit. Malaca celebris in Hiſpania Bætica vrbs Epiſcopalis ad Mediterraneum mare ſita iam à primis Eccleſiæ temporibus Epiſcopali Cathedra decorata fuit, vt referunt P. Roa *vbi ſupra* Tamayo *d. die 17.* Aldẽrete *in origine linguæ lib. 3. c. 3.* GONZALEZ. E

XI. Oſius Epiſcopus Corduben-ſis.	XI. Oſius Epiſcopus Corduben-ſis.

COrduba Bæticæ Prouinciæ ciuitas ſitu nobilis, Senecæ, & Lucani ortu nobilior, Oſij tamen Epiſcopi natalibus, vita, dignitate, literis & auctoritate nobiliſſima: nomen

Digitized by Google

A nomen adhuc retinet. Olim Hiſpalenſis, hodie verò Toletanæ Eccleſiæ, ſuffraganea Interfuiſſe autem Oſium huic Concilio, præter conſtantem, & veram editorum codicum, & manuſcriptorum omnium fidem, apparet etiam ex Concilio Sardicenſi, in quo idem Oſius huius Concilij meminit, retulitque ſancitum à ſe, & reliquis patribus canonem XXI. vt proprio loco demonſtrabo. Qua ratione demiror Petrum Antonium Beuter [o] Doctorem Theologum, in conquirendis Hiſpanicis antiquitatibus, & conſcribenda rerum Aragoniæ & Valentiæ hiſtoria auctorem ſatis diligentem dixiſſe, Conſcium Oſij prædeceſſorem huic Concilio interfuiſſe, non Oſium; nominis forſan, ſeu vocis ſimilitudine, aut alicuius vetuſti manuſcripti vſquequaque vera lectione, vel notarum interpretatione deceptum: facilè enim vox Oſius, in Conſcius, potuit irrepere. Nam illud C. primum, nominis Epiſcopatus, non proprij ſignum erat, & ex poſteriore loco ad caput proprij nominis
B Oſij ab ignaro exſcriptore præfixum: à quo vir doctus Antonius Beuter ſuſcipere potuit erroris anſam; nam Conſcium Eccleſiæ Cordubenſi præfuiſſe ante Oſium, nuſquam reperio. Quinimo cùm in perſecutione Diocletiani, & Maximiani Oſius abfuerit à Corduba, relegatus paulò poſt finem huius Concilij: facile creditu non eſt, exulem, electum, & creatum fuiſſe Epiſcopum Eccleſiæ Cordubenſis: niſi quis illud conijcere velit, Oſij nomen appellatiuum eſſe, Conſcij verò proprium: quorum prius colligi videtur ex Theodoro Balſamone [p], qui facta mentione de Oſio, ſic ait: [Epiſcopus Cordubenſis, qui Oſius appellatus eſt propter virtutem, quæ illi inerat, &c.] Quod antea prædixiſſe videtur D. Athanaſius [q]. [De maximo autem (inquit) & grauiſſimæ ætatis viro, eodémque Confeſſore Oſio, qui verè Oſius eſt, id eſt ſanctus, ſuperfluum arbitror mentionem
C facere.] Quare D. Chryſoſtomus [r] agens de Eſſenis, eos à vitæ ſanctitate ſic nuncupatos, & Oſios etiam hac ipſa de cauſa aliquando dictos ſcribit. [Eſſeni (ait) qui etiam Oſij, ideſt, ſancti dicuntur, hoc enim vult nomen Eſſenorum à vitæ honeſtate.] Præter coniecturam hanc, quod certius affirmem, nihil habeo: ſicut nec in eo, quod refert ex Damaſo [s], vel Gratianus, vel Palea, illum videlicet fuiſſe filium Stephani ſubdiaconi. In duobus codicibus vetuſtis, quos habeo manuſcriptos, Oroſius legitur; quare ab vtriuſque me aſſenſu ſuſtineo. Illud tamen mihi de Oſio compertum eſt, & exploratum, præfuiſſe Eccleſiæ Cordubenſi ſexaginta, & eo amplius annos: id enim eruo ex epiſtola eiuſdem Oſij ad Conſtantium Imperatorem quam retulit Diuus Athanaſius [t] in altera, ad ſolitariam vitam agentes.
D [Ego (ait) confeſſionis munus expleui, primùm cum perſecutio moueretur ab auo tuo Maximiano: quòd ſi tu quoque perſecutionem moues, &c.] Si ergo à tempore perſecutionis Diocletiani, & Maximiani, quo (vt diximus) erat iam Epiſcopus Cordubenſis Oſius, ad illlud Conſtantij Imperatoris ſexaginta, & eo amplius anni effluxerant, vt ipſe & Diuus Athanaſius teſtantur, [tantis ac tantis ac talibus ſceleribus factis (ait Athanaſius loquens de Arianis) nihil omnino ſe adhuc feciſſe arbitrantur, quamdiu magnus ille Oſius eorum malitiam expertus non eſſet, nam in eum talem tantúmque virum ſuam rabiem protendere ſtuduerunt, neque quòd pater eſſet Epiſcoporum reuereri ſunt, neque quod Confeſſor erat, pudore moti ſunt, neque quòd ſexageſimum annum, & eo amplius à confeſſione agebat, reſpexerunt.] Conſequitur veri calculi ſupputatione non ſexaginta tantùm, ſed ſeptuaginta annis eiuſdem Eccleſiæ fuiſſe Epiſcopum: nam Concilium hoc, cui Oſius iam factus Epiſcopus Cordubenſis interfuit, ante illam perſecutionem tribus, aut
E quatuor annis habitum ſuperiùs oſtendi: ſi ergo ad ſexaginta adiiciamus quatuor, ſexaginta quatuor efficiemus. Vt omittamus tempus, quod ab Oſij electione, & conſecratione vſque ad hoc Concilium interfuit, non enim breue fuiſſe inde colligitur, quòd in ſubſcriptionibus, ſiue teſtimonio notarij inter poſtremos illum non retulit, ſed numero vndecimum, cùm decem & nouem fuerint: nec poſt epiſtolam ſcriptam, ſtatim è viuis Oſium ſublatum ſcimus. Quare ex his omnibus fit, ſeptuaginta annos, vel paulò minùs, ſi non amplius, Oſium Eccleſiæ Cordubenſi præfuiſſe. Vt hinc notare liceat, quàm olim vſitatæ & frequentes fuerint Epiſcoporum tranſlationes. Si in Oſio ætatis gratitas & maturitas: ad centum enim annos peruenifſe; & hæreticos eum maximis tunc viribus oppugnaſſe, teſtis eſt Diuus Athanaſius [u]: ſi morum integritas, ſi eximia diſciplinarum optimarum cognitio; ab eo enim formulam

[o] *Pet. Ant. Beut. 1. parte hiſt. Hiſp. cap. 25.*

[p] *Theod. Balſam. in principio Concilij Sardic.*

[q] *D. Athan. in apolog. de fuga.*

[r] *D. Chryſoſtomus Homil. 44. in Act.*

[s] *Ex Damaſ. Gratian. in C. Oſius Papa. 56. d.*

[t] *D. Athanaſius in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.*

fidei in Concilio Nicæno conceptam, idem Athanasius grauissimus, & oculatus testis adseuerat: si religionis studium, si Catholicæ confessionis gloria, cum maxima Constantini Imper. amicitia, & familiaritate coniuncta, postquàm tot Conciliis, & Generalibus, & Prouincialibus interfuit, & præfuit; efficere non potuerunt, vt ex Corduba ad Ecclesiam aliam ampliorem transferretur, quòd nulla publicæ vtilitatis ratio subesset: egregium profectò videtur, & præclarum ad imitationem religionis, & modestiæ Christianæ reliquis exemplum præbuisse, & summi erga sponsam Ecclesiam amoris, quam semel in fidem suam receptam coniunctissime ad extremum vsque vitæ spiritum retinuit. Et vt tam religiosum illud, priuatum tamen institutum, vberiori Ecclesiæ fructu, publica auctoritate fulciretur, in Concilio Sardicensi [x] Generali grauissimam in eos pœnam proposuit, qui auaritiæ, vel ambitioni inseruientes, ad ampliorem Episcopatus dignitatem aspirarent: eos enim nec laicam voluit communionem suscipere. Quòd si ad excusationem, literas alterius Ecclesiæ ipsos inuitantes exhiberent, quòd fraudis suspicione notarentur, nec in fine vitæ communionem debere suscipere proposuit: quod singulari totius Concilij [y] consensu decretum est.

Illud præterea ad eximiam Osij fidem, doctrinam & auctoritatem commendandam attinet, quòd legerim illum Latinè solùm scientem, Concilio Nicæno [z] Generali in Græcia habito, & ex Græcis Episcopis maiori ex parte coacto præsedisse, & per interpretem eius sententiam vniuerso Concilio expositam, vt in ipso refertur. [Sancta (ait) & magna, & Generalis Synodus in Nicæa congregatorum sanctorum Patrum nostrorum per beatum, & sanctum Episcopum Osium Cordubæ ciuitatis Hispaniæ Prouinciæ, locum tenentem Romani Episcopi, cum prædictis eiusdem sedis presbyteris, altero ipsum interpretante, dixit: Diuinitas non est vna persona, vt Iudæi opinantur, &c.] Quod alibi sæpe in eodem Concilio repetitum est. Audiebat ergo Concilium Nicænum Osij Episcopi Cordubensis sententiam Latinis verbis conceptam, per Victorem, aut Vincentium presbyterum Græcis interpretantem. Similique auctoritate præsedisse in Alexandrino, & Sardicensi, & interfuisse Gangrensi, existimarim. Nisi quis dicat, illum, vt Romani Pontificis Legatum, Romana lingua exprimere eiusdem sententiam voluisse: nam à Romanorum Pontificum Legatis in Synodis Græcis literas Pontificum non nisi Latinè, & ex scripto recitari consueuisse, manifestè apparet ex actis Concilij Ephesini.

Sed quia summam hanc Osij viuentis felicitatem, summa posteà viuentis morientisque infelicitate defloruisse, quinimo & euanuisse, sunt qui affirment; cuius sint hæc testimonia ponderis, accuratiori paulò diligentia expendamus. In primis se offert diuus Hilarius [a], qui miserè lapsum Osium in Concilio Sirmiensi docet, & illum nimium sepulchri sui amantem: quòd tormentis cæsus, Constantij Imperatoris, & Orientalium quorundam impietati consenserit. Hilario adstipulantur Socrates [b], Sozomenus [c], Nicephorus [d], Seuerus Sulpitius [e], & alij. Sed sponte ne, an coacta voluntate, Osius impietati Sirmiensi acquieuerit, non alios, quàm iam citatos auctores recitabo. Socrates enim sic ait: [Quoniam autem de Osio Cordubæ Episcopo, quòd animo inuito ad Concilium Sirmij habitum accesserit, mentionem fecimus, de hac re pauca iam dicemus. Quamquam iste paulò ante per fraudulentum Arianorum conatum erat in exilium missus; id temporis tamen studio, & labore Episcoporum, qui Sirmij conuenerant, factum est, vt Imperator illum accerseret, habens in animo, vel persuadendo, vel cogendo eum inducere, vt cum Episcopis ibi coactis consentiret. Nam si istud factum esset, illorum fides perillustri testimonio confirmata videretur: hac de causa inuitus (vt dixi) accessit ad Concilium, simulátque verò senex ille eorum fidei assentire abnuebat, plagæ illi erant inflictæ, membráque machinis distorta. Quapropter fidei formulis eo tempore editis, vi & necessitate compulsus consensit, subscripsitque.] Sozomenus. [Osius vero initio quidem istis consentire renuit, at pòst vi compulsus, & verberibus (vt fama est) licèt senex grauiter cæsus, consensit, eisdémque subscripsit.] Nicephorus autem. [Ex Occidente Valens Mursorum, & propter virtutem magnus Osius Cordubæ Hispaniæ vrbis Episcopus Confessor, & Nicænæ Synodi particeps, qui quidem, perinuitus tamen, Sirmij affuit; Arianorum enim dolo non dudum anteà in exilium pulsus, annitentibus eis qui Sirmium conuenerant, imperiali edicto reductus fuerat: sperauerant enim illi, si is suffragator eorum, siue persuasione, seu vi fieret, multum eum ad constituen

[x] *Conc. Sardicense can. 1.*

[y] *Idem Conc. can. 2.*

[z] *Concilium Nicænum in c. illo, quod inscribitur. Toes personas intelligere & credere indiuisè in vna diuinitate lib. 2. actis Concily Nicæni, apud Alfonsum Pisanum.*

[a] *D. Hilarius in libro de Synodis aduersus Arianos.*

[b] *Socrates lib. 2. hist. Eccles. c. 26.*

[c] *Sozomen. lib. 4. cap. 6.*

[d] *Niceph. lib. 9 c. 31.*

[e] *Seuerus Sulpitius lib. 2. hist. sacra & alij.*

Digitized by Google

A constituendum, stabiliendúmque dogma eorum momenti allaturum esse; vt qui spectatu fide testis, & veluti miraculum quoddam eius ætatis hominibus haberetur. Verùm vbi assentiri eis renuit, varios rursus contracto iam, extenuatóque grauiore ætate corpore, sustinuit cruciatus, adeò vt ad fidiculas, & verbera peruenerit: quibus ille coactus, tribus eorum formulis assensit & subscripsit.] Seuerus hæc. [Osium quoque ab Hispania in eandem perfidiam consensisse, opinio fuit; quod eò mirum, atque incredibile videtur, quia omni ferè ætatis suæ tempore, constantissimus nostrarum partium, & Nicæna Synodus illo auctore confecta habebatur: nisi fatiscente æuo (etenim maior centenario fuit, vt S Hilarius in Epistola refert) delirauerit.] Hæc ille. Quibus accedit D. Athanasius [f]. [Tantam vim intulit seni (de Constantio Ariano Osium cogente loquitur) quem Sirmij pro exilio detinebat, & ita eum arctè tenuit, vt afflictus attritúsque malis, tandem ægrè cum Vrsatio, & Valente communicaret.] Et alibi [g], [Et si Osius minis Constantij conterritus non videbatur Eusebianis contradicere, vis tamen illa, & Constantij Tyranni potestas, multæque contumeliæ, & interminationes satis ostendunt minimè eum in nostri condemnatione consensisse; sed senij imbecillitate imparem verberibus ad tempus cessisse.] In tam atroci igitur & sæua persecutionum tempestate, in tam longo annorum decursu, in tam prouecta, vel extrema potiùs iam ætate, vnicum Osij lapsum verberibus & fidiculis oppressi, non ne antiquæ Confessionis gloria, graues & religiosi pro fide & Ecclesia susceptí labores, eximia & diuturna vitæ innocentia, summa in afflictos omnes commiseratio, tot excellentium virtutum lumina, nouarum maiorum virtutum cumulo & accessione aucta, & cum his tandem humanæ naturæ imbecillitatis recordatio, apud æquos iudices poterunt deprecari? cùm statim resipuisse ab errore tradat Athanasius [h]; affirmans, eum ad tempus cessisse verberibus. Elapso igitur illo, ad antiquam religionem & constantiam reuertit. Quod apertiùs demonstrasse videtur idem Athanasius, cum impiam professionem Sirmiensem ab eisdem confestim auctoribus reuocatam, & edicto Imperatoris scribit vetitam: cui si placere tantopere Osio placuisset, eandem, quam paulò antea coactus defenderat hæresim, expugnare liberiam factus debuisset, vt Deo, & Imperatori morem debitum, & à se optatum gereret. Athanasius autem sic ait. [Hæc vbi misissent, denuò mutata sententia composuerunt eam fidem; quam, quia cum Consulibus edidissent, multo pudore & probro perfusi sunt, eiusque exemplaria curauêre, vt cum suo more sententiam mutassent, ab his qui eam tenebant, per notarium Martianum surriperetur, & persuaso Constantio, vt contra eam fidem edicta promulgaret, aliam rursus fidem constituunt, additis (vt quidem solent) quibusdam dictis.] Diuus Hilarius [i]. [Fefellerunt (inquit) ignorantem Regem vt illiusmodi perfidiæ fidem bellis occupatus exponeret, & credendi formam Ecclesiis nondum regeneratus imponeret, contradicentes Episcopos ad exilium coëgerunt: coëgerunt enim nos ad voluntatem exulandi, dum impietatis imponunt necessitatem. Sed exulemus semper, dum tamen incipiat verum prædicari, Domino enim gratias, quòd ignorationem per vos admonitus imperator agnouit, & errorem non suum, sed adstantium, per has fidei vestræ sententias recognouit, & se inuidia apud Deum, & homines, impiæ voluntatis exemit; cum legationem vestam, honorificè habens, falsitatem eorum, quorum auctoritate in inuidiam deducebatur, coacta à nobis ignorantiæ suæ professione, cognouit.]

Auget tamen vehementiùs suspicionem in Osium, quod de misero eius obitu refert Diuus Isidorus [k]. [Osius (ait) Cordubensis ciuitatis Episcopus, scripsit ad sororem suam de laude virginitatis epistolam, pulchro, ac diserto comptam eloquio. In Sardicensi etiam Concilio quàm plurimas ipse edidit sententias. Hic autem post longum senium vetustatis, accersitus à Constantio Principe, minisque perterritus; metuens, ne senex, & diues damnaretur, vel exilium pateretur, ilicò Arianæ impietati consensit: cuius quidem vitam, vt meruit, confestim crudelis exitus finiuit. Nam post impiam (vt ait quidam) Osij præuaricationem, dum sanctus Gregorius Eliberitanus Episcopus in Cordubensem vrbem, iuxta imperiale decretum, fuisset adductus, ac minimè vellet illi communicare, commotus Osius dixit Clementio Constantij præfecto Vicario, vt mitteret eum in exilium: at ille: Non audeo (inquit) Episcopum in exilium mittere, nisi priùs eum ab Episcopatu deieceris. Vt autem vidit sanctus Gregorius, quod Osius vellet dare sententiam, appellat Christum, totis fidei suæ visceribus exclamans: Christe Deus, qui iudicaturus es viuos & mortuos, non

[f] D. Athanas. in epist. ad solitariam vitam agentes.
[g] Idem in fine. 2. apolog.
[h] Idem Athanas. in lib. de Synodis Arimini, & Seleuciæ.
[i] D. Hilar. de Synod. contrà Arianos.
[k] D. Isidor. in principio libri de scriptoribus Eccles. in vita Osij.

patiaris hodie inhumanam proferri ſententiam aduersùs me minimum ſeruum tuum, qui pro fide nominis tui, vt reus aſſiſtens, ſpectaculum factus ſum: ſed tu ipſe, quæſo, in cauſa tua hodie iudica, ipſe ſententiam proferre dignare per vltionem. Non ego quaſi metuens de exilio fugere cupio; cùm mihi pro tuo nomine nullum ſupplicium graue ſit; ſed vt multi à præuaricationis errore liberentur; cùm præſentem viderint vltionem. His dictis ecce repentè Oſius reſidens, faſtu quaſi Regalis imperij, cùm ſententiam conaretur exprimere, os vertit, diſtorquens pariter & ceruicem, ac de ſeſſu in terram eliditur, atque ilicò expirauit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementius ille Gentilis expauit: & licèt eſſet iudex, tamen metuens, ne in ſe ſimile ſupplicium vindicaretur, proſtrauit ſe ad pedes ſancti viri, obſecrans, vt ſibi parceret, qui in eum diuina legis ignorantia peccaſſet; & non tam proprio arbitrio, quàm mandantis imperio. Inde eſt, quòd ſolus Gregorius ex numero vindicantium integram fidem, nec in fugam verſus eſt, nec paſſus eſt exilium. Vnuſquiſque enim timuit de illo vlteriùs iudicare.] At cùm D. Iſidori opera à Theodiſco Græco Hiſpalenſium Epiſcopo, qui Honorato poſt Iſidorum in eádem Eccleſia ſucceſſit, aſperſa mendaciunculis, & erroribus deprauata aſſerat Lucas Epiſcopus Tudenſis [1], vetuſtus rerum Hiſpanicarum ſcriptor, & ob eam cauſam Hiſpanicæ Eccleſiæ Primatiam (vt vocant) ex Hiſpali Toletum tranſlatam, Cyndaſuindo Rege procurante; nihil commoueri debemus, ſi hæc apocrypha, apud Iſidorum legamus: dum iuſta ſe offerat hæſitandi occaſio, an Iſidoro: an verò Theodiſco illa ſint tribuenda. Et Theodiſco quidem aſcribi poſſe, & debere arguunt vetuſti CC. MS. D. Iſidori, in quibus deſunt quæ de morte Oſij, & condemnatione Gregorij in vulgatis inſigni eiuſdem veteratoris fraude inſerta leguntur; ſolùm enim in illis memoratur, Oſium ſcripſiſſe ad ſororem ſuam de laudibus virginitatis epiſtolam pulchro ac diſerto coopertam eloquio, & de interpretatione veſtium ſacerdotalium veteris Teſtamenti, & in Sardicenſis Concilio plurimas edidiſſe ſententias: hæc enim vetuſtus Codex D. Iſidori, qui exſtat in Regio D. Laurentij cœnobio, refert de Oſio. [Oſius Cordubenſis Eccleſiæ, ciuitatis Hiſpaniarum, Epiſcopus, elequentiæ viribus ſatis exercitatus ſcripſit ad ſororem ſuam de laude virginitatis epiſtolam, pulchro ac diſerto coopertam eloquio: compoſuitque, & aliud opus de interpretatatione veſtium ſacerdotalium quæ ſunt in veteri Teſtamento, egregio quidem ſenſu, & ingenio elaboratum. In Sardicenſi etiam Concilio, quàm plurimas edidit ipſe ſententias. Hic autem poſt longum ſenium vetuſtatis, id eſt, poſt centeſimum primum annum, in ipſo etiam limine vitæ, à fidei limitibus ſubruens, ſerpentis iaculo concidit. Nam accerſitus à Conſtantio Principe, miniſque perterritus, metuens, ne ſenex & diues damna rerum, vel exilium pateretur, ilico Arianæ impietati conſenſit, & vocabulum Homouſion, quod ſimul cum Patribus ſanctis, cæteris Eccleſiis ſequendum tradiderat, arreptus impietatis furore damnauit; cuius quidem vitam, vt meruit, confeſtim exitus crudelis finiuit.]

[1] *Lucas Epiſcopus Tudenſis in hiſtoria Hiſpaniæ MS.*

Huic conſentiunt alij, in quibus etiam deſunt quæ de Oſio, & Gregorio Illiberritano impiè addidit Theodiſcus, & initio libri præfixit, vt faciliùs & breuiùs quæ de Oſio diuulgari volebat, fierent notiora: cum in exemplaribus manuſcriptis quinto loco, non primo, Oſij vita ab Iſidoro referatur. Sed concedamus interim commentum illud de miſero Oſij obitu à Theodiſco non additum, & ſuppoſitum, ſed verum eſſe & germanum Iſidori opus; inde tamen maius Oſio negotium non faceſſitur; cùm Iſidorus eam hiſtoriam, vel fabellam, nec confirmet, nec affirmet; ſed anonymo cuidam auctori acceptam referat: nam ſcribit (vt quidam ait) quod facere ſolent, qui vel citandos auctores contemnunt, vel qui res falſas, aut incertas minori periculo procedere volunt. Si ille enim, à quo narrationem Iſidorus accepit, eius fidei & auctoritatis fuiſſet, vt proprio nomine à tanto viro potuiſſet nuncupari; quorſum ea taciturnitas nominis, & ſilentium? cùm ad confirmandam antiquam vetuſtatis memoriam, exprimi neceſſariò explicarique debuiſſet. Nec his coniecturis ad ferendam in eum auctorem damnationis ſententiam eſt opus; cum certò ſciamus, eum quem tacitè citat Iſidorus, Marcellinum fuiſſe, ſchiſmaticum quendam Italiæ presbyterum, & Luciferiani erroris ſectatorem, qui vnà cum Fauſtino eiuſdem impietatis ſatellite opuſculum edidit, geſta continens Epiſcoporum, qui ad deſtructionem Homouſij Ariminum conuenerant, in quo hæc eadem de Oſio, quæ Iſidorus, & iiſdem

Digitized by Google

A iisdem verbis, nullo adiecto, vel detracto, continentur. Sed esto, sit Marcellinus schismaticus (diceret aliquis) sit Marcellinus hæreticus, sit apostata & infideli deterior, historiam suorum ferè temporum narranti, (vixit enim Imperio Theodosij, & Arcadij, quibus opusculum illud dicauit) nonne fides adhibenda est, vt Gelasius PP.[m] docet? [Nunquid nam (inquit) in ipsorum hæreticorum libris non multa, quæ ad veritatem pertineant, leguntur? nunquid nam veritas refutanda est, quia illorum libri (vbi prauitas inest) refutantur? aut ideò praui libri suscipiendi sunt eorum, quia veritas quæ in illis inserta est, non negatur? Ait Apostolus [n]: Omnia probate, quod bonum est tenete. Scimus Apostolum etiam de Paganorum libris aliqua posuisse: nunquid ideò etiam cuncta recipienda sunt, quæ cum his pariter sunt prolata?] Adhibendam igitur fidem hæretico vera narranti cum concessero, vera esse quæ Marcellinus narrauit, & æquius, & certiùs affirmabo, grauissimo inter alia D. Athanasij [o] adductus testimonio, qui Osium tradit, pari qua vixit in Concilio Nicæno, & Sardicensi, constantia, & religione obiisse, omniáque ad præclaram fidei confessionem, & detestationem Arianorum, præstitisse, quæ virum bonum, quæ Hispanum nobilem, quæ Christianum Catholicum, quæ fortem athletam, quæ præstantem Episcopum, quæ heroëm summum, ad consequendam summam æternitatis gloriam oportuit præstitisse. Hæc enim de Osio scribit ad solitariam vitam agentes. [Tantam vim intulit seni (Constantius nimirùm Osio) quem Sirmij pro exilio detinebat, & ita eum arctè tenuit, vt afflictus attritúsque malis, tandem ægréque cum Vrsatio, & Valente communicaret; sed tamen vt contra Athanasium non subscriberet. Verùm ne ita quidem eam rem pro leui habuit, moriturus enim, quasi in testamento suo eorum vim protestatus est; & Arianam hæresim condemnauit, vetuítque eam à quocumque probari ac recipi.] Athanasio subscripsit diuus Augustinus [p], nam centum ferè post Osij obitum annos, eum nuncupat Episcopum Catholicum, & ab obiecta quadam Parmeniani, & Donatistarum calumnia vindicat. (Quod enim (ait) de Osio dicunt Cordubensi quodam Catholico Episcopo, flagirandum est, vt probent, non solùm talem illum fuisse, qualem dicunt; sed quòd talis fuerit, manifestum illis fuisse, quibus eum communicare asserunt: hoc enim nisi probauerint, frustra dicunt se scisse qualis fuerit; quia nescientibus obesse non potuit, à quibus se isti innocentibus separando, propter ipsam separationis sacrilegam iniquitatem innocentes esse non possunt: hoc enim magis credibile est; si tamen Osius ab Hispanis damnatus, à Gallis est absolutus, sic fieri potuisse, vt falsis criminationibus Hispani circumuenti, & callida insidiarum fraude decepti, contra innocentem ferrent sententiam, & posteà pacificè in humilitate Christiana, cederent sententiæ collegarum, quibus illius innocentia comprobata est: ne peruicaci & animosa peruersitate priores suas sententias defendendo, in sacrilegium schismatis, quod omnia scelera supergraditur, cæcitate impietatis irruerent.] Si tam misera (vt illi obiicitur) Osius morte periisset: nec ab Augustino tam honorifica suæ innocentiæ defensione protegeretur; nec Athanasius tam acerrimus fuisset eius vitæ & mortis propugnator, patronus, & testis. Quibus etiam accedit Hilarius, dum loquens de Osio ait. [Sed de eo nihil queror, qui idcirco est reseruatus, ne iudicio humano ignoraretur qualis anteà vixisset.] Si Osius est reseruatus (post lapsum intelligo) vt non ignoraretur qualis anteà eius vitæ cursus fuisset; & hunc plenum laboribus pro fide & religione susceptis, innocentia & probitate asseuerant omnes, est certè consentaneum satis, quod scribit Hilarius, Osium post lapsum Sirmiensem diuina fuisse reseruatum prouidentia, vt peracta denuò eius erroris pœnitentia, par esset exitus Christiana felicitate, sanctiori vitæ, quam diu peregerat. Quod si Osij nomen (Græcè sanctum sonat) illi inditum est, ob virtutem & vitæ sanctitatem, qua semper excelluit, vt auctores sunt Theodorus Balsamon [q], & diuus Athanasius [r]: cur post infelicem exitum, & vitæ contempram abiectámque sanctitatem, illi præclarum sanctitatis nomen ereptum non est? Si à fide viuens moriénsque aberrauit, cur inter Episcopos optimè de fide merentes illum refert idem Athanasius [s]? vel eum planè in Catholicæ fidei vnitate vixisse fatendum est; vel tot vitos sanctissimos non leui culpa notandos; quòd eum & viuum & mortuum tam illustri semper laude decorarint. Vrgent & alia plura ad expugnandam Marcellini presbyteri narrationem, quod Cordubæ obiisse Osium dicat, cum affirmarit priùs à lapsu statim Sirmij crudeli exitu interiisse. Quî enim fieri potest, post lapsum statim Sirmiensem, Osium interiisse, si regrediendi in Hispaniam, si incolendi Cordubam, si differendi cum Gregorio, si reum agendi, si

[m] *Gelasius PP. 1. in tomo de vinculo anathematis.*

[n] *1. Thessal. 5. Act. 17.*

[o] *D. Athanas. in epist. ad solitariam vitam agentes.*

[p] *D. Aug. lib. contra epistolam Parmeniani cap. 4.*

[q] *Theodorus Balsa. ad Concilium Sardicense, can. 1.*

[r] *D. Athanasius in epistola ad solitariam vitam agentes.*

[s] *D. Athanas. orat. 1. contra Arianos.*

condemnandi ad extremum illum, & locum, & tempus, & facultatem concedat? A
vel me certè coniectura fallit vehementer, vel Osius Cordubæ nec obiit, nec in
Hispania, sed Sirmij, paulò post lapsum; vt ex his in quibus edita & exemplaria,
[r] *D. Athanas. dist. epist. ad solitar. vitam agent.* M S. consentiunt, colligitur; sed apertiùs multo ex diuo Athanasio [r], Osium nar-
rante Sirmiensem errorem statim retractasse, & velut postremis tabulis Apostoli-
cam, & sanctam Catholicæ fidei professionem obsignasse morientem, & omnibus
generaliter consuluisse, vt ab Arianorum impietate velut à contagiosa peste diffu-
gerent. Illod quoque Marcellini detegit commentum, quòd insimulet, Osium per
suasisse Clementio Constantij præfecto Vicario, vt Gregorium Episcopum Illiber-
itanum mitteret in exilium, quòd eiusdem Osij communionem recusasset: cur enim
credamus, eum qui in Concilio Sardicensi Episcoporum causas ad alios Episcopos
primùm, vel ad Tuam Sedem, grata & religiosa diui Petri Apostoli memoria (vt B
[u] *Osius in Concilio Sardicensi can 3.* ipse Osius [u] ait) deferendas, non vt monitor, sed vt auctor suasit, & sanxit, tam
breui temporis spatio nullis minis tormentis ve coactum, ad Vicarium præfectum
detulisse? aut cur Præfecto magis voluisse Osium deferre, quàm Constantio Impe-
ratori, cuius erat ille Vicarius, existimandum est? cum paulò antè, tempore quo
Constantius Imperator vim Episcopis adhibere cœpit, & exilij tædio ad suam con-
tendit sententiam pertrahere, sic Osium Imperatori doctè, piè & constanter scripsis-
se affirmet Athanasius [x]. [Ne te misceas Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere
[x] *Osij epistolam hanc ad Constantium Imp. refert diuus Athanas. in epist. ad solitariam vitam agentes.* præcipe, sed potiùs ea à nobis disce. Tibi Deus Imperium commisit, nobis quæ
sunt Ecclesiæ concredidit: & quamadmodum qui tuum Imperium malignis oculis
carpit, contradicit ordinationi diuinæ, ita & tu caue, ne quæ sunt Ecclesiæ ad te
trahens, magno crimini obnoxius fias.] Aut cur maiora & sanctiora clementiæ si-
gna, & benignitatis præfectum Vicarium Gregorio Episcopo præstitisse putemus,
[y] *D. Aug. contra epistolam Parme. cap 7.* quàm Osium Episcopum? cùm à D. Augustino [y] sit traditum, adeò eximiæ C
Osium fuisse pietatis, vt in improbissimos quosque leniorem ferri sententiam, à
Constantino sæpe postularit? aut quonam pacto, si causa erat de fide & communio-
ne inter Gregorium & Osium, potuit iure Osius, & auctoris, & rei, & iudicis su-
stinere personam? Et si Gregorius adeò sibi fauentem sentiebat Clementium, vt nisi
depositum ab Episcopis, non auderet Episcopum exilio multare, & depositionis pœ-
nam tam iniquo ferebat animo; cur Dei solius admirabilem prouidentiam requisi-
uit, non verò aliorum Episcoporum, vel Sedis Tuæ Apostolicæ iudicium? vt vel in
terposita hac iustissimæ dilationis mora, tam iusti iudicij calumniam & calamitatem,
sine noui miraculi expectatione depelleret? Quòd si tam mirabilis tandem, & mi-
serabilis Osio contigit interitus in Gregorij damnatione; cur rem tantam in vi-
[z] *D Hieron. lib. de script. Eccl. in vita Gregory Batica.* ta Gregorij omisit diuus Hieronymus [z]? & de Osio siluere reliqui Isidoro vetu-
stiores? D

Quod autem crudeli exitu illum vitam finisse, prodit idem Isidorus, ad gra-
ues profectò senectutis morbos, ad varios & maximos corporis cruciatus, quos ab
Arianis constantissimè passus est, & quorum cicatricibus & reliquiis purgauit, eluit
& lauit Osius præteriti lapsus sordes, & ad breue temporis spatium, intra quod po-
stea, eodem nimirum anno, Sirmij vita functus est, censeo referendum; non
autem ad repentinum illud (vt perhibent) corporis periculum, vel interitum, fu
turæ calamitatis æternæ graue præiudicium, quod in Hispania Osio accidisse ex con-
demnatione Gregorij narrat apud Isidorum ex Marcellino Theodiscus: & hoc tum
diuinæ sapientiæ & bonitatis laudem magis commendat; tum ad Athanasij, Hi-
larij, & Augustini sententiam Osium ab hæreticorum calumnia vindicantium ma-
gis accedit: quibus & ego lubentissimè acquiesco, quòd in re tam graui fas non sit
aliis auctoribus fidem haberi, quàm his, quorum est grauis & sancta apud viros E
graues & sanctos auctoritas. O quanto præclarius in multis hodie & semper age-
retur cum Ecclesia, si quod Solon olim in stabilienda, & capessenda Republica
apprimè conducere arbitrabatur, hoc ipsum Catholicæ Ecclesiæ Episcopi in vindi-
candis aliorum Episcoporum iniuriis exequerentur. Interrogatus enim, quanam ra-
tione nullum in sua Republica scelus perpetraretur; sapienter respondit. [Si tam
indignarentur illi quibus facta non est, quàm quibus facta est iniuria.] quod in
pia hac Osij causa, non solùm Tibi Pontifici Sanctissimo, & Sanctorum amantissi-
mo, sed & omnibus qui aliquem pietatis & religionis gustum habent, probatum
iri summa Dei benignitate confido; vt habeat posthac Hispania ciuem, Valerius
comitem, Ecclesia Episcopum, Roma Legatum, Concilia Præsidem, & religio
nostra

A noſtra Confeſſorem ſanctum, ab impoſita calumnia vindicatum, & falſi criminis nota liberum.

Illud ad extremum, obſeruatione hîc cenſeo dignum: quod ad cauſam huius Concilij attinet, nihil intereſſe, an beata Oſius, an miſera morte interierit: cum ſeptuaginta antea annos, & eo amplius, ſpectata virtute, ſingulari innocentia, recta & præſtanti fide, huic & aliis Conciliis interfuerit. Quòd ſi rectum vitæ curſum extremo ſpiritu detorſit, nihil cauſa poſterior, etiam deterrima, Catholicæ nocebit priori: alioquin verò, ſi ex miſera hac (quæ Oſio impingitur) impiæ mortis atrocitate, pars aliqua vel ſuſpicio eiuſdem infelicitatis Concilio huic tot annis anteà peracto iniicienda eſt; eandem & in Nicænum, Sardicenſe, Arelatenſe, Alexandrinum, Gangrenſe, & alia quibus interfuit, vel præfuit, conferri oportebit: quod in nullius ſani mentem cadere poteſt.

B

COMMENTARII NOVI.

INter alios hoc nomine celebres diuerſarum Eccleſiarum Epiſcopos huic Synodo interfuit Oſius Epiſcopus Cordubenſis, qui Diocletiani perſecutione vrgente vexillum confeſſionis aduerſus impietatem erexit. Quamobrem à Patribus Magnus Oſius Confeſſor eſt appellatus. Coram Præſide ſe fidem Chriſti confeſſum eſſe, ipſemet in litteris, quas ad Conſtantium Imperator ſcripſit, teſtatur his verbis: *Ego confeſſionis munus expleui, primum cum perſecutio moueretur ab auo tuo Maximiano, &c.* recitantur à S. Athanaſio in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes: qui & paulò ſuperius de eodem Oſio aduerſus Arianos hæc ait: *Neque quod Pater eſſet Epiſcoporum, reueriti ſunt, neque quod confeſſor erat, pudore confuſi ſunt; neque quod ſexageſimum annum à confeſſione, & eo amplius agebat reſpexerunt.* Fuctus multis Pontificis legationibus qui Conciliis interfuerat, fidem & Eccleſiam contra hæreticos, & Schiſmaticos defenderat, per Conſtantium Imperatorem vi coactus contra Athanaſium ſubſcripſit: *vir ætate prægrandi, & corpore imbecillo*, verùm ipſius Athanaſij teſtimonio ſtatim reſipuit, quod igitur hic Garcias Loaiſa ex Nicephor. & Iſidor. notat eum fine infelicem fuiſſe, commentitium eſſe, pulchrè tradit Baron. *anno Chriſt. 357. num. 30. & ſeqq.* VINNIVS.

C

D

Oſius, ſeu Hoſius natione Hiſpanus patria Cordubenſis re, & nomine ſanctus, vt aiunt Photius in excerpt. in actibus Alexandri ibi: *Quibus auditis Conſtantinus miſit Alexandriam Hoſium nomine, & re ſanctum quem Hiſpania ciuitas Corduba Epiſcopum habebat.* Quanta paſſus fuerit pro fidei confeſſione refert Athanaſius in Apolog. de fuga ſua: *nam de magno, & graniſſimo ætatis viro, eodemque confeſſore Hoſio, qui verè Hoſius eſt, ideſt Sanctus, ſuperfluum arbitror mentionem facere, cum nullus fortaſsè ſit, qui cognitum non habeat eum ab iſtis quoque in exilium miſſum eſſe, non enim quidquam latere poteſt in viro illo tantæ claritudinis: in qua enim Synodo ille non dux, & anteſignanus fuit, quem non ille recta ducendo in ſententiam ſuam pertraxit?* Theodoret. lib. 2. hiſt. cap. 5. *num de magno, & venerabili Sene, Confeſſore, verè Hoſio, quid ego dicam? neminem enim huius exilij ignarum eſſe arbitror, cum non modo non obſcurus, ſed potius celeberrimus eſſet: PP. Concilij Nicæni lib. 2. de eo quod poſſit tres perſonas intelligere ſancta, & magna, & generalis Synodus in Nicæa congregata-*

E

rum ſanctorum Patrum noſtrorum, qui beatum & ſanctum Epiſcopum Hoſium Cordubæ ciuitatis Hiſpaniæ Prouinciæ locum tenentem R. Epiſcopi. Præfuit ipſi Concilio Nicæno, & poſtea Sardicenſi. S. Athanaſ. Apolog. 2. ad Solitar. *Sancta Synodus Sardicenſis, cuius Princeps, & Patronus erat magnus Hoſius.* Illi direxit Conſtantinus celebrem illam conſtitutionem, quæ extat in *l. vnic. C. Theodoſ. de his qui in Eccleſ. manumit.* relata in *l. 2. C. Iuſtin. eod. tit.* Sed poſteà Conſtantinus magni Conſtantini filius hæreſis Arianæ propugnator exulare iuſſit omnes Epiſcopos, qui in condemnationem Athanaſij non ſubſcriberent. Vnde Liberius tunc R. P. ſcripſit quibuſdam Epiſcopis, & Hoſio noſtro in hæc verba: *Quia in nullo conſcientiam tuam debeo præterire multi ex Italia Epiſcopi conuenerunt, qui mecum religioſiſſimum Imperatorem Conſtantium fuerant deprecati, vt iuberet, ſicut ipſi placuerat, dudum Concilium Aquileienſe celebrari, Vincentium Capuenſem cum Marcello aquè ex Campania Epiſcopo legationem noſtram ſuſcepiſſe Sanctitati tuæ inſinuo,* &c. refert Baronius *tom. 3. annal. anno 353.* Sed ingruente ipſa perſecutione Imperator accerſit Hoſium, illumque per integrum annum Sirmij detinuit, ac tandem in Conciliabulo Sirmienſi vi compulſus, & verberibus licet ſenex grauiter cæſus, conſenſit perfidiæ hæreticorum, vt teſtantur Athanaſ. Socrat. Sozomenus, & Nicephor. relati à *Mendoza* in præſenti: ſed non ſtatim repentè ore retorto diuinam vltionem expertus fuit, vt impoſtores fabulæ volunt; ſed poſteà anno 360. ſanctè, piéque deceſſit abiurata, & anathematizata hæreſi Ariana, vt referunt D. Athanaſ. d. epiſt. ad ſolit. his verbis: *moritur, quaſi in teſtamento ſuo eorum vim (Scilicet Arimini) ſibi à miniſtris Imperatoris factam proteſtatus eſt, & Arianam hæreſim condemnauit, anathematizauit, vetuitque eam à quoquam probari, ac recipi.* Flauius Dexter in chron. anno 360. illic: *Hoſius centenario maior longè ſanctè piéque decedit, in ſuoque teſtamento profitetur fidem Concilij Nicæni, docéque nunquàm propoſitum fuiſſe, vel latum, quod aiunt, vnquem ab eo diſcedere, nec minis, nec pollicitationibus;* & S. Hoſij feſtum celebrat Eccleſia Syriæ die 5. Nouemb in cuius Kalendario ita legitur: *hodie Hoſij feſtum ſolempe:* teſtatúrque Archiepiſcopus Damaſcenus relatus à Viuario ad Flau. Dextr. d. anno 360. *num. 2.* plures eſſe in Oriente Eccleſias huic

Sancto dicatus. Alia plura pro vindicando magno Hosio à calumnia Marcellini congessit Baronius anno 336. Morinus lib. 1 exercit. cap. 10. Coquæus in Marianum fol. 163. Antonius de Morales tom. 1. histor. Hispan. Alderetus in antiquitat. Hispan. 2. Raynaldus de calumnia fol. 2. scrip. 5. a. 28. Vinius de dignitat. Reg. Hisp. c. 7. num. 20. GONZALEZ.

A

XII. Camerinus Episcopus Tuccitanus.

XII. Camerinus Episcopus Tuccitanus.

IN aliis CC. MS. Camerinus IV. loco subscripsit, non duodecimo. Tuccæ & Tucci meminit Plinius [b]. Primam in Africa constituit: alteram verò quam coloniam nuncupat, Bæticæ Provinciæ adscripsit, addens cognominatam Augustam Gemellam, & ad conventum pertinere Astigitanum. In divisione VVambæ, vt Astigitanus, sic & Tuccitanus Episcopus Archiepiscopo Hispalensi subiicitur. Terminos Tucci posuit ille. [Tucci (inquit) tenent de Mala Saya, vsque Balagar, de Igera vsque Castonam.] Quærunt olim fuerit, ignorari nunc, ait Vasæus, sed obtinuit inter eruditos, eam esse, quæ Martos hodie vocatur, fuisse confinem Agabrensi intelligitur, quod divisio VVambæ terminos Agabrensis, vsque ad Malam Sayam extenderit, à qua initiũ habuit Tuccitani. Nullum Hispano idiomate nomen speciale huius Tuccitani Episcopatus expressit Rex Alfonsus X. in historia generali Hispaniæ. Cùm enim divisionem Constantini Imperatoris refert [c]. Tuilla (inquit) tierra de Tanger, la de Aquenmar, que tiene fasta Cadiz, que hũ agora nombre Algezira, & otra de allende. [Cùm autem de divisione VVambæ loqueretur, & de subiectis Archiepiscopo Hispalensi, postremo loco ait. [El Obispado de Tuad tenga desde Mala Saxa, fasta Balagis, & de Aguera fasta Cazlona, & desde hu fasta Certama.] Leo à Gemella presbyter interfuit huic Concilio, vt comes Camerini. Hodie Tucci Episcopo vacat.

B

C

COMMENTARII NOVI.

HIc S. Camerinus Episcopus Tuccitanus, qui interfuit huic Concilio fuit electus fuit in locum Melanij Præsulis Toletani, vt refert *Isidorus in chron. anno* 306. & probant Ruspuerta in *hist. Genesis 1. p. sæcul. 4. c. 2. num. 1.* Quintana Dueñ. *in hist. SS. Tolet. sæcul. 4. pag. 234.* D. Petus Roias Comes Mentesis *hist. Tolet. 1 p. lib. 6. c. 19. §. sic fol. 321.* hinc ipsum Melanij coætaneus, vt tradunt Luidprandus *in adversum num. 157* Martinus, vel *Camerinus Episcopus Tuccitanus, qui interfuit Concilio Illiberitano anno CCC. tempore persecutionis, Melanij Confessoris, & Natalis successoris Coëpiscopus fuit. Dicitur à quibusdam interfuisse Conciliis, & ad hunc scripsisse sanctum Pontificem Melchiadem.* Entrandus in *fragment. num. 139.* Tamayo *in Martyr. die 22. Augusti.* præfuit etiam Concilio Tolet. celebrato anno 313. & Arelat. anno 314. Interfuitque Concilio R. à beato Silvestro Romæ celebrato anno 325. vt referunt Entrandus vbi *supra num. 16. & 142.* Iulian. *in adversum 28. & 129. & in chron. ante Christ. 323. num. 48.* Tandem Sardiniæ coronam Martyrij adeptus fuit, vt refert Tamayo *d. die 22. Augusti num. 1.* cui tamen Tucitanæ ciuitati præfuisset, ambigitur, cùm duas huius nominis reperiamus in Bætica, alia dicta Tuccitanus, alia Augusta Gemella, Tucciacem iuxta sententiam R. Caro *lib. 3. antiquit. Hispal. c. 19.* est ciuitas hodie dicta *Tezira*, de qua Flor. Dexter. *in chron. anno 308.* vbi inquit: *Tucci in Hispania Bætica, quæ & Turissa nunc dicitur, sanctis Martyres Theodorus, Oceanus, Apellius, Lucas, & Clemens*; vel vt vult Ruspuerta *sæcul. 4. c. 9. num. 2.* motus authoritate Isidori Pacensis *in adversum num. 169.* est vbi quæ nunc dicitur *Alcalà la Real.* Tucci verò hinc Augusta Gemella dicta hodie appellatur *Martos*, vt probant *R. Caro d. c. 10.* Ruspuerta *sæcul. 2. cap. 1. num. 9. & sæcul. 4. c. 1. num. 4.* de ea veteres inscriptionis, quæ adhuc in lapide legitur apud Castulonem, refert Gruterus *fol. 325. num. 3.* in hunc modum.

D

VALERIÆ. CIPATINÆ.
TVCCITANÆ. SACR.
COLONIÆ. PATRICIÆ
FLAMINICÆ
COLONIÆ. AVG. GEMELLÆ
TVCCITANÆ FLAMINICÆ
SIVE. SACERDOTI. MVNICIPII
CASTVLONENSIS:
GONZALEZ.

E

XIII. Secundinus Episcopus Catraleucensis.

XIII. Secundinus Episcopus Castulonensis.

IN C. Hispalensi regio Secundinus, VI. loco; non XIII. subscripsit. Quod ad vrbem attinet, Plinius & Pomponius nullam huius nominis referunt: solus Ptolemæus Catraleu

A Catraleucos constituit in Lusitania Celtica, non procul ab Arcobrica, & ab ea quæ Turres Albæ dicitur: tenue oppidum fuisse videri potest, quòd illud omiserint reliqui Geographi. In vetustis exemplaribus MS. non Catraleucensem, sed Castulonensem lego: in Hispalensi regio, Castolensis; sed Castulonensis, restituendum est: nam inscriptionibus presbyterorum reperio Turtinum à Castulone, quem Secundini comitem fuisse intelligo. Castulonenses ad Coloniam Salarienſem spectare dixit Plinius [c], appellatósque tunc Cæsari Venales. Castulonem autem fuisse non procul ab Illiturgi Bætica, ex Liuio [d] apparet, narrante, Scipionem ab Illiturgi expugnata; statim Castulonem petiisse, & Cerdubello proditionis auctore, proditione cepisse. Fuit Castulo antiquissima Hispaniæ vrbs, à Phœnicibus Græcis Beotiæ, non Ioniis, primùm condita, à quibus ob fontem Castalium, eximiæ apud B eos celebritatis in Monte Parnasso, Castulonis nomen inditum Silius Italicus [e] auctor est. Fuit situ, ædificiorum magnitudine, argenti fodinis, ciuium frequentia illustris, qua ratione eam ad promulgationem Euangelij, maiores nostri elegerunt, & in ea Episcopi Cathedram collocarunt. Ab Arabibus posteà euersa est, in generali Hispaniæ expugnatione: vestigia quædam adhuc exstant in ea, quæ nunc Cazlona la vieja dicitur, ab oppido de Linares in Bætica tribus milliaribus distans: nouem verò ab vrbe Baëza: ideóque illam cum Castulone eandem esse putarim.

[c] *Plin. lib. 3. c. 3.*
[d] *Liu. lib. 28.*
[e] *Silius Italicus lib. 3.*

Adducor præterea Secundinum hunc Episcopum fuisse Castulonensem, quòd Annianus posteà Episcopus Castulonensis Secundini successor Concilio Sardicensi subscripserit. Paruisse olim Castulonensem Episcopum Toletano, ab eodem Rasi Arabe, & VVamba Rege memoriæ proditum est.

C

COMMENTARII NOVI.

IN Hispania duplex reperitur ciuitas Episcopalis Castulonensis; alia in Prouincia Tarraconensi ad radices Pyrænei sita, quæ hodie dicitur *Castel de Empuris*: cuius duplex inscriptio reperitur in cœnobio fratrum S. Francisci eiusdem oppidi *Castel de Empuris*, prima aræ signum ferens ita visitur.

G E N. : : :
C A S T V L I. : : : : : : :
P R O S A L V: : : : :
P. C. L Æ L I: :.
L F. C E M: : : : :
V. L. S.

Alia sepulchri formam seruans ita legitur.

D. M. S.
L. TVSCVS CAST: : : :
GN. F. OPT.
AN. XXX. H. S: : : : : :
IVLIA FELIS.
SOROR. F. C. S. T. T.

Alia Castulonensis Ciuitas hodie dicta *Cadz lona* in confinio Bæticæ: vtriusque meminit Luidprand. *in aduers. num. 80. Duplex Castulo, alterum dictum Castulum, ambo sedes Episcopales*: probant latè Hieronymus Pujades *in hist. Catal. lib. 3. cap. 57.* Portocarrero *in histor. Molinæ cap. 3. per totum*, & in Conciliis Toletanis, vbi ambo intererant, alter subscribebat sub nomine Castulonensis; alius verò sub titulo Castellonensis: idem Luidprand. *num. 58.* ibi: *Castellanus in Castellanis Castellum caput fuit, quam vrbem Mauri vocant Sefelu. In tertio Toletano Concilio confirmat Froiselus Episcopus Castellanus, aliud ab Episcopo Castulonensi, qui ibi confirmat*: de Castulonensi Ciuitate plura cumulat *Tamayo in Martyrol. die sexto, Februar. tom. 1.* Secundinus, qui huic Concilio subscripsit, Episcopus erat Castulonensis ciuitatis Bæticæ, GONZALEZ.

XIV. Flauius Episcopus Eliberinus. | XIV. Flauius Episcopus Illiberitanus.

E

VEtusti CC. MS. alij Flauianum, alij Flauinum; sed malo Flauium legi. Eliberinum alij Eliberritanum; vtrumque Gothicè magis, quam Latinè: eorum enim idiomate & literis, huius Concilij decreta exscripta sunt. Pari forma Spalensis pro Hispalensis, Elborensis pro Eborensis, Emeretensis pro Emeritensis, eiusdem gentis more. Non desunt tamen alij antiquiores, in quibus Illiberinus, & Illiberritanus Episcopus dicitur. In Lucensi & Hispalensi IV. loco subscripsit, non XIV. Vrbs est Illiberris à tempore ipso Apostolorum Catholicæ religionis doctrina, & Episcopatus dignitate à D. Petro, siue eius discipulo sancto Cæcilio primo vrbis Episcopo nobilitata. Vt hinc etiam obserues, quàm altæ fidei radices actæ, quamque antiqua & firmissima religionis fundamenta in Ecclesia hac diuinitus iacta sint.

Nec

Digitized by Google

Nec eſt probabile Flauium Epiſcopum ſupremum ciuitatis honorem, Cæcilij munus & dignitatem feliciter omnium que conſenſu obtinuiſſe; diuinam autem fidem, Catholicam religionem, Romanam & Apoſtolicam doctrinam, tam recenti & illuſtri Cæcilij exemplo, pietate & ſanctitate confirmatam, à ciuitate, à prouincia & regno impiè & infeliciter ſuſtuliſſe. Si memoria præſertim repetamus priſcum Eccleſiæ morem, quo receptum fuit, vt quoties de dogmatibus Eccleſiæ, vel de librorum auctoritate, vel de quolibet ritu, aut traditione controuerſia oriretur; ad iudicium earum Eccleſiarum, quas viua voce, vel Epiſtolis, vel miſſis diſcipulis Apoſtoli, ſed Petrus præſertim inſtituiſſet, & Romanam in primis cæterarum matricem, & caput, tanquam ad veriſſimum Spiritus ſancti oraculum, à quo Apoſtoli, & ab Apoſtolis illæ perceperant, confugeretur; & grauiſſimo earum teſtimonio, & auctoritate impiæ, ac nefariæ vocum nouitates in ipſo ortu opprimerentur. Diuus Irenæus [f] aduerſus Gnoſticos [Traditionem itaque (ait) Apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam, in omni Eccleſia adeſt perſpicere omnibus qui vera vellent audire, & habemus annumerare eos, qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſiis, & ſucceſſores eorum vſque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognouerunt, quale ab eis deliratur. Etenim ſi recondita myſteria ſciſſent Apoſtoli, quæ ſeorſim & latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maximè traderent ea, quibus etiam ipſas Eccleſias committebant. Valdè enim perfectos, & irreprehenſibiles in omnibus eos volebant eſſe, quos & ſucceſſores relinquebant, ſuum ipſorum locum magiſterij tradentes, quibus emendatè agentibus, fieret magna vtilitas, lapſis autem ſumma calamitas.] Ex mox [g]. [Quid enim, & quibus de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nonne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, in quibus Apoſtoli conuerſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certum, & re liquidum eſt? Quid autem ſi neque Apoſtoli quidem Scripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ordinem ſequi traditionis quam tradiderunt his, quibus committebant Eccleſias?] Et ad Florinum ſcribens. [Iſta dogmata (ait) Florine, vt tecum agam humaniùs, ſanæ doctrinæ & ſententiæ non ſunt. Iſta dogmata ſunt Eccleſiæ repugnantia, vtpote quæ eos, qui illis obſequuntur, in maximam impietatem reiiciant. Iſta dogmata presbyteri, qui ante nos fuerunt, qui erant ipſorum Apoſtolorum diſcipuli, minimè tibi tradiderunt.] Tertullianus [h]. [Quamdiu in terris agebat (loquitur de Chriſto) ipſe pronunciabat, ſiue populo palàm, ſiue diſcentibus ſeorſum. Ex quibus duodecim præcipuos lateri ſuo adlegerat deſtinatos Nationibus magiſtros. Itaque vno eorum decuſſo, reliquos vndecim regrediens ad Patrem poſt reſurrectionem, iuſſit ire, & docere nationes, tinguendas in Patrem, & in Filium, & in Spiritum ſanctum [i]. Statim igitur Apoſtoli (quos hæc appellatio Miſſos interpretatur) aſſumpto per ſortem duodecimo Matthia in locum Iudæ, ex auctoritate prophetiæ, quæ eſt in Pſalmo Dauid [k], conſequuti promiſſam vim Spiritus ſancti, ad virtutes & eloquium, primò per Iudæam conteſtata fide in Ieſum Chriſtum, & Eccleſiis inſtitutis, dehinc in orbem profecti, eandem doctrinam eiuſdem fidei Nationibus promulgauerunt; & proinde Eccleſias apud vnanquamque ciuitatem condiderunt; à quibus traducem fidei & ſemina doctrinæ, cæteræ exinde Eccleſiæ fiant. Ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, vt ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum. Omne genus ad originem ſuam cenſeatur neceſſe eſt.] Et poſt alia [l]. [Ita ex ipſo ordine (ait) manifeſtatur eſſe Dominicum & verum, quod ſit prius traditum: id autem extraneum & falſum, quòd ſit poſterùs immiſſum. Ea ſententia manebit aduerſus poſteriores quaſque hæreſes, quibus nulla conſtantia de conſcientia competit ad defendendam ſibi veritatem. Cæterùm ſi quæ audent interſerere ſe ætati Apoſtolicæ, vt ideò videantur ab Apoſtolis traditæ, quia ſub Apoſtolis fuerunt; poſſumus dicere: Edant ergo origines Eccleſiarum ſuarum: euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus, aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui cum Apoſtolis perſeuerauerint, habuerit auctorem, & anteceſſorem. Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt: ſicut Smyrnæorum Eccleſia habens Polycarpum à Ioanne conlocatum refert; ſicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit; proinde vtique, & cæteræ exhibent, quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos Apoſtolici ſeminis traduces habeant. Confingant tale aliquid hæretici. Quid enim illis poſt blaſphemiam inlicitum eſt? Sed etſi confinxerint, nihil promouebunt. Ipſa enim doctrina eorum cum Apoſtolica comparata, ex deuerſitate & contrarietate

[f] *D. Irenæus lib 3. aduerſus hæreſes. cap 3.*

[g] *Idem c. 4.*

Hanc Irenæi epiſtolam ad Florinum Euſebius refert lib. 5. c. 19. hiſt. Eccleſ.

[h] *Tertull. de præſcript. c. 20.*

[i] *Matth. 10. Matth. 27. Matth. 28. Act. 1.*

[k] *Pſalm. 108. Act. 2. Act 8. 9 11. Act. 13. Act. 14.*

[l] *Tertul. de præſ. c 31. & 36.*

A contrarietate ſua pronuntiabit, neque Apoſtoli alicuius auctoris eſſe, neque Apoſtolici; quia ſicut Apoſtoli non diuerſa inter ſe docuiſſent; ita & Apoſtolici non contraria Apoſtolis ediduiſſent, niſi illi qui ab Apoſtolis deſciuerunt; & aliter prædicauerunt. Ad hanc itaque formam prouocabuntur ab illis Eccleſiis, quæ licet nullum ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis auctorem ſuum proferant, vt multo poſteriores, quæ denique quotidie inſtituuntur: tamen in eâdem fide conſpirantes, non minùs Apoſtolicæ deputantur pro conſanguinitate doctrinæ.] Id ipſum docuit & confirmauit aduerſus Marcionem [m]. [In ſumma (inquit) ſi conſtat, id verius quod prius; id prius, quod eſt ab initio; ab initio, quod ab Apoſtolis; pariter vtique conſtabit, id eſſe ab Apoſtolis traditum, quod apud Eccleſias Apoſtolorum fuerit ſacroſanctum. Videamus quod lac à Paulo Corinthij hauſerint; ad quam regulam Galatæ ſint recorrecti: quid legant Philippenſes, Theſſalonicenſes, Epheſij, quid etiam Romani de proximo ſonent, quibus Euangelium, & Petrus, & Paulus ſanguine quoque ſuo ſignatum reliquerunt. Habemus & Ioannis alumnas Eccleſias. Nam etſi Apocalypſim eius Marcion reſpuit, ordo tamen Epiſcoporum ad originem recenſus, in Ioannem ſtabit auctorem. Sic & cæterarum generoſitas recognoſcitur. Dico itaque apud illas, nec ſolas ſum Apoſtolicas, ſed apud vniuerſas, quæ illis de ſocietate ſacramenti confœderantur, id Euangelium Lucæ ab initio editionis ſuæ ſtare, quod cùm maximè tuemur.] Quinimò ſi de librorum diuinorum auctoritate eſſet controuerſia, hoc eſt, ſi de libro hoc, vel illo, an ſacer eſſet & canonicus, orta eſſet diſceptatio, vt de quibuſdam olim hæſitauerunt nonnulli, conſilium Auguſtinus [n] dedit, vt Eccleſias Catholicas conſulamus, eas nimirum, quæ Catholicam fidem & vnitatem conſtanter retinerent, non verò eas, quæ aliqua hæreſum ſuſpicione damnatæ eſſent vel notatæ: quòd ſi nec in his Catholicæ omnes conſentirent, plurimarum Catholicarum conſenſum probari voluit; inter pares verò, earum iudicium ſequi mandauit, quæ inter Catholicas eſſent Apoſtolicæ. Inter eas autem cum Eccleſia Romana principatum teneat, & Apoſtolicæ nomine per antonomaſiam iure, & meritò intelligatur: tum, quòd Apoſtolorum Princeps Petrus illam fundarit, rexerit, & glorioſo martyrio cohoneſtauerit; tum ob certam Chriſti pollicitationem, à quo illi dictum eſt. Ego pro te orani, Petre, vt non deficiat fides tua; qua munita & ornata diuinitus, nullo errore fallit, aut fallitur, illi in dubiis Catholicæ fidei cauſis, iudicium primum deferendum eſt: poſt eam verò, reliquis Apoſtolicis Eccleſiis ſua, vt Auguſtinus docet, auctoritas eſt tribuenda, nec temerè iudicandum falſum, vanum, & irritum earum eſſe iudicium. Cùm doctrina igitur huius Concilij Apoſtolicæ Eccleſiæ Illiberritanæ fide comprobetur (vt de Romana præſertim, & eius Legatis interim taceamus) & aliarum quatuor Apoſtolicarum Eccleſiarum grauiſſima auctoritate fulciatur (interfuerunt enim illi (vt cernimus) diuus Valerius Epiſcopus Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, inſtitutæ à Iacobo: Felix Accitanæ, à Torcato D. Petri diſcipulo: Melanthius Toletanæ, ab Eugenio: Quinitianus Eborenſis, à B. Mantio, non Apoſtolorum, ſed ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti diſcipulo) quis tam expers pietatis affirmare audebit Eccleſias tot ſanctas, ſanctorum patrum aut auorum præcepta, tam recenti memoria tradita non agnouiſſe; vel ſi agnouerunt, quod multò eſſet deterius, nefario ſcelere, & inſigni impietate neglexiſſe, violaſſe, conculcaſſe? Huius Flauij Epiſcopi Illiberritani admirabilis tum religio, tum prudentia, in eo potiſſimùm illuxit, quòd cùm in ciuitate celeberrima ſummum ei negotium eſſet in continendis in religione & officio ciuium animis, nimium ad idolorum cultum propenſis; ita tamen ſe geſſerit, vt non minorem in eis euertendis laudem videri poſſit conſequutus, quàm multi alij in ſubeundo martyrio gloriam: vt qui omnem operam primò ad emolliendam ciuium duritiem conferret: quo ſimulachra poſteà demoliri poſſet commodiùs. Eius enim conſilio & opera non ambigo, quin dum Concilij huius ſanctionibus [o] morem gereret, omnia aut pleràque Illiberritanæ vrbis idolorum ſimulachra euerſa, atque proſtrata ſint; quorum nonnulla ſuperioribus annis terra obruta eruêre Granatenſes, Apollinis vnum cum muſico inſtrumento, alterum Veneris, cui ad latus Cupido; tertium Liberi Patris cum Satyro vtre vinario incubante; poſtremum, vt creditur, Æſculapij, omnia miro elaborata artificio, quæ ſummo in pretio habita ad tantæ veteſtatis memoriam in regia eiuſdem vrbis aſſeruantur.

Huic Flauio ſucceſſit Diuus Gregorius, quem à Clementio Conſtantij præfecto Vicario,

[m] *Idē lib. 4. aduerſus Marcionem c. 5.*

1. Cor. 3. Galat. 6.

Apoc. 2. & 3.

[n] *D. Aug. lib. 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 8.*

[o] *Can. 41.*

fidei in Concilio Nicæno concepram, idem Athanasius grauissimus, & oculatus testis adseuerat: si religionis studium, si Catholicæ confessionis gloria, cum maxima Constantini Imper. amicitia, & familiaritate coniuncta, postquàm tot Concilijs, & Generalibus, & Prouincialibus interfuit, & præfuit; efficere non potuerunt, vt ex Corduba ad Ecclesiam aliam ampliorem transferretur, quòd nulla publicæ vtilitatis ratio subesset: egregium profectò videtur, & præclarum ad imitationem religionis, & modestiæ Christianæ reliquis exemplum præbuisse, & summi erga sponsam Ecclesiam amoris, quam semel in fidem suam receptam coniunctissime ad extremum vsque vitæ spiritum retinuit. Et vt tam religiosum illud, priuatum tamen institutum, vberiori Ecclesiæ fructu, publica auctoritate fulciretur, in Concilio Sardicensi [x] Generali grauissimam in eos pœnam proposuit, qui auaritiæ, vel ambitioni inseruientes, ad ampliorem Episcopatus dignitatem aspirarent: eos enim nec laicam voluit communionem suscipere. Quòd si ad excusationem, literas alterius Ecclesiæ ipsos inuitantes exhiberent, quòd fraudis suspicione notarentur, nec in fine vitæ communionem debere suscipere proposuit: quod singulari totius Concilij [y] consensu decretum est.

[x] *Conc. Sardicense can. 1.*

[y] *Idem Conc. can. 2.*

Illud præterea ad eximiam Osij fidem, doctrinam & auctoritatem commendandam attinet, quòd legerim illum Latinè solùm scientem, Concilio Nicæno [z] Generali in Græcia habito, & ex Græcis Episcopis maiori ex parte coacto præsedisse, & per interpretem eius sententiam vniuerso Concilio expositam, vt in ipso refertur. [Sancta (ait) & magna, & Generalis Synodus in Nicæa congregatorum sanctorum Patrum nostrorum per beatum, & sanctum Episcopum Osium Cordubæ ciuitatis Hispaniæ Prouinciæ, locum tenentem Romani Episcopi, cum prædictis eiusdem sedis presbyteris, altero ipsum interpretante, dixit: Diuinitas non est vna persona, vt Iudæi opinantur, &c.] Quod alibi sæpe in eodem Concilio repetitum est. Audiebat ergo Concilium Nicænum Osij Episcopi Cordubensis sententiam Latinis verbis conceptam, per Victorem, aut Vincentium presbyterum Græcis interpretantem. Similique auctoritate præsedisse in Alexandrino, & Sardicensi, & interfuisse Gangrensi, existimarim. Nisi quis dicat, illum, vt Romani Pontificis Legatum, Romana lingua exprimere eiusdem sententiam voluisse: nam à Romanorum Pontificum Legatis in Synodis Græcis literas Pontificum non nisi Latinè, & ex scripto recitari consueuisse, manifestè apparet ex actis Concilij Ephesini.

[z] *Concilium Nicænum in cuius, quod inscribitur. Tres personas intelligere & credere indiuisè in vna diuinitate lib. 2. actis Concily Nicani, apud Alfonsum Pisanum.*

Sed quia summam hanc Osij viuentis felicitatem, summa posteà viuentis morientisque infelicitate defloruisse, quinimo & euanuisse, sunt qui affirment; cuius sint hæc testimonia ponderis, accuratiori paulò diligentia expendamus. In primis se offert diuus Hilarius [a], qui miserè lapsum Osium in Concilio Sirmienti docet, & illum nimium sepulchri sui amantem: quòd tormentis cæsus, Constantij Imperatoris, & Orientalium quorundam impietati consenserit. Hilario adstipulantur Socrates [b], Sozomenus [c], Nicephorus [d], Seuerus Sulpitius [e], & alij. Sed spontanea ne, an coacta voluntate, Osius impietati Sirmiensi acquieuerit, non alios, quàm iam citatos auctores recitabo. Socrates enim sic ait: [Quoniam autem de Osio Cordubæ Episcopo, quòd animo inuito ad Concilium Sirmij habitum accesserit, mentionem fecimus, de hac re pauca iam dicemus. Quamquam iste paulò ante per fraudulentum Arianorum conatum erat in exilium missus; id temporis tamen studio, & labore Episcoporum, qui Sirmij conuenerant, factum est, vt Imperator illum accerseret, habens in animo, vel persuadendo, vel cogendo eum inducere, vt cum Episcopis ibi coactis consentiret. Nam si istud factum esset, illorum fides perillustri testimonio confirmata videretur: hac de causa inuitus (vt dixi) accessit ad Concilium, simulátque verò senex ille eorum fidei assentire abnuebat, plagæ illi erant infligtæ, membráque machinis distorta. Quapropter fidei formulis eo tempore editis, vi & necessitate compulsus consensit, subscripsitque.] Sozomenus. [Osius vero initio quidem istis consentire renuit, at pòst vi compulsus, & verberibus (vt fama est) licèt senex grauiter cæsus, consensit, eisdémque subscripsit.] Nicephorus autem. [Ex Occidente Valens Mursorum, & propter virtutem magnus Osius Cordubæ Hispaniæ vrbis Episcopus Confessor, & Nicænæ Synodi particeps, qui quidem, perinuitus tamen, Sirmij affuit; Arianorum enim dolo non dudum anteà in exilium pulsus, annitentibus eis qui Sirmium conuenerant, imperiali edicto reductus fuerat: sperauerant enim illi, si is suffragator eorum, siue persuasione, seu vi fieret, mutum eum ad

[a] *D. Hilarius in libro de synodis aduersus Arianos.*

[b] *Socrates lib. 2. hist Eccles. c. 6.*

[c] *Sozomen. lib. 4. cap. 6.*

[d] *Nicph. lib. 9 c. 31.*

[e] *Seuerus Sulpitius lib. 2. hist sacra & alij.*

co nstituen

Digitized by Google

A constituendum, stabiliendúmque dogma eorum momenti allaturum esse; vt qui spectatu fide testis, & veluti miraculum quoddam eius ætatis hominibus haberetur. Verùm vbi assentiri eis renuit, varios rursus contracto iam, extenuatóque grauiore ætate corpore, sustinuit cruciatus, adeò vt ad fidiculas, & verbera peruenerit: quibus ille coactus, tribus eorum formulis assensit & subscripsit.] Seuerus hæc. [Osium quoque ab Hispania in eandem perfidiam consensisse, opinio fuit; quod eò mirum, atque incredibile videtur, quia omni ferè ætatis suæ tempore, constantissimus nostrarum partium, & Nicæna Synodus illo auctore confecta habebatur: nisi fatiscente æuo (etenim maior centenario fuit, vt S Hilarius in Epistola refert) delirauerit.] Hæc ille. Quibus accedit D. Athanasius [f]. [Tantam vim intulit seni (de Constantio Ariano Osium cogente loquitur) quem Sirmij pro exilio detinebat & ita eum arctè tenuit, vt afflictus attritúsque malis, tandem ægrè cum Vrsatio, & Valente communicaret.] Et alibi [g]. [Et si Osius minis Constantij conterritus non videbatur Eusebianis contradicere, vis tamen illa, & Constantij Tyranni potestas, multæque contumeliæ, & interminationes satis ostendunt minimè eum in nostri condemnatione consensisse; sed senij imbecillitate imparem verberibus ad tempus cessisse.] In tam atroci igitur & sæua persecutionum tempestate, in tam longo annorum decursu, in tam prouecta, vel extrema potiùs iam ætate, vnicum Osij lapsum verberibus & fidiculis oppressi, non ne antiquæ Confessionis gloria, graues & religiosi pro fide & Ecclesia susceptí labores, eximia & diuturna vitæ innocentia, summa in afflictos omnes commiseratio, tot excellentium virtutum lumina, nouarum maiorum virtutum cumulo & accessione aucta, & cum his tandem humanæ naturæ imbecillitatis recordatio, apud æquos iudices poterunt deprecari? cùm statim resipuisse ab errore tradat Athanasius [h]; affirmans, eum ad tempus cessisse verberibus. Elapso igitur illo, ad antiquam religionem & constantiam reuertit. Quod apertiùs demonstrasse videtur idem Athanasius, cum impiam professionem Sirmiensem ab eisdem confestim auctoribus reuocatam, & edicto Imperatoris scribit vetitam: cui si placere tantopere Osio placuisset, eandem, quam paulò antea coactus defenderat hæresim, expugnare libet iam factus debuisset, vt Deo, & Imperatori morem debitum, & à se optatum gereret. Athanasius autem sic ait. [Hæc vbi misissent, denuò mutata sententia composuerunt eam fidem; quam, quia cum Consulibus edidissent, multo pudore & probro perfusi sunt, eiusque exemplaria curauêre, vt cum suo more sententiam mutassent, ab his qui eam tenebant, per notarium Martianum surriperetur, & persuaso Constantio, vt contra eam fidem edicta promulgaret, aliam rursus fidem constituunt, additis (vt quidem solent) quibusdam dictis.] Diuus Hilarius [i]. [Fefellerunt (inquit) ignorantem Regem vt illiusmodi perfidiæ fidem bellis occupatus exponeret, & credendi formam Ecclesiis nondum regeneratus imponeret, contradicentes Episcopos ad exilium coëgerunt: coëgerunt enim nos ad voluntatem exulandi, dum impietatis imponunt necessitatem. Sed exulemus semper, dum tamen incipiat verum prædicari, Domino enim gratias, quòd ignorationem per vos admonitus Imperator agnouit, & errorem non suum, sed aduersantium, per has fidei vestræ sententias recognouit, & se inuidia apud Deum, & homines, impiæ voluntatis exemit; cum legationem vestam, honorificè habens, falsitatem eorum, quorum auctoritate in inuidiam deducebatur, coacta à nobis ignorantiæ suæ professione, cognouit.]

Auget tamen vehementiùs suspicionem in Osium, quod de misero eius obitu refert Diuus Isidorus [k]. [Osius (ait) Cordubensis ciuitatis Episcopus, scripsit ad sororem suam de laude virginitatis epistolam, pulchro, ac diserto comptam eloquio. In Sardicensi etiam Concilio quàm plurimas ipse edidit sententias Hic autem post longum senium vetustatis, accersitus à Constantio Principe, minisque perterritus; metuens, ne senex, & diues damnaretur, vel exilium pateretur, ilicò Arianæ impietati consensit: cuius quidem vitam, vt meruit, confestim crudelis exitus finiuit. Nam post impiam (vt ait quidam) Osij præuaricationem, dum sanctus Gregorius Eliberitanus Episcopus in Cordubensem vrbem, iuxta imperiale decretum, fuisset adductus, ac minimè vellet illi communicare, commotus Osius dixit Clementio Constantij præfecto Vicario, vt mitteret eum in exilium: at ille: Non audeo (inquit) Episcopum in exilium mittere, nisi priùs eum ab Episcopatu deieceris. Vt autem vidit sanctus Gregorius, quod Osius vellet dare sententiam, appellat Christum, totis fidei suæ visceribus exclamans: Christe Deus, qui iudicaturus es viuos & mortuos, non

[f] D. Athanas. in epist. ad solitariam vitam agentes.
[g] Idem in fine. 2. apolog.
[h] Idem Athanas. in lib. de Synodis Arimini, & Seleuciæ.
[i] D. Hilar. de Synod. contrà Arianos.
[k] D. Isidor. in principio libri de scriptoribus Eccles. in vita Osij.

patiaris hodie inhumanam proferri ſententiam aduersùs me minimum ſeruum tuum, qui pro fide nominis tui, vt reus aſſiſtens, ſpectaculum factus ſum: ſed tu ipſe, quæſo, in cauſa tua hodie iudica, ipſe ſententiam profere dignare per vltionem. Non ego quaſi metuens de exilio fugere cupio; cùm mihi pro tuo nomine nullum ſupplicium graue ſit; ſed vt multi à prævaricationis errore liberentur; cùm præſentem viderint vltionem. His dictis ecce repentè Oſius reſidens, faſtu quaſi Regalis imperij, cùm ſententiam conaretur exprimere, os vertit, diſtorquens pariter & ceruicem, ac de ſeſſu in terram eliditur, atque ilicò expirauit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementius ille Gentilis expauit: & licèt eſſet iudex, tamen metuens, ne in ſe ſimile ſupplicium vindicaretur, proſtrauit ſe ad pedes ſancti viri, obſecrans, vt ſibi parceret, qui in eum diuina legis ignorantia peccaſſet; & non tam proprio arbitrio, quàm mandantis imperio. Inde eſt, quòd ſolus Gregorius ex numero vindicantium integram fidem, nec in fugam verſus eſt, nec paſſus eſt exilium. Vnuſquiſque enim timuit de illo vlteriùs iudicare.] At cùm D. Iſidori opera à Theodiſco Græco Hiſpalenſium Epiſcopo, qui Honorato poſt Iſidorum in eâdem Eccleſia ſucceſſit, aſperſa mendaciunculis, & erroribus deprauata aſſerat Lucas Epiſcopus Tudenſis [1], vetuſtus rerum Hiſpanicarum ſcriptor, & ob eam cauſam Hiſpanicæ Eccleſiæ Primatiam (vt vocant) ex Hiſpali Toletum tranſlatam, Cyndaſuindo Rege procurante; nihil commoueri debemus, ſi hæc apocrypha, apud Iſidorum legamus: dum iuſta ſe offerat hæſitandi occaſio, an Iſidoro: an verò Theodiſco illa ſint tribuenda. Et Theodiſco quidem aſcribi poſſe, & debere arguunt vetuſti C C. M S. D. Iſidori, in quibus deſunt quæ de morte Oſij, & condemnatione Gregorij in vulgatis inſigni eiuſdem veteratoris fraude inſerta leguntur; ſolùm enim in illis memoratur, Oſium ſcripſiſſe ad ſororem ſuam de laudibus virginitatis epiſtolam pulchro ac diſerto coopertam eloquio, & de interpretatione veſtium ſacerdotalium veteris Teſtamenti, & in Sardicenſis Concilio plurimas edidiſſe ſententias: hæc enim vetuſtus Codex D. Iſidori, qui exſtat in Regio D. Laurentij cœnobio, refert de Oſio. [Oſius Cordubenſis Eccleſiæ, ciuitatis Hiſpaniarum, Epiſcopus, elequentiæ viribus ſatis exercitatus ſcripſit ad ſororem ſuam de laude virginitatis epiſtolam, pulchro ac diſerto coopertam eloquio: compoſuitque, & aliud opus de interpretatatione veſtium ſacerdotalium quæ ſunt in veteri Teſtamento, egregio quidem ſenſu, & ingenio elaboratum. In Sardicenſi etiam Concilio, quàm plurimas edidit ipſe ſententias. Hic autem poſt longum ſenium vetuſtatis, id eſt, poſt centeſimum primum annum, in ipſo etiam limine vitæ, à fidei limitibus ſubruens, ſerpentis iaculo concidit. Nam accerſitus à Conſtantio Principe, miniſque perterritus, metuens, ne ſenex & diues damna rerum, vel exilium pateretur, ilico Arianæ impietati conſenſit, & vocabulum Homouſion, quod ſimul cum Patribus ſanctis, cæteris Eccleſiis ſequendum tradiderat, arreptus impietatis furore damnauit; cuius quidem vitam, vt meruit, confeſtim exitus crudelis finiuit.]

[1] *Lucas Epiſcopus Tudenſis in hiſtoria Hiſpaniæ MS.*

Huic conſentiunt alij, in quibus etiam deſunt quæ de Oſio, & Gregorio Illiberritano impiè addidit Theodiſcus, & initio libri præfixit, vt faciliùs & breuiùs quæ de Oſio diuulgari volebat, fierent notiora: cum in exemplaribus manuſcriptis quinto loco, non primo, Oſij vita ab Iſidoro referatur. Sed concedamus interim commentum illud de miſero Oſij obitu à Theodiſco non additum, & ſuppoſitum, ſed verum eſſe & germanum Iſidori opus; inde tamen maius Oſio negotium non faceſſitur; cùm Iſidorus eam hiſtoriam, vel fabellam, nec confirmet, nec affirmet; ſed anonymo cuidam auctori acceptam referat: nam ſcribit (vt quidam ait) quod facere ſolent, qui vel citandos auctores contemnunt, vel qui res falſas, aut incertas minori periculo procedere volunt. Si ille enim, à quo narrationem Iſidorus accepit, eius fidei & auctoritatis fuiſſet, vt proprio nomine à tanto viro potuiſſet nuncupari; quorſum ea taciturnitas nominis, & ſilentium? cùm ad confirmandam antiquam vetuſtatis memoriam, exprimi neceſſariò explicariſque debuiſſet. Nec his coniecturis ad ferendam in eum auctorem damnationis ſententiam eſt opus; cum certò ſciamus, eum quem tacitè citat Iſidorus, Marcellinum fuiſſe, ſchiſmaticum quendam Italiæ presbyterum, & Luciferiani erroris ſectatorem, qui vnà cum Fauſtino eiuſdem impietatis ſatellite opuſculum edidit, geſta continens Epiſcoporum, qui ad deſtructionem Homouſij Ariminum conuenerant, in quo hæc eadem de Oſio, quæ Iſidorus, & iiſdem

A iisdem verbis, nullo adiecto, vel detracto, continentur. Sed esto, sit Marcellinus schismaticus (diceret aliquis) sit Marcellinus hæreticus, sit apostata & infideli deterior, historiam suorum ferè temporum narranti, (vixit enim Imperio Theodosij, & Arcadij, quibus opusculum illud dicauit) nonne fides adhibenda est, vt Gelasius PP.[m] docet: [Nunquid nam (inquit) in ipsorum hæreticorum libris non multa, quæ ad veritatem pertineant, leguntur? nunquid nam veritas refutanda est, quia illorum libri (vbi prauitas inest) refutantur? aut ideò praui libri suscipiendi sunt eorum, quia veritas quæ in illis inserta est, non negatur? Ait Apostolus[n]: Omnia probate, quod bonum est tenete. Scimus Apostolum etiam de Paganorum libris aliqua posuisse: nunquid ideò etiam cuncta recipienda sunt, quæ cum his pariter sunt prolata?] Adhibendam igitur fidem hæretico vera narranti cum concessero, vera esse quæ Marcellinus narrauit, & æquiùs, & certiùs affirmabo, grauissimo inter alia D. Athanasij[o] adductus testimonio, qui Osium tradit, pari qua vixit in Concilio Nicæno, & Sardicensi, constantia, & religione obiisse, omniáque ad præclaram fidei confessionem, & detestationem Arianorum, præstitisse, quæ virum bonum, quæ Hispanum nobilem, quæ Christianum Catholicum, quæ fortem athletam, quæ præstantem Episcopum, quæ heroëm summum, ad consequendam summam æternitatis gloriam oportuit præstitisse. Hæc enim de Osio scribit ad solitariam vitam agentes. [Tantam vim intulit seni (Constantius nimirùm Osio) quem Sirmij pro exilio detinebat, & ita eum arctè tenuit, vt afflictus attritúsque malis, tandem ægréque cum Vrsatio, & Valente communicaret; sed tamen vt contra Athanasium non subscriberet. Verùm ne ita quidem eam rem pro leui habuit, moriturus enim, quasi in testamento suo eorum vim protestatus est; & Arianam hæresim condemnauit, vetuítque eam à quocumque probari ac recipi.] Athanasio subscripsit diuus Augustinus[p], nam centum ferè post Osij obitum annos, eum nuncupat Episcopum Catholicum, & ab obiecta quadam Parmeniani, & Donatistarum calumnia vindicat. (Quod enim (ait) de Osio dicunt Cordubensi quodam Catholico Episcopo, flagitandum est, vt probent, non solùm talem illum fuisse, qualem dicunt; sed quòd talis fuerit, manifestum illis fuisse, quibus eum communicare asserunt: hoc enim nisi probauerint, frustra dicunt se scisse qualis fuerit; quia nescientibus obesse non potuit, à quibus se isti innocentibus separando, propter ipsam separationis sacrilegam iniquitatem innocentes esse non possunt: hoc enim magis credibile est; si tamen Osius ab Hispanis damnatus, à Gallis est absolutus, sic fieri potuisse, vt falsis criminationibus Hispani circumuenti, & callida insidiarum fraude decepti, contra innocentem ferrent sententiam, & posteà pacificè in humilitate Christiana, cederent sententiæ collegarum, quibus illius innocentia comprobata est: ne peruicaci & animosa peruersitate priores suas sententias defendendo, in sacrilegium schismatis, quod omnia scelera supergraditur, cæcitate impietatis irruerent.] Si tam misera (vt illi obiicitur) Osius morte periisset: nec ab Augustino tam honorifica suæ innocentiæ defensione protegeretur; nec Athanasius tam acerrimus fuisset eius vitæ & mortis propugnator, patronús, & testis. Quibus etiam accedit Hilarius, dum loquens de Osio ait. [Sed de eo nihil queror, qui idcirco est reseruatus, ne iudicio humano ignoraretur qualis anteà vixisset.] Si Osius est reseruatus (post lapsum intelligo) vt non ignoraretur qualis anteà eius vitæ cursus fuisset; & hunc plenum laboribus pro fide & religione susceptis, innocentia & probitate asseuerant omnes, est certè consentaneum satis, quod scribit Hilarius, Osium post lapsum Sirmiensem diuina fuisse reseruatum prouidentia, vt peracta denuò eius erroris pœnitentia, par esset exitus Christiana felicitate, sanctiori vitæ, quam diu peregerat. Quod si Osij nomen (Græcè sanctum sonat) illi inditum est, ob virtutem & vitæ sanctitatem, qua semper excelluit, vt auctores sunt Theodorus Balsamon[q], & diuus Athanasius[r]: cur post infelicem exitum, & vitæ contempram abiectámque sanctitatem, illi præclarum sanctitatis nomen ereptum non est? Si à fide viuens moriénsque aberrauit, cur inter Episcopos optimè de fide merentes illum refert idem Athanasius[s]? vel eum planè in Catholicæ fidei vnitate vixisse fatendum est; vel tot viros sanctissimos non leui culpa notandos; quòd eum & viuum & mortuum tam illustri semper laude decorarint. Vrgent & alia plura ad expugnandam Marcellini presbyteri narrationem, quod Cordubæ obiisse Osium dicat, cum affirmarit priùs à lapsu statim Sirmij crudeli exitu interiisse. Quî enim fieri potest, post lapsum statim Sirmiensem, Osium interiisse, si regrediendi in Hispaniam, si incolendi Cordubam, si differendi cum Gregorio, si reum agendi, si

[m] *Gelasius PP. I. in tomo de vinculo anathematis.*

[n] *2. Thessal. 5. Act. 17.*

[o] *D. Athanas. in epist. ad solitariam vitam agentes.*

[p] *D. Aug. lib. contra epistolam Parmeniani cap. 4.*

[q] *Theodorus Balsamon, ad Concilium Sardicense, can. 1.*

[r] *D. Athanasius in epistola ad solitariam vitam agentes.*

[s] *D. Athanas. orat. 1. contra Arianos.*

condemnandi ad extremum illum, & locum, & tempus, & facultatem concedat? vel me certè coniectura fallit vehementer, vel Osius Cordubæ nec obiit, nec in Hispania, sed Sirmij, paulò post lapsum; vt ex his in quibus edita & exemplaria, M S. consentiunt, colligitur: sed apertiùs multo ex diuo Athanasio [t], Osium narrante Sirmiensem errorem statim retractasse, & velut postremis tabulis Apostolicam, & sanctam Catholicæ fidei professionem obsignasse morientem, & omnibus generaliter consoluisse, vt ab Arianorum impietate velut à contagiosa peste diffugerent. Illod quoque Marcellini detegit commentum, quòd insimulet, Osium persuasisse Clementio Constantij præfecto Vicario, vt Gregorium Episcopum Illiberitanum mitteret in exilium, quòd eiusdem Osij communionem recusasset: cur enim credamus, eum qui in Concilio Sardicensi Episcoporum causas ad alios Episcopos primùm, vel ad Tuam Sedem, grata & religiosa diui Petri Apostoli memoria (vt ipse Osius [u] ait) deferendas, non vt monitor, sed vt auctor suasit, & fauxit, tam breui temporis spatio nullis minis tormentis ve coactum, ad Vicarium præfectum detulisse? aut cur Præfecto magis voluisse Osium deferre, quàm Constantio Imperatori, cuius erat ille Vicarius, existimandum est? cum paulò antè, tempore quo Constantius Imperator vim Episcopis adhibere cœpit, & exilij tædio ad suam contendit sententiam pertrahere, sic Osium Imperatori doctè, piè & constanter scripsisse affirmet Athanasius [x]. [Ne te misceas Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere præcipe, sed potiùs ea à nobis disce. Tibi Deus Imperium commisit, nobis quæ sunt Ecclesiæ concredidit: & quamadmodum qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinæ, ita & tu caue, ne quæ sunt Ecclesiæ ad te trahens, magno crimini obnoxius fias.] Aut cur maiora & sanctiora clementiæ signa, & benignitatis præfectum Vicarium Gregorio Episcopo præstitisse putemus, quàm Osium Episcopum? cùm à D. Augustino [z] sit traditum, adeò eximiæ Osium fuisse pietatis, vt in improbissimos quosque leniorem ferri sententiam, à Constantino sæpe postularit? aut quonam pacto, si causa erat de fide & communione inter Gregorium & Osium, potuit iure Osius, & auctoris, & rei, & iudicis sustinere personam? Et si Gregorius adeò sibi fauentem sentiebat Clementium, vt nisi depositum ab Episcopis, non auderet Episcopum exilio multare, & depositionis pœnam tam iniquo ferebat animo; cur Dei solius admirabilem prouidentiam requisiuit, non verò aliorum Episcoporum, vel Sedis Tuæ Apostolicæ iudicium? vt vel interposita hac iustissimæ dilationis mora, tam iusti iudicij calumniam & calamitatem, sine noui miraculi expectatione depelleret? Quòd si tam mirabilis tandem, & miserabilis Osio contigit interitus in Gregorij damnatione; cur rem tantam in vita Gregorij omisit diuus Hieronymus [a]? & de Osio siluere reliqui Isidoro vetustiores?

Quod autem crudeli exitu illum vitam finiisse, prodit idem Isidorus, ad graues profectò senectutis morbos, ad varios & maximos corporis cruciatus, quos ab Arianis constantissimè passus est, & quorum cicatricibus & reliquiis purgauit, eluit & lauit Osius præteriti lapsus sordes, & ad breue temporis spatium, intra quod postea, eodem nimirum anno, Sirmij vita functus est, censeo referendum; non autem ad repentinum illud (vt perhibent) corporis periculum, vel interitum, futuræ calamitatis æternæ graue præiudicium, quod in Hispania Osio accidisse ex condemnatione Gregorij narrat apud Isidorum ex Marcellino Theodiscus: & hoc tum diuinæ sapientiæ & bonitatis laudem magis commendat; tum ad Athanasij, Hilarij, & Augustini sententiam Osium ab hæreticorum calumnia vindicantium magis accedit: quibus & ego lubentissimè acquiesco, quòd in re tam graui fas non sit aliis auctoribus fidem haberi, quàm his, quorum est grauis & sancta apud viros graues & sanctos auctoritas. O quanto præclariùs in multis hodie & semper ageretur cum Ecclesia, si quod Solon olim in stabilienda, & capessenda Republica apprimè conducere arbitrabatur, hoc ipsum Catholicæ Ecclesiæ Episcopi in vindicandis aliorum Episcoporum iniuriis exequerentur. Interrogatus enim, quanam ratione nullum in sua Republica scelus perpetraretur; sapienter respondit. [Si tam indignarentur illi quibus facta non est, quàm quibus facta est iniuria.] quod in pia hac Osij causa, non solùm Tibi Pontifici Sanctissimo, & Sanctorum amantissimo, sed & omnibus qui aliquem pietatis & religionis gustum habent, probatum iri summa Dei benignitate confido; vt habeat posthac Hispania ciuem, Valerius comitem, Ecclesia Episcopum, Roma Legatum, Concilia Præsidem, & religio nostra

[t] *D. Athanas. dial. epist. ad solitar. vitam agent.*

[u] *Osius in Concilio Sardicensi cap. 3.*

[x] *Osij epistolam hanc ad Constantium Imp. refert diuus Athanas. in epistol. ad solitariam vitam agentes.*

[z] *D. Aug. contra epistolam Parmen. cap. 7.*

[a] *D. Hieron. lib. de script. Eccl. in vita Gregorij Batica.*

A B C D E

A nostra Confessorem sanctum, ab imposita calumnia vindicatum, & falsi criminis nota liberum.

Illud ad extremum, obseruatione hîc censeo dignum: quod ad causam huius Concilij attinet, nihil interesse, an beata Osius, an misera morte interierit: cum septuaginta antea annos, & eo amplius, spectata virtute, singulari innocentia, recta & præstanti fide, huic & aliis Conciliis interfuerit. Quòd si rectum vitæ cursum extremo spiritu detorsit, nihil causa posterior, etiam deterrima, Catholicæ nocebit priori: alioquin verò, si ex misera hac (quæ Osio impingitur) impiæ mortis atrocitate, pars aliqua vel suspicio eiusdem infelicitatis Concilio huic tot annis anteà peracto iniicienda est; eandem & in Nicænum, Sardicense, Arelatense, Alexandrinum, Gangrense, & alia quibus interfuit, vel præfuit, conferri oportebit: quod in nullius sani mentem cadere potest.

B

COMMENTARII NOVI.

INter alios hoc nomine celebres diuersarum Ecclesiarum Episcopos huic Synodo interfuit Osius Episcopus Cordubensis, qui Diocletiani persecutione vrgente vexillum confessionis aduersus impietatem erexit. Quamobrem à Patribus Magnus Osius Confessor est appellatus. Coram Præside se fidem Christi confessum esse, ipsemet in litteris, quas ad Constantium Imperator scripsit, testatur his verbis: *Ego confessionis munus explevi, primum cum persecutio moueretur ab auo tuo Maximiano, &c.* recitantur à S. Athanasio in epist. ad solitariam vitam agentes: qui & paulò superius de eodem Osio aduersus Arianos hæc ait: *Neque quod Pater esset Episcoporum, reueriti sunt, neque quod confessor erat, pudore confusi sunt; neque quod sexagesimum annum à confessione, & eo amplius agebat respexerunt.* Fuit autem multis Pontificiis legationibus qui Conciliis interfuerat, fidem & Ecclesiam contra hæreticos, & Schismaticos defenderat, per Constantium Imperatorem vi coactus contra Athanasium subscripsit: *vir ætate prægrandi, & corpore imbecillis*, verùm ipsius Athanasij testimonio statim resipuit, quod igitur hic Garcias Loaisa ex Nicephor. & Isidor. notat eum fine infelicem fuisse, commentitium esse, pulchrè tradit Baron. *anno Christi* 357. *num.* 30. *& seqq.* VINNIVS.

Osius, seu Hosius natione Hispanus patria Cordubensis re, & nomine sanctus, vt aiunt Photius in excerpt. in actibus Alexandri ibi: *Quibus auditis Constantinus mittit Alexandriam Hosium nomine, & re sanctum quem Hispania ciuitas Corduba Episcopum habebat.* Quanta passus fuerit pro fidei confessione refert Athanasius in Apolog. de fuga sua: *nam de magno, & grauissimo ætatis viro, eodemque confessore Hosio, qui verè Hosius est, ideò sanctus superfluum arbitror mentionem facere, cum nullus fortasse sit, qui cognitum non habeat eum ab istis quoque in exilium missum esse, nec enim quidquam latere potest in viro illo tantæ claritudinis: in qua enim Synodo ille non dux, & antesignanus fuit, quem non ille recta tuendo in sententiam suam pertraxit?* Theodoret. lib. 2. hist. cap. 15. *nam de magno, & venerabili Sene, Confessore, verè Hosio, quid ego dicam? neminem enim huius exilij ignarum esse arbitror, cum non modo non obscurus, sed potius celeberrimus fuerit:* PP. Concilij Nicæni lib. 2. *de eo quod putet tres personas intelligere sancta, & magna, & generalis Synodus in Nicæa congregatorum sanctorum Patrum nostrorum, qui beatum & sanctum Episcopum Hosium Cordubæ ciuitatis Hispaniæ Prouinciæ locum tenentem R. Episcopi.* Præfuit ipsi Concilio Nicæno, & postea Sardicensi. S. Athanas. Apolog. 2. ad Solitar. *Sancta Synodus Sardicensis, cuius Princeps, & Patronus erat magnus Hosius.* Illi direxit Constantinus celebrem illam constitutionem, quæ extat in *l. vnic. C. Theodos. de his qui in Eccles. manumit.* relata in *l. 2. C. Iustin. eod. tit.* Sed postea Constantinus magni Constantini filius hæresis Arianæ propugnator exulare iussit omnes Episcopos, qui in condemnationem Athanasij non subscriberent. Vnde Liberius tunc R. P. scripsit quibusdam Episcopis, & Hosio nostro in hæc verba: *Quia in nullo conscientiam tuam debeo præterire multi ex Italia Episcopi conuenerunt, qui mecum religiosissimum Imperatorem Constantium fuerant deprecati, vt iuberet, sicut ipsi placuerat, dudum Concilium Aquileiensi celebrari, Vincentium Capuensem cum Marcello aquè ex Campania Episcopo legationem nostram suscepisse Sanctitati tuæ insinuo*, &c. refert Baronius *tom. 3. annal. anno* 353. Sed ingruente ipsa persecutione Imperator accersit Hosium, illumque per integrum annum Sirmij detinuit, ac tandem in Concilibulo Sirmiensi vi compulsus, & verberibus licet senex graviter cæsus, consensit perfidiæ hæreticorum, vt testantur Athanas. Socrat. Sozomenus, & Nicephor. relati à *Mendoza* in præsenti: sed non statim repentè ore retorto diuinam vltionem expertus fuit, vt impostores fabulæ volunt; sed postea anno 360. sanctè, piéque decessit abiurata, & anathematizata hæresi Ariana, vt referunt D. Athanas. d. epist. ad solit. his verbis: *moritur, quasi in testamento suo eorum vim* (Scilicet Ariminì) *sibi à ministris Imperatoris factam protestatus est, & Arianam hæresim condemnauit, anathematizauit, vetuitque eam à quoquam probari, ac recipi.* Flauius Dexter in chron. anno 360. illic: *Hosius centenario maior longè sanctè piéque decedit, in quoque testamento profitetur fidem Concilij Nicæni, docétque nunquàm propositum fuisse, vel latum, quod aiunt, vnquem ab eo discedere, nec minis, nec pollicitationibus*; & S. Hosij festum celebrat Ecclesia Syriæ die 5. Nouemb in cuius Kalendario ita legitur: *hodie Hosij festum solempe*: testatúrque Archiepiscopus Damascenus relatus à Viuario ad Flau. Dextr. d. anno 360. num. 2. plures esse in Oriente Ecclesias huic sancto

Sancto dicatas. Alia plura pro vindicando magno Hosio à calumnia Marcellini congesserunt Baronius *anno* 356. Morinus *lib.* 1. *exercit. cap.* 10. Coquæus *in Morneum fol.* 163. Ambrosius de Morales *tom.* 1. *histor. Hispan.* Alderete *in antiquitat. Hispan. c.* 2. Raynaud, *de calumnia scel.* 2. *serie* 3. *c.* 26. Valdes *de dignitat. Reg. Hisp. c.* 7. *num* 20. GONZALEZ. A

XII. Camerinus Episcopus Tuccitanus.

XII. Camerinus Episcopus Tuccitanus.

IN aliis CC. MS. Camerinus IV. loco subscripsit, non duodecimo. Tuccæ & Tucci meminit Plinius [b]. Primam in Africa constituit: alteram verò quam coloniam nuncupat, Bæticæ Prouinciæ adscripsit, addens cognominatam Augustam Gemellam, & ad conuentum pertinere Astigitanum. In diuisione VVambæ, vt Astigitanus, sic & Tuccitanus Episcopus Archiepiscopo Hispalensi subiicitur. Terminos Tucci posuit ille. [Tucci (inquit) teneat de Mala Saya, vsque Balagar, de Igera vsque Caslonam.] Quænam olim fuerit, ignorari nunc, ait Vasæus, sed obtinuit inter eruditos, eam esse, quæ Martos hodie vocatur; fuisse confinem Agabrensi intelligitur, quòd diuisio VVambæ terminos Agabrensis, vsque ad Malam Sayam extenderit, à qua initiũ habent Tuccitani. Nullum Hispano idiomate nomen speciale huius Tuccitani Episcopatus expressit Rex Alfonsus X. in historia generali Hispaniæ. Cùm enim diuisionem Constantini Imperatoris refert: [Tussa (inquit) tierra de Tanjer, la de Aquenmar, que tiene fasta Cadiz, que hà agora nombre Algezira, & otra de allende.] Cùm autem de diuisione VVambæ loqueretur, & de subiectis Archiepiscopo Hispalensi, postremo loco ait. [El Obispado de Tuad tenga desde Mala Saxa, fasta Balagis, & de Aguera fasta Cazlona, & desde hi fasta Certama.] Leo à Gemella presbyter interfuit huic Concilio, vt comes Camerini. Hodie Tucci Episcopo vacat. B C

COMMENTARII NOVI.

HIc S. Camerinus Episcopus Tuccitanus, qui interfuit huic Concilio suffectus fuit in locum Melantij Præsulis Toletani, vt refert *Iulianus in chron. anno* 306. & probant Russpuerta in *hist. Gienens* 1. *p. sæcul.* 4. *c.* 2. *num.* 1. Quintana Dueñ. *in hist. SS. Tolet. sæcul.* 4. *pagin.* 232. D. Petrus Roxas Comes Morensis *hist. Tolet.* 1 *p. lib.* 6. *c.* 19. §. *fin. fol.* 324. siue ipsius Melantij coadiutor, vt tradunt Luidprandus *in aduers. num.* 157. Marinus, vel *Camerinus Episcopus Tuccitanus, qui interfuit Concilio Illiberitano anno CCC. tempore persecutionis, Melantij Confessoris, & Natalis successoris Coëpiscopus fuit. Dicitur à quibusdam interfuisse Conciliis, & ad hunc scripsisse sanctum Pontificem Melchiadem.* Eutrandus in *fragment. num.* 139. Tamayo *in Martyr. die* 22. *August.* præfuit etiam Concilio Tolet celebrato anno 313. & Arelat. anno 314. Interfuitque Concilio R. à beato Siluestro Romæ celebrato anno 323. vt referunt Eutrandus vbi *supra num.* 16. & 142. Iulian. *in aduers. num.* 28. & 129. & *in chron. anno Christ.* 323. *num.* 48. Tandem Sardiniæ coronam Martyrij adeptus fuit, vt refert Tamayo *d. die* 22. August. *num.* 1. cui tamen Tucitanæ ciuitati præfuisset, ambigitur, cum duas huius nominis reperiamus in Bætica, alia dicta Tucciuetus, alia Augusta Gemella; Tucciuetus iuxta sententiam R. Cato *lib.* 3. *antiquit. Hispal. c.* 10. est ciuitas hodie dicta *Tozina*, de qua Flau. Dextr. *in chron. anno* 308. vbi ait: *Tucci in Hispania Bætica, quæ & Torisia nunc dicitur, sancti Martyres Theodorus, Oceanus, Apellius, Lucas, & Clemens*; vel vt vult Russpuerta *sæcul.* 4. *c.* 9. *num.* 2. motus authoritate Iuliani Petri *in aduers. num.* 169. est vrbs quæ nunc dicitur *Alcada la Real*. Tucci verò siue Augusta Gemella dicta hodie appellatur *Martos*, vt probant *R. Caro d. c.* 10. Russpuerta *sæcul.* 1. *cap.* 2. *num.* 9. *& sæcul.* 4. *c.* 1. *num.* 4. de ea veterem inscriptionem, quæ adhuc in lapide legitur apud Castulonem, refert Gruterus *fol.* 325. *num.* 2. in hunc modum. D

VALERIÆ. CIPATINÆ.
TVCCITANÆ. SACR.
COLONIÆ. PATRICIÆ
FLAMINICÆ
COLONIÆ. AVG. GEMELLÆ
TVCCITANÆ. FLAMINICÆ.
SIVE. SACERDOTI. MVNICIPII.
CASTVLONENSIS:

GONZALEZ. E

XIII. Secundinus Episcopus Catraleucensis.

XIII. Secundinus Episcopus Castulonensis.

IN C. Hispalensi regio Secundinus, VI. loco; non XIII. subscripsit. Quod ad vrbem attinet, Plinius & Pomponius nullam huius nominis referunt: solus Ptolemæus Catraleu

Digitized by Google

A Catraleucos constituit in Lusitania Celtica, non procul ab Arcobrica, & ab ea quæ Turres Albæ dicitur: tenue oppidum fuisse videri potest, quòd illud omiserint reliqui Geographi. In vetustis exemplaribus MS. non Catraleucensem, sed Castulonensem lego: in Hispalensi regio, Castolensis; sed Castulonensis, restituendum est: nam inscriptionibus presbyterorum reperio Turrinum à Castulone, quem Secundini comitem fuisse intelligo. Castulonenses ad Coloniam Salarienſem spectare dixit Plinius [c], appellatósque tunc Cæsari Venales. Castulonem autem fuisse non procul ab Illiturgi Bætica, ex Liuio [d] apparet, narrante, Scipionem ab Illiturgi expugnata; statim Castulonem petiisse, & Cerdubello proditionis auctore, proditione cepisse. Fuit Castulo antiquissima Hispaniæ vrbs, à Phœnicibus Græcis Beotiæ, non Ioniis, primùm condita, à quibus ob fontem Castalium, eximiæ apud B eos celebritatis in Monte Parnasso, Castulonis nomen inditum Silius Italicus [e] auctor est. Fuit situ, ædificiorum magnitudine, argenti fodinis, ciuium frequentia illustris, qua ratione eam ad promulgationem Euangelij, maiores nostri elegerunt, & in ea Episcopi Cathedram collocarunt. Ab Arabibus posteà euersa est, in generali Hispaniæ expugnatione: vestigia quædam adhuc exstant in ea, quæ nunc Cazlona la vieja dicitur, ab oppido de Linares in Bætica tribus milliaribus distans: nouem verò ab vrbe Baëza: ideóque illam cum Castulone eandem esse putarim.

[c] *Plin. lib. 3. c. 3.*
[d] *Liu. lib. 28.*
[e] *Silius Italicus lib. 3.*

Adducor præterea Secundinum hunc Episcopum fuisse Castulonensem, quòd Annianus posteà Episcopus Castulonensis Secundini successor Concilio Sardicensi subscripserit. Paruisse olim Castulonensem Episcopum Toletano, ab eodem Rasi Arabe, & VVamba Rege memoriæ proditum est.

C

COMMENTARII NOVI.

IN Hispania duplex reperitur ciuitas Episcopalis Castulonensis; alia in Prouincia Tarraconensi ad radices Pyrænei sita, quæ hodie dicitur *Castel de Empuris*: cuius duplex inscriptio reperitur in cœnobio fratrum S. Francisci eiusdem oppidi *Castel de Empuris*, prima aræ signum ferens ita visitur.

GEN.:::
CASTVLI.:::::::.
PROSALV:::::
P. C. LÆLI:.
L F. CEM:::::
V· L. S.

Alia sepulchri formam seruans ita legitur.

D. M. S.
L. TVSCVS CAST::::
GN. F. OPT.
AN. XXX. H. S::::::
IVLIA FELIS.
SOROR. F. C. S. T. T.

Alia Castulonensis Ciuitas hodie dicta *Cadz lona* in confinio Bæticæ: vtriusque meminit Luidprand. *in aduers. num.* 80. *Duplex Castulo, alterum dictum Castulum, ambo sedes Episcopales*: probant latè Hieronymus Pujades *in hist. Catal. lib. 3. cap. 57.* Portocarrero *in histor. Molina cap. 3. per totum*, & in Conciliis Toletanis, vbi ambo intererant, alter subscribebat sub nomine Castulonensis; alius verò sub titulo Castellonensis: idem Luidprand. *num.* 58. ibi: *Castellanus in Castellanis Castellum caput fuit, quam vrbem Mauri vocant Sefelu. In tertio Toletano Concilio confirmat Froiselus Episcopus Castellanus, alius ab Episcopo Castulonensi, qui ibi confirmat*: de Castulonensi Ciuitate plura cumulat *Tamayo in Martyrol. die sexto, Februar. tom.* 1. Secundinus, qui huic Concilio subscripsit, Episcopus erat Castulonensis ciuitatis Bæticæ, GONZALEZ.

XIV. Flauius Episcopus Eliberinus.

XIV. Flauius Episcopus Illiberitanus.

E

VEtusti CC. MS. alij Flauianum, alij Flauinum; sed malo Flauium legi. Eliberinum alij Eliberritanum; vtrumque Gothicè magis, quam Latinè: eorum enim idiomate & literis, huius Concilij decreta exscripta sunt. Pari formæ Spalensis pro Hispalensis, Elborensis pro Eborensis, Emeretensis pro Emeritensis, eiusdem gentis more. Non desunt tamen alij antiquiores, in quibus Illiberinus, & Illiberritanus Episcopus dicitur. In Lucensi & Hispalensi IV. loco subscripsit, non XIV. Vrbs est Illiberris à tempore ipso Apostolorum Catholicæ religionis doctrina, & Episcopatus dignitate à D. Petro, siue eius discipulo sancto Cæcilio primo vrbis Episcopo nobilitata. Vt hinc etiam obserues, quàm altæ fidei radices actæ, quamque antiqua & firmissima religionis fundamenta in Ecclesia hac diuinitus iacta sint.

Nec

Nec est probabile Flauium Episcopum supremum ciuitatis honorem, Cæcilij munus & dignitatem feliciter omniumque consensu obtinuisse; diuinam autem fidem, Catholicam religionem, Romanam & Apostolicam doctrinam, tam recenti & illustri Cæcilij exemplo, pietate & sanctitate confirmatam, à ciuitate, à prouincia & regno impiè & infeliciter sustulisse. Si memoria præsertim repetamus priscum Ecclesiæ morem, quo receptum fuit, vt quoties de dogmatibus Ecclesiæ, vel de librorum auctoritate, vel de quolibet ritu, aut traditione controuersia oriretur; ad iudicium earum Ecclesiarum, quas viua voce, vel Epistolis, vel missis discipulis Apostoli, sed Petrus præsertim instituisset, & Romanam in primis cæterarum matricem, & caput, tanquam ad verissimum Spiritus sancti oraculum, à quo Apostoli, & ab Apostolis illæ perceperant, confugeretur; & grauissimo earum testimonio, & auctoritate impiæ, ac nefariæ vocum nouitates in ipso ortu opprimerentur. Diuus Irenæus [f] aduersus Gnosticos [Traditionem itaque (ait) Apostolorum in toto mundo manifestatam, in omni Ecclesia adest perspicere omnibus qui vera vellent audire, & habemus annumerare eos, qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesiis, & successores eorum vsque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognouerunt, quale ab eis deliratur. Etenim si recondita mysteria sciissent Apostoli, quæ seorsim & latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maximè traderent ea, quibus etiam ipsas Ecclesias committebant. Valdè enim perfectos, & irreprehensibiles in omnibus eos volebant esse, quos & successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterij tradentes, quibus emendatè agentibus, fieret magna vtilitas, lapsis autem summa calamitas.] Ex mox [g]. [Quid enim, & quibus de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt, & ab eis de præsenti quæstione sumere quod certum, & re liquidum est? Quid autem si neque Apostoli quidem Scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis quam tradiderunt his, quibus committebant Ecclesias?] Et ad Florinum scribens. [Ista dogmata (ait) Florine, vt tecum agam humaniùs, sanæ doctrinæ & sententiæ non sunt. Ista dogmata sunt Ecclesiæ repugnantia, vtpote quæ eos, qui illis obsequuntur, in maximam impietatem reiiciant. Ista dogmata presbyteri, qui ante nos fuerunt, qui erant ipsorum Apostolorum discipuli, minimè tibi tradiderunt.] Tertullianus [h]. [Quamdiu in terris agebat (loquitur de Christo) ipse pronunciabat, siue populo palàm, siue discentibus seorsum. Ex quibus duodecim præcipuos lateri suo adlegerat destinatos Nationibus magistros. Itaque vno eorum decusso, reliquos vndecim regrediens ad Patrem post resurrectionem, iussit ire, & docere nationes, tinguendas in Patrem, & in Filium, & in Spiritum sanctum [i]. Statim igitur Apostoli (quos hæc appellatio Missos interpretatur) assumpto per sortem duodecimo Matthia in locum Iudæ, ex auctoritate prophetiæ, quæ est in Psalmo Dauid [k], consequuti promissam vim Spiritus sancti, ad virtutes & eloquium, primò per Iudæam contestata fide in Iesum Christum, & Ecclesiis institutis, dehinc in orbem profecti, eandem doctrinam eiusdem fidei Nationibus promulgauerunt; & proinde Ecclesias apud vnamquamque ciuitatem condiderunt; à quibus traducem fidei & semina doctrinæ, cæteræ exinde Ecclesiæ fiant. Ac per hoc & ipsæ Apostolicæ deputantur, vt soboles Apostolicarum Ecclesiarum. Omne genus ad originem suam censeatur necesse est.] Et post alia [l]. [Ita ex ipso ordine (ait) manifestatur esse Dominicum & verum, quod sit prius traditum: id autem extraneum & falsum, quòd sit posteriùs immissum. Ea sententia manebit aduersus posteriores quasque hæreses, quibus nulla constantia de conscientia competit ad defendendam sibi veritatem. Cæterùm si quæ audent interserere se ætati Apostolicæ, vt ideò videantur ab Apostolis traditæ, quia sub Apostolis fuerunt; possumus dicere: Edant ergo origines Ecclesiarum suarum: euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus, aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui cum Apostolis perseuerauerint, habuerit auctorem, & antecessorem. Hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ census suos deferunt: sicut Smyrnæorum Ecclesia habens Polycarpum à Ioanne conlocatum refert; sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit; proinde vtique, & cæteræ exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos Apostolici seminis traduces habeant. Confingant tale aliquid hæretici. Quid enim illis post blasphemiam inlicitum est? Sed etsi confinxerint, nihil promouebunt. Ipsa enim doctrina eorum cum Apostolica comparata, ex deuersitate & contrarietate

[f] *D. Irenæus lib. 3. aduersus hæreses. cap. 3.*

[g] *Idem c. 4.*

Hanc Irenæi epistolam ad Florinum Eusebius refert lib. 5. c. 19. hist. Eccles.

[h] *Tertull. de præscript. c. 20.*

[i] *Matth. 10. Matth. 27. Matth. 28. Act. 1.*

[k] *Psalm. 108. Act. 2. Act. 8. 9 11. Act. 13. Act. 14.*

[l] *Tertul. de præs. c. 31. & 36.*

Digitized by Google

A contrarietate ſua pronuntiabit, neque Apoſtoli alicuius auctoris eſſe, neque Apoſtolici; quia ſicut Apoſtoli non diuerſa inter ſe docuiſſent; ita & Apoſtolici non contraria Apoſtolis edidiſſent, niſi illi qui ab Apoſtolis deſciuerunt; & aliter prædicauerunt. Ad hanc itaque formam prouocabuntur ab illis Eccleſiis, quæ licet nullum ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis auctorem ſuum proferant, vt multo poſteriores, quæ denique quotidie inſtituuntur: tamen in eâdem fide conſpirantes, non minùs Apoſtolicæ deputantur pro conſanguinitate doctrinæ.] Id ipſum docuit & confirmauit aduerſus Marcionem [m]. [In ſumma (inquit) ſi conſtat, id verius quod prius; id prius, quod eſt ab initio; ab initio, quod ab Apoſtolis; pariter vtique conſtabit, id eſſe ab Apoſtolis traditum, quod apud Eccleſias Apoſtolorum fuerit ſacroſanctum. Videamus quod lac à Paulo Corinthij hauſerint; ad quam regulam Galatæ ſint recorrecti: quid legant Philippenſes, Theſſalonicenſes, Epheſij, quid etiam Romani de proximo ſonent, quibus Euangelium, & Petrus, & Paulus ſanguine quoque ſuo ſignatum reliquerunt. Habemus & Ioannis alumnas Eccleſias. Nam etſi Apocalypſim eius Marcion reſpuit, ordo tamen Epiſcoporum ad originem recenſus, in Ioannem ſtabit auctorem. Sic & cæterarum generoſitas recognoſcitur. Dico itaque apud illas, nec ſolas ium Apoſtolicas, ſed apud vniuerſas, quæ illis de ſocietate ſacramenti confœderantur, id Euangelium Lucæ ab initio editionis ſuæ ſtare, quod cùm maximè tuemur.] Quinimò ſi de librorum diuinorum auctoritate eſſet controuerſia, hoc eſt, ſi de libro hoc, vel illo, an ſacer eſſet & canonicus, orta eſſet diſceptatio, vt de quibuſdam olim hæſitauerunt nonnulli, conſilium Auguſtinus [n] dedit, vt Eccleſias Catholicas conſulamus, eas nimirum, quæ Catholicam fidem & vnitatem conſtanter retinerent, non verò eas, quæ aliqua hæreſium ſuſpicione damnatæ eſſent vel notatæ: quòd ſi nec in his Catholicæ omnes conſentirent, plurimarum Catholicarum conſenſum probari voluit; inter pares verò, earum iudicium ſequi mandauit, quæ inter Catholicas eſſent Apoſtolicæ. Inter eas autem cum Eccleſia Romana principatum teneat, & Apoſtolicæ nomine per antonomaſiam iure, & meritò intelligatur: tum, quòd Apoſtolorum Princeps Petrus illam fundarit, rexerit, & glorioſo martyrio cohoneſtauerit; tum ob certam Chriſti pollicitationem, à quo illi dictum eſt. Ego pro te orani, Petre, vt non deficiat fides tua; qua munita & ornata diuinitus, nullo errore fallit, aut fallitur, illi in dubiis Catholicæ fidei cauſis, iudicium primum deferendum eſt: poſt eam verò, reliquis Apoſtolicis Eccleſiis ſua, vt Auguſtinus docet, auctoritas eſt tribuenda, nec temerè iudicandum falſum, vanum, & irritum earum eſſe iudicium. Cùm doctrina igitur huius Concilij Apoſtolicæ Eccleſiæ Illiberritanæ fide comprobetur (vt de Romana præſertim, & eius Legatis interim taceamus) & aliarum quatuor Apoſtolicarum Eccleſiarum grauiſſima auctoritate fulciatur (interfuerunt enim illi (vt cernimus) diuus Valerius Epiſcopus Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, inſtitutæ à Iacobo: Felix Accitanæ, à Torcato D. Petri diſcipulo: Melanthius Toletanæ, ab Eugenio: Quiintianus Eborenſis, à B. Mantio, non Apoſtolorum, ſed ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti diſcipulo) quis tam expers pietatis affirmare audebit Eccleſias tot ſanctas, ſanctorum patrum aut auorum præcepta, tam recenti memoria tradita non agnouiſſe; vel ſi agnouerunt, quod multò eſſet deterius, nefario ſcelere, & inſigni impietate neglexiſſe, violaſſe, conculcaſſe? Huius Flauij Epiſcopi Illiberritani admirabilis tum religio, tum prudentia, in eo potiſſimùm illuxit, quòd cùm in ciuitate celeberrima ſummum ei negotium eſſet in continendis in religione & officio ciuium animis, nimium ad idolorum cultum propenſis; ita tamen ſe geſſerit, vt non minorem in eis euertendis laudem videri poſſit conſequutus, quàm multi alij in ſubeundo martyrio gloriam: vt qui omnem operam primò ad emolliendam ciuium duritiem conferret: quo ſimulachra poſteà demoliri poſſet commodiùs. Eius enim conſilio & opera non ambigo, quin dum Concilij huius ſanctionibus [o] morem gereret, omnia aut pleráque Illiberritanæ vrbis idolorum ſimulachra euerſa, atque proſtrata ſint; quorum nonnulla ſuperioribus annis terra obruta cruêre Granatenſes, Apollinis vnum cum muſico inſtrumento, alterum Veneris, cui ad latus Cupido; tertium Liberi Patris cum Satyro vtre vinario incubante; poſtremum, vt creditur, Æſculapij, omnia miro elaborata artificio, quæ ſummo in pretio habita ad tantæ vetuſtatis memoriam in regia eiuſdem vrbis aſſeruantur.

[m] Idē lib. 4. aduerſus Marcionem c. 5.

[n] D. Aug. lib. 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 8.

[o] Can. 41.

Huic Flauio ſucceſſit Diuus Gregorius, quem à Clementio Conſtantij præfecto Vicario,

Vicario, Osio consentiente, & iuuante, damnatum Isidorus [p], vel Theodiscus ex Marcellino refert: sed quid de illius narrationis fide, & auctoritate sentiendum, dixi iam in Osij subscriptione. Gregorium tamen illustri fidei confessione, & optimarum disciplinarum cognitione clarissimum, ad cœlites commigrasse, præter D. Hieronymum [q], certam fidem faciunt Romanæ Ecclesiæ, & Vsuardi Martyrologia, quæ illum, vt sanctum Illiberritanæ ciuitatis Episcopum, & Confessorem coli eiúsque diem festum, & memoriam celebrari XXIV. Aprilis docent. Illiberritani Episcopatus fines in diuisione VVambæ hos reperio. [Eliberis (ait) hæc teneat de Malecoca, vsque Sotellam, de Admica vsque Sedisse.] Insignem, & antiquam hanc ciuitatem generalis Arabum irruptio expugnauit, eius tamen Sedem Episcopalem Ferdinandus, & Elisabetha Reges Catholici in Granatam à se recuperatam transferri, Apostolica PP. Sixti Hispani auctoritate, & in Metropolitanam erigi, impetrarunt, assignatis duabus Ecclesiis suffraganeis Accitana, & Virginata, anno Christi M. CCCC. XC. II. primus eius Sedis Archiepiscopus Ferdinandus de Talabera, ex Hieronymi instituto.

[p] *Apud Isidorum, in princ. libri de scriptoribus Eccles. ex Marcellino Theodiscus.*

[q] *D Hieronymus de script. Eccles. in Gregorio Bæt. co. Martyrologium Romanum 24. Aprilis.*

COMMENTARII NOVI.

FLauius natione Hispanus, cognomento Anthiochenus, Consul Romæ renunciatus fuit cum Furio Orphito anno 271. imperante Claudio, (licèt Tamayus *tom. 3. Martyrol. die 7. Maij* contendat ipsum non virum Consularem, sed Præfectum vrbis Romæ fuisse) Episcopus Illiberitanus reperiebatur anno Christi 300. & post Concilium hoc Nicomediam peragrauit, non leuis negotij causa, seu vt alij volunt exul, vbi Diocletiani decreto Martyrij palma coronatus ascendit in Cœlum vna cum Augusto, & Augustino Fratribus, id est Canonicis suæ Ecclesiæ, vt refert Luidprand. *in aduersum. 17. Nicomedia passus est in persecutione Diocletiani sanctus Flauius Antiochenus vir Consularis, & Episcopus Illiberitanus, qui Concilio interfuit Illiberitano habito anno CC. XC. IX. vel circiter: qui negotiorum grauium causa Nicomediam delatus cum fratribus Augusto, & Augustino 7. Maij Martyrium passus est.* Alia plura miris laudibus extollentes, hunc inclytum Martyrem, cuius prædicatione tota Illiberina gens ab Idolorum cultu cessauit, congerunt Rus Puerta *tom. 1. historiæ Gen. sæcul. 4. cap. 3.* F. Petrà S. Cæcilio *in SS. Illiberitanis*, Tamay *in Martyrol. tom. 3. die 7. Maij*, Bermudez de Pedraza *2. part. historiæ Granatensis cap. 10.* GONZALEZ.

XV. Liberius Episcopus Emeritanus.

XV. Liberius Episcopus Emeritanus.

EMerita Augusta, vt à Dione traditum est, & postea ab Isidoro [r], nomen accepit à militibus emeritis Augusti, quibus eam sibi ædificandi cura pro beneficio data est, anno XXIII. antequam Christus nasceretur, Augusto, & Sylano Coss. *Merida* hodie dicitur. Antiquissimum Hispaniæ Episcopatum probat D. Cypriani [s] epistola ad clerum & plebem in Hispania consistentes, ex qua apparet, Basilidem, & Martialem, alterum Asturicæ, alterum Emeritæ Episcopos, ob crimen idololatriæ depositos, & in eorum locum Sabinum, & Felicem suffectos. Cuius dignitas & amplitudo eò peruenit, vt totius Lusitaniæ esset Metropolis, illíque suberant, vt in vetustis CC. Gothis refertur, Pace, Olisibona, Ossonoba, Egitania, Caliabria, Conimbria, Visæum, Lamegum, Cauria, Salmantica, Auela, Ebora. Sed ea dignitas à Calixto secundo Compostellam [t] ad tempus primùm, dum Emerita recuperaretur à tyrannide Arabum, in perpetuum postea translata est; idcirco hodie Episcopo vacat. Ea est temporis & rerum humanarum vicissitudo, & inconstantia. Paret in sacris, D. Iacobi militibus. Hic autem Liberius Episcopus Emeritanus Concilio Arelatensi secundo interfuit, cum Florentino diacono, & interfuisse ac subscripsisse eum I. Arelatensi crediderim, quia in eo plures Hispaniæ Episcopos fuisse præsentes tradit Augustinus, [u] & omnes subscriptiones Concilij Arelatensis secundj, vt à primo sublatas, sic primo restituendas, inter doctiores conuenit. Post verò vita functo Liberio, eius diaconum Florentinum electum fuisse Episcopum Emeritanum, inde intellexerim, quòd eius exstet subscriptio in Concilio Sardicensi: quare Illiberritanum hoc ante Sardicense, & Arelatense I. fuisse peractum vel hinc comprobandum.

[r] *D. Isidor. lib. 15. etymolog. c. 1.*

[s] *D Cyprianus epistola 68. ad clerum, & plebem in Hispania consistentes.*

[t] *Historia Compostellana Ms. apud nos, in qua hæ duæ constitutiones Calixti ad verbum describuntur.*

[u] *D. Augustin lib. 1. contra epist. Parmen.*

COM

A

COMMENTARII NOVI.

LIberius IV. Episcopus Emertiensis Pater S. Eulaliæ, vt probat Moreno de Bargas *lib. 2. Hist. Emerit. cap. 10.* interfuit huic Concilio, & postea cum Hosio Cordubensi Episcopo profectus in Galliam subscripsit Concilio Arelat. primo, licet eius Concilij subscriptiones per errorem transcriptæ sint in Concilio Arelat. 2. vt iam notauit Baronius *tomo 2. anno 314.* congregauit & ipse aliud Concilium Emeritense, vt consuleretur sedes Apostolica super dubio nuper orto in Hispania esset ne præstantius sacramentum Confirmatio an Baptismus. *Archiepresbyter Iulianus anno 306.*

B

num. 144. illic: præcesserunt, vel tria Concilia in his Prouinciis vnum ex tribus Metropolitanis Emeritæ Augustæ circa quæstionem, quæ tunc in Hispania plurimum agitabatur, vtrũ esset maius sacramentum Baptismus an Confirmatio? quæ de re consulta est sedes Apostolica. Emerita illustris fuit Lusitaniæ Metropolis Romanorũ Colonia *l. vlt. ff. de censibus* inclyta Gothorum tempore, sed adueniente Arabum excidio sedem Episcopalem amisit & Pastorem, quæ à Calixto II. translata est in Compostellam: plura de ipsius vrbis antiquitate, & amplitudine cumulauit Moreno de Bargas, *in eius hist.* GONZALEZ.

XVI. Decentius Episcopus Legionensis.

XVI. Decentius Episcopus Legionensis.

ALegione septima Gemina, Legio ciuitas nomen habuit; dignitate Episcopali à tempore ferè Apostolorum insignita, & regni titulo post Arabum expugnationem ornata, nullum vnquam Metropolitanum agnouit, præter Romanæ Sedis Episcopum. In MS. XII. loco non XVI. subscripsit.

C

COMMENTARII NOVI.

DEcentium tertium Episcopum Legionensem interfuisse huic Concilio refert Viuar ad Flau. Dext. *anno 300.* Pedraza *d. 2. p. hist. Granat. cap. 12. num. 10.* Tamayo. *die 10. Nouembr. in Martyrol.* Lobera *in hist. Legion. c. 18.* Legionensis ciuitatis originem, & magnitudinem iam illustraui in *cap. litteras de tempor. ord.* GONZALEZ.

XVII. Ianuarius Episcopus Sibarensis.

XVII. Ianuarius Episcopus Salarensis.

D

IN CC. MS. Salarensis legitur, non Sibarensis; quod magis probo: nam de Sibari in Hispania omnes Geographi siluerunt: in Italia constituit Sibarim Solinus [x], à Troezenis ædificatam asserens. Salariam autem duplicem refert Ptolemæus in Hispania: primam in Oretanis, iuxta Laniam & Paternianam; aliam in Bastitanis inter Biguerram & Turbulam: Plinius [y] Salarienſem coloniam in Bætica esse tradit non procul ab Acci; hodie vocari Alcazar de la Sal in Algarbiorum regno, scripsit Ambrosius Morales [z]; huiusque ciuitatis fuisse Episcopum Ianuarium. Sed ego magis putem, Episcopum Bæticæ Salariæ fuisse, quàm Lusitaniæ, quòd Bæticæ ciuitas fuerit opulenta, & colonia Romanorum, vt dicit Plinius: altera verò exiguum oppidum breuissimis terminis circumscriptum. In Codicibus Ecclesiæ Toletanæ legitur, Ianuarius de Fiblaria, & Fibularia: quæ lectio non temerè improbanda: nam Calagurrim, Fibulariam nuncupasse veteres, testis est Plinius, & adfuisse in hoc Concilio Eucharium presbyterum de Fibularia seu Municipio ex presbyterorum subscriptionibus apparet: olim Hispanos, & Italos, vrbium plures duobus nuncupasse nominibus, Plinius tradit. Et vt omissis Italicis, Hispanicas recenseamus, Olysippo dicebatur & Felicitas Iulia: Ebora, Liberalitas Iulia: Attubi, Claritas Iulia: Astigi, Augusta firma: Illiturgi, Forum Iulium: Obulco, Municipium Pontificense: Vrso, Genua vrbanorum: Hispalis, Colonia Romulea: Corduba, Colonia Patricia: Cæraugusta, Salduba: Tucci, Augusta Gemella: quod vsurpabant, vt Imperatoribus, vel Præsidibus prouinciarum, vel Romanæ ciuitati blandirentur, eorum gratia nomina ab eisdem mutuantes. In C. Hispalensi de Piblaria legitur. In Lucensi de Fibaria: verumque non rectè. Decimoquarto in eisdem, non decimoseptimo loco eiusdem subscriptio.

E

[x] *Solinus c. 8.*

[y] *Plin. lib. 3. c. 3.*

[z] *Ambros. Moral. lib. 10. c. 31.*

A

COMMENTARII NOVI.

EBora in Carpetanis ciuitas fuit Hiſpaniæ citerioris, quæ hodie dicitur *Talauera*, quam Romanorum fuiſſe Coloniam, & cathedram Epiſcopalem olim obtinuiſſe arbitratur P. Mariana *lib. 4. hiſt. Hiſp. c. 13. & 14.* Cuius ſententia, ſi vera eſſet, potiùs acciperem hanc ſubſcriptionem de eo Epiſcopo Eborenſi, quam de Eborenſi in Luſitania, ſed vt iam probarunt Mãtuanus in animaduerſ. ad Marianam *fol. 150.* & Tamayo *in defenſ. ipſius f. 193.* nullibi legitur eam vrbem Epiſcopalem fuiſſe; quare Eborenſis Ciuitas in præſenti accipitur pro antiqua Hiſpaniæ vrbe in Luſitaniæ terminis ſita, inter Regni Portugalici ciuitates primum ſibi poſt Vlyſſiponam vindicans locum, hodie retinet nomen, & Archiepiſcopali Cathedra decoratur: plura de eius ſitu, & antiquitate congeſſerunt Andreas Reſende, & Iacobus Vaſconzelos *in eius hiſtoriis.* Ant. Aug. dial. 8. *fol. 131.* Lud. Nonius *in deſcr. Hiſp. ep. 32.* GONZALEZ.

B

XIX. Eutichianus Epiſcopus Baſtitanus.

XIX. Eutychianus Epiſcopus Baſtitanus.

IN MS emendatioribus, Baſtetanus, ſed Baſtitanus ſcribendum. Baſti, hodie Baza in Bætica, parebat olim Archiepiſcopo Toletano. Illius termini exſtant in diuiſione VVambæ. [Baſti (inquit) teneat de Montana vſque Geſtam; de Rouia, vſque Ruſitam.] Epiſcopo vacat, poſtquam Arabum tyrannide, Ferdinandi & Eliſabethæ Regum Catholicorum virtute, & pietate erepta eſt, & quia vſurpatis, & detentis antiquis eius finibus per Arabes, Diœceſeos anguſtiis laborabat, Accitanæ Eccleſiæ poteſtati eſt adiecta, procurante Accitano Epiſcopo Garſia Quijada, & Magno Petro Gonzalez de Mendoza Cardinale & Archiepiſcopo Toletano diſſimulante: cuius Eccleſia à tempore Ferdinandi III. Caſtellæ Regis ius in Baſtitanum prætendit, quouſque variis hinc inde ſententiis latis, tandem ſpectare ad Accitanum tempore Ioannis Martini Silicei Archiepiſcopi Toletani poſtremo cautum eſt; reſeruato iure Metropoleos Archiepiſcopo Toletano. Et quemadmodum in ſpiritualibus Accitano Epiſcopo ſubiicitur, ſic rerum ciuilium Præfectum Accitanum, in ciuilibus ſuperiorem agnoſcit.

C

COMMENTARII NOVI.

BAſta Ciuitas eſt littoralis Bæticæ hodie dicta *Baza*: hinc populi illius Regionis dicti Baſtitani, vt ex ſequenti inſcriptione relata à *Beuterio lib. 1. hiſt. Valens lib. 1. c. 23.* probatur.

BELLVM. CÆSARIS. ET PATRIÆ. MAGNA.
EXPARTE CONFECTVM SEXT. ET. GNE.
MAGNI. POMPEI FILIIS. HIC. IN. AGRO.
BATESTANORVM.

D

Alia de huius origine tradunt Tamay. *tom. 2. Martyrol. die 1. Aprilis*, Alderete *de origin. linguæ c. 15.*

Vltra Epiſcopos ſupra relatos etiam Fibulerienſem interfuiſſe, & ſubſcripſiſſe huic Concilio prodit Luitprand. in aduerſ *num. 226.* in hæc verba: *In faucibus ſaltus Fibularienſis eſt Fibularia, quam Mauri vocauerunt Xergal, Sedes Epiſcopalis. Sic in Concilio Illiberitano XIV. loco confirmat Ianuarius Epiſcopus Fibularienſis, ſic in quibuſdam Codicibus.* GONZALEZ.

RESIDENTIBVS ETIAM TRIGINTA ſex presbyteris, aſtantibus diaconibus.

E

REſidentes presbyteros retulit notarius, quia ſimul ſedebant cum Epiſcopis, tam in Hiſpania, vt Concilio hoc & Toletano [b] I. admonemur, quàm Romæ, vt teſtatur D. Hieronymus ad Euagrium. [Cæterùm (inquit) etiam in Eccleſia Romæ presbyteri ſedent, & ſtant Diaconi, licèt paulatim increbreſcentibus vitiis inter presbyteros abſente Epiſcopo ſedere Diaconum viderim.] Tanti meritò habitus presbyterij ordo ſemper eſt. Quare Africanis Epiſcopis, ſingulari religione, ſanctitate & doctrina præſtantibus, in Concilio Carthaginenſi [c] IV. coactis viſum eſt vt Epiſcopi in quolibet loco ſedentes ſtare presbyteros non paterentur. Patres quoque Bracarenſes ſtatuerunt, [Vt clerici parochiales ſeruili more, in aliquibus operibus, Epiſcopis ſeruire non cogerentur: quia ſcriptum eſt: Neque vt dominantes in clero.] At dicent alij nec in Concilio Carthaginenſi decerni, vt presbyteri ſedeant in Conciliis, cum Epiſcopis; nec ex hoc Illiberritano etui poſſe: cum magis ad promulgationem Concilij, de qua notarius teſtimonium publica fide conſignabat, quàm ad coactionem

[b] *Concilium Toletan. 1. in princip. D. Hieron. in epiſtola 85. ad Euagrium.*

[c] *Conc. Carthag. 4. can. 34. Conc. Bracar. 2. can. 2. ad finem. 1. Petr. 5.*

Concilij, & interiorem seſſionem illud referri debeat; referendum consentio, A
id ipsum tamen in Conciliis vsurpari ex Concilio Romano, sub Hilario Papa liquet,
sic enim incipit: [Residentibus vniuersis presbyteris, adstantibus quoque diaco-
nibus, Hilarius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ vrbis Romæ Synodo præsidens di-
xit. Quoniam religiosus, &c.] In Hispania quoque id receptum scribit Isidorus
[d] D. Isidorus in libello de modo celebrandi. d, ordinem seſſionem Episcoporum, & presbyterorum exponens. [Et corona (ait)
facta de sedibus Episcoporum, presbyteri à tergo eorum resideant, quos tamen
sessuros secum Metropolitanus elegerit.] Et post alia: [Sicque omnes qui de reli-
giosis retro actis diebus, pro spirituali instructione interfuerant in Concilio, foris
egredientur, residentibus aliquibus presbyteris in Concilio, quos Metropolitanis ele-
gerit. [Diaconi verò, velut Episcoporum, & presbyterorum ministri, nec coram
Episcopis sedebant, nec coram presbyteris, nisi illorum præcepto. [Diaconus (in-
quit idem Concilium Carthaginense [e] IV.) quolibet loco iubente presbytero se- B
[e] Concilium Carthagin. 4 can. 37. Idem can. 39 Concilium Nicænum can. 14. deat:] quod & Concilium Nicænum sanxerat. [Sed neque sedere quidem (ait) li-
ceat in medio presbyterorum Diaconos. Si quis autem non vult his sufficiens esse,
post hanc diffinitionem, cesset esse Diaconus] Subscripserunt eidem decreto Asia-
ni Episcopi in Concilio Laodiceno, Gallicani in Concilio Arelatensi II. [In se-
[f] Concilium Laodicen. can. 20. Concilium Arelat. 2. can. 15. cretario Diaconos inter presbyteros sedere non liceat, vel Corpus Christi, præ-
sente presbytero, tradere non præsumant; quòd si fecerint, ab officio diaconatus
abscedant.] Clariùs Gelasius Papa [g]. [Eos (ait, intelligens Diaconos) non in pres-
[g] Gelasium PP. in epistola 1. ad Episcopos per Lucaniam, Brutios, & Siciliam constitutos cap. 10. byterio residere cum diuina celebrantur, vel Ecclesiasticus habetur quicumque tra-
ctatus, sacri corporis perrogationem sub conspectu Pontificis seu presbyteri, nisi
his absentibus ius non habeant exercendi.] Hic mos erat omnium ferè Prouincia-
rum; etsi aliquando, Romæ presbyteros, vt diaconos à tergo Episcoporum in Con-
ciliis stetisse sit traditum. In Romano [h] enim primo sub Syluestro, cui adfuisse di- C
[h] Concilium Romanum sub Syluestro can. 1. cuntur Constantinus Magnus, & Helena, atque Calphurnius, homo (vt vocatur)
Christianus, & Vrbis Præfectus, hic ordo obseruatus refertur. [Dum enim om-
nes venissent in Synodum, & alij quorum chirographus cucurrit, & opinio san-
ctitatis, sederunt in eodem aspectu Thermarum supradictarum. Presbyteri autem
Romani omnes, diaconi, clerúsque, vel gradus sequentes à tergo Episcoporum
stetererunt; nemo enim sedit in eodem loco, nisi tantùm Episcopi, & Syluester Epis-
copus, Pontifex vrbis Romæ.] In hoc tamen modeste se gesserunt presbyteri Romæ:
de his solùm dicitur in canone, quòd Pontifex Syluester, Constantinus Imperator,
mater Helena, & Calphurnius Vrbis Præfectus interessent: postquam enim canon
retulerat, neminem sedisse, præter Episcopos, & Syluestrum Papam, subiunxit: [Erat
enim verò Calphurnius, qui Gentilis, & posteà Christianus, & Vrbis præfectus.] Nam D
illis absentibus constat sedisse presbyteros, & astitisse diaconos, ex alio Concilio Ro-
mano sub Hilario.

Cùm triginta autem & sex presbyteros adsedisse in Concilio scribit notarius,
animaduertendum est, tot sacerdotes Ecclesiam Illiberritanam minimè habuisse (ra-
rior erat tunc presbyterorum numerus) sed ex his prouinciis, quarum Episco-
pi Concilio illi intererant, duos presbyteros aduentasse, vt proprium Episcopum
[i] Damasus in Pontificali, in Lucio. comitarentur: hoc enim Lucium Papam iamdiu decreuisse, Damasus [i] auctor
est. [Hic præcepit (inquit) vt duo presbyteri, & tres diaconi in omni loco
Episcopum non desererent, propter testimonium Ecclesiasticum.] Quare Osio
Episcopo Cordubensi Syluestri Papæ ad Nicænam Synodum Legato duo pres-
byteri itineris & legationis comites dati sunt: alter Vitus, seu Victor; alter Vin-
centius. Quam legem obseruauit Zosimus Papa, cùm Legatos ad Concilium
[k] Concilium Nicænum ad finem. Ex Zosimi commonitorio quod extat ad finem Concilij, quod Africanum vocant. Carthaginense [k] VI. destinauit: cum Faustino enim Episcopo plebis Potentinæ, E
Philippum misit, & Asellum presbyteros. Cum verò decem & octo Episcopi tan-
tùm ad Concilium venissent, si illorum singulis binos presbyteros adiiciamus, tri-
ginta & sex presbyterorum numerum (vt in Concilio dicitur) iustè complebi-
mus: quocirca manuscripta exemplaria, quæ habent, Viginti sex presbyteris,
emendanda sunt, & pro viginti, triginta reponendum. Diaconorum autem nume-
rum (si id eiusdem regulæ circumscriptione metiamur) quinquaginta quatuor fuisse
necesse est, si singulis Episcopis tres diaconi adiiciantur, iuxta eandem Lucij Papæ
constitutionem.

Nomina diaconorum, qui adstiterunt, desiderantur, presbyterorum autem, qui huic
Concilio interfuerunt & subscripserunt, etsi in excusis, & MS. CC. D. Laurentij, &
Ecclesiæ

Digitized by Google

A Ecclesiæ Toletanæ desint, & in alio nostro vetustissimo, exstant tamen in alio Ecclesiæ Vrgellensis, hoc ordine.

I. Restitutus presbyter de Elchepora] fortè de Epora, cuius meminit Antoninus, itinere à Corduba Castulonem; in Bætica est. Montoro dicitur, non integris triginta milliaribus à Corduba distans; non rectè apud Plinium Ripepora fœderatorum: Epora restituendum.

II. Natalis presbyter è Vrsuna] Vrso vocat Plinius, & ad conuentum Astigitanum refert. Hispanè Ossuna in Bætica, caput Ducatus de Ossuna.

III. Maurus presbyter de Illiturgi] Ad conuentum Cordubensem spectare Illiturgi scribit Plinius: Andujar Hispanè dicitur.

IV. Lamponianus de Karula] Carula Antonino inter Hispalim, & Illipam; Carrula Cæsari in Bætica, Marchena hodie.

B V. Barbatus de Aduigi,] forsan Artigi, quos & Iulienses vocari ait Plinius. Alhama esse in Bætica Cocus, Tarrapha, & Ortelius tradunt.

VI. Felicissimus de Atcua.] Cæsar Ategua. Valer. Max. Attiuga. Plin. Attubi, quæ Claritas Iulia, ad conuentum Astigitanum, non procul ab Vrso; hodie Castillo de Teba.

VII. Leo Accinipe.] Accinipo Ptolem. in Bæticis Celticis iuxta Anam fluuium in eadem Celtica. Plinius duplici. pp.

VIII. Liberalis de Eliocroca.] De Eliocrota, Lorca in Bætica: comes fuit hic presbytér Successi Episcopi Eliocrotensis.

IX. Ianuarius à Lauro.] Duplex Laurum, alterum apud Sucronem, vbi pugnauit Sertorius, alterum Bæticæ, vbi occisus Pompei filius.

X. Ianuarius Barbæ.] Barba Antonino in Bætica, iuxta Anticariam.

C XI. Victorinus Agabro.] In Bætica, Cabra dicitur, caput Comitatus de Cabra: comitem Sinagij Episcopi Agabrensis fuisse putarim.

XII. Titus à Vinc.

XIII. Eucharius à Municipio,] forte Calagurris, nam in nummo Augusti apud Goltzium legitur. MVN. CALAG. IVL. quòd ab Augusto facta esset municipium.

XIV. Syluanus Segalbina] fortè quæ Sclambina Ptolem. hodie Salabreña.

XV. Victor Vlia] Gaditani conuentus fuisse ait Plinius: forsan Montemayor in Bætica, quindecim lapidibus à Corduba.

XVI. Ianuarius Vrci.] Vrci, aliàs Virgi, vulgò Almeria. Ianuarium comitem fuisse Cantoni Episcopi Virgitani crediderim.

D XVII. Leo Gemella] Martos hodie, olim duplici nomine insignita; Tucci, & Augusta Gemella, vt testatur Plinius. Comes fuit Leo Camerini Episcopi Tuccitani.

XVIII. Turrinus Castilona,] Castulone legendum; Cazlona la vieja in Bætica. Comes Secundini Castulonensis.

XIX. Luxurius de Dronæ] forsan de Brana, quam conuentui Gaditano adscribit Plinius.

XX. Emeritus Baria,] eadem quæ falsò Balaria apud Ptolem. Baria in Cicerone ad Atticum, Varia apud Plinium, non procul à Virgi, nunc Vera.

XXI. Eumantius Selia.] Ptolom. in Bætica, fortè Villanueua dela Xara, in cuius lapide scribitur Solensis: conuentus Cordubensis erat.

XXII. Clementianus Ossigi.] Cognominabatur Ossigi Laconicum, conuentus fuisse Cordubensis docet Plinius.

E XXIII. Eutyces Carthaginensis.

XXIV. Iulianus Corduba,] Comes Osij.

Aliorum duodecimum presbyterorum nomina, temporum iniuria periisse non ambigo, vt numerus triginta, & sex compleretur. Ex horum tamen & Episcoporum subscriptionibus palam fit, longè latèque propagatam fuisse in Hispania huius Concilij tempore religionem Christianam, cùm nulla sit regni prouincia, ex qua aut presbyter, aut Episcopus, non aduenerit. Presbyteros autem qui huic Concilio interfuerunt, duplicis (vt ita dixerim) generis fuisse agnoscimus: quosdam Episcoporum comites ex præcepto Lucij Papæ: alios verò, vel Vicarios suorum Episcoporum, aut tanquam doctrina & religione præstantes electos accersitósque fuisse ab Episcopis, vt Concilio interessent. Vtrorumque subscriptiones indicant decernendi auctoritate olim presbyteros non caruisse: aliter enim, quorsum tot ipsorum subscriptiones

ptiones? potuit enim Christiani populi calamitas, Imperatorum Ethnicorum tyrannis, Catholicorum Episcoporum zelus, presbyterorum doctrina & pietas, & omnium tandem propagandæ religionis studium, consultationem presbyterorum & iudicium exposcere; quod vsu confirmatum sua ætate scribit Isidorus [1]. [Et corona (ait) facta de sedibus Episcoporum, presbyteri à tergo eorum resideant; quos tamen sessuros secum Metropolitanus elegerit: qui vtique & cum eo iudicare aliquid & diffinire possint.] Et mox, [Sicque omnes, qui de religiosis in tetro actis diebus, spirituali institutione interfuerant in Concilio, foris egrediantur; residentibus aliquibus presbyteris, in Concilio, quos Metropolitanus probauerit honorandos.] Quæ postea, vel decrescente eorundem sanctitate, & doctrina, vel aucto Episcoporum numero, iustissimè interdicta sunt: solique Episcopi, & quidam Abbates seculares ex longa consuetudine, eo priuilegio vtuntur.

[1] *D. Isidorus in libello de modo celebrandi.*

De Diaconis quoque offerebatur occasio differendi, an in Ecclesiasticis conuentibus consulendi, aut decernendi auctoritatem habuerint? Et non habuisse magis puto, quod nec sedendi priuilegio, nec subscribendi vterentur, ni vices gererent alicuius Episcopi. Solebant enim hi, cùm vel negociis, vel morbo impediti Conciliis Hispaniæ adesse non possent, diaconos tanquam Vicarios, & Legatos suo nomine ad Concilium mittere, qui post reliquos Episcopos sedebant, consulebant, decidebant, & subscribebant. In Concilio enim Toletano III. subscripsit pro Poëto Episcopo Magalonensi Genesius Archidiaconus eiusdem Ecclesiæ (tunc omnes ferè Archidiaconi non erant presbyteri) & pro Pelagio Episcopo Nemausensi subscripsit Valerianus Archidiaconus eiusdem Ecclesiæ. In IV. Pro Carterio Arcauicensi Domarius Archidiaconus; & pro Solemnio Episcopo Carcasonensi Donnellus Archidiaconus: pro Genesio Magalonensi Stephanus Archidiaconus. In V. pro Meruntino Episcopo Petrus diaconus. In VI. pro Antonio Episcopo Valentino, Seuerinus diaconus. In Gallia item receptum ex Concilio Lugdunensi I. apparet, in quo subscripsit Astemius diaconus, directus (vt ipse ait) à domino meo Maximo Episcopo Ecclesiæ Valentinæ; & sic in aliis. Quod cùm in Hispania aliquando indignum Ecclesiastica auctoritate visum esset, vt ministri cum maioribus & prælatis interessent, sederent & subscriberent, ideò in Concilio Emeritensi cautum est, vt Episcopi, si negociis, aut debilitate, aut alia ratione præpediti Conciliis interesse non possent, si Vicarios mitterent, non diaconos, sed presbyteros, aut Archipresbyteros eligerent. Diaconos autem, quos interfuisse huic Concilio notarius retulit, Vicarios non fuisse, existimatim, quòd adstantes, non adsidentes renuntiauerit.

COMMENTARII NOVI.

COnsonant cum hac Concilij præfatione Concilium Tolet. 1. ibi: *Considentibus Presbyteris adstantibus Diaconibus, & cæteris.* Brachar. 1. *in præfatione considentibus simul Episcopis præsentibus Presbyteris, adstantibusque ministris, vel vniuerso clero*, Concilium Tolet 4. *can.* 4. vbi ex D. Isidoro refertur forma celebrandi Concilium, & dicitur: *Cuncti ad vnam ianuam, per quam Sacerdotes ingredi oportet, ostiarij stent; & conuenientes omnes Episcopi pariter introëant, & secundum ordinationis sua tempora resideant. Post ingressum omnium Episcoporum, atque consessum vocentur, deinde Presbyteri, quos causa probauerit introire. Nullus se inter eos ingerat Diaconorum. Post hos ingrediantur diaconi probabiles, quos ordo poposcerit interesse; & corona facta de sedibus Episcoporum, Presbyteri à tergo eorum resideant. Diacones in conspectu Episcoporum stent. Deinde ingrediantur laici, qui electione Concilij interesse meruerint. Ingrediantur quoque & Notarij, quos ad recitandum, vel excipiendum ordo requirit, & obserentur ianuæ:* Concilium Vernens. *can.* 4. ibi, *veniant ad Synodum Metropolitani, & alij Episcopi, vel Abbates, seu Presbyteri.* Vnde in Concil. Arelat. 2. plures Presbyteri interfuerunt, vt ex eius indiculo constat: in Concilio Rom. 2. sub Symacho subscripserunt Presbyteri 67. in Concil. Altisiodor. Presbyteri 32.

Sed quo iure Presbyteri his sacris comitiis interfint examinandum est, & certè triplici ratione, & iure poterant adesse, & subscribere. Primo tanquam socij Episcoporum, vt probat *Mendoza* in præsenti, & eo modo credo subscripsisse in hoc Concilio Liberalem Presbyterum de Eliocrota, Bitorinum Agabriensem, Ianuarium Vrci, seu Vrgi, Leonem Gemellæ, seu Tucitanum, Turrinum Castulonensem, Iulianum Cordubensem. Secundo tanquam Vicarij Episcoporum, nam Episcopi, qui Synodo interesse nequibant, Presbyterum mittebant, vt eorum nomine subscriberet: Concilium Emerit. *can.* 5. vbi statuitur: *iuxta Canonicum ordinem tempore, quo Concilium per Metropolitani voluntatem, & Regiam iussionem electum fuerit agere, omnes confinissimos Episcopos in vnum oportet adesse; nec pro tali re qualibet causa opponi debet ad excusationem. Quod si contigerit aliquem de fratribus retineri ab infirmitate, qualiter non possit venire, aut per Regiam iussionem iniunctum acceperit ali-*

quid

A *quid agere, vt sit per quod non possit Concilio interesse, quicquid tale acciderit, Metropolitano suo fideliter intimet cuncta, per suam epistolam manu sua subscriptam; vt postmodum quaratur, anne excusationem faciat aliquam. Ad suam tamen personam non aliter, nisi aut Archipresbyterum summ dirigat, aut si Archipresbytero impossibilitas fuerit, Presbyterum vicinum, cuius dignitas cum prudentia pateat, à tergo Episcoporum inter Presbyteros sedere, & quaque in eo Concilio fuerint acta scire, & subscribere*: vt in Concilio Narbonensi 2. vbi subscripsit Vincentius Presbyter nomine Episcopi Constantini, & in Concilio Arausic. 1. subscripsit Superuentor pro Episcopo suo, & in Concilio Arelat 3 Cataphronius, & Desiderius Presbyteri subscripserunt pro Agrilio, & Seuero Episcopis: in Concilio Turonens. 1. Iucundinus Presbyter sui Episcopi iussu in eo subscripsit, & in Concil. Epaunen. Pedalius Presbyter interfuit, & subscripsit pro Salutari Episcopo: & quidem tunc ante alios Episcopos habita ratione consecrationis proprij Præsulis, à quo mittebantur subscribebant, vt iam notaui, & contigit in Concilio Nicæno 1. vbi Vito, & Vincentius Presbyteri R. P. legati cum Osio Cordubensi Episcopo ante Episcopos, & Patriarchas subscripserunt, licet eius subscriptionis aliam rationem reddat Filesacus *in c. quod sedem* 10. § 4. *de officio ord. n.* Tertio etiam iure Presbyteri potuerant interesse huic Concilio, vt Parochi, qui dicuntur Præsati Ecclesiarum suarum *in c. 2. c. cum ab Ecclesiarum de officio ordin. c. tua de clerico ægrot. c. vt animarum de constit. lib. 6.* Qua ratione subscripsisse Presbyteros in præsenti iam notarant Nicolaus Le maistre *de iurib. Episc. lib. 2. c. 9.* Franciscus Hallerius *in vindiciis fol. 445. & 513.* Ioann. Filesac. *de orig. Paroeciar. c. 4.* & recte: nam quid sibi volunt subscriptiones illæ Restitutus Presbyter de Elepel, Natalis Presbyter de Orsuna, & similes, nisi vt demonstretur Parochos huiusmodi locorum adfuisse, & subscripsisse? nam cum in illis Ecclesiis reperirentur Præfecti, & titulati ipsi vt Parochi, & Archipresbyteri Concilio interfuerunt; quod facilius fiudebitur, si breuiter recensemus loca, ex quibus illi peruenerant. Eorum catalogum post Suritam, Mendozam, & Loaisam referunt Viuar *ad Flauium Dextr. anno* 300. *fol.* 323. Pedraza 1. *p. hist. Gran. c.* 11. Sed iuxta ordinem transcriptum à Mendoza primo loco subscripsit Restitutus Presbyter de Elepel ita legitur apud Loaisam, Suritam, & Genebrardum, sed legendum est de Illipula, vt iam notarunt Viuar *ad Flauium Dextr. d. anno* 300. Pedraza vbi proximè, pro quibus facit authoritas Flau. Dextr *d. anno* 300. *num.* 17. vbi legitur: *Ilipula in Hispania Sanctus Restitutus (vt creditur) Presbyter; magister Castoris, & Sociorum Cantabrorum Lapidicinarum. Hic & Crispulus Martyr, & Restitutus, de quo dudum dixeramus, interfuerunt Concilio Illiberitano in Bætica*: ex quibus verbis constat non solum Restitutum Presbyterum Illipulitanum interfuisse huic Concilio, verùm & alios duos quorum memoria temporum iniuria periit. Circa Illipam vbi Restitutus Presbyter multis virtutibus florebat, non conueniunt Authores propter varias huius nominis vrbes, quæ priſco illo ſæculo in Hiſpania reperiebantur: alia enim fuit Illipa magna in Bætica, quæ nunc dicitur *Peneflor*. Alia erat in Bœturia Turdulorum hodie *Eſtremadura*, & dicitur *Calamea dela Serena*, quam Illipam minorem esse contendit Morales. Alia etiam fuit Illipula, à Plinio Laus dicta propè Illiberim. Alia tandem fuit Illipla, quæ hodie *Niebla* dicitur. Iulian. Pertusin. aduers. num. 166. *Hienipa dicta est corruptius Elepla, nunc autem Niebla.* Pluribus veteribus inscriptionibus, & monetarum reuersis probant R. Caro *in antiquit. Hispal lib* 3. *Conuent. Iurid. c.* 11. *&* 78. Tamayus à Salazar *in Martyrol. die* 10. *Iunij*: Viuar *ad Dextr. d anno* 300. Ex quarum vltima Elepla videlicet hodie *Niebla* venerat Restitutus Presbyter, vt legatus proprij Episcopi, qui ad Concilium accedere nequiuerat. Elepla enim erat vrbs Episcopalis, & eius Præsulem subscriptiones plures reperiuntur in Conciliis Hiſpaniæ, vt in Concilio Tolet. 3. vbi subscripsit Basilius Illiplensis Episcopus: in Hispalensi 1. idem Basilius Eliplensis; in Conciliis Tolet. 4. & 6. Eleplensis; in Tolet. 7. Clemens Vice Ioannis Episcopi Eleplensis in Tolet. 8. Seruandus Eleplensis in Conciliis Tolet. 12. 13. & 15. Getta Episcopus Eleplensis in Tolet. 16. Papulus Episcopus Eleplensis, qui cum aliis duobus Episcopis profectus fuit in Lusitaniam. Eius etiam meminerunt. *R. Archiepiscopus* ibi: *venerunt etiam tres Episcopi Assidonensis, Eleplensis, & tertius de Marchena*: historia general. Hispan. *p.* 3. *c.* 2. *E vero si vinieron tres Obispos à Toledo, el vno de Assidonia, e el otro de Niebla, è el otro de Marchena.* Postea S. Restitutus hic Martyrio coronatus fuit die 10. Iunij eodem anno 300. vt probant Tamayus à Salazar *in Martyrol. eod. die* 10. Padilla *tom.* 1. *hist. Eccl. Hisp. tom.* 1. *cent.* 4. *c.* 32. P. Marieta *lib.* 1. *hist. c.* 10. R. Caro *in not. ad Flau. Dextr. anno* 300. *num.* 17. & de eo, & collegis tanquam de Diuis Hispalitanæ Diœcesis sub titu duplici Hispalensis Ecclesiæ persoluit officium.

Secundo loco subscripsit Natalis Presbyter de Vrsona, qui defuncto Melantio Præsule Tolet. suffectus fuit in eius locum, vt refert Flau. Dextr. anno 310. his verb. *Natalis Episcopus Toletanus succedit sanctissimo confessori Melantio, qui vt illa ferebant tempora, multa passus est pro Ecclesia Catholica contra Hæreticos, & Gentiles defensione.* Postea interfuit Concilio Nicæno, & Concilium Toletanum celebrauit, quod refert Viuar ad Flau. Dextr. *anno* 324. & sanctè, pieque debitum naturæ exsoluit anno 352. vt refert Caro vbi *supra c.* 56. Vrsao, siue Vrsona nobilis, & antiqua vrbs Hiſpaniæ vlteriotis in Bætica fundata fuit à Pyrrho, & Illiberia eius vxore, conuentus fuit Astigitani licet colonia immunis: Plinius *lib.* 1. *c.* 3. illic *huius conuentus Astigitani* (vulgo Ecixa) *sunt reliqua colonia immunes Tucci, quæ cognominatur Augusta Gemella, Iucci, quæ Virtus Iulia, Vrso, quæ Gemina vrbanorum.* Ex qua Plinij authoritate constat duplex nomen adeptam fuisse primum Vrso, siue Vrsao à multitudine Vrsorum eo loco irruentium, vt vult R. Caro *lib.* 3. *antiquit. Hispal. c.* 52. vel à gente Vrsina Romanorum, vt docuit Bzouius in *compend. ann. Christ.* 15. &

Gemina vrbanorum. Quidquid sit magnæ antiquitatis insignia monumenta retinet, vt ex vetustis lapidibus, & monetis probant R. Caro, & Viuarius *ad Flau. Dext. anno* 110. Hirtius *de bello Hisp. prope finem*, Morales *lib.* 8. *hist. cap.* 48. *& lib.* 9. *cap.* 32. Tamay. *in Martyrol. die* 12. *Ianuarij*, Carpio *de execut. testam. in dedicat.*

Tertio in loco subscripsit Maurus Presbyter de Illiturgi: Illiturgis, aut Illiturgium ciuitas est Bæticæ in Bastitanis hodie dicta *Anduxar la vieja*. Luidprand. in aduers. *num.* 277. *in pluribus Codicibus Liuianis* 111. *Decad. lib.* 8. *legitur Iliturgis simplici l. & ita legendum est, ad differentiam alterius Batice, quæ scribitur duplici. Apud Eulogium simplici scribitur.* Ex quibus verbis apparet aliam fuisse in Batica Illiturgim duplici littera. l. ad differentiam alterius quæ simplici l. scribebatur; sed vbi Illiturgis in Bætica esset nec Luitprandus, nec alius demonstrauit; forsan aliquod fuisse oppidum censuit Rus Puerta *hist. Gien. c.* 8. *num.* 6. non fuit ciuitas Episcopalis, sed tantum per Presbyterum regebatur, vt constat ex *l.* 13. *tit.* 2. *lib.* 12. *legum Vuisigoth.* vbi Sisebutus Gothorum Rex rescribens Episcopis, & Iudicibus apud Bæticam constitutis ait: *sanctissimis, ac beatissimis Agapio, Episcopis siue iudicibus ibidem institutis, similiter & reliquis sacerdotibus, & iudicibus in territorio Arbi, Vrgi, Sturgi, Illiturgi Biaciatui, Agatugia, Ebagri & Epagri, consistentibus.* Maurum Archipresbyterum fuisse huius oppidi refert Iulianus *in aduers. num.* 370. Vnde iure proprio tanquam Archipresbyter interfuit huic Concilio.

Quarto loco subscripsit Läponianus Presbyter Karula. Carula autem est oppidum Bæticæ iuxta Illipam, quod hodie dicitur *Villanueua del Rio*: situm erat iuxta flumen *Guadalquiuir Plinius* illud sub nomine Carbuli ponit in conuentu Cordubensi, sed legendum esse Carula iam notauit *Surita* in notis ad itiner. Antonini his verbis, sed cum in *manuscriptis Plinij exemplaribus vno consensu legatur Carbula non Carbulo, suspicari cogor, fortè legendum esse Carula.* Vetus numisma huius oppidi ponit, & exponit R. Caro *lib.* 1. *antiq. Hispal. c.* 49.

Quinto loco subscripsit Barbatus Presbyter de Aduigi, siue Artigi, sed rectiùs legit Viuar *ad Flau. Dextr. d. ann.* 300. de Auri, quod oppidum fuit vbi nunc est *Laën.* vt notauit Pedraza *d.* 2. *parte hist. Gran. c.* 13.

Sexto in loco subscripsit Fœliciſſimus Presbyter de Ateua. Areua hodie *Teba* oppidum est perantiquum Bæticæ à Græcis constructum vt ex eius nomine facile deducitur, & probat R. Caro *lib.* 3. *antiquit. Hisp. cap.* 65. vbi vetusta monumenta, quæ in eo reperiuntur refert, & illustrat, spectabat ad conuentum Astigitanum vt ex Plinio probat Pedraza *dict. cap.* 13.

Septimo loco subscripsit Leo Accinipe. Accinipo oppidum fuit Bæticæ vbi nunc est *Ronda la vieja.* Monetam eius nominis cusam exarauit, & illustrauit R. Caro *dict. libro tertio, cap.* 57.

Subscripsit etiam octauo loco Liberalis de Eliocrota, qui comes fuit Episcopi Successi Eliocrotensis, vt supra notaui.

Nono loco legitur Ianuarius de Lauro. Laura hodie *Lora* oppidum est non procul ab Estepa, vt contra Viuarium probat R. Caro *d. lib.* 3. *cap.* 4.

Decimo loco subscripsit Ianuarius Barbæ: vbi legendum esse Barbæ solæ, voluit Viuar ad *Flau. Dextr. can.* 30. Pedraza *dict. cap.* 13. emendat Barbi, sed retinenda est lectio Barbæ, quæ antiqua fuit vrbs propè Anticariam.

Victorinus de Agabro subscripsit vndecimo loco, qui Comes fuit Sinagij Episcopi Agabrensis, vt iam supra notaui.

Duodecimo loco subscripsit Titus à Vineis. Viuar *d. anno* 300. putat esse *Vilches* in Saltu Mariano, sed existimo legendum esse Vineolis, quod oppidum est inter Mentesam, & Accatuci, vt constat ex itinerario Antonini ibi:

Basta. M. P. XVI. *Baça.*
Acci. M. P. XXV. *Guadix.*
Accatuci. M. P. XXVIII. *Lugar alli cerca.*
Vineolis. M. P. XXIII.
Mentesa M. P. XX. *Vn despoblado.*
Castulone M. P. XXII. *Cazlona.*

Subscripsit decimo tertio loco Eucharius à Municipio; quod Municipium Aluense esse, quod dicitur *Arjona* existimauit Viuar *ad Dext. anno* 300. *comment.* 1. *num.* 5. D. Gregorius Lopez Madera *in monte sacro cap.* 23. *fol.* 92. Municipium accipit pro Municipio Florentino Illiberitano. Illiberis enim hodie appellabatur Municipium Florentinum, vt probant Morales *in antiquit. Hispan. cap.* 7. Pedraza 1. *p. hist. Gran. cap.* 18. Tamayo *in Martyrol. Hisp. die* 7. *Ianuar.* Sed rectius D. Laurentius Ramirez de Prado vir apprimè eruditus *in not. ad Luidprand. Chron. ann.* 669. *num.* 45. accipit pro Ambracia antiqua vrbe Lusitaniæ fretus aperto testimonio Iuliani *in tract. de Eremiteriis num.* 16. his verbis. *Quod oppidum Ambracia per emphasin dictum est Municipium. In Concilio Illiberitano confirmat Archipresbyter Eucharius à Municipio. Qui hoc tempore, scilicet conditi templi dicitur fuisse Episcopus vir apprimi sanctus, & doctus.*

Loco decimo quarto subscripsit Syluanus Segalbina. Mendozæ interpretationem sequitur Viuar *d. anno* 300. & legit Sclanuinam, quæ nunc est *Solobreña* non longè à Malaca quod etiam ex Florentino Ocampo refert Bermudez *d. c.* 13.

Decimo quinto loco subscripsit Victor Vlia: quæ ciuitas olim Episcopalis fuit per quinque leucas Hispanicas distans à Corduba, quæ hodie dicitur *Monte maior* vt docuerunt A. Morales *lib.* 8. *c.* 35. Viuar *d. anno* 300. Pedraza *d. c.* 13. veterem dedicationem sub nomine Vliæ refert A. de Morales *lib.* 9. *c.* 41. in hæc verba.

IMP. CÆS. DIVI SEPTIMII SEVERI PII,
PERTINACIS AVG. ARABICI, ADIABENICI,
PARTHICI MAX. BRITANICI. MAX:
FILIO. M. AVRELIO DIVI. M. ANTONINI.

PII

A PII GERMANICI, SARMATICI NEPOTI,
DIVI ANTONINI PII PRONEPOTI, DIVI
HADRIANI ANTONINI ABNEPOTI, DIVI
TRAIANI ET DIVI NERVÆ ADNEPOTI,
ANTONINO AVG. TRIB. POST. VIII. COS. VI.
SPLENDISSIMVS ORDO REIP. VLIENSIVM
STATVAM FACIENDAM DEDICANDAMQVE
CENSVIT. DEDICANTE, MARCOMANIO
CORNELIANO CVRATORE
ANNONÆ CIVILIS DIVI ANTONINI.

B Decimo ſexto loco ſubſcripſit Ianuarius de Vrſi ſiue Vrgi, qui fuit comes Epiſcopi Vrgitani, vt poſt *Mendozam* notarunt *Viuar & Pedraza* vbi proximè *D. Laurentius Ramirez* in not. ad Luitprand. Chron ann 660.

Decimo ſeptimo loco ſubſcripſit Leo Gemella, qui fuit Comes Camerini Epiſcopi Tucitani, vt ſupra notaui, & docuerunt Pedraza, & Viuar.

Decimo octauo loco ſubſcripſit Turrinas Caſtilona, ſed legendum eſſe Caſtulone iam poſt Mendozam docuerunt Pedraza, & Viuar, is Comes fuit Secundini Epiſcopi Caſtulonenſis.

Decimo nono loco ſubſcripſit Luxurius de Drona, Viuar emendat Vrbona: illud certum liquet Presbyterum hunc martyrio coronatum fuiſſe ſimul cum Camerino Epiſcopo Tucitano in Sardinia, vt refertur in Martyrol. Rom. die 21. Aug. & illuſtrat Tamayo in *Martyrol. eodem die.*

C Vigeſimo loco ſubſcripſit Emeritus Baria. Viuar, & Pedraza legunt Bariam quod oppidum hodie dicitur *Vera*, eſtque in princ. Bæticæ, vt ex Floriano Occampo probat R. Caro *lib. 1. antiquit. Hiſpal. c. 1.*

Vigeſimo primo loco ſubſcripſit Eumantius Selia. Selia autem fuit vetus Ciuitas Bæticæ prope Illipam conuentus Cordubenſis ad ripam Bætici fluminis, habuiſſeque olim Eccleſiam

D Cathedralem referunt Caro & Viuar ad *Flau. Dexir. d. ann. 300.* Pedraza *d. c. 13.*

Vigeſimo ſecundo loco ſubſcripſit Clementianus Oſſigi. Viuar legit de Aſtigi, hoc eſt Exija, ſed rectius *Rus Puerta*, quem refert, & ſequitur Pedraza *d. c. 13.* retinet Oſſigi, docétque fuiſſe Oppidum in principio Bæticæ pro parte Tarra onenſi ſitum vbi hodie dicitur *Mingibar* in Regno Giennenſi.

Vigeſimo tertio loco ſubſcripſit Euthyces, ſeu Euthychius Carthaginẽſis. Carthago autem Spartaria, ſeu Noua ad differentiam Veteris, de qua pluta adducit Tamayo *tom. 1. Martyrol. pagin. 410.* hodie nomen idem retinet, dicitúrque

E *Carthagena de Eſpaña* in diſcrimẽ alterius quæ iacet in Americæ ſinu. Carthago hæc Spartaria ſedem Epiſcopalem habuit à primis Eccleſiæ cunabulis, quæ poſtea in Murciam tranſlata fuit: de eius conditoribus nonnulla adducit Tamayo *in Martyrol. tom. 1. die 15. Ianuar.* Et vetuſtiſſima exponit *tom 2. die 1. Martij.* Vnde conſtat Euthychium vt legatum Epiſcopi proprij, aut ſede vacante interfuiſſe huic Concilio.

Vigeſimo quarto loco ſubſcripſit Iulianus Cordubenſis Comes Magni Oſij Cordubenſis vrbs Patricia, & Bæticæ princeps appellata eſt, vt in peculiari de hoc Opuſculo latino ſermone edito probat P. Martinus de Roa; fuit Romanorum colonia à Gothis exculta & illorum regium faſtigium ab Arabibus Imperij ſede ornata, ſcientiarum mater iuxta Martialem *lib. 1. Epigramm. 62.* ibi: *facunda loquitur Corduba*: eius litteris celebratiſſimos filios recenſet Coronel *ad Gongoram ſonet. 39.*

Interfuerunt etiam huic Concilio Iuuencus natione Hiſpanus Presbyter Salmanticenſis, vt refert Flauius Dextr. ann 337. his verbis: *Salmanticæ in Vettonibus S. Iuuencus Presbyter moritur, qui iuxta nonnullos interfuit Concilio Illiberitano*, vbi notarunt Caro *fol. 123.* Viuar *fol. 380.* Iuuencus hic in doctrinis omnibus ſic progreſſus feciſſe dicitur, vt ſui ſæculi vnus ex famoſioribus in omni genere ſcientiarum Doctoribus haberetur. Hinc ſuis tot meritis expoſcentibus per Eccleſiaſticos gradus ad Presbyteratum acceſſit, cuius doctrina adeò totius Hiſpaniæ tractus occupauit, quòd congregato hoc celebri Concilio à PP. euocatus interfuit: poſt hæc Salmanticam reuerſus plures Eccleſiæ filios parturire curauit, & poſt eius obitum inter Confeſſores Presbyteros relatus fuit, eius opera per totius orbis euulgata nationes S. Hieronymi, & aliorum illius ſæculi ſanctorum PP. & nobilium ſcriptorum merentur encomia: imò in Concilio Rom. ſub Gelaſio 1. anno 496. celebrato, quo DD. ſcripta ab Apocryphis diſtinguerentur B. Iuuenci ſcripta, vt authentica relata ſunt. Omnia hæc complectitur antiquus verſificator his verſibus.

Cæſaris *ecce* Briga, *urbs poſt hac veneranda*
Iuuencum.
Presbyterum noſcit, pignus, & eſſe ſuum.
Hic igitur natum tenuit Salmantica *clarum*
Sanctum Doctrinis & pietate virum.
Illiberis *cœtus Patrum cognouit & illum*
Doctam Decretis adhibuiſſe manum.
Denique Confeſſor Sanctus, conſcendit Olympum;
Laudibus vt Vetto *gaudeat ipſe ſuis.*

Alia proſequuntur de S. Iuuenco D. Hieronymus *de ſcriptor Eccleſ. c. 84.* Aubertus Miræus *in Biblioth. Eccleſ. & in epiſt. ad Magnum*, & *in comment. ad c. 7. Matth.* Honorius Auguſtodun. *de ſcriptor. Eccleſ. §. 85.* Euſebius *in chron. anno 329.* Moſales *lib. 10. c. 34.* & alij congeſti à Tamayo *in Martyrol. tom. 5. die 12. ſeptemb.*

Interfuit etiam Crapulus Presbyter Ilipulitanus, vt ſupra retuli. Vnde, ſi lectionem vulgarem retineamus, vbi habetur reſidentibus 26. Presbyteris adimpletur numerus, adiectis his duobus, quorum ſubſcriptiones iniuria temporum periere, ſicut & memoria Diaconorum: tantum enim liquet B. Vincentium Archidiaconum ſimul cum Valerio Epiſcopo ſuo adfuiſſe,

vt

vt notarunt Viuar ad *Flauium Dextr. anno* 300. *fol.* 323. Carrillo *in vita S. Valery c.* 15. etiam Fœlicem Archidiaconum Toletanum adfuisse huic Concilio constat ex Flau. Dextr. anno 300. num. 12. ibi: *Fœlix Archidiaconus Toletanus, qui collegit, digessitque Canones Concilij Illiberitani cum S. Osio Cordubensi mirè floret.* Ipse sequenti anno die 12. Maij in Hispalensi Ciuitate Martyrij laurea coronatus fuit, vt ex Martyrol. R. & aliis probat Tamayo *tom.* 3. *Martyrol. d. die* 12. hæc de SS. Patribus huius Concilij. Siste tamen pauliper, Lector, & attende Concilium hoc veluti librum pœnitentialem, cum omnes ferè illius Canones pœnitentiales sint, in quibus elucet quanta fuerit in illis sanctissimis viris obseruantia Censuræ, quantus vigor in extirpandis ab Ecclesia peccatis, & vide quanta veneratione habendum sit Concilium, in quod tot Martyres Christi, tótque egregij Catholicæ fidei confessores conuenerunt. Illi intercedant pro nobis, vt dignè, ac reuerenter eorum sententias auscultare, & exponere valeamus. GONZALEZ. A

ET OMNI PLEBE; B

CAPVT OCTAVVM.

Cur de plebe mentio in hoc Concilio iniecta.

ABsit, Beatissime Pater, vt hinc aliquis eam erroris maculam Hispaniæ aspergat, vt eo tempore, aut vnquam in Conciliis Prouincialibus, vel Generalibus, interesse plebem potuisse dicat, & eius iudicio, vt Ecclesiasticorum, causas Ecclesiæ tractari, & diffiniri: sed vt auribus exciperet, quæ Catholicæ Ecclesiæ Episcopi decreuerant, vt re & opere posteà exequeretur: solebant primitiuæ Ecclesiæ patres (quod & hodie obseruant) congregatis omnibus fidelibus in Ecclesia, renuntiare palàm, quod clam constituissent: eaque renuntiatio promulgationis vim & auctoritatem habebat: fiebat à Notario, ex cuius fide decreta omnia Concilij pendebant. Fuisse autem hanc Concilij nostri Illiberritani renuntiationem à Notario factam, inde colligitur, quòd in primo huius Concilij canone, vt referunt CC. MS. addatur: Placuit inter eos: & in principio ante canones dicitur: [Cùm consedissent sancti & religiosi Episcopi in Ecclesia Illiberritana, hoc est, Felix, &c. residentibus etiam XXXVI. presbyteris, adstantibus Diaconibus, & omni plebe, vniuersi Episcopi dixerunt.] Quæ omnia indicant testimonium esse notarij. Nomina præsentium Episcoporum principio olim præfigebantur: quia cùm numero perpauci essent, incommodum id non erat, nec audientibus, nec legentibus graue, si ex fide notarij agnoscerent, qui Concilio interfuerant, & decreta firmauerant. At cùm in Generalibus Conciliis, & quibusdam Prouincialibus, incremento fidei, fidelium Episcoporum numerus creuisset, ne tot nominibus recitandis molestia in principio lectoribus crearetur, prudenter ad calcem illa, additis subscriptionibus, reiecta sunt. C D

Sed tempus est, vt huius Concilij decreta, non tam nostra, quàm summorum Pontificum doctrina & auctoritate, sanctissimorum Conciliorum sanctionibus, antiquorum Patrum sententiis, & diuinis Ecclesiæ traditionibus, vt vetustissima, sic & Catholicæ Apostolicæque doctrinæ, & pietatis plenissima esse ostendamus.

COMMENTARII NOVI.

OMnibus Hæreticis semper fuit, & hucusque proprium est Conciliorum authoritati detrahere, eorum vsum damnare, aut saltem congregandi formam, & veram seriem posteà fucata, & adulterina historia corrumpere, vt nostris temporibus conatus fuit P. Soanus Polanus, seu quisquis author est historiæ Concilij Trident. quem fœliciter, & neruosè debellauit Sforcia Pallauicinus Societatis Iesu, & R. S. E. Cardinalis. Inter alios ergo Hæreticorum errores ille fuit, videlicet non solum Prælatos maiores, verum Presbyteros, & Laicos præstare debere suffragium in Concilio, quantumuis generalitia censuerunt Lutherus *lib. de Concil. c.* 2. *pagin.* 264. Carolus Molinæus *in suo Concil. de Conc. Trident non recip.* §. 28 Protestantes in eo libro, quem ediderunt sub titulo causæ cur Electores, & cæteri confessioni Augustanæ addicti Concil. Trident. non accedant. Expendunt pro suo errore adstruendo, primo Concilium Hierosolymit. Apost. quod refertur Actuum Apost. *c.* 15. in illis verb. *visum est Apostolis, & senioribus cum omni Ecclesia*; vbi referri videtur non solum Apostolis, sed Presbyteros, & laicos Concilio interfuisse: secundo quod communis causa communibus votis iuuanda est, sed causa religionis communis est, igitur omnium suffragiis decidenda est. Sed Catholica sententia tenet Prælatos maiores, Archiepiscopos videlicet, & Episcopos in Oecumenicis, & Prouincialibus Conciliis ius suffragij decisiui habere; priuilegio autem, & consuetudine illud præstare posse Cardinales, Abbates, Presbyterósque in Synodis Prouincialibus, & Diœcesanis: eam probant Turriscremata *in summa Ecclesiæ lib.* 3. *c.* 12. & 15. Bellar. *de Conciliis lib.* 1. *c.* 15. Anton. Augusti E

A Auguſtinus *in epitom. iuris Pontif. lib. 5. tit. 34.* Coriolanus *in ſumm. Concil. prælud.* Neque contrarium obſeruatum fuit in dicto Concilio Hieroſolymitano in quo plebs non adfuit, vt diffiniret, aut diſputaret, ſed tantùm vt audiret, & reciperet decreta Sanctorum Apoſtolorum, vt contigiſſe in electionibus Epiſcoporum primis Eccleſiæ ſæculis iam notaui *in c. 1. de election.* Nec intereſt quod fidei, religioniſque cauſa communis ſit, nam ad omnes pertinet, ſed diuerſo modo ad Prælatos vt DD. & iudices, ad cæteros vt diſcipulos, ſicut contingit in bello, vbi eius cauſa ad totum exercitum pertinet, diſpoſitio autem ad duces, &
B ſuperiores, licet aliquando legamus Imperatores ex eadem ratione Conciliis interfuiſſe, iuxta Nicolaum *in c. vbi nam 96. diſt.* ibi: *Vbi nam legiſtis Imperatores anteceſſores veſtros Synodalibus conuentibus interfuiſſe, niſi forſitan in quibus de fide tractatum eſt, quæ vniuerſalis eſt, quæ omnium communis eſt, quæ non ſolum ad clericos, verum etiam ad laicos; & ad omnes omnino pertinet Chriſtianos?* non vt ſuffragium præſtarent, ſed vt defenderent communem fidem edictis, ac legibus, & ſi opus fuiſſet gladio: vnde paſſim legimus ſupremos Monarchas per ſe, aut per legatos Conciliis interfuiſſe, vt defenderent eorum decreta *cap. concilia 17. diſt. cap. cap. Apoſtolicæ de re iudic. lib. 6.* latè probant Geymonius *lib. 2. de ſacrorum immunit. cap. 12.* Valdes *de dignit. Reg. cap. 1. per totum.* In primis autem Conciliis Hiſpaniæ noſtræ certo liquet Principes, Regnique Proceres interfuiſſe: quia in eis non ſolum ſpiritualia verum temporalia negotia tractabantur, eo quòd totius gentis Gothicæ Primates, Principes, Epiſcopi, Regnique Magnates in vnum cogebantur, eránt-que ſimul Regales curiæ, & comitia Eccleſiaſtica, cum in eis non ſolùm res Eccleſiaſticæ agerentur, ſed etiam ſæculares ordinabantur, vt iam obſeruarunt Villa Diego *in princ. fori ind,* Saauedra *in Coron, Goth. c. 1.* GONZALEZ.

DE CONCILIO ILLIBERRITANO CONFIRMANDO, AD CLEMENTEM VIII.

LIBER SECVNDVS.

De his qui post Baptismum idôlis sacrificant. Vulgata *Canon 1.*	*De his qui post Baptismum idolis immolauerunt. Emendata.* Canon I.
Placuit, vt quicunque post fidem Baptismi salutaris, adulta atate, ad templum idôli idolatraturus accesserit, & fecerit, quod est crimen capitale, nec in fine eum ad communionem suscipere.	Placuit inter eos, vt qui post fidem Baptismi salutaris, adulta ætate, ad templum idôli idololatraturus accesserit, & fecerit, quod est crimen principale, nec in fine eum communionem suscipere.

CAPVT PRIMVM.

Apostolorum Symbolum cur Patres Illiberritani initio huius Concilij omiserunt.

EST hoc in more positum institutóque maiorum, Clemens Pater Sanctissime (vt benè nosti) diuturno Ecclesiæ vsu & auctoritate comprobatum, & generalia & prouincialia concilia à fidei Catholicæ professione Symbolo Apostolorum tradita & consecrata exordiri: quod ob illorum est hæreticorum vesaniam inductum, qui aduersus præcipua fidei capita, & recepta à sanctissimis patribus Catholicæ religionis dogmata, pernicioſas vocum nouitates excitarunt. Et cùm ad hoc vsque concilij tempus Hispania disciplinæ Apostolicæ tenacissima, ab omni erroris labe, singulari Dei beneficio (cui immensæ gratiæ & immortales) & pura & integra perstitisset; idcirco Apostolicam fidei professionem à religiosissimis his patribus consulto fuisse silentio prætermissam; tum prudentiæ & sanctitati Episcoporum magis est consentaneum. Cùm certis præsertim D. Athanasij [a] monumentis sit traditum, eundem hunc qui concilio huic interfuit & subscripsit Osium, oborta Ariana hæresi contra secundam Trinitatis personam, omnium illum primum Syluestri Papæ, & vniuersi Concilij Nicæni auctoritate, Nicænum fidei Symbolum concinnasse, & principio illius præfixisse (à quo illa posthac in Conciliis reliquis edendi Symboli manauit consuetudo) additis expresiùs his, quæ ad extinguendam

[a] *D. Athan. in Epistol. ad solitariam vitam agentes.* Quãdo fidei Symbolum concilijs præfigi cœpit.

Digitized by Google

A dam accenſam ab Ario flammam de conſubſtantialitate Filij cum Patre videbantur neceſſaria Et cum de Spiritu ſancto tunc nulla eſſet orta controuerſia, ſimili, aut eâdem prorſus de cauſa ad aſſerendam Spiritus ſancti diuinitatem, nihil in Nicæno Symbolo, aut Concilij decretis, ſpeciatim actum reperimus. Diuus Hieronymus [b] illorum refellens ſententiam, qui fauentes Origeni dicebant, [Quomodò damnabimus, quos Synodus Nicæna non tetigit? quæ enim damnauit Arium, damnaſſet vtique & Origenem, ſi illius dogmata reprobaſſet, ſcilicet, vno medicamine omnes ſimul morbos debere curari. Et idcirco Spiritus ſancti neganda maieſtas eſt, quia in illa Synodo ſuper ſubſtantia eius ſilentium fuit. De Ario (inquit) tunc, non de Origene quæſtio fuit: de Filio, non de Spiritu ſancto: confeſſi ſunt, quod negabatur: ſiluerunt de quo nemo quærebat. Quanquam latenter Origenem fontem Arij perculſerunt.] D. Baſilius [c] poſtquam Nicænum fidei Symbolum retulit, vt ſubſcriberet Euſtachius Sebaſteæ Epiſcopus: Quoniam igitur in hac fide (inquit) reliqua quidem ſatis diligenter determinata ſunt, alia ad correctionem noxiorum, alia ad præmunitionem, contra ea quæ in futuro ſuboriri poſſunt: ſententia verò de Spiritu ſancto in tranſcurſu ſine omni diligentia poſita eſt, propterea quòd nondum mota eſſet iſta quæſtio, ſed adhuc credentium mentibus ſecurus ac nullis obiectus inſidiis ineſſet de Spiritu ſancto intellectus. Paulatim verò peruerſa impietatis ſemina ſe ſe exeruerunt, quæ quidem primùm ab Ario hæreſis auctore ſeminata, poſtea verò ab illis qui impia Arij commenta ſuſceperunt, ad perniciem Eccleſiarum munita ſunt.] Gregorius Nazianzenus [d] reſcribens ad Cledonium, perſpicuum & breuem Catholicæ fidei tractatum ab illo requirentem [Adiungentes, & inſuper explicantes id quod ab illis (Nicænos Patres intelligit) minus plenè de Spiritu ſancto dictum eſt, quoniam nondum coorta atque excitata hæc quæſtio fuerat.] Sed ea iam excitata, abnegatáque errore nefario per Macedonium Sacroſancta Spiritus diuinitate, ad eam aſſerendam addita ſunt in Concilio Conſtantinopolitano I. & Symbolo in eo edito. Qui ex Patre procedit: nec addiderunt tunc patres Spiritum ſanctum procedere etiam ex Filio, quòd illud ea tempeſtate (vt Baſilius [e] teſtatur) hæretici non negarent. Poſt autem cum in hoc hæretici, Græci præſertim offendiſſent, Alexandrinum Concilium (vt eſt auctor Cyrillus [f]) Epheſinum poſteà, Chalcedonenſe [g], Conſtantinopolitanum [h] II. & III. Lateranenſe [i] & Florentinum (vt prouincialia omittamus) Spiritum ſanctum à Patre & Filio procedere clariùs expreſſerunt. Semper enim maiores noſtri diuino eiuſdem ſancti Spiritus impulſu afflati ſtudia omnia, curam, operam, induſtriam, cogitationem, mentem denique omnem eò defixerunt, vt vnius fidei, vnius Eccleſiæ, vnius Chriſti præclaram ab Apoſtolis ſibi quaſi per manus traditam hæreditatem, quam temerè & impiè expilare conabantur hæretici, ſartam ipſi & tectam religioſiſſimè conſeruarent. Et cum Hiſpania non tam nouellis hæreticorum commentis, quàm antiquis & inueteratis idolorum ſuperſtitionibus, ob recentem fidei & Euangelij promulgationem, tenaciùs inhæreret: hinc religioſi & ſancti Hiſpanicæ Eccleſiæ Patres, quidquid viribus eniti, conſilio prouidere, & auctoritate decernere potuerunt, hoc omne ad præſentem Chriſtianæ Reipublici ſtatum, ad euellendas ſcilicet defixas altiùs eas idololatriæ radices, ſingulari pietate & prudentia accommodarunt: grauiſſima his pœna propoſita, qui Chriſtianæ religionis myſteriis initiati, & iam ætate, rationéque adulti ad templum idôli accedentes, idôlum pro Chriſto, nefario ſcelere, ſummóque violatæ ſacræ maieſtatis crimine adorarent.

[b] *D. Hieronym. in epiſt. 61. ad Pammachium & Oceanum.*

[c] *D. Baſil. epiſt. 78.*

[d] *Gregor. Nazianzen. epiſt. 2. ad Cledonium in princ. Concil. Conſtant. 1. can. 7.*

[e] *D. Baſil. lib. 1. in Eunomi.*

[f] *Cyril. in epiſt. ad Neſtorium approbata in Concilio Epheſino tom. 1. c. 14.*

[g] *Conc. Chalcedon. actione 5. Conſtantinopol. 2. ſeſſione ſua collat. 8.*

[h] *Conſtantinop. 3. actione 17.*

[i] *Lateranenſe ſub Innoc. III. c. 1.*

E

PLACVIT.

CAPVT SECVNDVM.

Quæ verbi, Placuit, vis; qui vſus eius in Conciliis.

QVæ non natura, aut diuina lege conſtant, ſed quæ humanis Epiſcoporum placitis rogantur & abrogantur conſtitutiones, per verbum PLACET, decerni, vetus mos. Quem primùm in Eccleſia Apoſtolos vſurpaſſe in Concilio Hieroſolymitano, Lucas [k] refert [Tunc PLACVIT Apoſtolis & ſenioribus

[k] *Lucæ Act. 15.*

bus cum omni Ecclesia eligere viros. [Et post alia : PLACVIT nobis collectis in vnum.] Et postea : [VISVM est Spiritui sancto & nobis.] Illa autem quæ ad ad fidem attinent, per verbum, PLACET, vel, VISVM EST, in Conciliis non constituuntur : sed per verbum, CREDIT, vel, ADISTVM MODVM CREDIT SANCTA ET CATHOLICA ECCLESIA. D. Athanasius [1] de Syris Patribus aduersus Arianorum hæresim decreta sua promulgantibus : [Nec Consulem (ait) nec diem, nec mensem addiderunt ; sed in negotio Paschæ, non abhorruerunt ab istiusmodi appendice ; ibi enim placuit, vt adderetur VISVM EST, et omnes obtemperarent : de fide verò non scripserunt VISVM EST ; sed ADISTVM MODVM CREDIT CATHOLICA ECCLESIA : & statim ipsa confessio credendi adiuncta est : vt ostenderent eam non esse nouam sententiam, sed Apostolicam, & quæ ipsi scripsissent, non esse sua inuenta, sed Apostolorum documenta.] Si autem fidei violatoribus noua aliqua pœna canonica adderetur (vt additur in hoc canone (vel confirmaretur antiqua, verbum, PLACVIT, vsurpari potest. Formulam autem inde ortum habuisse opinor, quòd post dissensiones & disceptationes de re dubia positiua excitatas (in omnibus enim consentire omnes, naturæ profectò est humana paulò superioris) cùm post exactam disputationem, placati fuerint omnium, vel ferè omnium animi, & in eandem sententiam venerint ; tandem præscribendum decretum est, quæritur ex singulis, vel à Præside, vel à notario Concilij, an illis placeat eam constitutionem decerni : quibus sibi placere respondentibus, fide gestorum postea à notario facta, & literis consignata, verbum PLACVIT, à Patribus vsurpatum in principio decreti vel sanctionis refertur. Quod præter alia ex Concilio Carthaginensi. [m] I. constat. Cùm enim Gratus Episcopus Carthaginensis, Africanæ Ecclesiæ Primas, & Præses Concilij, hæc proposuisset : [Et illud præcipuè, si videtur vestræ dilectioni, cauendum est, vt pastoris cura.] Ad finem canonis dicitur : [Vniuersi dixerunt, PLACET.] Et postea : [n] [Cùm idem Gratus proposuisset, auaritiæ cupiditatem radicem omnium malorum esse, prohibendúmque inde esse ; ne quis alienos fines vsurpet, vniuersi dixerunt : PLACET, PLACET.] Idem liquet ex duabus eius Concilij sanctionibus, quod vulgò Africanum [o] dicitur. (Particulare enim illud Concilium non est, sed compilatio ex diuersis Carthaginensibus, Mileuitano, Hipponensibus, & aliis, eo Africani generali nomine à compilatore, nec eo satis docto inditum, vt idoneo loco disseremus.) Priori enim Aurelius Episcopus dixit (erat autem Aurelius Concilij præses.) [Quod in tractatum venit charitatis vestræ, puto hoc Ecclesiasticis gestis esse firmandum. Professio vestrum omnium hæc deprompsit, debere vnumquemque nostrum in ciuitate sua per se conuenire Donatistarum præpositos : aut adiungere sibi vicinum collegam, vt pariter eos in singulis quibuscumque ciuitatibus, vel locis, per magistratus vel seniores locorum conueniantur : hoc si omnibus PLACET. (postea verò sic addidit idem Aurelius : [Si videtur caritati forma vestræ, conuentionis eorum recitetur : vt hunc tenorem prosecutionis omnes SI PLACVERIT teneamus. Ab omnibus Episcopis dictum est, Recitetur. Lætus notarius recitauit.] In posteriori verò sic [Si enim hoc fraternè acceperitis, veritas facilè diluceret : si autem hoc facere nolueritis, diffidentia vestra facilè innotesceret. Cúmque recitata esset, ab omnibus Episcopis dictum est, SATIS PLACET, hoc fiat.] Id ipsum Hispanorum Conciliorum vsu receptum est, Toletani I. Cæsaraugustani & aliorum. Quem etiam morem in habendis Senatusconsultis, Romanos olim obseruasse, ex his Valerij singulis, vel notis liquet. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. quas sic ille interpretatur : Quid de ea re fieri placeret, de ea re vniuersi ita censuerunt. Sic Vlpianus [p] cùm Senatusconsulti de petitione hæreditatis formulam referret, hæc ait post alia. [QVOD. FIERI. PLACERET. DE. QVE. EA. RE. ITA. CENSVERVNT.] Et postea [PLACERE, redacta ex pretio rerum venditarum pecuniæ vsuras non esse exigendas.] Et alibi : [Item PLACERE, à quibus hæreditas petita fuisset, si aduersus eos iudicatum esset, pretia quæ ad eos] Cicero [q] [Cùm sententiæ (inquit) grauissimè dicerentur, PLACERE, mihi demum restitui.] Et cùm de varia Senatusconsultorum conceptione verba faceret. [Quatuor omnino genera sunt, iudices : in quibus per Senatum more maiorum statuatur aliquid de legibus : vnum est huiusmodi : PLACERE legem abrogari

[1] D. Athanas. in epist. lib. de synod. Arimini & Seleuciæ.

[m] Conc. Carth. 3. can. 1. & 2.

[n] Canone 1 c.

[o] Conc. African. can. 8 & 10.

[p] Vlpian. in l. 1. cum virum 11. §. penult. ff. de hæred. petit. vers. nobis idem. vers. eius autem. vers. item placere.

[q] Cicero epist. 1. lib. 9. ad Atticum. idem in orat. pro Cornelio. de Maiestate.

A abrogari, vt Q. Cæcilio, Marco Iunio Consulibus, quæ leges rem militarem impedirent, vt abrogarentur.] Nec hanc solùm formulam integer obseruabat Senatus, cùm responsa dabat, aut decreta efferebat in album; sed & singuli Senatores, cùm eorum sententiæ rogarentur. Valerius Maximus [t] de Scipione Æmiliano. [Idem (ait) cùm Seruius Sulpitius Galba, & Aurelius Cotta Consules in Senatu contenderent; vter aduersus Viriatum in Hispaniam mitteretur, ac magna inter Patres conscriptos dissensio esset, omnibus quónam eius sententia inclinaretur, expectantibus, [Neutrum (inquit) mihi mitti PLACET: quia alter nihil habet: alteri nihil est satis: æquè malam licentis imperij magistram iudicans inopiam, atque auaritiam: quo dicto vt neuter in prouinciam mitteretur, obtinuit.] Quòd si olim in Senatu non quid instituendum, sed prohibendum quid decerneretur, contra pronunciabant: id est, NON PLACERE. Cicero [s]: [Atque ita sententiæ dicebantur, cum Stemnius absens reus factus esset, de
B absente iudicium nullum fieri PLACERE: & si quid esset factum id ratum esse NON PLACERE.] [Idem [s], nisi hæc ipsa lex, quam Caius Cornelius tulit, obstitisset, decreuissem, Senatui NON PLACERE, id iudicium de Syllæ bonis fieri.] Liuius [u]: [Decreuit Senatus (inquit) Tribunos plebis NON PLACERE causas militares cognoscere, quo minus ad edictum conueniretur.]

[t] *Val. Max. lib. 6. cap. 4.*

[s] *Cicero lib. 4. in Verrem.*

[s] *Idem in Corneliana.*

[u] *Liuius 34.*

Idem lib 39.

COMMENTARII NOVI.

VEtus mos rogandi, & decernendi leges tum Ecclesiasticas, quam seculares Synodi [illegible] *an.* [illegible] & 4. Concil. Afric. *can* 58. & 59. passimque illam obseruatum inuento in Conciliis Hispan. In habendis etiam Senatusconsultis facile constat ex duobus relatis à Frontino *lib. 2 de aqua duct.* Prioris verba sunt: *Placere huic ordini eos qui aquis publicis præsint.* Posterioris verò hæc: *neque augeri placere, nec minui numerum* Liuius *lib. 31.* ac quodam S. C. ait, *de auxilio mittendo tunc respondere placere* & Patim) *Senatui placere quæstionem de expi-*
C *latis thesauris.* In illis rogandis istis singularibus literis Romani vti solebant Q.D.E.R.F.P.D.E. R.V.I.C. Quas sic interpretatur *Valerius Probus, quid de ea re fieri placeret, de ea re vniuersi ita censuerunt.* Frequentérque Senatus ea formula vtebatur *placere Senatui, l. 1. ff. ad Maced. Item 22. §. Prætor. ff. de petit. haredit.* Cicero pro Cornelio ibi: *Quatuor omnino genera sunt, in quibus per Senatum more maiorum statuatur aliquid de legibus, vnum eiusmodi placere legem abrogari,* vt fert Brisson *lib 2. de formul* & nos iam notauimus *in c. 1. ver. placet, de elect.* GONZALEZ

PLACVIT INTER EOS.

IN CC MS. post verbum, PLACVIT, additur, INTER EOS; quod indicat hanc esse Concilij renunciationem testimonio notarij confirmatam, vt paulò superiùs obseruaui. Concilia enim non solùm indicebantur & habebantur in Ecclesia, sed
D & illorum etiam fiebat in Ecclesia promulgatio, vt nota fierent vniuerso populo Christiano D. Isidorus [x]: [Concilium (ait) quoque nullus soluere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita vt quæcunque deliberatione communi finiuntur, Episcoporum singulorum manibus subscribantur: ita tamen vt ante duos aut tres dies, quàm soluatur Concilium, omnes constitutiones à se editas diligenti consideratione retractent, ne in aliquo offendissent. Item in die quo Concilium absoluendum est, canones qui in sancta Synodo constituti sunt, coram Ecclesia in publico relegantur: quibus explicitis respondeatur in choro, Amen. Deinde ad locum redeuntes, vbi in Concilio resedерunt, canones ipsos subscribant] Hoc ipsum obseruare solitos Romanos olim constat: leges enim & constitutiones Imperatorum in Senatu recitatæ confirmabantur, vt Theodosius & Valentinianus [y] Impp. scripserunt. Athalaricus etiam Rex apud Cassiodorum [z] ad Senatum vrbis Romæ. [Hæc in cœtus vestris splendore recitentur, &
E per triginta dies Præfectus vrbis locis celeberrimis faciat solenni more proponi.]

[x] *D. Isidorus lib. de modo celebrandi Concil.*

[y] *Theod. & Valentin. Impp. l. 8. de legib.*

[z] *Lib. 9. var. ep.*

COMMENTARII NOVI.

LEges primùm rogari, & ferri ad populum, & postquam à populo accipiebantur perferri, & perrogari dicebantur, vt ex veteribus formulis probat Brisson. *lib. 2. de formul. pag. 152.* Ant. August. *de leg. c. 8. cum seqq.* & Imperatorum temporibus constitutiones per Notarium recitabantur *l. 14. tit. 2. lib. 6. C. Theodos.* ibi: *Recitata est in Senatu per Theodoricum primicerium Notarium, l. 1. C. de bonis matern. recitata apud Vestrum Rufinum Præfectum Vrbis in Senatu, Ferd. de Mendoza.* & nouas constitutiones septies in Palatio Iustiniani recitatas fuisse refertur *in l. 3. C. de bonis matern* siue septimo, vt *in l. cum accuratissimi 30. C. de fideicomm.* Quæ verba rectè exposuerunt Cuiac. *lib. 20. obseru. c. 3.* Gutherus *de offic. dom. lib 1. cap. 36.* Sic etiam Conciliorum Canones per Notarium recitabantur, coram plebe non vt eas reciperet, vel acciperet, vt in legibus sæcularibus eueniebat, sed vt sciret quæ obseruanda erant. GONZALEZ.

A

AD TEMPLVM IDOLI idololatraturus accesserit.

CAPVT TERTIVM.

Quæ sit templorum origo; quæ ratio.

[a] *Genes.* 22. *Genes.* 24.

ANteaquam templa essent & loca ad cultum Deo habendum certa & præfecti pta, in montibus & agris sub dio orabant olim. De Isaac [a] legimus quòd in agrum exibat vt meditaretur, id est, oraret. Deum & Dominum nostrum Iesum Chri- B

[b] *Matth.* 14. *Marc.* 6. *Luc.* 22. *Ioan.* 6.

stum in monte Oliuarum orasse, vt turbam hominum fugeret, Sanctorum Euangelistarum [b] testimoniis constat. Apud Persas, neque templa, neque statuas, neque aras exstruere, consuetudo erat: quinimo his auctoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, quòd parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera, quorúmque hic mundus omnis templum esset & domus, vt refert Cicero [c]. Quare in more illorum positum fuisse, editissimis quibusque conscensis montibus orare, Herodotus [d] affirmat. De templis autem Gentium postea: de populo verò Israëlitico agendum prius. Tabernaculum à Moyse Deo constructum est, quòd etiam templum & domus Dei dictum est. [Ingressus est Elcana & Anna in domo Dei in Silo, & puer Samuel erat cum ipsis:] [e] Et postea dicitur, quòd Samuel dormiebat in templo Dei: tabernaculum enim quod fixit Moyses, erat in Silo Hoc autem tabernaculum præcipiente Domino fecisse Moysen [f], & sacrasse cum mensa C & altari & æreis vasis & vtensilibus ad diuinum cultum explendum, nec solùm diuinis precibus ea sacrasse; sed etiam sancti olei vnctione, literis sacris traditum est, & Felix PP. III. [g] scribit ad omnes Episcopos. Postea verò regium & magnificum templum à Salomone [h] exstructum, adhibitis multis ceremoniis & orationibus sacratum fuisse, vt dignus fieret locus ille, in quo orantes à Deo exaudirentur, dignaretúrque inibi Deus, vtpote in loco sibi soli & eius cultui dicato inhabitare. Ante hæc autem Rex Salem [i] panes obtulit Domino. Et ante eum nomen Domini inuocarunt Enos, Abel & Adam. Sed an id in templis effecerint, quia diuinarum literarum testimonio non constat, affirmare non ausim.

[c] *Cicero lib.* 2. *de legibus.*

[d] *Herodotus lib.* 1.

[e] 1. *Reg.* 1. 2. *Reg.* 1.

[f] *Exod.* 23.

[g] *Felix Papa IV. in epist. ad Orientales Episcopos, cap.* 1. *Apud Grat. in cap. tabernaculum, de consecratione distinct.* 1.

[h] 3. *Reg.* 8.

[i] *Genes.* 14.

Inter Gentes autem, Epimenidem Cretensem primum omnium templa diis ædificasse, auctor est Diogenes [k], etsi Vitruuius Pythium architectum primum omnium Prienæ ædem Mineruæ fecisse tradat. Herodotus [l] verò Ægyptios primos diis delubra statuisse D quod Phoroneo Ægyptio, aut Meropi, ex Varrone in admirandis tribuit Arnobius [m]. Romæ autem, teste Liuio, Romulus templum dicauit Ioui Feretrio, quod primum omnium more Gentis sacratum fuit. In Hispania autem antiquissima fuisse templa diis dicata, illud indicat, quod Plinius [n] refert, annos videlicet ducentos ante excidium Troiæ, templum Dianæ sacratum. [Et in Hispania Sagunthi aiunt, templum Dianæ à Zacyntho aduectæ cum conditoribus, annis ducentis ante excidium Troiæ, auctor est Bocchus, infráque oppidum ipsum id haberi, cui pepercit religi one inductus Hannibal, iuniperi trabibu etiam nunc durantibus] Zacynthum autem fuisse comitem Herculis & ab eo Zacynthum & postea Sagunthum ædificatam recenset Vassæus. [o] In Insula Gaditana in extremis Bæticæ Prouinciæ finibus templum Herculis fuisse celebre, & in eo duas illas columnas (quas Herculis vocant) refert Oliuar. [p] Apud Gaderam in Hispania exstare templum senectuti dicatum, quòd maximè ætatem, vtpote magistram rerum venerarentur; alterum verò morti, vt communi E quieti & portui miseriarum, post exantlatos labores, Ælianus [q] est auctor. Vt ab antiqua ergo & vana gentium superstitione ad veri Dei cognitionem Hispanorum animi reuocarentur, semélque reuocati in vera & sancta Christi religione diutiùs constantiúsque perseuerarent: ideò decernunt Hispanicæ Ecclesiæ Patres, ne quispiam Christianæ doctrinæ mysteriis imbutus, adulta iam ætate, ad idôla Gentium idololatraturus accedat; accedentis verò crimen grauissima, sed iustissima animaduersione coërcent. Erant enim tunc, Ethnicorum Imperatorum tyrannide, nondum omnino propagata Christiana religione, Ecclesiæ in ciuitatibus, à Christianis Deo vero sacratæ: sed templa plura à Gentibus dicata Dæmonibus, quorum multa, oblata idonea occasione, dirui postea (Osio forsan suggerente) Imperator Constanti-

[k] *Diogenes lib.* 1.

[l] *Herodotus lib.* 2.

[m] *Arnobius lib.* 6. *aduersus Gentes.*

[n] *Plin. lib.* 16. *c.* 40.

[o] *Vassæus in chron. Hisp. anno* 539.

[p] *Petrus Oliuarius ad Solinum, c.* 36.

[q] *Ælianus de varia Historia.*

nus

A nus decreuit, vt refert Euſebius [r]: & poſt illum rem ipſam confirmauit Conſtans [s] eius filius: ſolum illa templa quæ extra muros erant reſeruari Romæ iuſſit *in l. 3. C. Theod de Pagan.* quæ non rectè ab Anniano eius Codicis Compilatore ordine quartæ præponitur, cum poſtponi debuiſſet, vt tempore poſterior. [Nam cum ex nonnullis (ait) vel ludorum vel Circenſium vel agonum origo fuerit exorta, non conuenit ea conuelli, ex quibus populo Romano præbeatur priſcarum ſolennitas voluptatum] Poſtea verò ſingulari hæc omnia pietate Arcadius & Honorius Impp. ſuſtulerunt. [Si qua (aiunt) in agris templa ſunt, ſine turba & tumultu diruantur: his enim deiectis atque ſublatis, omnis ſuperſtitionis materia conſumetur.] Eximia tamen & ſumma religione Hiſpanus noſter Theodoſius [u] omnia fana, templa, delubra à reliquis reſeruata, præcepto magiſtratuum non dirui ſolùm, ſed conlocatione venerandæ Chriſtianæ religionis ſigni expiari præcepit.

[r] *Euſebius de vita Conſtantini lib. 3. cap. 52.*

[s] *Conſtans Imper. in l. 4. C. Theodoſ. de Paganis.*

[t] *Arcad. & Honor. in l. 16. eiuſdem C. & tit.*

[u] *Theod. in l. 15. eiuſd. C. & tit.*

B

COMMENTARII NOVI.

ET ſi variæ gentes cenſuerint templa non eſſe Diis ædificanda, ne intra parietum ambitum, & ſub tectis eos includerent, quas refert Maiol. *dier. Canicul. verb. Vaticinia fol.* 357. tamen Romani, & eorum Prouinciales iam à temporibus Numæ Pompilij templa, fana, delubra, ſacella, lucóſque variis Diis dicarunt, & conſtruxerunt, & in eis Aram, & Altare: hoc tamen diſcrimine vt Ara, & Altare Diis ſuperis, & inferis erigeretur; Altare verò ſolùm ſuperis: Macrobius *lib. 3. Saturn. cap. 6.* De modo erigendi templa, titulíſque Aræ plura cumulatum Lipſius *in not. ad Tacitum lib. 1 annal. not. 75.* Gutherus *de iure Pontif lib. 3. c. 1. cum ſequent.* Pellicer. *ad Poliſem. Gongor.* ſed vt ad Prouinciam huius Concilij propius accedamus, conſtat in Hiſpania quamplures ædes, aráſque Ioui, & aliis Diis conſtructas fuiſſe. Emeritæ fuit celebre Dianæ templum Marti dicatum, vt liquet ex veteri inſcriptione, quæ hodie legitur ita in furno Sanct. Eulaliæ.

C

MARTI SACRVM
VETILLA PACVLI.

Id eſt Vetilia vxor Paculi hoc templum dicauit Marti. Ioui etiam erat ara dicata ibi vt conſtat ex lapide in hunc modum exarato à Reſendio *lib. 4. de antiquit. Luſit.*]

IOVI. O. M.
FLAVIA L. F. RVFINA EMERITENSIS.
FLAMINICA. PROVINC. LVSITANIÆ.
ITEM COL. EMERITENSIS PERPET.
ET MVNICIPI SALACIENS.

D Hiſpali etiam fuerunt dicata templa Ioui, Veneri,, & Herculi, vt probat R. Cato *in antiquit. Hiſpal. lib 1. cap. 13.* & in ipſa Illiberitana vrbe fuit celebratiſſimum templum dicatum Natæ filiæ Heſperij, & Illiberiæ ita dictæ ob eius miram pulchritudinem, cui vt Patronæ Ciuitatis eius incolæ in ſummitate illa collis, vbi nunc dicitur *Alhambra*, templum conſtruxerunt, cuius aliqua rudera, lapidéſque dedicationum hodie leguntur, ex quibus vnam, aut aliam referam: in turre vulgo *de Comares* hæc reperitur.

SER. PERSIVS. OB HONOREM.
VI. VIRATVS. FOR. II. BASILI
CAI. III. CONS. ITER. BLICIIS.
HOSTIBVS. PECVNIA SVA.
EX. V. NAIADI. RESTITVTIS.
NATAIDI.

E Quam doctè exponit Pedraza *1. p. hiſt. Gran. c. 17.* alia etiam legitur in turri vulgò *de aqua* ferè eiuſdem dedicationis, & ab eodem Seruio Perſio in memoriam adepti honoris his verbis.

SERVIVS PERSIVS OB HONOREM
VI VIRATVS SVPPLICIVS POSTHVMVS
PECVNIA SVA EXSTRVXIT, NATAIDI.

In hoc templo erant varia idola Apollinis, Mercurij, & Veneris, quæ adhuc ſeruari in ipſa ciuitate refert Pedraza *d. cap. 17.* vnde præſens Canon, & alij huius Concilij, qui de templo idolorum non adeundo ſanciti fuerunt ad hoc templum præcipuè, & ad alia Hiſpaniæ ſunt referendi, vt infra probabimus *in can. 59.* GONZALEZ.

Digitized by Google

IDOLATRATVRVS ACCESSERIT.

CAPVT QVARTVM.

Quæ idôli etymologia, quæ idololatriæ exterioris & interioris vetustas.

IDoli nomen à Græco εἶδος, quod Latinè formam sonat, & ab eo per diminutionem εἴδωλον deductum, æquè vt apud nos formulam docuit Tertullian. [a] [Exinde iam caput facta est idololatriæ ars omnis quæ idólum quoquo modo edit. Neque enim interest, an plastes effingat, an cælator exsculpat, an Phrygio detexat, quia nec de materia refert, an gypso, coloribus, an lapide, an ære, an argento, an filo formetur idôlum. Quando enim & sine idôlo idololatria fiat: vtique cum adest idôlum, nihil interest quale sit, qua de materia, qua de effigie, ne qui putet id solùm idôlum habendum, quod humana effigie sit consecratum. Ad hoc necessaria est vocabuli interpretatio: εἶδος, Græcè formam sonat, ab eo per diminutionem εἴδωλον deductum, æquè apud nos formulam fecit. Igitur omnis forma & formula idôlum se dici exposcit. Inde idololatria omnis circa omne idôlum famulatus & seruitus.] Quæ cum in suum opus Originum & Etymologiarum transtulisset D. Isidorus [b], quædam ex exemplari non rectè immutauit. [Idôlum autem (inquit) est simulacrum, quod humana effigie factum & consecratum est, extra vocabuli interpretationem: εἶδος enim Græcè formam sonat, & ab eo per diminutionem idôlum deductum: quod apud nos formulam facit. Igitur omnis forma, vel formula, idôlum se dici exposcit. Inde idololatria, omnis circa idôlum famulatus & seruitus.] Si enim quæcunque formula idololatria est, necesse non erit, quod forma sit humana: nihil enim interest, vt Tertullianus ait, (à quo ea desumpsit Isidorus) quale sit, qua de materia, qua de effigie consecratum: hæc enim quæ in partem negantem protulit Tertullianus, in affirmantem parum attentè transtulit Isidorus, vel Isidori exscriptores; apud quem pro verbo, Humana, legendum putarem, Quacunque: vt sensus sit, quem postea idem Isidorus indicauit, dum dixit. [Igitur omnis forma, vel formula idôlum se dici exposcit.] Ad finem eiusdem versiculi, leue aliud mendum tollendum est. [Quidam verò (ait) Latinè ignorantes, Græcè imperitè dicunt, idôlum ex dolo sumpsisse nomen: quod diabolus creaturæ cultum diuini numinis inuexit.] Verbum, Latinè, in Latini, est conuertendum, vt contextus sit: Quidam verò Latini, ignorantes Græcè, dicunt imperitè, idôlum ex dolo sumpsisse nomen.

Idolorum & simulacrorum vsum à desiderio mortuorum originem habuisse, Augustinus [c] docuit, cuius sententiam secutus est Isidorus [d], & ante hos B. Fulgentius, (si illius operis est auctor) in suis Mythologiis, & D. Cyprianus [e]. Eorum antiquitatem variè repetit idem Isidorus. [Apud eos (Hebræos scilicet) idôlum, siue simulacrum Ismaël dicitur: Iudæi dicunt, quòd Ismaël primus simulacrum luto fecerit: Gentiles autem primum Prometheum simulacra hominum de luto finxisse perhibent, ab eóque natam esse artem simulacra & artes fingendi: vnde & poëtæ ab eo homines primùm factos esse confingunt, figuratè propter effigies. Apud Græcos autem Cecrops, sub quo primùm in arce oliua orta est, & Athenienſium vrbs ex Mineruæ appellatione nomen sortita est, hic primus omnium Iouem appellauit, simulacra reperit, aras statuit, victimas immolauit, nequaquam istiusmodi rebus in Græcia vnquam visis.]

Herodotus [f] Ægyptios omnium primos duodecim deorum cognomina censuisse, primos dijs aras, simulacra & delubra statuisse, animalium figuras saxis insculpsisse, & ab illis Græcos fuisse mutuatos refert. Alij (authore Diodoro [g]) Æthiopes aiunt simulacrorum vsum primùm attulisse, & ab his accepisse deinde Ægyptios, D. Fulgent. [h] ex lib. 14. antiquitatum Diophantis retulit idôli inuentionem in Syrophanem Ægyptium, virum locupletem, qui mortui filij vnigeniti simulacrum in ædibus propoſuit, doloris solatium: dúmque iustitiæ remediũ quærit, seminarium potiùs doloris inuenit ne sciens, quòd sola sit medicina miseriarũ, obliuio: fecerat enim ille vnde luctus resurrectionis indices augesceret, non in quo lu-

dus

[a] *Tertullian. lib. de idololatria. c. 3.*

[b] *D. Isidor. lib. 8. Etymolog. c. fin.*

[c] *D. Aug. lib 22. contra Faustum cap. 16.*

[d] *D. Isidor. lib. 8. Etymol. c. fin.*

[e] *D. Cyprian. in lib. Quòd idola non sunt dij.*

[f] *Herodot. lib. 2.*

[g] *Diodorus lib 4.*

[h] *D. Fulgent. lib. 1. Mytholog.*

Digitized by Google

A ctus ſolatium inueniret. Denique idôlum dictum eſt ἀδωδυν, quod nos Latinè ſpecies doloris dicimus. Namque vniuerſa familia in domini adulationem aut coronas plectere, aut flores inferre, aut odoramenta ſimulacro ſuccendere conſueuerat: nonnulli etiam ſeruorum culpabiles Domini furiam euitantes, ad ſimulacrum profugi veniam merebantur, & inde, quaſi ſalutis collatore certiſſimo, florum aut thuris offerebant munuſcula, timoris potiùs effectu, quam amoris affectu.] Hyginus [i] & Lactantius [k] à Promethco hunc vſum manaſſe dicunt, natámque artem ſtatuas, & ſimulacra fingendi. Sed longè ante Prometheum idolorum origo fuit: nam Prometheus, teſte Euſebio [l], poſt Ogygium diluuium, in Attica fuit, Ioſephi Patriarchæ temporibus: at antea, Rachel Laban patris ſimulacra furata eſt, ex Geneſi [m] & Ioſepho [n]: Dydimus Meliſæo Cretenſium Regi primùm ſacrificia, ritus, pompam, & ſacra accepta refert. Euchemerus Ioui tribuit, hiſtoriam

B recenſens, quàm latè commemorat Lactantius [o]. Beroſus Ninum ait fuiſſe primum qui idololatriam inuexerit, qui primus templum Belo patri, Iunoni, & Rheæ auiæ ſtatuas in medio oppidi erexerit. D. Hieronymus [p]. [Ninus Rex Aſſyriorum aduerſus Zoroaſtrem magum, Regem Bactrianorum forti certamine dimicauit, & in tantam peruenit gloriam, vt patrem ſuum referret in Deum, qui Hebraicè dicitur Bel bel.] Galatinus [q] ab eodem Nembroth Aſſyriorum tyranno originem idolorum ducit, & ab eo homines edoctos igni tanquam rei potentiori ſacra facere, & ſic illud perſuaſiſſe Gentibus, vt Chaldæi vndique Deum ignem circumferrent, & eo tanquam valentiore exterarum Gentium Deos aëreos, ligneos conficerent, donec fraude ſacrificuli occurſum eſt huic abactori Deo, propoſita perforata obductis cera foraminibus vrna, & plena aqua, ad quam vt illi admouerunt

C ignem ſuum, diſſoluta cera diffluens aqua extinxit, magno circulatorum ſtupore. Quòd ſi ab idololatria exteriori ad interiorem dilabamur, altiùs multo originem repetit Iuſtinus [r] Martyr, exiſtimans Protoparentes paradiſo eiectos, quòd deos crederent, qui non eſſent, deorúmque nomen poſteris tradidiſſe: quod non diſplicuit Ambroſio [s], qui ſerpentem vocat originem idololatriæ: & alibi. [Qui autem ſunt, qui contempto Deo peccauerunt, niſi qui neglecto creatore ſeruierunt creaturæ, Deos ſibi conſtituentes quos colerent ad iniuriam Dei? Nam & Thare Pater Abrahæ, & Nachor, & Laban proprios Deos ſibi vendicabant, & peccatum Adæ non longè eſt ab idololatria. Præuaricauit enim putans ſe hominem futurum Deum. Æſtimauit enim hoc magis profuturum, quod diabolus ſuaſit, quàm quod Deus iuſſit, in loco Dei diabolum ſtatuens; vnde & ſubiectus eſt diabolo.] Id quoque viſum Clementi [t], Theophilo [u] Antiocheno & D. Epiphanio. [Serpens de-

D cepit Euam, dicens: Eritis ſicut dij: deinde progrediente tempore, multiformem & monſtruoſam imaginationem ipſis induxit; ab vno enim vero Deo ipſos abduxit, & olim blaſphemam idololatriæ vanitatem ipſis immiſit.] Ad peccatum Angelorum Luciferi & reliquorum, quam idololatriam vocarunt, ſunt ex veteribus qui referant. An autem idôla arte ſtatuaria, plaſtica, ſculptura, vel pictura primùm conſtiterint, ſcrupus aliquando iniectus eſt: quem aliqua ex parte exemiſſe videtur Plinius, plaſticam tradens ſtatuaria & pictura fuiſſe priorem. Suſpicari facile eſt, ea adinuenta idôlum factum fuiſſe. Et hoc eſt quòd Core Corinthia, auctore Plinio [x] & Athenagora [y], eam quæ vocatur Caroplaſtice, prima inueniſſe dicitur: amore enim cuiuſdam viri cùm teneretur, illo peregrè abeunte, vmbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis conſcripſit, quibus pater eius (Dibutades Sicyonius perhibetur) primus huius operæ figulus, impreſſa argilla typum fecit, & cum cæteris fictilibus induratum igni propoſuit. Eodem reſpexit Epiphanius [z], cum per

F figlinam ſcientiam primùm imagines effictas ſcribit: Sed earum inuentores Græcis & Thuſcis antiquiores facit Ægyptios, Babylonios, Phryges, & Phœnices; imò à Thare qui in Cappadocia primus aram defuncti filij fieri iuſſit, repetit originem. Sed verum illud eſt, quod Ariſtoteles docet, nihil prohibere, eaſdem artes à diuerſis, vel eadem, vel etiam diuerſo tempore, citra vllam communicationem inueniri. Apud Hiſpanos, (vt de reliquis Gentibus taceamus) idololatriam, Betone Hiſpaniarum Rege humanis rebus ſublato, Gerionis ætate, qui Betoni in Regno ſucceſſit, primum ab Oſyride (qui tunc ex Ægypto venit in Hiſpaniam, & Dionyſius eſt vocatus) initium habuiſſe, à noſtris [a] memoriæ proditum eſt; Oſyridem autem filium fuiſſe Iouis ex Semele filia Cadmi, ait Diodorus Siculus [b].

[i] *Hyginus fabula 274.*
[k] *Lactantius lib. 2. diuinar. inſtit.*
[l] *Euſeb in Chron.*
[m] *Geneſ. 9.*
[n] *Ioſeph. lib. 1. antiquit.*
[o] *Lactant. lib. 1. de falſa religione, ad fin.*
[p] *D. Hier. in Oſee.*
[q] *Galatin lib. 4. c. 20.*
[r] *Iuſtin. Mart. in admonit. ad Gent.*
[s] *Ambroſ. lib. 1. de Paradiſ. c. 3. Idem. c. 5. ad Roman.*
[t] *Clemens lib. 2. recognitio.*
[u] *Theophil. Ant. 2. ad Autholium. D. Epiphan. lib. 1. de hæreſ. tom. 3. hæreſ. 37. quæ eſt Orphitarum. Gen. 11. & 31. Geneſ. 3.*
[x] *Plin. lib. 34. c. 7.*
[y] *Idem lib. 35. c. 12. Athenagor. Apolog. pro Chriſti.*
[z] *Epiphan. in prin. Panarij.*
[a] *Vaſæus in chron. c. 10. an. 514. poſt diluuium.*
[b] *Diodor. Sicul. l. 1.*

COMMENTARII NOVI.

ORiginem idololatriæ latè adduxit Ioan. Gerardus Voſſius integro libro *de origine idololatr.* vbi plura de Idolorum cultoribus & idololatriæ ſpeciebus congeſſit, & poſt eum nonnulla cumulauit Georgius Ambian. *ad Tertullian. de idololatr.* Illud crimen capitale, ſeu principale appellatur à Patrib. in præſenti, quibus conſentiunt D. Clemens relatus à Gratiano *in c. quid in omnibus* 32. *queſt.* 7 in illis verbis: *quid in omnibus peccatis adulterio grauius? Secundum namque in pœnis obtinet locum: quoniam quidem primum illi habent, qui aberrant à Deo, etiam ſi ſobriè vixerint.* D. Ambroſ. in c. 1. ad Rom. *Quid enim peius, quid deteriùs hoc peccato? at quanto idololatria per impium, & grauiſſimum delictum eſt, tantum & compenſatio eius horrenda, & perſordida paſſio eſt.* Tertullian. in Scorp. cap. 4. *nec vllum tam ſuperbum crimen apud Deum deputari quam huiuſmodi tranſgreſſionem.* Cuius enormitatis, grauitatiſque rationem aſſignat Angelicus D. D. Thomas 22. *q.* 94. *art.* 3. quia grauiſſimum eſt quod quis honorem diuinum creaturæ impendat, quia quantum eſt in ſe facit alium Deum in mundo minuens principatum diuinum; & in ſolutione ad quartum addit, quod hæreſis Manichæorum, etiam quantum ad genus peccati grauior eſt, quam peccatum aliorum Idololatrarum; quia magis derogant diuino honori ponentes duos Deos contrarios, & multa vana fabuloſa de Deo fingentes; ſecus autem eſt de aliis Hæreticis, qui vnum Deum confitentur, & eum ſolum colunt. Vnde tam acriter, & inuſitatis pœnis hoc crimen vindicatum legimus ab Eccleſiæ Patribus in Concil. Arelat. 1. *Can.* 23. Carthag. *Can.* 85. Toletan. 3. *can.* 16 Tolet. 16. *can.* 2. Nanct. *can.* 10. Turon. 2. *can.* 23. quorum verba refert Antonius Auguſt. *in epiſt. iuris Pontif lib.* 34. *tit.* 2. *& lib.* 37. *tit.* 6. In præſenti tamen Canone Hiſpanici Patres communionem denegant illis, qui poſt fidem Baptiſmi ſalutaris in adulta ætate idololatriæ crimen perpetrarunt, id eſt qui poſt Baptiſmum, poſtquam fidem profeſſi, poſtquam facti ſunt Chriſtiani, vt ait Tertullianus *de pudic. c.* 18. illic: *Salua illa pœnitentiæ ſpecie poſt fidem, qua aut lenioribus delictis veniam ab Epiſcopo conſequi poterit, aut maioribus, & irremiſſibilibus à Deo ſolo,* & *c.* 19. Communio denegatur etiam in fine illis qui in adulta ætate capitale hoc crimen perpetrarunt; impuberes autem non ita ſeuerè puniuntur, imò ætati aliquid indulgetur, vt infra can. 22. notabimus. Poſteà tamen in Concil. Nicæno *can.* 11. reis huiuſmodi ſcelerum venia conceſſa fuit poſt duodecimum annum; in Concilio verò Valentino Galliæ *can.* 3. in exitu tantum vitæ his verbis: *circa eorum verò perſonas, qui ſe poſt vnum, & ſanctum lauacrum, vel profanis ſacrificiis Dæmonum, vel inceſta lauatione polluerunt, eam cenſuram formæ duximus eſſe ſeruandam, vt his iuxta Synodum Nicænam ſatisfactionis quidem aditus non negetur, ne infelicibus lacrymis, vel ſolatij ianua deſperatione claudatur: aſſiduri verò pœnitentiam vſque in diem mortis, non ſine ſpe tamen remiſſionis, quam ab eo plenè ſperare debebunt, qui eius largitatem, & ſolus obtinet, & tam diues miſericordia eſt, vt nemo deſperet. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.* GONZALEZ.

ET FECERIT, QVOD EST crimen capitale.

CAPVT QVINTVM.

Cur idololatria crimen capitale, vel principale dicatur.

IN manuſcriptis principale: vtrumque rectè: ſed primitiuæ Eccleſiæ Patres, idololatriam crimen principale frequentiùs vocabant, quòd illud nimia delicti grauitate principem locum inter reliqua crimina obtineat. Tertullianus [a] [Principale crimen generis humani, ſummus ſeculi reatus, tota cauſa iudicij idololatria.] De quo hanc mox rationem reddit. [Nam etſi ſuam ſpeciem tenet vnumquodque delictum, ſi ſuo quoque nomine iudicio deſtinatur; in idololatriæ tamen crimine expungitur. Omitte titulos, operas recognoſce, idololatres, idem homicida eſt. Quæris quem occiderit? ſi quid ad elogij ambitionem facit, non extraneum, nec inimicum, ſed ſeipſum. Quibus inſidiis? erroris ſui. Quo telo? offenſa Dei. Quot plagis? quotquod idololatriis. Qui negat idololatrem periiſſe, is negabit idololatrem homicidium feciſſe. Proinde adulterium & ſtuprum in eodem recognoſcas: nam qui falſis deis ſeruit, ſine dubio adulter eſt veritatis: quia omne falſum adulterium eſt. Sic & in ſtupro mergitur. Quis enim immundis ſpiritibus operatus, non conſpurcatus & conſtupratus incedit? Atque adeò Scripturæ ſanctæ ſtupri vocabulo vtuntur in idololatriæ exprobratione. Fraudis conditio ea eſt opinor, ſi quis alienum rapiat, aut

[a] *Tertul. lib. de idolatr. in princ.*

A alij debitum neget, & vtique erga hominem admissa fraus, maximi criminis nomen est. Ac enim idololatria Deo fraudem facit, honores illi suos denegans, & conferens aliis, vt fraudi etiam contumeliam coniungat. Quòd si tam fraus, quàm stuprum atque adulterium mortem adferunt, iam in his æquè idololatria de homicidij reatu non liberatur. Post talia crimina, tam exitiosa, tam deuoratoria salutis, cætera quoque ad aliquem modum & seorsum proinde disposita in idololatria conditionem suam repræsentant. In illa & concupiscentiæ sæculi. Quæ enim idololatriæ solemnitas sine ambitione cultus & ornatus? In illa lasciuiæ & ebritates, cum plurimum victus, & ventris & libidinis causa frequentantur. In illa iniustitia Quid enim iniustius ea, quæ iustitiæ partem nescit? In illa etiam vanitas, quum tota eius ratio vana sit. In illa mendacium, quum tota eius substantia mendax sit. Ita fit vt omnia in idololatria, & in omnibus idololatria deprehendatur.] Summum delictum sæpè vocat D. Cyprian. [a] aliquando

B grauissimum & extremum: ingens & immensum Presbyteri & Diaconi Romæ consistentes ad Cyprianum. Nam vt ipse [b] ad Stephanum Papam scribit, quod maius potest esse delictum, aut quæ macula deformior, quàm aduersus Christum sterusse? quam Ecclesiam eius, quàm ille suo sanguine parauit & condidit, dissipasse? Eum ergo, qui non solùm templum Gentilium ingrederetur, sed & idolis sacra faceret, communione priuandum meritò decernitur. Nec Episcopi solùm, sed & Imperatores Christiani summi huius sceleris reatum puniendum constituerunt. De Constantino testis est Constantius [c] Augustus eius filius. Postea tamen pœnam gladij sacra diis facientibus idem proposuit, bonis omnibus fisci iuribus addictis. [Placuit omnibus locis atque vrbibus vniuersis claudi protinus templa, & accessu vetitis omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari: volumus etiam cunctis sacrificiis abstinere. Quòd si quis aliquid fortè huiusmodi perpetrauerit, gladio vltore sternatur: facultates etiam perempti fisco decernimus vindicari: & similiter adfligi rectores prouinciarum, si facinora vindicare neglexerint.] Pœna illos capitis subiugari idem Constantius & Iulianus præcipiunt, quos operam sacrificiis dare, vel colere simulacra constiterit. Confirmarunt aliis pœnis Gratianus, Valentinianus, Theodosius, [d] & post ipsos, Leo & Anthemius [e] Imperatores.

[a] *D. Cyprian. epist 10 ad Clerum & epist. 11. ad Martyres, & 12. ad Plebem, & lib. de lapsis.*

[b] *Presbyteri & Diaconi in epist. ad Cypr. quæ exstat inter eiusdem epistol 30.*

[c] *Cypr in epist. 72. ad Stephan. P. P.*

[d] *Constantius Imp. l 2. Cod. Theod. de Paganis. l. 4 eiusd. tit. & C. l. 6. eiusdem tituli & Cod.*

[e] *Grat. Valent. & Theodos. in l. 7. 9. 10. 11. 12. 13 14. 15. 16. C. Theodos eiusd. tit.*

[f] *Leo & Anthemius in l. nemo, C de pagan.*

COMMENTARII NOVI.

SIncerè pœnitentibus non esse vitæ negandum viaticum, etiam non acta legitima pœnitentia, si mortis periculum superuenerit, statuit Ancyr. Synod. *cap* 6. & Nicæna 1. *cap.* 12. & Autel. 2. *cap.* 12. sic ait: *De his, qui in pœnitentia positi, vita excesserunt, placuit, nullam communione vacuum debere dimitti.* Hanc canonis cum præsenti discrepantiam soluit Innocentius I. *epist.* 3. *cap.* 2. *De his* (inquit) *observatio prior durior, posterior interueniente misericordia inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, vt concederetur eis pœnitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas, homines de reconciliatione securos non reuocaret à lapsu, negata meritò communio est, concessa pœnitentia; ne totum penitus negaretur, & duriorem remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit, iam depulso terrore communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini misericordiam, quasi Viaticum profecturis; ne Nouatiani Hæretici, negantis veniam aspernatorem, & duritiam subsequi videamur. Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio; vt hominis huiusmodi vel in supremis suis permittente Saluatore nostro, à perpetuo exitio vindicentur.* LOAYSAS.

Sint ne verba Innocentij intelligenda de Cypriani an Concilij Elibertini temporibus, vide quæ suprà diximus *in princ. verb. Concilium.* Bellarm. *l. 2. de imag. cap. 9.* non tantum per *can.* 69. huius Concilij, sed etiam per hoc idem testimonium Innoc. fortissimè vrget. Patres in hac Synodo congregatos Lapsis solam actionem pœnitentiæ, si eam peterent, iniunxisse; reconciliationem verò ipsam, vel ad certum tempus denegasse quod quia teste Cypriano *lib. 2. epist.* 4. Ambros. *lib. de pœnitent. c. 2.* Socrate *l. 4. cap.* 23. aut verè, aut saltem prope Nouatianum est (is enim, vt ex prædictis authoribus patet, pœnitentiam concedebat, atque ad eam hortabatur, sed reconciliationem à Deo petendam, non à Sacerdotibus impartiendam esse docebat.) Maius absurdum incurremus, si per communionem negatam, negata reconciliatio: per pœnitentiam concessam, sola actio pœnosa pœnitenti iniuncta, vt vult Bellarm. intelligatur: sequetur enim ab Innocentio id, quod per se malum est, vel excusatum, vel approbatum esse, dum ait: *Negata meritò communio est.* Hoc approbat Innocentius vel saltem excusat, quod Patres Concilij lapsis, & grauioribus peccatoribus interdixisse ipsam peccati veniam, ac remissionem Bellarm. existimat. Necessariò igitur eiusdem veniæ denegationem ab Innocentio vel excusatam, vel approbatam esse concedere debet. Quod si malè Patres Concilij constituerunt, malè id ipsum Innocentius approbauit, vel excusauit. Si dicatur

Innocentium

Innocentium lapsorum frequentiâ, & temporis ratione excusare hoc, quod absolutio, & reconciliatio huiusmodi peccatorum ad præfinitum tempus differatur, & extendatur; ego, contradico non debere accusari Patres huius Concilij, qui illis temporibus, quibus lapsorum conditio ob causas nobis incompertas austeriora medicamenta requirebat, duriores leges, ac Canones de iisdé recipiendis promulgauerint. Siue igitur per negatam communionem, Eucharistia: siue recõciliatoria manuum impositio & sacramẽtalis absolutio iusta, ac rationabili de causa ad certum tempus interdicta fuisse intelligatur, nouum quidem id fuit tunc, & ante inusitatum: erroneum verò cur fuerit, non intelligo, ita meo iudicio sentit Baron. *ann.* 305. *n.* 41. & 43. VINNIVS.

In eos qui duplici simul idololatriæ, & Apostasiæ crimine tenerentur, perpetuas hoc primo Canone pœnas decernunt Hispaniæ Patres, non autem in lapsos, qui timore perterriti, ipsismet cruciatibus, & suppliciis superati, & coacti idolis immolauerant, quemadmodum existimant cum Garcia, & Vinnio, illustrissimi Cardinales Bellarminus, & Baronius. Nam horum longè ante hoc Concilium causa fuerat agitata, hunc que exitum totius Ecclesiæ consensu habuerat vt non perpetua pœna, quamuis diuturna, & plena pœnitentia laerent, quod admiserant, (si D. Cypriani epistolis fidem habeamus) quod iudicium hosce Patres euertisse, aut dutiùs quidquam in eosdem lapsos constituisse, non facilè mihi persuaderem; vel hac ipsa coniectura adductus, quod *Can.* 46. satis pœnarum sumpsisse putẽt, si Apostatas non idololatras, qui maiori semper supplicio digni visi sunt, quam lapsi vt ex Cypriano patet, leui animaduersione perstrinxerint. Adde si de lapsis hunc Canonem accipias, & interpreteris, omnino fatendum esse hosce Patres Nouatianos fuisse, aut Nouatianis fauisse, cùm non aliam ob causam ab Ecclesia recessérint Nonatiani, nisi quòd iis, qui minis, & tormentis cesserant (qui vni lapsi dicuntur) indulgẽdum esse pertinaciter negarent. At quis vnquam mentionem fecit, aut dixit Hispaniam cum Nouatianis consensisse, aut Osium, qui graue de isdem iudicium cum cæteris Patribus in Nicæno paulò post tulit; quid quam decreuisse, quod ad eorum sententiam vergeret, & accederet?

De Apostatis qui præterquam quod à Christo, eiusque fide spontè recesserant, idolis insuper sacrificauerant, non verò de lapsis hunc Canonem esse explicandum alia etiam persuadet ratio, nimirum quod illa prima disciplina, quę ne lapsis quidem olim indulgebat, paulatim ad lenitatem deflexerit, leniúsque multo peccatores habuerit temporibus Conc. Eliberini, quam D. Cypriani, & in Conc. Nicæno, quam in aliis Conciliis, quæ ante Nicænum habita sunt, vt videre est in hoc Conc. nam *Can.* 46. Apostatas, de quibus his verbis statuit D. Cypr. *Apostatæ verò, vel aduersarij, & hostes, & Ecclesiam Dei dissipantes nec si occisi pro nomine eius foris fuerint, admitti possunt*, ad pacem actâ quadam pœnitentia, reuocat. Quapropter hi Patres recuperandæ communionis spem nunquam eripuissent lapsis, quos ne quidem Cyprianus hac pœna damnauit. Cæterùm hoc iudicium in Nicæno tandem mutatum fuit *Can.* 11. statutúmque vt post longam pœnitentiam hi Apostatæ in fidelium numerum admitterentur, quamuis nonnulli sunt, qui illo *Can.* 11. in lapsos agi potiùs existiment quam in Apostatas, qui vt citiùs è vinculis eriperentur, & si nullis suppliciis; aut minis immolare adigerentur, Diis sacrificauerant.

Denique notandum est hunc primum Canonem differre à 46. quod in hoc de Apostata fit mentio, qui non fuit idololatra: in illo de illis, qui vtroque hoc crimine sese polluerint. differt etiam ab vltimo Canone Concilij Arelatensis, quia de solis Apostatis, & non de resipiscentibus nisi in morte loquitur.

Post fidem, Cathecumeni longè mitiùs habebantur quam fideles, eorumque crimina minori afficienda pœna existimabantur, quam fidelium vt alibi ostendemus. Quapropter addunt Patres, si post Baptismum, quia ante Baptismum alia puniendi ratio.

Et fecerit, sacrificauerit,

Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.

Crimen capitale & principale, de antiqua criminum diuisione, & discrimine varia extant vestigia in Tertulliano, & D. Cypriano, & cæteris Patribus, quibus omnibus idolatria maximum semper visum est, vnde hoc Canone vocatur principale, summum scelus.

Nec in fine eum communionem accipere, non negarim aliquando nomine communionis Eucharistiam intelligi: verùm in his iudiciis, & canonibus rarò ita accipitur, sed pro fidelium societate, & iure societatis, à qua peccatores remouebantur, ne eorum consortio, & consuetudine cæteri fideles inficerentur: quapropter vix reperies in hisce Conciliis mentionem de absolutione, quòd eam per hæc verba communionis, societatis, consortij, & similium exponant Patres. Cùm enim finis absolutionis sit reditus in Ecclesiam, & per eam pœnitentes ius societatis, quod peccando amiserant, recuperent, frequentiùs his vtũtur quam nomine absolutionis. Cæterùm quomodo accipiendum sit, quod hisce canonibus tam facilè moriẽtibus venia denegatur, aut qua ratione à Nouatiano differant hi Patres, alius erit dicendi locus; ne notæ nostræ in commẽtarium crescant. Quod dum præstamus, sufficiet hoc vnum monere, cõtrouersiam inter Catholicos, & Nouatianos non eam fuisse, quod Catholici omnibus omnino criminibus veniam concedendã esse dicerent. Nam longè post Cornelium, cuius tempore, & tentãtiã perculsus fuit Nouatianus, verum etiam post Nicænum Concilium certa crimina perpetuâ pœnitentiâ damnata reperiuntur, vt ex hoc Concilio, Arelatensi, & Sardicensi licet colligere: sed de authoritate, & potestate grauia crimina remittendi erat quæstio, quam Ecclesiæ tradi tam fuisse negabant Nouitiani, & ante eos Montanistæ: contra verò Ecclesia hanc sibi inesse authoritatẽ prædicabat, iusque ea vtendi, & peccata pro arbitrio soluẽdi, quãuis non omnia condonaret. Ex antiquis codicibus hunc canonẽ correxit Garsias; verum tantùm mihi displicet hæc correctio, quantũ in cæteris satisfacit: *nam hæc inter eos, & quod est, summum scelus* inutilia esse videntur. ALBASPINÆVS.

Contra hunc Canonem est Ancyrana Synodus *cap.* 6. & Nicænæ 1. *c.* 12. & Aurelianens. 2. *c.* 12 vbi statuitur sincerè pœnitentibus non esse in fine vitæ negandum Viaticum, etiam non acta legitima pœnitentia, si mortis periculum superuenerit. Sed hæc discrepantia sic soluitur ab Innocentio 1. epist. 3. cap. 2. *De bis*, inquit,

obseruatio

A *obſeruatio prior, durior, poſterior interueniente miſericordia, inclinatior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, vt concederetur eis pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ perſequutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas, homines de reconciliatione ſecuros non reuocaret à lapſu, negata merito communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitùs negaretur, & duriorem remiſſionem fecit temporis vitio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſiis ſuis reddidit iam depulſo terrore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam, quaſi Viaticum profecturis; ne Nouatiani hæretici, negantis veniam, aſperitatem, & duritiam ſubſequi videamur. Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio,* B *vt homines huiuſmodi, vel in ſupremis ſuis permittente Saluatore noſtro*, &c. Quæ verba an intelligenda ſint de Cypriani an Concilij Eliberitani temporibus, licet aliqui priori modo ſentiant, ego tamen cum Baronio *anno Chriſti* 305. *num.* 11. 40. & 43. & Bellarmino *lib.* 2. *de imag. cap.* 9. de tempore huius Concilij intelligo.

Hæc verba toties repetita, *neque in fine accipiat communionem* ad Euchariſticam retulerunt Baſilius Legion. *quæſt.* 2 *ſcholaſt. cap.* 1. Filiacus *in cap.* 11. *in fin. de officio ordin* ſed rectiùs ea acceperunt de conciliatione, & abſolutione etiam in fine lapſis denegata poſt Baronium, & Bellarminum tum litteris, tum ſanctitudine præclari viri, qui expreſsè docuerunt in ipſis Eccleſiæ cunabulis tantùm fuiſſe flagitioſorum hominum odium, vt quibuſdam in peccata capitalia prolapſis venia, reconciliatioque negaretur. Verba ipſorum interpretum referam, vt rem non vulgarem adſtruam, & ne hæc ſeueta naſcentis Eccleſiæ diſciplina alicuius animum in admirationem rapiat. Georgius Ambianus, vir perdoctus, & vera Capucinorum proles ad Tertullianum de pudicitia *cap.* 12. *obſeruatione* 2 *quæſt.* 1. dum recenſet verba *Can.* 1. & 2. huius Concilij ait: *Putas agi de Euchariſtia? erras; agitur enim de venia*; & paulò poſt. *Igitur cum audis communionem in Concilio Illiberino, intellige ſtilo veterum abſolutionem, ritualem peccatorum remiſſionem.* Ioannes Dartis vir apprimè doctus *de pœnitentia, cap.* 16. vbi dum affirmat pœnitentiam ſanis, vel infirmis non eſſe denegandam, hæc ſubiungit verba: *Excipienda ſunt priſca tempora, quibus propter quædam crimina capitalia pœnitentia etiam denegabatur, vt oſtendimus ex Tertulliano, & alijs. Excipiendum eſt etiamſi quando ex cauſa particulari denegata fuerit pœnitentia; nam ex Phrygio Synodus, quæ Sidæ in Pamphilia contra Maſſalianos habita eſt, ſtatuit; vt quiſquis damnatam hanc hæreſin amplexus fuerit, nunquam amplius admittatur, quemadmodum millies promiſerit ſe omnes gradus pœnitentiæ expleturum.* Laurentius Lautmeer antiquitatis Eccleſiaſticæ accuratiſſimus indagator *lib.* 3. *de veteri Cleric. mon. cap.* 82. vbi dum exponit verba illa Tertulliani (*ſtatim expendendam ſemel quia non ſecundo; ſed amplius nunquam quia proxi nè fruſtra*) hæc ſubiungit. *Neque id ſpectem tantum habent ſe ha Tertulliani comminationes: quia vera contingit, aut Deo vel ipſi, ob ingratitudinem deſerente, aut morte ſtatim pœnitentiæ præcidente, iam nec ſecundo, nec amplius pœnitentiam exhiberi.* Gabriel Albaſpinæus Epiſcopus Aurelian. eruditionis Eccleſiaſticæ parens *lib.* 2. *obſerv. cap.* 8. *Proinde verò ſimiliùs Canones iſtos, qui ita loquuntur, nec in fine, aut in finc accipiat communionem, qui frequentiſſimi ſunt in illo Concilio Eliberino ad abſolutionem, non ad Euchariſtiam referri omnino.* Idem in not. ad Tertul. de pudicitia P. Dionyſius Petauius in not. *ad Epiphanium.* Quibus, vt adhæream, aſſentiámque, cogunt expreſſa veterum Patrum, & Conciliorum teſtimonia, quibus apertè probatur ipſis Eccleſiæ primordiis efferuente fidelium deuotione quibuſdam atrocioribus ſceleribus veniam, indulgentiámque funditus fuiſſe denegatam, neque eorum authores vnquam cum Eccleſia reconciliari potuiſſe, ſed iam aliqua referamus.

Primò expendo Concilij Arelat. 1. *Can.* 13. in illis verb. *De ijs qui apoſtatant, & antequam ſe ad Eccleſiam repræſentent, nec quidem pœnitentiam aperire quærunt, & poſtea infirmitate correpti petunt communionem; placuit eis non dandam communionem, niſi reuelauerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ*: vbi verbum *communionem* pro abſolutione eſſe accipiendum probat Albaſpinæus *lib.* 2. *obſerv. cap.* 8. & eiuſdem Apoſtaſiæ criminis reum omni venia, & reconciliatione priuari referunt Imperatores Theodoſ. Valent. & Arcad. *in l.* 3. *C. de Apoſtatis*, in illis verbis: *Sed nec vnquam in ſtatum priſtinum reuertantur, nec flagitium horum obliterabitur pœnitẽtia, neque vmbra aliqua exquiſitæ defenſionis, aut muniminis obducetur: quoniam quidẽ eos, qui fidem quam deo dedicauerant, polluerunt, & prodentes diuinum myſterium in profana migrauerunt, tueri ea quæ ſunt commentitia, & concinnata, non poſſunt. Lapſis etenim, & errantibus ſubuenitur: proditis verò hoc eſt ſanctum Baptiſma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ (quæ ſolet alijs criminibus adeſſe) ſuccurritur. D. V. Id. May; Concordia, Tatiano, & Symmacho Coſſ.* 311. Et de ea priſtina ſeueritate luculentum extat teſtimonium Concil. Tolet. 3. *Can.* 11. in hæc verba: *Quoniam comperimus per quaſdam Hiſpaniarum Eccleſias, non ſecundum Canonem, ſed fœdiſſimè pro ſuis peccatis homines agere pœnitentiam; vt quotieſcumque peccare libuerit, totiens à Presbytero ſe reconciliari expoſtulent; & ideo pro coercenda tam execrabili præſumptione id à ſancto Concilio iubetur, vt ſecundum formam Canonum antiquorum, detur pœnitentia hoc eſt, vt priùs eum, quem ſui pœnitet facti, à communione ſuſpenſum, faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impoſitionem crebro recurrere; expleto autem ſatisfactionis tempore, ſicuti Sacerdotalis contemplatio probauerit, eum communioni reſtituat. His verò, qui ad priora vitia, vel infra pœnitentiæ tempus, vel poſt reconciliationem relabuntur, ſecundum priorũ canonum ſeueritatẽ damnentur.* Perpendant etiam, qui huic antiquæ diſciplinæ, & veræ doctrinæ non acquieſcunt Conc. Valentini Galliæ *Can.* 3. vbi ita PP. ſanxerunt. *Circa eorum verò perſonas, qui ſe poſt vnum, & ſanctum lauacrum, vel profanis ſacrificijs Damonum, vel inceſta lanatione polluerunt, eam cenſuræ formam duximus eſſe ſeruandam; vt bis iuxta Synodum Nicenam ſatisfactionis quidẽ aditus non negetur, ne infœlicibus lachrymis, vel ſolatij ianua deſperatione claudatur*

acturi

acturi verò pœnitentiam vſque in diem mortis, non ſine ſpe tamen remiſſionis, quam ab eo plenè ſperare debebunt, qui eius largitatem, & ſolùs obtinet, & tam dives miſericordia eſt, vt nemo deſperet. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Cœleſtinum relatum à Gratiano in cap. agnoſcimus 13. 26. quæſt. 7. ibi: *Agnoſcimus pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum deſideriis annui, qui obitus ſui tempore hoc anima ſuæ cupiunt remedio ſubueniri.* Tertullianum itidem adduco non tanquam Paracletum, & Catharum, ſed tanquam fideliſſimum antiquitatis Eccleſiaſticæ teſtem, qui à Zephyrino P. tanquam nouum, & inauditum abſolutionem datam mœchis exhortet *de pudicitia cap.* 1. his verbis: *Audio enim edictum eſſe propoſitum, & quidem peremptorium; Pontifex ſcilicet Maximus, quod eſt, Epiſcopus Epiſcoporum, edicit: ego, & mœchiæ & fornicationis delicta, pœnitentia functis dimitto. O edictum, cui adſcribi non poterit, bonum factum!* Et cap. 5. planctum, & inuidiam introducit lapſorum dicentium. *Igitur aut nec illis, aut etiam nobis pœnitentiæ ſubſidia conueniant. Aut detinemus eam, aut ſequimur. Hæc ipſa res loquuntur. Si res voce deficiunt, adſiſtit idololatres, adſiſtit homicida, in medio eorum adſiſtit, & mœchus: pariter de pœnitentiæ officio ſedent in ſacco, & cinere inhorreſcunt: eodem ſtatu gemiſcunt, eiſdem precibus amb iunt, eiſdem genibus exorãt, eandem inuocant matrem.*

Quid agis molliſſima, & humaniſſima diſciplina? Aut omnibus eis hoc eſſe debebis; Beati enim pacifici. Aut ſi non omnibus, noſtro eſſe. Idololatram quidem, & homicidam ſemel damnas, mœchum verò de medio excipis idololatriæ ſucceſſorem, homicidæ anteceſſorem, viriuſque collegam? Perſonæ acceptatio eſt, miſerabiliores pœnitentias reliquiſti. Ob hanc primitiuæ Eccleſiæ ſeuerani diſciplinam ſanctus Cyprianus *in epiſt. ad Anton.* ſui rationem in hæc verba reddit. *Et quidem apud anteceſſores noſtros quidam de Epiſcopis iſtis in Prouincia noſtra dandam pacem mœchis non putauerunt, & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt, non tamen ab Epiſc. ſuorum Collegio receſſerunt.* Et ſtatim *ne me quis exiſtimet à propoſito meo leuiter receſſiſſe, & cum Euangelij primo vigorem, & interinitia defenderim, poſt modum videar animum meum à diſciplina, & cenſura priore flexiſſe.* Audiamus iterum Tertullianum *in lib. de pœnitentia*, quem adhuc Catholicus ſcripſit, vbi *cap.* 7. ait: *Collocauit in veſtibulo pœnitentiam ſecundam, quæ pulſantibus patefaciat; ſed iam ſemel quia ſecundo; ſed amplius nunquam, quia iam proximè fruſtra:* Licet hæc verba aliter accipiant Lautmeter *lib. 2. de veter Cler. cap.* 91. Cellotius *de Hierarch. cap.* 10. §. *nunc*, elegantèr Patianus *in Paræneſi ad pœnit. tom.* 3. *Biblioth. veter. Patr.* in illis verb. *Deſpectus in multis Spiritus ſanctus hæc nobis capitalis periculi conditione legauit, reliqua peccata meliorum operum compenſatione curantur, hæc verò tria crimina, vt baſiliſci alicuius afflatus, vt veneni caltx (vt lethalis arundo metuenda ſum) hæc quicumque poſt fidem fecerit; Dei factum non videbit: deſperauêre tantorum criminum rei, quid vobis ego feci, numquid non fuit in poteſtate ne fieret? nullus ne admonit? nemo prædixit, tacuit Eccleſia, nihil Euangelia dixerunt, nihil Apoſtoli commonati ſunt, nihil rogauit Sacerdos? Quid queritis ſera ſolatia? tum decuit cum licebat, dura iſta vox eſt, ſed qui vos fœlices dicunt, in errorem vos mittunt.* Sed quid? ſupremam ſedem teſtem habemus Innocentium primum, *Exſuperium Epiſcopum Toloſanum ita differentem: De his obſeruatio prior durior, poſterior interueniente miſericordia inclinatior eſt: Nam conſuetudo prior tenuit, vt concederetur eis pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas, homines de reconciliatione ſecuros non reuocaret à lapſu, negata meritò communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur, & duriorem remiſſionem fecit, temporis ratio. Sed poſtquam Dominus pacem Eccleſiis ſuis reddidit; iam depulſo terrore communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam, quaſi viaticum profecturis, ne Nouatiani hæretici, negantis veniam, aſperitatem, & duritiam ſubſequi videamur. Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio, vt homines huiuſmodi, vel in ſupremis ſuis permittente Saluatore noſtro...* Audis communionem non eſſe aliud quam remiſſionem, & reconciliationem? quod etiam patet ex dubio propoſito in eo cap. 2. & ex ciuſmodi, qui ita concipitur, *de his qui poſt Baptiſmum in vltimo pœnitentiam poſcunt.* Quam ſeueritatem illis Eccleſiæ ſæculis congruere putauit Epiſcopus Aurelian. *lib. 2. obſerv. c. 8. & in not. ad ipſam Epiſtolam Innocentij*: quia tempore tot perſecutionum augebatur lapſorum malitia & tenera Eccleſiæ infantia aſperioribus erat formanda ſtudiis; vnde oportebat peccatores pœnitentiæ difficultate terrere, quam duram legem pace Eccleſiæ conceſſa peccantium multitudo ſedauit, & totiens indultum fuit, quotiens peccatum, vt ipſe Epiſcopus latis proſequitur obſeruationibus ſequentibus.

Sed ne quis inde cum Baronio *tom. ann.* 57. exiſtimet Concilium iſtud fauere Nouatianorum errori nonnullos propter priora ſcelera pœnitentiam denegantium, ſcire oportet Nouatum Presbyterum, vt lapſorum gratiam ſibi conciliaret prius veniam conceſſiſſe, & ad pœnitentiam admittendo ſeſe propoſuiſſe in Synodo Romana, vt refert D. Cyprianus epiſt. ad Anton. his verbis: *Additum eſt etiam Nouatiano tunc ſcribente, & quod ſcripſerat ſua voce recitante, & Presbytero Moyſe tunc adhuc confeſſore, nunc iam Martyre ſubſcribente, vt lapſis infirmis, & in exitu conſtitutis pax daretur, quæ littera per totum mundum miſſæ ſunt, & ad notitiam Eccleſiis omnibus, & vniuerſis fratribus perlatæ ſunt.* Negauit inſuper veniam lapſis inuidiæ in Cornelium confandæ cauſa, *D. Cyprianus ad Cornel. ord.* 17. Non tamen Nouatus vt hæreticus damnatus fuit, eo quod aſſereret, neque excommunicatos, neque lapſos ſine à peccatis abſoluendos eſſe; ſed quia exiſtimabat Deum Dominum noſtrum Eccleſiæ neque remittendorum, neque retinendorum peccatorum capitalium poteſtatem, copiamque feciſſe, atque in eo viguit Nouati hæreſis, vt euerteret Eccleſiæ decus, atque authoritatem, à cuius fide, & vnitate deflexit, olauium poteſtatem comminuens negans conceſſam fuiſſe poteſtatem relaxandi crimina capitalia, vt ex-preſſerunt PP. Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 1. ibi:

A bi : *Dominus autem sacramentum pœnitentiæ tunc præcipuè instituit, cum à mortuis excitatus insufflauit in discipulos suos diuinè : Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis ; & quorum retinueritis, retenta sunt. Quo tam insigni facto, & verbis tam perspicuis potestatem remittendi, & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles, post Baptismum lapsos, Apostolis, & eorum legitimis successoribus fuisse communem omnium fere Patrum consensus semper intellexit. Et Nouatianos remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Ecclesia Catholica tam quam hæreticos explosit, atque condemnauit.* Docuerunt Albaspinæus lib 2. obser. cap. 10. & 11. Ambian. ad Tertull. de pudic. cap. 12. obserm. 1. pag. 746. P. Fab. lib. 3. Agonist. cap. 21. in fin. Patres ergo illiberitani in hoc Can. & aliis huius Concilij pœnitentiam etiam in fine negarunt Lapsis in aliqua grauiora scelera de facto, non tamen ipsorum facultatem habere concedendi veniam lapsis in eisdem peccatis. Vnde in Can. 21. Catholicis in hæresim incidentibus, & conuersis pœnitentiam statuunt non esse denegandam contra antiquum errorem Nouatianum, qui illis pœnitentiam denegabant, nec tempore huius tantæ disciplinæ lapsis ingeniculantibus his pœnitentiæ Ecclesia denegabat, sed tantum absolutionem, & reconciliationem, vt Communionem cum aliis fidelibus non reciperent ; illis enim pœnitentiam efflagitantibus, pœnitentia iniungebatur : non tamen concedebatur venia, ne reconciliationis facultas, aut lapsus esset libido, aut relapsus occasio, id circo ne ipsi desperarent, pœnitentiam quidem ex Ecclesiæ iudicio subibant, veniam autem in exitu quidem non recipiebant: & similes ad quid peragere pœnitentiam, si denegatur venia? audi Tertullianum de pudic. c. 3. qui etiam opponit, & dissoluit his verbis : *porrò frustra agetur pœnitentia, si venia carebit, & frustra, si patrem hic non habet ; apud Dominum seminat. Nec amittit sed præparat fructum. Non vacabit ab emolumento, si non vacauerit ab officio. Ita nec pœnitentia huiusmodi vana, nec disciplina eiusmodi dura est. Deum ambæ honorant. Illa nihil sibi blandiendo, facilius impetrauit : ista nihil sibi adsumendo, plenius adimplet :* idcò in mœstia pœnitentiam sine absolutione decedentium sacrificiis, & oblationibus iunabatur, Concil *Carthag. 4. Can.* 39. apud Gratianum in *cap. Sacerdos* 26. *quæst. 7. Arelat. 1. Can. 12. Vasense 1. re ipsa* 2. *can. 12. Concil Epaun. can. vlt. Tolet.* 12. *Can.* 1. prosequitur alios ipsius pœnitentiæ fructus *Ambian. ad Tertull. loc. 12. pag.* 740.

E Sed difficile est, quod ex Concilio Trident. antiquitatis arbitro, veritatis Magistro, traditionum certo indice, iusto omnium iudice sess. 24. de pœnit. cap. 7. deducitur, vbi aiunt PP. *Verumtamen piè admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat in eadem Ecclesia Dei custodiendum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis ; atque idcò omnes Sacerdotes quotiès pœnitentes à quibuscunque peccatis & censuris absoluere possunt extra quem articulum Sacerdotes cum nihil possint in casibus reseruatis, id vnum pœnitentibus persuadere niuntur, vt ad superiores, & legitimos iudices pro beneficio absolutionis accedant.* Ex quibus constat non solum constitutum esse à Patribus ipsius Concilij, sed piè semper in Ecclesia obseruatum fuisse vt nulli casus reseruarentur in articulo mortis, ne peccator pereat, & occasione denegatæ pœnitentiæ in talaris desperationem incidat. Igitur nec ano nostri Concilij Ecclesia charis tantas pœnitentibus quantumuis lapsis, & relapsis. Cui difficultati, quæ præcipua est in hac sententia, ita fati facit Georg. Ambian. ad Tertullian. de pudic. cap. 12. pagin. 748. Respondeo primò dici posse Concilium declarasse quid potuerint Sacerdotes, non quid egerint. *Atque adeo quoslibet pœnitentes, à quibuscunque peccatis, & censuris absoluere possunt.* Nec enim Concilia aliquid determinare solent circa quæstiones facti, aut si determinunt non parem vbique tibi authoritatem vindicant, vt patet in causa Cæciliani toties damnati, toties reflatum. Versantur circa quæstiones iuris, ne quid factum, sed quid facto sit opus perstringunt. Factum historiæ est ; ius verò doctrinæ. At Patrum est, vt Ecclesiæ Doctorum, ius dicere, leges condere : quid vnusquisque possit ; decernere : quid agendum, non quid actum sit determinare. Idcirco damnati Nouatiani, non quod Ecclesiæ mores damnauerint, sed quod ex nouorum erroris induxerint. Tantum enim dixit, vt Nouatiani damnarent, quod hucusque fuerat in Ecclesia frequentatum quin & laudabant impensim : & hæresim ex pœna condemnabant. Quippè vt obseruat Albaspinæus lib. 1. obserm. 21. Non fuit in hoc hæresis Nouatianorum, quod pacem lapsis negarent, sed quod planè negandam asserebant. Ex quæstione facti mouerunt iuris quæstionem, & ex disciplina irruerunt in Ecclesiæ potestatem. Negabant Ecclesiam posse lapsos absoluere, quia hactenus non absoluerat ; ita vt siquis attentaret, non solum illicitè faceret, sed & inualide. Idcircò Concilium non definit, quid antiqui egerint, sed quid agere potuerint. Verum quid hoc prodest ad salutem animarum, siquis possit absoluere, nec tamen velit ? imò eo peius, eo inhumaniùs quod possit, nec tamen velit. At verò Concilium docet ; *Ne aliquis pereat piè admodum in Ecclesia Dei constitutum semper fuisse vt nulla sit reseruatio in articulo mortis.* Vult igitur quidquis absolutum, nihil reseruatum. Et quando ait id semper in Ecclesia Dei custoditum ; videtur disciplinam potiùs respicere, quam doctrinam.

Respondeo igitur secundò per Ecclesiam Dei intelligi Catholicam. At quid Ecclesia Catholica custodierit, sciri probè, & infallibiliter non potest, nisi ex œcumenicis, seu vniuersalibus Conciliis, in quæ conueniunt omnes vndique Ecclesiæ, & quid deinceps omnibus in Ecclesia Dei custodiendum sit, definiunt. Igitur cum dixit Concilium Tridentinum id semper piè in Ecclesia Dei constitutum, aspirant ad Concilium Nicænum, primum ex omnibus œcumenicis. Canone enim 11. *ita de lapsis* statuitur. *Visum est Synodo, licet misericordia indigni sint, benignitate tamen in eos vti.* Et Can. 12. *In his omnibus obseruare oportet propositum & modum pœnitentiæ, licebit tamen Episcopo de his aliquid humanius cogitare.* Et Can. 13. *De his qui vita excedunt, & canonica lex nunc quoque seruabitur vt siquis vita excedat, vltimo, & necessario viatico minimè priuetur.*

Id est vti nouimus absolutionis beneficio. Quippe de Eucharistia Concilium postea appendicem subiungit, & quibus detur conditionibus, definit. Ita in collect. Martini Brachar. Can. 13. *Si quis de corpore exiens nouissimum, & necessarium communioni Viaticum expetit, non ei denegetur. Qui in exitu mortis sunt, & desiderant accipere sacramentum, cum consideratione, & probatione Episcopi accipere debeant.* Ecce vltrò omni morienti conceditur viaticum necessarium, id est beneficium reconciliationis, & pacis sine quo vinctus homo discederet, & vacuus; sed Sacramentum, id est altaris mysterium, non nisi adhibita cautione, & examinato petentis voto, permittitur.

Certè ab æuo Patrum Ecclesia ex æquo diuidebatur inter innocentes, & pœnitentes: imò nec istos Ecclesia numerabat inter suos; sed foris sistebat, donec delictum expiassent, si modicum, aut excessissent, si maximum. In modicis dabant pœnitentiam plenam, & ita pacem recipiebant, & veniam. In maximis, sicut nulla restitutio, sic & nulla pœnitentiæ examinatio. Cum autem admitti cœperunt posterioribus sæculis etiam grauiora, certi quidam Canones, & libelli sunt conscripti, quibus suus cuique gradus assignaretur, & paulatim ad reconciliationem, postremo, *ad perfectionem*, id est ad mysteriorum participationem lentè promouerentur. Patet ex Concil. Ancyran. Petro Alexandrino, Timotheo Gregorio, Thaumat, &c. Denique pace illucescente monstris etiam consultum, & omnibus indifferenter, maximè in discrimine mortis humanitus indultum. *Nemo vinctus anathemate mihi moriatur, nemo decedat communione vacuus.* Inclamant Concilia & Patres, laudántque Concilium illud Nicænum, ex quo humanitas fluxit, & in omnes omnino peccatores effusa pacis benignitas.

Igitur cum ait Concilium Tridentinum piè semper id in Ecclesia Dei custoditum, respicit Nicænum, ex quo, *Canonica lex seruatur*, vt si quis *vitæ excedat vltimo, & necessario viatico minimè priuetur.* Id nempe deinceps seruatum, id ferè ab omnibus custoditum. Ferè, dixi, nam nec semper omnino, nec ab omnibus. Nec tamen id Conciliis præiudicat, Nicæno, aut Tridentino. Quippe Nicænum, sicut Episcopis aliquando vti benignitate in quosdam pœnitentes permisit, ita etiam seueritate in alios vti non prohibuit. Accidunt ergo circunstantiæ, quæ aliquando disciplinæ neruum laxare impellant, aliquando stringere. Tridentinum verò non tangit, quia in regula generali admittuntur quædam exceptiones, quæ legem euadant, non tamen infringant. Quod autem nec semper etiam à Concilio Nicæno obseruatum, patet ex Conc. Sardic. Can. 1. vbi certis criminibus venia, etiam in fine denegata. Quomodo enim citò conquieuisset illa disciplina, in Eliberino centies inculcata, & in Arelatensi proximè refricata? *De his qui apostatant*, ait Concil. Arelat. 1. Can. 23. *Et antequam se ad Ecclesiam repræsentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & postea infirmitate correpti, petunt communionem, placuit eis non dandam communionem; nisi reualuerint & egerint, dignos pœnitentiæ fructus.* Deinceps autem mitiùs actum est, & nescio si nimis, aliquando inhumanè, quia magis humanè. Hactenus Doctus, & pius vir, cuius verba transcribere decreui, vt agnoscatur in hac pœnitentiæ denegatæ sententiâ nil nouum excogitasse, sed à Doctis, & piis viris iam probatum retulisse pro huius Canonis, & aliorum huius Concilij interpretatione, in quibus communio non est accipiēda pro Eucharistiæ perceptione, sed pro reconciliatione, & venia lapsis in crimina capitalia etiā in fine denegata. GONZAL.

Nec in fine eum ad communionem suscipere.

CAPVT SEXTVM.

Quid communionis nomine contineatur; & an perpetua communionis interdictio iusta fuerit necne?

PRæstat Manuscriptorum lectio, sine præpositione. Nec in fine eum communionem suscipere. Hoc vno inter alia seueritatis exemplo permotus aliquando Cæsar Baronius, [a] de auctoritate huius Concilij nonnihil voluit detractum, existimans hæresim Nouatiani sapere, in extremo constitutis Eucharistiæ sacramentum negare; cùm Christus promiserit peccatori, quacumque hora ingemuerit, exaudiendum. Hoc ipsum concilio huic imposuerunt alij. Quod cum paulò superius refutandum nobis offerretur, ne longius tunc progrederetur oratio, ad hunc locum reseruauimus. Ecclesia igitur Hispanica, S. Romanæ auctoritate suffulta, & diuini numinis gratia (vt verisimile est) illustrata, numquam despexit lapsorum salutem, non desperauit medicinam morientium: nec resipiscentibus adhuc in vita aditum intercluſit ad veniam: cum lapsos viuentes communione facta, & Ecclesiastica post tempus, morientes æterna fœlicitate & frui & lætari, pietate paterna, materna benignitate & auita teneritudine semper & voluerit & optarit, & latis multis sanctionibus ostenderit: sed cum his mollire quorundam impiorum duritiem nequisset, grauissima & censoris, & iudicis assumpta seueritate, inuita quodammodo ea vel perfringere aliquando curauit: & efficere tandem, vt quos instituta maiorum, quos Sanctorum Patrum exempla, quos spōtanea fidei professio, quos dulce Christi iugum intra Ecclesiā continere non potuit, cōtineant tandē grauissimæ Petri claues, & acutissimus Pauli gladius, acriores in terra cælestis & diuinæ iustitiæ vindices.

[a] *Cæsar Baronius tom. 1. Annal. eccles. ſ.*

Citati cap. 4. lib. 1. Lapsos resipiscentes admittit ad veniam Concilium Illiberritanum canone 12. Et morientes Catheeumenos æterna beatitudine perfrui sub fide qua credi derāt, declaratur. an. 77.

A quorum vel ſola auditione à tam nefario ſcelere vel impiiſſimi poſſent deterreri. Proponunt enim non temporalem aut certis annorum terminis circumſcriptam, ſed perpetuam ſacræ communionis interdictionem apoſtatis à fide. Quod ſanè ſupplicium in primitiuæ Eccleſiæ incunabilis non vtiliſſimum modò, ſed propè neceſſarium ad cohibendam peccatorum licentiam eſt habitum: cum vt ipſi de manſuetudine Eccleſiæ confiſi, à recto religionis tramite longiùs aberrare extimeſcerent: tum vt aliorum audacia, qui ab orthodoxa fide vellent diſcedere, horum exemplo & ſupplicij grauitate reprimeretur. Quod agnouit, retulit, & probauit Innoc. PP. I. [b] reſcribens ad Exuperium. [Et hoc quæſitum eſt, quid de his obſeruari oporteat, qui poſt baptiſmum, omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ ſuæ, pœnitentiam ſimul & reconciliationem communionis expoſcunt: de his obſeruatio prior, durior: poſterior, interueniente miſericordia, inclinatior eſt. B Nam conſuetudo prior tenuit, vt concederetur eis pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homines de reconciliatione ſecuros, non reuocaret à lapſu, negata meritò communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſiis ſuis reddidit, iam depulſo errore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam, quaſi viaticum profecturis, ne Nouatiani hæretici negantis veniam, aſperitatem & duritiam ſubſequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, vt homines huiuſmodi, vel in ſupremis ſuis, permittente Saluatore noſtro, à perpetuo exitio vindicentur.] Ecce quomodò Innocentius, temporum viciſſitudini cedens, quod vno vt vtile, iuſtum & neceſſarium probat, altero, vt inutile, graue & acerbum reiiciendum conſulit. Quod cùm ad huius canonis interpretationem peruenìſſem, gaudeo lætórque, animaduertiſſe Cæſarem Baronium [c], & pro vera & Chriſtiana animi ſui pietate, C non ſolùm huius pœnitentiæ ſeueritatem Eccleſiæ antiquæ moribus conſentaneam agnouiſſe, ſed præclaro & illuſtri Auguſtini exemplo, priſtinam ſententiam de huius Concilij auctoritate apertè & ingenuè retractaſſe: quod ſine iucunda & grata tam pij & eruditi viri memoria, nec potui, nec debui, nec volui prætermittere. Vtinam noſtri tanto & veritatis & religionis flagraſſent ſtudio, vt quæ ſemel minori forſan dixerunt conſideratione, ſecundis cogitationibus melioribus & lucubrationibus emendaſſent: meliùs enim & ſuo nomini & literarum ſtudiis eſſet conſultum: tunc enim optimè veritatem defendi, ſapienter teſtatur Leo Magnus Pontifex Sanctiſſimus; cùm opinio falſa à propriis damnatur auctoribus. Nec ab Innocentio ſolùm huius antiquæ pœnitentiæ ſeueritatem probatam legimus, ſed & ab Adriano [d] Papa huius nominis primo. Canonem LXXV. huius Concilij eiſdem D verbis retulit. [Si quis Epiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei eſſe communionem.] Eandem pœnam confirmarunt antiqui Colonienſis Concilij Patres in quo XIII. huius Concilij canonem & pœnitentiam totidem verbis referentes probarunt, poſt alia. [Quod & de virginibus ſi mœchatæ fuerint, ſtatuimus ſicut in Concilio Eliberitano c. XIII. ſcriptum eſt. Virgines quæ ſe Deo dedicarunt, ſi pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini ſeruierint, non intelligentes quid amiſerint, placuit nec in fine dandam eis eſſe communionem.] Eandem pœnam vel medicinam potiùs ſanxit Concil. Moguntinum III. [e] ſub Arnulfo, & aliud Moguntinum [f] ſub Rabano & ipſe Rabanus Maurus [g] Archiepiſcopus ſæpe in ſuo pœnitent. libro. Eandem apoſtatis Concilium Arelaten. I. [h] [De his qui apoſtatant, & antequam ſe ad E Eccleſiam repræſentent, ne quidem pœnitentiam agere quærunt, & poſtea in infirmitate correpti petunt, eis non dandam communionem.] Eandem probauit Concilium apud Sanctum Medardum in Suburbio Sueſſonenſi [i] tempore Caroli regis, in quo Patres Gallicanos huius Concilij auctoritate, & pœnæ ſimilitudine grauem cauſam inter Archiepiſcopum Rhemorum Hincmarum, & quoſdam alios terminaſſe, teſtimonio ſuo obſignauit notarius his verbis. [Vnde & iidem fratres qui felle amaritudinis maiores natu criminati ſunt, quorúmque vox mutata fore eſt iudicata, iuxta canonicam auctoritatem, ſecundum Concilium Eliberitanum, quod actum eſt tempore Conſtãtini cum miſſis Apoſtolicæ ſedis, c. 75. Si quis, inquiens, Epiſcopum, vel Presbyterum, ſiue Diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandã ei eſſe communionẽ.] Nec fidelibus laicis ſolùm, ſed Epiſcopis communionem, etiam laicam, in

[b] *Innoc. I in epiſt. ad Exuper. Epiſcopum Toloſan. c. 2.*

[c] *Cæſar Baron. 2. tom. annal. Eccleſiaſtic.*

Adrian. Papa in ea Canonum collectione quem fecit ad cauſa ſua tuitionem Concil. Colonienſ. can. 26.

[e] *Conc. Mogunt. 3. ſub Arnulfo. c. 26.*

[f] *Aliud Concil. Mogunt. ſub Rabano c. 26.*

[g] *Rabanus in pœnitentium lib. c. 4.*

[h] *Concil. Arelat. c. 23. Concil. Sueſſon. apud S. Medardum in actis ad finem can. vlt.*

in vltimo vitæ ſpiritu interdixit Concilium Sardicenſe [i] Generale (cui præfuit Oſius) ſi illi, vt ex propriis Eccleſiis ad alias aſcenderent, ſimulatum earum officium & literas inuitantes confingerent [Oſius Epiſcopus dixit: Etiam ſi talis aliquis extiterit temerarius, vt fortaſſis talem excuſationem afferens aſſeueret, quòd à populis literas acceperit: cùm manifeſtum ſit, potuiſſe plures præmio & mercede corrumpi eos qui ſinceram fidem non habent, vt clamarent in Eccleſia & ipſum petere viderentur Epiſcopum: omnino has fraudes damnandas eſſe arbitror: ita vt nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si verò omnibus placet, ſtatuite. Synodus reſpondit, Placet.] In Hiſpania autem perpetuam hanc ſacræ communionis priuationem multo poſt in Eccleſiæ vſu fuiſſe ob leuiora adhuc delicta, ex Concilio Ilerdenſi [k] conſtat. [Epiſcopi (ait) presbyteri, Diaconi relicta, ſi maritum acceperit, in fine non communicet.] Concilium Toletanum [l], aduerſus illos qui abſque ſubita vel extrema corporis neceſſitate Euchariſtiam proiecíſſent, id ipſum decreuit. [Iam verò (ait) quicumque, aut de fidelium numero, Corpus Domini abſque ineuitabili infirmitate proiecerit, ſi fidelis eſt, perpetua communione priuetur: ſi infidelis, verberibus ſubdatur, & perpetuo exilio relegetur.] Eandem pœnam impoſuit antea Concilium Cæſarauguſtanum [m] primum: ſi ſuſceptam Euchariſtiam in Eccleſia fidelis non conſumpſiſſet. Quam iterum [n] confirmarunt, aduerſus eos qui aliquo idololatriæ crimine polluerentur. [Item legit vigeſimo & vno die, quo à XVI. Kalend. Ianuar vſque in diem Epiphaniæ, quæ eſt octauo Idus Ianuarij, continuis diebus nulli liceat de Eccleſia ſe abſentare, nec latere in domibus, nec ſecedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, ſed concurrere ad Eccleſiam; quod qui non obſeruauerit, his decretis anathema ſit in perpetuum.] Anathema autem in perpetuum, quid aliud eſt quàm perpetua ſacræ communionis priuatio, ab hoc primum Concilio (fateor) profecta, repetita paulò poſt Sardicenſi, Colonienſi, Moguntino, VVormacienſi, Sueſſionenſi, Cæſarauguſtano, Ilerdenſi & Toletano; ac tandem à Pontificibus Adriano & Innocentio confirmata? Aut ea igitur omnia Concilia & Pontifices ex ſacro Conciliorum & Pontificum numero turpiter reiici oportet: aut hoc noſtrum ſanctiſſimè retineri; cùm ferendum non ſit, vt quibus rebus tot Patres, tot Epiſcopi, tot Prouinciæ, tot Gentes verè gloriantur, eaſdem in nobis falsò reprehendant. Si animaduertant præſertim, tanto eſſe grauiorem poſteriorem hanc Pontificum & Conciliorum, quàm Illiberritani ſeueritatem, quanto duriùs acerbiúſque cenſeretur hodie antiquis Chriſtianis, quàm Turcis, Perſis, aut Mauris recenter conuerſis, Euchariſtiæ negari ſacramentum. Quod genus antiquæ ſeueritatis ætas hæc noſtra non diligenter ſolùm obſeruauit, ſed addito maiore multo rigore auxit, nam Indos ad fidem recens conuerſos, etiam nullo crimine admiſſo, & viuos & morientes à communione repellit. Idque adeò vſu receptum eſſe teſtatur Ioſephus Acoſta [o], doctus & diligens rerum Indicarum explorator. [Vt ſi contra fieri contingat: (ſic ait) non leue ſcandalum homines putent.] Quod quamuis recentiori Concilij Limenſis [p] decreto reuocatum ſit, multorum anteà annorum decurſu, inueteratus Indicarum Eccleſiarum vſus, qua diximus ſeueritate retinuit. Et cum his item Arabibus (quos Moriſcos dicimus) obſeruatum in Hiſpania parentum noſtrorum ætate accepimus: & cum his præterea ſi qui ob grauiora delicta patibulis affigerentur. Hi omnes tametſi extremum vitæ ſpiritum agentes, Dominica abſtinebantur communione. Hodie autem antiquæ huius ſeueritatis veſtigium retinet grauiſſimus & ſanctus tuendæ aduerſus hæreſes religionis noſtræ Senatus: relapſis in hæreſim, etſi pœnitentibus, in exitu denegat communionem: abſolutionem verò ſacramentalem, nec his, nec reliquis ob grauiſſima crimina negarunt vnquàm Hiſpani Epiſcopi; tametſi Robertus Bellarminus [q], vir de Eccleſia, de religione, & ſtudiis ſacris præclarè meritus, & alij eius præiudicio grauem hunc errorem minus verè illis adſcripſerint. Euchariſtiæ enim tantùm communionem ad retinendos homines in religione & officio denegant, communionis nomine Euchariſtiam intelligentes, vt proprio loco vberiùs poſtea probabo. Vides, quid in hac cauſa res ipſa tulerit, quid quorundam opinio finxerit, quid error tandem? Decernere igitur, an hi quos ad religionem, ad temperantiam, ad magnitudinem animi, ad iuſtitiam & ſeueritatem magnos & excelſos viros natura genuit; an qui diuinis his muneribus gratæ mentis officio reſpondentes, tam inſignem in reficiendis religionis & morum ruinis operam poſuerunt, an quos maiores tui; totque grauiſſimi & ſanctiſſimi diuerſarum

protin

[i] *Concilium Sardicenſe can. 2.*

[k] *Ex vetuſto codice librorum quinque c. 134. lib. 2. refert Laurent. Surius ad finem Ilerdenſis.*

[l] *Con. Tolet. 11. c. 11*

[m] *Cæſaraugust. 1. Can. 3.*

[n] *Idem. Can. 4.*

[o] *Ioſeph. Acoſta lib 6. de procuranda Indorum ſalute.*

[p] *Conc. Limenſe can. 38.*

[q] *Robertus Bellarminus 1. tom de Controverſiis Chriſtianæ fidei lib. 2. Controuerſ. 7. Capite 8. huius libri.*

Digitized by Google

A pronunciarum Episcopi, nec asperiores censuerunt nec duriores, quàm veritas, quàm rei natura, quàm temporum conditio pateretur, quinimo tam longo seculorum vsu probarunt, receperunt, laudarunt, omnibus fidei & religionis ornamentis spolientur; an qui diu iniuria oppressi, afflicti, atque vexati sint, per tuam fidem auctoritatem, atque sapientiam meritò tandem debeant recreari? Cum olim præsertim, præter Eucharistiæ sacramentum, extremam vnctionem pœnitentibus denegari Innocentius Primus [r] sit auctor ad Decentium Episcopum Eugubinum. [Cæterum (ait) si Episcopus, aut potest, aut dignum ducit, aliquem à se visitandum, & benedicere, & tangere chrismate, sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma conficere: nam pœnitentibus istud infundi non potest; quia genus est Sacramenti: nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodò vnum genus putatur posse concedi?] Hæc eadem in Germania

B Concilij VVormacienſis [s] Patres ſtabilierunt. Nec diſſimile antiquæ diſciplinæ, & ſeueritatis exemplum nobis Hiſpani Epiſcopi propoſuerunt in Concilio Bracarenſi I. [t] cum pro insortuis, etiam pœnitentibus, ſi pro graui crimine admiſſo vltimo ſupplicio afficerentur, nec ſacrificium offerri, nec cum hymnis aut cantu duci ad ſepulturam permiſerunt. [Item placuit (aiunt) vt hi qui ſibi ipſis, aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut ſuſpendium, vel quolibet modo, violentam inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadauera deducantur. Multi enim ſibi hoc per ignorantiam vſurpant. Similiter & de his placuit, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.] Quod cum in Germania an iam illud obſeruandum à quibuſdam Epiſcopis dubitaretur, tandem non obſeruandum Concilio VVormacienſi [u] decretum eſt. Leniorem paulò ſententiam in idololatras promulgauit Syricius [x] Papa; [Adiectum eſt (ait) quoſdam Chriſtianos ad apoſtaſiam (quod dici nefas eſt) tranſeuntes, idolorum cultu, ac ſacrificiorum contamina-

C tione eſſe profanatos quos à Chriſti corpore & ſanguine, quo dudum redempti fuerant renaſcendo, iubemus abſcindi; & ſi reſipiſcentes fortè ad lamenta fuerint aliquando conuerſi, his quam diu viuunt, agenda pœnitentia eſt, & in vltimo fine ſuo, reconciliationis gratia tribuenda: quia, docente Domino, nolumus mortem peccatorum, ſed vt conuertantur & viuant.

Hodie autem quid in eorum cauſa ſit obſeruandum: qui afflante diuino Spiritu, ex diabolica Sarracænorum, vel alia Ethnicorum confuſione ad ſpiritualem Hieruſalem ſe receperint, & poſt ſacramentum illuminationis, per quod (vt Iuſtini [y] verbis loquar) ex neceſſitatis & ignorantiæ filiis, in voluntatis & ſcientiæ liberos euaſerunt, ad antiquas tenebras reuerti ſint, & nefarium ſcelus nefario ſcelere cumulantes, ſacrificiis aut ritibus Ethnicorum nauarint operam; videamus. Eos enim iudicibus violatæ religionis ſubiici, & vt hæreticos hæreticorum pœnis coërceri, conſtitutio Gregorij XI.

D [z] nos docet. Pœnas hæreticorum addit Innocentius III. [a] eorum bona fiſco adiici iubens, & reos iudicibus tradi ſecularibus debita animaduerſione puniendos decernens. Quod tamen intelligendum eſt, ſi pertinaces fuerint: nam reſipiſcentes, Eccleſiæ paci & vnitati ſociandos, carceri tamen mancipandos perpetuo, Gregorio IX. [b] placuit. Si autem clerici, ſunt, degradandos priùs, & addictis bonis Eccleſiæ cui inſeruierant iudici ſeculari tradendos. Ante tamen quam carceri perpetuò includantur, degradari oportere, Eymerico [c] viſum eſt, & aliis poſt illum.

[r] *Innocent. PP. 1. in epiſt. 1. ad Decent. Epiſcopum Eugubin. c. fin.*

[s] *Conc. VVorma. can. 72.*

[t] *Bracarenſe can. 2. can. 6.*

[u] *Conc. VVormat. can. 80.*

[x] *Syricius Papa in epiſtola ad Himerium Tarraconenſem Epiſcop. c. 3.*

[y] *Iuſtinus Martyr in 2. apoleg. pro Chriſtian.*

[z] *Gregor. XI. conſt. apud. Emericum p. 2. directory q 45.*

[a] *Innocentius 3. in c. nergentis. &c. excommunicamus. §. damnati de hæreticis.*

[b] *Gregor. IX. in c. excommunicamus 2. §. ſi qui autem de hæreticis. De clericorum pœna c. excommunicamus 1. & 2. ad finem de hæreticis.*

[c] *Eymericus 3. p. director. q 94.*

De ſacerdotibus Gentium, qui poſt baptiſmum idolis immolarunt.

E

De ſacerdotibus Gentium, qui poſt baptiſmum idolis immolauerunt.

Canon II.

Flamines qui poſt fidem lauacri & regenerationis ſacrificauerint, eò quòd geminauerunt ſcelera, accedente homicidio: vel triplicauerint facinus, cohærente mœchia, placuit, eos nec in fine accipere communionem.

Canon II.

Flamines qui poſt fidem lauacri & regenerationis ſacrificauerint, vel geminauerint ſcelera, accedente homicidio, vel tripli cauerint facinus, cohærente mœchia, placuit, eos nec in fine accipere communionem.

FLAMINES QVI POST FIDEM lauacri & regenerationis sacrificauerint.

CAPVT SEPTIMVM.

De Flaminibus Ethnicorum, non de Christianorum hîc agi, & qui Flamines dicerentur.

SAcerdotes Ethnicorum, quibus sacra diis singulis faciendi, & victimas immolandi munus dedit, & insignibus vestimentis, toga prætexta, & curuli sella, cum lictore adornauit Numa Pompilius, secundus Romanorum Rex, flamines vocauit; quòd pileum gestarent, in quo virgula oleaginea modicum lanæ albæ habens in summo, instar fungi, inerat, quasi pilamines: quem cum per æstum ferre non possent, dempto pileo, caput filo tantùm cingebant: nudo enim capite incedere nefas erat, vt testantur Marcus Varro [a], Plutarch. [b] Gellius [c], & Isidorus [d], qui addidit, eos festis diebus filo depositò, pileum gestasse, pro sacerdotij eminentia. Si ergo qui Gentium fuerunt sacerdotes (de his solùm agit, non de Christianorum, vt quidam alij parum rectè interpretantur) postquam doctrina imbuti Christiana, & lauacro regenerationis abluti, ad vomitum pristinum redeuntes, sacrificauerint idôlis, placuit, vt nec in fine illi communionem accipiant.

[a] *Varro lib. 1. de lingua Latina.*
[b] *Plutar. probl. 42. & 46.*
[c] *Gellius lib. 10. cap. 15.*
[d] *D. Isidor. lib. 7. etymol. a fin.*

COMMENTARII NOVI.

FLamines, ideſt Christiani, qui Sacerdotio Gentilium fungebantur: quamuis enim non liceret Christianis hæc munia, & honores gentilium ambire, & persequi: nonnulli tamen aut ambitione ducti, aut coacti hæc sacerdotia suscipiebant, & petebant: cum enim apud populares aliquo in honore essent Flamines, & populi gratiam muneribus, aut ludis facile sibi conciliarent, reperiebantur inter Christianos, qui spreta religione hos honores flagitarent: nonnulli etiam inuiti ad ea munia cogebantur: quia erant patrimonialia, à quibus nemo excusabatur, vt ex Cod. Iust. Manifestum fit, & ex Hieronymo in vita Hilarionis: his de causis reperiebantur Christiani, qui essent Flamines gentilium, in quos Hispani Patres has pœnas constituunt; neque verò audiendi sunt qui putant hic agi de Christianis, non qui erant re ipsa Flamines, sed quia ante lauacrum his sacerdotiis functi essent. Nam cur potiùs ageret de iis, qui fuerant Flamines, quam de aliis qui nunquam fuerant Flamines, qui nihilominùs post fidem sacrificauerant? Nonne ineptum videretur, si Canones ita se haberent: Sutores, aut Sartores, qui post fidem sacrificarunt, quia cum Flaminum, Sutorum, Sartorum non grauiùs sit peccatum, quam aliorum, si omnes illi Diis sacrificassent, non debuit Canon hos potiùs corrigere, quam alios: deinde hæc verba: *Flamines qui munus tantum dederint*, indicant agi de Flaminibus, qui re vera post lauacrum flaminia susceperant: quemadmodum etiam illa, *Flamines si Catechumeni*, ostendunt agi de Catechumenis qui actu, & reipsa erant Flamines, non qui fuerant.

Post fidem lauacri, cuius rei rationem supra dedimus.

Sacrificauerant, mos erat vt qui ludis præerant, Diis sacrificarent.

Flamines igitur, qui in municipiis (nam Romæ non præsidebant ludis) tenebantur ex more sacrificare, antequam ludos aperirent.

Eo quod geminauerint. Sed quomodo sacrificando triplici hoc crimine poterant sese polluere? Nam hæc verba, *eo quod*, indicare videntur quod Flamines duo hæc alia crimina committerent sacrificando; sunt qui de Floralibus hæc accipienda esse putent, in quibus multa turpia, & obscœna visebantur: & de Gladiatoriis muneribus quibus sanguine, & morte miserrimorum hominum populus recreabatur; cum enim Flamines in Prouinciis, & municipiis hæc spectacula ederent, & mœchiæ, & homicidij scelus commisisse dicuntur hoc Canone, non quod mœchati essent, aut quempiam interfecissent; sed dicuntur ea commisisse, quod spectacula præberent, in quibus hæc scelera perpetrabantur. Nonnulli hæc ita putarunt, non quasi coniunctim, & simul in hæc tria crimina incidissent Flamines, sed si forte reperiantur Flamines, qui præter scelus sacrificij, & idololatriæ aliis insuper sese inquinassent, ij communione in fine priuentur.

Vel triplicauerint facinus, lapsi triplicabant facinus, veniáque vel in morte indigni censebantur, si homicidium, & mœchiam cum idololatria in se suscepissent: non autem si alia quæuis crimina admisissent: neque huiusce iudicij alia potest esse ratio, aut causa, nisi quod alia omnia, nec summa, neque capitalia vnquam, aut perpetua pœnitentia, & animaduersione digna visa sunt. Tribus vero illis, homicidio scilicet mœchiæ, & idololatriæ, cum non multo ante hoc Concilium pax, & venia esset relaxata meritò, qui horum simul omnium reus factus, eadem pœnâ, qua paulo antè diuersâ, puniebatur; atque ea est causa, quamobrem de aliis criminibus non loquuntur

A quamuis Illiberitani Patres. ALBASPINÆVS.

Absurdissimè Suidas verb. *Pontifex*, Flamines à Romanis dictos censet, quasi flumines, à causa fluminis, sicut Pontifices à Ponte effectione. Verùs enim est Flamines à pileorum gestatione dictos fuisse, propterea enim fuit Flaminum capiti tegumentum pileus, in cuius extremo lana modica ad fili modum adnectebatur, & ab illa parte tanquàm insigniori, ac prominente ipse pileus flaminis apex nuncupatus est, *Valerius Maxim. lib. 1. Sulpitio*, ait, *inter sacrificandum à capite apex prolapsus eidem sacerdotium abstulit*, inde Flamines appellati quasi Filamines, à filo ilio, seu fastigio acuminato; *A. Gellius lib. 10. noct. c. 15.* notarunt *Vires in not. ad D. Aug. lib. 2. de civit. Dei c. 15. Lilius Gyraldus synag. 17. pag. 418. Rosinus lib. 5. antiquit. c. 13.* inde Flaminum ponitur pro Sacerdotio in *l. 21. C. Theod. de decur.* & apud *Livium lib. 26. Tribunus plebis appellavit Flaminem, quòd sua Sacerdotia reprehendisset, datum id cum toga pretexta, & sella Curuli, & Flaminio: Tacitum lib. 3. annal. quando exiret è iure patrio, quid id Flaminium adipiscerentur: Gellium lib. 10. c. 15. Verum si amisso decedit, Flaminio: Aldhelmium de laudibus virginitatis c. 11. execranda scelerum testimonia, & inepta Pontificii Flaminis fundibula enarravit c. 28. per Melchisedech veri supernæ potestatis Pontificis & cælestis insulæ Flaminium præfigurabatur*; notavit *Sanarus ad Sidonium lib. 5. epist. 7.* Flamines Dialem, & Martialē Romulus in urbe instituit Numa illis Quirinalem addidit, & singulis Diis Flamines constituit, à quibus nomen sortiebantur. De tribus illis Flaminibus ita ait *D. Aug. lib. 2. de Civit. Dei c. 15. Flamines etiam instituerunt, quod hoc Sacerdotum genus adeò in Romanis sacris testante apice excelluit, vt solum tres flamines constituerentur*, à qua Romanorum religione Provinciæ etiam suos Sacerdotes, & Flamines instituerunt quorum mentio fit in l. 46. 75. 77. 145. 149. 174. & 176. *Cod. Theod. de Decurion.* & in hoc Concilio. In Hispania fuisse Flamines in singulis Provinciis, & Civitatibus testantur cùm historici Flaminis Augusti reperitur mentio in veteri lapide Emeritæ exarato ab *A. Morales lib. 8. cap. 66.* in hunc modum.

B

C

DIVO. AVGVSTO.
ALBINVS. ALBINI. F. FLAMEN
DIVI. AVG. PROVINCIAE. LV
SITANIAE.

D

Et Illiberi fuisse Flamen, Flaminicamque constat ex fragmento eiusdam lapidis relato à *Marineo in opus lib. 1. c. 1. & Pedraza 1. p. hist. Gran. c. 7.* ex aliisque transcriptis ab *A. de Morales lib. 9. c. 9.* de quibus Flaminibus, id est Gentilium Sacerdotibus iam lauacro Baptismi regeneratis agunt PP. in præsenti, & seqq. Canonibus. GONZALEZ.

EO QVOD GEMINAVERINT.
scelera accedente homicidio.

E

VT proprium iudicis munus est, de præteritis sententiam ferre, sic & legislatoris prouidere de futuris. Vtrumque exercebant olim * Episcopi, tam in generalibus, quàm in prouincialibus Conciliis: sed in prouincialibus præcipuè, quòd in his vel Episcoporum, vel clericorum, vel fidelium causæ tractarentur: illæ præsertim quæ ad religionem quoquomodo spectarent. Quare si in primo versiculo legendum, vt in quibusdam codicibus, Sacrificauerunt: rectè subiunguntur. [Eò quòd geminauerint scelera accedente homicidio] quasi pœnam velit Synodus decernere, qua afficiendi essent illi Ethnicorum sacerdotes, qui post fidem regenerationis susceptam, sacrificauerunt idolis: nec eò crimine contenti homicidium impietati adiecerunt:

* In Concilio, Ecclesiæ, & Ecclesiarum causas privilegia restantur Concil. Tolet. 4. Can. 3. Leo PP. in epist. 81. ad Anastasium Thessalonicensem. Imper. Valens, Gratian. & Valent. in l. quia nos 15. C. Theod. de Episcopis & clericis.

runt: placuit Patribus, iudicum magis quàm legiſlatorum perſonam induentibus, vt ad purgandas ſordes quas his duobus peccatis contraxerant, à communione perpetuò abſtinerent: ſed ſi vt in editis [Sacrificauerint] legamus, non rectè ſubiungitur hic verſiculus præcedenti, quia rationem reddere videtur de pœna quam in principio non præſcripſerat. Igitur verba illa, Eò quòd, in Vel, aut in, Seu commutanda ſunt, vt alij M.S. habent, aut intelligenda pro vel, aut ſeu: quaſi pœna eadem his imponatur, qui aliquod horum trium delictorum admiſiſſent. Homicidium autem grauiſſimum ſemper habitum conſtat ex Apoſtolorum Concilio Hieroſolymis habito, in quo homicidium cum idololatria coniunctim improbatum eſt quaſi vnius ad alterum facta collatione, vt Tertull. [f] admonuit.

[f] *Tertull. in lib. de pudicitia, c. 4.*

COMMENTARII NOVI.

AIunt PP. *eò quod*], rationem reddentes cur Flaminibus, qui ſimul idololatriam, homicidium, & mœchiam perpetrarunt, denegetur communio in fine, vt ſimiliter expreſſerunt in Can. ſeq. *eo quod ſe à funeſtis*. Canon. 5. *eo quod incertum ſit*. Can. 6. *eo quod ſine idololatria*. Can. 12. *eo quod alienum vendiderit corpus*. Can. 13. *eo quod lapſæ potius videantur*. Can. 14. *eo quod mœchatæ ſunt*. Can. 16. *eo quod nulla ſocietas*. Can. 22. *eo quod cognouerit peccatum ſuum*. Can. 25. *eo quod ſub hac nominis gloria*. Can. 30. *eo quod poſt modum*: Sed quomodo Flamines geminauerunt ſcelus accedente, homicidio, vel triplicauerunt cohærente mœchia? Si enim Flamen poſtquàm ſacrificauit, homicidium commiſit, non geminauit ſcelus, ſed duo prorſus diſtincta commiſit, nec homicidium acceſſit idololatriæ, & ſi poſteà mœchatus ſit, quis dicet mœchiam cohærere idololatriæ, cum ſeorſim Flamen in eam inciderit? Exiſtimabam ergo pro huius Canonis vera ſententia aſſequenda, conſiderandum eſſe Flaminem Idolis ſacrificaſſe, ſimul homicidium perpetrando, mœchiamque commitendo; quem caſum euenire poſſe conſtabit, ſi obſeruemus, ac diligenter ſcrutemur gentilium ſacrificia, eorumque barbaros ritus, ac impios cultus, ex quibus liquet eos plerumque homines Diis immolaſſe, & in falſorum Deorum ſacrificiis humanis hoſtis vti conſueuiſſe: Alexander ab Alexand. *lib. 6. dier. gen. c. 26.* illic. *Cimbri, Galli, Druidæ, Germani, ſtatis diebus, humanis litant hoſtiis, & cruore captiuorum adolent aras, tunc propitiari Deum maximè arbitrati cum per cruciatum homines excarnificarunt, ex pœnis hominum diuinationem & auguria captantes.* Eodem etiam teſte Laodiceni Palladi Virginem, Arcades Ioui puerum immolabant, *Inſt. lib. 18. hiſt.* ibi: *Quippè homines vt victimas immolabant, & impuberes aris admouebant pacem ſanguine eorum expoſcentes*: *Tertull. in Apolog. c. 9. Ecce in illa religioſiſſima vrbe Æneadarum piorum eſt Iupiter quidam, quem ludis ſuis humano proluunt ſanguine.* Quintil. *declam. 324. in peſtilentia reſponſum eſt Virginem immolandam ſorte ductam, Pater virginem negauit, Magiſtratus immolauit, non finiebatur peſtilentia: itrium ſortiti ſunt, altera immolata eſt.* Virgil. lib. 11. Æneid.

Sanguine placaſtis ventos, & Virgine cæſa,
Cum primum Illiacas Danai veniſtis ad oras.

Plura *Euſebius de præparat. Euang. lib. 14. Ælius Schedius de Diis Germ. c. 31.* Nec ſeriale ſacrificium hoc abhorruere Hiſpani; ſiquidem de eis ait *Dio Halycarn. lib. 1. apud Heſperias nationes ſacra facere ſolitos, in quibus homines cæderentur.* De Luſitanis ita ſcripſit Alex ab Alex. *d. c. 26. Luſitanis vetus mos erat ex inteſtinis hominum proſpicere*, & Bæticos à Carthaginenſibus hunc crudelem ſacrificandi ritum accepiſſe refert *Strabo lib. 3.* Eoſque adeò huic crudelitati deditos fuiſſe, vt amicus pro amico immolaretur ex Floriano Ocampo, & chron. generali Hiſpan. refert *Hieronymus Roman. lib. 2. Reip. gentil c. 16. in fin.*

Secundo etiam obſeruandum eſt ex antiquo Romanorum more apud alias Prouincias recepto obſeruatum fuiſſe, vt Virgines non priùs cæderentur, aut à carnifice in ſupplicio, aut à Sacerdote in ſacrificio, quam priùs conſtuprarentur, Sueton. in Tiberio c. 61. ibi: *immaturas puellas quia more tradito nefas eſſet Virgines ſtrangulari, vitiatas priùs à Carnifice, dein ſtrangulatas fuiſſe.* Quod de filia Sciani priùs quam necaretur à Carnifice conſtuprari iuſſa à Tiberio *ex Diodoro Siculo, Euſebio, & Oroſio* refert *Baronius anno 33.* vbi in fine notauit *Spondanus*: & apud Indos Idolorum Sacerdotes priùs conſtupraſſe virgines quam Diis ſacrificarent in eorum hiſtoriis legimus: quibus ita præiactis (ni fallor) verus ſenſus præſentis Canonis eſt: Flamines qui poſt fidem lauacri puellas Saturno, vel Dianæ ſacrificauerint, eo quod geminauerint ſcelera, idololatriæ accedente homicidio, vel triplicauerint facinus cohærente huic immolationi mœchia in ſtupratione Virginis, placuit eos nec in fine accipere communionem: quæ interpretatio ſuadetur ex ſummario huius Canonis, quod ita legitur *de Sacerdotibus Gentilium, qui poſt Baptiſmum immolauerunt.* Non ſacrificauerunt vtcumque, ſed hoſtiam humanam immolarunt, & ex Can ſequentibus vbi agitur de ipſis Flaminibus, qui non immolarunt, ſed munus tantum dederunt, quibus conceditur communio peracta pœnitentia, quia à funeſtis ſacrificiis ſe abſtinuerunt, id eſt homicidio in ſacrificiis commiſſo, quomodo & Valent. in *l. 5. C. Theod. de pagan.* prohibuit nefarias preces, magicos apparatus funeſta ſacrificia, quamuis ea verba aliter accipiat *Meurſius lib. 1 obſerv. c. 4.* Ec ſi hæc interpretatio non placeat, aliam aſſignabimus in Can. ſequentibus. In re enim lubrica, & prorsùs obſcura, vbi pedem ſecurè figere non poteris, viam muniui, vt alter maiori cum ingenio veritatem aſſequi poſſit. GONZALEZ.

VEL

A

VEL TRIPLICAVERINT FACINVS cohærente mœchia.

CAPVT OCTAVVM.

Mœchiæ nomine omnem illicitum concubitum comprehendi: nunquam ipſam, vt natura turpem licuiſſe in Eccleſia: explicata in eam rem tria Concilij Toletani I. Iſidori, & Clementis loca.

B NOmen Mœchiæ Græcum eſſe Auguſtinus [g] teſtatur. μοιχὸς enim Græci adulteros vocant, in eoque ſenſu plerumque vſurpatur: ſed an ad quemcumque impudicum concubitum mœchiæ nomen referri poſſit, audiamus Auguſtinum. [Item quæri ſolet (inquit) vtrum mœchiæ nomine etiam fornicatio teneatur? Hoc enim Græcum verbum eſt, quo iam Scriptura vtitur pro Latino. Mœchos tamen Græci non niſi adulteros dicunt. Sed vtique lex iſta non ſolis viris in populo, verùm etiam fœminis data eſt. Neque enim quia dictum eſt, non concupiſces vxorem proximi tui, nihil ſibi hîc præceptum debet putare fœmina, tanquam licitè poſſet concupiſcere virum proximæ ſuæ. Si ergo hoc ex illo quod viro dictum eſt intelligitur, quamuis non dictum ſit quòd etiam ad fœminam pertineat, quanto magis ex eo quod dictum eſt, Non mœchaberis, vterque ſexus conſtringitur; cum ipſum præceptum poteſt referri ad vtrumque: ſicut, Non occides, Non furaberis, & alia quæ ſimiliter non expreſſo vno ſexu, vtique videntur ſonare communiter. Tamen vbi vnus exprimitur, honoratior vtique exprimitur, id eſt, maſculinus; vt ex hoc intelligat etiam fœmina, quid ſibi præceptum ſit. Ac per hoc ſi fœmina mœchata eſt habens virum, concumbendo cum eo qui vir eius non eſt, etiam ſi ille non habeat vxorem, etiam vir mœchatus eſt habens vxorem, concumbendo cum ea quæ vxor eius non eſt, etiam ſi illa non habeat virum. Sed vtrùm ſi faciat qui vxorem non habet, cum fœmina quæ virum non habet, ambo præcepti huius tranſgreſſione teneantur, meritò quæritur? Si enim non tenetur, non eſt prohibita in Decalogo fornicatio, ſed ſola mœchia, id eſt, adulterium: quamuis omnis mœchia etiam fornicatio eſſe intelligitur, ſicut loquuntur Scripturæ. Dominus enim dicit in Euangelio [h]. Quicumque dimiſerit vxorem ſuam excepta cauſa fornicationis, facit eam mœchari. Hoc vtique fornicationem appellauit, D ſi cum alio peccet, quæ virum habet; quod eſt mœchia, id eſt, adulterium. Omnis ergo mœchia etiam fornicatio in Scripturis dicitur. Sed vtrùm etiam omnis fornicatio mœchia dici poſſit, in eiſdem Scripturis non mihi interim occurrit locutionis exemplum: ſed ſi non omnis fornicatio etiam mœchia dici poteſt, vbi ſit in Decalogo prohibita illa fornicatio, quam faciunt viri qui vxores non habent cum fœminis quæ maritos non habent, vtrùm inueniri poſſit, ignoro. Sed ſi furti nomine bene intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ (non enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit; ſed vtique à parte totum intelligi voluit, quidquid illicitè rerum proximi aufertur) profectò & nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vſus prohibitus debet intelligi.] Idem ferè multo anteà Tertullianus [i], Diuus Iſidorus & alij. Sed ſiue mœchiæ nomine fornicatio (vt vocant) ſimplex, ſiue adulterium comprehendatur, vtrumque difficile E habet in eo negotium, quòd hæc crimina adeò cenſeat grauia Synodus Illiberritana, vt non ſolùm excommunicatione temporaria, ſed perpetua vſque ad vltimum vitæ ſpiritum decernat punienda: cùm contra ſit Generale aliud Hiſpaniæ Concilium Toletanum I. [l] [Si quis (inquit) habens vxorem fidelis, concubinam habeat, non communicet: cæterum is qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet; à communione non repellatur; tantùm vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ (vt ei placuerit) ſit coniunctione contentus.] Cuius Canonis ſententia ſimilem habet aliam apud Gratianum [m], petitam ex D. Iſidoro. [Chriſtiano non dicam plurimas, ſed nec duas ſimul habere licitum eſt: niſi vnam tantùm, aut vxorem, aut certè loco vxoris (ſi coniux deeſt) concubinam.] Si verò mœchiæ nomine adulterium comprehendi dicamus, rem non adeò turpem probat D. Clemens in epiſtola ad Iacobum fratrem Domini. [Dilectiſſimis fratribus & condiſcipulis

g *Aug. lib. 1. ſupra Exod. c. 71.*

Mœchiæ nomine quid comprehendatur.

h *Matth. 5.*

i *Tertull. lib. de pudicitia c. 4. & 5.*

l *Conc. Tol. 1. can. 17. Extat. apud Grat. in c. Si qui 34. diſtinct.*

m *D. Iſidorus apud Gratianum in c. Chriſtiano 34. diſtinctione.*

Digitized by Google

discipulis Hierosolymis cum carissimo fratre Iacobo coëpiscopo habitantibus, Clemens [a] Episcopus. Communis vita omnibus, fratres, necessaria est, & maximè his qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumque discipulorum imitari volunt. Communis enim vsus omnium quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit; sed per iniquitatem alius hoc dixit esse suum, & alius istud: & sic inter mortales facta est diuisio. Denique quidam Græcorum sapientissimus, hæc ita sciens esse, ait, communia debere esse amicorum omnia: in omnibus autem sunt sine dubio & coniuges: & sicut (inquit) non potest diuidi aër, neque splendor Solis, ita nec reliqua quæ communiter omnibus data sunt ad habendum, diuidi debere; sed habenda esse communia.

[a] *D. Clemens in epist. 5. ad Iacobum fratrem Domini, apud Gratian. in c. dilectissimis 12. q. 1.*

Propositis ergo, vt eo quo retulimus ordine, faciamus satis, de Concilio Toletano agendum priùs.

Inter eos errores quos hæretici Conciliis prouincialibus adspergunt, sed præsertim Hermannus Hamelmanus [o], vt Robertus Belarminus testatur, vnus est hic, quem Concilio hoc nostro Toletano 1. probatum fuisse contendit: dum ex eo constet, ad communionem admitti posse, eum qui concubinam habet, modò vxore careat: sicque colligi videtur, meretricios amores, vel, quod deterius est, concubinatum probari.

[o] *Ex Hermanno Hamelmano lib. 3. prolegomenorum c. 15. & 16. refert Robertus Belarminus lib. 2. de auctoritate conciliorum c. 8. 1 tom. In c. is qui 34. distinctione.*

Gregoriani Decreti censores, ad expediendam canonis difficultatem, quo sensu nomen concubinæ hìc intelligi debeat, adnotarunt. Aiunt enim, concubinas olim duplicis fuisse generis, quasdam ad tempus adhibitas, quarum concubitum turpem docent fuisse, etiamsi filiorum procreandorum causa haberetur: de quibus docent sensisse August. *in c. audite*, & *in cap. concubinæ 32. quæst. 2.* nec de his meminisse Concilium Toletanum [p] hìc. Alias autem concubinas, quodammodo vxores fuisse, quæ sine dotalium tabularum solemnitate ductæ fuerant; de quibus sensisse Iustinianum *Nouella 18.* apud Iulianum antecessorem: D. Augustin. de bono coniugali, relatum *in cap. solet. 32. quæst. 2.* In his autem concubinis tria fuisse necessaria. Primum, vt vterque esset solutus: deinde fidem mutuam, scilicet, quòd alteri non iungerentur, neque abhorrerent à procreatione filiorum: tertium vt vsque ad mortem in ea vitæ coniunctione manendum sibi proponerent. Et in his scribere D. Augustinum, posse aliquo modo dici: nuptias esse, & connubium: quamuis sic habitam non audeat appellare vxorem, quia non interuenerunt instrumenta dotalia, & alia quæ iure ciuili & canonico requirebantur, vt esset legitima vxor: quod habetur in prædicta Nouella 18. & 30 *q. 5. cap. aliter.* Itaque huiusmodi mulieres, cùm non essent vxores, vocari concubinas: ob illa tria, sed præcipuè, quòd in affectu maritali permanere statuerant; & ideò permittebatur illis communicare, habebantúrque vxores minùs solemniter ductæ: & de his docent Concilium Toletanum hìc agere, & Isidorum in *capite sequenti.* Hoc ipsum tradiderat Gratianus [q], quem sequuti sunt alij recentiores. [r]

[p] *Iustinianus Nouella 18.*

[q] *Grat. ad finem c. omnibus seruis 34. distinct.*

[r] *Turrianus pro canonibus Apostol. lib. 1. c. 13. Bellarm. tom. 1. lib. 2. de Conciliorum auctoritate c. 8. versic. vndecimo profert. Thomas Bozius de signis Ecclesiæ Dei. c. 9.*

Sed si tu veniam dederis (quod opto) curabo diligentiùs inquirere, an verum sit, quod de hoc duplici concubinarum genere traditur; an verò Concilij difficultas, facilìori alia posset ratione explicari. Duplex enim hoc concubinarum genus, nec ab antiquis Oecumenicis & Prouincialibus Conciliis, nec à Prædecessoribus tuis Pontificibus sanctissimis, nec à priscis aliis Ecclesiæ doctoribus: nec à veteribus iurisprudentiæ consultis, nec ab historicis (vt hos non taceamus) receptum vnquam fuisse memoria teneo. Quinimò concubinæ nomen semper in turpem partem ab omnibus accipi (Rempublicam Hebræorum excipio) mihi persuadeo. Et vxorum nomine comprehensas non fuisse, satis constat ex Vlpiano [s]. [Si vxor non fuerit, concubina tamen fuerit, iure quidem mariti accusare eam non potest, quæ vxor non fuerit.] Quod adeò verum putauit idem Vlpianus, vt quamuis postea cum concubina matrimonium contrahat, pro præterito concubitu illam accusari non posse dixerit [t]. Hæc ergo sit prima earum, quæ in iure exstant inter vxorem & concubinam differentia: nam vxor si ad alium accederet, de adulterio accusari poterat, concubina non item. II. Mulier adulterij damnata, vxor à nullo duci poterat; & qui duxisset, pœna legis Iuliæ de adulteriis tenebatur, quòd lenocinio consentire videretur, vt Seuerus, Antoninus, [u] & Alexander Imper. rescripserunt. Qui autem illam in concubinatu habuisset, impunè facere poterat, Vlpiano auctore. [x] III. Vxores honestarum matrum familiàs nomen habebant: earum autem quæ se in concubinatu dedissent, imminuta erat honestas; sicque nisi libertæ patroni concubinæ

[s] *Vlpian. l. si vxor. 13. adulteriis.*

[t] *Idem in eadem l. §. si quis vxorem versic. Quod & in concubina.*

[u] *Seuerus, & Antonin. l. crimen C. de adulter. Alex. l. Cassiani. C. eod.*

[x] *Vlpianus l. 1. §. qui autem de concubinis.*

matrum

A matrum familiàs honeſtatem non habebant, vt Marcellus [y] ſcripſit IV. Vxor liberta, vel libertina duci poterat; concubina autem haberi non poterat: etſi aliquando cum teſtatione & turpi quæſtu vixiſſet, eam haberi conceſſum fuiſſe doceat Martianus [z]: poſteà tamen ab Aureliano Imperatore decretum eſt, fœminam ingenuam concubinam eſſe non poſſe; vt refert Flauius Vopiſcus [a]. V. Concubina cuiuſcumque ætatis eſſe poterat, dum modò duodecimum annum excederet, Vlpianus [b]: vxor autem lege Iulia vel Papia, ſi quinquageſimum excederet, duci non poterat, quia eius ſobolis nulla ſpes erat. Iuſtinianus [c]. VI. vxor mariti bonorum, & temporalium, & ſacrorum particeps erat, vt tradidit Halicarnaſſeus, [d] Paulus, [e] Gordianus [f] Imperator: concubina autem nec ſacrorum, nec temporalium bonorum communionẽ habebat. Ex quo VII. differentia naſcitur; nam donationes collatas in vxores, irritas fuiſſe & nullas

B Vlpianus [g] ait: eas verò, quæ in concubinas collatæ eſſent, valere, etiam ſi cõcubina vxor poſteà ducta fuiſſet, Papinianus [h] reſpondit, & Scævola [i]. VIII. Aduerſus vxorem res mariti amouentem actio furti non dabatur; quia quaſi domina eorum erat vt ex Nerua & Caſſio Paulus [k] retulit: aduerſus concubinam autem actio competebat, vt in extraneã perſonam. Vlpian. [l] IX. Vxor forum, domicilium que mariti ſequebatur, Vlpian. [m] Concubina verò proprium tantùm. Calliſtratus. X. Vxor, quæ in manum mariti conuenerat, illi morienti inteſtato ſine liberis hæres erat, Vlpian. [n] Concubina verò, tanquam extranea perſona, niſi hæres inſtituta nihil ab inteſtato capiebat. XI. Vxorem ducere magiſtratus ex ſua prouincia non poterat, Paul. [o] at concubinam poſſe, idem Paul. ait. XII. Filij ex vxore iuſti erant & ad parentum bona iure vocabantur: adeò vt paternorum bonorum quaſi domini in vita eorum cenſerentur. Paul. [p]: filij [q] autem concubinæ, non ſolùm iuſti non erant, nec legitimi, ſed nec filiorũ nomen lege habebant, Vlpian. [r] & ideò in parentum bona ſuccedere non poterãt. Quod adeò antiquis placuit Romanis, vt ſi ex

C concubina primùm quis liberos ſuſciperet, poſteáque eandem duceret vxorem, & ex eâdẽ filios alios haberet, ſuſceptos ex concubina non legitimari ad paterna bona per ſubſequens matrimonium nec admittendos cum ſecundis decreuerint: etſi poſteà emendatum fuerit à Iuſtiniano qui poſt hoc Concil. Tolet. fuit. XII. Vxor vt dimitti poſſet, diuortio opus erat: eóque ſolenniter facto, adhibitis ſeptem teſtibus ciuibus Romanis, Paul. [s] in concubina autem opus non erat diuortio: quia nullum præceſſit matrimoniũ, Vlpian. [t] Præter hæc actus omnes ſine matrimonio turpes eſſe docuit Ariſtot. confirmauitque Imper. Leo [x] his verbis. [Nihil enim inter cœlibatum & matrimonium, quod reprehendi non debeat, medium inuenias. Coniugalis vitæ deſiderio teneris: coniugij leges ſerues neceſſe eſt. Diſplicent matrimonij moleſtiæ: cœlebs viuas: neque matrimoniũ adulteres, neq; falſo cœlibatus nomine culpam prætexas. Non in vno ergo, ſed in mul-

D tis vxor à quacumque concubina differebat: cuius cõmercium tanquam rem turpiſſimã & ſuo Imperio indignam, ſuſtulit idem Leo [y] Imper. Conſtantinop. præclaram illam ex Salomonis Prouerbiis rationẽ ſubiungẽs, indignum eſſe, cùm è fonte ipſo puram aquam haurire poſſis, lutulentam quærere. Cuius exemplum imitatus Conſtant. Porphyrogenneta, diſertis verbis concubinas habere Chriſtianis alia ſimili conſtitutione interdixit: quòd perexiguum aut nullum eſſe diſcrimen diceret inter concubinatum & ſcortationem, vt Harmenopul. [z] teſtatur. [Quoniam autem apud maiores noſtros (ait) permiſſam fuiſſe concubinarum communionem reperimus, quicumque cum ea familiariter ac domeſticè degere vellet, non abs re nos facturos putauimus, ſi huius quoque ſanctionis mentionem faceremus, ne nobis commiſſa Reſpublica defœdaretur nuptiis inhoneſtis ac non decentibus. Qua cauſa moti iubemus, ne cui exinde in ſuis ædibus concubinam habere liceat: quando perexiguum, aut nullum omnino diſcrimen inter concubinatum

E & fornicationem ſtatuimus: ſed ſi cum eâ communionem aliquam habere geſtiat, contractum matrimonialem cum ea inito, obſeruata legis ſolennitate: ſi verò eam legitimæ vxoris appellatione indignam exiſtimat, nullam per concubitum communionem cum ea exerceto: ſed eam repellito, & vxorem accipiat, quam iudicarit ſibi è re fore.] Concubina ergo nihil commune habebat in iuſtitia coniugij, cum vxore: quòd, ſi habuiſſet, ab his Imperatoribus nullo pacto prohibita fuiſſet, nec illis pœnis affecta quas nuper recenſuimus. Nec alicuius ſanè illud momenti erit, ſi obiiciatur, has concubinas eſſe ex earum numero, quæ turpes & infames habebantur: non autem ex illarum, quæ & vxoris loco: cùm generaliter & indiſtinctè Iuriſconſulti & Imperatores de concubinis loquantur, nec aliquod inter eas diſcrimen conſtituant: quod ſanè facturi non eſſent, ſi ſuo tempore duplex concubinarum genus fuiſſet in vſu.

Hucuſque de legibus ſecularibus: nunc de Eccleſ. Et primùm quid de concubinis Apoſtoli ſenſerint, quove modo earum nomen vſurpauerint, ex Can. [a] eorum 17. intelligitur vbi

[y] *Marcellus l. ſiparum. 41. de ritu nuptiar.*
[z] *Martian l. 3. de concubin.*
[a] *Flauius Vopiſcus in vita Aureliani ad finem.*
[b] *Vlpian. l. 1. §. eiuſdem de concub.*
[c] *Iuſtin. l. fancimus C. de nuptiis.*
[d] *Halicarnaſſ. lib. 2. Roman. antiq.*
[e] *Paul. l. 1. de ritu nuptiar.*
[f] *Gordian. l. 3. C de crimine expil. hæredit.*
[g] *Vlpian. in l. 1. de donat. inter virum*
[h] *Papinianus l. donationes 32. de donation.*
[i] *Scæuola. l. fi pradia 19. de donation. inter.*
[k] *Paul. l. rerum amotar.*
[l] *Vlpian. l. ſi concubina 17. eod.*
[m] *Vlpian. l. Exigere 65. de iudiciis. Calliſtrat. l. de iure 37. ad municipal.*
[n] *Vlpian l. 1. vnde vir & vxor.*
[o] *Paul. l. ſi quis officium 38. de ritu nuptiar.*
[p] *Idem l. vlt. de concubin.*
[q] *Idem l. in ſuis de liber. & poſt.*
[r] *Vlpian. l. 6. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.*
[s] *Iuſtinian. l. Cum quis 11. & l. Nupſer. 12. C. de natural. liber.*
[t] *Paul. l. Nullum de diuort.*
[u] *Vlpian. l. ſi concubina rerum amota.*
[x] *Ariſtotel. lib. 7. Politicor. c. 6.*
[y] *Leo Imperator Nouella 89.*
[z] *Idem Nouella 9. Harmenopul. in epitome iuris, lib. 4. cap. 7.*
[a] *Can. 17. Apoſtor.*

Digitized by Google

vbi decernitur, cum qui post acceptum, baptismum concubinam habuerit, non posse fieri Episcopum, non Presbyterum, non Diaconum, non tandem clericum: quod Apostoli non constituissent, si concubina vxor esset: cùm clerici, minorum saltem ordinum, de quibus Canon etiam agit, vxores habere non prohiberentur. Idem renouauit postea Innocentius [b] PP. I. rescribens Felici Episcopo Nucerino. Idem colligitur ex D. Ambrosio [c] dum ait. [Quod in ea quæ non sit legitima vxor, commissum fuerit, adulterij crimine damnatur.] Et posteà [Nulli licet scire mulierem præter vxorem: ideò coniugij tibi datum est ius, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas] Et post alia [Tolerabilior est si lateat culpa, quàm si culpæ vsurpetur auctoritas. Nec hoc solùm est adulterium, cum aliena peccare coniuge, sed omne quod non habet potestatem coniugij.] Clariùs idem Ambrosius [d]. [Iter igitur facit Domino, qui inter cæteras continentiæ virtutes, matrimonij limitem non excedit, nec coniugij præscriptum terminum adulterina permixtione commaculat. Sunt enim nonnulli, qui cùm legibus vxores duxerint, contra diuinitatis legem sibi sociant concubinas: non intelligentes quòd contrahendo matrimonia, propriis se vinculis constrinxerunt. Qui enim legibus ducit vxorem, profitetur se contra legem non esse facturum. Reum ergo ipse se statuit, qui adhibendo sibi adulteram, ius pollicitationis excedit. Sed dicet aliquis: Vxorem non habeo, ideò mihi ancillam sociaui. Audi quid dicat Scriptura ad Abraham: [e] Eiice ancillam & filium eius; non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Si igitur ancillæ filius hæres non est ergo nec filius est. Cur autem quæritur tale coniugium, de quo susceptus filius, nec successionis possit hæres esse, nec sanguinis? nec enim habere potest hæreditatis consortium, qui non habet originis priuilegium. Cur, inquam, quæritur tale contubernium, de quo nati non filij sint matrimonij, sed testes sint adulterij? Cur huiusmodi suscipiuntur adulteri, qui patri pudori sint, non honori? Dicit Scriptura: [f] Adulterorum filij in consummatione erunt & ab iniquo toro semen exterminabitur. Mulier igitur tua, si talibus moribus prædita est, vt mereatur consortium, mereatur, & nomen vxoris. Præsta concubinæ tuæ libertatem, & nomen vxoris ne tu adulter sis potiùs quàm maritus.] Consentit mirificè Augustinus [g] Ambrosio magistro: semper enim cùm de concubinis sermonem infert, turpem esse concubinatum docet. [Audite (inquit) carissimi membra Christi & matris Catholicæ filij Quod dico competentibus, audiant fideles, audiant & pœnitentes: quod dico fidelibus, dico & competentibus & pœnitentibus: audiant Catechumeni: audiant omnes: omnes timeant: nemo contemnat: sit mihi in consolationem vester auditus; ne sit vobis in testimonium dolor meus: competentibus dico, fornicari vobis non licet. Audiat Deus, si vos surdi estis: audiant Angeli eius, si vos contennitis. Concubinas vobis habere non licet. Audiant competentes, quod dico fidelibus. Non habetis vxores, quanto magis damnatio vobis erit, si habere volueritis & concubinas, & vxores dimittatis?] Alibi etiam idem Augustinus [h]. [Et illud quale est (ait) quod multi virorum ante nuptias concubinas sibi assumere non erubescunt, quas post aliquot annos dimittant, & sic posteà legitimas vxores accipiant? Tractant enim apud se, vt priùs de multis calumniis & rapinis & iniustas diuitias, & iniqua lucra conquirant, & posteà contra rationem plus nobiles quàm ipsi sunt, vel ditiores vxores accipiant. Ecce quantis malis se obligant, qui non solùm luxuriæ, sed etiam auaritiæ, vel cupiditati infeliciter seruire desiderant. Vnde coram Deo & Angelis contestor, atque denuntio, ista mala & semper prohibuisse, & nunquam ei placita fuisse: quia præcipuè temporibus Christianis concubinas habere nunquam licuit, nunquam licebit. Sed, quod peius est, faciunt hoc multi viri, iure fori, non iure cœli: non iustitia iubente, sed libidine dominante. Cùm enim Apostolus coniugia habentibus dicat [i]: Tempus breue est, & superest, vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint. Et illud: Abstinete ad tempus, vt vacetis orationi; quomodo adulteras concubinas permittit habere, qui castitatem seruare, & coniugiis positis præcipit?] In qua sententia tam constanti animo perseuerauit, vt iterum dixerit, quòd qui ante nuptias legitimas, habere concubinas præsumit, peiùs peccat, quàm qui adulterium committit, & ob hoc dignus est à consortio Christianorum separari: qui si non pœnituerit, æterna illum flamma cruciabit sine remedio. Hoc autem non ideò dixerit, vt simplicis fornicationis grauiorem culpam adulterio probaret, sed concubinatus durationem. Cùm enim tanto sint grauiora peccata, quanto diutiùs infelicem animam detinent alligatam, vt Gregorius I X. [k] docuit, meritò concubinatus adulterio grauior esse putatur, ob vsum & durationem peccati; tum etiam ob exemplum plurimorum. Si enim adulterium clam committitur, sine alicuius offensione; concubinatus

[b] *Innocent. I in epistol. 5. quæ est ad Felicem Episcopum Nucerinum c. 4. Extat apud Grat. c. laici 33. distin.*

[c] *D. Ambr. lib. 1. de Patriarchis c. 4.*

[d] *Idem cap. 7. Idem serm. 65. de sanct. Ioan Bapt.*

[e] *Genes. 21.*

[f] *Sap. 3.*

[g] *Aug. hom. 49. apud Grat. in c. audite 34. distin.*

[h] *Aug serm 243. de castitate coniugali.*

[i] *1. Corint. 7. Idem lib. de vestitudine Catholicæ conuersationis.*

[k] *Greg. I X. cap. fin. de consuetudine.*

Digitized by Google

A cubinatus verò palàm, in omnium conſpectu, in populi luce, in offendiculo paruulorum, non dubium eſt, peccatum leuius alio grauius effici, ob ea quæ peccatum comittantur, circumitantias peccati vocant. Hanc autem fuiſſe ſententiam Auguſtini [l], ipſemet apertiſſimè declarauit. [Pro qua re (ait) iterum atque iterum voce libera clamo, quia qui ante legitimas nuptias concubinam ſibi habere præſumit, peius peccatum facit, quàm qui adulterium committit. Quia qui adulterat, adhuc tam graue malum ſecretè vult agere: in publico autem, aut metuit, aut erubeſcit committere: ille vero qui publicè concubinam habere voluerit, fronte impudentiſſima rem execrabilem, toto populo vidente, licenter ſe putat admitterre.] Hæc Auguſtinus. Quare non poſſum non mirari doctos viros Canonicos Louanienſes, in notis ad marginem illius libri Auguſtini qui de rectitudine Catholicæ conuerſationis inſcribitur, exiſtimaſſe, sententiam illam Auguſtini non eſſe: quod tamen veriſimile non eſt, cum in loco citato reperiatur: & veram eſſe, eo ſenſu quo Auguſtinus protulit intellectam, nemo iure poſſit inficiari. Eandem concubinæ turpitudinem prædicauit idem Auguſtinus. [m] Cùm enim doceret, infideles peccatores non ſtatim ad baptiſmum admittendos, ni priùs ieiunio, lacrymis, pœnitentia & precibus præteritorum criminum veniam promeruiſſent, addit, quòd concubina infidelis, etiam ſi profeſſa fuerit, nullum ſe alium cogniturum, iuſtè dubitatur, an ad baptiſmum ſit recipienda: quòd non dixiſſet Auguſtinus ſi eas concubinas, quæ vni tantum iungebantur, vxorum loco habuiſſet. Ambroſij & Auguſtini ſententiam comprobat D. Chryſoſtomus: [n] duas enim tantum vias agnoſcit, propter quas viri mulieribus cohabitent. [Et vna quidem (ait) vetus eſt, ac iuſta, rationique conſentanea: nempè matrimonium; quod Deo legiſlatore inſtitutum: propter hoc enim (inquit) relinquet vir patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, eruntque duo in carnem vnam. Altera verò posterior, & ex confeſſo iniuſta, & legi aduerſa, nempè concubinatus, ſiue ſtuprum, quod à malignis introductum eſt dæmonibus.] Non diſſenſit ab his D. Leo [o] Papa huius nominis primus ad Epiſcopum Narbonenſem reſcribens, dum differentiam perſpicuis verbis conſtituit inter concubinam & vxorem: concubinamque dicit non eſſe vxorem, nec coniunctionem cum ea eſſe Sacramentum, vel matrimonium: & ea ratione mulierem quæ nubit viro habenti concubinam, non peccare, vt peccaret, ſi nuberet homini coniuge impedito. Id autem dicturus non eſſet Leo, ſi concubina aliquo modo vxor eſſe, aut dici poſſet. Quòd ſi inter concubinas aliqua eſſet differentia, illam certè Leo conſtituiſſet, vt Ruſticum Epiſcopum doceret, quid in omnibus obſeruare debuiſſet: poſteà enim ſic inquit. [p] [Non omnis mulier iuncta viro, vxor eſt viri; quia nec omnis filius hæres eſt patris: nuptiarum autem fœdera inter ingenuos ſunt legitima, & inter æquales; multo priùs hoc ipſum Domino conſtituente, quàm initium Romani iuris exiſteret. Itaque aliud eſt vxor, aliud concubina: ſicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apoſtolus ad manifeſtandam harum perſonarum diſcretionem, teſtimonium ponit ex Geneſi, vbi dicit Abrahæ: Eiice ancillam & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberare. Vnde cum ſocietas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit, vt præter ſexuum coniunctionem, haberet in ſe Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum; dubium non eſt, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua non docetur nuptiale fuiſſe myſterium. Igitur cuiuſlibet loci clericus ſi filiam ſuam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum eſt, quaſi coniugato eam dederit; niſi fortè illa mulier, & ingenua facta, & dotata legitimè & publicis nuptiis honeſtata videatur. Paterno arbitrio viris iunctæ carent culpa, ſi mulieres quæ à viris habebantur in matrimonio non fuerunt, quia aliud eſt nupta aliud concubina.] Et mox [q] [Ancillam à toro abiicere, & vxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio coniugij, ſed profectus eſt honeſtatis. Culpanda eſt ſanè talium negligentia, ſed non penitus deſperanda: vt crebis cohortationibus incitati, quod neceſſariè expetierunt, fideliter exequantur: nemo enim deſperandus eſt, dum in hoc corpore conſtitutus eſt; quia non nunquã quod diffidentia ætatis differtur, conſilio maturiore perficitur.] Id ipſum D. Bernardus [r] aduerſus quoſdam ſui temporis hæreticos nuptias damnantes. [Porrò (inquit) turpitudinem in ſolis exiſtimant reputandam vxoribus: cum vel ſola ſit ea quæ cùm vxore eſt cauſa, quæ turpitudinem excuſat in coitu.]

[l] *In ſerm. 2. Dominica. 22. poſt Pentecoſt.*

[m] *Idem lib. vnic. de fide & operibus. c. 19.*

[n] *D. Chryſoſt. in ſermone contra concubinar. in princ.*

[o] *D. Leo Papa in epiſt. 92. ad Epiſcopum Narbonenſ. c. 4. & 5.*

[p] *Ibidem: c. 4.*

Geneſ. 21.

Ad Galat. 4.

Geneſ. 21.

[q] *Idem Leo cap. 5.*

[r] *D. Bern. ſerm. 66. in Cantica.*

Et post alia [Tolle de Ecclesia honorabile connubium & torum immaculatum, nonne reples eam concubinariis, incestuosis, seminifluis, mollibus, masculorum concubitoribus, & omni denique genere immundorum? Elige ergo aut saluari vniuersa monstra hæc hominum, aut numerum saluandorum ad continentium redigi paucitatem.] Tertullianus [a]. [Omne homicidium extra syluam, latrocinium est; ita & vbicumque vel in quamcumque semetipsum adulterat & stuprat, qui aliter quàm nuptiis vtitur. Ideò penes nos occultæ quoque coniunctiones, id est non prius apud Ecclesiam professæ, iuxta mœchiam & fornicationem iudicari periclitantur. Nec inde confertæ obtentu matrimonij crimen eludant. Reliquas autem libidinum, furias impias, & in corpora & in sexus vltra iura naturæ, non modo limine verùm omni Ecclesiæ tecto submouemus, quia non sunt delicta sed monstra.] Minutius Felix [b]. [Sic incesti fabulam nectitis, etiam cum conscientiam non habeatis. At nos pudorem, non facie sed mente præstamus; vnius matrimonij vinculo inhæremus, cupiditate procreandi aut vnam scimus aut nullam.] Sed nolo iam aliis recensendis esse prolixior, cum ex his satis compertum videatur, concubinatum ab Ecclesia pro re turpi & Christiano homine indignissima, & hodie & olim semper habitum; ob cuius turpitudinem non esse ordinandum eum, qui ex concubina filios susciperet, vel eum, qui mortua legitima vxore, concubinam haberet, Concilium edixit Aurelianense [c]. [De his (inquit) qui ex concubinis filios habent, & vxores legitimas post habuerint, aut defunctis vxoribus sibi concubinas publicè crediderint sociandas, id obseruandum esse censuimus, vt sicut eos qui iam sunt clerici per ignorantiam ordinati, non remouemus, ita statuimus, ne vlteriùs ordinentur. In Concilio tandem Tridentino [d], concubinarios tam solutos, quàm maritos cuiuscunque status, dignitatis, aut conditionis, ab Ordinario ex officio ter præmonitos, si se ab hoc turpi & damnato concubinatus crimine non seiunxerint, excommunicatione percellendos decernitur, neque anteà absoluendos, quàm re ipsa admonitioni factæ paruerint; contra permanentes in concubinatu anno integro censuris neglectis, ab Ordinario seuerè pro qualitate criminis procedendum: concubinas verò, siue solutas, siue vxores, ter admonitas ab Ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio grauiter puniendas, & extra oppidum vel Diœcesim, inuocato (si opus fuerit) brachij secularis auxilio, eiiciendas, permansuris aliis pœnis in suo robore. Mitto præterea lubens olim in contrahendis nuptiis adeò solemnem fuisse dotis, & benedictionis nuptialis formulam, vt Euaristus [e] PP. dixerit, vel oratione nimis rem exaggerans, vel quòd Ecclesiæ tunc forsan ferret sic consuetudo, connubia esse non legitima, quæ prætermissa ea solemnitate celebrarentur. [Aliter (ait) legitimum non sit coniugium, nisi ab his qui super ipsam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, vxor petatur: & à parentibus & propinquioribus sponsetur, & legibus dotetur: & suo tempore sacerdotaliter (vt mos est) cum precibus & oblationibus à Sacerdote benedicatur: & à paranymphis (vt consuetudo docet) custodita & consociata à proximis, congruo tempore petita à legibus dotetur, ac solemniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant. Item ita peracta, legitima scitote esse connubia, aliter verò præsumpta, non coniugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, aut fornicationes potiùs, quàm legitima coniugia esse non dubitatur: etiam si voluntas propria suffragauerit.] Vt cumque igitur antiqua in his solemnibus se habuerit Ecclesiæ consuetudo, de quibus disputare non est animus, illud ex omnibus priscis Ecclesiæ Patribus manifestum fit, concubinam nunquam vxoris nomine dignam habitam, concubitúmque cum ea, peccatum fuisse lethale, ideóque ad communionem sacram illum accedere iustè non potuisse, qui cum huiusmodi concubina contubernium haberet.

Nam quod ex Augustini [f] libro de bono coniugali selecti Gregoriani Decreti censores referunt, vereor ne (quod bona illorum pace dixerim) ad concubinas trahatur potiùs quam accommodetur: cum Augustinus in eo libro nec de concubinis his egerit, nec concubitum dixerit licitum esse, si concubina eo habeatur animo, vt donec viuat, non iungatur alteri. Sed cum superioribus capitibus de vno coniugij bono sermonem instituisset, de susceptione videlicet filiorum, dixissétque ad id institutum matrimonium, vt diuturna & perpetua filiorum propagatione humanum genus conseruaretur; quorundam tunc proposuit quæstionem, an si vir & fœmina, vterque lege coniugij solutus, iungantur non ad sobolis

[a] *Tertull. de iudicitia c. 4.*

[b] *Minutius Felix in Octauio.*

[c] *Concil. Aurel. 3. an 9.*

[d] *Concil. Trid. sess 24. c. 8.*

[e] *Euarist. PP. epist. 2 ad Episcopos Africæ.*

[f] *Explicatur Aug. locus in libro de bono coniugali.*

A B C D E

A sobolis procreationem (quod est magnum matrimonij bonum) sed ad coërcendos efferuescentis animi & libidinis motus, an propriè dici posset matrimonium? Quam expediens quæstionem, respondit. [Et potest quidem fortasse non absurdè hoc appellari connubium, si vsque ad mortem alterius eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem (quamus non ea causa coniuncti sint) non tamen vitauerint, vt vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere aliquo malo agant ne nascantur.] Hoc autem ideò dixit Augustinus, quia quæstio non erat, an liceret in concubinatu perpetuo viuere: nam si temporarium constabat sine non licere perpetuum, sed an contracto connubio sine principali bono matrimonij, hoc est, sine fine suscipiendi liberos, verum dici posset matrimonium, si reliqua matrimonij adessent necessaria, hoc est, mutuus consensus, & animus prepetuò simul habitandi, nec recusandi in coitu

B liberorum susceptionem: nam si hoc adesset, adiecit statim. [Cæterum si vel vtrumque vel vnum horum desit, non inuenio, quemadmodum has nuptias appellare possumus.] Quòd si sine vxorio fœdere coniungerentur, peccare paulò post his verbis edocuit. [Verumtamen si ei fidem tori seruet, & cùm ille vxorem duxerit, nubere ipsa non cogitet, atque à tali opere prorsus continere se præparet, adulteram quidem fortassis facilè appellare non audeam, peccare tamen quis dixerit, cum eam viro, cuius vxor non est, misceri sciat.] Nullum ergo præter matrimonij concubitum iustum D. Augustinus agnouit, nec mutuam concubinarum cohabitationẽ defendit vt iustam, si animus adesset perpetuò habitandi cum illis: nec eo tempore concubinarum nomine illas solas fuisse comprehensas, quæ solutæ lege coniugij accederent ad solutos, ex eiusdem Concilij Toletani [g] primi decreto liquet, dum in principio ait: [Si quis habens vxorem fidelis, & concubinam habeat, non communicet.] Quod autem ex Iustiniano [h] refertur in Nouella apud Iulianum Antecessorem, minus dubium habet,

C cùm concubinam non comparet vxori in castitate coniugij, de qua sermo est. sed ad hoc vt si pater ab intestato moritur, & sine prole legitima; quo casu, vel cognatio, vel fiscus (cui in hoc se dicit parcere) deberent succedere; his exclusis, filius susceptus ex vnica tantùm concubina, habeat sextam tantùm bonorum paternæ substantiæ vna cum matre partiendam: sic vt mater vnius filij (quotquot illi sint) portionem capiat. Hoc autem non ideò decreuit Iustinianus, vt concubinas iustarum vxorum præmus afficeret; longè enim hoc distat ab eius animo & verbis, quibus concubinarum multitudinem, multitudinem mulierum fornicantium in eadem Nouella dixit: sed id cõstituit, vt intercluderet aditum habendi plures concubinas. Si enim pater videt à suis bonis, filios ex multis concubinis susceptos repelli, nullumque eorum in eis succedere posse, vt in eadem Nouella Iustinianus constituit, à plurium concubinarum coniunctione abstinebit, vel saltim sibi temperabit, vnica solum contentus, vt filij ex ea suscepti suorum

D bonorum participes fiant: & hoc est, quod in ea constitutione Iustinianus in fauorem concubinæ, vel potius in concubinarum odium decreuit, quæ ad matrimonij iura & honestatem accommodari iure non possunt.

At hîc (Beatissime Pater) si longiùs forsan euecti sumus, in eo tamen venia digni, quòd illa non tam refellendi animo, quàm interpretandi Concilij Toletani studio flagrantes disquiramus. Concilium ergo Toletanum non docet profectò, vt illi falsò imponunt hæretici, qui concubinam habet, si corpus suscipiat Domini, id dignè facere posse; sed permittit potiùs, vt is à communione non repellatur; etsi communicare ille nullo præclaræ conscientiæ stimulo, & Christiano nullo pudore suffusus audeat, communicet, sed suo periculo & damno. Quod perinde est ac si dixisset, concubinarios tunc etsi grauissima peccati labe fœdatos, publica communionis in-

E terdictione non percelli. Constat enim verissimis antiquorum Philosophorum placitis, peccantium multitudinem, iustam videri causam, vt peccati pœna vel omittatur, vel remittatur: sunt enim multa in Republica, & ea turpissima, quæ à magistratibus iustissimè tolerantur, quæ si ad viuum resecarentur, aut ad diuinæ legis seueritatem, aut ad rationem naturalis iuris & honestatis, vix contineri posset hæc vita ciuilis. Quare tametsi communi Ecclesiæ iure receptum fuerit, à communione Ecclesiæ derectos, vel interdictos, si celebrent, deponendos; cum tamen iuris rigorem delinquentium multitudine temperatum legimus ab Alexandro [i] III. antiquam depositionis seueritatem suspensione mitigante, in Epistola ad Archiepiscopum Toletanum. Quibus alia sunt multa similia. Si ostenderim ergo, huius Concilij Patres, grauem communicãtis reatum & indignitatẽ minimè sustulisse; sed illud tantum ipsis accipientibus & clericis tribuentibus permisisse, ad temporũ iniquitatem, & delin-

[g] *Conc. Tolet. 1. can. 17.*

[h] *Iustinianus nouel. 18. apud Iulianum Antecessorem. Extat etiam in author. de triente & semisse §. consideremus coll. 3.*

[i] *Alexand. ex 3. in c. latores 51. post Conc. Later. p. 50.*

quentium multitudinem conniuentes: euincam sanè falsam esse hæreticorum, sed præsertim Hermanni Hamelmani calumniam, qua summè est conatus tanto Concilio debitam auctoritatem detrahere.

Quem igitur tantæ rei probandæ satis locupletem testem accersam? vnum Augustinum [k] sapientiæ, religionis & sanctitatis auctoritate multorum instar. Is ergo cùm post plærclarè laudata matrimonij bona quæ retulit, concubinatus turpitudinem multis, & his grauissimis verbis publica concione fuisset insectatus, postquam illam detestandam omnibus proposuisset, subiunxit. [Sed fortè illi qui isto peccato non sunt maculati, dicent: Quare qui hoc agunt, à communione non suspenduntur? Ideò autem tantum scelus à sacerdotibus non vindicatur, quia à multis admittitur: si enim vnus aut duo, aut quatuor vel quinque, mala ista facere præsumerent, & poterant, & debebant, non solùm à communione suspendi, sed etiam à conuiuio & colloquio Christiani populi separari: secundùm illud Apostoli: Cum huiusmodi nec cibum quidem sumere: multitudo tamen peccantium (sicut iam dictum est) prohibet Sacerdotes Domini in illis distinguere: faciunt tamen boni Sacerdotes quod possunt, & cum perfecta caritate contendunt orare & suspirare iugiter, & gemitus ac rugitus effundunt, vt in quibus propter infinitam multitudinem non possunt severitatem vel disciplinam Ecclesiasticam exercere, monendo, vel orando pro eis, possint vel aliquando ad pœnitentiam prouocare.] Constat igitur ætate Augustini, Ecclesiæ fuisse consuetudinem, de antiqua & recepta Ecclesiasticæ disciplinæ severitate nonnihil remittendi, & concubinarios ad communionem Dominicam impurissimè accedentes ab ea non arcendi: quod peccantum multitudini ad tempus acceptum ipse Augustinus refert. Id autem mirè congruit cum eo quod idem Augustinus [l] Aurelio Episcopo rescribit, loquens de quibusdam Gentium superstitionibus, quibus Catholicam religionem turpiter à Christianis multis fœdatam Aurelij Episcopi literis cognouerat. [Non ergo asperè (ait) quantum existimo, non duriter, non imperioso modo ista tolluntur, magis docendo, quàm iubendo: magis monendo, quam minando; sic enim agendum est cum multitudine: severitas autem exercenda est in peccata paucorum.] Occasionem verò, qua Afris potissimum & Hispanis impunè fuerit permissa suscipiendæ sacræ communionis licentia, non obscure insinuat Saluianus [m] Massilienſium Episcopus, qui Afrorum & Hispanorum animos ad impudicitiam maximè fuisse procliues refert: de Afris enim hæc præter alia. [Tam infrequens est enim hoc & inusitatum, impudicum non esse Afrum, quàm nouum & inauditum, Afrum non esse Afrum. Ita enim generale in eis malum impuritatis est, vt quicumque ex eis impudicus esse desierit, Afer non esse videatur.] Paria etiam de Hispanis, vel, vt ipse refert, maiora. Eos enim multarum gentium victores à VVandalis bellicæ disciplinæ expertibus deuictos ait, quòd illi tunc pudicitiam execrarentur, isti diligerent; illi violarent, isti amplecterentur. De quo pluribus inferiùs [n]. Multitudo igitur delinquentium, non innocentiæ ratio Afrorum & Hispanorum impuritatiad tempus scelum impunitatem concessit. Et cùm vno & eodem tempore quo eam Ecclesiæ consuetudinem erga concubinarios Augustinus refert in Africa, Concilium hoc Toletanum in Hispania cogeretur, compertum equidem & exploratum (ni fallor) esse videtur, quo sensu canon sit intelligendus: concubinarios videlicet: tum ob illorum multitudinem: tum præterea ne in Ecclesiæ adolescentis primordiis, infideles tali pœna deterriti, retraherentur à fidei susceptione, vel qui fidem recenter susceperant, temerè abnegarent, permissos fuisse communicare, non sine grauissima ipsorum spirituali pernicie: tametsi pro certo Catholica Ecclesia haberet (vt habet hodie, & habebit semper) concubinatum peccatum esse capitale, & inter capitalia grauissimum: vt in eâdem epistola docuit Augustinus. Sed quamuis à communione publica olim ij non abstinerentur, quòd publica non essent, (vt sunt hodie) Ecclesiæ excommunicatione perculsi, ob rationes quas recensuimus: secretis tamen, & publicis nonnumquam admonitionibus & cohortationibus generaliter habitis, vt abstinerent rogatos esse, ex Augustino [o] liquet; & cum scandalum & publica illa mala non timerentur, in secreto à communione repulsos, veterum Patrum disciplina, sanctitas & religio rem mihi facit probabilem.

Hodie verò cum fidelium iam numerus sit auctior multo; & per leges [p] etiam ciuiles non liceat, nec permittatur (vt olim permittebatur) concubinatus, decrescente reorum multitudine, crescit publica peccati pœna: ideóque iam concubinarios, vel quoscunque alios publicos peccatores communicare nullo modo permittit Ecclesia; sed

[k] D. Aug. serm. 2. Dominica 22. post Pent. de bono coniug. Explicatur concilij 1. Toletani canon 17.

1. Cor. 5.

[l] Idem epist. 69. ad Aurelium Episcopum.

[m] Saluianus lib. 7. de prouidentia Dei.

Id ipsum de Afris tradiderat antea Liuius lib 29. & 30. loquens de Massinissa.

[n] Cap. 10.

[o] August. in diste Serm. 2 Dominica 22. post Pent.

[p] L. uni. C. de concubinis.

A B C D E

A ſed à communione ſeuerè repellendos tanquam publica iam Eccleſiæ excommunicatione notatos, præclarè nos docet D. Thom. [q] non Dominicanæ tantùm, ſed Chriſtianæ religionis ſplendiſſimum lumen.

[q] D. Thom. 3. p. q. 80. art. 3.

Quòd ſi ea canonis verba, [A communione non repellatur,] non de ſacroſancta corporis Chriſti communione intelligamus, ſed de Eccleſiaſtica tantùm & ciuili, cuius interdictionem, excommunicationem vocamus, quid repugnat? cùm ſciamus, eo tempore excommunicationis nomen, non tam frequenti Eccleſiæ vſu receptum fuiſſe: pro excommunicari enim multa alia dici vſurparique à Conciliis & priſcis Patribus, inter doctos ſatis conuenit. Rei enim dicebantur damnari, condemnari, abſtineri, abiici, cohiberi, arceri, exterminari, ſubmoueri, exauctorari, relegari, repelli, abſcindi, ſeparari, reſpui; aliquando nudè & ſimpliciter, aliquando verò cum adiectione, à communione, vel à communione fidelium; aliquando ab
B Eccleſia, ab Eccleſiæ liminibus, ab Eccleſiæ tecto, à commercio fratrum, à communione fraternitatis: aliquando etiam dicebantur ad communionem non admitti: ſic enim non communicari, pro excommunicari dixit Concilium Carthaginenſe [r] III. [Quiſquis Epiſcoporum accuſatur, ad primatem prouinciæ ipſius cauſam deferat accuſator; nec à communione ſuſpendatur, cui crimen intenditur, niſi ad cauſam ſuam dicendam Primatis literis euocatus minimè occurrerit, hoc eſt, intra ſpatium menſis, ex ea die, qua eum literas accepiſſe conſtiterit. Quòd ſi aliquas veras neceſſitatis cauſas probauerit, quibus eum occurrere non potuiſſe, manifeſtum ſit, cauſæ ſuæ dicendæ intra alterum menſem integram habeat facultatem: verùm poſt menſem ſecùndum, tamdiu non communicet, donec purgetur.]

[r] Con. Carthag. 3. can. 7.

Concilium etiam Mileuitanum [s] non communicare pro excommunicare vſurpat. [A iudicibus autem (ait) quos communis conſenſus elegerit, non liceat prouocare: & quiſquis probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cùm hoc primæ ſedis Epiſcopo fuerit probatum, det literas vt nullus ei communicet Epiſcoporum, donec obtemperet.] [t] [Si in matricibus cathedris Epiſcopus negligens
C fuerit aduerſus hæreticos, conueniatur à vicinis Epiſcopis diligentibus, & ei ſua negligentia demonſtretur, vt ſe excuſare non poſſit: quòd ſi ex die quo conuenitur, intra ſex menſes ſi in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatem catholicam conuertendos curauerit, non ei communicetur, donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adſcribatur Epiſcopo. Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuiſſe mentitum, dicendo eos communicaſſe, quos (eo ſciente) non communicaſſe conſtiterit, etiam Epiſcopatum amittat.] Sic verba huius Concilij Toletani. [Qui autem ſine vxore concubinam habet, non repellatur à communione] de excommunione intelligi poſſunt, hoc eſt, non excommunicetur; vt congruat prima & ſecunda pars canonis cum vltima: [aliàs (inquit) viuens
D abiicietur.] Nam cum hoc peccatum concubinatus eo præcipuè tempore, inueterato Gentium vſu & praua nouiter conuerſorum conſuetudine eſſet frequentiſſimum, non placuit Toletanæ Synodo, ob delinquentium multitudinem & vſum receptum, vel potius corruptelam, illud excommunicatione percelli, vt percelli placuit adulterium, incæſtum, & alia impudicitiæ peccata. Quare Concilij Bracarenſis [u] Patres, à communione repelli, vel alienari, pro excommunicari, clariſſimè conſtat accepiſſe. [Item placuit, vt qui pro hæreſi, aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præſumat, ſicut & antiqua canonum continent ſtatuta. Quòd ſi quis ſpernit voluntariè, ſeipſum alienum à communione facit.] A communione ſeparari, & à communione abſtinere dicuntur Concilio Arelatenſi [x] primo, qui excommunicantur. [De agitatoribus qui fideles ſunt, (inquit) placuit, quamdiu agunt, à communione
E ſeparari] Et poſteà. [y] [De miniſtris qui fœnerantur, placuit, eos iuxta formam diuinitùs datam, à communione abſtinere.] Eodem ſenſu non communicare pro excommunicari vſos huius Concilij Patres legimus [z]. [Ab eo (aiunt) qui non communicat, placuit, Epiſcopum munera accipere non debere.] Vnde qui excommunicati priùs ſunt, poſteà verò ab excommunicatione abſoluuntur, communicationem accipere dicuntur in eodem illo primo Concilio Arelatenſi [a]. [De his (inquit) qui pro delicto ſuo à communione ſeparantur, ita placuit, vt quibuſcunque locis fuerant excluſi, eiſdem locis communionem conſequantur: id eſt, ne ab alio Epiſcopo, quàm ab eo à quo excommunicati ſunt, impetrent abſolutionem.] Quod etiam ſtatutum eſt priùs in Concilio hoc Illiberitano [b]. Placuit cunctis (ait) vt ab eo Epiſcopo quis recipiat communionem, à quo abſtentus in crimine aliquo fuerit. Quòd ſi aliquis Epiſcopus

[s] Concil. Mileuit. Can. 24.

[t] Et canon. 25.

[u] Conc. Bracarens. can. 33.

[x] Conc. Arelat. 1. can. 4.

[y] Idem can. 12.

[z] Illiberritani Patres can. 50.

[a] Concil. Arelat. 1. can. 16.

[b] Concil. Illiberritan. can. 53.

præsumpserit eum admittere, illo adhuc minimè sciente vel consentiente, à quo fuerat communione priuatus, sciant se huiusmodi causas inter fratres esse cum status sui periculo præstaturum.] Sed id clariùs multo docuit D. Cyrillus [c], & confirmauit Theodorus Balsamon: prior enim sic ait, loquens de catechumenis. [Sin autem segregationem aliqui sustinuerunt, propter lapsus puniti, deinde sint morituri, existentes catechumeni baptizentur: & ne ab humanis excedant, gratiæ non participes, scilicet communione carentes: videtur enim hoc quoque Ecclesiæ consuetudini adhærere.] Posterior autem in scholiis ad ipsum, hoc addit. [Communione carere, sanctus hic non solùm dicit de sancta participatione, neque enim ante baptismum diuinis mysteriis dignus habebitur, sed etiam de ipso baptismo: antequam cum baptizatus fuerit, non assequetur, vt cum fidelibus consistat, quæ & ipsa communio in diuersis canonibus dicta est: & ideò hoc quoque adiecit: Videtur enim hoc quoque Ecclesiæ consuetudini adhærere, hoc enim, inquit, est legitimum & Ecclesiasticum; vt vnà cum fidelibus in precibus non consistant omnino catechumeni, vel hi quibus pœna est imposita.] Qua ratione Neocæsarienses Concilij Patres sæpius constituerunt, vt idololatriæ crimine notati, post pœnitentiam communicent, interdum sine oblatione, interdum cum oblatione. Communicare sine oblatione & communionem sine oblatione intelligebant, cùm rei admittebantur ad Ecclesiæ, ad precum & orationum communionem: cum oblatione autem communicare, & communionem cum oblatione suscipere dicebantur rei, qui post peractam pœnitentiam, cuius compensatione (vt Tertullianus [e] ait) pristinam impietatem redemerant, sacramentis Ecclesiæ restituebantur, & corporis ac sanguinis Domini fiebant participes, & tunc ad plenam communionem, vel ad perfectionis gratiam peruenire, vel communioni reconciliari dicebantur. Quò spectat huius Concilij Illiberritani canon [f] [Si quis fidelis (inquit) alea, id est, tabula luserit, placuit, eum abstinere, & si emendatus cessauerit, post annum poterit communioni reconciliari.] Communionem sermonis pro communi confabulatione vsurpant quoque auctores profani. Tranquillus [g]. [Cœnam (ait) ternis ferculis, aut cum abundantissimè, senis præbebat, vt non nimio sumptu, ita summa comitate: nam & ad communionem sermonis tacentes, vel submissim fabulantes prouocabat.] Cum ergo vsus nominis, communio, & proprietas item vocis, tam Ecclesiæ & ciuilis conuictus, quàm diuinam communionem comprehendat, non est cur ad vnam necessariò, non ad aliam referri contendant alij. Non diffiteor enim communionis verbum ad sacrosanctam Eucharistiæ communionem frequentiùs referri solitum, quod potiori significationi & vsui, non proprietati sermonis tribui debet: sæpè tamen, communionis verbum ad vtramque interdictionem conuictus, vel sacri vel ciuilis accommodari, & diuisim, & coniunctim, qui in Conciliorum, & sanctorum Patrum lectione vel mediocriter sunt versati; probè norunt. Quare vt vnam communionem ab alia discernerent, cùm de communione Eucharistiæ dictum intelligi volebant, solebant addere, Communione Dominica, communione corporis & sanguinis, sancta communione, altaris communione, panis communione priuari, vel abscindi: cùm autem additamentum hoc omitterent, nomen communionis generaliter prolatum pro vtraque sacra & ciuili communione (hodie excommunicationem vocamus) sæpe (vt dixi) intelligebant. [h]

Hæc, Beatissime Pater, de canone Concilij Toletani. Quòd si ad D. Isidorum vnam concubinam Christiano permittentem, animum cogitationémque conuerteris, reperies equidem, illum sensu & sententia à Concilio Toletano aliquanto dissimilem, consimili tamen & religionis & doctrinæ laude approbandum, & venerandum: neque ad eruendam latentem & illustrandam obscuri eius loci veritatem, ea concubinarum differentia esse opus, quam grauissimi Gregoriani decreti Censores tradiderunt [i]. In populo enim Israëlitico, qui veteri lege Moysis regebatur, & vxorum & concubinarum multitudinem permissam, auctores sunt Iosephus [k] & Tertullianus, multisque id sacrum literarum testimoniis constat; plures tradentibus fuisse Abrahæ [m], Nachor, Iacob, Eliphas, Esau, & Esriel, Manassæ, Dauidis decem, Salomonis trecentas, Roboam sexaginta, vt cæteras taceamus. In populo autem Christiano, postquàm Catholica Christi fides publicè coli cœpit, duas vxores, aut concubinas habere nisi graui pœna non licuit, sed vnicam vxorem tantum; vel si vxor non esset, vnicam solum, eamque exterioris fori permissu, concubinam: quod ex decreto Concilij Toletani [n], nuper citato, manifestè deprehen

[c] *Cyrillus in epist. ad Episcopos Libyæ & Pentapolis.*

[d] *Concil. Neocæs. c. 5. 6. 7. 8. & 9.*

Qui dicerentur communicare cum oblatione & sine oblatione.

[e] *Tertul. lib. de pœnit.*

[f] *Cap. 79.*

[g] *Tranquillus in Othaniane c. 74.*

[h] *C. Christiano 14. distinct.*

[i] *In notis ad cap. in qui 34. dist.*

[k] *Iosephus lib. 17. antiquit. c. 1.*

[l] *Tertul. lib. de exhortatio. ad castitat. c. 6.*

[m] *Genes. 16. 22. 29. 30. 33. 31. 36. 2. Reg. 5. 15. 16. 19. 24. 1. Paralip. 3. 9. Reg. 11. 2. Paralip. 11.*

[n] *Concil. Tolet. 1. can. 17.*

Digitized by Google

A deprehenditur. [Si quis habens (inquit) vxorem fidelem , & concubinam habeat, non communicet , cæterum is qui non habet vxorem , & pro vxore concubinam habet , à communione non repellatur : tantùm vt vnius mulieris , aut vxoris,aut concubinæ (vt ei placuerit) sit coniunctione contentus ; aliàs viuens abiiciatur , donec ad pœnitentiam reuertatur.] Cùm ergo D. Isidorus , qui ducentos ferè post hoc primum Concilium Toletanum [o] annos vixit , omnes differentias (sic ille loquitur) recensere vellet , quas inter vetus Testamentum & nouum ipse reperisset, inter alias hanc vnam retulit, quod in lege veteri liceret sine pœna exteriori pluribus commisceri vel vxoribus, vel concubinis:in lege autem noua,seu Christiana non sic : cumnec in foro exteriori liceat plurium aut vxorum ,aut concubinarum vti consuetudine, sine grauissima excommunicationis censura, sed vnicæ tantum vel vxoris, vel in foro exteriori(vt antiquus mos ferebat) concubinæ.

[o] *Concil. Tolet. 1. can. 17.*

B Hanc autem esse germanam D. Isidori interpretationem vel ex solo titulo capitis intelligi potest. Illud enim se deprompsisse affirmant Gratianus & D. Iuo , ex libro Isidori de differentia , seu , vt alij codices habent , de distantia noui & veteris Testamenti: sic enim exstat in pluribus , quos habeo manuscriptos , & apud D. Iuonem [p]. Non docet ergo Isidorus iure cœli (vt Augustinus loquitur) licitum esse homini Christiano concubinatum, sed iure fori , in eo quod vna concubina sine pœna exteriori haberi possit, & non plures, vt in lege veteri, cuius ante ipse meminerat. De antiqua autem Hebræorum lege ad Christi recentiorem quo ad hanc causam attinet,argumentum sumi non licere , doctè conuincit Augustinus [q]. [Planè (ait) vxoris voluntate adhibere aliam , vnde communes filij nascantur , vnius commixtione ac semine, alterius autem iure ac potestate, apud antiquos Patres fas erat : nunc autem non est propagandi necessitas, quæ tunc fuit , quando & parientibus coniugibus , alias propter copiosiorem posteritatem superducere licebat , quod nunc certè non licet. Nam tantùm affert opportunitatis ad aliquid iustè agendum , siue non agendum temporum secreta distinctio, vt nunc melius faciat , qui nec vnam duxerit , nisi continere non possit.] Tertullianus [r] pariter antiquam vxorum & concubinarum multitudinem post nouæ legis promulgationem non licere latè ante probauerat. [Sed benedicti, inquis, Patriarchæ , non modò pluribus vxoribus , verùm etiam concubinis coniugia miscuerunt : ergo propterea nobis quoque licebit in numerum nubere : Sanè licebit , si qui adhuc typi alicuius futuri sacramenti supersunt, quos nuptiæ tuæ fugerent:aut si etiam nunc locus est vocis illius [s] , *Crescite & multiplicamini* , id est, si mundum alia vox superuenit, tempus iam in collecto esse [t] , *restare vt qui vxores habent , tanquam non habentes agant.* Vtique enim continentiam indicens , & compescens concubitum seminarium generis , absolescit [u] , *Crescite* illud , *& multiplicamini.* Vt opinor autem vnius , & eiusdem Dei vtraque pronuntiatio & dispositio est, qui tunc quidem in primordio sementem generis emisit , indultis coniugiorum habenis , donec mundus repleretur , donec nouæ disciplinæ materia proficeret : nunc verò cùm extremitatibus temporum compressit quod emiserat ; & reuocauit quod indulserat non sine ratione propagationis in primordio , & repastinationis in vltimo. Semper initia laxantur, fines contrahuntur ; propterea syluam quis instituit , & crescere sinit, vt tempore suo cædat syluam. Erat vetus dispositio, quæ in Euangelio nouo deputatur, in quo & [x] *securis ad radicem arboris posita est :* Sic & [y] *Oculum pro oculo, & dentem pro dente* iam senuit, ex quo iuuenuit [z], *Malum pro malo nemo reddat.* Puto autem etiam humanam constitutionem atque decretum postea pristinis præualere.] Idem. [a] [Sanè apud veteres nostros ipsosque Patriarchas , non modò nubere , sed etiam plurifariam matrimonis vti fas fuit. Erant & concubinæ [b]. Sed licèt figura tum in Synagogam & Ecclesiam cesserit ; vt tamen simpliciter interpretemur , necessarium fuit instituere , quæ posteà aut amputare , aut temperari mererentur. Superuentura enim lex erat. Oportebat legis adimplendæ , causas præcurrisse. Eidem mox legi succurrere habebat Dei sermo , circunciſionem inducens spiritualem. Igitur per licentiam tunc passiuam , materiæ subsequentium emendationum præministrabantur, quas Dominus Euangelio suo , dehinc Apostolus in extremitatibus seculi , aut excidit redundantes , aut composuit inconditas.] En constituta à Tertulliano præclara inter veterem & nouam legem , in vxorum & concubinarum multitudine , differentia : en reddita ab eodem singularis & vera ratio qua multitudinem illo tempore iure permissam , & hoc nostro iure etiam prohibitam verè demonstrat. Hoc autem ipsum Augustini & Tertulliani argumentum cùm tractaret. D. Isidorus (à Tertulliano enim , & Augustino pleraquè alia accepisse Isidorum , in-

[p] *Iuo in Panormia lib. 6. c. 50.*

[q] *Aug. lib. de bono coniug. c. 15.*

[r] *Tertull. lib. de exhortatione ad castitatem c. 6. Genes. 16. 29. 30.*

[s] *Genes. 1.*

[t] *1. Corinth. 7.*

[u] *Genes. 1.*

[x] *Matth. 3.*

[y] *Exod. 21.*

[z] *Roman. 12.*

[a] *Tertull. lib. 1. ad Vxorem c. 2.*

[b] *Genes. 16.*

dicam ſuperiùs) rectiſſimè dixit [Chriſtiano, non dicam plurimas, ſed nec duas ſimul habere licitum eſt, niſi vnam tantùm, aut certè loco vxoris (ſi coniux deeſt) concubinam.] Ideóque hîc nomen [Chriſtiano] non vt trito apud Hiſpanos ſermone, pro homine frugi virtute prædito, & Chriſti in vita imitatore vſurpatur, vt opponitur vitioſo; ſed vt opponitur Iudæo; quaſi diceret, Iudæo plures habere vel vxores vel concubinas extoriori foro olim licebat; Chriſtiano autem nunc non niſi vnicam,

[c] *Clemens Epiſt. 5. ad Iacobum fratrem Domini.*

Sola reliqua eſt, Clemens Beatiſſime, Clementis [c] Romani Epiſtola quinta ad Iacobum fratrem Domini, in qua cùm de communione rerum omnium ageret, de communitate vxorum hunc verſiculum addidit. [In omnibus autem ſunt ſine dubio & coniuges.] In cuius loci explicatione mirum quàm ſudarint antiqui & recentiores ſcriptores; cùm ex eo appareat, adulterium rem licitam eſſe, etiam ipſo iure naturæ & ad ideos qui erant Hieroſolymis à D. Clemente ſimul cum vitæ communione admoneri. Gregoriani Decreti [d] adnotationes verba illa deeſſe affirmant in Epiſtola Clementis, quæ manuſcripta exſtat in Bibliotheca Vaticana. Quod ſcripſit anteà Franciſcus Turrianus [e] in eo libro, quem doctè quidem & eruditè pro epiſtolis Pontificum edidit, exiſtimans hac medicina vulnus epiſtolæ illatum poſſe ſanari. Quod mihi non facilè ille probauerit, qui certò ſciam, illa non ab aliquo patrono libidinis in Rep. Platonis adiecta fuiſſe, vt ipſe contendit, ſed à D. Clemente relata; diuerſo tamen conſilio ac in epiſtola nunc referatur; quam non eſſe eiuſdem Clementis (vt Turrianus neruoſe defendit) ſed alicuius pernicioſi patroni in ſchola Platonis educati, quod de his verbis ſolùm dixerat Turrianus, non obſcurè, mea quidem ſententia, probauero. De quo tamen Tu, qui Apoſtolicarum Scripturarum legitimus cenſor es, & certius, & verius, & ſanctius feres iudicium.

[d] *In c. dilectiſſimi 12. q. 1.*

[e] *Turrian lib. 5. c. 2. pro epiſt. Pontif.*

Fuit vetus hoc hæreticorum artificium (quo vſos fuiſſe huius epiſtolæ mendaces confarcinatores oſtendemus) adſcribendi magnis auctoribus (quorum doctrina & libris ipſi expugnari poſſent) quæ illi non modò ſcripſerunt, ſed nec cogitarunt quidem: vel ſi ſcripſerunt, non eodem qui ab ipſis refertur, animo. Quod ante mille ferè annos de ſui temporis hæreticis commemorat beatus Ioannes Maxentius [f] Epiſcopus Conſtantinopolitanus, ad Hormiſdam Pontificem. [Nam cùm ſuæ peruerſitatis hæretici (ait) nequiuerint reddere rationem, ad maledicta conuertuntur; & propria in eos mala traiicientes, quos prauitati ſuæ ſentiunt inimicos, aditum ſibi per hoc ad decipiendos ſimplices exiſtimant aperiri. Agunt enim omnia callidè, quò infamando & obtrectando Catholicis, ſuam valeant tenere turpitudinem, fingentes & aduerſus eos quædam ſcripta ſub eorum nomine, qui videntur in Eccleſia eminere, quatenus omnium animos contra hos facilè valeant concitare. Sic etiam Rufinum refert D. Hieronymus [g], librum Sixti Pythagoræi hominis Ethnici, & abſque Chriſto, immutato nomine Sixti Martyris, & Eccleſiæ Romanæ Epiſcopi, prænotauiſſe. Similem Gnoſticorum verſutiam conqueritur ſæpe Irenæus. In Sethianis eandem vanitatem detexit D. Epiphanius in Marcione. Libellum Tertulliani de fide Trinitatis, Pneumatomachos hæretinos interpellaſſe, & circumtuliſſe nomine Cypriani: multiſque propagatum exemplaribus vendidiſſe paruo pretio, vt eum emptores, & viri amplitudine, & pretij exiguitate illecti lubentiùs emerent, latentéſque errores amplecterentur, ceu dogmata ſacra auctoritate tanti Martyris comprobata, Rufinus [h] eſt auctor. Qua ratione D. Irenæus operum initio, adiurat per Deum viuum, exſcribentem, ne apicem demutet. Quod ſe feciſſe cum notariis Lucinij Bætici narrat Beatus Hieronymus [i], reſcribens ad eundem Lucinium: miſerat enim ad D. Hieronymum Hiſpanus & Bæticus Lucinius ſex notarios, vt eius opera deſcriberent; ſicuti epiſtola ſequenti ad Thodoram Lucinij coniugem idem Hieronymus [k] teſtatur. Quod ideò retuli, vt antiquam Hiſpanorum in literas ſacras propenſionem oſtenderem, quos nullis peperciſſe ſumptibus, & laboribus conſtat, vt vel abſentes per literas conſulerent, & doctrina ac pietate erudirentur: vel præſentes eorum virorum qui nomine ſapientiæ claruerant, conſpectu ſolùm fruerentur: vt de altero Hiſpano Plinius Iunior [l] teſtatur, & Hieronymus [m]. Sic etiam epiſtolam quandam ſuam ad Flauianum corruptam fuiſſe ſe viuente conqueritur D. Leo [n] Papa Martiano Imperatori reſcribens. In Hiſpania Theodiſcum Græcum, qui Honorato in Eccleſia Hiſpalenſi ſucceſſit, Diui Iſidori opera impio catholicæ religionis odio adulteraſſe, ad decipiendos Diui Iſidori auctoritate fidelium animos, refert

[f] *Ioannes Maxentius in epiſtola ad Hormiſdam PP.*

[g] *D. Hieronymus in epiſtol. Criſpinum.*

[h] *Rufinus in Apologetico.*

[i] *D. Hieron epiſt. 28. ad Lucinium.*

[k] *Idem epiſt. 29. ad Theodoram.*

[l] *Plinius Iun. lib. 2. epiſt. 3. ad Nepotem.*
[m] *D. Hieronym. in Bibli. prologo.*
[n] *D. Leo PP. epiſt. 68. ad Marcian. Aug. & epiſt. 93. ad Paſchaſin.*

Lucas

A Lucas [o] Epiſcopus Tudenſis, antiquus rerum Hiſpanicarum ſcriptor; & hac ratione tranſlata eſt primatia (vt vocant) ex Hiſpali, Toletum Quod Iuſtino Martyri, Origeni, Hieronymo, & Auguſtino aliiſque quam plurimis priſcis Eccleſiæ patribus impoſitum, multorum teſtatum eſt monumentis. [Tanta eſt hæreticorum calliditas, ait D. Iſidorus, [p] vt falſa veris, malaque bonis permiſceant, ſalutaribuſque rebus plerumque erroris ſui virus intermiſceant, quo facilius poſſint prauitatem peruerſi dogmatis ſub ſpecie perſuadere voluptatis.] Et poſtea inquit. [Plerumque ſub nomine Catholicorum Doctorum hæretici ſua dicta conſcribunt, vt indubitanter lecta credantur: nonnunquam etiam blaſphemias ſuas latenti dolo libris noſtrorum Doctorum inſerunt, doctrinam veram adulterando corrumpunt, ſcilicet vel adiiciendo quæ impia ſunt, vel auferendo quæ pia ſunt.] Quod in Conciliis Generalibus tentarunt etiam hæretici. In Quinta enim ſynodo Generali adiectas fuiſſe ab hæreticis fictitias epiſtolas Vigilij Pontificis Maximi, & Mennæ Patriarchæ Conſtantinopolitani, deprehenſum eſt in Sexta ſynodo, [q] dum acta Quintæ relegerentur: & tres codices ab eiſdem hæreticis inſertos; ſic enim in Sexta ſynodo ab his qui Romanæ Eccleſiæ auctoritatem contendebant minuere, omne quod dicitur aduerſus Honorium Pontificem Maximum, adiectum eſſe teſtatur Anaſtaſius [r] Bibliothecarius. B. etiam Gregorius [s] Concilium Chalcedonenſe fuiſſe à Conſtantipolitanis corruptum teſtatur, idemque ſe ſuſpicari ait de Epheſino. Nec aduerſus hos Sanctiſſimos Patres, & ſacroſanctas ſynodos audaces ſolùm extiterunt hæretici, ſed aduerſus ipſos Apoſtolos, Euangeliſtas, & Prophetas De Aſiæ enim quodam Presbytero hæc refert Tertullianus. [t] [Si quæ Pauli perperam ſcripta legunt, exemplum Teclæ ad licentiam mulierum docendi, tinguendique defendunt; ſciant in Aſia Presbyterum, qui eam Scripturam conſtruxit, quaſi titulo Pauli, de ſuo cumulans, conuictum atque confeſſum id ſe amore Pauli feciſſe, loco deceſſiſſe.] Hunc autem librum inſcriptum fuiſſe, Periodus Pauli & Teclæ tradit D. Hieronymus. [u] Ab Ebione in primis Apoſtolorum actus & vitas deprauatas teſtatur D. Epiphanius. [x] Quare omnia quæ illorum nomine ſcripta ſunt, vt circuitus Ioannis, circuitus Thomæ, actus Andreæ, actus Ioannis, circuitus Thomæ, actus Philippi, actus Petri actus Pauli, tanquam erroribus conſperſa grauiſſimis latiſſimè refellit & refutauit in Concilio Romano Gelaſius Papa, [y] D. Athanaſius, [z] & Philaſter. [a] A quibus autem ſuppoſiti fuerint hi actus, docuit Innocentius [b] Papa primus. Manichæos id generis commenta plura excogitaſſe Apoſtolorumque nomine conſcripſiſſe falſas hiſtorias, fidem facit diuus Auguſtinus. [c] Priſcillianiſtas alios adinueniſſe actus Apoſtolorum, Oroſius, [d] & Epiphanius. [e] Encratitas actus Andreæ, Ioannis, & Thomæ, idem Epiphanius. [f] Aſclepidorum, Theodorum, Apollinidem, Hermophilum, Artemonſtas diuinas Scripturas depoſito timore adulteraſſe, Euſebius; [g] & corrumpentes eas, emendare ſe dicere ſolitos. Idem de Neſtorianis Theophylactus [h] teſtatur. Lucianum, & Heſichium Propheticas, atquè Euangelicas literas ad ſuæ cauſæ commodum deprauaſſe, Lanfranchus. [y] Nec aduerſus hos ſolùm, ſed aduerſus Chriſtum ipſum, quem ſi non reuereri, timere ſaltem debuiſſent. De Simone enim Cleobio & Iuda hæreticis hæc refert Beatus Clem. Romanus. [k] [Scimus (inquit) quòd Simon Cleobius & Iudas in nomine Chriſti & diſcipulorum eius, quos circunferunt libros, ad ſeductionem veſtram conſcripſerunt, & eorum qui diligunt Chriſtum, & nos ſeruos eius.] Gentibus eiuſdem doli mali commentum erga Chriſtum tribuit Auguſtinus. [l] Cui malo prouidentes Apoſtoli, deponendum conſtituerunt eum, qui falſos libros inſcriberet, & pro ſacris ad populi & cleri corruptionem publicaret. [m] Inter alios autem modos quibus ſacros & Catholicos contaminabant auctores, is vnus erat. Ex his quæ doctè, quæ piè, quæ Chriſtianè quis vno ſenſu ſcripſerat, adiectis nonnullis vel detractis, peruertebant: vel ſi ille errorem referebat aliorum, & rationibus ac teſtimonis confutabat; his poſtremis ablatis, illa nuda tantùm, quæ cauſæ ſuæ ſtabiliendæ inſeruire videbantur, & eiſdem verbis referebant: vtque verum ſe dicere mentito ſpecioſo quodam colore perſuaderent rudioribus, aſſeuerabant ea Catholicorum monumentis contineri: ſed contenta erant ſanè, non vt illa firmarent Catholici, ſed vt contraria prorſus ſententia infirmarent. His veſtigiis opinetur quis eos inſtitiſſe, qui epiſtolam hanc beati Clementis nomine diuulgarunt; impiè

[o] *Lucas Epiſc. Tudenſis in Hiſt. Hiſp. manuſcripta.*

[p] *D. Iſidor. lib. 3. ſentent. de ſummo bono. c. 12.*

[q] *Sexta Synodus actio. 12. & 14.*

[r] *Anaſtaſium Bibliothecar. in ſua hiſtoria ex Theophane Iſauro Graco.*

[s] *S. Gregor. lib. 5. epiſt. 25. ad Nauſem.*

[t] *Tertull lib de Baptiſmo. c. 17.*

[u] *D. Hiero de ſcriptor. Eccleſia. in Luca.*

[x] *D. Epiphan. in panar. hareſi. 30.*

[y] *Gelaſ. c. ſancta Romana. 19. diſt.*

[z] *D. Athan. in ſynopſi.*

[a] *Philaſter de hareſib.*

[b] *Innoc. I. in epiſt. 3. ad Exuperium Toloſan. Epiſt. c. 7. à Lentio quodam ſuppoſita refert à Noucharide & Leonide Philoſophis.*

[c] *D. Auguſt. lib. de fide contra Manichæos.*

[d] *Oroſius in epiſt. ad Aug. de illorum erroribus.*

[e] *Epiphan. in Panar. hareſi. 26.*

[f] *Idem hareſi. 47.*

[g] *Euſeb. lib. 5. hiſt. Eccleſ. c. 28.*

[h] *Theophylact. exponens illud ad Hebræ. 2. vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem*

[y] *Lanfranc. lib. de Euchariſt.*

[k] *D. Clemen. lib. 6. Conſt. Apoſt. lib. cap. 16.*

[l] *Auguſt. lib. 1. de conſenſu Euang. c. 10.*

[m] *Canone. 59. Apoſtol.*

imp è enim de communi rerum diuiſione ſentiebant, & multo magis de communione vxorum, quæ Nicolaitarum primùm hæreſis fuit à Diuo Petro, à Clemente & reliquis Apoſtolis ſæpe notata, reprehenſa, & punita.

Epiſtolam 3. Clement. PP. cuius pars prior exſtat apud Gratian. c. dilectiſſimi 12. q. 1. poſterior in c. relatum 37. diſt. 86 hæretico aliquo compilatum fuiſſe, non ſcriptam à Clemente.

Eam igitur epiſtolam ab aliquo hæretico eſſe confarcinatam certum eſt, ex operibus Beati Clementis; in quibus ipſe non ex animi ſui ſententia hæc ſcripſit, ſed referens, & poſtea refellens, quæ pater eius Fauſtinianus adhuc ethnicus, ante conuerſionem vt Philoſophus Pythagoricus ſentiebat. Cùm enim coram Petro Apoſtolo ille diſputaret, cum filiis Niceta & Clemente, eius filiis, etſi ſibi tunc ignotis, iam tamen conuerſis & fidelibus, diſcipuliſque charioribus beati Petri, eam quæſtionem tunc diſputandam propoſuit. An aliqua in ſua forma & ſubſtantia eſſent bona vel mala. In qua ipſe quod à magiſtris ethnicis acceperat, defendens, obiecit, natura nihil bonum eſſe vel malum; ſed omnia ex vſu & conſuetudine humanæ vitæ eſſe expediendà: quòd ſi illa mala habuerit, eſſe mala: ſin verò bona, è contra. Cuius rei triplex exemplum attulit: primum de homicidio. [Homicidium, inquit, nec bonum eſſe natura, vel malum; non malum, quia vinculis carnis abſoluit; ſæpe enim iuſti iudices peccantes perimunt, quòd ſi ſcirent homicidium malum eſſe, non vtique id iuſti homines facerent.] Secundum autem de furto eſt. [Furtum (inquit) natura non eſſe malum: quia ſi quid mihi deeſt, aufero ab eo qui multa habet: nihil mali facio, quia id palàm & liberè facere poteram: ſed quia occultè feci & clam, tunc magis inhumanitatis eius à quo aufero, redargui, poteſt; quia liberè non ſiuit me ſufferre.] Ad hoc ergo, propoſitum furti & adulterij (quod tertium fuit exemplum, & quod rem eſſe indifferentem etiam contendit) ſequentia diſputando ſubiicit: vt oſtenderet nihil admittere mali, qui rem alienam, vel vxorem alienam vſurpat. [Communis enim vſus omnium quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit; ſed per iniquitatem alius hoc ſuum dicit eſſe, & alius illud: & ſic inter mortales diuiſio facta eſt. Denique Græcorum quidam ſapientiſſimus (Pythagoram intelligit vel Lycurgum, vel horum diſcipulum Platonem, quos huius erroris auctores fuiſſe docent Ariſtoteles [n], Tertullianus [o], Clemens Alexandrinus [p], Lactantius [q], Theodoretus [r], & alij) hæc ita ſciens eſſe, ait communia debere eſſe amicorum omnia: in omnibus autem ſunt ſine dubio & coniuges; & ſicut non poteſt (inquit) diuidi aër, neque ſplendor Solis, ita nec reliqua quæ communiter in hoc mundo data ſunt omnibus ad habendum, diuidi debere; ſed habenda eſſe communia.] Hæc Fauſtinianus ſenex pater Nicetæ, & Clementis: quibus ſequentia ſubiungit, quæ referam, vt oſtendam quomodò hæc ob diſputandi rationem, ante conuerſionem, nec omnino obſtinatè ſenſerit, vt nec Patri ethnico, nedum filio Chriſtiano, ſcriptori Catholico, Pontifici Maximo, & Martyri ſanctiſſimo, tam grauis erroris nota adeò falsò tribuatur. [Hæc autem dicere volui (inquit Fauſtinianus) quoniam quidem cupio me inclinare ad bene agendum, & non poſſum bene agere, niſi priùs didicerim: quod ſi intelligere potuero, ex ipſo etiam quid ſit malum, hoc eſt, huic contrarium, aduertam. Verùm ad hæc quæ dixi vnum è vobis reſpondere volo, non Petrum; non enim dignum eſt, ab illo verba, & doctrinam cum quæſtionibus capere, ſed ille ſi quid pronuntiauerit, hoc abſque aliqua retractatione teneatur: & ideò ipſe nobis ſeruetur quaſi arbiter, vt ſicubi diſputatio noſtra exitum non inuenerit, ipſe quod ſibi viſum fuerit pronuntians, indubitatum finem rebus dubiis imponat: & nunc ergo poſſem ſola eius ſententia contentus credere, ſi quid ei videretur; quod & ad vltimum faciam: volo tamen priùs videre, ſi eſt poſſibile diſputando inuenire quod quæritur. Placet ergo, vt Clemens primus incipiat, & oſtendat, ſi ſit aliquid in ſubſtantia & actibus bonum, vel malum.] Hucuſque Fauſtinianus ethnicus, in Pythagoræ, & Platonis ſchola educatus, aduerſus doctrinam Chriſtianam & Apoſtolicam obiiciebat, cum Apoſtolo vel eius diſcipulis diſputando. Sed videamus, an Clemens, qui ad certamen electus eſt, propoſitæ opinioni, eius ratione victus acquieſcat. [Ad hæc (inquit ipſe Clemens) ego reſpondi. Quoniam quidem à me vis diſcere, ſi eſt aliquid natura, aut actu bonum vel malum, an potiùs vſu præuentis hominibus, bona quædam, & alia videntur mala, pro eo quòd diuiſionem inter ſe rerum facere communium, quæ deberent, vt ais, ita eſſe communia, vt aër & ſplendor Solis, puto quòd non debeam tibi aliunde aſſertiones adhibere, niſi ex his diſciplinis, quibus ipſe vteris, & quas ipſe confirmas, vt indubitata tibi ſint quæ dicuntur. Omnium elementorum & ſtellarum certos ponitis fines, quáſque ſtellas dicitis, in quibuſdam

[n] Ariſt. lib. 2. Polit. c. 1.
[o] Tertull. in Apologet. c. 39.
[p] Clement. Alex. lib. 6. Strom.
[q] Lact. lib. Diuin. inſt. c. 21. & 22.
[r] A Lycurgo etiam eandem ſententiam hauſiſſe Platonem refert Theodoretus lib. 9. de Græc. affect. curatione. Euripidem in eodem fuiſſe errore docet Clement. Alexand. lib. 6. Strom.

Digitized by Google

A quibuſdam abſque noxia coire, ſicut in coniugiis; in aliis verò noxiè miſceri, ſicut in adulteriis. Et dicitis quædam generalia eſſe omnium, quædam verò non omnium, neque generalia. Sed ne prolixa diſputatio fiat, breuiter & de re dicam. Terra, quæ arida eſt, coniugio & admixtione indiget aquæ, vt poſſit generare fructus, quibus ſine vita hominibus non eſt; ergo hæc legitima coniunctio. E contra ſi aut pruinæ frigus terræ miſceatur, aut calor aquis, huiuſmodi coniunctio corruptelam facit: & hoc in talibus adulterium eſt. Et pater reſpondit: Sed ſicut elementorum vel ſtellarum inconſonæ coniunctionis ſtatim proditur noxa, ita deberet, & adulterium ſtatim oſtendi quàm malum eſt. Et ego aio: Hoc primò mihi confirma, ſi vt etiam ipſe confeſſus es, ex incongruæ, & inconſona admixtione efficiuntur mala, & iſtud in conſequentibus requiretur. Et pater ait: Vt ſe habet rei natura, ita ais, fili. Tum ego reſpondi: Quia ergo diſcere cupis de his, vide quanta ſint quæ mala eſſe apud

B neminem dubitantur. Non tibi videtur malum eſſe febris, incendium, ſeditio, ruina, cædes, vincula, ſupplicia, dolores, luctus, & his ſimilia? Et pater: Verum eſt (inquit) fili, hæc mala eſſe, & valde mala; aut certè qui negat hæc eſſe mala, patiatur ea. Et ego reſpondi: Quia ergo cum eo mihi ſermo eſt, qui in Aſtrologica diſciplina eruditus eſt, ſecundum ipſam tecum agam; vt de his quæ tibi in vſu ſunt, accipiens rationem, citiùs acquieſcas. Audi nunc ergo. Confeſſus es mala eſſe ea, quæ ſupra diximus, id eſt, febres, incendia, & his ſimilia; hæc ſecundùm vos à malitioſis ſtellis fieri dicuntur, id eſt, ab humido Saturno[s], & calido Marte; horum verò contraria à benignis fieri ſtellis, id eſt, à temperato Ioue, & humida Venere, aut non ita eſt? Et reſpondit: Ita eſt, fili; nec aliter fieri poteſt. Tum ego: Quia ergo à bonis ſtellis, Ioue dico, & Venere bona fieri dicitis, videamus vnaquæque malarum ſtellarum, cum admixta fuerit bonis, quid eſt quod efficit; & illud

C eſſe intelligamus malum. Etenim nuptias facere, Venerem ponitis: quæ ſi Iouem habeat in ſchemate ſuo, pudicas efficiat: Ioue autem non reſpiciente, ſi adfuerit Mars, corrumpi nuptias per adulterium pronuntiatis. Et pater: Ita ſe (inquit) habet. Ego reſpondi: Ergo malum eſt adulterium; quandoquidem ex malarum ſtellarum admixtione committitur: & vt compendioſiùs explicemus omnia quæ dicitis ex malarum admixtione ſtellarum, bonas perpeti ſtellas, mala eſſe ſine dubio pronuntianda ſunt. Iſtæ ergo ſtellæ, quarum admixtione diximus febres, incendia, & cætera his ſimilia effici, mala ipſa ſecundum vos, etiam homicidia, adulteria, & furta operantur, propter vos, etiam & ſtolidos ipſæ efficiunt.] Quibus rationibus permotum Fauſtinianum receſſiſſe à veteri errore, & contrariæ Clementis acquieuiſſe ſententiæ, ipſe Clemens ſic refert. [Et pater verè, inquit, breuiter & incomparabiliter oſtendiſti, quia ſint mala in actibus.] En Platonis & Pythagoræ errorem

D de rerum & vxorum communione quonam modo non ſolùm non defenderit Prædeceſſor tuus Clemens[t] libro X. recognitionum, in quo hæc omnia exſtant, ſed multis ex Philoſophia morali, ex Phyſica, & Aſtronomia petitis rationibus, grauiter & acutè confutarit aduerſus Fauſtinianum parentem ſuum; quem etſi ethnicum & religionis Chriſtianæ diſciplina deſtitutum, tantopere tamen rationes Clementis commouerunt, vt reiecto, quem priùs defenderat, Pythagoræ errore, B. Clementis poſthac, imò & Chriſti, vt veram, & firmioribus innixam rationibus amplexaretur doctrinam. Non eſt ergo cur hæretici impiè obganniant, & ex hac Catholica Clementis[u] doctrina ad ad nos oppugnandos ducant argumenta, cùm non

E ſolùm illa, ſed Fauſtiniani ethnici ſententia & conſenſu iam confirmata expugnari ipſos poſſe, probent quæ diximus clariſſimè. Damnauit iterum adulterium Clemens in Apoſtolicis conſtitutionibus, & ne vllus relinqueretur ſuſpicioni locus, condemnauit tertiò adulterium in epitome de rebus geſtis B. Petri.

Sed quinam hæretici ex errore à Clemente confutato huius Epiſtolæ confingendæ auctores fuerint, videamus num ex alio Clemente Alexandrino poſſimus elicere, quem enim Fauſtinianus errorem defenderat, à Carpocrate & Epiphane, defenſum iterum ille recenſet: & ab eadem ſchola Platonis, ſiue Pythagoræ deprompſiſſe ait. [Qui autem, (inquit) à Carpocrate deſcendunt & Epiphane, cenſent oportere, vxores eſſe communes; à quibus in nomen maximum emanauit probrum. Hic autem Epiphanes, cuius etiam ſcripta feruntur, filius erat Carpocratis, & matris Alexandriæ nomine, ex patre quidem Alexandrinus, ex matre verò Cephalenus. Vixit autem ſolùm ſeptendecim annis, & Samæ, quæ eſt vrbs Cephaleniæ, vt Deus eſt honore affectus, quo in loco templum ex ingentibus lapidibus, altaria, delubra, muſæum

[s] *Saturnus qui hic humidus dicitur, communi Aſtrologorum, & Mathematicorum conſenſu ſic esse putatur.*

[t] *Clemens lib. 10. recognitio.*

[u] *Idem lib. 7. Apoſtol. conſt. c. 3.*

Digitized by Google

musæum ædificatum est & consecratum: & cùm est noua Luna, conuenientes Cephalenei natalem in Deos relationem Epiphani sacrificant libántque, & conuiuantur, & hymnos canunt. A patre autem didicit & orbem disciplinarum, & Platonis Philosophiam. Fuit autem auctor & princeps, monadicæ cognitionis. A quo etiam profluxit hæresis eorum, qui nunc sunt, Carpocratianorum. Is ergo dicit in libro de iustitia, iustitiam Dei esse quandam cum æqualitate communionem. Æquale quidem certè cœlum vndequaque extensum, totam terram continet in orbem, & nox ex æquo stellas omnes ostendit, & diei auctorem, & lucis patrem, Solem Deus ex alto æqualem effudit omnibus, qui possunt aspicere. Illi autem omnes communiter respiciunt, quoniam non discernit diuitem, vel pauperem, vel populi principem, insipientes & sapientes, fœminas & masculos, liberos & seruos. Sed neque secus facit in brutis. Cùm autem omnibus animantibus æquè ipsum communem effuderit, bonis & malis, firmam ac solidam efficit iustitiam; vt nemo possit plus habere, neque auferre à proximo, vt ipse illius lucem habeat duplicatam. Sol facit omnibus animantibus communia exoriri nutrimenta, communi iustitia ex æquo data omnibus, & ad ea quæ sunt huiusmodi similiter fit. Genus boum, vt boues, & suum, vt sues, & ouium, vt oues, & reliqua omnia. Iustitia enim in his apparet communitas. Deinde per communitatem omnia similiter seminantur in genere, & commune nutrimentum apertum est humi pascentibus iumentis omnibus, & omnibus ex æquo, vt quod nulla lege teneatur, eius autem qui donat iubentis suppeditatione conuenienter iustéque adsit omnibus. Sed neque habent legem scriptam generationis, essent enim abolita. Ex æquo autem seminant & generant habentia innatam à iustitia communionem. Ex æquo communiter omnibus, oculum ad videndum creator & pater omnium, sua iustitia legem ferens, præbuit; non discernens fœminam à masculo, non id quod est rationis particeps, ab experte rationis: & vt semel dicam, nullum à nullo, æqualitate autem & communitate visum similiter diuidens vno iussu omnibus est largitus. Leges autem (inquit) hominum cùm ignorationem castigare non possent, contra leges facere docuerunt: legum enim proprietas dissecuit diuinæ legis communionem, & arrodit, non intelligens dictum Apostoli dicentis [x]. Per legem peccatum cognoui, & meum & tuum dicit subiisse per leges, vt quæ non amplius communiter fruantur, (sunt enim communia) neque terra, neque possessionibus, neque matrimonio. Fecit enim vites communiter omnibus, quæ neque passerem, neque furem ablegant, & frumentum similiter, & alios fructus. Violata autem communio & æqualitas genuit furem pecorum, & fructuum. Cùm ergo Deus communiter omnia fecisset homini, & fœminam cum masculo coniunxisset; & omnia similiter animantia conglutinasset, pronuntiauit iustitiam communionem cum æqualitate. Qui autem sic nati sunt communionem quæ eorum conciliat generationem, abnegauerunt. Et dicit; Si vnam ducens habeat, cum omnium possint esse participes, sicut reliqua fecit animantia.] Postquam autem hæc Clemens Alexandrinus de Carpocratianis retulisset, & sacræ Scripturæ testimonis confutasset, rursus de illis subiungit. [Et hæc quidem dogmata constituunt egregij Carpocratiani. Hos dicunt, & aliquos alios similium malorum æmulatores ad cœnas conuenientes (neque enim dixerim agâpen eorum congressionem) viros simul & mulieres, postquam satietate venerem excitante exsatiati fuerint, lumine amoto, quod eorum fornicatoriam hanc iustitiam afficiebat, auersa lucerna coire, quomodò velint, & cum quibus velint, meditatos autem in eiusmodi agâpe communionem, interdiu iam à quibus velint mulieribus exigere Carpocrateæ, diuinæ enim nefas est dicere, legis obedientiam. Has leges, vt sentio, ferre oportuit Carpocratem, canum & suum & hircorum libidinibus. Mihi autem videtur Platonem quoque male audiuisse in Republica dicentem [y], oportere communes omnium vxores: vt qui diceret: eas quidem quæ nondum nupserant, esse communes eorum qui essent peituri; quemadmodum theatrum quoque est commune spectatorum.] Hæc Clemens Alexandrinus de Carpocrate, quæ sensu similia vel eadem sunt cum iis quæ Faustinianus aduersus Clementem disputatione sua retulit: quare à Carpocrate non à Clemente epistola forsan conficta est; quòd ab eadem schola Platonis idem venenum Faustinianus & Carpocrates hauserint. Quid enim si liteta vtriusque nominis prima ansam errori præbuit? Constat enim antiquis in vsu fuisse, nomina per primas literas compendij gratia notasse: vnde fieri potuit, vt ex C. nota Carpocratis, Clementis nomen extensum sit: quemadmodum Criticorum nonnulli contendunt, ex

Agellij

[x] Roman. 3.

A Agellij nomine, Aulum Gellium productum. A prima Agellij litera integrum Auli nomen effecta : nisi verosimilius sit Carpocratianos hæreticos errorem magistri, Clementis sanctiore nomine decorasse. Eundem igitur Faustiniani & Carpocratis errorem confutauit vterque Clemens, meliori tamen vsus fortuna Alexandrinus, quòd non ei Carpocratis insania tributa sit, sicut Romano Faustiniani. Quòd si postremò tandem dicamus, Clementem alium philosophum Platonicæ doctrinæ sectatorem, cuius meminit Beatus Dionysius Areopagita de diuinis nominibus, vel Actium aut Arium Clementem philosophum Platonicum, ad quem extant Plinij Iunioris [y] literæ, illum hortantes vt adhæreat Euphrati alteri æquè philosopho Platonico summi nominis, eum, inquam, Clementem operam dedisse, vt epistola hæc, qua Platonis doctrina protegitur, specioso & sancto Clementis Romani nomine proderetur, quo faciliùs in fidelium animos error posset irrepere, quid vetat?

[y] *Plin. Iun. lib. 1. epist. 10.*

B Falsò igitur ex hoc capite colligunt interpretes, communem vitam canonicorum & monachorum ex D. Clementis authoritate ortum habuisse : cùm D. Clemens hic, non solùm eam consilio, nedum præcepto non ornauerit, sed vi & auctoritate rationum euerterit : non quòd illam (vt hodie sanctissimè inter religiosos obseruatur) iniustam sibi persuaserit, nam de ea nec cogitauit quidem ; sed quàm ex placitis Pythagoræ & Platonis Faustinianus defendebat, iniustam & pernicioſam ciuitatibus vir sanctissimus doceret, quod & fecerunt Tertullianus, Clemens Alexandrinus [z], Lactantius [a], Theodoretus & alij, & admonuerat anteà Aristoteles [b] contra Socratis & Platonis doctrinam. Ex quibus sanè dilucidè constat, Illustrissimi Cardinalis Antonij Carrafæ curam, & pietatis, & publicæ vtilitatis plenissimam, qua contendit versiculum illum : [In omnibus

[z] *Clem. Alex.*
[a] *Lactan. lib. 3. diu. inst. c. 21 & 22.*
[b] *Arist. lib. 2. polit. cap. 1.*

C autem sunt sine dubio & coniuges,] ab epistola & periodo illa Clementis expungi (vt expunxit in ea collectione decretalium epistolarum, quam ipse, vel eruditus vir Antonius de Aquino à Clemente primo vsque ad Gregorium IX. accuratè satis & fructuosè concinnauit) nec dum (quod bona eius venia dixerim) fuisse necessariam : cum tam sit verum eam scripsisse & retulisse ex Faustiniano Clementem ; ac certum, illi semper Faustiniani, Lycurgi, Pythagoræ, & Platonis errorem displicuisse : nec multis solùm (vt vidimus) rationibus confutasse, sed confutatum errorem eidem Faustiniano parenti doctè & sapienter dissuasisse. Qua etiam censura notari posse animaduerto, recentiorem Conciliorum editionem Venetam, dum eum versiculum epistolæ Clementis ademit; cùm verum sit potiùs, illum intactum esse seruandum, & epistolæ restituendum: at verò epistolam integram, vt falsò affictam Clementi, è reliquarum numero,

D & Gregoriano decreto vel reiici, vel vt sputiam asteriſco notari oportere. Illud hic præterea est etiam obseruandum, verba illa : [Per iniquitatem alius dixit hoc esse suum, & alius illud,] non significare, per iniquitatem, hoc est, per peccatum primi Parentis inductam esse rerum diuisionem, vt placuit multis. Nam Faustinianus homo ethnicus, & doctrina Pythagorica, non Christiana, vel Mosaica eruditus, non potuit de eo peccato intelligere, quod commissum fuisset nec ne, ignorabat : sed dicendum est, Faustinianum sensisse, priuatos homines iniquitatem admittere, cùm rem possident separatim, eumque esse errorem grauissimum sed tandem rationibus & auctoritate Clementis ab eodem Faustiniano retractatum, vt paulò superiùs diximus.

E Actum hucusque de priori huius Epistolæ parte : iam posterior attingenda, vt clarior inde lux his quæ diximus, quæque dicturi sumus afferatur. Exstat illa apud Gratianum [c]. In ea enim disputatione & congressu, quo erant Nicæta, Aquila & Clemens cum Petro, cùm multa Nicæta de allegoriis Gentilium retulisset, quæ Aquila primùm, & D. Petrus posteà confutauit, rogauit Clemens Nicætam, nè illi sermoni supersederent ; sed alia de eisdem Gentium deorum allegoriis ipse refert, oportere sanè iudicans, ea non ignorare ; quia cum Gentibus tunc & erant, futuræque erant disputationes : sic enim ait Clemens [d], multò post ac de rerum communione & communitate vxorum egerat. [Cùm hæc Petrus dixisset, ego Clemens Nicætam rogabam, vt aliqua de allegoriis Gentilium, quas diligenter attigerat, agnoscendi gratia exponeret ; vtile enim est, vt cum Gentilibus disputamus, etiam ista nos minimè lateant. Et Nicæta : inquit permittit dominus Petrus, posſum dicere. Tum Petrus : Hodie permisi vobis dicere aduersum Gentiles, vt nostis.

[c] *Gratian. c. relatum 37. dist.*
[d] *Clem. lib. 10. recognitio.*

Et Nicæta ait: Dic ergo, Clemens, de quibus audire velis. Cui ego aio: Quomodò tradunt de deorum cœna Gentiles, quam in Pelei nuptiis habuerunt & Thetidis? Quem dicunt esse Paridem pastorem, & quas ponunt in Iunone, Minerua & Venere, quæ apud eum iudicantur? quemve Mercurium, vel quod malum? & cætera quæ per ordinem consequuntur? enarra nobis. Tum Nicæta: Cœna deorum causa hoc modo se habet: conuiuium mundum tradunt: discumbendi ordinem deorum, stellarum positionem, quos Hesiodus cœli & terræ primos filios nominat, in quibus sex mares & sex fœminas ad duodecim signorum numerum referunt, quæ vniuersum circumeunt mundum. Dapes autem conuiuij, rationes esse & causas rerum tradunt, dulces & concupiscibiles, quæ qualiter regatur & gubernetur hic mundus, ex signorum positione & astrorum cursibus colliguntur. Ad libertatis tamen conuiuij modum dicunt ista constare, pro eo quòd potestatem habeat vniuscuiusque sensus; si velit degustare aliquid ex huiusmodi scientia, aut si nolit. Et sicut in conuiuio nemo cogitur, sed vescendi libertas penes vnumquemque est, ita & philosophandi ratio pendet in voluntatis arbitrio. Discordiam, concupiscentiam carnis dicunt, quæ surgit aduersum propositum mentis, & philosophandi impedit studium. Ideò denique & tempus illud esse aiunt, in quo de nuptiis agitur. Peleum verò & Thetidem nympham, aridum & humidum ponunt elementum, ex quorum admixtione substantia corporum constat: Mercurium, verbum esse tradunt, per quod sui doctrina confertur: Iunonem, pudicitiam: Mineruam, fortitudinem: Venerem, libidinem dicunt: Paridem sensum. Si ergo, aiunt, accidat in homine, barbarum esse, & imperitum sensum, & rectum iudicium nescientem, spreta pudicitia & virtute, libidini palmam, quod est malum, dabit: per quod non solùm sibi, sed & ciuibus & vniuersæ genti subuersio & pernicies aderit. Hæc ergo licèt illis componere ex qualibet materia visum sit, tamen aptari ad omnem hominem possunt: quia si quis pastoralem & rusticum atque imperitum habeat sensum, nec velit erudiri, vbi corporis calor de libidinis suauitate suggesserit; continuò spretis studiorum virtutibus, & scientiæ bonis, ad voluptates corporum animum confert. Et hinc est, vnde impacata bella consurgunt, vrbes ruunt, patriæ concidunt; sicut & Paris, rapta Helena, ad mutuum Græcos & Barbaros armauit exitium.] Hæc Nicæta de allegoriis gentilium translatis & transferendis ad verum sensum. Quæ cùm audisset Petrus, ne in lege Dei simile quid contingeret, & sacras ac diuinas literas suo sensu singuli interpretarentur; sequenti doctrina Clementem, Nicætam & Aquilam voluit erudire. [Et Petrus collaudans prosecutionem eius, ait: Multas, vt video, ingeniosi homines, ex his quæ legunt verisimilitudines capiunt: & ideò diligenter obseruandum est, vt lex Dei cum legitur, non secundùm proprij ingenij intelligentiam legatur. Sunt enim multa verba in Scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad suum sensum, quem sibi vnusquisque sponte præsumpsit: quod fieri non oportet. Non enim sensum quem extrinsecus attuleris, alienum & extraneum debes quærere, quem ex Scripturarum auctoritate confirmes, sed ex ipsis Scripturis sensum capere veritatis: & ideò oportet ab eo intelligentiam discere Scripturarum, qui eam à maioribus secundùm veritatem sibi traditam seruat; vt & ipse possit ea quæ rectè suscepit, competenter adserere. Cùm enim ex diuinis scripturis integram quis susceperit & firmam regulam veritatis, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi, ac de liberalibus studiis, quæ fortè in pueritia adtigit, ad assertionem veri dogmatis conferat: ita tamen, vbi vera didicit, falsa & simulata declinet. Et cùm hæc dixisset, ad Patrem nostrum respiciens ait: Tu ergo, senex, siquidem saluti animæ tuæ consulis, vt cùm corpore fuerit resoluta, pro breui hac conuersione requiem inueniat sempiternam, require de quibusuis, & consule, vt possis, si quid in te est dubitationis, abiicere; incertum enim est etiam iuuenibus vitæ tempus, senibus autem iam nec incertum est: non enim dubitatur, quin quantumcumque est, quod putatur superesse, breue sit, & ideo tam iuuenes quàm senes oportet de conuersione & pœnitentia valde esse solitos, & satagere, vt de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis; id est dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, splendore iustitiæ, candore pietatis, aliisq; omnibus, quibus comptam decet esse rationabilem mentem.] Cùm ergo hæc omnia, quæ in dicta epist. V. Clement. exstat ex diuersis fragmentis libri X. Recognitionum eruta sint, vt vidisti; constat sanè, eam

Inde etiam nomen quidam Mercurium inuenisse testantur.

A ab hæretico quodam contextam eſſe, idque ſatis inſulsè; cùm agens de communi vita, miſceat ſtatim reliqua de interpretatione Scripturæ ſacræ, quæ diuerſo propoſito docuerat D. Petrus, & retulerat B. Clemens, dum vterque de allegoriis deorum, & interpretatione ſacræ Scripturæ tractaret. Ex quo conſequens erit, textum in c. relatum. XXXVII. diſtinct. non Beato Clementi, ſed B. Petro tribui debere, ſi verum eſt quæ ipſe Clemens dicto libro X. Recog. retulerat, D. Petrum docuiſſe

Hæc autem, Beatiſſime Pater, de epiſtola Clementis tam longo ſunt à me repetita ſermone, vt oſtenderem, mœchiæ reatum (vt loquuntur Patres) quem ſæpe in hoc Concilio pœnis multis coërceri legimus, nulla poſſe naturæ lege, aut Eccleſiæ decreto probari; neve hæretici ex Clementis loco illo (vt erat) difficili, anſam acciperent liberiùs in mulieres nuptas debacchandi. Hîc autem videre mihi videor, opera omnia Clementis, quæ nulli dubium eſt, quin ſint pietatis plena, eruditione illuſtria,
B ſapientia referta, operam tuam, qui illius non ſolum nomen tenes, ſed religionem & pietatem imitaris, expoſcere & expectare: vt ſentibus, qui ab hæreticis interſerti ſunt, perpurgata, eam demque recipiant auctoritatem, quam diuus illorum auctor, catholica doctrina meruit, ſancta dignitate acquiſiuit, & diuino martyrio comparauit. Plures enim eius Epiſtolæ nobis falsò obtruſæ non eiuſdem ſunt apud pios & doctos ponderis. Meminiſti enim (ſat ſcio) in Canone Apoſtolorum vltimo duas tantùm Epiſtolas Clementis referri: quas ſolas recenſuit Damaſus [c]. Euſebius [f] vnam tantùm ad Corinthios illius agnoſcit, & aliam ad Hebræos; nec plurium meminit. Illam autem, quæ ſub Romanæ Eccleſiæ perſona ad Corinthiorum Eccleſiam direxit, adhuc non exſtare certum eſt, etſi dixerit Euſebius illam omnium Eccleſiarum conſenſu approbatam, & ex ſententia Egeſippi eam tanti habitam à Corinthiis, vt Dominicis diebus ſemper in Eccleſia legeretur. De ea D. Irenæus [g]. [Sub hoc Clemente (inquit) diſſenſione non modica, inter eos qui Corinthi erant fratres, facta, ſcripſit quæ
C eſt Romæ Eccleſia potentiſſimas literas Corinthiis, ad pacem aliam eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuntians, quam in recenti ab Apoſtolis receperant, traditionem.] De eâdem meminit Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus in eo opere, quod de libris à ſe lectis compoſuit, & Bibliotheeam appellauit. Epiſtolas duas Clementis ait ſe legiſſe, vnam ad Corinthios, aliam ad Iacobum fratrem Domini. Floruit is ante ſeptingentos annos. Multa ex eâdem Epiſtola tranſtulit eiſdem verbis, variis in locis Clemens Alexandrinus [h]. De eâdem meminit Diuus Hieronymus [i], nonnulla ex ea referens: quam fortaſſe indicauit & intellexit Concilium Laodicenum [k], dum de Clementis vnica tantùm Epiſtola mentionem facit; reliquas non omiſſurum, ſi exſtarent. Sed nec eam certò fuiſſe Clementis conſtat; nam contextam ex verbis & ſententia Epiſtolæ Pauli ad Hebræos accepimus; ſed an Clemens, an verò
D Lucas tranſtulerit, incertum Euſebio [l] & Nicephoro [m]. Qua ratione Dionyſius Exiguus, Ferrandus Diaconus, & Creſconius, antiqui Decretalium Epiſtolarum collectores, non à Clementis, ſed à Siricij Papæ Epiſtolis initium fecerunt, in canonum & Epiſtolarum collectionibus. Agnoſcis etiam hos libros Recognitionum ([n]quos alij circuitus, alij periodos Petri nuncuparunt) ab Ebionæis fuiſſe corruptos, vt prodidit Diuus Epiphanius [o], qui ipſum Clementem refert ſæpe fuiſſe conqueſtum, quòd eos libros illi deprauaſſent. Tam antiqua eſt huius criminis querela. [Vtuntur autem (ait ille) & alijs libris, nimirum circuitionibus Petri appellatis, per Clementem ſcriptis, multa corrumpentes in ipſis, & pauca vera relinquentes, velut ipſe Clemens omnes per omnia redarguit in Epiſtolis Encyclicis, quæ in ſanctis Eccleſiis leguntur.] Id ipſum teſtatur Rufinus [o] & D. Hieronymus [p], docens eos etiam eſſe deprauatos ab Arianis, ſeu Eunomianis. Et alibi [q] ait. [Poſtquam diſcipulus Chriſti factus eſt Petrus, ſocrum eius
E legimus; vxorem eius non legimus. Clementis enim (inquit) periodi, quæ ſcilicet de vxore Petri narrant, apocryphæ:] quare eos libros vt apocryphos reiecit Diuus Athanaſius [r] Philaſtrius [s], & Photius [t] Patriarcha Conſtantinopolitanus. Et (quod maioris adhuc momenti eſt) Gelaſius Papa in Synodo Romana & Leo noſtrus contra epiſtolam Nicetæ Abbatis, & eius nomine Humbertus eius legatus, affirmans, antiquos etiam Patres illos vt apocryphos reieciſſe, quod tradidit Synodus Nicæna II. [u] & anteà Euſebius [x]. [Iam verò (inquit) quidam alia item opera, verboſa illa quidem & prolixa, heri propè & nudiuſtertiùs, perinde quaſi illius eſſent, introduxerunt; quæ quidem diſputationes Petri & Appionis continent: quorum apud veteres nulla omnino fit mentio. Nam puram illam & ſinceram Apoſtolicæ orthodoxæ doctrinæ notam minimè retinent.] Conſtitutionibus

[c] Damaſ. in vita Clementis.
[f] Euſeb. Eccleſ. hiſtor. lib. 3. c. 32. 37. & 38.
[g] Irenæus lib. 3. aduerſ. hæreſ.
[h] Clem. Alex. lib. ſtrom. lib. 4. & Lib.
[i] D. Hieron. in Catalogo, & in comment. 52. c. 15.
[k] Conc. Laodicen. c. 6.
[l] Euſeb lib. 3. Eccl. hiſt. c. 32.
[m] Nicephor. lib. 3. c. 18.
[n] Epiphan. hæreſ. 30.
[o] Ruſin. in apolog. pro Origene.
[p] D. Hieron. in apolog. aduerſ. Ruſinum.
[q] Idem aduerſ. Iouinian.
[r] Athan. in ſynop.
[s] Philaſtrius de hæreſ.
[t] Photius in ſua Bibliotheca. Refertur in c. ſan. Romana 19 diſt. Ex Humbert. Gratian. c. Clementis lib. 16. diſt.
[u] Secunda ſynod. Nicæna actione 5. verb. Epiphan.
[x] Euſeb. lib. 3. Eccleſ. hiſt. c. 32.

Apoſtolicis eiuſdem Clementis quædam à pietate Chriſtiana maximè aliena inſerta fuiſſe ab hæreticis, Sexta Synodus [1] refert. De illis etiam quoſdam ſuo tempore dubitaſſe recenſet D. Epiphanius [2]. Inter apocrypha antea retulit Euſebius.

Sed vt reuertatur tandem eò vnde deflexit oratio, ſi quæratur, quare de tribus tantùm criminibus meminerint Patres Hiſpani in hoc Canone, & cum idololatria homicidium & mœchiam coniunxerint? duplex occurrit ratio. Prior, vt Apoſtolos imitarentur, à quibus in Concilio Hieroſolymitano ob Gentiles tria ſpeciatim interdicta legimus apud Lucam abſtinere ab idolothytis [a], ſanguine, & fornicatione: quem locum ſic intellexit Tertullianus [b]. [Cùm primùm innotuit (inquit) Euangelium, & vetera concuſſit, vt de legis retinendæ nec ſtatu diſceptaretur, primam hanc regulam de auctoritate Spiritus ſancti Apoſtoli emittunt ad eos qui iam ex nationibus allegi cœperant [c]. Viſum eſt (inquiunt) Spiritui ſancto, & nobis, nullum amplius vobis adiicere pondus, quàm eorum à quibus neceſſe eſt abſtineri, à ſacrificiis, & à fornicatione & ſanguine. A quibus obſeruando rectè agitis, vectante vos Spiritu ſancto. Sufficit & hîc ſetuatum eſſe mœchiæ & fornicationi locum honoris ſui inter idololatriam & homicidium. Interdictum enim ſanguinis multò magis humani intelligemus. Porrò qualia videri volunt Apoſtoli crimina, quæ ſola in obſeruatione de lege priſtina excerpunt, quæ ſola neceſſariò abſtinenda præſcribunt. Non quòd alia permittant, ſed quòd hæc ſola præponant vtique non remiſſibilia, qui Ethnicorum cauſa cætera legis onera remiſſibilia fecerunt.] Tria enim hæc crimina, mœchiæ, idololatriæ, & homicidij, vnà in Scripturis damnari probat idem Tertullianus [d]. Eadem coniunxit Diuus Leo [e] Papa primus Ruſtico Narbonenſi reſcribens. [Qui conuiuio (ait) ſolo Gentilium, & eſcis immolatitiis vſi ſunt, poſſunt ieiuniis & manuum impoſitione purgari, & deinceps ab idolothytis abſtinentes, ſacramentorum Chriſti poſſunt eſſe participes: ſi autem aut idôla adorauêre, aut homicidiis, vel fornicationibus contaminati ſunt, ad communionem eos niſi per pœnitentiam publicam non oportet admitti.]

Poſterior cauſa eſt, vt oſtenderent, Chriſtianos longiſſimè ab his criminibus abeſſe, quæ falſo impoſturæ nomine Gentes nobis olim obiiciebant, vt idem Tertullianus [f] refert. [Sed illud (inquit) ſolùm expectatur, quod odio publico neceſſarium eſt, confeſſio nominis, & non examinatio criminis, quando ſi de alio nocente cognoſcitis, non ſtatim confeſſo eo, nomen homicidæ, vel ſacrilegi, vel publici hoſtis (vt de veſtris elogiis loquar) contenti ſitis ad pronuntiandum. [Quæ crimina diluerunt eleganti & copioſo ſermone olim Arnobius [g], Lactantius [h], Athenagoras [i] & alij. Qua forſan ratione, ad maiorem eorum criminum deteſtationem ea ſolùm tria crimina excommunicatione punienda, quorundam opinio fuit, quam refert Diuus Auguſtinus [k]. [Qui autem opinantur (inquit) cætera eleemoſynis facilè compenſari, tria tamen mortifera eſſe non dubitant excommunicatione punienda, donec pœnitentia humiliori ſanentur, impudicitiam, idololatriam, homicidium: neque nunc opus eſt quærere qualis ſit eorum iſta ſententia, vtrum corrigenda, an approbanda, ne opus ſuſceptum mittamus in longum, propter eam quæſtionem quæ huic abſoluendæ minimè neceſſaria eſt: ſufficit enim, quia ſi omnia non ſunt admittenda ad Baptiſmi ſacramentum, inter hæc omnia eſt adulterium, vnde iſta diſputatio mota.]

[1] *Sexta ſynod. actio 2.*
[2] *D. Epiphan. lib. 3. contra Audianos. Euſeb. lib. 3. hiſt. Eccleſ. c. 19.*
[a] *Act. Apoſt. c. 15.*
[b] *Tertull. lib. de pudicitia. c. 12.*
[c] *Act. 15.*
[d] *Tertul. eod. lib. de pudicit. c. 4. 5. & 6.*
[e] *D. Leo. 1. in epiſt. ad Ruſtic. epiſcop. Narbonenſ. c. fin.*
[f] *Tertull. in apolog. aduerſ. Gentes c. 2.*
[g] *Arnobi. aduerſus Gentes.*
[h] *Lactant. in diuin. inſtit.*
[i] *Athenagor. in apolog. pro Chriſtianis.*
[k] *D. Aug. lib. vnic. de fide & oper. c. 19.*

COMMENTARII NOVI.

MOechiam, & concubinatum omni æuo in Eccleſia fuiſſe prohibitum, & damnatum, fusè probarunt Creſpeſius in *ſum. verb. Concubinatus*, Germonius *lib. 1. animadu.* P. Gregor. *lib. 3. part. titul. 21. c. 6.* Bermundus *integro tract. de concub.* Baſilius *lib. 7. de Matrim. c. 54.* Spenſæus *de concub. cap. 6.* Qui omnes agnouerunt difficultatem d. Can. 17. Concil. Tolet. relati in *d. cap. is qui* 4. & auctoritatis D. Iſidori conſcriptæ à Gratiano *in c. Chriſtiano* 34. *diſt.* qui ea oppreſſi aſſeruerunt in illis locis permitti concubinatum ob aſſiduam hominum facilitatem tunc temporis in lapſu carnis, & ita hanc Mendozæ interpretationem ſequuntur Duarenus *ad tit. ff. de inoffic. teſtam. c. 6.* Hothomanus *de ſpuriis c. vlt. Ioan.* Sauarus *in not. ad Sidon. lib. 4. ep. 7.* ſed perperam: nam Scortatio, ſeu fornicaria coniunctio damnata fuit in hoc Concilio Illiberitano *can.* 3. 7. 14. 31. 47. & 64. & in ipſo Concil. Toletan. ſtatutum leginus Deugtam peccantem non eſſe recipiendam in Eccleſia, niſi deſiſtat, & ei, cùm reſipuerit decennij pœnitentiam eſſe in iungendam *c. Denota* 27. *q.* 1. imò & in ipſo Can. 17. *in princ.* PP. eum qui qui Concubinam habet, & ſimul vxorem à Communione remouent Vnde licet eo tempore, ob numerum peccantium non ita acriter mœchi punirentur, ac ſæculo noſtri Concilij tamen

A tamen credi non poteſt P. P. publica lege permiſiſſe concubinatum, cum ita laxarentur habenæ laſciuiæ tam inter Clericos quam laicos. Quare omiſſa hac interpretatione libenter adhæreo communi placito Doctorum, qui accipiunt Canonem illum, & D. Iſidorum de concubinis vxoribus videlicet, ſed non olemniter ductis abſque dotalibus inſtrumentis, de quibus Euariſtus *in cap. aliter* 30. *quæſt.* 5 in illis verbis: *Aliter præſumptæ, non coniugia eſſe, ſed contubernia.* & addit, *niſi propria voluntas ſuffragauerit, & vota ſuccurrerint legitima*, reſpiciens ad vxores non legitimè ductas, quæ concubinæ dicebantur, & affectione vxores erant: de his concubinis, ideſt vxoribus non legitimè ductis accipiunt tam Concil. Tolet. Canonem, quam D. Iſidori ſententiam poſt Gratianum *in eadem diſt.* § *concubina*, Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſ.* 418. *num* 20. P. Gregor. *lib.* 10. *ſyntagm. cap.* 1. *in fin.* Bellarm. *tom.* 1. *controu. lib* 2. *de Concil. cap.* 8. Germon. *lib.* 1. *animad. cap.* 11. Coquæus *in not ad D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib.* 16. *cap.* 33. Ritheruſius *in not. ad Salu. de gubern. fol.* 177. Hugo Grotius *de iure belli lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 15. Perſius *ad tit. C. de concub. concl.* 3. Gyronius *ad tit. de donat. inter. in fin.* Arias de Meſſa *lib.* 3. *var. cap.* 38. Chopinus *lib.* 1. *de iuriſdict. cap.* 41. *num.* 8. Epidius Hortenſius *de priuileg. honeſt. art.* 8. Baſil. *lib.* 7. *de matrim. cap.* 54. *num.* 6. Loayſa *in not. de illum Can.* plures Theologi expoſitiui congeſti à P. Sherlogo *tom.* 3. *in Canica veſtig.* 34. *cap* 6. *ſect.* 1 *fol* 401. Primatius Academiæ noſtræ Præceptor meus iam in Regio gazæ Senatu ſifci Patronus D. Franciſc Sanctius Randoli *in d. cap. aliter cap.* 6 Quorum interpretatio, vt rectius, perpendatur ſciendum eſt concubinam vxorem legitimam non eſſe, ſed eam imitari, vt ait Iulianus anteceſſor *in nouel.* 18. *c.* 5. Quare concubinatus inæquale coniugium dicitur *in l.* 3 *verſ quod ſi alterutrum, C. de natural. liberis, l.* 1. *C de Collegiat lib.* 1. impar matrimonium appellatur ab Apuleio lib. 5. Aſini aurei: *Impares nuptiæ, ac propterea in vilis ſine teſtibus, aut Patre non conſentiente facta legitima non poſſunt videri.* Vnde iure Quiritium concubina ab vxore dignitate tantùm ſecernitur. & diſtinguitur *in l. item* 49. § *parui, ff. de legat.* notarunt Cuiac *ad tit. de concubinis, & in nouell.* 18. Merillus *lib.* 3. *obſeru. cap.* 16. & quamuis pellicis nomen honeſtius eſſet quam concubinæ apud Hebræos, apud Romanos tamen honeſtius erat concubinæ nomen, *l Maſſurius* 144. vbi notarunt *Fornerius, & Gentil. ff. de V. S.* Auguſtinus Gillius *lib.* 4. *noct.* Attic. *cap.* 3. *Pelicem autem appellatam probroſamque habitam, &c.*

Ex qua Concubinatus, & matrimonij ſimilitudine colligitur in pluribus conuenire concubinam cum vxore legitima, quas exæquationes, & differentias agnouerunt Cuiac. *lib.* 5. *obſeru. c.* 6. *& ad Pandect. in l. cum tabul.* 13. § *quoniam ſtuprum ff. de his, quæ vi indig.* Baſil. Legion. *d. c.* 54. Germon. *d. c.* 11. Arias de Meſſa *lib* 3. *variar. cap.* 38. *&* 39. Ex quibus nonnullas referam: primò conueniunt concubinæ, de quibus agimus cum vxoribus: quia ſicut nemo duas vxores eodem tempore poteſt habere, ita nec duas concubinas. *cum qui* 18. *C. ad l. Iul. de adult. l.* 2. *Cod. de inceſt. nupt.* Imò neque concubinam viuente vxore *l. ex ea* 121. §. *mulier, ff. de V. O. l. vnic. Cod. de concub. lib.* 3. *Cod. commun. de manumiſ.* D. Ignatius in Epiſt. ad Antiochen. *vni vna, non plures ſimul datæ ſunt, vni in conditione omni.* Arnobius *lib.* 4. *aduerſ. gent.* Caſſiodor. *lib.* 9. *variarum cap.* 18. Secundò, quemadmodum teſtatio in nuptiis fiebat, ſcilicet vxorem duci liberorum procreandorum cauſa, *l. ſi is qui te* 3. *Cod. de poſtlimin. reuerſ. cap.* 13. *quæſt* 5. Hothoman. *de ritu nuptiar. cap* 3. ita in concubinatu liberæ, & honeſtæ mulieris, *l.* 3 *ff. de concubin.* Hothoman. *vbi ſuprà cap.* 22. Fabr *lib.* 3. *coniect. cap* 14 Petrus Gregor. *lib.* 9. *ſyntagm. cap.* 5. *num.* 35. Tertiò, ſicut vxor ex lege Iulia de adulter. accuſari poteſt, ita & concubina licèt non iure mariti ſaltem iure extraneæ, *l ſi vxor* 3. *ff. ad legem Iul. de adult.* quam exponit Arias de Meſſa *d. cap.* 18. *num.* 18. Quartò, quemadmodum quæ Patrono nupſit, ſi inuito eo diuertit, cum alio nuptias contrahere non poteſt, *l. vnic. ff. vnde liberi, l. in eo* 45. *ff. de ritu nuptiar. l. vltim. ff. de dinort.* ita & quum in concubinatu Patroni fuit, *l.* 1 *ff. de concubin.* quam contra Gothofred. rectè explicant Hothoman. *de V. I. verb. concubinarium*, Brillon. *de ritu nuptiar. pag.* 39. Arias de Meſſa *d. c.* 38. *num.* 28. Qui vtiliter obſeruant circa libertam in concubinatu Patroni commorantem, quod quemadmodum matrimonium cum liberta cõtractum furore ſuperueniente non diſſoluitur, *l* 4 *ff. de dinort. l ſi cum dotem* 22. §. *ſi maritus, ff. ſolut. matrim.* ita nec concubinatus, *l.* 2. *ff. de concubin.* item quod ſicut patronus aliam vxorem ducendo libertam dimittit, ita & concubinam aſſumendo, *l. vlt. in fine, ff. ad l. Iul. de adult.* Connan. *lib.* 8. *commen. cap.* 13. *num.* 4. Hothomanus *vbi ſuprà, verb. Concubina*, & ſicut à liberta ſibi nupta operas exigere non poteſt durante coniugio, *l. libertæ*, 8. *l. placet*, 14. *ff. de oper. libert.* ita nec à concubina, *l. liberta* 46. *ff. eod. tit.* Tandem ſicut in legato eõrum, quæ vxoris cauſa parata ſunt, prioris vxoris cauſa parata, & poſteriori tradita continetur, *l. ſi qui earum*, 47. *ff. de legat.* 3. ita ſimiliter in concubina, *l. qui concubinam* 79 *l item* 49. §. *parui, ff. de legat* 3. illuſtrat Schifordeg *lib.* 3. *tract.* 25. *quæſt.* 3. Alias concubinatus, & matrimonij exæquationes congeſſerunt Faber *in iuriſprudent. tit.* 9. *princip.* 7. *illat.* 1. Cuiac. *lib.* 33. *qq. Papin. in l. mulierem* 14. *ff. de his, quæ vt indign. & lib.* 8. *reſp. in dict. l. cum tabulis* 16. §. *quoniam, & lib.* 10. *in l. ex ea parte.* §. *mulier, ff. de V. O. & lib.* 27. *in l. donationes* 13. *ff. de donat. & ad tit. Cod. de concubin.* Connan. *dict. cap.* 13. Pinellus *lib.* 2. *ſelectarum cap.* 18.

Sed licèt in his, & aliis conueniant concubinæ cum vxoribus, in pluribus tamen rebus, & caſibus differunt, ſiquidem reuera iure ciuili Romanorum alia erat vxor, alia verò concubina, in qua licèt affectus daretur, non tamen vſu, farre, aut coemptione ducebatur. Vnde alia eſt vxor, alia concubina, *cap. non omnis* 13. 32. *quæſt.* 2 Leo *epiſt.* 92. *ad Ruſtic. cap.* 4. Differunt inter ſe primò delectu, Paul. *lib.* 2. *ſentent. tit.* 20. Id eſt, animi deſtinatione, *l. l. penultim. ff. de concub.* notarunt Cuiac. *ad eundem locum Pauli, & lib.* 12. *reſp. Papin. in l. donationes* 31. *ff. de donat.* Hothomanus

de ritu nuptiar. cap. 12. *& dignitate, l. item* 49. *§. patrui, ff. de legat.* 3. quæ præcipuè consistebat in nominibus matronæ, Dominæ, matrisfamilias, quibus vxores vocabantur, honorabantur, *l. Titia* 19. *§.* 1. *ff. de annuis legat.* cum concubina his nominibus non decoraretur, *l. probrum* 41. *ff. de ritu nupt. l. si vxor* 13. *ff. ad l. Iul. de adult.* notauit Cuiac. *lib.* 2. *obseru. cap.* 18. *& ad tit. C. de concub.* facit D. Augustin. relatus *in cap. dicat* 32. *quæst.* 4. in illis verbis: *Mercatur, & nomen vxoris, præsta concubinæ tuæ libertatem, & nomen vxoris, ne adulter sis potius quam maritus.* Quare apud Romanos reuera, & effectu alia erat vxor, alia concubina; in antiquis verò Ecclesiæ Canonibus mulier inustè ducta sine solemnitatibus coniugij reuera vxor erat, sed dicebatur concubina, de quibus vxoribus iniustis agitur *in dict. cap. Christiano, d. cap. is qui, & Can.* 17. *Apost.* relato *in cap.* 1. 33. *dist.* quem ita de illegitimis nuptiis acceperunt P.P. sextæ Synodi Trul. *Can.* 3. vbi cum *in vers. qui verò*, clerico ad secundas nuptias transeunti suspensio indiceretur; *& in vers. cæterùm*, eadem suspensio, licèt ad breuiùs tempus imponeretur ei, qui viduam vxorem duxit, vel illegitimis nuptiis adhæsit, concluditur, ita restitui, & instaurari *Can.* 17. *Apost.* relatum *in d. cap.* 1. 33. *distinct.* intellexerunt ergo P.P. *in vers. qui verò nuptiarum*, verum & legitimum matrimonium, *in vers. cæterùm*, illegitimas nuptas, quas concubinatum vocarunt: non tamen inde inferas, vt fecit Basilius *de matrim. d. cap.* 57. in priscis Ecclesiæ canonibus semper concubinam accipi pro iniusta vxore; contrarium enim verius est, videlicet plerumque concubinas accipi pro solutis, & inhonestis contubernalibus, vt *in cap. dicat* 32. *quæst.* 4. *cap. ancillam, cap. non omnis* 32. *quæst.* 2. & aliis authoritatibus, in quibus concubinarios amplexus Ecclesia improbauit, seueráque vltione compescuit, quas congerunt Claud. Spentæus *de bono contin. lib.* 2. *cap.* 6. Germon. *lib.* 1. *animad. cap.* 11.

Huic perdoctæ interpretationi epistolæ Clement. libet alias addere, quas à Præceptoribus in maximo Salmanticensi Athenæo accepi; D. Petr. Baocarroyo *in cap.* Quintauallis, *n* 68. *de iure iur.* affirmauit D. Clementem tantum asserere communes esse vxores non quoad vsum, sed quoad obsequium, sæpè laudatus, licèt nunquam satis laudandus D. Franciscus Randoli *in d. cap. aliter, cap.* 1. *num.* 6. docet Clementem in ea epist. suadere intendere omnia debere esse communia, ad quam sententiam adstruendam tam diuinis, quam humanis litteris contexuit epistolam suam, & tandem referens cuiusdam sapiétissimi viri apud Græcos, hoc est Platonis sensum (qui promiscuum vxorum vsum in sua republica permisit:) ait omnia esse debere amicorum. *In omnibus autem sunt sine dubio & coniuges*, (in illa videlicet Platonis republica) sed hæc verba non ad approbandam similem vxorum communionem refert D. Clemens, sed ad adstruendam suam sententiam argumento formato à maiori; fuerunt enim aliquæ barbaræ nationes, apud quas communio vxorum vigebat, quas referunt Alexand. ab Alexand. *lib.* 1. *dier. genial. cap.* 24. Strobæus *serm.* 42. Polyd. Virgil. *de inuent. rer. lib.* 1. *cap.* 4. Roman. *tom.* 2. *reip. gentil. lib.* 3. *c.* 11. Lactantius *lib.* 3. *instit. cap.* 21. inter quas refertur Platonis respublica, vt tradunt Tiraquell. *in l.* 7. *connub. num.* 38. Baronius *anno* 33. Vnde vt D. Clemens adstrueret sententiam suam videlicet apud fideles iuxta Catholicam charitatem omnia debere esse communia adducit Platonis doctrinam, non vt eam probet, eam enim communionem vxorum, vt probrum à natura, & iuri diuino contrariam Ecclesiæ P.P. abhorruerunt D. Chrysostom. *homil.* 1. *In Ioann.* Epiph. *lib.* 2. *cap.* 32. Tert. *in Apolog. c.* 39. Iust. *in Orat. ad Ant.* Minut. *in Octau.* GONZALEZ.

De eisdem si idôlis tantùm munus dederunt.	*De eisdem si idôlis tantum munus dederint.*
Canon III.	***Canon III.***
Item Flamines qui non immolauerunt, sed munus tantùm dederunt, eò quòd se à funestis abstinuerint, sacrificijs, placuit, in fine præstare eis communionem: facta tamen legitima pœnitentia. Item ipsi, si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, vlteriùs eis non esse dandam communionem, ne lusisse de Dominica communione videantur.	Item Flamines qui non immolauerint, sed munus tantum dederint, eò quòd se à funestis abstinuerint sacrificiis, placuit, in fine præstari eis communionem: facta tamen legitima pœnitentia. Item ipsi, si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, vlterius eis non esse dandam communionem, ne lusisse de Dominica communione videantur.

CAPVT

A

CAPVT NONVM.

Qui olim ſacrificati dicerentur, qui libellatici.

POſtquam egerunt Epiſcopi de ſacrificatis, in duobus canonibus præcedentibus (vocabant olim ſacrificatos, eos qui ſacrificium deorum vel agebant, vel quoquomodo iuuabant) nunc agunt de libellaticis, de his videlicet, qui vt non cogerentur ſacrificare, munus dabant, eo pretio vitæ & idololatriæ exterioris periculum & infamiam redimentes, & Chriſtianiſmi profeſſionem quodam modò confuſione abnegantes. Pro munere autem libellos expoſcebant, vel ipſi, vel alij eorum nomine à magiſtratibus, vt his velut ſecuritatis præſidio muniti à
B ſatellitum ſe audacia furoréque defenderent. Horum autem libellorum formulam quam illi obſignabant expreſſam nobis reliquit D. Cyprianus [l] ad Antonianum.

[Ego priùs legeram, & Epiſcopo tractante cognoueram, non ſacrificandum idôlis, nec ſimulachra ſeruum Dei adorare debere; & idcirco ne hoc facerem, quod non licebat (cum occaſio libelli fuiſſet oblata) ad magiſtratum vel veni, vel alio eunte mandaui, Chriſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non poſſe, dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam.]

Hos autem libellaticos nota turpitudinis inuſtos teſtatur idem Cyprianus,
C quòd cùm vitæ periculo fidem ſemel ſuſceptam conſtanter non profiterentur. [Nunc tamen (inquit) etiam iſte qui libello maculatus eſt, poſteaquam nobis admonentibus didicit, nec hoc ſe facere debuiſſe, etſi manus pura ſit, & os eius feralis contagia nulla polluerint, conſcientiam tamen eius eſſe pollutam: flet auditis nobis, & lamentatur, & quod deliquerit, nunc admonetur; & non tam crimine, quàm errore deceptus, quòd iam de cætero inſtructus & paratus ſit, conteſtatur.] Idem, [m] [Nec ſibi (inquit) quo minùs agant pœnitentiam, blandiantur, qui etſi nefandis ſacrificiis manus non contaminauerunt, libellis tamen conſcientiam polluerunt. Et illa profeſſio denegantis, conteſtatio eſt Chriſtiani quod fuerat abnuentis: feciſſe dixit, quidquid alius faciendo commiſit. Cumque ſcriptum ſit; [o] Non poteſtis duobus dominis ſeruire, ſeruiuit ſæculari domino, obtemperauit eius edicto, magis obaudiuit humano imperio, quàm Deo.
D Viderit, an timore, vel dedecore, vel crimine apud homines publicauerit, quod admiſit: Deum tamen iudicem ſubterfugere & vitare non poterit; cum dicat Spiritus ſanctus in Pſalmis [p]: Quod eſt imperfectum meum, viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur. Et iterum [q]: Homo videt in facie, Deus autem in corde, Ipſe quoque Dominus præmoneat & præſtruat dicens [r]: Et ſcient omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutator renis & cordis. Perſpicit ille abdita, & ſecreta atque occulta conſiderat [s]. Nec Dei oculos poteſt aliquis euadere dicentis: Ego Deus approximans, & non Deus à longinquo: ſi abſconditus fuerit homo in abſconditis, ego ergo non videbo eum? Nonne cœlum & terram ego impleo? Videt ille corda & pectora ſingulorum, & iudicaturus eſt non tantùm de factis, ſed & de verbis, & de cogitationibus noſtris: omnium mentes voluntateſque conceptas in ipſis adhuc clauſi pectoris latebris intuetur. Denique quanto & fide maiores & timore meliores ſunt, qui quamuis nullo ſacrificij aut libelli facinore conſtricti,
E quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipſum apud ſacerdotes Dei dolenter & ſimpliciter confitentes, exomologeſim conſcientiæ faciunt, animi ſui pondus exponunt, ſalutarem medellam, paruis licèt & modicis vulneribus exquiruut; ſcientes ſcriptum eſſe: Deus non deridetur, derideri & circumueniri Deus non poteſt, nec aſtutia aliqua fallente deludi. Plus imò delinquit, qui ſecundùm hominem, Deum cogitans, euadere ſe pœnam criminis credit, ſi non palàm crimen admiſit. Chriſtus in præcepti ſuis dicit: Qui confuſus me fuerit, confundetur cum filiis hominis, & Chriſtianum ſe putat, qui Chriſtianus eſſe confunditur, aut veretur? quomodo poteſt eſſe cum Chriſto, qui ad Chriſtum pertinere aut erubeſcit, aut metuit?] Eandem libellorum oblatorum turpitudinem ad deuitandum periculum vitæ & ſacrificij faciendi

[l] *D. Cyprian. epiſt. 52. ad Antonian. cap. 4.*

[m] *Idem lib. de Lapſis, cap. 11.*

[o] *Matth. 7.*

[p] *Pſalm. 138.*

[q] *1. Reg. 13.*

[r] *Apoc. 2.*

[s] *Hierem. 23.*

Galat. 6.

Marc. 8.

notant & exaggerant Presbyteri & Diaconi Romæ consistentes scribentes ad Cyprianum [t]. [Hoc nos (aiunt) non falsò dicere superiores nostræ literæ probauerunt, in quibus vobis sententiam nostram dilucida expositione protulimus aduersus eos, qui se ipsos infideles illicita nefariorum libellorum professione prodiderant; quasi euasuri irretientes illos diaboli laqueos viderentur, quo non minus quàm si ad nefarias aras accessissent, hoc ipso quòd ipsum contestati fuerant, tenerentur.] Quare quemadmodum sacrificati à Martyribus literas confessorias exposcebant, vt sua intercessione à pœnis idololatriæ ab Episcopis absoluerentur: sic etiam & hi libellatici, vt idem Cyprian.[u] testatur. [Item cum comperissem eos qui sacrilegis contactibus manus suas atque ora maculassent, vel nefandis libellis nihilominus conscientia polluissent, exambire ad Martyres passim, Confessores quoque importuna & gratiosa deprecatione corrumpere, vt sine vllo discrimine atque examine singulorum, darentur quotidie libellorum millia contra Euangelij legem.] Huius autem turpitudinis libellaticorum rationem propriis depinxit coloribus Tertullianus [x]. [Sed quo meum est (inquit) fugio, ne peream, si negauero. Illius est, si voluerit, etiam fugientem me reducere in medium. Hoc mihi priùs respondè, certus es te negaturum, si non fugeris, an incertus? Si enim certus, iam negasti: quia præsumendo te negaturum, id despopondisti, de quo præsumpsisti, & vanè iam fugis ne neges: qui si negaturus es, iam negasti. Si verò incertus es, cur non ex æqualitate incerti metus inter vtrumque euentum, etiam confiteri te posse præsumis, & saluum magis fieri, quo minùs fugias? Sicut negaturum te præsumis, vt fugias. Iam nunc aut in nobis est vtrumque, aut totum in Deo. Si in nobis est confiteri, aut negare, cur non id præsumimus, quod est meliùs; id est confessuros nos? nisi si vis confiteri pati non vis. Nolle autem confiteri, negare est. Si verò in Deo totum est, cur non totum relinquimus arbitrio eius? agnoscentes virtutem & potestatem, quòd possit nos sicut fugientes educere in medium, ita & non fugientes, imò & in medio populo conuersantes obumbrare. Quale est vt ad fugiendum, Deo honorem reddas, qui possit te etiam fugientem producere in medium, ad contestandum autem inhonores illum, desperans potentiam protectionis ab illo? Quare non magis ex hac parte constantiæ & fiduciæ in Deum, dicis: Ego quod meum est, facio, non discedo. Deum si voluerit, ipse me proteget? Hoc potiùs nostrum est, stare sub Dei arbitrio, quàm fugere sub nostro. Rutilius sanctissimus martyr, quum toties fugisset persecutionem de loco in locum, etiam periculum (vt putabat) nummis redemisset, post totam securitatem, quam sibi prospexerat, ex inopinato apprehensus, & Præsidi oblatus, tormentis dissipatus (credo pro fugæ castigatione) dehinc ignibus datus, passionem quam vitarat, misericordiæ Dei retulit. Quid aliud voluit Dominus nobis demonstrare hoc documento, quàm fugiendum non esse; quia nihil fuga profit, si Deus, nolit?] Sed elegantiùs, copiosiùs, & magis ad rem idem auctor [y]. [Porrò (ait) qui quærit, an persecutio fugienda sit, sequentem quoque iam prospiciat necesse est: an si fugienda non est, redimenda certè sit. Vltro igitur & de hoc tibi suggeram, definiens persecutionem, quam constat non esse fugiendam proinde nec redimendam. Pretium interest. Cæterùm sicut fuga redemptio gratuita est, ita redemptio numaria, fuga est. Certè & huius, timiditatis consilium est. Quod times, redimis: ergo fugis. Pedibus stetisti, cucurristi numis. Hoc ipsum quod stetisti ex redemptione, fugisti. Vt autem redimas hominem tuum numis, quem sanguine suo redemit Christus, quàm indignum Deo, & dispositioni eius [z], qui filio suo non pepercit pro te, vt fieret maledictum pro nobis; quia [a] maledictus, qui pependerit in ligno: qui [b] tanquam ouis ad victimam ductus est, & tanquam agnus ante tondentem, sic non aperuit os; sed posuit dorsum suum in flagella, maxillas autem in palmas, & faciem non auertit à sputaminibus, & inter iniquos deputatus est, & [c] traditus in mortem, mortem autem crucis. Totum hoc vt nos à peccatis lucraretur. Sol cessit diem emptionis nostræ. Apud inferos emancipatio nostra est, & stipulatio nostra in cœlis [d]: subleuatæ sunt portæ sempiternæ, vt introiret Rex gloriæ, Dominus virtutum hominem de terris, imò ab inferis, mercatus in cœlos. Quis est nunc qui aduersus illum reluctatur [e]? imò depretiat, & mercedem eius tam magno comparatam, pretiosissimo scilicet sanguine, commaculat? Iam ergo meliùs fugere quàm fieri viliorem; si non tanto sibi constabit homo, quanti constitit Domino, & Dominus quidem illum redemit [f] ab angelis munditenentibus potestatibus, à spiritalibus nequitiæ, à tenebris huius

[t] *Extat inter epist. Cyprian. n. 31. c. 2.*

[u] *Cyprian epist 15. ad presbyter. & Diacon. Romæ con*

[x] *Tertull. lib. de fuga ad Fabium c. 5.*

[y] *Idem c. 12. & 12.*

[z] *2. Roman 8.*
[a] *Galat. 3.*
[b] *Esai. 53.*

[c] *Philipp. 2.*

[d] *Psalm. 13.*

[e] *1. Corinth. 6.*

[f] *Ephes. 6.*

Digitized by Google

A huius æui, à iudicio æterno, à morte perpetua. Tu autem pro eo paſciſceris cum delatore, vel milite, vel furunculo aliquo præſide, ſub tunica & ſinu (quod aiunt) vt furtiuo quem coram toto mundo Chriſtus emit imò & manumiſit Hunc ergo liberum pretio æſtimabis, & pretio poſſidebis, niſi eo tem; quanto (vt diximus) Domino conſtitit, ſanguine ſuo ſcilicet? Vt quid ergo de homine Chriſtum redimis in homine, in quo Chriſtus eſt? Non aliter & Simon facere tentauit quum pecuniam Apoſtolis obtulit pro ſpiritu Chriſti. Audite ergo & iſte qui ſe redimens, Chriſti ſpiritum redemit: Pecunia tua tecum ſit in interitum; quoniam gratiam Dei pretio conſequendam putaſti. Quis tamen abnegatorem ſpernat? Quid enim dicit ille Concuſſor? Da mihi pecuniam, certè ne eum tradat: ſiquidem non aliud venditat, quàm quod præſtaturus eſt præmio tuo. Cùm das, vtique ne tradaris voluiſti. Non traditus autem, traduci, habebas; ergo dum nolendo tradi, non vis traduci, nolendo negaſti, quod te eſſe traduci noluiſti. Imò inquis, dum nolo traduci quod ſum, confeſſus id eſſe quod nolo traduci; id eſt, Chriſtianum. Potes itaque te martyrem vindicare, conſtanter oſtendiſſe Chriſtum. Redimens, non oſtendi? Apud vnum ſi fortè confeſſus es, ergo, & apud plures nolendo confiteri negaſti. Ipſa ſalus iudicabit hominem excidiſſe, dum euadit. Excidit ergo qui maluit euaſiſſe Negatio eſt etiam martyrij recuſatio, Chriſtianus pecunia ſaluus eſt: & in hoc numos habet ne patiatur, dum aduerſus Deum erit diues. At enim Chriſtus ſanguine fuit diues pro illo. Felices itaque pauperes, quia ipſorum eſt (inquit) regnum cœlorum; qui animam ſolùm in confiſcato habent. Si non poſſumus Deo ſeruire & Mammonæ, poſſumus & à Deo redimi & à Mammona? Quis enim magis ſeruiet Mammonæ, quàm quem Mammonas redemit? Poſtremò, quo exemplo vtèris in redemptionem traditionis? Apoſtoli tractantes, perſecutionibus agitati, quando ſe pecunia liberarunt? quæ illis vtique non deerat, ex prædiorum pretii ad pedes eorum depoſitis, certè multis locupletibus credentibus viris ac fœminis, qui his etiam refrigeria ſubminiſtrabant Quando Oneſiphorus, aut Aquila, aut Stephanus, hoc modo eis in perſecutione ſuccurrerunt? Paulus quidem, cùm Felix Præſes pecunias acceptarum ſe pro eo à diſcipulis ſperaſſet, de quo & ipſe in ſecreto tractauit cum ipſo, neque ipſe pro ſe, neque diſcipuli pro eo numerauerunt. Illi vtique diſcipuli, qui flentes quòd Hieroſolymam tendere perſeueraret & perſecutiones prædicatas illic non præcaueret, poſtremò inquiunt, fiat voluntas Dei Quæ iſta voluntas? vtique vt pateretur pro nomine Domini, non vt redimeretur. Oportet enim, quomodo Chriſtus animam ſuam poſuit pro nobis, ita fieri pro eo & à nobis, nec tantùm pro ipſo, imò etiam pro fratribus propter ipſum Quod Ioannes docens, non & pro fratribus numerandum, ſed moriendum potiùs pronunciauit Nihil intereſt, ſi quem Chriſtianum redimere non debeas, aut emere, & adeò voluntas Dei, ſic eſt. Ab apice regnorum & imperiorum, vtique à Deo, diſpoſito ſtatu: in cuius manu cor regis, tanta quotidie ærario augendo proſpiciuntur remedia cenſuum, veſtigalium, collationum, ſtipendiorum; nec vnquam vſque adhuc ex Chriſtianis tale aliquid proſpectum eſt, ſub aliquam redemptionem capitis & ſectæ redigendis, cùm tantæ multitudinis nemini ignotæ fructus ingens meti poſſet. Sanguine empti, ſanguine numerati, nullum numerum pro capite debemus: quia caput noſtrum Chriſtus eſt. Non decet Chriſtum pecunia conſtare. Quomodo & martyria fieri poſſent in gloriam Domini ſi tributo licentiam ſectæ compenſaremus? Itaque qui eam præmio paciſcitur, diſpoſitioni diuinæ aduerſatur. Cùm igitur nihil nobis Cæſar indixerit in hunc modum ſtipendiariæ ſectæ, ſed nec indici vnquam tale quid poſſit: Antichriſto iam inſtante, & in ſanguinem, non in pecunias hiante Chriſtianum, quomodo mihi proponere poteſt ſcripturam eſſe, reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari? Miles me, vel delator, vel inimicus concutit, nihil Cæſari exigens, imò contra faciens, cùm Chriſtianum legibus humanis reum mercede dimittit. Alius eſt denarius quem Cæſari debeo, qui ad eum pertinet de quo tunc agebatur, tributarius, à tributariis ſcilicet, non à liberis debitus: aut quomodo reddam, quæ ſunt Dei, Deo, vtique proinde imaginem & moneram ipſius, inſcriptam nomine eius, id eſt, hominem Chriſtianum? Quid autem Deo debeo, ſicut denarium Cæſari, niſi ſanguinem, quem pro me filius fudit ipſius? Quòd ſi Deo quidem hominem & ſanguinem meum debeo, nunc verò in eo ſum tempore, vt quod Deo debeo, expoſtuler; vtique fraudem Deo facio, id agens, ne quod debeo ſoluam. Benè obſeruaui præceptum, Cæſari reddens, quæ ſunt Cæſaris, Deo verò, quæ ſunt Dei abnegans. Sed & omni petenti me dabo in cauſa eleemoſynæ, non in concuſſuræ. Petenti (inquit): porrò qui incutit, non petit. Qui comminatur, ſi non acceperit, non

B C D E

1. Corinth. 6. Actor 8.
Matth. 5.
Matth. 6. Actor. 4. & 5.
1. Ad Tim. 1. & 4.
Actor. 18.
Actor. 5. & 7. Actor. 24.
Actor. 21.
1. Ioan. 3.
Proverb. 21.
1. Corinth. 6.
Epheſ. 4. & 5.
Matth. 22.
Ibidem.

Luca.6. non poſtulat, ſed extorquet. Non eleemoſynam expectat; qui non miſerendus, ſed timendus venit. Dabo igitur miſericordiæ, non timiditatis meæ nomine, vbi qui accepit, Deum honorat, & benedictionem mihi reddit: non vbi amplius ſe benefactum præſtitiſſe credit, & prædam ſuam aſpiciens, dicit: De reatu iraſcar & inimicum. *Roman. 13. Luca. 6.* Sed inimicitiæ & alios habet titulos. Non tamen dixit, traditorem aut perſecutorem, aut concuſſorem: nam huic quanto magis carbones accruabo ſuper caput, ſi non me redemero? Proinde inquit: Qui tibi tunicam ſuſtulerit, vel etiam pallium, concede. Ad eum pertinet, qui rem, non qui fidem meam eripere quæſierit. Concedam & pallium non minanti traditionem. Si minatus fuerit, etiam tunicam repoſcam. Omnium iam nunc Dominicarum ſuæ ſunt & cauſæ & regulæ termini, non infinitum, nec ad omnia ſpectant. Atque adeò, omni petenti dari iubet, ipſe ſignum petentibus non dat. *Idem. Luca 11.* Alioquin ſi omnibus paſſim petentibus dandum putas, tu mihi videris, non dico vinum febricitanti, ſed etiam venenum, aut gladium mortem deſideranti daturus. *Luca 6.* Facite autem vobis amicos de Mammona, quomodo intelligendum ſit, parabola præmiſſa te doceat, ad populum Iudaicum dictum, qui commiſſam ſibi rationem Domini cum malè adminiſtraſſet, debere de Mammonæ hominibus, quòd nos eramus, amicos ſibi potiùs proſpicere, quàm inimicos, & releuare nos à debitis peccatorum, quibus Deo detinebamur, ſi nobis id Dominica ratione conferrent, vt cùm cœpiſſet ab his deficere gratia, ad noſtram fidem refugientes reciperentur in tabernacula æterna. Quamuis nunc puta aliam interpretationem parabolæ & ſententiæ iſtius, dum ſcias veriſimile non eſſe, vt concuſſores noſtri in amicitiam redacti per Mammonam, recipiant tunc nos in tabernacula æterna. Sed quid non timiditas perſuadebit, quaſi & fugere ſcriptum permittat, & redimere præcipiat? Patum denique eſt, ſi vnus aut alius ita eruitur, maſſaliter totæ Eccleſiæ tributum ſibi irrogauerunt. Neſcio dolendum, an erubeſcendum ſit, cum in matricibus beneficiariorum & curioſorum, inter tabernarios, & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones, Chriſtiani quoque vectigales continentur. Hanc Epiſcopatui formam Apoſtoli prouidentiùs condiderunt, vt regno ſuo ſecuri, frui poſſent ſub obtentu procurandi. Scilicet enim talem Chriſtus ad Patrem regrediens, mandauit à militibus per Saturnalitia redimendam. *Matth. 22.* Sed quomodò colligemus, inquis, quomodò Dominica ſolemnia celebrabimus? Vtique quomodò & Apoſtoli, fide, non pecunia tuti: quæ fides ſi montem transferre poteſt, multo magis militem, eſto ſapientia, non præmio cautus. Neque enim ſtatim & à populo eris tutus, ſi officia militaria redemeris. Vna ergo tibi & fides & ſapientia ad tutelam opus eſt: quibus non adhibitis, redemptionem tuam potes perdere: adhibitis, haud redemptionem deſiderare.] Hæc in Hiſpania & Africa ad conſeruandam Chriſtianæ fidei integritatem ſumma ſeueritate Hiſpani & Africani Epiſcopi conſtituerunt. Aliter autem D. Petrus Martyr, *Pet. Alex. can 13.* Epiſcopus Alexandrinus. [His enim (inquit) qui pecuniam dederunt, vt ab omni improbitatis moleſtia omni ex parte remoti eſſent, crimen intendi non poteſt, damnum enim & iacturam pecuniarum ſuſtinuerunt, ne ipſi animæ detrimento afficerentur, vel ipſam etiam perderent: quod alij propter turpe lucrum non fecerunt: cùm Dominus dicat: Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Vel quam commutationem dabit homo pro anima ſua? Et rurſum: Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ; in his enim apparuerunt Deo ſeruire exoſis conculcatis contemptiſque pecuniis, & in eo conpleuerunt, quod ſcriptum eſt; pretium redemptionis animæ hominis propriæ diuitiæ, nam & in *Matth. 8. Luca 9. Matth. 6.* actis Apoſtolorum legimus, eos qui pro Paulo & Syla Theſſalonicæ ad magiſtratus trahebantur, datis multis pecuniis fuiſſe dimiſſos. Poſtquam enim ipſos propter nomen multum oneraſſent, & multitudinem magiſtratúſque perturbaſſent, ab Iaſone inquit, & reliquis ſatisdatione accepta, eos dimiſerunt. Fratres autem noctu protinus Paulum & Sylam miſerunt in Beroeam] Hæc Petrus martyr. Quæ tametſi ad eam Hiſpaniæ & Africæ ſeueritatem redacta non ſint, locum tamen habere aliquando poterunt: cum videlicet, aut fidei, aut religionis, aut Eccleſiæ iacturam, vel fratrum offendiculum, qui periculum patitur minimè extimeſcat; vel cum vberiorem ex hac redemptione fructum ſpiritualem in ſe & Eccleſiam redundaturum ſperet, in quo percipiendo & augendo pij viri totis debent viribus inuigilare. Si in Hiſpania ergo Flamines à ſacrificiis ſe abſtinuerunt, munus tamen dederunt, vt ſe à ſacrificando liberarent, pœnitentiam acturi ſunt: in fine tamen communio illis non denegatur. Quod etſi peccatum graue ſit, non tamen eſt viſum tanta pœna dignum,

A dignum, quanta ſacrificantibus ſuperiori canone decreta eſt. Libellaticos enim minùs quàm ſacrificatos peccare, ipſa rei geſtæ natura argumento eſt; docuitque apertiſſimè D. Cyprianus [g] ad Antonianum. [Nec tu exiſtimes (inquit) frater cariſſime, ſicut quibuſdam videtur libellaticos cum ſacrificatis æquari oportere, quando inter ipſos etiam qui ſacrificauerint, & conditio frequenter & cauſa diuerſa ſit. Neque æquandi ſunt illi, qui ad ſacrificium nefandum ſtatim voluntate proſiliuit, & qui reluctatus & congreſſus diu ad hoc funeſtum opus neceſſitate peruenit; ille qui ſe & omnes ſuos prodidit, & qui ipſe pro cunctis ad diſcrimen accedens, vxorem, & liberos & domum totam periculi ſui perfunctione protexit: ille qui inquilinos, vel amicos ſuos ad facinus compulit, & qui inquilinis & colonis pepercit; fratres etiam plurimos, qui extorres & profugi recedebant, in ſua tecta & hoſpitia recepit; oſtendens & offerens Domino multas viuentes & incolumes animas, quæ pro vna ſaucia deprecentur. Cùm ergo B inter ipſos qui ſacrificauerint, multa ſit diuerſitas, quæ inclementia eſt, & quàm acerba duritia, libellaticos cum his qui ſacrificauerint, iungere? quando is cui libellus acceptus eſt, dicat: Ego priùs legeram, & Epiſcopo tractante cognoueram, non ſacrificandum idôlis, nec ſimulacra ſeruum Dei adorare debere: & idcirco ne facerem, quod non licebat (cum occaſio libelli fuiſſet oblata) quem nec ipſum acciperem, niſi oſtenſa fuiſſet occaſio, ad magiſtratum vel veni, vel alio eunte mandaui, Chriſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non poſſe; dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam.] Et poſt alia [h]. [Et ideò placuit, frater cariſſime: examinatis cauſis ſingulorum, libellaticos interim admitti, ſacrificatis, in exitu ſubuenire; quia exomologeſis apud inferos non eſt]

Quòd ſi munus dare alij pro libellaticis nolint intelligi, ſed pro his, qui ſumptus ſuppeditant ad profana deorum ſacrificia, nihil repugnabo; quinimò epigraphe canonis tam in editis, quàm MS. Codicibus, id demonſtrare videtur dum ait; De eiſdem, ſi idôlis tantum munus dederint. Hoc enim genus eſſe idololatriæ, Tertullianus [i] doctè monuit. [Planè ad ſacerdotium (inquit) & ſacrificium vocatus non ibo (proprium enim idôli officium eſt) ſed neque conſilio, neque ſumptu, aliaue opera huiuſmodi fungar.] [k] Idem [Sit nunc aliqua iuſtitia quæſtus ſecura de cupiditatis & mendacij obſeruatione, in crimen oſtendere idololatriæ eam opinor, quæ ad ipſam idolorum animam, & ſpiritum pertinet, quæ omne dæmonium ſaginat, an non illa principalis idololatria viderint, ſi eædem merces, thura dico & cætera peregrinitatis, ſacrificium idolorum. Etiam hominibus ad pigmenta medicinalia, nobis quoque inſuper ad ſolatia ſepulturæ vſui ſunt. Certè cùm pompæ, cùm ſacerdotia, cum ſacrificia idolorum, de periculis, de damnis, de incommodis, de cogitationibus, de diſcurſibus, negotiationibuſve inſtruuntur, quid aliud quàm procurator D idolorum demonſtraris? Nemo contendat, poſſe hoc modo omnibus negotiationibus controuerſiam fieri. Grauiora delicta quæque pro magnitudine periculi diligentiam extendunt obſeruationis, vt non ab his tantùm abſcedamus, ſed & ab eis per quæ fiunt. Licèt enim ab aliis fiat, non intereſt ſi per me. In nullo neceſſarius eſſe debeo alij, cùm facit quod mihi non licet. Ex hoc quòd vetor facere, intelligere debeo curandum mihi eſſe, ne fiat per me. Denique in alia cauſa non leuioris reatus præiudicium iſtud obſeruo. Nam quòd mihi de ſtupro interdictum ſit, aliis eam rem nihil aut operæ aut conſcientiæ exhibeo. Nam quòd ipſam carnem meam à lupanaribus ſegregaui, agnoſco me neque lenocinium, neque id genus lucrum alterius cauſa exercere poſſe. Sic & homicidij interdictio oſtendit mihi laniſtam quoque ab Eccleſia arceri; ne per ſe non faciat, quod faciendum aliis ſubminiſtrat. Ecce magis proximum præiudicium. Si publicarum victimarum redemptor ad fidem accedat, permittes ei E in eo negotio permanere, aut ſi iam fidelis id agere ſuſceperit, retinendum in Eccleſia putabis? Non opinior, niſi ſi quis & de thurario diſſimulabit, ſcilicèt ad alios peruenit procuratio ſanguinis, ad alios odorum. Si antequam idôla in ſeculo eſſent, his mercibus adhuc informis idololatria tranſigebatur ſi & nunc ferè ſine idôlo opus idololatriæ & incendiis odorum perpetratur: ecquid maioris operæ & ergo dæmonia thurarius? nam faciliùs ſine idololatria, quàm ſine thurarij merce. Ipſius fidei cõſcientiam perrogemus, quo ore Chriſtianus thurarius, ſi per templa tranſibit, quo ore fumantes aras deſpuet, & exſufflabit quibus ipſe proſpexit? Qua conſtantia exorcizabit alumnos ſuos, quibus domum ſuam cellariam præſtat? Ille quidem ſi excluſerit dæmonium, non ſibi placeat de fide. Neque enim inimicum excluſit. Facilè debuit de eo impetrare, quem quotidie paſcit. Nulla igitur ars, nulla profeſſio, nulla negotiatio, quæ aut inſtruendis, aut formandis

Minus peccare libellaticos, quam ſacrificatos.

[g] *D. Cyprian. in epiſtol. 52. ad Antonianum. c. 4.*

[h] *Idem. c. 5.*

[i] *Tert. lib. de idolat. cap. 16.*

[k] *Idem. c. 11.*

mandis idôlis administrat, carere poterit titulo idololatriæ: nisi si aliud omnino interpretemur, idololatriam, quàm famulatum idolorum colendorum.] Patres etiam huius Concilij [l], eos Sacerdotes qui coronas sacrificantium deferrent, communione priuant biennio, si nec sacrificassent, nec de suis sumptibus aliquid idôlis præstitissent; hos enim omiserunt, quòd iam hoc canone pœna aduersus ipsos fuisset sancita: quæ originem habuit ab Apostolis, quos refert Clemens [m] decreuisse, vt si Christianus oleum ad sacra Gentilium, aut Synagogam Iudæorum, in festis eorum detulisset, aut lucernas incendisset, communione priuaretur: illi autem de quocumque Christiano; hi verò de solis Flaminibus ethnicorum ad fidem conuersis constituunt, ne quoquo modo sacrificiis idolorum consentire viderentur. Et ipsa hac de causa, peculiari huius Concilij decreto [n] cautum est, ne matronæ, vel earum mariti vestimenta sua ad ornandam secularitèr pompam darent, sub triennij excommunicatione.

Munus etiam dare, pro mercede loco eleemosynæ forsan alius interpretabitur: Gentes enim olim tam de sacris rebus, quàm profanis opes sibi vndecumque comparabant: qua ratione deorum simulacra quæ sanctiora habebantur, magis quæstuosa antistites efficiebant: deferebant illa secum, & eorum nomine stipes ad instaurationem templorum exigebant, aditúsque quotidianos venditabant. [Sed enim agri (scribit Tertullianus [o]) tributo onusti, viliores: hominum capita stipendio censa, ignobiliora: nam hæ sunt notæ captiuitatis, dij verò qui magis tributarij, magis sancti, imò qui magis sancti, magis tributarij: maiestas quæstuaria efficitur. Circuit cauponas religio mendicans, exigitis mercedem pro solo templi, pro aditu sacri: non licet deos nosse gratis, venales sunt.] Et post alia [p]. [Certè inquitis, templorum vectigalia quotidie decoquunt, stipes quotusquisque iam iactat: non enim sufficimus & hominibus & deis vestris mendicantibus opem ferre, nec putamus aliis quàm petentibus impartiendam. Denique porrigat manum Iupiter & accipiat, cùm interim plus nostra misericordia insumit vicatim, quàm vestra religio templatim.] Iustinus [q] Martyr, ex Menandro in Auriga.

Nullus foris ambulans Deus mihi placet:
Nullus qui familiam alloquatur in tabella.
Oportet iustum Deum
Domi manere, Seruantem erectos.

Et in Sacrifica.

Nullus Deus seruat, ò mulier,
Alterum hominem, per alterum: si quem enim Deum trahit,
Cymbalis homo quò vult,
Is qui hoc facit, maior est Deo.
Sed sunt hæc audaciæ & vitæ instrumenta,
Inuenta ab hominibus impudentibus,
Excogitata ridiculè in vita.

Clemens [r] etiam Alexandrinus [Menander certè comicus (ait) in Auriga, in actu qui dicitur suppositicius, inquit, nullus mihi placet Deus foris ambulans cum vetula, neque in domum ingrediens Metragyrtes (tales enim erant Metragyrtæ) vnde eis mendicantibus meritò dicebat Anthistenes. Non alo matrem deorum, quam dij alunt.] Solebant enim illi pro matris deorum simulacro mendicare: eam Berecynthiam vocat D. Augustinus [s] à Berecynthio Phrygiæ monte: Idæam D. Cyprianus [t], & Minutius Felix [u]: quòd in Ida eiusdem Phrygiæ monte coleretur. Alij volunt eam Iouis, Neptuni, Plutonis, & Iunonis fuisse matrem, sicque Rheam, Latinè Opem, & Cybelen quoque nuncupatam. Eius Sacerdotes singulis mensibus pecunias colligebant, pagos, vrbes, domos obeuntes ac mendicantes, simulacra ferentes in humeris. In Hispania autem id genus caritatis, siue religionis, siue superstitionis exercuisse infideles, tribuentes vel ad templa, vel ad sacrificia deorum stipem & munera, beatæ Iustæ & Rufinæ martyrum exempla probant, quæ inferiùs [x], referemus.

[l] *Canone 55.*
[m] *Clemens can. 70. Apostolorum.*
[n] *Canone 57.*
[o] *Tertull in Apologetico aduersus Gentes c. 13.*
[p] *Idem c. 42.*
[q] *Iustin. martyr in lib. de Monarchia.*
Idem.
[r] *Clem. Alex. in Oratione ad gentes.*
[s] *D. Aug. lib. 2. de ciuitate Dei c. 4.*
[t] *D. Cyprian. in lib. Quod idola non sunt dij.*
[u] *Minutius Felix in Octauio.*
[x] *Lib. 3. c. 45.*

COMMEN

A

COMMENTARII NOVI.

ILla vocabatur legitima pœnitentia, quæ erat ſecundum Canones Pontificios vt ex pœnitentiali Romano Theodori, & Beda patet. Apud Burchard. *lib.* 20. multa librorum pœnitentialium fragmenta citantur & *infra c.* 5. ſi quod fœmina. LOAYSAS.

Mirum eſt pœnitentiam requiri, vbi nullum eſt delictum. Sicut fuga mortem violentam euadere iuxta illud Chriſt. apud Matth. decimo capite: *Quando vos perſecuti fuerint, ex vna ciuitate fugite in aliam*, illicitum non eſt, ita vexationem corporis, ac vitæ oblatis muneribus, & pecunia redimere: malum non eſſe, exemplum Iaſonis, aliorumque Pauli Apoſtoli diſcipulorum *actor.* 17. data pecunia ſe redimentium teſtatur. Vnde rectè, & veriſſimè Petrus Martyr Epiſcopus Alexandrin. *Can.* 12. ſupra recenſito ſic ait: *His enim, qui pecuniam dederunt, vt ab omni improbitatis moleſtia omni ex parte remoti eſſent, crimen intendi non poteſt: Damnum enim, & iacturam pecuniarum ſubſtinuerunt ne ipſi animæ detrimento afficerentur, vel ipſam etiam perderent.* Qui vexam gentilium data pecunia redimebant, Libellatici, vt quidam male putant, non ſunt: ideò quod ij, quibus ſecuritatis libellus ob datam pecuniam à Magiſtratu conceſſus erat, priuſquam eum acciperent, priuatim per ſe, vel per ſuos miniſtros verbo, Chriſti fidem negare debuerint. Quouis pacto fidem negare, graue eſt peccatum. Periculum peccati adeoque grauiſſimum animæ damnum, pretio oblato redimere, non modo nullum peccatum, ſed potius actus eſt charitatis, quæ omnia bona corporis, ac fortunæ ſaluti animarum noſtrarum poſtponere iubet. Quod igitur hoc loco Sacerdotes vexam corporis oblatis muneribus ſub pœna aliqua redimere prohibentur, nouum eſt, inuſitatum, & à canonibus Petr. Alex. diſſonum: itaque cum certum ſit Epiſcopos huius Concilij in eo vehementiſſimè laborraſſe, vt fideles ab idololatria acrioribus minis intentatis abſterrerent ob cauſam quandam nobis incompertam hanc vexæ redemptionem, Sacerdotibus Eccleſiæ, præcerto tempore interdixiſſe, neceſſario dicendum eſt. Vide Baron. *anno* 305. *num.* 16. & 17. item *anno* 153. *n.* 20. & *anno* 305. *n.* 44. VINNIVS.

B

C

D

Qui non immolauerint: poterant non immolare, quamuis ſuis ſumptibus ſpectacula ederentur: nam aliquis alius Flamen poterat præeſſe, & præſidere.

Sed munus tantum dederunt, omnes hos canones de lapſis explicant nonnulli: ideo per munera, dona intelligunt, & pecuniam quam Præſidibus offerebant lapſi, ne ſacrificarent: verum munus hoc loco, ni fallor, ludos, & ſpectacula ſignificat, quæ Flamines præſtare tenebantur, & in quibus ſolebant ſacrificare: aiunt igitur Patres veniam iis eſſe concedendam in fine, qui Flamines fuerint, & non ſacrificauerint, quamuis ludos præbuerint, & munera, ſi modo hanc culpam legitima expiauerint pœnitentia.

E

In fine eis præſtari communionem, quam grauem, & acerbam vindictam exercebant in eos, qui ſacerdotia gentilium ambibant, aut ſuſcipiebant, quamuis non ſacrificarent!

Acta tamen, hoc eſt qui pœnitentiam ſibi impoſitam alacriter ſubierant: nam ſi eam aut neglexiſſent, aut ſegnius attipuiſſent aliter cum eis erat agendum: non autem hoc ita accipiendum, quaſi momento illo temporis, quo morerentur legitimam poſſent agere pœnitentiam.

Legitima pœnitentia, vt pœnitentia cenſetur legitima, non ſatis erat explere tempus conſtitutum ab Epiſcopo, vt volunt Garcias, & Vinnius, ſed ea legitima vocabatur, quam bona fide ducebant pœnitentes. & cum domi, & in Eccleſia nocte, & interdiu perpetuis ærumnis ſeſe exercerent, & lacrymis, fletibus, & multis præterea ſignis animi dolorem claim, & publicè teſtarentur. Illegitima autem dicebatur quando pœnitentes languidiùs eam ſubirent, & parum dolerent de peccatis, quamuis præſcriptum tempus explerent.

Si poſt pœnitentiam, id eſt ſi poſt conceſſam pœnitentiam, non verò expletam ſed conceſſam ab Epiſcopo, & ita accipiendum ſuadent, quæ priùs habentur, *in fine eis præſtari communionem*. Si enim in fine duntaxat præſtari debeat communio: certum eſt eo vſque pœnitentiam duraſſe, & conſtitutam fuiſſe. & non finiiſſe ante mortem: quarè illud, *poſt*, ſignificat, ſi poſt conceſſam pœnitentiam, & ſi cum agunt pœnitentiam eiuſmodi Flamines mœchantur.

Ne luſiſſe, ſed quomodo quæſo de communione ludere poterant, quam non poſſidebant? Nam agit de his qui perpetuæ pœnitentiæ eſſent addicti: ſed ludere de communione dicuntur, ſi peccant pœnitentes dum agunt pœnitentiam: quia quo tempore magis proſpicere deberent, ne ea indigni viderentur eo ipſo nouis peccatis ſeſe obligant.

De Dominica communione: quamuis Euchariſtia nonnunquam vocetur Dominica communio, ſimplex tamen communio, id eſt ius in ſocietate, & corpore fidelium hoc etiam nomine appellatur, quod vniat, & conglutinet pœnitentes corpori Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cæterum vides hunc canonem nihil minus aduerſari, quam canonibus Petri Alexandrini (vt exiſtimat Vinnius *in ſuis notis*) quibus licebat ab impiis ſacrificiis pecunia ſeſe redimere: nam hoc Canone agitur de Flaminibus, qui ludos ediderunt populo, & non ſacrificauerunt, vt diximus, non verò de his qui pecunia obtinuerant à Præſidibus, ne ſacrificarent. ALBASPINÆVS.

Illa vocabatur legitima pœnitentia, quæ erat ſecundum Canones Pontificios; vt ex Pœnitentiali Romano Theodori, & Bedæ patet. Sed mirum eſt, pœnitentiam requiri, vbi nullum eſt delictum, ſicut fuga mortem violentam euadere iuxta illud Chriſti apud Matth. capite 10. *cum autem perſequuntur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam.* Illicitum non eſt ita vexationem corporis, ac vitæ oblatis muneribus, & pecunia redimere: malum non eſſe exemplum Iaſonis, aliorumque Pauli Apoſtoli diſcipulorum *act.* 17. data pecunia ſe redimentium teſtatur. Vnde rectè, & veriſſimè P. Martyr Epiſcopus Alexandrinus ſic ait: *His enim qui*

pecuniam dederunt, vt ab omni improbitatis molestia omni ex parte remoti essent; crimen intendi non potest: damnum enim, & iacturam pecuniarum subsitinuerunt, ne ipsi anima detrimento afficerentur, vel ipsam etiam perderent. Quòd igitur hoc loco Sacerdotes vexationem corporis oblatis muneribus sub pœna aliqua redimere prohibentur, nouum est, inusitatum, & à Canonibus Petri dissonum. Itaque cum certum sit Episcopos huius Concilij in eo vehementissimè laborasse, vt fideles ad idololatria acrioribus minis intentatis absterrerent: ob causam quamdam nobis incompertam hanc vexæ redemptionem Sacerdotibus Ecclesiæ pro certo tempore interdixisse, necessariò dicendum est. Vide Baronium *anno* 305. *n.* 16. & 17. item *anno* 253. *num* 20. & *anno* 305. *num.* 44. vel possèt dici, & fortassè magis ad mentem Canonis, quòd quia ad idola accedentes, non solum sacrificia funesta celebrabant: verum & munera eisdem Idolis offerebant, ideò quia Sacerdotes à primo abstinuerunt, quod est grauius, non verò à secundo, quod erat minus graue: & propterea Patres Concilij non tam grauem pœnam eis indixerunt. CORIOLANVS.

Notum est lapsorum duplex genus olim fuisse: alij dicebantur sacrificati thurificati, vel idololatræ; alij vero appellabantur libellatici, Albaspinæus *lib.* 1. *observ. c.* 21. per totum Georgius Ambian. *ad Tertul. de fuga c.* 12. *obseru.* 1. sacrificati dicebantur qui quomodocumque immolabant, vel immolata gustabant: thurificati, qui Idolis thus obtulerant; Idololatræ, qui quemlibet religionis cultum publice Diis exhibebant. Libellatici vero erant, qui Christum negare nolentes, priuatim per se, vel per alios à Magistratibus libellos securitatis impetrabant, ne ampliùs inquirerentur, impensâ & solutâ certâ pecuniæ quantitate: de his passim D. Cyprianus *epist.* 31. 52. & 68. vbi notarunt Pamelius, & *Rigaltius.* Diuersum genus ab his erant eorum, qui statim atque audiebant promulgatum edictum aduersus Christianos ne caperentur, vel iacturam aliquam in bonis paterentur, suæ negationis libellos offerebant Præsidi, de quibus D. Cyprianus epist. 5. lin. 13. *vel nefandis libellis nihilominus conscientiam polluissent*, & epist. 4 lin. 1. *Basilidem, & Martialem libellis idololatriæ maculatos.* & epist. 7. *illicita nefariorum libellorum professione prodiderunt*, epist. 3. lin. 1. *vel sacrificio, vel libello esse maculatam* Plin. Iun. *lib.* 10. *epist.* 97. notarunt, Baronius *anno* 253. Albaspin. *lib.* 1. *obseru. c.* 21. De libellaticis, qui pecuniam Præsidi dederunt, ne Diis sacrificare cogerentur præsentem Canonem accipi non posse sequentia euincunt; primum, nam nullum fuisse crimen vexationem pecuniâ redimere constat ex facto Iasonis, & aliorum relato *Act. Apost. c.* 17. qui satisdatione data, hoc est vt interpretatur S. Petr. Martyr. *epist. Alex. can.* 12. pecuniarum largitione facta se redemerunt à vexatione Gentilium, & Iudæorum Thessalonic. iuxta illud prouerb 13. *pretium redemptionis animæ hominis propriæ diuitiæ.* Et contra Tertull. ex Montani doctrina id negantem probat Baron. *anno* 205. Secundum quia etsi libellatici pecunia redempti aliqua reprehensione digni essent; quia vt se à munere sacrificandi redimerent, munus obtulerant, non tamen PP. Illiberini ad tam diuturnam, & austeram pœnitentiam eos adegisse credi potest, præcipue cum in *Can.* 55. huius Concilij biennij tantum pœnitentia iniungatur Paganorum Sacerdotibus, qui coronas sacrificantium gestassent, quod crimen profectò grauius est, quam pecunia corporis cruciatus, & tormenta redimere. Vnde alia est huius Canonis mens, aliusque census, quem vt assignemus sciendum est Christianos duplici ex causa Gentilium Sacerdotia obire consueuisse, ambitione videlicet, aut necessitate. Ambitione, cum quidam spreta religione, cupiditate gloriæ accensi Flaminium sibi deferri, vehementer efflagitabant, quo facilius, editione spectaculorum, & scenæ pompa imperitæ multitudinis applausum, & acclamationem promererentur: de his Cyrillus Episcopus Tarraconensis epist. 5. in illis verb. *De his verò qui acta pœnitentia tanquam canes, ac sues ad vomitus pristinos & voluptabra redeuntes, & militia cingulum, & ludicras voluptates &c.* & epist. 24. c. 4. ibi: *neque de curialibus aliquem ad Ecclesiasticum ordinem venire posse, qui post Baptismum, vel coronati fuerint, vel Sacerdotium, quod dicitur subsitinuerint, & editiones publicas celebrauerint.* Necessitate, quia cum iure Romanorum Sacerdotia essent munera patrimonialia, Christiani curiales, aut amplissimæ substantiæ illa munera subire cogebantur *l.* 8. *C. de muner. patrimon. lib.* 10. Sacerdotium enim Prouinciæ munus patrimoniale est, veluti Athlarchia; nam qui eo fungitur, edit certamina, & ludos in honorem Deorum: munera autem patrimonialia, à quocumque subsitineri oportere, constat ex titulo C. de muner. patrimon. Vnde Christiani suo quasi ordine, ac vice, in Prouincia, in qua commorabantur, designati Flamines, cogebantur Sacerdotium admittere, munerumque publicorum procurationem gerere. Siue igitur vltro eos honoris gradus appeterent Christiani, siue ad illos suscipiendos aliquando essent adacti, certum est & gentilium sacerdotio perfunctos, & sacris profanorum, & paganorum fuisse præfectos, quod Ecclesia euellere non poterat, cum persequutionum procellis premeretur, imò & in *Canon.* 41. huius Concilij PP. succensent Dominis Christianis, vt in domibus Idola retineant, si tradi, & traduci à seruis metuunt, dum ab eorum cultu se abstineant.

Deinde sciendum est nullam fuisse apud Gentiles Præfecturam, nulla Sacerdotia, quæ ludis non initiarentur, & spectaculis, Tertull. *de spectac. c.* 12. ibi: *transit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viuentium: Quæsturas dico, & Magistratus, & Flaminia, & Sacerdotia*, & c. vlt. *Vt talia spectes, vt talibus exultes, quis tibi Prætor, Consul, aut Quæstor, aut Sacerdos de sua liberalitate præstabit?* l. C. Theod. de spectac. *Magistratus, & Sacerdotiorum editiones, quæ aut in Ciuitatibus, aut certè in his debent exigi, quas deleuit antiquitas*: l. 8. C. de muner. patrim. lib. 10. *Si de proprio suo patrimonio munera editionem tuo nomine Pater tuus repromisit, ideoque etiam Sacerdotem creare impetrauit onus erogationis commune omnium heredum eius esse Præses Prouinciæ non ignorauit.* Quapropter numero quinq; liberorum subnixi in Asia Sacerdotiũ suscipere non cogi Imperator Seuerus constituit in *l.* 1. *C. de prin. Parent. l.* 10. de quo num. accipit textum *in l. nec;* 5. *C. de muner. patr.*

Vbi

A Vbi Symmachius *disp.* 8. *num.* 19. nec vt credo immodicis ludorum sumptibus illi vexarentur, statutum fuit, vt nullus in Prouinciis, nisi semel Sacerdotium iterare cogeretur *l. sponsi ff. de num. & honor.* Plura de his ludis, & spectaculis à Sacerdotibus, & Prouinciarum Flaminibus editis pro expositione text *in l. ad Sacerdotium 25. l. Africani* 145. *l. exceptis* 176. *C. Theodos. de Decurion.* congerunt Cuiac. *lib obser. c.* 13. & in *l.* 6. *ff. de excusat. tut.* Pancirol. *in notit. c.*105. *& lib.* 2. *variar. c.*258. P. Faber. *lib.* 3. *semestr. c.*1. *in fine*, Gothofred. *in l. in honoribus* 8. *de vacat. munerum*, Iuretus *in notis ad Symmachum lib* 4. *epist.*61. Bullenger. *lib.*9. *de Imper. Roman. c.*69. Pamel. Cerda, & Georgius Ambian. ad Tertull. *de spectat. c.*11. Guther. *de iure Pontif. lib.*3. *c.*20. Tandem obseruandum est his ludis tam Romæ, quam in Prouinciis præesse Sacerdotes, & Flamines, vt probat Gutherus *d. c.*20. & in eis plerumque idololatriæ iungi homicidium, & mœchiam. Cùm enim sacrificia ibi Idolis fierent, quid perari poterat nisi obscœnitates, & homicidia, Tertul. de spectacul. vbi proximè: *publica libidinis bestiæ in scena proferuntur, per quæ omnis ætatis, omnis dignitatis ora transducuntur.* Cum ergo spectaculum sine Idolo, nec ludus sine sacrificio ederetur iuxta Cyprianum lib. de spectac ibi: *quod spectaculum sine Idolo, qui ludus sine sacrificio?* Christiani, qui Sacerdotium suscipere cogebantur, ludos, spectacula, & scenas edebant, vbi obuia homicidia, & impudicitiæ erant. D. Hieronymus in vita S Hilarionis ibi: *Sed Italicus eiusdem opidi municeps Christianus aduersum Gazensem Decemnirum Marna Idolo deditum Circenses Equos nutriebat, venit ad B. Hilarionem; cumque subrideret, cur enim non magis equorum pretium pro salute animæ tuæ pauperibus erogas? Ille respondit, functionem esse publicam, & hoc non tam se velle, quàm cogi.* Facit celebris locus Eusebij *lib.*4 *c.*15. vbi refert, quod cum S. Polycarpo mors esset infligenda: Philippus quidam Asiarcha, id est, Sacerdos Asiæ cum Epheſi esset Sacerdotij sui expleto tempore, postulante populo, vt in Polycarpum; Leonem immitteret: respondit munus se dedisse, & sic liberum, solutumque manere videri: his dictis succlamabant, & à Philippo Præside Asiæ petebant, vt Polycarpo Leonem immitteret; quibus ille respondit, non hæc licere sibi, eo quod munus venandi iam adimpletlet, quem locum exponunt, & conferunt *cum c.* 19. *act. Apost.* Cuiac. *in l. vnic. C. de peric. succeſſ. parent. lib* 10. Albaspin. *lib.*1. *obseru c.*22.

B Quibus ita animaduersis iam apparet verus sensus huius Canonis, & antecedentis: in illo enim agunt PP. de Flaminibus, ideſt, Sacerdotibus Gentilium qui non solum munus dederunt, ideſt ludos, & spectacula ediderunt, verum sacrificauerunt in ipsis, vt moris erat iuxta B. Cyprianum *supra* relatum, vnde cum idololatriá in ipso sacrificandi munere homicidium, quod frequenter in ipsis spectaculis, & ludis contingebat, accesſit, & etiam mœchia, quæ semper aderat in his ludorum editionibus iuxta Tertull. *supra* relatum; illis ergo nec in fine concedunt PP. communionem. Statim in illo Canone de eisdem Flaminibus agentes, qui etsi Christiani essent sacerdotium ambierant, aiunt, quod si non sacrificauerunt; sed munus tantum dederunt, ideſt ludos populo ediderunt, eo quod se abstinuerunt à funestis sacrificiis, ideſt homicidiis, quæ in ipsis plerumque contingebant, eis in fine præstandam esse communionem peracta legitima pœnitentia PP. decreuerunt. Item si ipsi post pœnitentiam sibi iniunctam, & acceptam non tamen adhuc peractam, sed consistentes adhuc in pœnitentiæ gradibus mœchati fuerint, tunc nec in fine esse illis dandam communionem ne luisse de Dominica communione videantur, cum quô tempore eos pœniteret, iterum peccauerint, & admissi ad pœnitentiam cum spe recipiendi communionem, quasi ludentes in mœchiam inciderint. Quo casu iuxta Can. 7. huius Concilij nec in fine dabatur communio, vt iam præsenserunt Albaspin *lib.*1. *obser. c.*32. Ambian. ad Tertull. *de pudicit. cap.* 29. *propos.* 3. GONZALEZ.

C

ITEM, SI POST POENITENTIAM fuerint mœchati, placuit vlteriùs eis non esse dandam, communionem; ne lusisse de Dominica communione videantur.

SI flamines, accepta in exitu, post peractam pœnitentiam, communione, conualuerint, & iterum mœchiæ sordibus se inquinarint, placuit Patribus, à communione posteà perpetuò repelli, ne lusisse de communione Dominica videantur. Id ipsum erga pœnitentes mœchos iidem Patres constituerunt [y]. [Si quis fortè fidelis (aiunt) post lapsum mœchiæ, post tempora constituta acta pœnitentia, denuò fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.] Rectè enim à Clemente Alexandrino [a] admonemur, veram pœnitentiam non videri, sæpe veniam petentis de iis quæ quis sæpe peccauit.

Communionis autem verbum in hoc Concilio toties repetitum, [b] de Dominica Corporis & Sanguinis Christi communione intelligendum est: nam quam communionem priùs dixerant Episcopi generali nomine, posteà reddita prohibitionis ratione, magis peculiari, Dominicam nuncuparunt. Quod obseruarunt etiam posteà dum

[y] *Can.* 7.

[a] *Clemens Alex. lib.* 2. *Strom. ante medium.*

[b] *Can.* 47. & 58.

definierunt, quòd ſi vir habens vxorem, mœchiæ crimine implicaretur, vlteriùs non ederet de communione pacis vel panis: quorum poſteriora verba abundè declarant de communione ſiue ſuſceptione Euchariſtiæ intelligenda priora: nec de abſolutione pœnitentis commodè poſſe explicari, vt Robertus Bellarminus [c] & alij recentiores contendunt, pro ſana & Catholica doctrina, alienam à ſancto Concilio ſententiam ſubſtituentes, cùm præter alia ex canone XXII. conſtet hæreticis pœnitentibus abſolutionem non negari, reprobato antiquo Nouatiani errore, vt in eius explicatione probabimus. Olim in primitiua Eccleſia communionis nomine Euchariſtiam intelligi reddita eius ratione, docet D. Dionyſius Areopagita [d]. [Ac primùm quidem (ait) illud piè inſpiciendum, cuius rei gratia, quod aliis quoque venerandis diuiníſque myſteriis commune vocabulum eſt, huic præ cæteris præcipuè ac peculiariter applicetur: vt ſingulariter communio, ſiue ſocietas, & ſynaxis, ſiue collectio dicatur. Nempe enim & vnaquæque ſacramentalis inſtitutio id agit, vt noſtras vitas in plura diuiſas, in vnicum illum ſtatum (quo Deo iungimur) colligat: diuiduorúmque noſtrorum diuina collectione, nobis eius quod verè vnum eſt, ſocietatem vnitatémque induiduam largiatur. Dicimus ergo cætera ſacrarum rerum ſigna (quorum nobis ſocietas indulgetur) huius diuinis profectò conſummantibúſque muneribus perfici. Neque enim ferme fas eſt Sacerdotalis muneris myſterium aliquod peragi, niſi diuinum iſtud Euchariſtiæ auguſtiſſimúmque Sacramentum compleat: quæ (ſingula cùm peraguntur) & eius qui perficitur collectionem ad vnum illud vnicum ſacratius operetur: & diuinitùs indulto Sacramentorum cœleſtium munere, ipſius ad Deum conſortium peragat, atque perficiat. Si igitur vnumquodque ſacerdotale myſterium ex ſe imperfectum, noſtram ad illud omnino communionem collectionémque non perficit, ac per id quod perficiendi vim non habet, fermè etiam nomen amittit: finis autem ac principalis omnium ratio in eo eſt, vt diuinorum myſteriorum, is qui perficitur, particeps fiat: meritò ſacerdotalis ſacroſancta prudentia ex rerum effectu proprium illi verúmque cognomen inuenit.] Id à magiſtro Paulo hauſiſſe Dionyſius videri poteſt, dum ad Corinthios ſcribens, ait [e]. [Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?] Lucas etiam [f]. [Erant (inquit) perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis.]

[c] Robert. Bellarm. 1. tom. de controuerſ. Chriſtian. fid. controuerſ 7. lib. 2.

[d] B. Dionyſ. Areopagit. de Eccleſ. Hierar. p. 1. c. 3.

[e] 1. ad Corinth. 10.

[f] Luc. Actuum. 2.

De eiſdem, ſi catechumeni adhuc immolant, quando baptizabuntur.	*De eiſdem, ſi catechumeni adhuc mœchauerint, quando baptizentur.*
Canon IV.	*Canon IV.*
Item, Flamines ſi fuerint catechumeni, & à ſacrificiis abſtinuerint, poſt triennij tempora, placuit ad baptiſmum admitti debere.	Item, Flamines ſi fuerint catechumeni, & ſe à ſacrificiis abſtinuerint, poſt triennij tẽpora, placuit ad baptiſmum admitti debere.

CAPVT DECIMVM.

Cur Flaminibus triennij, cùm reliquis biennij ad percipiendum baptiſmum, tempus præſcribatur.

HActenus de Flaminibus iam baptizatis & fidelibus: nunc autem de his qui nondum ſancto lauacro regenerati, ſed velut immortalitatis candidati, nomen, ſtudium, & ſtatum Catechumenorum profitebantur: hos enim informari & eruditi volunt Patres, doctrina Chriſtiana per triennium, nec anteà aditum patére illis ab baptiſmum; quòd conſentaneum non cenſerent ſtatim fieri fideles, qui fidei vix nomen agnouerant; nec rectè poſſe abſque Chriſto, & Chriſtianæ doctrinæ cognitione fieri ſtatim Chriſtianos; neque Euangelico pane, & ſolidiori cibo eos poſſe ſuſtentari, qui Chriſtiano lacte nondum eſſent enutriti. Eueniret enim ſic facilà

A facilè, vt vel ab hæreticis transuersi abductíque perirent; ni priùs annorum trium interuallo in Christianæ religionis cognitione altiores egissent radices D. item Clemens [a], [Oportet (ait) vt primùm discedat à contrarijs, deinde ingrediatur mysteria, deleta priùs à corde omni improbitate, macula & sordibus: atque hoc modo sancta percipiat Nam vt diligens agricola purgat priùs agrum à succrescentibus spinis, deinde triticum serit; sic debetis vos, priùs expulsa omni impietate constituere pietatem, & ad baptismum accedere. Etenim Dominus noster ita nobis præcepit, dicens [b] Docete priùs omnes gentes; & posteà subiunxit, Et baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.] Vnum autem & idem tempus eruditendis Catechumenis non omnes Ecclesiæ definierunt, sed vel contractius, vel longius, vt varia ipsarum consuetudo, vt varia Catechumenorum conditio, vt ingenia varia, & varia tandem morum integritas, religionisque ac pietatis desiderium postulabant. Maximo enim delectu, & catecheseos magistrum, & magisterij catecheses, & catechizandi tempus, & omnia tandem auditorum indoli accommodabant; ne vel minimo Episcopi ad præstantem tantæ rei curam deesse viderentur. Quare quæ in hoc canone, *& in canone XLII. infrà constituuntur*, pugnantia non sunt, tametsi in illo biennij, in hoc autem triennij tempus definiatur: nam in illo de omnibus generali sermone; in hoc verò peculiari ratione de Flaminibus agitur: quos, qua pluribus doctrinæ præceptis erant imbuendi, annis pluribus in statu detinendos catechumenorum decernitur. Huc etiam accedit, literatos homines difficiliùs credere, ideóque oportere, & doctioribus magistris, & longioris temporis interuallo religionis disciplina informari. Quod Lactantius [c] sensisse videtur, dum ait: [Nam illa omnia quæ verbis carent, id est aëris & neruorum suaues soni possunt facilè contemni, quia non adhærent, nec scribi possunt. Carmen autem compositum, & oratio cum suauitate decipiens capit mentes, & quò voluerit impellit. Inde homines literati, si non fuerint ab aliquo perito doctore fundati, minùs credunt: assueti enim dulcibus & politis, siue orationibus, siue carminibus, diuinarum literarum simplicem communémque sermonem pro sordido aspernantur: id enim quærunt quod sensum demulceat.] Quare cum Arnobius, adhuc ethnicus, in ciuitate Sicca iuuentutem institueret ad declamandum, & in somnis esset adactus, vt flagitaret baptismum, non antèà illum impetrasse ab Episcopis refert Hieronymus [d], quàm profanam quam profitebatur Ethnicorum religionem, libris impugnasset: quòd sibi non possent persuadere sincero illum animo religionem Christianam velle profiteri, sed, solùm mysteria perdiscere, quæ irrideret posteà cum Gentilibus. Qua de causa luculentissimos illos libros septem aduersus Gentes elaborauit, atque his velut obsidibus datis pietatis fœdus impetrauit ab Episcopo.

[a] *D. Clemens l. 7. Constit. Apostol. c. 40.*

[b] *Matth. 28.*

B

[c] *Lactantius lib. 6. diuinarum instit. c. 21.*

C

Ni propiùs dicamus, triennij tempus ad baptismum percipiendum ideò hîc Flaminibus assignari, quòd de Flaminibus decernant Patres, in ipso baptisterij limine consistentibus, & impudicitiæ crimine peccantibus, de quibus sub mœchiæ nomine in canone qui præcessit, his enim voluerunt pœnitentiæ causa, anno vno baptismum differri, cum biennium cæteris præscriberetur; vt ipsa gratiæ dilatio, culpæ sordes purgaret, & peccantis crimen puniret. Quod fuisse olim in Ecclesia commune dicemus posteà [e]. Sententiam hanc probat correcta epigraphe, & in principio canonis dictio illa, Item. Tot autem decretis, tot Patrum sanctionibus, tot pœnis propositis Hispanorum animos ab impudicitia deterreri, si quis miretur, memoria repetat, quòd mille ab hinc centum & quod excurrit annis, de propensis ad carnis illecebras Hispanorum animis Saluianus [f] scripsit. [Quid Hispanias (ait) nonne vel eadem vel maiora forsitan vitia perdiderunt? quas quidem cœlestis ira etsi aliis quibuslibet barbaris tradidisset, digna tamen flagitiorum tormenta tolerauerunt puritatis inimici. Sed accessit hoc ad manifestandam impudentiæ damnationem, vt VVandalis potissimum, id est publicis barbaris traderentur. Dupliciter in illa Hispanorum captiuitate Deus ostendere voluit, quantum & odisset acriùs libidinem, & diligeret castitatem, cum VVandalos ob solam maximè pudicitiam illis superponeret, & Hispanos ob solam vel maximè impudicitiam subiugaret. Quid enim? Nunquid non erant in omni orbe terrarum barbari fortiores, quibus Hispani traderentur? Multi absque dubio, imò, ni fallor, omnes. Sed ideò ille infirmissimis hostibus cuncta tradidit, vt ostenderet scilicet non vires valere, sed causam: neque non tunc ignauissimorum quorundam hostium fortitudine

Biennium assignatur can. 72.

[e] *Lib. 3. c. 60.*

[f] *Saluian. lib 7. de prouidentia Dei.*

obrui, ſed ſola vitiorum noſtrorum impuritate ſuperari, vt verè in nos venerit dictum illud, quod ait ad Iudæos Dominus: [g] Secundùm immunditias ſuas, & ſecundùm iniquitates ſuas feci illis: & auerti faciem meam ab eis. Et alibi ad Gentem ipſam [h]: Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo, & vngulis, inquit, equorum ſuorum omnes plateas conculcabunt, & populum tuum gladio interficient. Completa in nos ſunt omnia quæ ait ſermo diuinus, & iura verborum cœleſtium luit pœna cunctorum.]

g Ezechiel. 38.

h Deut. 28.

COMMENTARII NOVI.

Si fuerint Catechumeni. Vbi ſtatuerunt de fidelibus, mox de Catechumenis agunt, in quo leniùs multo, & mitiùs animaduertunt, quam infideles, vt alibi dicemus capite de pœnitentia Catechumenorum. Sed quid agendum eſſet ſi Catechumeni Flamines ſacrificarent? Non explicant Patres, neſcio an gratia baptiſmi in perpetuum priuarentur; non exiſtimo tamen, ſed quantum coniicere poſſum, ante mortem non baptizabantur. ALBASPINÆVS.

Catecheſis tempus non vnum, idemque ſemper fuit in Eccleſia, ſed pro temporis varietate diuerſum, vt dicemus infra in *Can.* 42. Triennium aſſignatum lego iis, qui ad percipienda fidei myſteria propter ingenij imbecillitatem tardiores erant, de quibus D. Clemens *lib.* 8 *conſtit. cap.* 38. ita ſtatuit: *qui catecheſi erudiendus eſt, per tres annos erudiatur, quod ſi virtute præditus ſit, & erga ſcripturam ſtudium oſtendat recipiatur: quoniam non tempus, ſed animus æſtimatur.* Idem etiam triennium aſſignatum fuit iis, qui turpiſſimo idololatriæ crimine fidem eiurabant. Illi enim cùm ſceleris commiſſi labem diuturno tempore diluere deberent, per tres annos in Catecheſi perſiſtebant, Synodus Nicæna can. 14. *De Catechumenis lapſis ſancto, & magno Concilio placuit; vt tribus annis ſint inter audientes.* Ex quibus verbis rectè perpenſis lucem accipit præſens Canon, nam cùm affirment PP. Concilij Nicæni Catechumenum lapſum debere eſſe inter audientes apertè docent triennium illud non tantum aſſignari Catecheſi, verum & pœnitentiæ; liquidem inter audientes, id eſt inter pœnitentes conſiſtentes in ſecundo gradu, qui vocabantur audientes, (vt probant Lautmeter *lib.* 2. *de veteri Cleric. Mon. cap.* 60. Gibalinus *de clauſura diſquiſit.* 3. *c.* 1. §. 6. *n.* 33.) licet non me lateat duobus prioribus Eccleſiæ ſæculis audientes appellari Catechumenos, qui fidei myſteris inſtrui inhiantes, aures doctrinæ accommodabant, vt probat Pamel. *in not. ad D. Cyprianum epiſt.* 13. & 24. & ad Tertull. *de pœnit. c.* 26. Sed ſequentibus ſæculis audientes propriè dicebantur, qui in ſecundo pœnitentiæ gradu erant, vt probatur ex plurimis Conciliorum Canonibus, quos congerunt Gibalinus *d. c.* 2. §. 6. *num.* 33. Morinus *lib.* 2. *exercit. cap.* 3. Zonaras *in not. ad Can.* 11 & 12. *Concilij Nicæni.* Vnde dum PP. in præſenti Can. triennium aſſignant Flaminibus Catechumenis, accipiendi ſunt de Flaminibus, qui aut ſacrificauerunt, aut munera ediderunt, de quibus in duobus præcedentibus Canonibus egerant, quibus triennium præſcribunt non tantum ad Catecheſim, & fidei inſtructionem, verum vt cum pœnitentibus in gradu audientium conſiſtant: nec nouum eſt in Eccleſia Catechumenis lapſis aliquod tempus ad peragendam pœnitentiam aſſignari, ſiquidem infra in *can.* 14. 45. & 67. Concilio Neocæſar. *can.* 5. diuerſa pœna ſtatuitur Catechumenis, ac fidelibus notauit Albaſpin. *lib.* 1. *obſerv. c.* 1. GONZALEZ.

Si domina per zelum ancillam occiderit.	*Si domina per zelum ancillam occiderit.*
Canon V.	*Canon V.*
Si qua fœmina furore zeli accenſa, flagellis verberauerit ancillam ſuam, ita vt intra tertium diem, animam cum cruciatu effundat, eo quòd incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit: ſi voluntate, poſt ſeptem annos: ſi caſu, per quinque annorum tempora, acta legitima pœnitentia ad communionem placuit admitti. Quòd ſi infra temporum conſtituta fuerit infirmata, accipiat communionem.	Si qua domina furore zeli accenſa, flagellis verberauerit ancillam ſuam, ita vt intra tertium diem, animam cum cruciatu effundat, eo quòd incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit: ſi voluntate, poſt ſeptem annos: ſi caſu, poſt quinquennij tempora, act legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quòd ſi intra tempora conſtituta, fuerit infirmata, accipiat communionem.

CAPVT

A

CAPVT VNDECIMVM.

Quid Zelus, quid Zelotypia.

EXstat canon hic apud Rabanum in pœnitentium libro cap. 14. Pœnitentiale Romanum, apud Antonium Augustinum titul. 1. c. 4 Iuonem p. 15. c. 22. & 248. Burchard. lib. 6. c. 19. Anselmum lib 11. c. 36. Gratianum in c. si qua fœmina 50. distinct. & ante eos apud Concilium VVormacienſe c. 39. & Moguntinum sub Rabano Archiepiſcopo c. 22. Sed Pœnitentiale Romanum & Concilium Moguntinum & vetuſti CC. manuſcripti, domina, pro fœmina habent.

B

LAtinum nomen, zelus à Græco ζῆλος, quod æmulatio eſt, ortum tradunt: ea tamen, vt Tullio [a] placuit, ægritudo eſt, ex eo quòd alter quoque potiatur eo, quod ipſe concupieris. Chryſippus apud Laërtium [b] inter zelum & zelotypiam diſtinxit. Zelum voluit eſſe dolorem ex eo quòd alius potiatur eo, quod quiſque cupit: zelotypiam verò dolorem ex eo quòd adſit alteri, quod ipſe quiſque habeat: ſed alterum iam pro altero vſurpari video. Eiuſmodi malum, aptè furorem vocarunt huius Concilij Patres, quòd inter animi perturbationes hæc vehementiſſima ſit, quippe quæ mentem perturbet, & veluti furore quodam veſano, modò huc, modò illuc mentem trahat & impellat, & ad quoduis malum aggrediendum commoueat. Ea viri quandoque laborant, ſed fœminæ vehementiùs: mala enim omniain marito, vel eo quem ardentiùs amant, æquioribus oculis aſpiciunt, quàm illorum pellices.

[a] *Cic. lib. 4. Tuſc.*
[b] *Laërtius in Zenone Citiæo.*

C

Nec hoc ſolùm zelotypiæ malo mulieres voluptati ſeruientes laborant, ſed quantumlibet modeſtæ, honeſtæ, & viris ſuis indulgentes, non tam voluptatis gratia, quàm honoris, quem ſibi iure debitum, iniuria eripi vident. [Quòd ſi Sara (inquit Ambroſius [c]) moderationem non tenuit, quæ tenebit?] Ante Ambroſium, Ariſtoteles [d]. [Maximus (inquit) honor eſt ſobriæ mulieri, ſi cernat virum ſuum obſeruantem ſibi caſtitatem, nec de vlla muliere magis cogitantem, ſed præ cæteris omnibus hanc, & ſuam, & fidam ſibi exiſtimantem: tanto enim magis ſtudebit mulier ſe talem præſtare, quanto ſe cognouerit fideliter atque iuſtè à viro diligi. Ergo prudentem ignorare non decet, qui parentibus, qui vxori, & filiis honores conueniant: vt tribuens vnicuique quæ ſua ſunt, iuſtus & ſanctus habeatur: pergrauiter enim vnuſquiſque fert honore ſuo priuari. Nec ſi aliena quis permulta tribuat, contentus erit, ſi ſua ſibi auferantur. Nihil verò magis ſuum eſt vxori, nec magis illi à viro præſtandum, quàm ſancta & intemerata ſocietas. Quapropter non decet hominem ſanæ mentis, vbicumque contigerit, ſemen exponere, ne de vilibus & iniquis, ſimiles liberis legitimis procreentur: ex quo & vxor honore ſuo priuatur, & filiis iniuria fit, ac ſibi pro his omnibus dedecus incumbit.] His enim de cauſis à pellicibus concubiniſque deberent omnes abſtinere, nobiliores præcipuè; ne præter iniuriam quæ Deo fit & vxori, ſibi etiam, filiis & familiæ toti, quam Philoſophus docet, parent infamiam. Cimon Athenienſis patrem, quem optimum habuit, & belliciis rebus clariſſimum, matri plebeiæ, tenuiſſimæque & contemptæ fortunæ poſtpoſuit, quoniam mater operam dederat, vt filios ex optimo viro ſuſciperet, parens verò nihil minus curaſſet. Quare idem Ariſtoteles [e] grauiter reprehendit Agamemnonem, quòd raptam mulierem atque ignoram vxori prætulerit, ex qua liberos ſuſceperat, contrà verò Vlyſſem immortalitate dignum ex ſententia Homeri arbitratur, quòd rogantem Atlantis filiam, & æternitatem pollicentem à concubitu reiecit, & cum Circe, quæ ſuam & ſociorum ſalutem promittebat, manere recuſauerit.

[c] *Ambroſ. lib. de Abrah. c. 4.*
[d] *Ariſt. lib. 2. Oeconomic. c. 2.*

D

E

[e] *Idem c. 3.*

COMMENTARII NOVI.

SAtis conſtat, vt opinor, nonnullis in locis, hæc peccata mœchiæ, ſcilicet homicidij, & idololatriæ perpetua olim pœnitentia damnata fuiſſe, & primis illis temporibus Eccleſiam his legibus ſteriſſe, vt patet ex Tertulliano, & aliis; deinde humaniùs eam homicidas habuiſſe, & in fine eos in ſocietatem admiſiſſe, vt legimus in 21. *Can.* Concil. Ancyrani: verum quo primum tempore, & qua primum authoritate eis ante finem pepercerit, non tam liquido conſtat, atque de mœchia, & idololatria: certum nihilominùs eſt ex hoc Canone, & Ancyrano hanc diſcipli-

Luca.6. non postulat, sed extorquet. Non eleemosynam expectat: qui non miserendus, sed timendus venit. Dabo igitur misericordiæ, non timiditatis meæ nomine, vbi qui accepit, Deum honorat, & benedictionem mihi reddit: non vbi amplius se benefactum præstitisse credit, & prædam suam aspiciens, dicit: De reatu irascar & inimicum. *Roman. 13. Luca. 6.* Sed inimicitiæ & alios habet titulos. Non tamen dixit, traditorem aut persecutorem, aut concussorem: nam huic quanto magis carbones aceruabo super caput, si non me redemero? Proinde inquit: Qui tibi tunicam sustulerit, vel etiam pallium, concede. Ad eum pertinet, qui rem, non qui fidem meam eripere quæsierit. Concedam & pallium non minanti traditionem. Si minatus fuerit, etiam tunicam reposcam. Omnium iam nunc Dominicarum suæ sunt & causæ & regulæ termini, non infinitum, nec ad omnia spectant. Atque adeò, omni petenti dari iubet, ipse signum petentibus non dat. *Idem. Luca 11. Luca 6.* Alioquin si omnibus passim petentibus dandum putas, tu mihi videris, non dico vinum febricitanti, sed etiam venenum, aut gladium mortem desideranti daturus. Facite autem vobis amicos de Mammona, quomodo intelligendum sit, parabola præmissa te doceat, ad populum Iudaicum dictum, qui commissam sibi rationem Domini cum malè administrasset, debere de Mammonæ hominibus, quòd nos eramus, amicos sibi potiùs prospicere, quàm inimicos, & releuare nos à debitis peccatorum, quibus Deo detinebamur, si nobis id Dominica ratione conferrent, vt cùm cœpisset ab his deficere gratia, ad nostram fidem refugientes reciperentur in tabernacula æterna. Quamuis nunc puta aliam interpretationem parabolæ & sententiæ istius, dum scias verisimile non esse, vt concussores nostri in amicitiam redacti per Mammonam, recipiant tunc nos in tabernacula æterna. Sed quid non timiditas persuadebit, quasi & fugere scriptum permittat, & redimere præcipiat? Parum denique est, si vnus aut alius ita eruitur, massaliter totæ Ecclesiæ tributum sibi irrogauerunt. Nescio dolendum, an erubescendum sit, cum in matricibus beneficiariorum & curiosorum, inter tabernarios, & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones, Christiani quoque vectigales continentur. Hanc Episcopatui formam Apostoli prouidentiùs condiderunt, vt regno suo securi, frui possent sub obtentu procurandi. Scilicet enim talem Christus ad Patrem tegrediens, mandauit à militibus per Saturnalitia redimendam. Sed quomodò colligemus, inquis, quomodò Dominica solemnia celebrabimus? Vtique quomodò & Apostoli, fide, non pecunia tuti: quæ fides si montem transferre potest, multo magis militem, esto sapientia, non præmio cautus. Neque enim statim & à populo eris tutus, si officia militaria redemeris. Vna ergo tibi & fides & sapientia ad tutelam opus est: quibus non adhibitis, redemptionem tuam potes perdere: adhibitis, haud redemptionem desiderare.] Hæc in Hispania & Africa ad conseruandam Christianæ fidei integritatem summa seueritate Hispani & Africani Episcopi constituerunt. Aliter autem D. Petrus Martyr, *Pet. Alex. can 13.* Episcopus Alexandrinus. [His enim (inquit) qui pecuniam dederunt, vt ab omni improbitatis molestia omni ex parte remoti essent, crimen intendi non potest, damnum enim & iacturam pecuniarum sustinuerunt, ne ipsi animæ detrimento afficerentur, vel ipsam etiam perderent: quod alij propter turpe lucrum non fecerunt: cùm Dominus dicat: Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Vel quam commutationem dabit homo pro anima sua? Et rursum: Non potestis Deo seruire & Mammonæ; in his enim apparuerunt Deo seruire exosis conculcatis contemptisque pecuniis, & in eo conpleuerunt, quod scriptum est; pretium redemptionis animæ hominis propriæ diuitiæ, nam & in *Matth. 8. Luca 9. Matth. 6.* actis Apostolorum legimus, eos qui pro Paulo & Syla Thessalonicæ ad magistratus trahebantur, datis multis pecuniis fuisse dimissos. Postquam enim ipsos propter nomen multum oneraſſent, & multitudinem magistratúsque perturbassent, ab Iasone *Actuum 17.* inquit, & reliquis satisdatione accepta, eos dimiserunt. Fratres autem noctu protinus Paulum & Sylam miserunt in Beroeam] Hæc Petrus martyr. Quæ tametsi ad eam Hispaniæ & Africæ seueritatem redacta non sint, locum tamen habere aliquando poterunt: cum videlicet, aut fidei, aut religionis, aut Ecclesiæ iacturam, vel fratrum offendiculum, qui periculum patitur minimè extimescat; vel cum vberiorem ex hac redemptione fructum spiritualem in se & Ecclesiam redundaturum speret, in quo percipiendo & augendo pij viri totis debent viribus inuigilare. Si in Hispania ergo Flamines à sacrificiis se abstinuerunt, munus tamen dederunt, vt se à sacrificando liberarent, pœnitentiam acturi sunt: in fine tamen communio illis non denegatur. Quod etsi peccatum graue sit, non tamen est visum tanta pœna

dignum,

A dignum, quanta ſacrificantibus ſuperiori canone decreta eſt. Libellaticos enim minùs quàm ſacrificatos peccare, ipſa rei geſtæ natura argumento eſt; docuiſtque apertiſſimè D. Cyprianus [g] ad Antonianum. [Nec tu exiſtimes (inquit) frater cariſſime, ſicut quibuſdam videtur libellaticos cum ſacrificatis æquari oportere, quando inter ipſos etiam qui ſacrificauerint, & conditio frequenter & cauſa diuerſa ſit. Neque æquandi ſunt illi, qui ad ſacrificium nefandum ſtatim voluntate proſiliuit, & qui reluctatus & congreſſus diu ad hoc funeſtum opus neceſſitate peruenit; ille qui ſe & omnes ſuos prodidit, & qui ipſe pro cunctis ad diſcrimen accedens, vxorem, & liberos & domum totam periculi ſui perfunctione protexit: ille qui inquilinos, vel amicos ſuos ad facinus compulit, & qui inquilinis & colonis pepercit; fratres etiam plurimos, qui extorres, & profugi recedebant, in ſua tecta & hoſpitia recepit; oſtendens & offerens Domino multas viuentes & incolumes animas, quæ pro vna ſaucia deprecentur. Cùm ergo B inter ipſos qui ſacrificauerint, multa ſit diuerſitas, quæ inclementia eſt, & quàm acerba duritia, libellaticos cum his qui ſacrificauerint, iungere? quando is cui libellus acceptus eſt, dicat: Ego priùs legeram, & Epiſcopo tractante cognoueram, non ſacrificandum idôlis, nec ſimulacra ſeruum Dei adorare debere: & idcirco ne facerem, quod non licebat (cum occaſio libelli fuiſſet oblata) quem nec ipſum acciperem, niſi oſtenſa fuiſſet occaſio, ad magiſtratum vel veni, vel alio eunte mandaui, Chriſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non poſſe; dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam.] Et poſt alia [h]. [Et ideò placuit, frater cariſſime, examinatis cauſis ſingulorum, libellaticos interim admitti, ſacrificatis, in exitu ſubuenire; quia exomologeſis apud inferos non eſt]

Quòd ſi munus dare alij pro libellaticis nolint intelligi, ſed pro his, qui ſumptus ſuppeditant ad profana deorum ſacrificia, nihil repugnabo; quinimò epigraphe canonis tam in editis, quàm MS. Codicibus, id demonſtrare videtur dum ait; De eiſdem, ſi idôlis tantum munus dederint. Hoc enim genus eſſe idololatriæ, Tertullianus [i] docte monuit. [Planè ad ſacerdotium (inquit) & ſacrificium vocatus non ibo (proprium enim idôli officium eſt) ſed neque conſilio, neque ſumptu, aliaue opera huiuſmodi fungar.] [k] Idem [Sit nunc aliqua iuſtitia quæſtus ſecura de cupiditatis & mendacij obſeruatione, in crimen oſtendere idololatriæ eam opinor, quæ ad ipſam idolorum animam, & ſpiritum pertinet, quæ omne dæmonium ſaginat, an non illa principalis idololatria viderint, ſi eædem merces, thura dico & cætera peregrinitatis, ſacrificium idolorum. Etiam hominibus ad pigmenta medicinalia, nobis quoque inſuper ad ſolatia ſepulturæ vſui ſunt. Certè cùm pompæ, cùm ſacerdotia, cum ſacrificia idolorum, de periculis, de damnis, de incommodis, de cogitationibus, de diſcurſibus, negotiationibuſve inſtruuntur, quid aliud quàm procurator D idolorum demonſtraris? Nemo contendat, poſſe hoc modo omnibus negotiationibus controuerſiam fieri. Grauiora delicta quæque pro magnitudine periculi diligentiam extendunt obſeruationis, vt non ab his tantùm abſcedamus, ſed & ab eis per quæ fiunt. Licèt enim ab aliis fiat, non intereſt ſi per me. In nullo neceſſarius eſſe debeo alij, cùm facit quod mihi non licet. Ex hoc quòd vetor facere, intelligere debeo curandum mihi eſſe, ne fiat per me. Denique in alia cauſa non leuioris reatus præiudicium iſtud obſeruo. Nam quòd mihi de ſtupro interdictum ſit, aliis eam rem nihil aut operæ aut conſcientiæ exhibeo. Nam quòd ipſam carnem meam à lupanaribus ſegregaui, agnoſco me neque lenocinium, neque id genus lucrum alterius cauſa exercere poſſe. Sic & homicidij interdictio oſtendit mihi laniſtam quoque ab Eccleſia arceri; ne per ſe non faciat, quod faciendum aliis ſubminiſtrat. Ecce magis proximum præiudicium. Si publicarum victimarum redemptor ad fidem accedat, permittes ei E in eo negotio permanere, aut ſi iam fidelis id agere ſuſceperit, retinendum in Eccleſia putabis? Non opinior, niſi ſi quis & de thurario diſſimulabit, ſcilicèt ad alios peruenit procuratio ſanguinis, ad alios odorum. Si antequam idôla in ſeculo eſſent, his mercibus adhuc informis idololatria tranſigebatur ſi & nunc ferè ſine idôlo opus idololatriæ & incendiis odorum perpetratur: ecquid maioris operæ & erga dæmonia thurarius? nam faciliùs ſine idololatria, quàm ſine thurarij merce. Ipſius fidei cõſcientiam perrogemus, quo ore Chriſtianus thurarius, ſi per templa tranſibit, quo ore fumantes aras deſpuet, & exſufflabit quibus ipſe proſpexit? Qua conſtantia exorcizabit alumnos ſuos, quibus domum ſuam cellariam præſtat? Ille quidem ſi excluſerit dæmonium, non ſibi placeat de fide. Neque enim inimicum excluſit. Facilè debuit de eo impetrare, quem quotidie paſcit. Nulla igitur ars, nulla profeſſio, nulla negotiatio, quæ aut inſtruendis, aut formandis

Minus peccare libellaticos, quam ſacrificatos.

[g] *D. Cyprian. in epiſtol. 52. ad Antonianum. c. 4.*

[h] *Idem. c. 5.*

[i] *Tert. lib. de idololat. cap. 16.*

[k] *Idem. c. 11.*

Digitized by Google

mandis idôlis administrat, carere poterit titulo idololatriæ: nisi si aliud omnino interpretemur, idololatriam, quàm famulatum idolorum colendorum.] Patres etiam huius Concilij [l], eos Sacerdotes qui coronas sacrificantium deferrent, communione priuant biennio, si nec sacrificassent, nec de suis sumptibus aliquid idôlis præstitissent; hos enim omiserunt, quòd iam hoc canone pœna aduersus ipsos fuisset sancita: quæ originem habuit ab Apostolis, quos refert Clemens [m] decreuisse, vt si Christianus oleum ad sacra Gentilium, aut Synagogam Iudæorum, in festis eorum detulisset, aut lucernas incendisset, communione priuaretur: illi autem de quocumque Christiano; hi verò de solis Flaminibus ethnicorum ad fidem conuersis constituunt, ne quoquo modo sacrificiis idolorum consentire viderentur. Et ipsa hac de causa, peculiari huius Concilij decreto [n] cautum est, ne matronæ, vel earum mariti vestimenta sua ad ornandam seculariter pompam darent, sub triennij excommunicatione.

Munus etiam dare, pro mercede loco eleemosynæ forsan alius interpretabitur: Gentes enim olim tam de sacris rebus, quàm profanis opes sibi vndecumque comparabant: qua ratione deorum simulacra quæ sanctiora habebantur, magis quæstuosa antistites efficiebant: deferebant illa secum, & eorum nomine stipes ad instaurationem templorum exigebant, aditúsque quotidianos venditabant. [Sed enim agri (scribit Tertullianus [o]) tributo onusti, viliores: hominum capita stipendio censa, ignobiliora: nam hæ sunt notæ captiuitatis, dij verò qui magis tributarij, magis sancti, imò qui magis sancti, magis tributarij: maiestas quæstuaria efficitur. Circuit cauponas religio mendicans, exigitis mercedem pro solo templi, pro aditu sacri: non licet deos nosse gratis, venales sunt.] Et post alia [p]. [Certè inquitis, templorum vectigalia quotidie decoquunt, stipes quotusquisque iam iactat: non enim sufficimus & hominibus & deis vestris mendicantibus opem ferre, nec putamus aliis quàm petentibus impartiendam. Denique porrigat manum Iupiter & accipiat, cùm interim plus nostra misericordia insumit vicatim, quàm vestra religio templatim.] Iustinus [q] Martyr, ex Menandro in Auriga.

Nullu foris ambulans Deus mihi placet:
Nullus qui familiam alloquatur in tabella.
Oportet iustum Deum
Domi manere, Seruantem erectos.

Et in Sacrifica.

Nullus Deus seruat, ò mulier,
Alterum hominem, per alterum: si quem enim Deum trahit,
Cymbalis homo quò vult,
Is qui hoc facit, maior est Deo.
Sed sunt hac audacia & vitæ instrumenta,
Inuenta ab hominibus impudentibus,
Excogitata ridiculè in vita.

Clemens [r] etiam Alexandrinus [Menander certè comicus (ait) in Auriga, in actu qui dicitur suppositicius, inquit, nullus mihi placet Deus foris ambulans cum vetula, neque in domum ingrediens Metragyrtes (tales enim erant Metragyrtæ) vnde eis mendicantibus meritò dicebat Anthistenes. Non alo matrem deorum, quam dij alunt.] Solebant enim illi pro matris deorum simulacro mendicare: eam Berecynthiam vocat D. Augustinus [s] à Berecynthio Phrygiæ monte: Idæam D. Cyprianus [t], & Minutius Felix [u]: quòd in Ida eiusdem Phrygiæ monte coleretur. Alij volunt eam Iouis, Neptuni, Plutonis, & Iunonis fuisse matrem, sicque Rheam, Latinè Opem, & Cybelen quoque nuncupatam. Eius Sacerdotes singulis mensibus pecunias colligebant, pagos, vrbes, domos obeuntes ac mendicantes, simulacra ferentes in humeris. In Hispania autem id genus caritatis, siue religionis, siue superstitionis exercuisse infideles, tribuentes vel ad templa, vel ad sacrificia deorum stipem & munera, beatæ Iustæ & Rufinæ martyrum exempla probant, quæ inferiùs [x], referemus.

[l] *Canone 55.*
[m] *Clemens can. 70. Apostolorum.*
[n] *Canone 57.*
[o] *Tertull. in Apologetico aduersus Gentes, c. 13.*
[p] *Idem c. 42.*
[q] *Iustin. martyr in lib. de Monarchia.*
Idem.
[r] *Clem. Alex. in Oratione ad gentes.*
[s] *D. Aug. lib. 2. de ciuitate Dei c. 4.*
[t] *D. Cyprian. in lib. Quod idola non sunt dij.*
[u] *Minutius Felix in Octauio.*
[x] *Lib. 3. c. 45.*

COMMEN

A

COMMENTARII NOVI.

ILla vocabatur legitima pœnitentia, quæ erat ſecundum Canones Pontificios vt ex pœnitentiali Romano Theodori, & Beda patet. Apud Burchard. *lib.* 20. multa librorum pœnitentialium fragmenta citantur & *infra c.* 5. ſi quod fœmina. LOAYSAS.

Mirum eſt pœnitentiam requiri, vbi nullum eſt delictum. Sicut fuga mortem violentam euadere iuxta illud Chriſt. apud Matth. decimo capite: *Quando vos perſecuti fuerint, ex vna ciuitate fugite in aliam,* illicitum non eſt, ita vexationem corporis, ac vitæ, oblatis muneribus, & pecunia redimere: malum non eſſe, exemplum Iaſonis, aliorumque Pauli Apoſtoli diſcipulorum *act.* 17. data pecunia ſe redimentium teſtatur. Vnde rectè, & veriſſimè Petrus Martyr Epiſcopus Alexandrin. *Can.* 12. ſupra recenſito ſic ait: *His enim, qui pecuniam dederunt, vt ab omni improbitatis moleſtia omni ex parte remoti eſſent, crimen intendi non poteſt: Damnum enim, & iacturam pecuniarum ſubſtinuerunt ne ipſi animæ detrimento afficerentur, vel ipſam etiam perderent.* Qui vexam gentilium data pecunia redimebant, Libellatici, vt quidam male putant, non ſunt: ideò quod ij, quibus ſecuritatis libellus ob datam pecuniam à Magiſtratu conceſſus erat, priuſquam eum acciperent, priuatim per ſe, vel per ſuos miniſtros verbo, Chriſti fidem negare debuerint. Quouis pacto fidem negare, graue eſt peccatum. Periculum peccati adeoque grauiſſimum animæ damnum, pretio oblato redimere, non modo nullum peccatum, ſed potius actus eſt charitatis, quæ omnia bona corporis, ac fortunæ ſaluti animarum noſtrarum poſtponere iubet. Quod igitur hoc loco Sacerdotes vexam corporis oblatis muneribus ſub pœna aliqua redimere prohibentur, nouum eſt, inuſitatum, & à canonibus Petr. Alex. diſſonum: itaque cum certum ſit Epiſcopos huius Concilij in eo vehementiſſimè laborâſſe, vt fideles ab idololatria acrioribus minis intentatis abſterrerent ob cauſam quandam nobis incompertam hanc vexæ redemptionem, Sacerdotibus Eccleſiæ, præcerto tempore interdixiſſe, neceſſario dicendum eſt. Vide Baron. *anno* 305. *num.* 16. & 17. item *anno* 253. *n.* 20. & *anno* 305. *n.* 44. VINNIVS.

B

C

D

Qui non immolauerint: poterant non immolare, quamuis ſuis ſumptibus ſpectacula ederentur: nam aliquis alius Flamen poterat præeſſe, & præſidere.

Sed munus tantum dederunt, omnes hos canones de lapſis explicant nonnulli: ideo per munera, dona intelligunt, & pecuniam quam Præſidibus offerebant lapſi, ne ſacrificarent: verum munus hoc loco, ni fallor, ludos, & ſpectacula ſignificat, quæ Flamines præſtare tenebantur, & in quibus ſolebant ſacrificare: aiunt igitur Patres veniam iis eſſe concedendam in fine, qui Flamines fuerint, & non ſacrificauerint, quamuis ludos præbuerint, & munera, ſi modo hanc culpam legitima expiauerint pœnitentia.

E

In fine eis præſtari communionem, quam grauem, & acerbam vindictam exercebant in eos, qui ſacerdotia gentilium ambibant, aut ſuſcipiebant, quamuis non ſacrificarent!

Acta tamen, hoc eſt qui pœnitentiam ſibi impoſitam alacriter ſubierant: nam ſi eam aut neglexiſſent, aut ſegnius arripuiſſent aliter cum eis erat agendum: non autem hoc ita accipiendum, quaſi momento illo temporis, quo morerentur legitimam poſſent agere pœnitentiam.

Legitima pœnitentia, vt pœnitentia cenſetur legitima, non ſatis erat explere tempus conſtitutum ab Epiſcopo, vt volunt Garcias, & Vinnius, ſed ea legitima vocabatur, quam bona fide ducebant pœnitentes. & cum domi, & in Eccleſia nocte, & interdiu perpetuis ærumnis ſeſe exercerent, & lacrymis, fletibus, & multis præterea ſignis animi dolorem clam, & publicè teſtarentur. Illegitima autem dicebatur quando pœnitentes languidiùs eam ſubirent, & parum dolerent de peccatis, quamuis præſcriptum tempus explerent.

Si poſt pœnitentiam, id eſt ſi poſt conceſſam pœnitentiam, non verò expletam ſed conceſſam ab Epiſcopo, & ita accipiendum ſuadent, quæ priùs habentur, *in fine eis præſtari communionem*. Si enim in fine duntaxat præſtari debeat communio: certum eſt eo vſque pœnitentiam duraſſe, & conſtitutam fuiſſe, & non finiſſe ante mortem: quarè illud, *poſt*, ſignificat, ſi poſt conceſſam pœnitentiam, & ſi cum agunt pœnitentiam eiuſmodi Flamines mœchantur.

Ne luſiſſe, ſed quomodo quæſo de communione ludere poterant, quam non poſſidebant? Nam agit de his qui perpetuæ pœnitentiæ eſſent addicti: ſed ludere de communione dicuntur, ſi peccant pœnitentes dum agunt pœnitentiam: quia quo tempore magis proſpicere deberent, ne ea indigni viderentur eo ipſo nouis peccatis ſeſe obligant.

De Dominica communione: quamuis Euchariſtia nonnunquam vocetur Dominica communio, ſimplex tamen communio, id eſt ius in ſocietate, & corpore fidelium hoc etiam nomine appellatur, quod vniat, & conglutinet pœnitentes corpori Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cæterum vides hunc canonem nihil minus aduerſari, quam canonibus Petri Alexandrini (vt exiſtimat Vinnius *in ſuis notis*) quibus licebat ab impiis ſacrificiis pecunia ſeſe redimere: nam hoc Canone agitur de Flaminibus, qui ludos ediderunt populo, & non ſacrificauerunt, vt diximus, non verò de his qui pecunia obtinuerant à Præſidibus, ne ſacrificarent. ALBASPINÆVS.

Illa vocabatur legitima pœnitentia, quæ erat ſecundum Canones Pontificios; vt ex Pœnitentiali Romano Theodori, & Bedæ patet. Sed mirum eſt, pœnitentiam requiri, vbi nullum eſt delictum, ſicut fuga mortem violentam euadere iuxta illud Chriſti apud Matth. capite 10. *cum autem perſequuntur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam.* Illicitum non eſt ita vexationem corporis, ac vitæ oblatis muneribus, & pecunia redimere: malum non eſſe exemplum Iaſonis, aliorumque Pauli Apoſtoli diſcipulorum *act.* 17. data pecunia ſe redimentium teſtatur. Vnde rectè, & veriſſimè P. Martyr Epiſcopus Alexandrinus ſic ait: *His enim qui*

pecuniam dederunt, vt ab omni improbitatis molestia omni ex parte remoti essent; crimen intendi non potest: damnum enim, & iacturam pecuniarum sustinuerunt, ne ipsi animo detrimento afficerentur, vel ipsam etiam perderent. Quòd igitur hoc loco Sacerdotes vexationem corporis oblatis muneribus sub pœna aliqua redimere prohibentur, nouum est, inusitatum, & à Canonibus Petri dissonum. Itaque cum certum sit Episcopos huius Concilij in eo vehementissimè laborasse, vt fideles ad idololatria acrioribus minis intentatis absterrerent: ob causam quamdam nobis incompertam hanc vexæ redemptionem Sacerdotibus Ecclesiæ pro certo tempore interdixisse, necessariò dicendum est. Vide Baronium *anno* 305. *n.* 16. & 17. item *anno* 253. *num* 20. & *anno* 305. *num.* 44. vel posset dici, & fortassè magis ad mentem Canonis, quòd quia ad idola accedentes, non solum sacrificia funesta celebrabant: verum & munera eisdem Idolis offerebant, ideò quia Sacerdotes à primo abstinuerunt, quod est grauius, non verò à secundo, quod erat minus graue: & propterea Patres Concilij non tam grauem pœnam eis indixerunt. CORIOLANVS.

Notum est lapsorum duplex genus olim fuisse: alij dicebantur sacrificati thurificati, vel idololatræ; alij vero appellabantur libellatici, Albaspinæus *lib.* 1. *observ. c.* 21. per totum. Georgius Ambian. *ad Tertul. de fuga c.* 12. *obseru.* 1. sacrificati dicebantur qui quomodocumque immolabant, vel immolata gustabant: thurificati, qui Idolis thus obtulerant; Idololatræ, qui quemlibet religionis cultum publice Diis exhibebant. Libellatici verò erant, qui Christum negare nolentes, priuatim per se, vel per alios à Magistratibus libellos securitatis impetrabant, ne ampliùs inquirerentur, impensâ & solutâ certâ pecuniæ quantitate: de his passim D. Cyprianus *epist.* 31. 52. & 68. vbi notarunt Pamelius, & *Rigaltius.* Diuersum genus ab his erant eorum, qui statim atque audiebant promulgatum edictum aduersus Christianos ne caperentur, vel iacturam aliquam in bonis paterentur, suæ negationis libellos offerebant Præsidi, de quibus D. Cyprianus epist. 5. lin. 13. *vel nefandis libellis nihilominus conscientiam polluissent*, & epist. 4 lin. 1. *Basilidem, & Martialem libellis idololatriæ maculatos.* & epist. 7. *illicita nefariorum libellorum professione prodiderunt*, epist. 3. lin. 1. *vel sacrificio, vel libello esse maculatam* Plin. Iun. *lib.* 10. *epist.* 97. notarunt, Baronius *anno* 253. Albaspin. *lib.* 1. *obseru. c.* 21. De libellaticis, qui pecuniam Præsidi dederunt, ne Diis sacrificare cogerentur præsentem Canonem accipi non posse sequentia euincunt; primum, nam nullum fuisse crimen vexationem pecuniâ redimere constat ex facto Iasonis, & aliorum relato *Act. Apost. c.* 17. qui satisdatione data, hoc est vt interpretatur S. Petr. Martyr. *epist. Alex. can.* 11. pecuniarum largitione facta se redemerunt à vexatione Gentilium, & Iudæorum Thessalonic. iuxta illud prouerb 13. *pretium redemptionis animæ hominis propria diuitiæ.* Et contra Tertull. ex Montani doctrina id negantem probat Baron. *anno* 205. Secundum quia etsi libellatici pecunia redempti aliqua reprehensione digni essent; quia vt se à munere sacrificandi redimerent, munus obtulerant, non tamen PP. Illiberini ad tam diuturnam, & austeram pœnitentiam eos adegisse credi potest, præcipuè cum in *Can.* 55. huius Concilij biennij tantum pœnitentia iniungatur Paganorum Sacerdotibus, qui coronas sacrificantium gestassent, quod crimen profectò grauiùs est, quam pecunia corporis cruciatus, & tormenta redimere. Vnde alia est huius Canonis mens, aliusque census, quem vt assignemus sciendum est Christianos duplici ex causa Gentilium Sacerdotia obire consueuisse, ambitione videlicet, aut necessitate. Ambitione, cum quidam spreta religione, cupiditate gloriæ accensi Flaminium sibi deferri, vehementer efflagitabant, quo facilius, editione spectaculorum, & scenæ pompa imperitæ multitudinis applausum, & acclamationem promererentur: de his Cyrillus Episcopus Tarraconensis epist. 5. in illis verb. *De his verò qui acta pœnitentia tanquam canis, ac sues ad vomitus pristinos, & voluabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates &c.* & epist. 24. c. 4. ibi: *neque de curialibus aliquem ad Ecclesiasticum ordinem venire posse, qui post Baptismum, vel coronati fuerint, vel Sacerdotium, quod dicitur sustinuerint, & editiones publicas celebrauerint.* Necessitate, quia cum iure Romanorum Sacerdotia essent munera patrimonialia, Christiani curiales, aut amplissimæ substantiæ illa munera subire cogebantur *l.* 8. *C. de muner. patrimon. lib.* 10. Sacerdotium enim Prouinciæ munus patrimoniale est, veluti Athlarchia; nam qui eo fungitur, edit certamina, & ludos in honorem Deorum: munera autem patrimonialia, à quocumque substineri oportere, constat ex titulo C. de muner. patrimon. Vnde Christiani suo quasi ordine, ac vice, in Prouincia, in qua commorabantur, designati Flamines, cogebantur Sacerdotium admittere, munerumque publicorum procurationem gerere. Siue igitur vltro eos honoris gradus appeterent Christiani, siue ad illos suscipiendos aliquando essent adacti, certum est & gentilium sacerdotio perfunctos, & sacris profanorum, & paganorum fuisse præfectos, quod Ecclesia euellere non poterat, cum persequutionum procellis premeretur, imò & in *Canon.* 41. huius Concilij PP. succensent Dominis Christianis, vt in domibus Idola retineant, si tradi, & traduci à seruis metuunt, dum ab eorum cultu se abstineant.

Deinde sciendum est nullam fuisse apud Gentiles Præfecturam, nulla Sacerdotia, quæ ludis non initiarentur, & spectaculis, Tertull. *de spectac. c.* 12. ibi: *transit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viuentium: Quæsturas dico, & Magistratus, & Flaminia, & Sacerdotia*, & c. vlt. *Vt talia spectes, vt talibus exultes, quis tibi Prætor, Consul, aut Quæstor, aut Sacerdos de sua liberalitate præstabit?* l. 1. C. Theod. de spectac. *Magistratus, & Sacerdotiorum editiones, quas aut in Ciuitatibus, aut certè in his debent exigi, quas deleuit antiquitas*: l. 8. C. de muner. patrim. lib. 10. *Si de proprio suo patrimonio muneris editionem tuo nomine Pater tuus repromisit, ideoque etiam Sacerdotem creare impetrauit onus erogationis commune omnium hæredum eius esse Præses Prouinciæ non ignorauit.* Quapropter numero quinq; liberorum subnixi in Asia Sacerdotiũ suscipere non cogi Imperator Seuerus constituit in *l.* 1. *C. de prim. Parent. l.* 10. de quo num. accipit textum *in l. nec;* 5. *C. de muner. patr.*

Vbi

A Vbi Senuachius *disp.* 8. *num.* 19. nec vt credo immodicis ludorum ſumptibus illi vexarentur, ſtatutum fuit, vt nullus in Prouinciis, niſi ſponte Sacerdotium iterare cogeretur *l. ſponſ. ff. de num. & honor.* Plura de his ludis, & ſpectaculis à Sacerdotibus, & Prouinciarum Flaminibus editis pro expoſit. text *in l. ad Sacerdotium* 75. *l. Africani* 145. *l. exceptis* 176. *C. Theodoſ. de Decurion.* congerunt Cuiac. *lib obſer. c.* 13. & in *l.* 6. *ff. de excuſat. tut.* Pancirol. *in notit. c.* 105. *& lib.* 2. *variar. c.* 258. P. Faber. *lib.* 3. *ſemeſtr. c.* 1. *in fine*, Gothofred. *in l. in honoribus* 8. *de vacat. munerum*, Iuretus *in notis ad Symmachum lib* 4. *epiſt.* 62. Bullenger. *lib.* 9. *de*

B *Imper. Roman. c.* 69. Pamel. Cerda, & Georgius Ambian. ad Tertull. *de ſpectac. d. c.* 11. Guther. *de iure Pontif. lib.* 3. *c.* 20. Tandem obſeruandum eſt his ludis tam Romæ, quam in Prouinciis præeſſe Sacerdotes, & Flamines, vt probat Gutherus *d. c.* 20. & in eis plerumque idololatriæ iungi homicidium, & mœchiam. Cùm enim ſacrificia ibi Idolis fierent, quid perari poterat niſi obſcœnitates, & homicidia, Tertul. de ſpectacul. vbi proximè: *publicæ libidinis hoſtiæ in ſcena proferuntur, per quæ omnis ætatis, omnis dignitatis ora tranſducuntur.* Cum ergo ſpectaculum ſine Idolo, nec ludus ſine ſacrificio ederetur iuxta Cyprianum lib. de ſpectac ibi: *quod ſpectaculum ſine Idolo, qui*

C *ludus ſine ſacrificio?* Chriſtiani, qui Sacerdotium ſuſcipere cogebantur, ludos, ſpectacula, & ſcenas edebant, vbi obuia homicidia, & impudicitiæ erant. D. Hieronymus in vita S Hilarionis ibi: *Sed Italicus eiuſdem opidi municeps Chriſtianus aduerſum Gazenſem Decemuirum Marnæ idolo deditum Circenſes Equos nutriebat, venit ad B. Hilarionem; cumque ſubridere, cur enim non magis equorum pretium pro ſalute animæ tuæ pauperibus erogas? Ille reſpondit, functionem eſſe publicam, & hoc non tam ſe*

D *velle, quàm cogi.* Facit celebris locus Euſebij *lib.* 4 *c.* 15. vbi refert, quod cum S. Polycarpo mors eſſet infligenda: Philippus quidam Aſiarcha, id eſt, Sacerdos Aſiæ cum Epheſi eſſet Sacerdotij ſui expleto tempore, poſtulante populo, vt in Polycarpum; Leonem immitteret: reſpondit munus ſe dediſſe, & ſic liberum, ſolutumque manere videri: his dictis ſuclamabant, & à Philippo Præſide Aſiæ petebant, vt Polycarpo Leonem immitteret; quibus ille reſpondit, non hæc licere ſibi, eo quod munus venandi iam adimpleſſet, quem locum exponunt, & conferunt *cum c.* 19. *act. Apoſt.* Cuiac. *in l. vnic. C. de peric. ſucceſſ. parent. lib* 10. Albaſpin. *lib.* 1. *obſerv c.* 22.

Quibus ita animaduerſis iam apparet verus ſenſus huius Canonis, & antecedentis: in illo enim agunt PP. de Flaminibus, ideſt, Sacerdotibus Gentilium qui non ſolum munus dederunt, ideſt ludos, & ſpectacula ediderunt, verùm ſacrificauerunt in ipſis, vt moris erat iuxta B. Cyprianum *ſupra* relatum, vnde cum idololatriâ in ipſo ſacrificandi munere homicidium, quod frequenter in ipſis ſpectaculis, & ludis contingebat, acceſſit, & etiam mœchia, quæ ſemper aderat in his ludorum editionibus iuxta Tertull. *ſupra* relatum; illis ergo nec in fine concedunt PP. communionem. Statim in iſto Canone de eidem Flaminibus agentes, qui etſi Chriſtiani eſſent ſacerdotium ambierant, aiunt, quod ſi non ſacrificauerunt; ſed munus tantum dederunt, ideſt ludos populo ediderunt, eo quod ſe abſtinuerunt à funeſtis ſacrificiis, ideſt homicidiis, quæ in ipſis plerumque contingebant, eis in fine præſtandam eſſe communionem peracta legitima pœnitentia PP. decreuerunt. Item ſi ipſi poſt pœnitentiam ſibi iniunctam, & acceptam non tamen adhuc peractam, ſed conſiſtentes adhuc in pœnitentiæ gradibus mœchati fuerint, tunc nec in fine eſſe illis dandam communionem ne luſiſſe de Dominica communione videantur, cum quò tempore eos pœniteret, iterum peccauerint, & admiſſi ad pœnitentiam cum ſpe recipiendi communionem, quaſi ludentes in mœchiam inciderint. Quo caſu iuxta Can. 7. huius Concilij nec in fine dabatur communio, vt iam præſenſerunt Albaſpin *lib.* 1. *obſer. c.* 32. Ambian. ad Tertull. *de pudicit. cap.* 29. *propoſ.* 3. GONZALEZ.

ITEM, SI POST POENITENTIAM fuerint mœchati, placuit vlteriùs eis non eſſe dandam, communionem; ne luſiſſe de Dominica communione videantur.

E SI flamines, accepta in exitu, poſt peractam pœnitentiam, communione, conualuerint, & iterum mœchiæ ſordibus ſe inquinarint, placuit Patribus, à communione poſteà perpetuò repelli, ne luſiſſe de communione Dominica videantur. Id ipſum erga pœnitentes mœchos iidem Patres conſtituerunt [y]. [Si quis fortè fidelis (aiunt) poſt lapſum mœchiæ, poſt tempora conſtituta acta pœnitentia, denuò fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.] Rectè enim à Clemente Alexandrino [a] admonemur, veram pœnitentiam non videri, ſæpe veniam petentis de iis quæ quis ſæpe peccauit.

Communionis autem verbum in hoc Concilio toties repetitum, [b] de Dominica Corporis & Sanguinis Chriſti communione intelligendum eſt: nam quam communionem priùs dixerant Epiſcopi generali nomine, poſteà reddita prohibitionis ratione, magis peculiari, Dominicam nuncuparunt. Quod obſeruarunt etiam poſteà dum

[y] *Can.* 7.

[a] *Clemens Alex. lib.* 2. *Strom. ante medium.*

[b] *Can.* 47. *& 78.*

definierunt, quòd si vir habens vxorem, mœchiæ crimine implicaretur, vlteriùs non ederet de communione pacis vel panis: quorum posteriora verba abundè declarant de communione siue susceptione Eucharistiæ intelligenda priora: nec de absolutione pœnitentis commodè posse explicari, vt Robertus Bellarminus [c] & alij recentiores contendunt, pro sana & Catholica doctrina, alienam à sancto Concilio sententiam substituentes, cùm præter alia ex canone XXII. constet hæreticis pœnitentibus absolutionem non negari, reprobato antiquo Nouatiani errore, vt in eius explicatione probabimus. Olim in primitiua Ecclesia communionis nomine Eucharistiam intelligi reddita eius ratione, docet D. Dionysius Areopagita [d]. [Ac primùm quidem (ait) illud piè inspiciendum, cuius rei gratia, quod aliis quoque venerandis diuinisque mysteriis commune vocabulum est, huic præ cæteris præcipuè ac peculiariter applicetur: vt singulariter communio, siue societas, & synaxis, siue collectio dicatur. Nempe enim & vnaquæque sacramentalis institutio id agit, vt nostras vitas in plura diuisas, in vnicum illum statum (quo Deo iungimur) colligat: diuiduorúmque nostrorum diuina collectione, nobis eius quod verè vnum est, societatem vnitatémque indiuiduam largiatur. Dicimus ergo cætera sacrarum rerum signa (quorum nobis societas indulgetur) huius diuinis profectò consummantibusque muneribus perfici. Neque enim ferme fas est Sacerdotalis muneris mysterium aliquod peragi, nisi diuinum istud Eucharistiæ augustissimúmque Sacramentum compleat: quæ (singula cùm peraguntur) & eius qui perficitur collectionem ad vnum illud vnicum sacratius operetur: & diuinitùs indulto Sacramentorum cœlestium munere, ipsius ad Deum consortium peragat, atque perficiat. Si igitur vnumquodque sacerdotale mysterium ex se imperfectum, nostram ad illud omnino communionem collectionémque non perficit, ac per id quod perficiendi vim non habet, fermè etiam nomen amittit: finis autem ac principalis omnium ratio in eo est, vt diuinorum mysteriorum, is qui perficitur, particeps fiat: meritò sacerdotalis sacrosancta prudentia ex rerum effectu proprium illi verúmque cognomen inuenit.] Id à magistro Paulo hausisse Dionysius videri potest, dum ad Corinthios scribens, ait [e]. [Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?] Lucas etiam [f]. [Erant (inquit) perseuerantes in doctrina Apostolorum & communicatione fractionis panis.]

[c] Robert. Bellarm. 2. tom. de controuers. Christian. fid. controuers 7. lib. 2.

[d] B. Dionys. Areopagit. de Eccles. Hierar. p. 1. c. 3.

[e] 1. ad Corinth. 10.

[f] Luc. Actuum. 2.

De eisdem, si catechumeni adhuc immolant, quando baptizabuntur.	*De eisdem, si catechumeni adhuc mœchauerint, quando baptizentur.*
Canon IV.	*Canon IV.*
Item, Flamines si fuerint catechumeni, & à sacrificiis abstinuerint, post triennij tempora, placuit ad baptismum admitti debere.	Item, Flamines si fuerint catechumeni, & se à sacrificiis abstinuerint, post triennij tẽpora, placuit ad baptismum admitti debere.

CAPVT DECIMVM.

Cur Flaminibus triennij, cùm reliquis biennij ad percipiendum baptismum, tempus præscribatur.

HActenus de Flaminibus iam baptizatis & fidelibus: nunc autem de his qui nondum sancto lauacro regenerati, sed velut immortalitatis candidati, nomen, studium, & statum Catechumenorum profitebantur: hos enim informari & eruditi volunt Patres, doctrina Christiana per triennium, nec anteà aditum patêre illis ab baptismum; quòd consentaneum non censerent statim fieri fideles, qui fidei vix nomen agnouerant; nec rectè posse absque Christo, & Christianæ doctrinæ cognitione fieri statim Christianos; neque Euangelico pane, & solidiori cibo eos posse sustentari, qui Christiano lacte nondum essent enutriti. Eueniret enim sic facilà

A facilè, vt vel ab hæreticis transuersi abductíque perirent; ni priùs annorum trium interuallo in Christianæ religionis cognitione altiores egissent radices. D. item Clemens [a], [Oportet (ait) vt primùm discedat à contrariis, deinde ingrediatur mysteria, deleta priùs à corde omni improbitate, macula & sordibus: atque hoc modo sancta percipiat Nam vt diligens agricola purgat priùs agrum à succrescentibus spinis, deindè triticum serit; sic debetis vos, priùs expulsa omni impietate constituere pietatem, & ad baptismum accedere. Etenim Dominus noster ita nobis præcepit, dicens [b] Docete priùs omnes gentes; & posteà subiunxit, Et baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.] Vnum autem & idem tempus eruditendis Catechumenis non omnes Ecclesiæ definierunt, sed vel contractius, vel longius, vt varia ipsarum consuetudo, vt varia Catechumenorum conditio, vt ingenia varia, & varia tandem morum integritas, religionísque ac pietatis desiderium postulabant. Maximo enim delectu, & catecheseos magistrum, & magisterij catecheses, & catechizandi tempus, & omnia tandem auditorum indoli accommodabant; ne vel minimo Episcopi ad præstantem tantæ rei curam deesse viderentur. Quare quæ in hoc canone, *& in canone XLII. infrà constituuntur*, pugnantia non sunt, tametsi in illo biennij, in hoc autem triennij tempus definiatur: nam in illo de omnibus generali sermone; in hoc verò peculiari ratione de Flaminibus agitur: quos, quia pluribus doctrinæ præceptis erant imbuendi, annis pluribus in statu detinendos catechumenorum decernitur. Huc etiam accedit, literatos homines difficiliùs credere, ideóque oportere, & doctioribus magistris, & longioris temporis interuallo religionis disciplina informari. Quod Lactantius [c] sensisse videtur, dum ait: [Nam illa omnia quæ verbis carent, id est aëris & neruorum suaues soni possunt facilè contemni, quia non adhærent, nec scribi possunt. Carmen autem compositum, & oratio cum suauitate decipiens capit mentes, & quò voluerit impellit. Inde homines literati, si non fuerint ab aliquo perito doctore fundati, minùs credunt: assueti enim dulcibus & politis, siue orationibus, siue carminibus, diuinarum literarum simplicem communémque sermonem pro sordido aspernantur: id enim quærunt quod sensum demulceat.] Quare cum Arnobius, adhuc ethnicus, in ciuitate Sicca iuuentutem institueret ad declamandum, & in somnis esset adactus, vt flagitaret baptismum, non anteà illum impetrasse ab Episcopis refert Hieronymus [d], quàm profanam quam profitebatur Ethnicorum religionem, libris impugnasset: quòd sibi non possent persuadere sincero illum animo religionem Christianam velle profiteri, sed, solùm mysteria perdiscere, quæ irrideret posteà cum Gentilibus. Qua de causa luculentissimos illos libros septem aduersus Gentes elaborauit, atque his velut obsidibus datis pietatis fœdus impetrauit ab Episcopo.

B C D

Ni propiùs dicamus, triennij tempus ad baptismum percipiendum ideò hîc Flaminibus assignari, quòd de Flaminibus decernant Patres, in ipso baptisterij limine consistentibus, & impudicitiæ crimine peccantibus, de quibus sub mœchiæ nomine in canone qui præcessit, his enim voluerunt pœnitentiæ causa, anno vno baptismum differri, cum biennium cæteris præscriberetur; vt ipsa gratiæ dilatio, culpæ sordes purgaret, & peccantis crimen puniret. Quod fuisse olim in Ecclesia commune dicemus posteà [e]. Sententiam hanc probat correcta epigraphe, & in principio canonis dictio illa, Item. Tot autem decretis, tot Patrum sanctionibus, tot pœnis propositis Hispanorum animos ab impudicitia deterreri, si quis miretur, memoria repetat, quòd mille ab hinc centum & quod excurrit annis, de propensis ad carnis illecebras Hispanorum animis Saluianus [f] scripsit. [Quid Hispanias (ait) nonne vel eadem vel maiora forsitan vitia perdiderunt? quas quidem cœlestis ira etsi aliis quibuslibet barbaris tradidisset, digna tamen flagitiorum tormenta tolerauerunt puritatis inimici. Sed accessit hoc ad manifestandam impudentiæ damnationem, vt VVandalis potissimum, id est publicis barbaris traderentur. Dupliciter in illa Hispanorum captiuitate Deus ostendere voluit, quantum & odisset acriùs libidinem, & diligeret castitatem, cum VVandalos ob solam maximè pudicitiam illis superponeret, & Hispanos ob solàm vel maximè impudicitiam subiugaret. Quid enim? Nunquid non erant in omni orbe terrarum barbari fortiores, quibus Hispani traderentur? Multi absque dubio, imò, ni fallor, omnes. Sed ideò ille infirmissimis hostibus cuncta tradidit, vt ostenderet scilicet non vires valere, sed causam: neque non tunc ignauissimorum quorundam hostium fortitudine

E

[a] *D. Clemens l. 7. Constit. Apostol. c. 40.*

[b] *Matth. 28.*

[c] *Lactantius lib. 6. diuinarum instit. c. 21.*

[d] *D. Hieron. in chron. addito ad Euseb.*

Biennium assignatur can. 72.

[e] *Lib. 3. c. 60.*

[f] *Saluian. lib 7. de prouidentia Dei.*

Digitized by Google

obrui, ſed ſola vitiorum noſtrorum impuritate ſuperari, vt verè in nos venerit dictum illud, quod ait ad Iudæos Dominus: [g] Secundùm immunditias ſuas, & ſecundùm iniquitates ſuas feci illis: & auerti faciem meam ab eis. Et alibi ad Gentem ipſam [h]: Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo, & vngulis, inquit, equorum ſuorum omnes plateas conculcabunt, & populum tuum gladio interficient. Completa in nos ſunt omnia quæ ait ſermo diuinus, & iura verborum cœleſtium luit pœna cunctorum.]

[g] Ezechiel. 38.

[h] Deut. 28.

COMMENTARII NOVI.

Si fuerint Catechumeni. Vbi ſtatuerunt de fidelibus, mox de Catechumenis agunt, in quo leniùs multo, & mitiùs animaduertunt, quam infideles, vt alibi dicemus capite de pœnitentia Catechumenorum. Sed quid agendum eſſet ſi Catechumeni Flamines ſacrificarent? Non explicant Patres, neſcio an gratia baptiſmi in perpetuum priuarentur; non exiſtimo tamen, ſed quantum coniicere poſſum, ante mortem non baptizabantur ALBASPINÆVS.

Catecheſis tempus non vnum, idemque ſemper fuit in Eccleſia, ſed pro temporis varietate diuerſum, vt dicemus infra in *Can.* 42. Triennium aſſignatum lego iis, qui ad percipienda fidei myſteria propter ingenij imbecillitatem tardiores erant, de quibus D. Clemens *lib.* 8 *conſtit. cap.* 38. ita ſtatuit: *qui catecheſi erudiendus eſt, per tres annos erudiatur, quod ſi virtute præditus ſit, & erga ſcripturam ſtudium oſtendat recipiatur: quoniam non tempus, ſed animus æſtimatur.* Idem etiam triennium aſſignatum fuit iis, qui turpiſſimo idololatriæ crimine fidem eiurabant. Illi enim cùm ſceleris commiſſi labem diuturno tempore diluere deberent, per tres annos in Catecheſi perſiſtebant, Synodus Nicæna can. 14. *De Catechumenis lapſis ſancto, & magno Concilio placuit; vt tribus annis ſint inter audientes.* Ex quibus verbis rectè perpenſis lucem accipit præſens Canon, nam cùm affirment PP. Concilij Nicæni Catechumenum lapſum debere eſſe inter audientes apertè docent triennium illud non tantum aſſignari Catecheſi, verum & pœnitentiæ; ſiquidem inter audientes, id eſt inter pœnitentes conſiſtentes in ſecundo gradu, qui vocabantur audientes, (vt probant Lautmeter *lib.* 2. *de veteri Cleric. Mon. cap.* 60. Gibalinus *de clauſura diſquiſit.* 3. *c.* 2. §. 6. *n.* 33.) licet non me lateat duobus prioribus Eccleſiæ ſæculis audientes appellari Catechumenos, qui fidei myſteris inſtrui inhiantes, aures doctrinæ accommodabant, vt probat Pamel. *in not. ad D. Cyprianum epiſt.* 13. & 24. & ad Tertull. *de pœnit. c.* 16. Sed ſequentibus ſæculis audientes propriè dicebantur, qui in ſecundo pœnitentiæ gradu erant, vt probatur ex plurium Conciliorum Canonibus, quos congerunt Gibalinus *d. c.* 2. §. 6. *num.* 33. Morinus *lib.* 2. *exercit. cap.* 3. Zonaras *in not. ad Can.* 11. & 12. *Concilij Nicæni.* Vnde dum PP. in præſenti Can. triennium aſſignant Flaminibus Catechumenis, accipiendi ſunt de Flaminibus, qui aut ſacrificauerunt, aut munera ediderunt, de quibus in duobus præcedentibus Canonibus egerant, quibus triennium præſcribunt non tantum ad Catecheſim, & fidei inſtructionem, verum vt cum pœnitentibus in gradu audientium conſiſtant: nec nouum eſt in Eccleſia Catechumenis lapſis aliquod tempus ad peragendam pœnitentiam aſſignari, ſiquidem infra in *can.* 14. 45. & 67. Concilio Neocæſar. *can.* 5. diuerſa pœna ſtatuitur Catechumenis, ac fidelibus notauit Albaſpin. *lib.* 2. *obſer. c.* 2. GONZALEZ.

Si domina per zelum ancillam occiderit.	*Si domina per zelum ancillam occiderit.*
Canon V.	*Canon V.*
Si qua fœmina furore zeli accenſa, flagellis verberauerit ancillam ſuam, ita vt intra tertium diem, animam cum cruciatu effundat, eo quòd incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit: ſi voluntate, poſt ſeptem annos: ſi caſu, per quinque annorum tempora, acta legitima pœnitentia ad communionem placuit admitti. Quòd ſi infra temporum conſtituta fuerit infirmata, accipiat communionem.	Si qua domina furore zeli accenſa, flagellis verberauerit ancillam ſuam, ita vt intra tertium diem, animam cum cruciatu effundat, eo quòd incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit: ſi voluntate, poſt ſeptem annos: ſi caſu, poſt quinquennij tempora, act. legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quòd ſi intra tempora conſtituta, fuerit infirmata, accipiat communionem.

CAPVT

A

CAPVT VNDECIMVM.

Quid Zelus, quid Zelotypia.

EXſtat canon hic apud Rabanum in pœnitentium libro cap. 14. Pœnitentiale Romanum, apud Antonium Auguſtinum titul. 1. c. 4 Iuonem p. 15. c. 22. & 248. Burchard. lib. 6. c. 19. Anſelmum lib 11. c. 36. Gratianum in c. ſi qua fœmina 50. diſtinct. & ante eos apud Concilium VVormacienſe c. 39. & Moguntinum ſub Rabano Archiepiſcopo c. 22. Sed Pœnitentiale Romanum & Concilium Moguntinum & vetuſti CC. manuſcripti, domina, pro fœmina habent.

B

LAtinum nomen, zelus à Græco ζῆλος, quod æmulatio eſt, ortum tradunt: ea tamen, vt Tullio [a] placuit, ægritudo eſt, ex eo quòd alter quoque potiatur eo, quod ipſe concupieris. Chryſippus apud Laërtium [b] inter zelum & zelotypiam diſtinxit. Zelum voluit eſſe dolorem ex eo quòd alius potiatur eo, quod quiſque cupit: zelotypiam verò dolorem ex eo quòd adſit alteri, quod ipſe quiſque habeat: ſed alterum iam pro altero vſurpari video. Eiuſmodi malum, aptè furorem vocarunt huius Concilij Patres, quòd inter animi perturbationes hæc vehementiſſima ſit, quippe quæ mentem perturbet, & veluti furore quodam veſano, modò huc, modò illuc mentem trahat & impellat, & ad quoduis malum aggrediendum commoueat. Ea viri quandoque laborant, ſed fœminæ vehementiùs: mala enim omniain marito vel eo quem ardentiùs amant, æquioribus oculis aſpiciunt, quàm illorum pellices.

[a] *Cic. lib. 4. Tuſc.*
[b] *Laërtius in Zenone Cittico.*

C

Nec hoc ſolùm zelotypiæ malo mulieres voluptati ſeruientes laborant, ſed quantumlibet modeſtæ, honeſtæ, & viris ſuis indulgentes, non tam voluptatis gratia, quàm honoris, quem ſibi iure debitum, iniuria eripi vident. [Quòd ſi Sara (inquit Ambroſius [c]) moderationem non tenuit, quæ tenebit?] Ante Ambroſium, Ariſtoteles [d]. [Maximus (inquit) honor eſt ſobriæ mulieri, ſi cernat virum ſuum obſeruantem ſibi caſtitatem, nec de vlla muliere magis cogitantem, ſed præ cæteris omnibus hanc, & ſuam, & fidam ſibi exiſtimantem: tanto enim magis ſtudebit mulier ſe talem præſtare, quanto ſe cognouerit fideliter atque iuſtè à viro diligi. Ergo prudentem ignorare non decet, qui parentibus, qui vxori, & filiis honores conueniant: vt tribuens vnicuique quæ ſua ſunt, iuſtus & ſanctus habeatur: pergrauiter enim vnuſquiſque fert honore ſuo priuari. Nec ſi aliena quis permulta tribuat, contentus erit, ſi ſua ſibi auferantur. Nihil verò magis ſuum eſt vxori, nec magis illi à viro præſtandum, quàm ſancta & intemerata ſocietas. Quapropter non decet hominem ſanæ mentis, vbicumque contigerit, ſemen exponere, ne de vilibus & iniquis, ſimiles liberis legitimis procreentur: ex quo & vxor honore ſuo priuatur, & filiis iniuria fit, ac ſibi pro his omnibus dedecus incumbit.] His enim de cauſis à pellicibus concubiniſque deberent omnes abſtinere, nobiliores præcipuè; ne præter iniuriam quæ Deo fit & vxori, ſibi etiam, filiis & familiæ toti, quam Philoſophus docet, parent infamiam. Cimon Athenienſis patrem, quem optimum habuit, & belliciis rebus clariſſimum, matri plebeiæ, tenuiſſimæque & contemptæ fortunæ poſtpoſuit, quoniam mater operam dederat, vt filios ex optimo viro ſuſciperet, parens verò nihil minus curaſſet. Quare idem Ariſtoteles [e] grauiter reprehendit Agamemnonem, quòd raptam mulierem atque ignoram vxori prætulerit, ex qua liberos ſuſceperat, contrà verò Vlyſſem immortalitate dignum ex ſententia Homeri arbitratur, quòd rogantem Atlantis filiam, & æternitatem pollicentem à concubitu reiecit, & cum Circe, quæ ſuam & ſociorum ſalutem promittebat, manere recuſauerit.

[c] *Ambroſ. lib. de Abrah. c. 4.*
[d] *Ariſt. lib. 2. Oeconomic. c. 2.*
[e] *Idem c. 3.*

D

E

COMMENTARII NOVI.

SAtis conſtat, vt opinor, nonnullis in locis, hæc peccata mœchiæ, ſcilicet homicidij, & idololattriæ perpetua olim pœnitentia damnata fuiſſe, & primis illis temporibus Eccleſiam his legibus ſteriſſe, vt patet ex Tertulliano, & aliis; deinde humaniùs eam homicidas habuiſſe, & in fine eos in ſocietatem admiſiſſe, vt legimus in 21. *Can.* Concil. Ancyrani: verum quo primum tempore, & qua primum authoritate eis ante finem pepercerit, non tam liquido conſtat, atque de mœchia, & idololatria: certum nihilominùs eſt ex hoc Canone, & Ancyrano hanc

disciplinam mutatam fuisse, cum si voluntate ancillam occiderit, post septem annos iubeat in societatem fidelium dominam recipi. ALBASPINÆVS.

Zelotypia est perturbatio animi truculentissima ita quod alacriùs sit mortem subire, quam sub eius tyrannide vitam ducere, vt probant Philippus Camerarius *cent. cap.* 53. Tiraquell. *in l.* 26. *connubial.* Et quidem siue virum, siue fœminam hæc pestis incedat truculentos, & immanes reddit supra feratum iram. De viro ita ait, Cassiodor. lib. 1. var. epist. 37. *Feris insitum est copulam suam extrema concertatione defendere, dum omnibus est animantibus inimicum, quod naturali lege damnatur. Videmus Tauros fœminas suas corrinali concertatione defendere, arietes pro suis ouibus capitaliter insæuire, equos adiunctas sibi fœminas colaphis, ac morsibus vendicare, ita pro copulatis sibi animas possunt, qui verecundia non mouentur, homo autem quemadmodum patiatur adulterium inultum relinquere, quod æternum suum dedecus cognoscitur commisisse.* Elegantiùs D. Chrysostomus de virginit. cap. 52. *Qui hæc insania ictus sit resultat in omnes, stomachatur in præsentes, seu seruus, seu filius seu quisquis alius sit in immerentes temerè iram laxat; itaque proscripta omni voluptate, mœrore, luctu, insuauitate omnia referta sunt, seu domi maneat, seu in forum prodeat, seu iter adornet vbique malo tangitur, animum, quouis stimulo acriùs pungente, ac vexante, nec requiescere sinente, nec enim hic morbus tristitiam solum, sed etiam effusam furorem parere solet, etenim cum omnium charissimam, & pro qua lubens, vel vitam impendat suspectam habere semper cogitur, quid est omnino quod solari eum possit, nam seu somnum inire, seu cibum, potumque capere necessum sit, mensam lethalium venenis potiùs quam edulijs instructam credet, in lecto nec vel momento quiescet, sed tanquam subiectus prunis æstuabit.* Mulierem hac phreneſi insanientem, ita depingit Ouidius.

Nec lea cum catulis lactantibus vbera præbet;
Nec breuis ignaro vipera læsa pede.
Fœmina, quam sceÿ deprehensa pellice lecti
Ardet, & in vultu pignora mentis habet:
In ferrum flammasque ruit, positóque decore
Fertur vt Aonÿ cornibus icta Dei.

Sed elegantiori exemplo effrene, & implacabile huius Veneris toxicum describit Apuleius lib. 8. Milesiar. his verbis: *Seruum quidam, cui cunctam familiæ tutelam dominus permiserat suus, quique possessionem maximam illam, in quam diuertebamus, villicabat, habens in eodem famulitio conseruam coniugem libere cuiusdam, extraneæque mulieris, flagrabat cupidine, quo dolore pellicatus vxor eius instructa cunctas mariti rationes, & quidquid horreo reconditum continebatur, admoto combussit igne, nec tali damno thori sui contumeliam vindicasse contenta etiam contra sua sæuiens viscera laqueum sibi nectit. infantulúmque, quem de eodem marito iam dudum fecerat, eodem funiculo nectit, séque in præaltissimum puteum appendicem puerum trahens præcipitat.* Quas verò Deus tulerit leges in zelotypiæ medelam habes *Numer. c.* 4. vers. 12. de quibus Philo Iudæus *lib. de specialibus legibus*, Iosephus *lib.* 3. *antiquit. cap.* 10. plura congerunt de zelotypia vltra supra laudatos Lœlius Biscíola *tom.* 1. *horar. subcis. lib.* 15. *cap.* 11. P. Sherlogus *tom.* 3. *in Cant. vestigat.* 36. *cap.* 8. *pag.* 544. D. Antonius de Feloaga *in cap.* 1. *de his quæ vi, in princ.* Vnde apparet quam propriè & eleganter PP. Illiberini in præsenti Can. de Domina zelotypi ob amorem mariti erga ancillam referant, *si qua Domina furore zeli accensa.* GONZALEZ.

b

FLAGELLIS VERBERAVERIT ancillam suam.

CAPVT DVODECIMVM.

Quæ olim flagellorum, & verberum, quæ fustium pœna.

ERant apud Romanos supplicia ingenuorum propria, & propria seruorum. Ingenuos fustibus castigari Callistratus [a] docet, & Hermogenianus: [b] seruos autem flagris, flagellis seu verberibus Vlpianus [c]. Quare idem Callistratus [d] in metallum damnatis libertatem adimi, inde collegit, quòd verberibus coercerentur. Seneca [e] eodem argumento euincit, Claudium in seruitute fuisse, quòd seruilibus verberibus affectus fuisset. [Apparuit (ait) subitò C. Cæsar, & petere illum in seruitutem cœpit: producit testes, qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem.] Idem, equitem quandam Romanum, quia filium suum flagellis ceciderat, penè à turba in foro graphiis confossum narrat, indignum facinus Populo existimante, ingenuum filium seruiliter à patre tractari. Ex quo apparet, atrociorem fuisse flagellorum, quàm fustium castigationem: & sicut harum admonitionem inleui & modica, sic illorum in graui, atroci & seruili animaduersione constitisse, vt Iulianus, [f] & Vlpianus [g] docent. Sed prudenter Marcus Varro, [h] monuit, mancipijs imperandum esse, vt verbis coërceantur potiùs, quorum verberibus; piéque & Christianè Prosper, [i] vt domini seruos, velut eorum in Christo conserui, misericorditer tractent; & serui dominis ita ex corde deseruiant, vt voluntatem non solùm dominorum suorum, sed etiam Dei hoc ipsum iubentis efficiant.

COM

a *Callistra. l. capitalium. §. non omnes, de pœn.*
b *Hermogen. l. vlt. de iniuriis.*
c *Vlpianus in l. item apud Labeonem. §. adiicitur eiusdem tituli.*
d *Callistratus in l. metallum de iure fisci.*
e *Seneca in libello ioculari de morte Claudy.*
Idem.
f *Iulianus in l. Idque 28. de vsufructu*
g *Vlpianus in l. item apud Labeonem de iniuriis.*
h *Marcus Varro lib. 1. de re rustica cap. 20.*
i *Prosper lib. 2. de vita contemplat. c. 3.*

COMMENTARII NOVI.

EX quibus cauſis iure ciuili Romanorum liberi homines fuſtibus cædebantur ex eiſdem ſerui extremæ notæ, & non integræ frontis homines flagris, ſeu verberibus afficiebantur; quam verborum differentiam dapſilè illuſtrant Gothofred. *in l. 12. ff. de iure fiſci.* Petrus Fabr. *lib. 2. ſemeſtr. cap. 5. 6. & 7.* D. Ioannes Solorzan *de Parricid. lib. 1. cap. 10.* Briſſon. *lib 3. ſelect. cap. 9.* Iuſtus Lipſius *lib. 2. de Cruce, cap. 3. à num. 34.* D. L. Ramir. *in Pentecont. cap. 37.* Fornerius *lib. 4. rerum quotid. c. 2.* Torrentius *ad Horatium lib. 1. ſatyr. 3. verſu 119.* Gretſerus *lib. 2. de Cruce, cap 4. cum ſequentibus.* Oſſual. *lib 2.* Donel. *cap. 9 & lib. 18. cap. 8. litt. T.* Cuius iuris teſtimonia, & rationes cumulaui *in cap. propoſuit, de foro compet. cap. 1. de calum.* quas hic tranſcribere non libet: tantùm notare in animo eſt magnam proprietatem ſermonis huius Canonis, in quo quia de ancilla flagris affecta agitur, non fuſtibus, ſed verberibus fuiſſe cæſam eleganter PP. expreſſere. GONZALEZ.

ITA VT INTRA TERTIVM DIEM animam cum cruciatu effundat.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Cur de tertio die mentio hîc iniecta?

TErtium diem adiecerunt Patres, vt coniectura magis idonea agnoſceretur, mortis cauſam verbera fuiſſe, non morbum ortum ex alia cauſa. Si enim tam acerba fuiſſent vulnera verberibus illata, vt intra tertium diem illis afflictam mori contingeret, veriſimile erat, animum interficiendi ancillam habuiſſe: quòd ſi pro certo id habitum ſit, pœna homicidij erat imponenda. Hanc autem dierum diſtinctionem diuino præcepto obſeruaſſe Moyſen legimus: ſi enim ſtatim ſeruus moriebatur, pœna homicidij illi imponenda erat: ſin autem die vno vel duobus ſuperuixiſſet, non illi pœnæ ſubiiciebatur. Quam dierum diſtinctionem, forſan etiam apud Romanos obſeruatam, ſuſtulit Imperator Conſtantinus, [k] adimens dominis omni tempore animaduerſionem capitalem, poteſtatemque infligendæ priuato iudicio mortis.

Exod. 21.

k *Conſtantin. in l. 1. C. de emendatione ſeruorum.*

COMMENTARII NOVI.

ALiquando etiam præſumitur vulneratum ex vulnere accepto deceſſiſſe, etiam ſi poſt octo dies occumbat *cap. continebatur de homicidio.* Imò & ſi poſt octo menſes ſi vulnus fuit lethale *cap. 3. de clerico percuſſ.* docent Iulius Clarus *in §. homicidium, num. 44.* Menoch. *de arbitr. caſ. 275.* Pereira *de empt. & vendit. cap. 7. num. 12.* Farinac. *part. 5. praxis crimin. quæſt. 127. num. 29.* Hæc tamen præſumptio certior deducitur ex inſtrumento percuſſionis, *l. 1. §. Diuus, l. vlt. ff. ad l. Corn. de ſicar.* Vlpian. *apud Licin. Rufin. in collat. tit. 1.* D. Baſil. *ad Amphiloc. cap 8.* notarunt Balſamon *in can. 92. ſexta Synodi*, Fornerius *lib. 3. ſelect. cap. 23.* Si enim ferula, colaphis, aut fuſtibus ictus infeſtatur leuis percuſſio eſt, *l. veluti, ff. de pœnis.* Secus autem ſi flagellis ſeruus coërceatur, flagellorum enim coërcitio acerbiſſima cenſetur. Cruenta dicitur à Martiale *lib. 2. epig. 17.*

Cruenta pendent qua flagella tortorum.

Horribilia appellantur ab Horatio *lib. 1. ſatyr. 1.*

Nec ſcutica dignum, horribili ſectere flagello.

Maximè ſi flagella catenata, & oſſilata ſint, de quibus Apuleius *lib. 8. Mileſiar.* vel ſi nodoſa, aut aculeata, quæ ſcorpiones vocantur à D Iſidoro *lib. 5. orig. cap. 27.* propter acumina pungentia in modum Scorpionis, de queis plura Baron. *in Martyrol. die 12. Iunij*, Hurtado *de martyrio, reſol. 36. ſect. 6.* qui inde exponunt locum *lib. 3. Regum cap. 2.* vbi Roboan his verb. comminatur populum. *Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus.* Vnde vſufructuatio ſeruum, in quo vſumfructum habet, flagellis cædere non permittitur, *l. ſed ſicuti §. vlt. ff. de vſufructu.* Paul. *lib. 3. ſentent. tit. 6.* ibi: *Seruos neque torquere, neque flagellis cædere, neque in eum caſum facto ſuo producere vſufructuarius poteſt, quo deteriores fiant.* Notauit D. Ioannes Suarez *ad l. Aquil. lib. 2 cap. 3. ſect. 1.* imò frequenter ſeruos vſque ad necem cædi comperimus, *in l. quæſtionis, §. in cauſis, ff. de quæſtion. l. aut damnum 8. §. 3. ff de pœnis, l. ſi poſtulauerit 27. §. penult. ff. ad l. Iul. de adult.* apud Paulum *lib. 1. ſentent. tit. 12. §. ſeruus.* Tacitum *lib 16. annal.* Curtium *lib. 4. de geſtis, Alex. pag. 118* notarunt Lipſius *lib. 2. de Cruce, cap. 3* Paſſeratius *ad Propert. lib. 4. eleg. 9.* Rectè ergo cum ex verberibus acriter inflictis mors plerumque ſequatur *cap. fin. de homicid. in 6.* ſi poſt triduum deceſſit ancilla à Domina verberata tanquam pro homicidio voluntario in hoc canone pœnitentia iniungitur; tempus autem

tem pœnitentiæ, & expiationis septem annorum à Patribus præscribitur, si voluntate, licèt non merâ fuit admissum homicidium, si autem casu quinquenium præfinitur. Cui sanctioni consentiunt P.P. Concilij Ancyrani relati à Gratiano *in cap. eos distinct.* 50. *Synodi Tribur c.* 52. in illis verb. *Placuit nobis de homicidijs non sponte commissis hic inserere, quod in Ancyrano sancto Concilio cap.* 22. *legitur, vbi dicitur: de homicidijs non sponte commissis prior quidem diffinitio post septennem pœnitentiam perfectionem consequi præcipit; secunda verò quinquennij tempus replere.* Ex quibus accepit Martinus Brachar. Canonem relatum à Gratiano *in cap. si quis* 4. 50. *dist* Tempus hoc vt ex D. Isidor. notauit *Mendoza* in præsenti respondet numero dierum, qui in lege veteri præscriptus erat expiationi, nam victimas oblaturis opus erat per septem dies se adspergere, & laurea. Philo Iudæus *lib. de victimas offerentibus* ibi: *De cætero corpus lauacris, & adspersionibus purificet, nec tamen adspersum semel, aut ablutum mox intra fanum admittit, sed iubet foras expectare per septem dies, & interim adspergit bis, tertia, septimaque die; ac tum demum post ablutionem ad sacrificandum ingredi*: notauit eruditus D. Ioannes Suarez *d. lib.* 1. *c.* 2. *sect.* 9. *num.* 41. GONZALEZ.

SI VOLVNTATE, POST septem annos.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Quæ in seruorum castigatione dominorum potestas.

HAbebant olim domini iure Romanorum in seruos vitæ necisque potestatem, Vlpiano [a] teste: quod à Græcis forsan acceperunt. Platone enim instituisse refert Theodoretus [b] insontem innoxiumque haberi eum, qui proprium seruum occidisset. At constitutione posteà diui Antonini hanc potestatem ademptam recenset idem Vlpianus, nec aliter puniendum qui seruum suum occidisset sine causa, quàm si alienum. Cui legi ferendæ acerbitatem Hispanorum, Bæticæ præsertim Prouinciæ (in qua & hoc Concilium peractum est) causam dedisse testatur eiusdem Antonini rescriptum, quod de seruis Iulij Sabini Hispani ad Ælium Martianum Proconsulem Bæticæ directum, his verbis exstat. [Dominorum quidem potestatem in seruos suos, illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi: sed dominorum interest, ne auxilium contra sæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur iis qui iustè deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad statuam confugerunt; & si vel durius habitos, quàm æquum est, vel infami iniuria vt in potestatem domini non reuertantur, qui si meæ constitutioni fraudem fecerit, sciat me hoc admissum seuerius executurum.] Nec causam solùm subesse sat erat, nisi & illa à iudicibus examinata probaretur, vt meminit Caius. [c] Adrianum etiam refert Spartianus vetuisse seruos à dominis occidi, & iussisse, à iudicibus eos damnari, si digni essent. Quare eundem Adrianum [d] refert Vlpianus in quinquennium relegasse Vmbriciam matronam nobilem, quòd ex leuissimis causis ancillas suas atrocissimè tractasset. At Constantinus [e] Magnus illud præcepit, ne sine causa dominus seruum priuato iudicio occideret, homicidij pœna dominis iniecta. Quòd si ad coërcendam seruorum contumaciam vel nequitiam, illos verberibus afficientibus dominis, casu occidissent, eos pœna liberos Constantino placuit. Necesse enim est aliquando ius moderatæ castigationis non omittere, ne alioquin sit in dominatu seruitus, & in seruitute dominatus, vt scripsit Cicero. [f] Hanc tamen sic oportet temperare, vt nec impunè contemni, aut ludibrio haberi possit; ne soluta & effrænis erumpat in tyrannidem. Quam Cato apud Tullium probat in sene, nos probamus in eo qui alios in potestate habet, seueritatem: sed eam (sicut alia) modicam: acerbitatem nullo modo: nam ex ea natum prouerbium illud, rectè apud Macrobium [g] Euangelus monuit [Vnde putas (ait) arrogantissimum illud mananasse prouerbium, quod iactatur, totidem nos habere seruos, quot hostes? non habemus illos hostes, sed facimus, cùm in illos superbissimi, contumeliosissimi, crudelissimi sumus.] Non hi dissimiles sæuitia antiquo Pollioni, nec indigni simili pœna, cùm enim aliquando Augustus Cæsar apud Pollionem cænaret, & quidam seruus ob fractum crystallinum vasculum iussus esset ab ipso hero Pollione murænis obiici laceran-dus, Augustus huius herilis sæuitiæ nouitate motus, grauissimè incanduit in hospitem

[a] *Vlpian. l.* 2. *de his qui sunt sui, vel alieni iur.*
[b] *Theodoretus lib.* 9. *de Græcarum curatio. affection.*
[c] *Catus in l.* 2. *ad l. Corneliam de sicariis.*
[d] *Vlp. l.* 2. §. *fin. de his qui sunt sui vel alterius iuris.*
[e] *Constanti in l.* 1. *C. Theod. de emendatio. seruorum.*
[f] *Cicero in oratione pro Deiotaro.*
Macrobius lib. 1. *saturnaliorū. c.* 11.

Digitized by Google

A ſpitem Pollionem (quem etiam hoc nomine dignum mille mortibus putabat Senecâ) [h] ſimulque iuſſit coram eo omnia eius cryſtallina frangi, vt his pro ſeruo, quem libe-
rum emiſit, impleretur piſcina murænarum.

Quod ſi tanta in foro ciuili pietatis ratio habita eſt, in Eccleſiaſtico quid ſtatutum? Audiamus Concilij [i] Epaunenſis ſub Gelaſio Patres. [Si quis, ſeruum proprium (aiunt) ſine conſcientia iudicis occiderit, excommunione biennij effuſionem ſanguinis expia-
bit.] Idem Agathenſis [k] Concilij. [Si quis ſeruum proprium ſine conſcientia iudicis occiderit, excommunicatione vel pœnitentia biennij reatum ſanguinis emendabit] Sed ſeptennem pœnitentiam, renouato huius Concilij decreto, confirmauit Concilium VVormacienſe [l] & Maguntinum. [m] Quæ pœna pro crimine capitali, ſiue mortali (vti vocant) olim ſolebat imponi. Sed quæ fuerit ratio, vt tot annorum pœnitentia in-
B iungeretur, (ne caſu factum quiſquam opinetur) ab Iſidoro [n] illa petenda eſt. [Nec ipſum (ait ſcribens ad Maſſonam Epiſcopum Emeritenſem,) quod canonum cenſura poſt ſeptem annos remeare pœnitentem in ſtatum priſtinum præcepit, electione proprij arbitrij, ſed potiùs ſancti Patres ex ſententia diuini iudicij ſanxerunt. Nam legitur, quòd Maria ſoror Aaron prophetiſſa, dum detractionis aduerſus Moyſen incurriſſet delictum, ilico ſtigmate lepræ percuſſa eſt. Cúmque peteret Moyſes, vt emundaretur, præcepit eam Dominus extra caſtra ſeptem diebus egredi; & poſt emundationem rurſus eam intra caſtra admitti. Maria ergo ſoror Aaron, caro intelligitur ſacerdotis, quæ dum ſuperbiæ dedita, ſordidiſſimis cogitationum illecebris maculatur, extra caſtra ſeptem diebus, hoc eſt extra collegium ſanctæ Eccleſiæ ſeptem annis proiiciebatur: vbi poſt emendationem vitiorum, loci, vel priſtinæ dignitatis recipiet meritum.

[h] *Seneca de Clementia.*

[i] *Conc. Epaun. c. 34.*

[k] *Concil. Agath. c. 42.*

[l] *Conc. VVorm. c. 37.*

[m] *Magun. c. 22.*

[n] *D. Iſidorus in epiſtola ad Maſſonam Epiſ. Emeritenſem.*

[o] *Ius parte 6. Decr. c. 398. Num. 12.*

C

COMMENTARII NOVI.

CErtum eſt primis reipublicæ R temporibus Dominos in ſeruos vitæ, neciſque poteſtatem habuiſſe. *l. 1. §. 1. ff. de his qui ſunt ſui, § 1. inſt. eod tit.* Plato apud Theodoret. *lib. de Græca affect.* Plutarch. *in Cat. Cenſor.* Sen. c. *lib. 3. de benef. cap* 33. probant Samuel Petitus *ad ius Atticum, lib. 2. tit. 6. pag.* 177. Cuiac. *lib. 4. reſponſor.* Papin. *in l. 94. ff. de condit. & demonſtr.* A. Gomez *lib. 2. var. cap. 2. num. 51.* Oſſual *lib. 2.* Donel. *c. 9 litt. S.* Vulteius, Arnold. Vinn. Mantius Arpretus, & alij inſtitutarij *in d.* §. 1. Nec tantum intra lares proprios hanc po-
D teſtatem, ſeu Tyrannidem exercebant, verum extra domeſticos parietes, in foro & plateis, vt legitur de Autronio ciue Romano, qui ſeruum proprium capite plectendum propria auctoritate conſeruis tradidit, vt per circum virgis eum cæderent, apud Liuium *lib. 2.* Dionyſ. Halic. *lib. 7.* Macrob. *lib. 1. Saturn. cap. 11.* quàm poteſtatem delibatam, & reſtrictam fuiſſe Imperat. conſtitutionibus in Pandect. legimus. A Domitiano, & Nerua conſtitutum fuit ne Dominus ſeruum ſuum libidinis, & promerci cauſa caſtrare auderet, *l. eiuſdem 3. §. 4 ff. leg. Com. de ſicar* referunt Xiph. *in Domit. & Nerua,* Sueton. *in Domit.* & ex eis Pancirol. *lib. 2. variar. cap.* 101. Ioan. Bertrand. *in vita Neratij Priſci,* & lege Petronia lata ſub Nerone anno vrbis 813 ablata fuit poteſtas Dominis tradendi ſeruos ad pugnandum cum beſtiis, *l. circumcidere 11. §. 2. ff. cód. tit.* Eándémque conſtitutum fuit, quod ſi Dominus in ſeruum ſæuus fuerit, compellatur ſeruum venundare bonis conditionibus, Senec *lib. 3. de benef. cap. 22.* ibi: *De iniuriis Dominorum in ſeruos qui auditat, poſitus eſt, qui & ſæuitiam & libidinem, & in præbendis ad victum neceſſarijs auaritiam compeſcat.* Plutarch. *lib. de ſuperſtit. ſeruis libertatem deſperantibus lex eſt vt ſe vendi petant.* Licèt ea verba ad ius Atticum referat Petitus *vbi ſuprà*, quam legem firmarunt & roborarunt Adrianus, & Antoninus; ſuo re cripto relato *in leg. 1. §. 2. ff. de his, qui ſunt ſui*, ad dentes, vt ſi Dominus ſeruum ſine cauſa legibus cognita occidiſſet, non minùs puniretur, quam ſi alienum ſeruum occidiſſet; & quia iſti Imperatores ſuprà relatas conſtitutiones firmarunt, & ſuſcitarunt, illis hæc delibatio; & reſtrictio poteſtatis Dominicæ tribuitur: ex vulgari regula noſtra facimus, quibus noſtram impartimur authoritatem, quam illuſtraui *in cap. 1. de tranſact.* quòd in iure nouum non eſſe notauit Fornerius *lib. 1. rerum quotid. cap.* 17. Poſt quam Imperatorum conſtitutionem, ſer ui, qui crimina morte digna perpetrabant, à Dominis Magiſtratibus puniendi offerebantur, *l. cum ſeruus 15 ff. de condit. cauſ. data, l. elegant 14. §. vlt. ff de pignorat. action. d. l. circumcidere, § vlt.* Gaius *lib. 1. inſtit. tit. 3.* quod etiam Eccleſiæ PP. ſtatuerunt *Concil. Epaun. ſub Gelaſio can.* 34. Agathenſ. *can. 26.* relati ab A. Auguſtin. *in epit. Iuris Pontif. tit. 1. lib. 35.* Permiſerunt tamen Imperatores Dominis in ſeruos ſæuire cauſa legibus cognita, veluti cum Dominus inuenerit ſeruum cum propria vxore adulterantem, ita decernente lege Iul. de adult. teſte Paulo *lib ſingul. de adult.* apud Licinum Rufin. *tit. 4* notauit Theophil. *in lib. 1. inſtit. tit. 8 §. ſed & maior*, quod apertiùs iure noſtro Patrio ſtatutum fuit, *in l. 6. tit. 21. part 4.* Si enim alienus ſeruus in adulterio deprehenſus, impunè à marito occiditur, *l. qui occidit 30. ff. ad leg. Aquil. l. quid ergo 53. §. ſi hæres, ff. de legat. 1. l. qui ſeruum 96. ff. de V. O.* Suarez *ad leg. Aquil. lib. 1. cap. 2.* quanto magis proprium; ad quem caſum ſerui adulteri referendi ſunt textus *in l. ſeruum quem 27. ff. de pignor. leg. elegant 14. §. vlt. ff. de pignorat.* vt ipſe

Suarez

Suarez docet *lib.2. cap.3. sect.2.* Sed si tantùm Dominus zelotypiam patiebatur, non autem adulterium commissile seruum liquido constabat, tantùm poterat eum accusare, non verò occidere, *l. seruos ff. de accusat.* qui casus singularis notatur à Græcis, vbi Dominus cum seruo in iudicio consistit.

Nec tantùm potestas necis Dominis ablata fuit dictis constitutionibus, verum & cohibita nimia sæuitia, quod & Constantinus firmauit, *in l. vnic. de emendat. seruor.* qua cauetur vt homicidam damnandum esse Dominum, qui seruum suum ita verberauerit vt occideret, si ex verberum genere præsumptio homicidij contra Dominum detur, veluti si fuste, aut alio acri instrumento, eum percutiat. Cæterùm si virgis, vel loris seruum ceciderit, non punietur tanquam homicida, licèt paulò post seruus decesserit: quia præsumitur habuisse animum emendandi potius, quam occidendi, & emendatio castigatióque, modo in eis formam seruent, Dominis permittitur, *l. item 15. §. sed etsi 42. ff. de iniurijs,* vt si simplicibus quæstionibus Dominus vtatur *l. 2. Cod. Theodos.* vbi idem Constatinus ait: *Toties Dominum non placet morte serui reum homicidij pronunciari, quoties simplicibus quæstionibus domesticam exercet potestatem,* id-est modicis verberibus, quæ ad quæstionem in seruos habendam exerceri solebant, *l. nullam, C. ex quib. caus. infam. l. vlt. C. de abolit.* Senec. in Hippolyt. *act.3.*

Silere pergit verbere, ac vinclis anus,
Alitrixque prodet, quicquid hac fari abnuit.
Vincite ferro, verberum vis extrahat.
Secreta mentis.

Plura congerit Ianus Langleus *lib. 9. semestr. cap. 2.* Etiam pro simplici emendatione accipi potest collare, cum seruis fugitiuis collare, apud nos *argolla* collo imponitur *lege Iul. de adult.* Plautus *in capt. scen. 2. act. 2.*

Hoc quidem haud molestum est quod collum collario caret.

Quod genus vinculi etiam columbar dicitur, vt Priscianus notauit *lib. 5.* ex Plaut. *in Rudent. in fine.*

Illic columbam leno vertitur,
Nam in colũbari collum haud multo post erit.
In nemum ille hodie nidamenta congeret.

Et non fuit semper serui fugitiui, vt ex Liuio, & aliis probat D. Ioannes Suarez *lib.2. ad leg. Aquil. cap.3 sect.2. num.39.*

Ex quibus omnibus liquet quam secundum iuris principia P.P. in præsenti canone septennem pœnitentiam iniunxerint Dominæ, quæ furore zeli accensa, ancillam verberibus flagrisque ita acerbe affecit, vtpost triduum cum cruciatu expirasset, siquidem huiusmodi nimia sæuitia vtroque iure Dominis prohibita est, nec prætextu adulterij à marito commissi excusari valebat, tum quia ob suspicionem illam tantum accusare eum poterat iure Pontificio argument. text. *in cap. nemo 32. quæst.4. cap. transmissi, de eo qui cognouit.* Non verò iure Cæsareo, *l.1. C. ad leg. Iul. de adult. l.2. l. qui accusare 8. ff. de accusat. l. mulieri 6. ff. de popular. action. l.3. §. sed etsi mulier, ff. de liber. hom. exhib.* Aul. Gellius *lib. 10. noct. cap. 23.* nec si eum deprehenderet in adulterio occidere vllo iure poterat, non Cæsareo, quo & si patri, & marito id permitteretur *lege Iul. de adulter.* vxori tamen nunquam licuit: imò nec lege Romuli digito maritum adulterum tangere licebat, Plutarch. *in vita Romul.* Gellius *dicto cap.23.* Fœdior enim Romanis videbatur libido in fœminis quam in maribus: Quintil. *lib. 5. instit.* facit text. *in l. si qua illustris, Cod. ad Orphit.* Non iure Canonico, quo inspecto nec maritis licet vxores in adulterio deprehensas occidere, *cap. inter 6. cap. admonere 8. 33. quæst. 2.* plura congerunt Couar. *2. part. de matrim. cap. 7. §.7.* Basilius *cod. tract. lib.9. cap.15.* Azor. *tom.1. instit. moral. lib.5. cap.20.* Scobar *lib. 1. de vtroque foro, §.7.* Bernegetus *ad Tacitum, quæst.103. polit.* GONZALEZ.

SI CASV, PER QVINQVE ANNORVM tempora acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Ob delicta casu admissa cur olim pœnitentia imponeretur.

QVæ olim septennis pœnitentia pro homicidio, non sponte, sed casu admisso, imponebatur, humaniori sententia ad quinquennium restringitur, huius & Ancyrani [a] Concilij decreto. [Eos verò (inquit) qui non voluntate, sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pœnitentiam, communioni sociauit, secundùm gradus constitutos. Hæc verò humanior definitio quinquennij tempus tribuit:] quod confirmauit postea Concilium Epaunense [b] sub Gelasio.

Sed illud definire quibusdam videtur difficile, quare pro homicidio casu admisso, pœnitentia imponatur, non solùm huius Concilij, sed Ancyrani, Epaunensis & aliorum decreto: cum pœnitentia culpam supponat, culpa autem liberæ voluntatis actionem, actio verò libera casum non admittat. Tertullianus. [c] [Quid? quòd voluntas facti origo

[a] *Concil. Ancyr. c. 22.*

[b] *Concil. Epaunen. c. 31.*

[c] *Tertull. lib. de pœnitent. c.3.*

Digitized by Google

A origo eſt? viderint enim, ſi qua caſui, aut neceſſitati, aut ignorantiæ imputantur, quibus exceptis, iam non niſi voluntate delinquitur.] His & aliis vt quam lucem præferamus, obſeruandi ſunt antiquæ Eccleſiæ mores, quibus receptum fuit, in omnibus his quæ ſua natura ſine iuſta temporis & rationis (vt vocant) circumſtantia, vitioſa erant, quamuis ea circumſtantia adeſſet, publicam pœnitentiam indicere, ſi publicum erat facinus, non ob culpam, quæ nulla erat; ſed ob exemplum; vt quos exemplo ſuo rei ad malos quodammodo prouocauerant mores, pœnitentiæ & emendationis teſtimonio ad rectam viam reuocarent: & vt procliues ad delinquendum hominum animi ſeuera hac Eccleſiæ diſciplina terrerentur: hac ratione, tam in hoc quàm in Concilio Ancyrano, & Epaunenſi pœna illi iuncta eſt, qui caſu homicidium fecerit. Non diſſimilem conſtituit legem
B Concilium Nannetenſe [d]. [Si quis (ait) caſu, non volens, homicidium perpetrauerit, quadraginta diebus in pane & aqua pœniteat: quibus peractis, biennio ab oratione fidelium ſegregetur; non communicet, nec offerat; poſt biennium in communione orationis offerat; non tamen communicet: poſt quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abſtinentia ciborum in arbitrio Sacerdotis maneat.] Inſanis præterea quod magis mirere (ſi delinquant) pœnitentiam impoſuit Concilium VVormacienſe [e]. [Si quis inſaniens (ait) aliquem occiderit, ſi ad ſanam mentem peruenerit, leuior ei pœnitentia imponenda eſt, quàm ei qui ſana mente tale quid commiſerit; cui quamuis pœnitentia ſit imponenda, quia ipſa infirmitas cauſa peccati fuiſſe creditur, tantùm tamen leuior, quàm ei qui ſanus aliquem occiderit, quantum inter ſanum & inſanum, & irrationabile & rationabile conſtat eſſe diſcrimen.] Eos item qui caſu, vel in bello publico aliquem occidiſſent, pœnitentia affici voluit Beda [f]. [Qui caſu (ait agens de variis cædium generibus) annum vnum, qui in bel-
C lo publico, dies quadraginta.] Ne autem hanc pœnitentiam pro bello iniuſto, non autem iuſto, imponi quis arbitretur, diui Baſilij [g] teſtimonio rem illuſtrabo. Reſcribens is ad Amphilochium Iconij Epiſcopum. [Cædes (inquit) in bellis factas Patres pro cædibus non imputauerunt, vt mihi videtur, ignoſcentes eis, qui pro pudicitia & pietate decertant, rectè autem fortè habet conſulere, vt qui ſunt manibus non puris, ſola trium annorum communione abſtineant.] Non eſt pœna diſſimilis, quam his qui ſine culpa per ignorantiam inebriati eſſent, impoſuit Pœnitentiale Romanum [h]. ſeptem enim fuit dierum. [Sacerdos quilibet, (ait) (quod & retulit probauitque Beda [i]) ſi inebriatur per ignorantiam, ſeptem dies pœniteat in pane & aqua. [Et Rurſus. [Qui ſacrificium euomuerit, quadraginta dies pœniteat: ſi infirmitatis cauſa, ſeptem dieis.] Ab his antiquis Eccleſiæ moribus haud
D recedunt nunc leges Politicæ [k]: nam etſi vim illatam vi repellere, & iniuriam manu aut quacumque ope poſſint propulſare, & ratio doctis & neceſſitas barbaris & mos gentibus & feris natura ipſa præſcribat: in Polonia tamen, ſi quis adgreſſorem, dum nec euadere fuga, nec ſe loco tueri, aut quoquo modo vim declinare poteſt, cum cauſa & moderamine inculpatæ tutelæ occiderit, pecunia magna multatur, vt pœnæ exemplum peccandi licentiam coërceat.

Ex his petenda eſt interpretatio Canonis pœnitentialis Theodori apud Gregorium [l] IX. Erat autem Theodorus inſtituto Benedictinus monachus, natione Græcus, ex Tarſo Ciliciæ, dignitate Archiepiſcopus Cantuarienſis: qui cum vitæ ſanctitate, & doctrinæ laude præſtitiſſet, miſſus eſt cum alio monacho, Adriano nomine, à Vitaliano Papa in Angliam, anno Domini DC. LXXII. vt ea quæ Diuus Gregorius in
E religionis & morum diſciplina inchoarat, ipſi propagarent, auctore Beda [m]. Cum autem Sacerdotes Angliæ docere ille vellet pœnitentiæ leges, quibus peccantes poſſent coërcere, Pœnitentiale illud condidit, quod vulgò circumfertur; ex quo caput illud decerpſit Bernardus Papienſis [n] in prima compilatione, & ab eo Gregorius IX. in hac vltima. Ait igitur Theodorus. [Si quis propter neceſſitatem furatus fuerit cibaria, vel veſtem, vel pecus, per famen aut per nuditatem, pœniteat hebdomadas tres.] Cruciatur gloſſa & Doctores in illius explanatione; ac tandem communi conſenſu docent, ideò impoſitam fuiſſe pœnitentiam, quia fames vel nuditas modica erat, non autem extrema: nam ſi extrema eſſet, (aiunt) nulla foret pœnitentia imponenda.

Eam tamen interpretationem verba eiuſdem canonis ſequentia labefactant. [Et ſi reddiderit, non cogatur ieiunare.] Pœnitentia ergo remittitur, ſi res ablata reddatur; quæ remittenda non eſſet, ſi modica fuiſſet neceſſitas, nam culpa contracta violato

[d] *Concil. Nannet. can. 18.*

[e] *Concil. VVormat. can. 18.*

[f] *Beda lib. pœnit. ſeu de remed. peccator. c. 3.*

[g] *D. Baſil. epiſt. ad Amphiloch. Iconij epiſcop. c. 13.*

[h] *Pœnit. Roman. apud Anr. Aug. tit. 5 c. 3.*

[i] *Beda in pœnitentiali cap. 12. Apud Anr. Aug. tit. 5. c. 8.*

[k] *Paul. l. 45. ad l. Aqui. Cicero pro Milone.*

[l] *Petrus Ruizius in epiſt. ad Sigiſmund. Polonia Regem, Lithuanitis deciſionibus præfixa.*

Explicatur Theodori canon pœnitentialis apud Gregorium IX. in c. 3. de furtis.

[m] *Beda lib. 2. de ratione temp. & lib. 4 hiſtor. Eccleſiaſt. gentis Angl. c. 1.*

[n] *Bernard. Papienſis in prima collectione decretalium tit. de furtis c. 5. Gregorius IX. in c. 3. de furtis.*

Dei præcepto de non furando, non remittitur reſtituta re ſublata, ſed obligatio ſolùm & neceſſitas eandem Domino reſtituendi. Ieiunare ergo non cogitur is, quia extrema inopia non fuit: nam quamuis extrema eſſet, non ideò minùs ieiunare & pœnitentiam agere cogeretur, vt docet Pœnitentiale Romanum [o]. [Si feciſti (ait) furtum, neceſſitatis cauſa; ſic dico, vt non haberes vnde viueres, & propter famis penuriam; & tantum furatus es victualia extra Eccleſiam, & non propter conſuetudinem feciſti, redde quod tuliſti, & ſex ferias in pane & aqua pœniteas.] Quam ſeueritatem Anglis nouiter conuerſis remiſit Theodorus in ſuo Pœnitentiali, ſi res ablatas reddidiſſent, vt ad earum reſtitutionem illos inuitaret: ſed quòd pœnitentiam priſci Patres indici & agi voluerint tam pro malis quàm pro his omnibus quæ mali ſpeciem natura ipſa præ ſe ferebant: eáque ratione furto (ſi furtum iure dici poteſt) vel homicidio caſuali (ſi homicidium nuncupandum eſt) pœnitentiam præſcripſerunt, vt pœnæ metu in officio & æquitate fideles continerentur. Pœnam autem ſine culpa, etſi non ſine cauſa, imponi poſſe, vtriuſque iuris regulis [p] ſancitum eſt.

[o] *Pœnitentiale Romanum apud Ant. Aug. tit. 4. c. 16.*

[p] *Regula ſine culpa in 6.*

Antiquarum autem pœnitentiarum leges cum iam in vſu eſſe deſierint, non eſt cur huius canonis ſanctione, & pœnitentialis Theodori, ad liberandos reos pœnitentes impediantur Sacerdotes: cum vtrumque ſuo tempori inſeruiſſe ſat ſit. Hodie autem recepta iam in Eccleſia conſuetudine, leniùs ſe gerunt Sacerdotes, & contractam culpam arbitraria pœnitentia caſtigare ſolent.

Quòd ſi ex pœnitentiæ ſacramento ad forenſe iudicium dilabamur, inquiramúſque, an pœna aliqua ciuilis propoſita ſit his, qui vel corrigendo, vel caſtigando ſeruos culpæ alicui obnoxios, tandem caſu occiderint, Conſtantinus [q] occurrit, hæc Macrobio reſcribens.

[q] *Conſtant. in l. 2. C. Theod. ſi de his mancipatis ſeruor.*

Conſtantinus A. Maximiano Macrobio.

Quoties verbera dominorum talis caſus ſeruorum comitabitur, vt moriantur culpa nudi ſunt, qui dum peſſima corrigunt, meliora ſuis adquirere vernaculis voluerunt. Nam requiri in huiuſmodi facto volumus, in quo intereſt domini incolume iuris proprij habere mancipium, vtrùm voluntate occidendi hominis, an verò ſimpliciter facta caſtigatio videatur. Toties etenim non placet Dominum morte ſerui reum homicidij pronuntiare, quoties ſimplicibus quæſtionibus domeſticam exerceat poteſtatem. Si quando igitur ſerui plagarum correctione imminente, fatali neceſſitate rebus humanis excedunt, nullam metuant domini quæſtionem.] Cuius legis exemplo illud educi poteſt, ancillam, ſi propria libidine cauſam dederit zelotypiæ & indignationi, verberibúſque poſtea cohibita & correcta, tandem caſu mortua fuerit, ciuili pœna liberam dominam fore: ſed ea etiam caueat, ne plus iuſto zeli malo, vel furore turbata, leuiſſimis indiciis conceptam alienæ culpæ ſuſpicionem, in propriam conuertat: tunc enim pœna homicidij teneretur.

COMMENTARII NOVI.

LIcet in delictis coërcendis animus ferè magis, quam exitus, & affectus potius, quam effectus attendatur. Paul. *lib. 5. ſent. tit. 23.* Quintil. *declam. 281.* Vnde interdùm qui hominem occidit abſoluatur, & qui non occidit pro homicida damnetur *l. 1. §. ſimus ff. ad l. Corn. de ſicar. l. is qui cum telo C. eod. tit.* Iſque demùm legum pœnis obnoxius ſit, qui conſulto non ignorantia delictum admiſit, Tertull. de pœnit. *Quid quod voluntas facti origo eſt? Viderint enim, ſi qua caſui, aut neceſſitati, aut ignorantiæ imputantur: quibus exceptis iam, non niſi voluntate delinquitur.* Huc ſpectat defenſio illa, quam attingit Cicero *tertio de Orator. & in Topicis ad Trebatium: iacere telum voluntatis eſt: ferire, quem noluerit fortuna. Ex quo aries ille ſubiicitur in veſtri actionibus ſi telum manu fugit magis quam iecit.* Vbi Boëthius ita explicat. *Siquis cadis accuſetur optima ſolet eſſe defenſio fugiſſe manu telum, & magis quam voluiſſet, iecisſe.* Et in quadam tragœdia Euripidis ita effatur, *ſi telum manus meas liquit.* Seneca lib 4. *de benefic. c. 34.* D. Auguſt *lib. 1. de libero arbitr.* apud Gratianum in *Can. ſi homicida 23. q. 5.* Extant in iure noſtro huiusformulæ veſtigia non obſcura in *l. ſi ex plagis 52. §. incivo D. hoc tit.* & apud Paulum *lib. 5. ſententiar. tit. 21. §. qui hominem 1.* Illuſtrat Cuiac. *lib. 19. obſervat. c. 10.* & *lib. 6. differentiarum Modeſtini in l. ſi ſeruum 27. ff. de accuſat.* Tamen aliquando quæ non ſponte, ſed caſu committuntur, legibus vindicari deprehendimus Vnde Martianus in *l. 1. ff. de legibus* Demoſthenis ſententiam referens apponit ea verba: *coercicio eorum quæ ſponte, vel inuoluntarie delinquuntur.* Græcus enim Orator ad ſuæ gentis mores, & inſtituta legis diffinitionem *accommodauit*: non tamen eodem ſenſu accipias diffinitionem Papiniani in *l. 1. ff. de legibus* in illis verbis, *quæ ſponte, vel ignorantia trahuntur*, vt fecerunt Fornerius

A *lib. 6. rerum quotid. cap. 14.* P. Burgi *lib. 1. elect. cap. 5.* quos doctè refellit veram ipſius textus aſſignans rationem collega noſter D. Franciſcus de Amaya *lib. 1. obſerv. cap. 3.* Apud Græco ergo homicidium fortuito caſu admiſſum exilio plectebatur, *l. aut facta 16. §. eumue, ff. de pœnis*, Demoſth. *in Oration. contra Aristocrat. & contra Timocratem, & contra Midiam*, quam tranſcripſerunt Gratian. *ſub diſtinct. 1. de pœnit.* Armenopol. *in prompt. tutor. lib. 6. tit. 6. §. 12.* & pro iure Græco Romano propoſuit Ataliata *in Synopſ. Baſilic. tit. 78.* his verbis: *Involuntaria cædes exilium irrogat.* Ex Platone,

B & Pauſania ita concepit legem Samuel Petitus ad ius Atticum *lib. 7. tit. 1. Qui alium caſu fortuito necaſſet annum extra fines patriæ exul eſto:* Græci acceperunt à Phœnicibus, Phœnices ab Hebræis, apud quos qui inconſulto homicidium perpetrabat, exilio plectebatur, Exod. cap. 21. *Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur, qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus eius, conſtituam tibi locum in quem fugere debeat:* Numer. c. 35. Ait Dominus ad Moyſem: *Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos. Quando tranſgreſſi fueritis Iordanem in terram Chanaan, decernite quæ urbes eſſe debeant in*

C *præſidio fugitivorum, qui nolentes ſanguinem fuderint*: & infrà. *Quod ſi fortuito, & abſque odio, & inimicitijs quidquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percuſſorem, & propinquum ſanguinis quæſtio ventilata, liberabitur innocens de vltoris manu. Et reducetur per ſententiam in urbem, ad quam confugerat:* quæ verba doctè exponit eruditus vir D. Nicolaus Antonius *lib. 1. de exilio c. 6.* Apud Romanos etiam exilium quinquennale pœnam fuiſſe patratæ cædis imprudenter prodit Quintilianus *lib. 7. inſtit. cap. 4.* & *declam. 96.* & *305.* Ad quam ſententiam repexiſſe etiam videtur Vlpian. *in l. 4.*

D *§. 1. ff. ad l. Com. de ſicar.* vnde ſumpta eſt lex noſtra Regia *5. tit. 8. part. 4.* vbi traditur relegatum fuiſſe eum, qui per laſciuiam cauſam mortis dedit. Reſponſum Vlpiani reſtituendum eſt ex Rufin. *tit. 1. collat. leg. Moſaic.* vbi caſus ponitur de eo, qui cum fuiſſet ſago iactatus vulgò *Manteado*, vt Canes iactari ſolent negligentia vnius, qui ſagum tenebat cecidit, & poſt diem quintum deceſſit, & refertur confirmatam fuiſſe ſententiam Ignatij Proconſulis Bæticæ, qui eum in quinquennium relegauit. Quod poſtea immutatum fuit, & cautum, vt reſcripto à Principe accepto homicida caſualis immunis remaneret, *l. 1. l. eum qui 5. Cod. ad leg. Corn.*

E *de ſicar.* Nouel. Valent. *ne quis purgetur de cæde caſu, vel ſui tuendi cauſa facta ſine adnotatione Principis*, vbi adnotatio accipitur pro reſcripto Principis manu ſua ſubſcripto, in quo veniam admiſſi ſceleris faciebat, vt *in l. fin. Cod. de diuerſ. reſcript.* illuſtrant Guillelmus Forner. *lib. 1. ſelect. cap. 10.* Rodulph. Forner. *lib. 3 rerum quotidian. cap. 17. & lib. 6. cap. 24.* Scipio Gentilis *lib. 1. Parerg. cap. 31.* Gerardus Voſſius *lib. 3. inſtit. orat. cap. 9. §. 8.* Tiberius Decianus *lib. 9. tract. crimin. cap. 27.* Tiraquel. *de pœnis temper. cauſ. 13.* D. Ioannes Solorzan. *lib. 2. de Parricid. cap. 17.* D. Nicolaus Antonius *dict. lib. 1. cap. 6.* Grotius

Ferd. de Mendoza.

in floribus ad text. in dict. leg. aut facta 16. D. Ioannes Suarez *lib. 1. ad leg. Aquil. cap. 2. ſectione 9.* Balſam. *in can. 110. D. Baſilij ad Amphiloch.* Nec ſolùm apud eas nationes homicida caſualis exilio plectebatur, ſed etiam à ſacris ſacrificiiſque arcebatur, donec ab homicidio fato admiſſo expiaretur. De Græcis referunt Theodoretus *lib. 1.* Iulius Pollux *lib. 8.* Lyſias *in oratione contra Agoram*, Ælianus *lib. 3. cap. 44.* Qui refert interrogatum Oraculum de eo, qui cum Sicarium gladio peteret ſocium ſuum imprudens ceciderat, reſpondiſſe puriores manus ex homicidio ipſum abducere. A quibus accipiens Numa Pompilius ſanxit: vt ſi quis imprudens occidiſſet hominem, pro capite occiſi, & naris eius in cautione offerret arietem his verbis. *Sei quis hominem liberum dolo ſciens mortei duit parricida eſto. Sei in imprudens ſe dolo malo occiſei, & nateis eius in concione arietem ſubiicito.* Cuius legis poſteriorem partem teſtatur Scaliger. *in not. ad Feſtum ex ſchedijs Sernianis*, ſe concinnaſſe, Grotius autem *in dict. l. aut facta*, pro illis verbis, *in concione* reponit *in comitio.* Aries autem in locum homicidæ ſubſtituebatur, & pœnam pro eo pendere credebatur. Feſtus Pompeius verbo: *Subici: Subici*, inquit, *aries dicitur, qui agitur vt cadatur, quod fit vt ait Cincius in libro de officio Iuriſconſulti exemplo Athenienſium, apud quos expiandi gratia aries exigitur ab eo, qui ſcelus admiſit pœna pendenda loco.* Idem ſcriptor. *Subijcere arietem in eodem libro Antiſtius Labeo ait dare arietem, qui pro ſe agatur, cadatur.* Rectè ergo PP. præ oculis habentes hanc pœnam exilij quiquennalis homicidis fato & imprudenter iniunctam, etiam per idem tempus homicidam caſualem à communione Eccleſiaſtica relegarunt, donec pœnitentia legitimè peracta ritè à cæde expiata communioni fidelium reſtitueretur, quibus conſonant textus *cap. eos verò 42. cap. ſi quis 44. 50. diſtinctione*, D. autem Baſilius hoc pœnitentiæ tempus vſque ad vndecim annos protraxit *in can. 11.* ad Amphiloch. his verb. *Qui autem inuoluntariam cædem fecit in vndecim annis abundè iudicio ſatisfecit. Clarum eſt enim, quod in iis, qui percuſſi ſunt, quæ voluit Moyſes, obſeruabimus, vt eum quidem, qui propter plagas, quas accepit, decubuit, rurſus autem virga ſua innixus ambulauit, occiſum eſſe non reputauimus: ſin autem poſt ictum non ſurrexit, cum eum tamen nollet interficere, qui verberauit, eſt quidem homicida, ſed involuntarius propter propoſitum. Et can. 51. 56. & 57.* quorum verba refert Anton. Auguſt. *in epit. lib. 35. tit. 1.*

Sed vt nihil intactum in hoc Canone relinquamus pro expoſitione illorum verborum: *Quod ſi infra tempora conſtituta fuerit infirmata, accipiat communionem.* Sciendum eſt olim pœnitentem ſolemniter in Eccleſia, & incidentem in morbum illicò aduocare ſolere Presbyterum, ab eoque humiliter reconciliationem petere, cui abſolutionem Presbyter ſtatim non præſtabat inconſulto Epiſcopo, ſed tantùm deſperata ſalute illi reconciliationem, per abſolutionem minorem impartiebat, *cap. qui recedunt 26. quæſt. 6.* quæ reconciliatio in

vetuſtis Canonibus Viaticum dicebatur, *cap. ſi verò* 52. 50. *diſt.* Concilium Nicæn. *cap.* 13. ibi: *De his qui vita excedunt, & Canonica lex nunc quoque ſeruabitur, vt ſi quis vita excedat vltimo, & neceſſario viatico minimè priuetur.* Concilium Carthag. 4. *Can.* 77. *pœnitentes, qui in infirmitate ſunt, viaticum accipiant, non tamen ſi ſupervixerint, credantur huiuſmodi pœnitentes abſoluti, donec conſtitutum pœnitentiæ tempus impleuerint: cap. ſi qui de corpore, cap. is qui pœnitentiam, cap. Aurelius* 26. *quæſt.* 6. Concil. Matiſcon. 1. *Can.* 12. Tolet. 11. *Can.* 2. illuſtrant Boſquetus *in not. ad Innoc. lib.* 1 *regeſt.* 13. *epiſt.* 149. Albaſpin. *lib.* 2. *obſeru. cap.* 32. Loayſas *in Concil. Tolet.* 11. *Can.* 11. Cerda *in aduerſ. cap.* 133. Menardus *in not. ad libr. Sacrament.* D. Gregor. *pag.* 234. perdoctus, atque eruditus vir D. I. A. de Otarol. *de irregularit. ex pœnitent. ſolemn. part.* 2. *excurſ.* 1. Vnde licèt in preſenti Can. indulgeant PP. communionem homicidæ aduerſa valetudine capto, tamen ſi poſtea conualuiſſet, debebat explete penitentiæ tempus, hoc eſt quinquennium. GONZALEZ. A

Si quicumque per malitiam hominem interfecerit.	*Si quicumque per maleficium hominem interfecerit.* B
Canon VI.	*Canon VI.*
Si quis verò maleficio interficiat alterum, eo quòd ſine idololatria perficere ſcelus non potuit, nec in fine impartiendam eſſe illi communionem.	Si quis verò maleficio interficiat alterum, eo quòd ſine idololatria perficere ſcelus non potuit, nec in fine impartiendam eſſe communionem.

C

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Maleficium idololatria cur perfici dicatur.

BVrchardus *lib.* 6. *decret. c.* 26. Iuo. *p.* 10. *c.* 145 paulò aliter. [Si quis verò (aiunt) veneficio interfecerit alterum, eo quòd ſine idololatria perficere ſcelus non potuit, niſi in fine impartiendam non eſſe illi communionem.] Sed vulgatam Concilij lectionem magis probo: cùm quòd frequentiſſima ſit in hoc Concilio pœna, vt quis etiam in vltimo vitæ ſpiritu communione priuetur: tùm quòd ratio reddita à Concilio (eo quòd ſine idololatria perficere ſcelus non potuit) magis congruit maleficio, quam veneficio. Veneficium enim ſiue venenum dari poteſt ad hominem interimendum ſine idololatria: maleficium verò non item; quia maleficij nomine olim notabatur magia, magique malefici vocabantur. Lactantius. [a] [Sed eos (ait) magi, & ij, quos vere maleficos vulgus appellat, cùm artes ſuas execrabiles exercent, veris ſuis nominibus cient, illis cœleſtibus quæ in literis ſanctis leguntur.] Imp. Conſtantinus. [b] [Chaldæi ac magi, & cæteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec hanc partem aliquid moliantur.] Hi enim verborum & magicæ artis præſtigiis elementa turbabant, homineſque plerumque innocentes; vel odio, vel quæſtu, lucis vſura priuabant. Idem Conſtantinus. [c] [Multi (ait) magicis artibus auſi elementa turbare, vitas inſontium labefactare non dubitant, & manibus accitis audent ventilare, vt quiſque ſuos conficiat malis artibus inimicos.] In his maleficorum artibus idololatriam inuolui conteſtatur Tertullianus. [d] Animaduertimus (inquit) inter artes etiam, profeſſiones quoſdam obnoxias Idololatriæ. De Aſtrologis ne loquendum quidem eſt. Sed quoniam quidam iſtis diebus prouocauit, defendens ſibi perſeuerantiam profeſſionis iſtius, paucis vtar. Non allego, quòd idôla honoret, quorum nomina cœlo inſcripſit, quibus omnem Dei poteſtatem addixit: quòd propterea homines non putant Deum requirendum, præſumentes ſtellarum nos immutabili arbitrio agi. Vnum propono, Angelos eſſe illos deſertores Dei, amatores fœminarum, proditores etiam huius curioſitatis, propterea quoque damnatos à Deo. Diuina ſententia, vſque ad terram pertinax, cui etiam ignorantes teſtimonium reddunt. Expelluntur Mathematici, ſicut angeli eorum. Vrbs & Italia interdicitur Mathematicis, ſicut cœlum & angelis eorum. Eadem pœna eſt exilij diſcipulis & magiſtris. Sed Magi & Aſtrologi

D

E

[a] *Lactan. lib.* 2. *diuinar. inſtitu. c.* 71.

[b] *Conſtantin. l.* 5. *C. de maleſic. & mathema.*

[c] *Idem l.* 6. *eiuſd. titul.*

[d] *Tertull. lib. de Idololatria, c.* 9.

Geneſ. 6.

Digitized by Google

A gi ab Oriente venerunt. Scimus Magiæ & Aſtrologiæ inter ſe ſocietatem. Primi igitur ſtellarum interpretes natum Chriſtum annuntiauerunt, primi munerauerunt. Hoc nomine Chriſtum (opinor) ſibi obligauerunt. Quid tum? Ideò nunc & Mathematicis patrocinabitur illorum Magorum religio? De Chriſto ſcilicet eſt Matheſis hodie, ſtellas Chriſti, non Saturni & Martis, & cuiuſque ex eodem ordine mortuorum, obſeruat & prædicat. At enim ſcientia iſta vſque ad Euangelium fuit conceſſa vt Chriſto edito, nemo exinde natiuitatem alicuius de cœlo interpretetur. Nam & thus illud & myrrham & aurum ideò infanti tunc Domino obtulerunt, quaſi clauſulam ſacrificationis & gloriæ ſæcularis, quam Chriſtus erat adempturus. Quod iiſdem Magis ſomnium ſine dubio ex Dei voluntate ſuggeſſit, vt irent in ſua, ſed alia, non qua venerant via, id eſt, ne priſtina ſecta ſua incederent: ne illos Herodes perſequeretur, qui nec perſequutus eſt etiam ignorans alia via digreſſos; quo-
B niam & qua venerant ignorabat. Adeo viam rectam & diſciplinam intelligere debemus. Itaque Magis præceptum exinde aliter incederent. Sic & aliam ſpeciem Magiæ, quæ miraculis operatur, etiam aduerſus Moyſen æmulata, patientia Dei traxit ad Euangelium vſque. Nam exindè & Simon Magus iam fidelis, quoniam aliquid adhuc de circulatoria ſecta cogitaret, vt ſcilicet inter miracula profeſſionis ſuæ etiam Spiritum ſanctum per manuum impoſitionem enundinaret, maledictus ab Apoſtolis de fide eiectus eſt: & alter Magus, qui cum Sergio Paulo, quoniam iiſdem aduerſabatur Apoſtolis, luminum amiſſione multatus eſt. Hoc & Aſtrologi retuliſſent, credo, ſi quis in Apoſtolos incidiſſet. Attamen cùm Magia punitur, cuius eſt ſpecies Aſtrologia, vtique & ſpecies in
C genere damnatur. Poſt Euangelium nuſquam inuenias, aut Sophiſtas, aut Chaldæos, aut incantatores, aut coniectores, aut Magos, niſi plane punitos. Vbi ſapiens, vbi litterator, vbi conquiſitor huius æui? Nonne infatuauit Deus ſapientiam huius ſæculi? Nihil ſcis, Mathematice, ſi neſciebas te futurum Chriſtianum. Sin ſciebas, hoc quoque ſcire debueras, nihil tibi futurum cum iſta profeſſione. Ipſa te de periculo ſuo inſtitueret, quæ aliorum climacterica præcauit. Non eſt tibi pars, neque ſors in iſta tatione. Non poteſt regna cœlorum ſperare, cuius digitus aut radius abutitur cœlo.] Nec Tertullianus ſolum, ſed Lactantius [e] & alij antiqui Patres maleficam artem vt inuentum dæmonum & veram idololatriam damnarunt, eam præcipuè, quæ vltra magicorum verborum vanitatem, ſanguinis humani, victimarum & mortuorum corporum addebat ſuperſtitionem. D. Iſidorus. [Magi ſunt, (inquit) qui vulgò malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi & elementa concutiunt, turbant mentes hominum, ac ſine vllo veneni hauſtu, violentia tantùm carminis interimunt. Vnde & Lucanus.
D

Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni.
Incantata perit. ——

Dæmonibus enim accitis audent ventilare, vt quiſque, ſuos perimat malis artibus inimicos. Hi etiam ſanguine vtuntur, & victimis, & ſæpe contingunt corpora mortuorum.] Quos hi malefici artibus ſuis infecerant, maleficiatos reliqui vocabant, quaſi illorum maleficio impeditos ad exercendam naturalium virium & membrorum corporis functionem: eos præſertim quos veneri infenſos malefici [f] volebant: idque impedimentum ad diſſoluendum matrimonium efficax eſſe, Eccleſiæ definiunt conſtitutiones.

Matth. 2.

Exod. 7.

Act. 8.

Ibidem 17.

1. Cor. 1.

Act. 18.

[e] Lactan. lib. 2. diuin. inſtitut. c. 17. Iſidor. lib. 8. Etymolog. c. 9. apud Grat. in c. nec mirum 26. q. 5.

[f] Titulo de frigidis & maleficiatis.

COMMENTARII NOVI.

E Rectè correxit Garcias, atque hanc vocem, *malitiam*, detraxit, nam de maleficio canonem intelligendum eſſe demonſtrabimus, non de veneficio, aut malitia.

Eo quod ſine idololatria. Tertull. de pudicitia c. 5. *Ego quoque homicidium nonnunquam elaboro, vt tragœdiæ omittam, ſciunt hodie venenarij, ſciunt magi, quòd pellicatus vlciſcar, quòd vindictas defendam, quòd cuſtodes, quòd delatores quod conſcios auferam*; magicis artibus homines necari poſſe, pauci ſunt, qui non exiſtiment, cum reperiantur leges apud Romanos, quæ vt eos vltimo mulctant ſupplicio, ita hic canon eoſdem peiori morte, & ſupplicio afficit. Albaspinæus.

Maleficorum improbum ſcelus, vbi in vno crimine multiplex peccatum datur, imò quædam colluuies, ſentina, & ſemper repullulans hydra peccatorum grauiſſimis vindicarunt pœnis tam leges diuinæ, ſæculares, quam Eccleſiaſticæ. Exod. c. 22. verſ. 19. legitur: *Maleficos non patieris viuere: ſæcularibus legibus* vindicatum reperitur integro titulo *C. de malefic.* ſacris canonibus in *c. peruenit c. contra Idolorum* 26. q. 5. Extrauagantibus Ioan. 22. *ſuper ſpecula* Innocent. VIII. Alexandr. VI. ac Leonis congeſtis ab authore *Mallei malefic.* Bodino *in demonolatr.* Remigio *de Idololatr. mag.* Phileſaco.

leſaco. *cod. tract.* P. Delrio *lib. 5. diſquiſit. ſect. 16.* In maleficio enim non ſolum Deus optimus maximus, verum virgo Deipara, & omnes Cœlites, vniuerſa Eccleſia, genuſque humanum animata, & inanima offenduntur, nam malefici Deo, & ſuperis maledicunt, creaturis abutuntur, & illis exitium parant, Dæmoni ſacrificia offerunt. Vnde magiam idololatriæ parentem, & alumnam eſſe dixit D. Hieronymus *in epiſt. ad Epheſios*, & maleficium ſemper Idololatriam habere comitem latè probat Phileſacus *in idololatr. §. 6.* per totum. Idololatria autem plerumque malefici vtuntur, vel ad morbos inferendos, vel ad eorum remedia captanda Concil. Nannet. Can. 8. *Omnibuſque interdicatur, vt nullum votum faciat, aut candelam, vel aliquod munus pro ſalute ſua rogaturus alibi deferat, niſi ad Eccleſiam Domino Deo ſuo* Concil. Agath. *Can. 6.* apud Iuonem *part. 2. Decreti cap. 57. Perſcrutandum eſt ſi aliquis vota ad arbores, vel ad fontes, vel ad lapides quoſdam, quaſi ad altaria faciat, aut ibi candelam, ſeu quodlibet munus deferat, velut ibi quoddam numen ſit, quod bonum, aut malum poſſit inferre.* M. Brachar *in ſua collect. can. 74. Non liceat in herbarum collectionibus, quæ medicinales ſunt, aliquas obſervationes, aut incantationes attendere, niſi tantum cum ſymbolo divino, & oratione Dominica, vt tantum Deus creator omnium & Dominus honoretur.* Venerab. Beda in pœnitent. c. 2. *Mulier ſi filium ſuum ponit ſuper tectum, aut in fornacem pro ſanitate febrium, annum vnum pœniteat.* Concil. Rothomag. can. 4. *Perſcrutandum eſt ſi aliquis ſubulcus, vel bubulcus, ſive venator, vel cæteri huiuſmodi, dicat diabolica carmina ſuper panem, aut ſuper herbas, aut ſuper quadam nefaria ligamenta, & hæc aut in arbore abſcondat, aut in trivio proijciat, vt ſua animalia liberet à peſte, & clade, & alterius perdat, quæ omnia idololatriam eſſe nulli fidelium dubium eſt, & ideo ſummo opere ſunt exterminanda.* Concilium Ancyran. in can. 24. in verſic. Dionyſ. *Qui diuinationem expetunt, & morem Gentilium ſubſequuntur aut in domos ſuas huiuſcemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte maleſica, aut expiandi cauſa, ſub regula quinquennij taceant, ſecundum gradus, pœnitentia, definitos.* Vnde cognoſcitur idololatriæ cum maleficio magna conſentio. Ideo rectè P. S. Illiberini huiuſmodi maleficis imponunt perpetuam pœnitentiam, atque in fine vitæ communionem denegant, quia maleficium quo homo occiditur, perfici non poteſt ſine idololatria. GONZALEZ.

De Pœnitentibus mœchiæ, ſi rurſus peccauerint.

De pœnitentibus mœchiæ, ſi rurſus mœchauerint.

Canon VII.

Si quis fortè fidelis, poſt lapſum mœchiæ, poſt tempora conſtituta, pœnitentia, denuò fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.

Canon VII.

Si quis fortè fidelis, poſt lapſum mœchiæ, poſt tempora conſtituta, acta pœnitentia, denuò fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Adulterij coërtionem ad Epiſcopos ſpectare.

DEferebantur olim adulteri ad Epiſcopos & Presbyteros, vt ex vitæ turpiſſimæ ſordibus, ad honeſtate coniugij ſeuera Eccleſiæ pœnitentia reuocarentur: quod Innocentius I. [a] docet ad Exuperium Epiſcopum Toloſanum. Quòd ſi poſt lapſum mœchiæ, & poſt tempora pœnitentiæ adſcripta, & peracta, in eadem ſe flagitia ingurgitaſſent, placuit, eos communione vſque ad vltimum vitæ ſpiritum priuari. Simplex adulterium quinque annorum pœnitentia inferiùs multarunt. Quod ſi pœnitentia ſemel acta, fœda ſe iterum eiuſdem criminis labe deturpaſſent, perpetuò communione priuari definiunt hîc, & in canone XLVII. [b] ne vt dicitur in III. præcedenti, luſiſſe de Dominica communione viderentur. Et ſi non ineptè ad ſimplicem (vt vocant) fornicationem huius canonis verba accommodari poſſint, quam vitare naſcentis Eccleſiæ fideles ſummo ſtudio non ſecus ac certam animi peſtem contendebant, adeò vt grauius crimen illud quàm idololatriæ ſibi perſuaſerit Tertullianus in hoc Nouatiani errore lapſus, quòd huius metus, alterius, ſola voluptas admittendi cauſa fuerit. Mœchiam autem aliquando pro fornicatione ſimplici vſurpari in hoc Concilio liquet, præter hunc canonem, ex canone LXXII. de vidua mœchante.

[a] *Innocen. 1 epiſt. 3. ad Exuperium Epiſcop. Toloſ. c. 4.*

[b] *Can. 69. huius Concilij.*

COMMEN

A

COMMENTARII NOVI.

SEprimo hoc Canone à Cæteris fidelibus eos in perpetuum ſemouendos eſſe ſtatuitur, & in morte ne quidem in ſocietatem reuocandos, qui accepta, aut peracta pœnitentia iiſdem peccatis, quibus, vt liberarentur, pœnitentiam ſubierant, ſeſe inquinaſſent: neque hæc iudicia ab illorum temporum moribus, & diſciplina abhorrebant; cum enim paulo ante hoc Concilium, hoc eſt Zephyrini ætate, & authoritate, mœchis, tum primum venia laxata eſſet, rationi maximè conſentaneum videbatur, qua ſeſe indignos peccando exhibuerant, gratia eos priuari, & eos à communione perpetuo ſecludere, ſi accepta pœnitentia, ideſt ſi ad pœnitentiam admiſſi ob fornicationis peccatum, nondum ea abſoluta, aut expleta pœnitentia fornicationis iterum rei deprehenderentur: hæc eſt huiuſce Canonis ſententia, quæ nemini ſeuera nimis, & acerba videri debet, qui in memoriam reuocarit, quantò acerbius, paulò ante hoc Concilium iidem mœchi haberentur, & excipe-

B

tentur.

Fortè fidelis, hæc vox *fortè*, hanc vim habet, ſi fortè eueniat, ſi fortè accidat, rarò enim illis temporibus eueniebat, vt poſt baptiſmum Chriſtiani gratiam, quam in lauacro adepti eſſent, ſcelere aliquo corrumperent, & ratiùs vt à peccato aliquo, quod poſt Baptiſmum commiſiſſent liberati, in idem peccatum rurſus incidérent; quapropter aiunt hi Patres, ſi fortè, caſu.

C

Fidelis, quia Catechumeni alia ratione erant puniendi.

Poſt conſtituta tempora, hoc eſt poſtquam ei impoſita eſt pœnitentia, & pœnitentiæ benedictionem recepiſſet: nam ſi poſt lapſum mœchiæ rurſus in eandem, antequam pœnitentiam obtinuiſſet, laberetur in perpetuum, non eiiciebatur ab Eccleſia, ſed ſolum ſi poſt

D

acceptam pœnitentiam, mœcharetur.

Accepta pœnitentia, in vulgari lectione legitur, *acta*, ambæ hæ lectiones poſſunt retineri, nam eodem modo in eos animaduertebatur, qui expleta poſt Baptiſmum pœnitentia, iiſdem rurſus vitiis ſeſe maculaſſent, & qui in ipſo pœnitentiæ curriculo, & antequàm eam perfeciſſent, rurſùs peccarent. ALBASPINÆVS.

Conſentiunt PP. Concilij Tolet. 3. Can. 11. his verbis: *quoniam comperimus per quaſdam Hiſpaniarum Eccleſias, non ſecundum Canones, ſed fœdiſſimè pro ſuis peccatis homines agere pœnitentiam, vt quoties libuerit, toties, a Presbyteris ſe reconciliari expoſtulent, & ideo pro coercenda tam execrabili præſumptione, id à ſancto Concilio iubetur, vt ſecundum formam Canonum antiquorum detur pœnitentia, hoc eſt, vt priùs eum, quem ſui pœnitet facti, à communione ſuſpenſum, faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impoſitionem crebro recurrere. Expleto autem ſatisfactionis tempore, ſicuti Sacerdotalis contemplatio probauerit, eum communioni reſtituat. Hi vero, qui ad propria vitia, vel infra pœnitentiæ tempus, vel poſt reconciliationem relabuntur, ſecundum priorum canonum ſeueritatem damnentur*: text. in cap. *agnouimus* 26. q. 6. D. Cyprian. *de lapſis* ſupra relatus. Primis enim illis Eccleſiæ temporibus ſeueriùs PP. animaduertebant in fideles lapſos quo, metu auſterioris diſciplinæ in officio, & fide continerentur contra perſequutionum fluctus, turbulentiſſimáſque tempeſtates, quibus Eccleſia vehementius iactabatur. Vnde tunc conueniens viſum fuit mœchis relapſis, qui Dei miſericordiam ludibrio habebant, ianuas occludere Eccleſiæ, vt probant Albaſp. *lib. 6. obſerv. cap. 5.* cum ſeqq. Georg. Ambian. *ad* Tertullian. *de pudicitia cap.* 12. & iam notaui in Can. 1. huius Concilij. GONZALEZ.

De fœminis, quæ relictis viris ſuis, aliis nubunt.	*De fœminis, quæ relictis viris ſuis aliis nubunt.*
Canon VIII.	*Canon VIII.*
Item fœminæ, quæ nullla præcedente cauſa reliquerunt viros ſuos, & alteris ſe copulauerunt, nec in fine accipiant communionem.	Item fœminæ, quæ nulla præcedente cauſa reliquerint viros ſuos, & alteris ſe copulauerint, nec in fine accipiant communionem.

E

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

De matrimonij & diuortij antiquitate.

IVo *p.* 8 *decretorum c.* 198. paucis additis canonem citat [Item fœminæ (ait) quæ nulla præcedente cauſa reliquerunt viros ſuos, & alteri ſe copulauerunt, & in hoc permanere voluerint, nec in fine accipiant communionem.] Sic etiam Burchardus *lib.* 9. *c.* 62. etſi ex canone 7. huius Concilij citet, eſt autem. 8. in editis & MS.

A

CReauit Deus eximia ſua bonitate & ſempiterna potentia hominem, vt cœlo, terráque anteà creatis frueretur, fieretque tanquam filius & hæres patris, non eorum bonorum tantùm hæres & dominus, ſed ſuæ æternitatis immenſæ, & ineffabilis gratiæ & gloriæ particeps futurus. Collocauit illum in amœniſſimo quodam loco, cui ea de cauſa paradiſi nomen Perſica voce Chriſtiani veteres indiderunt. Quia tamen ille ex ſpiritu & corpore compactus erat, oportebat & ad maiorem voluptatem fruitionis bonorum, & ad ſui generis propagationem illi ſociam adiungi: quod Deum non præuidiſſe tantùm, ſed dixiſſe, Moyſes refert.

Geneſ. 2. [Dixit (inquit) Dominus Deus, non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.] Immiſit ergo Dominus ſoporem in Adam, illíque obdormienti coſtam detraxit, & ex illa fœminam non ſine maximarum rerum ſignificatione formauit, eamque, vt oſtenderet bonorum & laborum viri non participem tantùm, ſed ſociam & comitem eſſe oportere, diuino ſpiritu afflatus Adam, illam formatam videns, dixiſſe fertur. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Non dixit primò Deus, faciamus ei adiutoria, ſed adiutorium: adiutores enim dixiſſet, ſi pluribus eum vxoribus deſtinaſſet, vt Tertullian. [a] animaduertit. Et erunt duo in carne vna, non ergo tres, neque plures. Et adhærebit vxori ſuæ, non vxoribus, vt Innocentius III. [b] docuit, & ante illum Hieronym. [c] Auguſtinus & alij, vt oſtenderet, vnius viri ad vnam vxorem Chriſti & Eccleſiæ exemplo vnicum affectum eſſe oportere, & velut in vnum corpus vtrumque coaleſcere, ideóque non poſſe, illa derelicta, alterius matrimonio copulari. Cuius interpretationis non Tertullianum, Cyprianum, Auguſtinum, Hieronymum, Chryſoſtomum, Baſilium & reliquos ſanctos Doctores & Catholicæ Eccleſiæ Concilia, ſed ipſum diuinæ legis auctorem laudabo. Chriſtus enim, verus Deus & homo interrogantibus Iudæis, an liceret homini ab vxore qualibet ex cauſa diuertere? ſic reſpondiſſe Matthæus refert. [Non legiſtis, quia qui fecit ab initio maſculum & fœminam, fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro: quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Dicunt illi: Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum repudij, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit.] Poſteà autem cùm Iudæorum improbitas longiùs progrederetur, viſum eſt Deo ſatiùs eſſe, diuortium permittere impiis & duræ ceruicis hominibus, quàm cogi inuitos, vxores quas occidiſſent, retinere; vt Chriſtum Iudæis reſpondiſſe idem Matthæus narrat. Eum autem libellum viris permiſſum ad repudiandas vxores ſacræ nos literæ docent: vxoribus autem eorum, libellum maritis remittere licuiſſe; non item. Apud Romanos pariter lex Romuli fœminis dimittendi viros, negauit, viris autem dimittendi vxores tribus de cauſis licentiam conceſſit. Si in liberorum veneficio, aut in adulterio foret deprehenſa, aut claues ſubieciſſet; vt eſt auctor Plutarchus [d]. Quòd ſi aliter quis repudiaſſet, eius opum vxori portionem dari, reliquum Cereri eſſe iuſſit ſacrum, & qui diuerteret, ſacra diis inferis obire. Lege poſteà duodecim tabularum diuortia fuiſſe permiſſa, indicat Tullius, contra Antonium ſcribens. [Nolite quærere, frugi factus eſt Antonius: mimam illam ſuam ſuas res ſibi habere iuſſit, ex duodecim tabulis claues ademit, exegit.] Sed ſiue duodecim tabulis diuortia permiſſa fuerint, ſiue non fuerint, illud eſt perſpicuum, tantam priſcis temporibus matrimoniorum fuiſſe concordiam, vt diuortium Romæ intra ſexcentos ferè annos nulla domus ſenſiſſe dicatur, teſte Halicarnaſſeo [f], Aulo Gellio [g], & Tertulliano [h]. Primus apud illos Spurius Corbilius, cui Ruga cognomentum fuit, ſterilitatis cauſa vxorem repudiauit anno vrbis conditæ, quingenteſimo tertio & vigeſimo, M. Atilio, & P. Valerio Coſſ. [Et tunc primùm (inquit Gellius) cautiones rei vxoriæ neceſſariæ viſæ, cùm antea nullæ vnquam fuiſſent; tùm Romæ; tùm in Latio: atque is Corbilius traditur vxorem egregiè dilexiſſe, cariſſimámque morum eius gratia habuiſſe: ſed iuriſiurandi religionem animo atque amori præueniſſe, quòd iurare à Cenſoribus coactus erat, vxorem ſe liberorum quærendorum gratia habiturum.] Hunc ſecutus Sulpitius Gallus vxori nuntium miſit, quòd eam capite aperto foris verſatam agnouiſſet, vt memoriæ prodit Valerius Maximus [i]. Idem fecit

Publius

B

C

D

E

[a] *Tertull. lib. de monog. c. 4.*
[b] *Innocent. III. c. gaudemus, de diuort.*
Matth. c. 19.
Matth. 19.
Deut. 24.
[d] *Plutarch. in vita Romuli. Cæſius lib. 28. lectionum antiquar. c. 16.*
[e] *Tullius Philip. 2.*
[f] *Halicarnaſſ. lib. 2. Roman. antiquitat.*
[g] *Aulus Gel. noct. Attic. lib. 4. c. 3.*
[h] *Tertull. in apologet. c. 6. & lib. de monog. c. 9.*
[i] *Valer. Max. lib. 2. c. 1. de inſtitut. antiq.*

Digitized by Google

A Publius Sempronius, quòd vxor ludos funebres ſpectaſſet. Sed nec impunè diuertere licebat, ſed inquirebatur, iuſtáne cauſa eſſet diuertendi. Quòd ſi non ſubeſſet, qui occaſionem ſua culpa præbuiſſet, multabatur amiſſione dotis & donationis propter nuptias. Diuus Chryſoſtomus [k], [Ne mihi leges ab exteris conditas legas, præcipientes libellum repudij & diuelli: neque enim iuxta illas iudicaturus eſt te Deus in die illa qua venturus eſt, ſed ſecundùm ſuas, vt ipſe ſtatuit. Etiam externæ leges non ſimpliciter nec abſolutè hoc poſuerunt: nam ipſæ puniunt factum, & hinc liquet, quòd peccatum valde ægrè tulerint. Vnde eam quæ auctor fuerit repudij, nudam & ſpoliatam facultatibus eiiciunt, vt vnde fuerit diſſolutionis occaſio, etiam facultatum ſit iactura.] Cicero. [Si viri culpa factum eſt diuortium, etſi mulier nuntium remiſit, tamen pro liberis manere nihil oportet.] Vbi Boëthius.] Si quando diuortium interceſſiſſet culpa mulieris, parte quadam dotis pro liberorum numero multabatur.] De ea autem Paulus [l]. [Si diuortium eſt (inquit) matrimonij, & hoc ſine culpa mulieris factum eſt diuortium, in ſingulos liberos ſexta pars dotis à marito retinetur, vſque ad mediam partem dumtaxat dotis. Quare quoniam quod ex dote conquiritur, liberorum eſt, qui liberi in patris poteſtate ſunt, id apud virum neceſſe eſt permanere:] Vlpianus [m], [Propter liberos retentio fit ſi culpa mulieris aut patris cuius in poteſtate eſt, diuortium factum ſit, tunc enim ſingulorum liberorum nomine ſextæ retinentur ex dote: non plures tamen quàm tres ſextæ in retentione ſunt, non in petitione.] Neque verò quælibet culpa tanta parte dotis multabatur, ſed ea ſolùm quæ accuſabatur de ſtupro: de reliquis leuioribus alia pœna erat, vt idem Vlpianus docet. [Morum (ait) nomine grauiorum quidem ſextæ retinentur, leuiorum autem octaua: grauiores mores ſunt adulteria tantùm, leuiores omnes reliqui] Hæc aduerſus vxorem: aduerſus maritum eodem iure
C alia. Punitur enim in ea dote quæ à die reddi debet ita: propter maiores, præſentem dotem reddit, propter minores ſenum menſium die: in ea autem quæ præſens reddi ſolet, tantum ex fructibus iubetur reddere, quantum in illa dote quadriennio redditur. Cum hæc in more & vſu eſſent Romanorum (eorum enim legibus Hiſpanos illis ſubiectos paruiſſe certum eſt) eámque pœnam leuiſſimam ducerent, cùm vellent matrimonij & vxorum moleſtias à ſe abiicere, ſicque paſſim matrimonia diſſoluerentur (quod Plutarchus [n] refert) contra publicam vtilitatem violata pacis & vnitatis fide, id ne accideret Chriſtianis, eandem forſan libertatem, ni mauis licentiam iuſtam eſſe prætendentibus, ſapienter prouiderunt hic Hiſpani Patres, grauem anathematis cenſuram aduerſus eas fœminas conſtituentes, quæ ſpreta ſacramenti religione, diſſoluto inuiolabilis matri-
D monij nexu, abrupta primùm mariti fide, contempto ſacri lecti genio, abiectáque tandem omnis diuini & humani iuris communicatione, ſecundas nuptias contraherent, vel potiùs coniugia adulterina. Qui primi ergo præter Chriſtum matrimonij individuam ſocietatem ſeu vinculum indiſſolubile eſſe, præcepto & pœna confirmarunt, Hiſpani Epiſcopi videntur: ne illis temerè contraria ſententia imponatur.

[k] D. Chryſoſtom. in ſermone de libello repudij, ſuper. 1. epiſt. Pauli ad Corinth. cap. 7. Cicer. in Topicis. Boëthius in Topi. Cicer.

[l] Paul. lib. 11. inſtitution.

[m] Vlpian. in epitome tit. 6. de dotibus.

[n] Plutarch. in problema. c. 13.

COMMENTARII NOVI.

CVm legibus Romanis libera eſſent repudia; Chriſtianis vero matrimonia eſſent firma, & perpetua: rurſus verò cum ea inter coniuges diuerſæ religionis, & cultus contrahi poſſent, nulla in re ſtabilienda, aut regenda plus negotij inuenit Eccleſia, quam primis illis temporibus reperire, qua ratione, aut quibus pœnis coërceret, aut omnino puniret, qui facilitate legum Romanarum matrimonijs abuterentur. Quapropter hi omnes Canones, qui de repudiis, aut matrimoniis Gentilium cum fidelibus aliquid ſtatuunt, difficillimi, & obſcuriſſimi ſunt. Hoc Canone, & duobus ſequentibus agitur, qua cauſa repudium liberum ſit, & legitimum, & qua ratione puniendi ſunt, qui ſine cauſa con-
E iuges ſuas repudiant. Mulier igitur, quæ virum ſuum, quamuis infidelem repudiaſſet, & alij nupſiſſet, perpetua pœnitentia, quæ nec in morte relaxaretur, hoc octauo Canone punitur: nam niſi aliqua, & quidem legitima ſubeſſet cauſa, non erat liberum in diſciplina Chriſtiana ab infideli recedere: ea autem legitima cenſebatur cauſa, ſi metus aliquis, aut vis inferretur Chriſtianæ, vt à religione ſua diſcederet, quæ ſi non eſſet, aut à viro ſuo infideli non eſſet repudiata, mali moris, & indignum eis videbatur vxorem à marito diuelli; vt hac diſciplina prætet alia id vnum docerent, Chriſtianorum matrimonia, quæ aliquo ſacramento cohærerent, multò minus diſſolui poſſe.

Viros

Viros ſuos, dubitari poteſt an de ſolis duntaxat gentilibus viris, nunc etiam de Chriſtianis hic Canon accipiendus ſit, cum enim hiſce canonibus de repudiis, & qua ratione admittenda, aut coërcenda ſint, agatur, & nulla in ſequentibus præſcribatur ratio, qua animaduertendum ſit in eas, quæ viros fideles ſine cauſa reliquerint, merito quis ſuſpicari poſſet, hac voce *viros*, vtroſque Gentiles, ſcilicet & fideles intelligendos eſſe: alij contra, cum nulla inter coniuges Chriſtianos legitima repudij cauſa poteſt eſſe, de viris Gentilibus, quos fidelis mulier repudiaſſet, cenſent accipiendum eſſe hunc Canonem: nihilominùs ad vtroſque canon referri poteſt, & verba illa, *nulla præcedente cauſa*; non ita accipienda, quaſi legitima aliqua reperiatur cauſa, cur vir fidelis ab vxore ſua poſſit repudiari, ſed addita ſunt, vt intelligeretur eas grauius puniendas eſſe, quæ ſine cauſa, quam quæ ob cauſam adulterij à viris ſuis receſſiſſent, his enim in hoc Concilio aliquot duntaxat annorum illis perpetua imponitur pœnitentia.

Accipiant communionem, abſoluantur ALBASPINÆVS.

Licet matrimonium ex Dei inſtitutione contineat viri, & mulieris coniunctionem cum indiuiduæ vitæ conſuetudine, vt ait Iuſtinian. in §. 1. *inſt. de patria poteſt*, aut iuxta Modeſtinum in *l.* 1. *ff. de ritu nupt.* cum conſortio omnis vitæ, tamen ex lege Romuli tribus de cauſis maritis repudiare vxores licebat, videlicet ſi mulier adulterium commiſiſſet, ſi claues ſubieciſſet, ideſt furtum commiſiſſet, vt interpretatur Connanus *lib.* 8. *Comm. cap.* 12. *num.* 2. licet Gifanius *in l.* 8. *C. de diuortiis* legat *partum ſubieciſſet*, vel ſi filios natos beneficio necaſſet. Aliàs ab vxoribus diuertentes egeſtatis perpetuò ſubiacebant mœrori, ita vt integram ſubſtantiam amitterent, ex qua pars Cereri ſacra manebat, pars verò ipſi vxori adiudicabatur. Quæ lex Regia ad annos vrbis fermè 600. perdurauit, quo quidem tempore Spurius Caruilius, quoniam coram auſpicibus teſtaretur, ſe ob liberos procreandos nuptias contraxiſſe ſterilitatis cauſa primus repudiauit vxorem, quod diuortium Imperator Dioclet ianus permiſit, authore Plutar. *in compar. Romuli, & Theſei*; referunt Tertull. *in Apolog. cap.* 6. *vbi eſt illa fœlicitas matrimoniorum de moribus vtique proſperata, qua per annos fermè ſexcentos nulla repudium domus ſenſit? iam verò repudium votum eſt, & quaſi matrimonij fructus.* Idem de *monogam. cap.* 9. A. Gellius *lib.* 4. *noct. cap.* 3. Valerius Maxim. *lib.* 2. *cap.* 8. notauit Ritheruſius, *ad leg.* 12. *tabul. c.* 8. Vnde cœpit effrœnata diuertendi conſuetudo. Quintus Antiſtius Vetus vxori repudium miſit, quod cum libertina ſecretò fuiſſet colloquuta. Æmilius Paulus Papiriam repudiauit, quod non eſſet tam pulchra, quam fœcunda; Caius Cæſar, qui fuit dictator Pompeiæ nuntium repudij miſit, quoniam adamaretur à Claudio Sempronio. Sophus vxorem dimiſſit, quod ignorante eo ludos funebres ſpectaſſet. Valerius Maxim. *lib.* 6. *tit.* 5. de diuortio Sulpitij loquens ait: *horridum quoque Gaij Galli Sulpitij maritale ſupplitium; nam vxorem dimiſit, quod eam aperto capite foris verſatam cognouerat*: alia pluta diuortia his ſimilia referunt Carolus Sigonius *lib.* 1. *de antiquo iure Roman. cap.* 9. Plutarch. *in comparat. Romuli, & Theſei, & in problem. Rom. cap.* 14. & latè de diuortiis ex iure Romanorum agunt P. Gregor. *lib.* 9. *ſyntag. cap.* 15. Hieronymus Magius *lib.* 2. *miſcell. cap.* 15. Cuiac. *ad tit. C. de repud. & in nouell.* 22. Corras *lib.* 5. *miſcel. c.* 10. Turturetus *in para. differt.* 4. *iurid.* Hothoman. *lib.* 13. *obſeru cap.* 39. Schomborner *lib.* 1. *polit. cap.* 6. *Valduin. ad leges* 12. *tabul. c.* 45. Rochier. *in face hiſtor. cap.* 21. & 24. Samuel Petitus *ad ius Atticum fol.* 459. Georg. Ambian. *ad Tertullian. in Apolog. c.* 6. *obſerv.* 2. & *de monog. cap.* 2. *obſeru.* 2. Iure etiam noſtro Canonico iuſtè adſunt diuortij cauſæ, quas dabimus in tit. de diuort. Sed earum cognitio, & approbatio ſpectat ad Epiſcopos, & Cæteros iudices Eccleſiaſticos, ita vt nunquàm liceat coniugibus propria authoritate, à connubio diſcedere, vel diuertere. GONZALEZ.

NVLLA PRÆCEDENTE CAVSA.

CAPVT DVODECIMVMNONVM.

Sine cauſa iuſta & iudicio Epiſcoporum nuſquam licuiſſe à matrimonio diuertere.

ABſit, vt hinc aliquis eruat, quamcunque cauſam prætenſam ad diſſoluendum matrimonij vinculum ſufficere: ea enim debebat Epiſcoporum iudicio, vt hodie, probari, an iuſta eſſet, nec ne, vt matrimonium ſecundum rectè iniri poſſet, vel ſi ad hoc efficax non erat, vt tori ſaltem indiceretur ſeparatio; neutrum enim priuata auctoritate fieri, nec poteſt, nec potuit.

De

A

De fœminis quæ relictis viris ſuis, aliis nubunt.	*De fœminis quæ adulteros maritos relinquunt & aliis nubunt.*
Canon IX.	*Canon IX.*
Item fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, prohibeatur ne ducat: ſi autem duxerit, non priùs accipiat communionem, quàm is quem reliquit, de ſæculo exierit; niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit.	Item fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur ne ducat: ſi autem duxerit, non priùs accipiat communionem, quàm is quem reliquit, de ſæculo exierit; niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit.

B

BVrc. *lib.* 9. *c.* 63. Iuo. *p.* 8. *c.* 199. aliter. [Item fœmina fidelis (inquiunt) quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & adulterum ducit, prohibeatur ne ducat: ſi autem duxerit, non priùs accipiat communionem, quàm is quem reliquit, de ſæculo exierit: niſi fortè neceſſitas infirmitatis dare compulerit.] Adulterum (aiunt) ducit, pro alterum, non rectè. In omnibus enim huius Concilij codicibus editis & MS. (alterum) legitur, & apud Grat. *in c. fidelis* 32. *q.* 7. & quod minoris non facio, in vetuſta noſtra Conciliorum collectione: non enim prohibuerunt hîc Patres, ne qua fœmina, dimiſſo marito ſuo adultero, alium adulterum duceret, ſed ne alium duceret: in canone ſuperiori, ne ex quacumque cauſa; in hoc, ne ex grauiori adulterij, repudium liceat.

C

ITEM FIDELIS FOEMINA QVÆ ADVLTERVM maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, prohibeatur ne ducat.

CAPVT VIGESIMVM.

D *Connubium ſecundum durante primo, ſemper ab Eccleſia improbatum, præſertim ab Hiſpanica: defenſa Ambroſij commentaria in epiſtola Pauli ad Corinth. explicatus in his locus de diuortio, & alter Lactantij.*

ECcleſiam Catholicam, cuius gubernacula tibi non fortuna, aut humana ſapientia, ſed Chriſtus ipſe, tanquam vero ſuo & legitimo Vicario tractanda conceſſit, B. Pater, multa Hiſpanicæ noſtræ debere (vt alia omittamus) hoc vnum Concilium non ſuadere tibi tantùm, ſed & perſuadere poteſt. Nullum enim ferè decretum, vel de morum integritate, vel de Sacramentorum myſteriis; vel de Diuinis & Apoſtolicis traditionibus, non in Græcia & Europa tota; ſed nec in Aſia, aut Africa per mille & trecentos ferè annos reperies, quod huius auctoritate & exemplo conſtitutum non ſit, vel conſtitui non potuerit: vt ex hoc canone & reliquis, quorum poſteà interpretationem ſuſcipiemus, tibi liquebit apertiſſimè. Anceps fuit olim, & dubia ſatis in omnibus ferè Chriſtiani orbis prouinciis excitata contentio, vt Auguſtinus [a] teſtatur, an liceret vxorem aliqua ex cauſa dimittere: dimiſſáque an ad alterius nuptias, vt lege primi coniugij libera, poſſet conuolare? quibuſdam hanc, quibuſdam illam opinionem tenentibus, vt teſtatur Origenes; [b] obtinuit tandem Apoſtolica & Euangelica, ni mauis Chriſti doctrina, ab Hiſpanis nunc Patribus primùm apertiùs & perfectiùs repetita & confirmata, coniugi vni non licere alium remittere, etiam ob grauem cauſam, pudicitiæ ſcilicet violationem; quod matrimonij ſemel contracti, & copula conſummati vinculum adeò ſit indiſſolubile, vt niſi morte alterius coniugum perfringi, nec debeat nec poſſit

E

[a] *Auguſt. lib.* 1. *de adulterin. coniug. c.* 25.

[b] *Origenes tract.* 7. *ſuper Matth.*

Digitized by Google

possit. Christus enim, cuius doctrinam dissertiùs confirmant hîc Hispani Episcopi, familiam suam Christianam ad primam legis institutionem & naturæ decreta reuocari volens, hoc ipsum constituit, dum Iudæis quærentibus, an liceret ex quacumque causa vxorem dimittere? respondit, ad duritiam cordis illis permisisse Moysen, ab initio autem non fuisse sic: quasi clariùs dixisset, se velle matrimonij leges non nouiter instituere contra antiquam legem Moysi, sed antiquiores naturæ iustitiæ, & honestati congruentes renouare: vt quod Iudæorum improbitas & pertinacia potiùs, quàm iustitia extorserat, lenitate & iustitia Christiana sopiretur. Quod Hispani hîc primùm, in Gallia posteà non Gallicani tantùm, sed ex diuersis orbis prouinciis conuocati decreuerunt in Concilio Arelatensi I. [De his (aiunt) qui coniuges suas in adulterio deprehendunt, & tidem sunt adolescentes fideles, & prohibentur nubere, placuit, vt in quantum potest, consilium eis detur, ne viuentibus suis, licèt adulteris, alias accipiant. Consilium vocant Patres, non quòd præceptum nollent esse: sed quòd in vitiis corrigendis ea tunc moderatione vterentur, vt suadere potiùs honesta velut parentes, quàm cogere vt iudices videri vellent. Nec in Gallia tantùm, sed in Africa paulò pòst Africani Episcopi id sequuti sunt in Concilio Mileuitano [c]. [Placuit (inquiunt) vt secundùm Euangelicam & Apostolicam disciplinam, neque dimissus ab vxore, neque dimissa à marito, alteri coniungantur, sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur: quòd si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. In qua causa legem Imperialem petendum promulgari.] Legem autem Imperialem ideò ferri postulant Africani Episcopi, vt quos Ecclesiæ monita, vel anathematis censura à secundis nuptiis non cohiberent, cohiberent tandem seueriſſimæ Imperatorum sanctiones pœnis confirmatæ ciuilibus. Idem decreuit Concilium Tributiense [d], sub Arnulfo: post alia enim quæ de custodia mulieris adulteræ egerat, & de refugio ad Episcopum, sic ait. [Maritus verò, quamdiu ipsa viuat, nullo modo alteram ducat.] Idem constituit Concilium Florentinum in decreto Armenis dato. Postremò tandem, cùm adhuc essent Iudaicæ duritiæ homines, non Christianorum nomine tantùm, sed literarum studiis spectati, qui licere nuptias secundas, spretis primis, adulteris dicerent, Tridentino [e] Concilio eorum audaciæ succursum est. [Si quis (inquit) dixerit, Ecclesiam errare, dum docuit & docet iuxta Euangelicam & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum, matrimonij vinculum non posse dissolui, & vtrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui dimissa adultera, aliam duxerit, & eam quæ dimisso adultero, alij nupserit, anathema sit.] Quod adeò verum censuit, iudicauit & habuit Catholica Ecclesia, vt olim in Africa non admitterentur ad Baptismum Gentiles, qui dimissis primis vxoribus, cum secundis nuptias contraxissent, Augustino [f] teste. [Ad hanc autem (inquit) videntur disputationem impulsi, quòd eos nouerint non admitti ab Baptismum, qui dimissis vxoribus, alias duxerint; vel fœminas, quæ dimissis viris, aliis nupserint; quia hæc non coniugia, sed adulteria esse, Dominus Christus sine vlla dubitatione testatur. Cùm enim negari non possit esse adulterium, quod veritas adulterium esse sine ambage confirmat, eique suffragari vellent ad accipiendum Baptismum; quos huiusmodi laqueo ita captos viderent, vt si non admitterentur ad Baptismum, sine vllo Sacramento mallent viuere, vel etiam mori, quàm dirupto adulterij vinculo liberari, humana quadam miseratione commoti sunt ad eorum causam sic suscipiendam, vt omnes cum eis facinorosos & flagitiosos, etiam nulla prohibitione correptos, nulla instructione correctos, nulla pœnitentia mutatos, ad Baptismum admittendos censuerint.]

Quia tamen in huius rei disputatione, non cum hæreticis tantùm, sed cum Catholicis quibusdam nobis agendum est, post decursa Oecumenica & prouincialia Concilia, Pontificum decretis, & sanctorum Patrum sententiis rem adhuc adstruere conabor. In primis se nobis Clemens [g] offert Romanus, & Romanus Pontifex. Inter canones enim quos refert Apostolorum, hunc refenset: [Si quis vxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, communione priuetur.] Euaristus [h] Papa ad Episcopos Ægypti. [Et sicut vxori (inquit) non licet dimittere virum suum, vt alteri se (viuente eo) societ, aut eum adulteret, licèt fornicatus sit vir eius; sed iuxta Apostolum, aut viro suo reconciliari debet, aut manere

Matth. 19.

Explicatur Conc. Arelat. 1. can. 10.

[c] Concil. Mileuit. c. 17.

[d] Conc. Tributien. sub Arnulf. c. 46.

[e] Concil. Trid. sess. 24. can. 7.

[f] Aug. lib. vnic. de def. & operib. c. 1.

[g] Clemens can. 48. Apost.

[h] Euarist. Pap epist. 1. ad omnes Episcopos Ægypti.

Digitized by Google

manere innupta ; ita Eccleſia etiam] Innocentius Papa I. [i] ſcribens ad Exuperium Epiſcopum Toloſanum. [De his etiam requiſiuit dilectio tua , qui interueniente repudio , aliis ſe matrimonio copularunt ; quos in vtraque parte adulteros eſſe manifeſtum eſt , qui viro , vel vxore viuente (quamuis diſſociatum videatur eſſe coniugium) ad aliam copulam feſtinarunt ; neque poſſunt adulteri non videri ; in tantum , vt etiam hæ perſonæ , quibus tales coniuncti ſunt , etiam ipſæ adulterium commiſiſſe videantur , ſecundùm illud quod legimus in Euangelio : Qui dimiſerit vxorem ſuam , & duxerit aliam , mœchatur : & ideò tales à communione fidelium abſtinendos De parentibus autem , aut propinquis eorum nihil tale ſtatui poteſt , niſi incentores illiciti conſortij fuiſſe detegantur.] Notiſſima eſt , & toto orbe decantata illa tragœdia , qua Nicolaus primus Lotharium Imperatorem diris deuouit ; quòd dimiſſa Regina Tietberga , cum Vualdrada concubina nuptias celebrauerit , damnata Guntharij Colonienſis , & Theogualdi Treuerenſis Archiepiſcoporum ſententia , quam pro diuortio iniquè tulerant , magno ſui honoris & dignitatis periculo : nam ea de cauſa ſuorum ordinum iacturam à Nicolao paſſi ſunt in Concilio Romano [k]. Innocentius [l] etiam III. ad Epiſcopum Tyberiadis [Sanè (ait) veridica hæc ſententia probatur , etiam de teſtimonio veritatis , teſtantis in Euangelio , Quicumque dimiſerit vxorem ſuam ob fornicationem , & aliam duxerit , mœchatur. Si ergo vxore dimiſſa , duci alia de iure non poteſt , fortiùs & ipſa retenta.] Tertullianus [m] [Cæterum (inquit) & alia ratio conſpirat , imò non alia , ſed quæ initij formam impoſuit , & voluntatem Dei mouit ad prohibitionem repudij ; quoniam qui dimiſerit vxorem ſuam , præterquàm ex cauſa adulterij , faciet eam adulterari : & qui dimiſſam à viro duxerit , adulterat vtique. Non & nubere legitimè poteſt repudiata , & ſi quid tale commiſerit , ſine matrimonij nomine , non capit elogium adulterij , quâ adulterium in matrimonio crimen eſt ? Deus aliter cenſuit , citra quàm homines , vt in totum , ſiue per nuptias , ſiue vulgò alterius viri admiſſio , adulterium pronuntietur à Deo. Videamus quid ſit matrimonium apud Deum ; & ita cognoſcemus , quid ſit æquè adulterium. Matrimonium eſt , cùm Deus iungit duos in vnam carnem ; aut iunctos deprehendens in eâdem carne , coniunctionem ſignauit. Adulterium eſt , cùm quoquo modo diſiunctis duobus , alia caro , imò aliena miſcetur ; de qua dici non poſſit : Hæc eſt caro ex carne mea , & hoc os ex oſſibus meis.] Et poſt alia : [Hanc quoque eam demonſtrat intelligendam , quæ & ipſa ſic fuerit inuenta ſoluta à viro , quomodo & vir ſolutus ab vxore : per mortem vtique , non per repudium facta ſolutione : quia repudiatis non permitteret nubere aduerſus priſtinum præceptum.] Parum igitur rectè Eraſmus opinationem , ſeu errorem potiùs adſcripſit Tertulliano , & poſt illum & alios Couarruuias [o] , cùm ab eo tantùm abfuerit , vt contrarium prorſus docuerit. Quod autem refert ex eodem Tertulliano [p] , leuius multo eſt quàm confutari mereatur : leuibus enim & inanibus impedimentis curſum nullo moræ pretio retardari facilè non patiari cùm præſertim in notis id ipſum docte animaduerterit Iacobus Pamelius. Ante Tertullianum eandem ſententiam docuit Iuſtinus Martyr [q] Poſt hos , Auguſtinus [r] quoties de eâdem cauſa egit (egit autem ſæpiſſimè) toties docet non licere mulieri repudiatæ ante mariti mortem alteri nubere. Primùm [Etſi licitè (inquit) dimittitur coniux ob cauſam fornicationis , ſed manet vinculum prioris , propter quod ſit reus adulterij , qui dimiſſam duxerit , etiam ob cauſam fornicationis. Sicut enim manente in ſe Sacramento regenerationis , excommunicatur cuiuſquam reus criminis , nec illo Sacramento caret , etiam ſi nunquam reconcilietur Deo : ita manente in ſe vinculo fœderis coniugalis vxor dimittitur ob cauſam fornicationis , nec carebit illo vinculo , etiamſi reconcilietur viro : carebit autem , ſi mortuus fuerit vir eius. Reus verò excommunicatus ideò nunquam carebit regenerationis Sacramento , etiam non reconciliatus , quia nunquam moritur Deus. Remanet itaque , vt ſi ſapere ſecundùm Apoſtolum volumus , non dicamus virum adulterum pro mortuo deputandum , & ideò licere vxori eius alteri nubere. Quamuis enim ſit mors adulterium , non corporis , ſed quod peius eſt , animæ : non tamen de iſta morte loquebatur Apoſtolus [s] , cùm dicebat : quòd ſi mortuus fuerit vir eius , cui vult , nubat : ſed de illa ſola qua de corpore exitur.] Eandem ſententiàm ſcripſit in ſermone Domini in monte , & alibi ſæpe. Ab Auguſtino non diſcrepat Hieronymus [t]. [Omnes (inquit) cauſationes Apoſtolus amputans , apertiſſimè definiuit , viuente viro , eſſe adulteram mulierem , ſi alteri nupſerit. No-

[i] *Innoc. I. epiſt 3. ad Exuper. Epiſcopum Toloſan. c. 6.*

[k] *Concil. Rom. ſub Innoc. c. 1. de quo Regino lib. 2. chronic. & refertur à Grat. in c. Theogualdum 33. q. 3.*

[l] *Innoc. in epiſt. ad Epiſcopum Tiberiadis in c. gaudemus de diuortiis.*

[m] *Tertull. lib. de monog. c. 9.*

Geneſ. 2.

[n] *Idem Tert. c. 11.*

[o] *Couarr. in 4. 2. p. c. 7. §. 6. n. 13.*

[p] *Tertull. lib. 2. ad vxor. c. 1. & lib. 4. aduerſus Marcionem.*

[q] *Iuſtin. Mart. in 2. apol. pro Chriſtian.*

[r] *Auguſt. lib. 2. de adulter. coniug. c. 4. & 5.*

1. Corinth. 7.

[s] *Idem ſerm. Domini in monte c. 26.*

[t] *Hieron. in epiſt. ad Amand. Presbyter. Refertur à Grat. in c. omnes cauſationes 32. q. 7.*

lo mihi proferas raptoris violentiam, matris perſuaſionem, patris auctoritatem, propinquorum cateruam, ſeruorum inſidias atque contemptum, damna rei familiaris. Quamdiu viuit vir, licèt adulter ſit, licèt ſodomita, licèt flagitiis omnibus coopertus, & ab vxore propter hæc ſcelera derelictus, maritus eius deputatur, cui alterum virum accipere non licèt. Nec Apoſtolus hæc propria auctoritate decernit, ſed Chriſto in ſe loquente, Chriſti verba ſecutus eſt, qui ait in Euangelio: Qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis, facit eam mœchari; & qui dimiſſam acceperit, adulter eſt. Vnde & Apoſtoli, grauem coniugij ſarcinam intelligentes: Si ita eſt (inquiunt) non expedit homini vxorem accipere. Ad quos Dominus: Qui poteſt (inquit) capere, capiat. Statimque ſub exemplo trium eunuchorum virginitatis infert beatitudinem, quæ nulla carnis lege tenetur.] Diuus Baſilius [u]. [Quare quæ relinquit, eſt adultera, ſi ad alium virum acceſſit: qui autem reliquit, eſt dignus venia; & quæ ei cohabitat, non ideò condemnatur: Sed ſi vir qui ab vxore diſceſſit, acceſſit ad aliam, eſt & ipſe adulter: quoniam fecit eam adulterari, & quæ ei cohabitat, eſt adultera, eo quòd alienum virum ad ſe traduxit.] Diuus Chryſoſtomus [x] ſubſcribit his omnibus, nec ſemel eandem doctrinam repetit; quòd forſan hominum improbitas repetita indiguerit diſciplina. [Quæ nam eſt (inquit) lex quam nobis Paulus poſuit? Mulier (inquit) non ſeparetur viuente viro, neque alium ſuperinducat maritum. Non autem dixit, Cohabitet viro, quoad vixerit vir illius; atque adeò etiam ſi libellum repudij det, etiamſi domum relinquat, etiamſi ad alium abeat, legi adſtricta eſt adultera quæ eſt talis. Nam quemadmodum ſerui fugitiui, etiamſi domum herilem relinquant, catenam ſecum trahunt; ita & mulieres legem habent pro catena, adulterij accuſantem ac dicentem: Adhuc ſupereſt maritus, & adulterium facinus hoc eſt. Mulier enim adſtricta eſt legi, quoad vixerit maritus illius: tunc enim licebit ſecundas nuptias contrahere, vbi à catena liberata fuerit, quando vir morietur ſolùm.] Et poſt alia. [Ne mihi leges ab exteris conditas legas, præcipientes dari libellum repudij & diuelli: neque enim iuxta illas te iudicaturus eſt Deus in die illa qua venturus eſt, ſed ſecundùm ſuas, vt ipſe ſtatuit. Sed Moyſes (aiunt) hoc fecit: tu verò audi Chriſtum ita dicentem; [Niſi abundauerit iuſtitia veſtra, pluſquam Scribarum & Phariſæorum, nequaquam intrabitis in regnum cœlorum:] Idem [y] probat, repudium eſſe, & præter naturam quidem, quia caro inciditur; contra legem autem, quia cùm Deus coniunxerit, ac iuſſerit non ſeparari, ipſi contra præcepta Dei facere auſi eſtis.] Quam ſententiam pluribus in locis docet, & diuerſis rationibus comprobat Diuus Iſidorus [z]. [Sacramentum (inquit) ideò inter coniugatos dictum eſt, quia ſicut non poteſt Eccleſia diuidi à Chriſto, ita neque vxor à viro. Quod ergo in Chriſto, & in Eccleſia, hoc in ſingulis quibuſque viris, atque vxoribus coniunctionis inſeparabile Sacramentum. Vnde Apoſtolus, Præcipio (inquit) non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere: prohibet enim dimitti quacumque ex cauſa, ne aliis coniungantur, ſecundùm conſuetudinem Iudæorum, quam Dominus interdixit, dicens: Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, & aliam duxerit, mœchatur.] Et poſt alia [Cúmque habet quis vxorem, (vt ait Lactantius [a]) neque ſeruam, neque liberam habere poterit, vt matrimonij fidem ſeruet; neque enim iuris publici ratio eſt, ſi ſola mulier adultera, quæ virum habens ab altero polluitur, & maritus ſi alteram habeat, à crimine adulterij alienus habetur; dum Diuina lex duos in vnum matrimonij corpus coniunxerit, adulter ſit, quiſquis compagem corporis in diuerſa diſtraxit. Ante hos ſanctiſſimos Eccleſiæ Patres, id ipſum docuerunt Clemens Alexandrinus [b], & eius diſcipulus Origenes [c]. In eâdem ſententia fuerunt Anſelmus, Diuus Thomas, Primaſius, Beda, Rabanus, Haymo, Hugo de ſancto Victore, Bonauentura, Albertus, Petrus Lombardus, Diuus Antonius, Carthuſianus & alij, quos compendij cauſa miſſos facio.

Sed reſtat adhuc de hac re Ambroſij [d] locus paulò difficilior, in quo poſt alia dixit. [Non enim permittitur mulieri vt nubat, ſi virum ſuum cauſa fornicationis dimiſerit, aut apoſtaſiæ, aut ſi impellente laſciuia, vſum quærat vxoris inuertere: quia inferior non omnino hac lege vtitur, qua potior, ſi tamen apoſtaret vir, aut vſum quærat vxoris inuertere; nec alij poteſt nubere mulier, nec reuerti ad illum. *Et virum vxorem non dimittere*, Subauditur autem,

Excepta

[u] *D. Baſil. epiſt. 1. ad Amphilo. c. 10.*

[x] *D. Chryſoſt. in ſermone de libello repud. ſuper epiſt. Pauli ad Corinth. 7.*

[y] *Idem homil. 33. in Matth.*

[z] *D. Iſidor. lib. de offic. Eccleſ. c. 19.*

[a] *Lactant. lib. 6. diuin. inſt. cap. 23.*

[b] *Clem. Alex. l. 2. Stromat.*

[c] *Origenes tract. 7. ſuper Matth.*

[d] *D. Ambroſ. 1. ad Corinth. c. 7. verſ. Poſtquam. Matth. 5.*

A Excepta fornicationis causa. Et ideò non subiecit dicens, sicut de muliere; Quòd si discesserit, manere sic: quia viro licet ducere vxorem, si dimiserit vxorem peccantem, quia non ita lege constringitur vir, sicut mulier. Caput enim mulieris vir est.] Nec hæretici tantùm, sed Catholici, Gratianus, Catharinus, Ioannes Arboreus [c], Robertus Cænalis [f] Episcopus Abruicensis, Couarruuias [g] & alij, quos prætereo. Denique eandem sententiam tribuerunt Ambrosio recentiores in Decretum Gregorianum adnotationes.

[c] *Ephes. 5.*
[c] *Ioan. Arboreus lib. 1. Theseph. c. 35.*
[f] *Canalis in quodam peculiari huius quæstionis opusculo.*
[g] *Couar. in 4. 2. p. c. 7. §. 7. n. 13. Cap. vxor. 33. q. 1.*

Sed cùm Catholicæ interfit Reipublicæ, sanctos Ecclesiæ doctores, Ambrosium præsertim (quem in Pauli epistolas scripsisse testatur Cassiodorus [h] ab adscripta potiùs, quàm scripta sententia, vel errore vindicari, facturus sanè videor operæ pretium, si Diui Ambrosij doctrinam cum Apostolica & Euangelica mirificè conuenire probauero. Quod vt efficiam, redeo in memoriam quorundam locorum, in
B quibus eandem quæstionem attigit Ambrosius [i], vt apertiùs possim elicere, an ille (vt dixi) suam cum Apostolica & Euangelica doctrina, sibique metipsi consentientem tradiderit, an verò illi, & sibi ipsi contrariam. In libro enim de Abraham post alia, sic inquit. [Sed & vos moneo viri, maximè qui ad gratiam Domini tenditis, non commisceri adulterino corpori. Qui enim se iungit meretrici, vnum corpus est: nec dare hanc occasionem diuortij mulieribus. Nemo sibi blandiatur de legibus hominum. Omne stuprum adulterium est; nec viro licet quod mulieri non licet. Eadem à viro quæ ab vxore debetur castimonia. Quidquid in ea quæ non sit legitima vxor, commissum fuerit, adulterij damnatur crimine. Ergo aduertistis quid debeatis cauere, ne quis Sacramentis se indignum præbeat.] Clariùs idem.
C [Nulli licet scire mulierem, præter vxorem: ideóque coniugij tibi datum est ius, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas. Vinctus es vxori; noli quærere solutionem: quia non licet tibi, vxore viuente, vxorem ducere: nam & aliam quærere, cùm habeas tuam, crimen est adulterij; hoc grauiùs, quòd putas peccato tuo auctoritatem lege esse quærendam.] Idem [k] [Etenim si alienos, multo magis vxorios debet tolerare & emendare mores. Audi quid dixerit Dominus: Qui dimittit vxorem, facit eam mœchari: etenim cui non licet viuente viro mutare coniugium, potest obrepere libido peccandi. Itaque qui auctor erroris, etiam reus culpæ est. Quò cum paruulis fœta dimittitur? Quò titubandi vestigio grandæua detruditur? Durum si excludas parentem, pignora teneas; vt ad contumeliam caritatis addas etiam pietatis iniuriam. Duriùs si propter matrem etiam filios simul pellas, quum magis redimere à patre liberi debeant culpam parentis? Quàm periculosum, si fragilem adolescentulæ ætatem errori offeras? Quàm impium, si eius destituas senectutem, cuius defloraueris iuuentutem? Ergo inhonoratum stipendiis & veteranum Imperator dimittat inglorium, atque Imperij sui possessione detrudat; & rusticum laboris effœtum agro suo propulset agricola? An quod in subditos nefas est, in comparem fas est? Dimittis ergo vxorem, quasi iure sine
D crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet? Sed Diuina prohibet. Qui hominibus obsequeris, Deum verere. Audi legem Domini, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt. Quæ Deus coniunxit, homo non separet. Sed non solùm hîc cœleste præceptum, sed quoddam etiam opus Dei soluitur. Paterisne, oro, liberos tuos viuente te esse sub vitrico? aut incolumi matre, degere sub nouerca? Pone si repudiata non nubat. Et hæc viro tibi potuit displicere, cui adultero fidem seruat? Pone, si nubat; necessitas illius tuum crimen est: & coniugium quod putas, adulterium est. Quid enim refert, vtrùm aperta criminis confessione, an mariti specie adulterium admittas? nisi quòd grauius est legem criminis fecisse, quàm
E furtum. Sed fortasse dicit aliquis: Quomodò Moyses mandauit dare libellum repudij, & dimittere vxorem? Qui hoc dicit, Iudæus est: qui hoc dicit, Christianus non est. Et ideò qui hoc obiicit quod obiectum est Domino, respondeat ei Dominus, Ad duritiam (inquit) cordis vestri permisit vobis Moyses dare libellum repudij; & dimittere vxores: ab initio autem non fuit sic: Moyses permisit, inquit, non Deus iussit. Ab initio autem Dei lex est. Quæ est lex Dei? Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt ambo in carne vna. Ergo qui dimittit vxorem, carnem suam scindit, diuidit corpus. Ostendit autem hic locus, quæ propter fragilitatem humanam scripta sunt, non à Deo scripta. Vnde & Apostolus, Denuntio, inquit, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere. Et infra [l]; Cæteris inquit, ego dico, non Dominus, si quis frater infidelem habet vxorem. Ita-

[i] *Ambros. lib. de Abraham. c. 4.*
Idem c. 7.
1. Cor. 7.
Matth. 19.
[k] *Ambros. in Lucam, c. 16.*
Matth. 5.
1. Cor. 7.
Roman. 7.
Matth. 19.
Deuter. 24.
Matth. 19.
Genes. 2.
1. Cor. 7.
[l] *Ibidem.*

que vbi est impar coniugium, lex Dei non est. Et addidit [m]: Quòd si infidelis discedit, discedat. Simul, idem Apostolus negauit, legis esse diuinæ, vt coniugium qualecumque soluatur; nec ipse præcepit, nec dedit deferendi auctoritatem, sed culpam abstulit destituto.] Quî apertiùs, quî clariùs sensa suæ mentis Ambrosius potuit exprimere? Quid cum Christi & Apostolorum doctrina docere ille potuit congruentius?

[m] *Ibidem.*

Sed vrget lectores quod dicto Cap. VII. Epistolæ primæ ad Corinthios ipse scripsit Ambrosius. Quem nodum vt dissoluant, non illius capitis tantùm, sed totius libri eleuant auctoritatem, Ambrosij totum esse denegantes, styli nescias quam dissimilitudinem, & verborum suauitatem (quæ vna certè est cum illa quam in reliquis suis libris obseruauit Ambrosius) coarguentes: dum Scyllæ enim pericula fugiunt, in Charybdis incidunt scopulos. Sed videamus nos, an vtrosque faciliùs salui & incolumes, sine Ambrosianæ doctrinæ detrimento & totius libri iactura, possimus euadere. Mirari enim satis ipse non possum, tantos viros, qui cùm oculis soleant plusquam lynceis minutissima quæque discernere, in plano hoc, minimèque difficili offendisse.

[a] Defenditur & explicatur D. Ambros. doctrina in comment. ad epist. 1. ad Cor. c. 7.

Ambrosius [a] enim, Beatissime Pater, cùm docet, vxorem non posse adulterum maritum dimittere, & alij nubere; posse tamen maritum, legis Iuliæ, non Dei, Imperatorum Seueri & Antonini, non Christi; forensis iudicij, non cœlestis, rationem habuit; cùm enim de diuina egit, semper contendit & docuit parem esse vtriusque causæ æquitatem. Quòd autem de ciuili intellexerit, non ex illo loco tantùm, sed ex tribus quos retulimus, dilucidè comprobabimus. In hoc enim de quo sermo est, ait, cùm de muliere agit: [Non enim permittitur mulieri, vt nubat, si virum suum causa fornicationis dimiserit, aut apostasiæ; aut impellente lasciuia vsum quærat vxoris inuertere; quia inferior non omnino hac lege vtitur, qua potior.] Agit ergo de permissione ciuili, & de auctoritate legis ciuilis, quæ potiorem habet causam viri, quam vxoris (vt & Augustinus [b] testatur) cùm tamen lege diuina par sit vtriusque. Cùm autem agit ad finem de viro, ait: [Quia viro licet ducere vxorem, si dimiserit vxorem peccantem; quia non ita lege constringitur vir, sicut mulier.] Verissimum enim est quod scribit Ambrosius, non constringi lege ciuili virum, ad hoc vt repudiare non possit & accusare vxorem de adulterio, & inde cum alia contrahere, vt constringitur mulier, quæ maritum adulterum accusare non potest, nec ab illo ea de causa diuertere; quòd id lege ciuili & consuetudine iam inductum receptúmque fuisset. Nec in hoc solùm loco de lege ciuili intellexit Ambrosius (hominem enim iurisprudentiæ studiis ab ineunte ætate deditum & causis ciuilibus posteà præfectum, de lege ciuili Romanorum crebrò meminisse, satis est consentaneum) sed in reliquis duobus, quos supra citauimus, locis. In priori enim [c]: [Sed & vos moneo, viri, maxime qui ad gratiam Domini tenditis, non commiscere adulterino corpori; qui enim se iungit meretrici, vnum corpus est; nec dare hanc occasionem diuortij mulieribus. Nemo sibi blandiatur de legibus hominum. Omne stuprum adulterium est: nec viro licet, quod mulieri non licet.] Vides quomodo Iurisconsultus Ambrosius de legibus hominum, veterum Iurisconsultorum & Imperatorum ciuilibus (hos homines vocat) intelligit, non de lege Dei. nam de ea subiungit: Nec viro licet quod mulieri non licet. Clariùs) si quid clariùs scribi potuit) in posteriori loco [d]: [Vinctus es vxori, noli quærere solutionem; quia non licet tibi vxore viuente, vxorem ducere, nam & aliam quærere, cum habeas tuam, crimen est adulterij; hoc grauius, quòd putas peccato tuo auctoritatem lege quærendam. Tolerabilior est si lateat culpa, quam si culpæ vsurpetur auctoritas.] Propositum igitur fuit Ambrosio, vtpote iuris consultissimo, & in forensibus iudiciorum fraudibus audiendis reprimendisque exercitatissimo, eum errorem ex illorum animis euellere, qui putabant, ideò posse vxores ob fornicationem dimittere, & alias superinducere, quòd per leges ciuiles sibi licere dicerent, putantes idem esse Papiniani & Dei; Pauli & Ecclesiæ iudicij tribunal. Id etiam perspicuè & iteratò docet in Euangelium Lucæ [e]. [Dimittis ergo vxorem; quasi iure sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet? Qui hominibus obsequeris, Deum verere: audi legem Domini, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt: Quæ Deus coniunxit, homo non separet. Sed non solùm hic cœleste præceptum sed quoddam etiam opus Dei soluitur. Pareriſne, oro, liberos tuos viuente te esse

[b] *D. Aug. lib. 2. de adulter. coniug. c. 8*

[c] *Idem Ambr. c. 4. de Abraham.*

[d] *Idem de Abrah. cap. 7.*

[e] *Idem in Lucam, cap. 16. Matth. 19.*

sub

A sub vitrico? An incolumi matre, degere sub nouerca? Pone, si repudiata non nubat, & hæc viro tibi potuit displicere, cui adultero fidem seruat? pone si nubat, necessitas illius tuum crimen est: & coniugium quod putas, adulterium est; Quid enim refert, vtrùm aperta criminis confessione, an mariti specie adulterium admittas? nisi quod grauius est, legem criminis fecisse quàm furtum. Sed fortasse dicit aliquis: Quomodo Moyses mandauit dare libellum repudij, & dimittere vxorem? Qui hoc dicit, Iudæus est, qui hoc dicit, Christianus non est.] Legem autem humanam siue ciuilem, legem Iuliam intelligit, quæ ius accusandi vxores adulteras, & ab eis diuertendi, maritis concessit, vxoribus verò accusandi maritos adulteros denegauit, vt Impp. Seuerus & Antoninus [f] rescripserunt, ad Cassiam. [Publico iudicio (inquiunt) non habere mulieres adulterij accusationes, quamuis de matrimonio suo violato queri velint,

B lex Iulia declarat; quæ cùm masculis iure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem fœminis priuilegium detulit.] Hanc confirmat Græcorum Basilicon [g]. [Lege Iulia (ait) de adulteriis mulier accusare non poterat, nec si ipsa dicatur deliquisse: nam lex viris delinquentis meritò facultatem dedit, accusandi iure mariti, soluto matrimonio.] In eius autem interpretatione Theodorus Græcus interpres. [Mulier (ait) non accusat adulterij, nec pro se quidem: viris enim hæc accusatio competit.] Et paulò pòst. [Nota, hoc crimen mulierem nunquam intendere posse.] Hanc autem legem in foro etiam exteriori Ecclesiæ quoad torum obseruatam, sic vt diuortium non admitteretur ob viri adulterantis fornicationem, sicut admittebatur ob adulterium vxoris, Diuus Basilius [h] testis est locupletissimus. [Domini autem dictum (inquit) se-

C cundùm sententiæ consequentiam, ex æquo & viris & mulieribus conuenit, quòd non liceat à matrimonio discedere, præterquàm propter fornicationem. Consuetudo non ita habet, sed in mulieribus quidem multùm accuratè & diligenter obseruari inuenimus; cùm Apostolus quidem dicat, quòd qui adhæret meretrici, fit vnum corpus. Hieremias autem: Quòd si fuerit mulier cum alio viro, non reuertetur ad virum suum, sed polluta polluetur. Et rursus: Qui habet adulteram, stultus est & impius. Consuetudo verò etiam adulterantes viros & in fornicationibus versantes, iubet à mulieribus retineri. Quare quæ cum viro dimisso cohabitat, nescio an possit adultera appellari. Crimen enim hìc attigit mulierem, quæ dimisit. Quam nam ob causam à coniugio decessit? Si enim pulsata, & verba non ferens, pati satiùs erat, quàm à coniuge separari; siue iacturam in pecuniis non ferens, nec ipsa est iusta excusatio: sin autem quòd ipsa viuat in fornicatione, non habemus hanc obseruationem in Ecclesiastica constitutione; sed etiam infidelis viri iussa est mulier non separari, sed remanere, propter incertitudinem euentus. Quid enim scis, mulier, an virum sis seruatura? Quare quæ relin-

D quit, est adultera, si ad alium virum accessit: qui autem reliquit, est dignus venia, & quæ ei cohabitat, non ideò condemnabitur. Sed si vir qui ab vxore discessit, accessit ad aliam, est & ipse adulter, quoniam facit eam adulterari, & quæ ei cohabitat, est adultera, eo quòd alienum virum ad se traduxit.] Eandem sententiam consuetudinémque Ecclesiæ repetito sermone docet in eâdem epistola paulò pòst, vbi sic ait [i]. [Qui autem fornicatus est, non excludetur à cohabitatione cum vxore, quemadmodum mulier maritum suum à fornicatione reuertentem excipiet; vir autem eam quæ polluta est, à suis ædibus amandabit: ac eorum quidem ratio minimè est facilis: consuetudo autem sic inualuit.] Qui hanc D. Basilij doctrinam Ecclesiæ vsu & auctoritate receptam, cum Ambrosiana contulerit, comperit sanè, Ambrosium nihil ab Ecclesiæ moribus alienum scripsisse, sed de forensi tantum vsu sui temporis. Quod an verum sit, vel falsum, coætanei sui Basilij testimonio (eodem enim tempore, vnus in Oriente,

E alter in Occidente vixerunt) habetur compertissimum. Quocirca Augustinus [k] Ambrosij, & Basilij vestigiis insistens, eum qui prima vxore derelicta, cum secunda contrahit, non esse adulterum lege seculi, sed lege Dei docuit. [Quoniam sanè (ait) non tantum fœcunditas, cuius fructus in prole est: nec tantum pudicitia, cuius vinculum est fides, verùm etiam quoddam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis, vnde dicit Apostolus: Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam: huius proculdubio sacramenti res est, vt mas & fœmina connubio copulati, quandiu viuunt, inseparabiliter perseuerent: nec liceat, excepta causa fornicationis, à coniuge coniugem dirimi: hoc enim custoditur in Christo & Ecclesia, vt viuens cum viuente in æternum nullo diuortio separetur. Cuius sacramenti tanta obseruatio est in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, hoc est, in Ecclesia Christi, quibusque fidelibus coniugatis, qui sine dubio membra sunt Christi,

[f] *Seuer. & Anton. in l. 1. C. ad l. Iulian. de adulter.*

[g] *Basilicon Græcor. lib. 60. tit. 38.*

[h] *D. Basil. in epist. 1. ad Amphil. Iconij Epist. can. 9.*

[i] *Idem Basil. c. 21.*

[k] *Aug. lib. 1. de nup. & concup. c. 10.*

Coloss. 3.

vt cùm filiorum procreandorum cauſa vel nubant fœminæ, vel ducantur vxores, nec ſterilem coniugem fas ſit relinquere, vt alia fœcunda ducatur. Quod ſi quiſquam fecerit, non lege huius ſeculi, vbi interueniente repudio, ſine crimine conceditur cum aliis alia copulare connubia; quod etiam ſanctum Moyſen Dominus propter duritiam cordis illorum Iſraëlitis permiſiſſe teſtatur, ſed lege Euangelij reus eſt adulterij; ſicut etiam illa ſi alteri nupſerit.] Quare cùm Epiſcopi Africani in Concilio Mileuitano pœnam conſtituiſſent canonicam aduerſus illos qui dimiſſis primis coniugibus, cum ſecundis contrahunt, illud prætereà addiderunt, vt ab Imperatore legem poſtularent, qua id etiam in foro ciuili non licere pœna propoſita ſanciretur. Idque apertiùs etiam docuit D. Chryſoſtomus [m] In ſermone de libello repudij. Poſtquam enim vinculum naturale & diuinum retulit, quo coniuges deuincti tenentur coniugem adulteram non repudiare, ſic ait. [Ne mihi leges ab exteris conditas legas, præcipientes dari libellum repudij, & diuelli: neque enim iuxta illas, te iudicaturus eſt Deus, in die illa qua venturus eſt ſed ſecundùm ſuas, vt ipſe ſtatuit.] Lactantius. [Non enim (inquit) ſicut publici iuris ratio eſt, ſola mulier adultera eſt, quæ habet alium, maritus autem, etiam ſi plures habeat, à crimine adulterij ſolutus eſt: ſed diuina lex ita duos in matrimonium, quod eſt in corpus vnum, pari iure coniungit, vt adulter habeatur, quiſquis compagem corporis in diuerſa diſtraxerit.] Quòd ſi in tam perſpicua & clara Ambroſij cum Baſilio, Auguſtino, Chryſoſtomo, Lactantio & vniuerſæ Eccleſiæ Catholicæ concordi ſententia, Lutherus, Magdeburgenſes, & reliqui hæretici velut noctuæ erectis ad Solem oculis cæcutiant, & coniugium ſecundum durante primo ex Ambroſij ſententia licere contendant, illos non vt Iudæos duræ ceruicis, ſpernentes reiciemus, ſed velut pertinaces hæreticos ad iudicis ſecularis tribunal acriori ſententia remittemus puniendos.

At ſi Lactantij [o] tandem ſententia & auctoritate oppugnemur, vt oppugnant nos non ſolum hæretici, ſed etiam Catholici; quòd putent illum fuiſſe inter Catholicos ſcriptores, qui minùs Catholicè, diſſentiens ab Apoſtolica & Euangelica doctrina, coniugium ob adulterium diſſolui, etiam quoad vinculum putauerit; exquirere ſanè curabimus, an quemadmodum Ambroſio, Lactantio etiam falsò id impoſuerunt ſcriptores, minori forſan pietate, vel minori ſaltem diligentia, quàm de tanto viro dici par erat. Antiquorum enim Doctorum libros, qui non ex ſuis fontibus, ſed ex riuulis legere & intelligere malunt, caueant, ne pro pura & ſalubri aqua, cœnoſam & ſordidam haurientes, ſuæ & Reip. ſaluti malè conſulant, indéque in grauiſſima pericula & errorum tenebras dilabantur. Lactantius ergo in diuinis inſtitutionibus, cùm antiquarum Gentium vanitate & ſuperſtitione confutatis, Chriſtianæ veritatis lucem oſtendere vellet & docere, multa quinque libris ſuperioribus doctè & copiosè diſſeruit: in hoc autem ſexto id ſummè conatus eſt, vt repulſo omni qui diis Gentium tribuebatur cultu veram Deo vero religionem tribueremus. Hanc autem dicebat præſtantiſſimam eſſe, quæ non ex rebus corruptis, ex pecudum taurorúmque ſanguine, & aliis antiquorum ſuperſtitionibus, quas commemorat; ſed quæ ex virtutibus animi, qui oritur è cœlo, conſtaret. Verum enim cultum dicebat, in quo mens colentis ſe ipſam immaculatam Deo victimam ſiſteret. Id autem quomodò eſſet conſequendum, quomodò & præſtandum, totius libri ſexti diſputatione perdocuit. Cùm autem in illius principio de religione, de pietate, & humanitate & miſericordia, de metu fugando, de patientia & aliis egiſſet, vſque ad Cap. XX. ab eo cœpit ſermonem contra iniquas ſenſuum voluptates. Egit autem illo capite de oculorum voluptate, quæ in ſpectaculis publicis percipi ſolebat: quam cùm longè fuiſſet inſectatus, confutationem aggreditur Cap. XXI. illius quæ ex vocum & cantuum ſuauitate percipitur: & Cap. XXII. quæ ex ſapore & odore. At Capite vigeſimo tertio, ad eam partem voluptatis refutandam accederet, quæ percipitur ex tactu, ſed præcipuè ex libidine, multis & his grauiſſimis rationibus illam vt illicitam temperare & cohibere Chriſtianos docuit. Nec diuerſo iure ab vxoribus cenſuit maritos; vtroſque enim indiuiduam illam animorum & corporum coniunctionem quam ſemel contraxerant, perpetuò obſeruaturos admonuit; nec licentiam conceſſit, vt alter vtriuſque, alterius conſortio abuteretur. [Non dum (inquit) omnia caſtitatis officia executus ſum, quam non modò Deus intra priuatos parietes, ſed etiam præſcripto lecticuli terminat: vt

cùm

Matth.19.

[l] *Con. Mileu.c.17.*

[m] *D. Chryſoſt. in ſer. de libello repudij ſuper epiſt. Pauli ad Corin. h.7.*

[n] *Lactan. lib.6. diuin. inſt. c 23.*

[o] *Explicatur Lact. lib.6. diuin. inſtit. cap.23.*

A B C D E

Digitized by Google

A cùm quis habeat vxorem, neque ſeruam neque liberam habere inſuper velit, ſed matrimonio fidem ſeruet. Non enim, ſicut iuris publici ratio eſt, ſola mulier adultera eſt, quæ habet alium: maritus autem etiam ſi plures habeat, à crimine adulterij ſolutus eſt. Sed diuina lex ita duos in matrimonium, quod eſt in corpus vnum pari iure coniungit; vt adulter habeatur, quiſquis compagem corporis in diuerſa diſtraxerit. Nec ob aliam cauſam Deus, cùm cæteras animantes ſuſcepto fœtu, maribus repugnare voluiſſet, ſolam omnium mulierem patientem viri fecit, ſcilicet ne fœminis repugnantibus, libido cogeret viros aliud appetere, eoque facto caſtitatis gloriam non tenerent. Sed neque mulier virtutem pudicitiæ caperet, ſi peccare non poſſet. Nam quis mutum animal pudicum eſſe dixerit, quod ſuſcepto fœtu mari repugnat: Quod ideò facit, quia neceſſe eſt, in dolorem, atque
B in periculum veniat, ſi admiſerit. Nulla igitur laus eſt non facere, quod facere non poſſis. Ideò autem pudicitia in homine laudatur, quia non naturalis eſt, ſed voluntaria. Seruanda igitur fides ab vtroque alteri eſt, imò exemplo continentiæ docenda vxor, vt ſe caſte gerat. Iniquum eſt enim, vt id exigas: quod præſtare ipſe non poſſis. Quæ iniquitas effecit profectò, vt eſſent adulteria; fœminis ægrè ferentibus præſtare ſe fidem non exhibentibus mutuam caritatem. Denique nulla eſt tam perditi pudoris adultera, quæ non hanc cauſam vitiis ſuis prætendat, iniuriam ſe peccando non facere, ſed referre. Quod optimè Quintilianus expreſſit. Homo, inquit, neque alieni matrimonij abſtinens, neque ſui cuſtos; quæ inter ſe natura connexa ſunt Nam neque maritus circa corrumpendas aliorum coniuges occupatus poteſt vacare domeſticæ ſanctitati; & vxor cùm in tale incidit matrimonium, exemplo ipſo incitata, aut inuitari ſe putat, aut vindicare. Cauendum igitur ne occaſionem vitiis noſtra intemperantia demus: ſed aſſueſcant inuicem mores duorum, & iugum paribus animis ferant. Nos ipſos in altero cogitemus.
C Nam ſanè in hoc iuſtitiæ ſumma conſiſtit, vt non facias alteri, quicquid ipſe ab altero pati nolis.] Vt omnem autem tergiuerſandi occaſionem auferret, an aliquo caſu liceret vxorem dimittere, diuini præcepti memor ſequentia addit. [Hæc ſunt quæ ad continentiam præcipiuntur à Deo Sed tamen ne quis diuina præcepta circumſcribere ſe putet poſſe, addantur illa, vt omnis calumnia & occaſio fraudis remoueantur: adulterum eſſe, qui à marito dimiſſam duxerit, & eum qui præter crimen adulterij vxorem dimiſerit, vt alteram ducat, diſſociari enim corpus & diſtrahi Deus noluit.] Non ergo placuit Lactantio, vt dimiſſa quis prima vxore ob adulterium, cum alia contrahat: nam ſi hoc cenſuiſſet, non dixiſſet paulò anteà, adulterum eſſe eum, qui dimiſſam duxerit: nam ſi adulterij crimen illud eſt, nulla alia id ratione conſtat, niſi quia vinculum matri-
D monij prioris indiſſolubile fuerat, vt ipſe clariſſimis verbis anteà ſcripſerat; [Sed diuina lex (inquit) ita duos in matrimonium, quod eſt in corpus vnum, pari iure coniungit, vt adulter habeatur, quiſquis compagem corporis in diuerſa diſtraxerit.] Nec eſt probabile, cum qui omnem occaſionem calumniandi diuinum præceptum ad matrimonij ſolutionem amouere nitebatur, idque ſe velle, perſpicuè aſſerabat, ſtatim licentiam conceſiſſe & impunitatem, vt ob adulterium vxor poſſit dimitti. Si diuini præcepti interpretem agebat, quî fieri poterat, vt illud concedat interpres, quæ doctor negauit? Quod ſi aditum omni repudio ſe velle intercludere dicebat, quo pacto, niſi deſipuiſſet, in cauſa adulterij licere potuiſſet aſſerere, ſic enim non intercluderet apertum, ſed intercluſum aperiret. Quod contendit Lactan-
E tius, illud eſt, diuinum præceptum interpretando matrimonium diſſolui non poſſe, nec coniugem dimitti: nam ſi alter eorum dimittatur, vt cum alio contrahat, tam erit adulter, qui cum dimiſſa contrahit, quàm qui ea de cauſa vt cum alia contraheret, vxorem dimiſit: hoc enim eſt quod docuerat Paulus, & quod anteà docuerat Chriſtus, cuius præcepti interpretationem tradebat Lactantius: aliter enim non Chriſti interpretaretur doctrinam, ſed peruerteret & corrumperet. Quod autem exceptionis loco adiecerit. Præter crimen adulterij.] Ad verbum ſtatim ſequens referri debet: hoc eſt, ad dimiſſionem vxoris; illi enim connectitur: non autem referri debet ad alterum, quod poſteà adiectum eſt, vt vxorem accipiat, nam illud ad ſententiam quam dixerat de adulterio & mœchia, dubio procul referendum eſt; quòd non ſimilis tantùm, ſed re & verbis eadem eſt

Matth. c. 19 *Idem eod. c. 23.*

prorſus doctrina, quam Chriſti ore prolatam retulit Matthæus. Dico autem vobis, quicumque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & huius interpretationem ſe dare idem Lactantius dicebat, dum adiecit. [Sed tamen ne quis diuina præcepta ſe poſſe circumſcribere putet, addantur illa, vt omnis calumnia & occaſio fraudis remoueatur, adulterum eſſe, qui à marito dimiſſam duxerit, & eum qui præter crimen adulterij, vxorem dimiſerit vt alteram ducat.] Si illo ergo qui dimittit vxorem ab fornicationem, vt aliam ducat, & ducit, mœchatur, mœchabitur ſanè & ille, qui ab alio dimiſſam duxerit. A

P D. *Aug. lib. 1 de adulter. coniug. c. 9.* *Matth. 19.*

Sed cum à toro vxorem pellere aliis cauſis liceat, nec eas Chriſtus improbauerit, quare de ſola fornicatione meminerit, conſulamus quid diuus Auguſtinus P olim in hac quæſtione Pollentio reſponderit. [Cur ergo, inquis (ait) interpoſuit Dominus cauſam fornicationis & non potius generaliter ait: Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, mœchatur: ſi & ille mœchus eſt, qui dimiſſa fornicante muliere, alteram ducit? Credo quia illud quod maius eſt, hoc Dominus commemorare voluit. Maius enim adulterium eſſe quis negat vxore non fornicante dimiſſa, alteram ducere, quàm ſi fornicantem quis dimiſerit & tunc alteram duxerit: non quia & hoc adulterium non eſt, ſed quia minus eſt, vbi fornicante dimiſſa, altera ducitur. Nam ſimili locutione etiam Apoſtolus Iacobus, ait: Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. Nunquid ideò non peccatum eſt, illi qui neſcit bonum facere, & ideò non facit? Vtique peccatum eſt, ſed hoc grauius, ſi etiam ſciat & non facit. Nec illud ideò nullum, quia minus. Vt ergo eodem modo vtrumque dicamus, ſicut quicunque dimiſerit vxorem, excepta cauſa fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur: ita quicunque ſcit bonum facere, & non facit, peccat. Sed quemadmodum hic rectè dici non poteſt: ergo ſi neſcit, non peccat: ſunt enim etiam peccata ignorantium, quamuis minora quàm ſcientium: ita nec illic rectè dici poteſt: ergo ſi cauſa fornicationis dimiſerit, & aliam duxerit, non mœchatur. Eſt enim mœchatio etiam eorum, qui alias ducunt, relictis propter fornicationem prioribus: ſed vtique minor quàm eorum qui non propter fornicationem dimittunt & alteras ducunt. Poteſt quippe, ſicut dictum eſt, ſcienti bonum facere & non facienti peccatum eſt illi, eo modo & illud dici, dimittenti vxorem ſine cauſa fornicationis, & aliam ducenti, mœchatio eſt illi. Quemadmodum igitur ſi dixerimus: Quicunque mulierem à marito præter cauſam fornicationis dimiſſam duxerit, mœchatur, proculdubio verum dicimus: nec tamen ideò illum, qui propter cauſam fornicationis dimiſerit, & alteram duxerit, ab hoc crimine abſoluimus, ſed vtroſque mœchos eſſe minimè dubitamus: ita cum, qui præter cauſam fornicationis vxorem dimiſerit & aliam duxerit, mœchum pronuntiamus: nec ideò tamen eum qui propter cauſam fornicationis dimiſerit, & alteram duxerit, ab huius peccati labe defendimus. Ambos enim, licèt alterum altero grauius, mœchos tamen eſſe cognoſcimus. Neque quiſquam ita eſt abſurdus, vt mœchum neget eſſe, qui duxerit eam, quam maritus propter cauſam fornicationis abiecit: cùm mœchum dicat eum, qui duxerit eam, quæ præter cauſam fornicationis adiecta eſt: ſic ergo iſti ambo ſunt mœchi. Vnde cùm dicimus. Quicunque mulierem præter cauſam fornicationis à viro dimiſſam duxerit, mœchatur: de vno quidem ipſorum dicimus, nec tamen ideo mœchari negamus eum qui eam duxerit quam propter cauſam fornicationis maritus dimiſerit. Ita cum ambo ſint mœchi, & ille ſcilicet, qui dimiſerit vxorem ſuam, præter cauſam fornicationis, & aliam duxerit, & ille qui propter cauſam fornicationis vxore dimiſſa ſe alteri copulauerit: profectò quando de vno eorum legimus, non ita intelligere debemus, quaſi ex hoc alter mœchus negatus ſit, quòd alter expreſſus ſit. Sed ſi hoc Euangeliſta Matthæus, qui expreſſa vna ſpecie, alteram tacuit, facit ad intelligendum difficile, nunquid non alij generaliter id ipſum ita complexi ſunt, vt de vtroque poſſet intelligi? Nam ſecundùm Marcum ſic ſcriptum eſt: Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & alteram duxerit, adulterium committit ſuper eam, & ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur. Secundum Lucam ſic: Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur, & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur. Qui ergo nos ſumus vt dicamus, Eſt qui mœchatur, vxore ſua dimiſſa alteram ducens, & eſt qui hoc faciens non mœchatur, cùm Euangelium dicat omnem mœchari, qui hoc facit? Proinde ſic quicunque hoc fecerit, vt vxore ſua dimiſſa alteram ducat, mœchatur: ſine dubio ibi ſunt ambo, & qui præter, & qui propter, cauſam fornicationis dimittit vxorem. Hoc eſt enim, quicunque dimiſerit, hoc eſt, omnis qui dimittit.] B C D E

Iacobi, c. d. 17. *Matth. 5.* *Marc. 10.* *Luc. 16.*

COMMEN

A

COMMENTARII NOVI.

LEgibus Romanis cum essent libera repudia, Patrum authoritate non poterant mulieres Christianæ, quæ viros suos fideles ob causam adulterij repudiassent coërceri: quapropter reperiebantur, quæ plures simul maritos haberent, in quas hoc Canone animaduertitur: addiderunt autem hi Patres Eliberini hæc verba *si fidelis*, quia si fuisset Catechumena non ita erat punienda, cum enim nullum esset inter Ethnicos coniuges Sacramentum, minus peccabant quam Christiani, cum libellum repudij afferebant.

B

Reliquerit fidelem, quia si Gentilem ob eamdem causam reliquisset, leuius multo erat punienda, quamuis hoc etiam ab Ecclesia prohiberetur.

Prohibeatur ne ducat, ita loquuntur in Concilio Arelat. 1. *& prohibentur nubere.* Cæterum antequàm contraherent nuptias, Ecclesiæ, idest Episcopo: aut Sacerdotibus statum, & conditiones futuri coniugis exponebant, quæ si alienæ à Christiana disciplina viderentur, quantum poterant nuptias dissuadebant Ecclesiastici, hoc est recusabant consignare, vt ait Tertullianus, &, oblatione, & sacris confirmare, ideò dicitur hoc Canone; *Prohibeantur*: verum quia legibus Romanis hæ nuptiæ nihilominus erant firmæ, & poterant stare, reperiebantur qui spreta religione eas facerent, in quos hoc Canone animaduertitur.

C

Nisi quam, illis temporibus vt vides matrimonium poterat stare, & validum esse inter adulteros, qui viuente vero, & legitimo marito rem simul habuerant, quòd hodie ita prohibitum est, vt ne quidem post mortem mariti mulier possit cum adultero suo nuptias firmas, & legitimas facere: nisi summo dispensante Pontifice. ALBASPINÆVS.

D

Certum Ecclesiæ dogma est nec adulterum coniugem, nec innocentem superstite alio coniuge nouum posse inire coniugium: quia licet facultas detur innocenti discedendi à nocente, vt notabimus *infra in can.* 65. non tamen permittitur cum alio matrimonium contrahere, vt probant textus in *cap. de coniugali* 27. *quæst.* 2. *cap. videtur* 15. *quæst* 6. *c. placet* 5. 32. *q* 7. *cap. ex litteris de diuort. c. ex parte de Sponsal.* Synodus 6. Trul. *can.* 88. *&* 94. Concil. Foroiul. *Can.* 10. *item placuit, vt resoluto fornicationis causa legali vinculo, non liceat viro quandiu adultera viuit, aliam vxorem ducere, licet sit illa adultera: sed nec adultera quæ pœnas grauissimas, vel pœnitentiæ torrentium luere debet aliam accipere virum, nec viuente, nec mortuo, quem non erubuit defraudare, marito. Nam etsi legatur in sacris Euangelicis paginis, sola fornicationis causa dixisse Dominum, dimittere virum vxorem suam, non tamen legitur concessisse aliam viuente illa in coniugio sibi sociare: prohibuisse quidem modis omnibus non ambigitur, &c. Quia poterat accidere, inquit B. Hieronymus, vt aliquis calumniam faceret innocenti, & obsecundans copulam nuptiarum, veteri crimen impingeret, sic priorem dimittere iubetur vxorem, vt secundam prima viuente non habeat.* Concilium Nannet. *Can.* 12. *Si cuius vxor adulterium perpetrauit, & hoc à viro deprehensum fuerit, & publicatum, dimittat vxorem, si volnerit, propter fornicationem, illa vero septem annis publicè pœniteat. Vir verò eius, illa viuente, nullatenus aliam accipiat.* Trosleiat. Can. 8. *Vxor nisi ex consensu, & causa vacandi Deo nunquam propter hominem separanda, & si fornicata fuerit, & vir eius volnerit, admittenda, sed illa viuente, altera non ducenda: quia adulteri regnum Dei non possidebunt, & pœnitentia illi accipienda. Nolite vos iure habere vxores, quarum priores mariti viuunt, adulterinæ enim sunt istæ coniugia.* D. Basil. ad Amphiloch. can 48. *Quæ à marito dimissa est, mea quidem sententia manere debet. Si Dominus autem dixit: siquis reliquit vxorem, præterquam ratione fornicationis, facit eam adulterari, ex eo, quod eam adulteram nominat, excluſit eam à societate cum alio.* Concilium Nicæn Can. 76. *Quicunque Sacerdos, aut diaconus vxorem suam propter fornicationē dimiserit, aut ob aliam causam ex his, quæ supra dicta sunt, aut homo eiecerit propter bona externa, aut vt illam alia meliore, aut pulchriore aut ditiore mutet, vel propter causam concupiscentiæ, quod Deo displicet, & illa ob has causas dimissa cum altera matrimonium contraxerit, aut non dimissa alteram duxerit, siue liberam, siue seruam, & ambas pariter habeat, deponatur: si verò laicus, prohibeatur Ecclesia: l. 2. tit. 6. lib. 4. leg. Visigoth.* docent Ecclesiæ P P. D. Ambros *in cap. 16. Lucæ*, D. Augustin. *de nupt. cap. 10. & de bono coniug. quæst. 7. Anselm. in cap. 5. & 19. D. Matthæi*, D. Hieronym. *in epist. ad Fabiolam, & in d. cap. 19. Matth.* D. Chrysost. *homil. 16. in Matth.* Isidor. *lib. 1. de diuin. offic. cap. 19.* Clemens Alexand. *lib. 2. strom.* Beda *in cap 10. D. Marci.* Tertull. *contra Marcion* docent Theologi Scholast. *in 4. dist. 35.* Basil. *de matrim. lib. 7. cap. 52.* P. Gregor. *in cap. 1. de sponsal. num. 27.* & expresè diffinitur in lege Euangelica. Matthæi enim cap. 5. habetur: *Omnis, qui dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat.* Quæ vltima verba indicant adhuc postquam relicta est adultera remanere vinculum matrimonij. Adulterare enim est alterius torum violare, *cap. 2. §. cum verò* 36. *quæst. 1.* non potest enim dici violari, si non duraret vinculum: quia quod nullum est, non dicitur dissolui, vel violari *cap. ad dissoluendum de despons. impub.* cum non entis nullæ sint qualitates, *l. eius qui, ff. de reb. credit.* Si ergo dicitur dimissam adulterare, igitur dimissa adhuc matrimonio vincitur. Idem etiam diffinitur *cap. 10.* D. Marc. *cap. 16.* D. Lucæ & expressiùs ab Apostolo, ad Corinth. *cap. 7.* illis verb. *His qui matrimonio coniuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus vxorem à viro non discedere, quod si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconciliari*; vbi Apostolus iubet reconciliari viro suo innuens adhuc post dimissionem virum proprium, ideſt maritum adulteræ remanere. Vir enim in sacra pagina pro marito accipitur, Ioan: cap. 7. ibi: *Quinquè viros habuisti, & quem habes, non est vir tuus.*

E

Verùm non solùm hæretici, sed & Catholici

lici contrarium in aliquibus iuris locis probari, sibi persuaserunt. Primò ex D. Ambros. relato *in cap. vxor à viro* 17. 32. *quæst.* 7. cui satisfacit P. Gregor. *in d. cap.* 1. *num.* 28. *de sponsa.* accipiendo Ecclesiæ Doctorem non de qualibet fornicatione, vt propter eam dissoluatur matrimonium, sed de incestuosa ita vt propter incestuosam copulam præcedentem, matrimonium ipsum dissoluatur, seu potiùs non subsistat, veluti si vxor priùs patri, deinceps filio, vel fratri mariti nubat. Quo casu ipsa separata carere debet spe coniugij; ipse tamen maritus aliam ducere valet: quomodo etiam accipit textus *in cap. quadam* 19. *cap. concubuisti* 23. *cap. si quis cum nouerca* 32. *quæst.* 7. sed rectiùs, subtiliúsque interpretatur D. Ambros. Mendoza in præsenti, quem sequuntur Basilius *de matrim. lib.* 7. *cap.* 52. *num.* 3. Barbos. *in collect. ad text. in d. cap. vxor*, & ante ipsos præsenserat Turrianus *pro Epist. Pontif. lib.* 5. *cap.* 11. Iure enim ciuili, cum per diuortium matrimonium solueretur quoad vinculum, licebat superstite quoque coniuge ad vota transire, *l. si qua mihi* 12. *de ritu nuptiar. l. nuptias* 30. *in princ. l. penult.* §. *vxor, ff. solut. matrim. l. cum vir* 25. *ff. de condit. & demonstr. l. mulier* 22. *in princ. ff. ad Trebell.* illustrat Forner. *lib.* 6. *var. quotid. cap.* 13. Imò ipsa vxor dimissa ex causa adulterij properabat secundas nuptias contrahere, vt effugeret adulterij accusationem, *l. si postulauerit* 27. *ff. ad l. Iul. de adult.* Martial. *lib.* 1. *epig.* 17. *& lib.* 6. *epigr.* 4. Quare legibus cautum fuit, etiam nubente post diuortium adultera accusari adulterum posse, *l. adulter* 29. *ff. ad l. Iul. de adult. l.* 3. *C.* Theodos. *eod. tit.* Eoque etiam absoluto accusati fœminam valere coarctantes connubij auxilium ad eos fines, in quibus vtroque tempore, & accusari rei, & absoluti nupta mulier inueniretur: etiam in eo casu vetus iurisprudentia permisit marito cautionem nuntiatione facta mulieri diuertenti, & secundas nuptias paranti, ne in præiudicium accusationis nuberet, *l. qui vxori* 16. *cum sequenti, ff. ad leg. Iul. de adult.* eamque nuntiationem extra iudicium etiam per seruum factam valere placuit, *l. denunciare* 17. *in princ. &* §. 1. *l. vim* 39. § *nupta* 5. *ff. ad leg. Iul. de adult. l* 4. §. *totiens, ff. de damn. infect.* qua præcedente nunciatione, si nihilominus mulier nuptias contrahebat, manebat contra ipsam accusandi ius at si nunciationis remedium marito negligente secundo nubebat de se potiùs maritus, quam de lege conqueri debebat. Ad quas leges referendi sunt D. Ambros. *in d. cap. vxor*, Lactantius *lib.* 6 *diuin. inst. c.* 23. necnon D. Basil. *ad Amphil. cap.* 9. D. Augustinus *dicto lib.* 1. *cap.* 42. vt post Mendozam docet Basilius *dict. cap.* 52. *num.* 6. *&* 7. GONZALEZ.

SI ALTERVM DVXERIT NON PRIVS accipiat communionem, quàm is quem reliquit, de sæculo exierit.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Eorum lapsus detegitur, qui Concilio huic secundum coniugium durante primo aut admisisse aut permisisse imposuerunt.

PErpetuum ergo vt Dei, sic & Hispanorum lege durat matrimonij vinculum: perpetua durat grauitas seruitutis, perpetuum durat iugum vxoris, cuius imperio Paulus (auctore Chrysostomo [a]) subiectum virum magis esse vult quàm puerum emptum pecunia. Seruus enim si quando comparata pecunia, pretium quanti emptus est, domino persoluere potuerit, plerumque libertatem omnino recuperare potest: at vir quamuis omnium difficillimam nactus sit vxorem, seruitutem tamen perferre necesse habet, quippe qui nullam inire potest viam, qua solutus huiusmodi dominatu liberetur, quod tam ab his obseruari decet: nec decet solùm, sed oportet, qui incauti, falsæ voluptatis prætextu, coniugium contrahunt, quàm qui contractum hæretica impudentia dissoluunt: prioribus consilium amicè Paulus dedit: posterioribus præceptum sanctissimè iniecit Christus. Quod non solùm hîc, sed inferiùs Hispani Patres satis disertè claréque demonstrarunt [b]. [Si qua vidua (inquiunt) fuerit mœchata, & eundem postea habuerit maritum, post quinquennij tempus acta legitima pœnitentia, placuit eam communioni reconciliari; si alium duxerit relicto illo, nec in fine dandam ei communionem.] His adiungenda, quæ nuper ad principium canonis dicebam. Si autem mœchiæ crimine implicantur cohabitantes cum secundo, dum viuit primus, cur sacrum Christi corpus suscipere permittuntur? Permittuntur sanè in extremo vitæ spiritu vera doloris & pœnitentiæ signa exprimentes, promittentésque adulterij reatum esse deserturos, ne graui peccatorum præteritorum dolore confecti, tanta Sacramenti gratia priuarentur.

Quòd si tam graui anathematis censura vxor afficitur, quæ primo viro neglecto, ad secundi

[a] *Chrysost. lib. de virginit. cap.* 28.

[b] *Paul. 1 Cor. 7. Matth. 9. Gamus* 71.

A secundi amplexus turpiter dilabitur: miror profectò doleóque, Didacum Couarruuiam, [c] virum & acri iudicio & multiplici eruditione præditum, scripsisse, eam sententiam, quam prius ipse & alij tribuerant Ambrosio, huius Illiberritani Concilij decreto comprobari; licere videlicet marito, adultera vxore repulsa, cum secunda contrahere, repetitque canonem huius Concilij à Gratiano, siue Palea in cap. si qua mulier XXXI. quæstione prima. In quo duplicem reperio labeculam: alteram in eo quòd falsa Gratiani aut Paleæ citatione contentus, Concilium VVermerienſe, pro Illiberritano citauerit; cùm hoc Hispaniæ antiquissimum, illud verò Galliæ multò recentius fuerit, vt cùm Gallicana diuino Spiritu fauente aggrediemur, dicemus: alteram, quòd homo Hispanus, Hispani Concilij decretum aliena fide citarit, nec præclara, qua præstitit eruditione, Hispanorum Concilia diligentiùs, accuratiúsque euoluerit: nam si omnes huius canones ipse vel leuiter percurrisset, potuisset sanè agnoscere, nuptias has secundas tanquam adulterinas; non in hoc canone tantùm, sed in Canone LXXII. inferiùs, singulari seueritate improbari.

[c] Couar. in 4.2. parte §.6.n.23.

B

Sixtus etiam Senensis [d] in Bibliotheca sancta eandem concessi repudij notam huic Concilio inussisse videtur, dum agens de ducenda vxore secunda, viuente adhuc prima, sic ait. [Exstat apud eundem Gratianum [e] in eâdem quæstione paulò antè, non dissimile decretum, quod Elibertini Concilij creditur, permittens marito, vt abiecta vxore, quæ cum fratre mariti se commiscuit, alteram ducat, his planè verbis: [Quædam cum fratre viri sui dormiuit, decretum est, vt adulteri nunquam coniugio copulentur: illi verò cuius vxor constuprata est, licita coniugia non negentur.] Et vt mentem horum aliquantò dubiam aperiret, addit, quòd huiusmodi repudia permiserunt olim Patres & interdum iusserunt, promulgatis super hoc sanctionibus & decretis, non quidem generalibus & perpetuis, sed ad tempus, idque certis nationibus & gentibus, & in incestibus tantùm, atque aliis atrocibus flagitiis; ne longè peiora turpioráque perpetrarentur ab his qui tam fœda coniugia tolerare non poterant: in quorum numero constituit Illiberritanos, Moguntinos, & Triburienses Hos enim omnes secundum coniugium durante primo permisisse ait, citatis ab ipso locis. Sed verius est, Hispanos Episcopos, secundas nuptias, durantibus primis, nunquam laudasse, nunquam probasse, nunquam permisisse, eos præsertim qui huic Concilio interfuerunt: cùm violatores priorum multis sæpe (vt dixi) & his grauissimis pœnis coërcuerint. Quod autem ex hoc Concilio apud Gratianum citat Senensis, huius Concilij non esse, superiùs demonstrauimus, indicatis fontibus à quibus Gratianus hausit & Burchardus.

[d] Sixtus Senensis lib.6. Bibliotheca sanctæ annotatione 81.

[e] Gratian. in cap. quædam cum fratre. 32. q.7.

C

D

Lib. 1. cap. 6.

Sed quamquam huius Concilij decretum esse permitteremus Senensi; non tamen inde repudium, & matrimonium secundum licuisse, durante primo, euinci posset: cùm illud solùm decernat, vt si vxor viuente viro, cum eius fratre concubuerit, à secundo posteà matrimonio prohibeatur: si forsan marito primo defuncto (sic enim intelligo) nubere velit secundo. Erat enim hæc pœna olim in Ecclesia frequentissima, vt qui atrox aliquod delictum admisissent, nuptiis impedirentur, ne vel ipsi delicatiùs viuerent, neuè ex illorum stirpe infecta filij eiusdem criminis suspicione notabiles procrearentur. Parricidis hanc pœnam imposuit Concilium Moguntinum [f] sub Rabano. [Sed quia in modernis temporibus (ait) parricidæ profugi currunt per diuersa, & variis vitiis atque gulæ illecebris deseruiunt, melius nobis videtur, vt in vno loco manentes, pœnitentia districta semetipsos castigent, si fortè à Domini bonitate indulgentiam facinoris sui percipere mereantur: non enim licebit eis vltra militiæ cingulum sumere, & nuptiis vel coniugiis copulari; quia sacri canones hoc eis non consentiunt.] Incestuosis eandem decreuit Concilium apud VVermeriam [g]. [Si quis cum matre (ait) & filia fornicatus est ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat vxorem: illæ verò si voluerint, accipiant maritos. Si autem hoc scierint ipsæ fœminæ, absque maritis in perpetuum maneant.] Concilium item Triburiense [Siquis (ait) cùm qualibet fornicatus fuerit, & eo nesciente, filius eius, vel frater eiusdem rei nescius, cum eâdem se polluerit, & postquam se esse pollutum agnouit, confessus fuerit, & hoc se nescire cum iuramento confirmauerit; quia hoc pœnituit & confessus fuit, post peractam congruam pœnitentiam, legitimo vtatur matrimonio nam, vt Hieronymus ait, ferreos mentes domat libido. Mulier verò quæ tantum nefas commiserit, vlteriùs

[f] Concil. Mogunt. sub. Rabano c.20.

E

[g] Ex Concil. VVermerien. can. 4. Burchar. lib. 17. c. 12. & sequis 5.35. q.2. Concil. Triburien. can. 44.

vlteriùs pœniteat, atque continens & innupta permaneat.] Eandem pœnam imposuit Hailstulfo vxoricidæ Pius Papa, vel Stephanus V. vt refert Iuo [i] & Burchardus [k], ac tandem ex Pœnitentiali [l] antiquo Antonius Augustinus [m]. [Arma (inquit) depone, & cuncta sæcularia negotia dimitte, carnem & sagimen omnibus diebus vitæ tuæ non comedas; excepto vno die Resurrectionis Domini, & vno die Natalis Domini; cæteris temporibus in pane & aqua & interdum leguminibus & oleribus pœniteas: in ieiuniis, in vigiliis, & orationibus, & eleemosynis perseuera omni tempore, vinum & medonem & mellitam ceruisiam nunquam bibas, nisi in illis prædictis tribus diebus. Vxorem ne ducas, concubinam non habeas; absque coniugio in perpetuo maneas.] De medone autem interdicto quia hic fit mentio, & in Concilio VVormacien si, [n] Triburiensi [o] & aliis, & in antiquis pœnitentialibus pœna hæc frequens esse solet, & se ignorare scribat Antonius Augustinus [p], quod genus esset potionis, illud obiter explicemus. Gallia, Germania, Phrygia, Polonia, Hungaria, & reliquæ gentes Septentrionales vocant medonem, quod Græci hydromel, Latini aquam mulsam, potum ex melle & aqua, qui (vt auctor est Plinius [q]) vetustate vini saporem assequitur, nec vsquam laudatior, quàm in Phrygia; tametsi vini appellatione non contineri doceat Vlpianus [r]. Antiquam eius conficiendi rationem reddunt Plinius [s], & Palladius. [t] Moscouitarum potum communem tradit Ioannes Bohemus [u] & alij. Hoc ergo potu his gentibus vt delicatiori interdicebatur olim pœnitentiæ causa, vt & matrimonio; quod pluribus aliis criminibus interdictum probè norunt, qui antiquis Rabani, Theodori & Romanis pœnitentialibus vel vel mediocrem operam nauarint. Quinimo pœnitentes omnes matrimonio interdictos, Leo Magnus [x] docet, & Concilium Toletanum VI. [y] & alia pleraque. Quod & hodie obseruatur in his, qui ob crimen violatæ religionis, ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis perpetua pœnitentia puniuntur. Quòd si pœnitentes olim nuptiis se implicarent, velut apostatas puniendos Concilij Toletani VI [z]. auctoritate cautum est. Mulierem igitur (vt eò vnde digressa est reuocetur oratio) quæ cum fratre viri sui turpi se polluit adulterio, tanta pœna antiqui Patres dignam iudicarunt, vt mortuo etiam viro, alio quocunque matrimonio censerent indignam. Cuius sententiæ testem locupletem, & interpretem grauissimum Gregorium [a] citabo, qui de adultera sic ait. [Hi verò qui vxores suas in adulterio deprehendunt, non licebit nec eum, nec eam, aliam vxorem accipere vel alium virum, quamdiu ambo viuunt. Si autem adultera mortua fuerit, vir eius, si vult, nubat tantùm in Domino: adultera verò nunquam, etiamsi mortuus fuerit vir eius: omnibus tamen diebus vitæ suæ, acerrimæ pœnitentiæ lamenta persoluat.] Nunquam igitur Concilium Illiberritanum secundas nuptias vel probauit vel permisit; nec Moguntinum & Triburiense, vt illis impegit Senensis: nam vt de vxore secunda, mortua prima, loquuntur, sic & de ipsa necessariò intelligenda sunt.

[i] *Iuo lib. 7. Panor. tit. 3. c. 3.*
[k] *Burch. lib. 6. c. 40.*
[l] *Anton. Aug. in*
[m] *Pœnitent. Roman. tit. 1. c. 11.*
[n] *Cō. VVormac. 30*
[o] *Tribur. c. 16. & 58.*
[p] *Anton. Aug. in notis ad hoc caput, quod est in pœnit. Rom. tit. 1. c. 11.*
Quòd Medo genus esset potionis, de quo crebro antiqua pœnitentialia.
[q] *Plini. l. 14. c. 17.*
[r] *Vlpianus l. si quis. 9 de tritico, vino & olio legato.*
[s] *Idem in eodē lib.*
[t] *Palladius lib 8. tit. 7*
[u] *Ioan. Bohem lib. 6. de moribus Gen. c. 8.*
[x] *D. Leo epist. 92. ad Rusticum Episcopum Narbon.*
[y] *Concil. Toler. 5. c. 8.*
[z] *Concil. Tolet. IV. can. 55.*
[a] *Greg apud Grat. in c. hi vero. 32. q. 7.*

COMMENTARII NOVI.

MEndozam sequitur Basil. Legionens. *d. cap. 9.* & meritò textus enim in *d. c. siquis desponsam c. quidam desponsauit c. 27. quæst 2. siqua mulier 31. quæst. 1. c. quædam cum fratre, c. qui dormiunt, c. concubuisti, c. siquis cum nouerca 32. quæst. 8.* accipiendi sunt defuncto altero coniuge, ita vt in eo dispar esset conditio nocentis, & innocentis, quod innocens defuncta vxore nubere alteri poterat, at nocens etiam defuncto coniuge sine spe coniugij remanebat, quod discrimen apertè docetur in *d. can. 10.* Concil. Foroiul supra relato: Cum ergo in prædictis iuribus statuatur licere dimissa vxore adultera cum alia matrimonium inire, supponendum est vxorem decessisse; quomodo enim accipiendi sunt text. in *can. 2.* Concil. Venet. in illis verb. *eos, qui relictis vxoribus suis, sicut in Euangelio dicitur expressa causa fornicationis, sine adultery probatione, alias duxerint, statuimus à communione esse arcendos.* Concil. Bituric. *apud Lemonic. act. 2. can. 15. Qui vxores legitimas sine culpa fornicationis dimittunt, alias non accipiant illis viuentibus, nec vxores viros.* Suession. *Maritus mulierem suam non debet dimittere excepta causa fornicationis deprehensæ.* In quibus non rectè à contrario sensu quis deducet, igitur ex causa fornicationis licebit illam dimittere, & aliam ducere, nam præterquam quod sequitur absurdum, non valet tale argumentum; respondeti potest licere innocenti nocentem dimittere, & aliud inire coniugium ea defuncta, ipsam verò nec præmortuo innocente posse ad secundas nuptias transire in pœnam violatæ fidei, nec nouum est hoc genus pœnæ in Ecclesia. Ob varia enim scelera eorum authores spe coniugij priuantur *cap. raptor, c. statutum 27. quæst. 1. cap. si quis filiastram. c. de ea 30. q. 1. c. hi verò c. si quis*

viduam

A *viduam* 32. *quæſt.* 2. *c. in lectum*, *c. ſi quis cum matre*, *cap. quidam* 34. *quæſt.* 1. *c. ſi homo* 35. *quæſt.* 2. *cap. qui propinquam* 35. *quæſt.* 3. *c. inceſtuoſi* 35. *q.* 8. *cap. ſi autem* 36. *q.* 2. *cap. qui Presbyterum* 17. *quæſt.* 4 Concil. Tribur. *can.* 27. 43. & 45. Troſlac. *can.* 13. Quæ, & alia congeſſit A. Auguſt. *in epit lib.* 29. *tit.* 24.

Sed vt hoc Catholicum dogma plenius exponamus, & huius Canonis interpretationem abſoluamus exponenda ſunt quædam dubia, quæ ex ipſa ſacra Euangelica lege oriuntur; & primum naſcitur ex eo, nam ſi non liceret innocenti dimiſſa adultera aliud inire coniugium, priuaretur innocens iure connubij ſuperſtite adulterâ ſine facto proprio: contra iuris regulam expreſſam in regula, *Sine de R. I. lib.* 6. *l. ſi quis ſua* §. *legis ff. de inoffic. teſtam.* inuitaretúrque ad peccandum innocens ſequeſtratus à proprio vxoris conſortio, & negata illi nubendi facultate. Sed reſpondetur innocentem ex lege diuinâ, aut Eccleſiaſtica non cogi adulteram ita dimittere, vt non poſſit cum ea ita reconciliari; imò ait Apoſtolus, quod ſi non poſſit innocens contineri, reconcilietur coniugi dimiſſo, vel non dimittat 1. *ad Corinth. cap.* 7. Vnde nulla datur anſa peccandi. Secundum oritur ex ipſo *cap.* 19. D. Matth. vbi Phariſæi interrogârunt Dominum, an liceret vxorem dimittere, qui loquebantur de dimiſſione, non quoad thorum, ſed quoad vinculum, quam nouerant ex lege illis permittente, Deuteron. *cap.* 24. Leuit. *cap.* 21. Hieremiæ *cap.* 3. Ezech. *cap.* 44. Vnde Dominus reſpondens non licere, niſi ex cauſa fornicationis exaudiendus eſt de eadem dimiſſione quoad vinculum; tum quia reſponſio ad interrogationem eſt referenda *l. ſi defenſor ff. de interrogat.* tùm quia diſpoſitio coniungens legem antiquam ſecundum eius terminos accipienda eſt; *nouella* 19. *Iuſtinian.* & iuxta eius naturam eſt exaudienda *l. nihil ff. de coniung. cum emancip. l. ſed & poſteriores* 28. *ff. de legibus.* Sed facile reſpondetur, ſi animaduertamus in ea interrogatione duo membra eſſe conſid randa, totidémque in reſponſione. Phariſæi primò propoſuerunt nunc liceret vxorem ex quacumque cauſa dimittere? Secundo num liceret aliam ducere? reſpondit Dominus noſter non licere dimittere, niſi ex cauſa fornicationis, ſed ad primum dubium primum reſponſum referendum eſt. Secundo reſpondet Dominus non licere, imò ſi aliter fieret, adulterium, ſeu mœchiam committi. Vnde Ieſus Chriſtus tantum voluit ipſos docere non licere illis dimittere vxores ob fœditatem, vel alias cauſas, ex quibus licebat ex lege veteri propter duritiam cordis eorum repudium mittere Deuteron. *cap.* 24. Sed tantum licere vxorem dimittere ex cauſa fornicationis, non autem potuerunt Phariſæi interrogare Dominum, an liceret adultera dimiſſa iuxta legem Moyſis aliam ducere, cum iuxta eam legem adultera lapidanda erat ſimul cum adultero, Leuit. *c.* 10. *verſ.* 10. Deuteron. *c.* 22. *verſ.* 22. Vnde extra dubium erat tunc licere marito aliam ducere. GONZALEZ.

B

C

De relicta catechumeni, ſi alterum duxerit.

De relicta catechumeni, ſi alterum duxerit.

D

Canon X.

Si ea quam catechumenus reliquit duxerit maritum, poteſt ad fontem lauacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obſeruandum. Quòd ſi fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo qui vxorem inculpatam reliquit; & cùm cluerit illum ab vxore quam ſine cauſa reliquit, placuit huiuſmodi in fine dari communionem.

Canon X.

Si ea quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, poteſt ad fontem lauacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obſeruandum. Quòd ſi fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo qui vxorem inculpatam reliquit; & ſcierit eum habere vxorem, quam ſine cauſa reliquit, placuit huic nec in fine dari communionem.

E

CAPVT VIGESIMVMSECVNDVM.

De catechumenorum connubiis, & cur relicta à catechumeno alteri nubere poſſit, & nupta ad baptiſmum admitti.

SAcramentum matrimonij contracti inter fideles quid, quam eximiæ virtutis & diuturnitatis, quàm inuiolabilis fidei, quàm indiſſolubilis nexus, oſten-

ſum eſt hactenus à Patribus duobus decretis præcedentibus: quod huic proximum erat, hoc canone decimo continenter annectunt, catechumenorum ſcilicet connubia; vt omnes agnoſcerent, quid inter fidelium & infidelium, catechumenorúmque matrimonia intereſſet: an ve qui dimiſſis his cum aliis contrahunt, ad baptiſmi gratiam forent admittendi, fideles enim non poſſe, quam ſemel ſuſceperant vxorem fidelem, quacunque de cauſa dimittere, anteà edocti ſumus, at infideles ſi infidelium leges ſectantes permiſſa velint ipſarum vti licentia, ſi ob adulterium, vel ob captiuitatem, vel aliam legitimam cauſam, vxorem dimiſerint, poſſe cùm ad fidem conuertuntur, aliis copulari, antiquiſſimo Eutychiani Pontificis decreto [a] conſtat. [Si quis gentilis (inquit) gentilem vxorem dimiſerit ante baptiſmum, poſt baptiſmum in poteſtate eius erit, eam habere, vel non habere. Nec eo tantùm caſu, ſed & in alio licere, cùm videlicet alter coniugum conuerti non vult ad fidem, cum conuerſo.] Simili modo (ait) ſi vnus ex coniugatis baptizatus eſt, & alter gentilis, & ſequi non vult; ſicut dicit Apoſtolus: Infidelis ſi diſcedit, diſcedat.] Hocque receptum etiam in Græcia teſtatur Theodorus Balſamon [b]. [Fideli (inquit) ſi placeat cum infideli cohabitare, vel contra fideli, ne ſeparentur, ſi quis enim horum ſeparari maluerit, matrimonium ex eo diuelletur. Quod quidem factum eſt tempore ſanctiſſimi Patriarchæ domini Theodoti: ſeparatus eſt enim à ſua infideli vxore Baſilius Buccinator, poſtquam baptizatus fuerat, cum decreto Patriarchali, vtpote quæ à viri ſuaſione induci non poſſet, vt baptizaretur.] Ad hodie Eccleſiæ conſtitutionibus cautum eſt, ne gentilis conuerſus vxorem ſecum habitare volentem dimittat, quoniam in baptiſmo crimina ſoluuntur, non legitima coniugia. Quod primum in Concilio Romano ſtatutum refert Triburienſe [c]. [Quare ſi vnus (inquit) è duobus, vnam carnem in duas diuidere, & copulam nuptialem machinetur diſiungere, dicendo non ſecundùm ſuæ gentis legem iura matrimonij contraxiſſe, & idcirco ſeparari poſſe: canonica inſtitutione definimus, & noſtro, omniumque orthodoxorum iudicio ſtatuimus, vt quod legis imperfectum ſit perficiatur; & ius matrimonij nequaquam diſſoluatur. Synodus Romana ait, quòd non dimittenda ſit vxor poſt baptiſmum, quæ habita eſt & ante baptiſmum: in baptiſmo ſoluuntur crimina: non tamen legitima coniugia: cùm enim de baptiſmo tranſmigrat de vita in vitam, & non mutat vxorem legitimam, quomodò mutat eam qui non mutat vitam, ſed tranſit de gente ad gentem.] De repudiata ante baptiſmum Innocentius III [Qui verò ſecundùm (inquit) ritum ſuum legitimam repudiauit vxorem, cùm tale repudium Veritas in Euangelio reprobauerit, nunquam eo viuente, licitè poterit aliam, etiam ad fidem Chriſti conuerſus habere.] Hoc tamen intelligendum eſt, cùm is qui conuerti non vult, cohabitare ſanè modeſtè & pacificè velit; nam ſi cohabitare cum fideli recuſaret, vel id facere nollet ſine contumelia creatoris: hoc eſt, inducendo coniugem ad peccatum idololatriæ, vel aliud quodcumque mortale, poteſt vtique coniux conuerſus, illa derelicta, cum alia matrimonium contrahere, vt idem Innocentius [c] reſpondit Ferrarienſi Epiſcopo. [Si enim alter infidelium (inquit) coniugum ad fidem Catholicam conuertatur, altero, vel nullo modo, vel non ſine blaſphemia diuini nominis, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volenti, qui relinquitur, ad ſecunda, ſi voluerit, vota tranſibit. Et in hoc caſu intelligimus quod ait Apoſtolus, Si infidelis diſcedit, diſcedat, frater enim vel ſoror, non eſt ſeruituti ſubiectus in huiuſmodi, & canonem etiam (miror vocaſſe canonem Innocentium, quod Ambroſius [f] ſolùm dixit: niſi dicamus, eum vt Cœleſtinum [g] Papam ſententiam illam Gregorij eſſe credidiſſe) in quo dicitur: Contumelia Creatoris ſoluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur. [Ob peccata enim hæc mortalia poſſe dimitti vxorem, ſi maritum fidelem ad ea committenda inuitet, iam diu docuerat Diuus Auguſtinus [h]. [Quamobrem & illud (inquit) quod dicunt, veluti probare cupientes, quantum valeat ſola fides, vbi Apoſtolus dicit, quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat; non eſt enim ſeruituti ſubiectus frater vel ſoror in huiuſmodi; id eſt, vt propter fidem Chriſti etiam ipſa vxor legitima ſocietate coniuncta, ſine vlla culpa relinquatur, ſi cum viro Chriſtiano propter hoc, quòd Chriſtianus eſt, permanere noluerit; non attendunt eo modo illam rectiſſimè dimitti, ſi viro ſuo dicat, Non ero vxor tua, niſi mihi de latrocinio diuitias congeras, aut niſi ſolita lenocinia, quibus noſtram domum

A

B

C

D

E

[a] *Cap ſiquis 2. 28. quæſt. 1.*

Can. 8. & 9.

1. *ad Cor. 7.*

[b] *Th. ad. Balſamon. ad canon. 72. ſextæ Synodi.*

[c] *Conc. Trib. can 39.*

[d] *Innocent. III. in c. gaudemus de diuort.*

[e] *Idem in c quanto de diuortiis.*

1. *ad Cor. 7.*

[f] *Ambr. in epiſt. 1. ad Cor. c. 7.*

[g] *Cœleſt. PP. in c. laudabile de conuerſi. infidelium.*

[h] *D. Aug. lib. vnic. de fide & oper. c. 16.*

1. *Cor. 7.*

Digitized by Google

A domum transigebas, etiam Christianus exercens aut si quid aliud, vel facinorosum, vel flagitiosum in viro nouerat, quo delectata, vel libidinem explebat, vel facilè victum habebat, vel etiam inoedebat ornatior. Tunc enim ille cui vxor hoc dicit, si veraciter egit pœnitentiam ab operibus mortuis, quando accessit ad baptismum, habétque in fundamento fidem, quæ per dilectionem operatur, proculdubio plus tenebitur amore diuinæ gratiæ, quàm carnis vxoriæ: & membrum quod eum scandalizat, fortiter amputat: Quemcumque autem in hac diremptione dolorem cordis, propter carnalem affectum coniugis sustinebit, hoc est detrimentum quod patietur, hic est ignis, per quem fœno ardente ipse saluabitur.] Sed si peccatum est vxorem dimittere etiam ad fidem conuersum., dimissáque vxor vinculis primi matrimonij adstricta contrahere non potest cum se- B cundo, quare ad baptismum illa recipiendum admittitur, cum nullo peccato grauiori irretitos accedere ad baptismum par sit: quòd si accesserint, repellendos ostendit, multísque rationibus probat Diuus Augustinus [i] toto libro de fide & operibus. Quinimo, hæc sola causa fuit libri illius edendi, aduersus eos qui docebant, priùs esse baptizandos, posteà docendos peccata dimittere, vt ipse refert. [Ad hanc autem (ait) videntur disputationem impulsi, quòd eos nouerint non admitti ad baptismum, qui dimissis vxoribus, alias duxerint; vel fœminas quæ dimissis viris, aliis nupserint: quia hæc non coniugia, sed adulteria esse Dominus Christus sine vlla dubitatione testatur. Cùm enim negare non possint esse adulterium, quod Veritas adulterium esse sine ambage confirmat, eisque suffragari vellent ad accipiendum baptismum, quos huiusmodi laqueo ita captos viderent, vt si non admitterentur ad baptismum, sine vllo sacramento mallent C viuere, vel etiam mori, quàm dirupto adulterij vinculo liberari; humana quadam, &c.

Vt hanc autem difficultatem componamus, vel dicendum videtur, quòd Hispani Patres agant hic de catechumena ægrotante (vt & egerant in canone præcedenti de fideli) huic enim interiùs pœnitenti, etiam si actu primum maritum non reliquerit, nec verbis poscat, nec poscere possit baptismum morbo grauata, nec ad interrogata respondere, Baptismum tamen dandum ipse Augustinus [k] consuluit, vt adulterij peccatum cum cæteris lauacro regenerationis ablueretur. Vel quòd Ecclesia Hispanica fuerit ex his quas idem Augustinus [l] refert consilium illud non obseruasse. [Sed quoniam (inquit) malorum Christianorum mores, qui fuerunt etiam anteà pessimi, habuisse non videntur hoc malum, vt alienas vxores ducerent viri, aut alienis viris fœminæ nuberent; inde fortasse apud quasdam Ecclesias negligentia ista subrepsit, vt in catechismis competentium, nec quærerentur, nec repercuterentur hæc vitia. Atque inde factum est, vt inciperent & defendi: quæ tamen in baptizatis rara sunt adhuc, si ea nos negligendo non defensa faciamus. Talem quippe in quibusdam negligentiam, in aliis imperitiam, in aliis ignorantiam probabiliter Dominus, somni nomine significasse intelligitur, vbi ait: Cùm autem dormirent homines, venit inimicus & superseminauit zizania.] Sed siue erroris, siue ignorantiæ, siue negligentiæ arguat has Ecclesias Augustinus, constat sanè, ne multi à suscipienda fide retraherentur, primis Ecclesiæ temporibus Eutychiani Romani Pontificis decretum Hispanis nostris Episcopis placuisse. Fortasse Augustinus solas Africæ suæ Ecclesias notauit, quòd in illis diutina consuetudine illud receptum esset, quod in Romana & Hispanica non obtinuit. At cuiuscumque Ecclesiæ consuetudinem seruandam sæpe idem Augustinus monuit: tamque erit periculosum suæ quemquam Ecclesiæ consuetudinem non obseruare, quàm à ratione E alienum cogi ad alienas.

Nisi quis dixerit, Augustinum sensisse de catechumenis culpa aspersis, quòd vxores primas sine causa dimitterent, vt contraherent cum secundis, in hoc autem Concilio de innocentibus solùm vxoribus desertis à catechumenis: quas ideò posse etiam aliis nubentes ad Baptismi sacramentum admitti, quòd catechumeni qui eas repudiauerant priùs, vt contraherent cum secundis, iam cum secundis, contraxissent. Si enim illi spreto primo matrimonio, celebrabant secundum, non est cur parti innocenti connubium denegaretur secundum: & hoc non negauit fieri posse Augustinus, cùm tempore quo catechumenus, vel iam fidelis poterat infidelem vxorem dimittere & alteri copulari, vxor infidelis eodem iure non priuaretur: cùm nullum delictum admisisset; sicque poterat securè regenerationis

Galat. 5.

Matth. 18.

[i] D. Aug. lib. de fide & operib. in principio.

Matth. 19.

[k] D. Aug. lib. 1. de adulter. coniug. c. fin.

[l] Idem lib. de fide & oper. c. 19.

Matth. 13.

tingui lauacro. Quæ autem obſeruanda eſſent in his qui ad Baptiſmum ſuſcipiendum accedebant, poſteà referemus. A

COMMENTARII NOVI.

HVius Canonis perdifficilis eſt ſententia, cuius hunc ſenſum eſſe ſuſpicor; ſi inculpatam mulierem Catechumenus reliquit, & repudiauit, ad Baptiſmum non prius admittatur, quam relictam receperit, & domum reduxerit; ſi verò ea ſit in alterius poteſtate, vt quæ poſt repudium alteri coniuncta ſit, quia eam repetere nequit, non eſt baptiſmo priuandus; atque eadem iudicij forma in Catechumenas obſeruanda eſt, quæ nulla ſatis legitima ex cauſa viros reliquiſſent. Quod ſi ea mulier, cum qua Catechumenus ille, qui ſuam repudiauit, nuptias fecit, & non ignorauit priorem illam mulierem ſine cauſa eiectam eſſe, ea ipſa vel in morte communione Eccleſiæ, & abſolutione carere debet: ratio huius Canonis eſt, quod Catechumeni, quamuis non eſſent Chriſtiani, legibus tamen Chriſtianis tenerentur; quibus quidem infidelem dimittere, & repudiare licebat.

Poteſt ad fontem lauacri, non alia pœna coërcebantur Catechumeni, niſi prorogatione, aut priuatione Baptiſmi vſque ad mortem: excommunicati enim non poterant, cum non eſſent in communione fidelium, neque ſocietate Chriſtiana donati. ALASPINAVS.

Matrimonium apud infideles valet vt contractus, & licet legitimum ſit, non tamen eſt ratum, vel ab Eccleſia approbatum, & in eo ſenſu dicitur ſacramentum coniugij æquiparari apud fideles, ac apud infideles *cap. gaudemus de diuortiis*, vbi notauit Baldus *num.* 100. *cap. fin. de transact.* ideò per conuerſionem ad fidem diſſolui poteſt, cùm adhuc non habeat indiſſolubilitatem ratione ſacramenti. D. Thomas *in* 4 *diſt.* 35. *quæſt vnic. art.* 2. Couarr. *de matrim.* 2. *p. cap.* 1. nec in ſacramentum tranſeat, donec nouo conſenſu, aut perſeuerantia in antiquo confirmetur. Baſil. *lib.* 1. *de matrim. cap.* 9 Balboa *in d. cap. gaudemus num* 47. non tam ex ipſa ſuſceptione Baptiſmi diſſoluitur *cap. deinde* 26. *diſt. cap. numquid* 28. *quæſt.* 1. *cap de infidelibus de conſagnin. & affin.* latè probant Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſp.* 9. *per totam.* Leo Pinælus *ad titul. qui filij ſint legit num.* 312. Ioann. Dartis *ad Decretum* 28. *quæſt.* 1. Cum Baptiſmus non ſoluat contugia, ſed peccata tollat, vt ait *Innocentius III. in d cap. gaudemus*, & tractat D. Auguſt. *relatus in cap. ſic enim* 28. *quæſt.* 1. non tamen primis Eccleſiæ ſæculis tenebatur conuerſus ad fidem, cohabitare cum infideli ſine contumelia Creatoris, ſed tantum ex conſilio Apoſtoli debebat eam retinere *dum* 1. d *Corinth. c.* 7. ita ſcribit: *nam vxor ego dico, non Dominus ſi quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam, & ſi qua mulier virum habet infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat illum*; quæ verba de conſilio non de præcepto poſt D. *Thomam in* 4. *diſt.* 39. *quæſt. vnic art.* 3. & 4. acceperunt Scholaſtici ibi, Abulenſis *in lib.* 1. *Regum cap.* 8. *quæſt* 47. Couarr. *in* 4. 2. *p. cap.* 6. §. 11. *num.* 2. *& cap.* 6. §. 4. *num* 5. Hurtad. *de reſident. tom.* 2. *reſolut.* 7. Fragoſ. *de regim. tom.* 3. *diſp.* 22. § 3. Balboa *vbi ſupra num.* 51. Propter conſilium ergo Apoſtoli primis illis ſæculis coniux coabitabat cum infideli ſine contumelia Creatoris propter ſpem conuerſionis eius: ſequentibus verò ſæculis, cum nulla daretur conuerſionis ſpes propter perfidiam Iudæorum, prohibitum fuit ab Eccleſia, ne fidelis conuerſus cohabitaret cum infideli *d. cap. Iudæi* 28 *quæſt.* 1. Omni tamen tempore licuit coniugi fideli aliud matrimonium inire, cùm conſors infidelis nolebat conuerti, aut cohabitare ſine contumelia Creatoris iuxta Apoſt. *d cap* 7. in illis verb. *quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat*; quæ in hoc ſenſu exponuntur in *cap. fin* 28. *quæſt.* 2. *cap. quanto, d. cap. gaudemus de diuort.* & tunc matrimonium legitimum, quod vt contractus ſuſtinebatur, diſſoluitur ex priuilegio Chriſti in fidei fauorem conceſſo, cuius priuilegij rationem latè tradit Abulenſis *lib.* 1. *Reg. cap.* 8. *quæſt.* 32. & 9. 100. & *quæſt.* 108. Sed ſi olim infideles conuerti renuebat, admittebat autem cohabitationem ſine contumelia Creatoris, cum talis cohabitatio permitteretur per Eccleſiam, non poterat conuerſus aliud inire coniugium D. Thomas *in* 4. *diſt.* 39. *quæſt. vnic. art.* 5. & *ibi* D. Bonauentura. *art.* 2. *quæſt.* 1. Abulenſ. in *d. c.* 8. *Regum q* 30. Valencia 4. *p diſp* 10. *pun.* 1. proſequuntur latè Balboa *ſupr. num.* 50. Hurtado *de reſol.* 7. *per totam.* Ex quibus facile percipitur mens præſentis Canonis: aiunt enim PP quod ſi Catechumenus, qui iuxta legem Chriſti viuere debebat, reliquit vxorem ſuam, quæ licet conuerti nollet, cohabitare tamen volebat cum eo ſine contumelia Creatoris, quia iuxta Apoſtolum cohabitare cum ipſa debebat, & ſic vt ad Baptiſmum admitteretur, ad eam reduci cogitabatur; tamen ſi ab eo relicta iam aliam accepit maritum, quia tunc illam repetere non valet, admittatur ad Baptiſmum; licet enim tunc vxor relicta, non poſſet ante quàm conuerſus nouum iniret coniugium ad ſecundas nuptias tranſire, quia illi priuilegium diſſoluendi matrimonium conceſſum non eſt, tamen quia per tranſitum ad ſecundas nuptias cognoſcetur eius obſtinatio, neque Catechumenus ſperare poteſt eius conuerſionem, ideò ad Baptiſmum admittitur. Idem circa fœminas Catechumenas ſtatuunt PP. quæ ſi viros retinent ſi ad fidem conuerti reliquerint, & illi alias duxerint vxores, poterunt Catechumenæ retenta eadem hypotheſi baptizari. Terminos eorum proponunt Illiberitani PP. quando videlicet Catechumenus reliquit vxorem infidelem, ideſt, quæ licet conuerti noluit, tamen cohabitare volebat ſine

con

A contumelia Creatoris, & ipſa ducitur non ab alio Gentili, vt in primo caſu huius Canonis, ſed à fideli baptizato, qui ſciebat eam relictam fuiſſe inculpatam à Catechumeno ſine cauſa, tunc ſtatuunt PP. ipſum nec in fine accipere debere communionem, tum quia contraxit matrimonium cum ea, quæ adhuc legitima vxor erat Catechumeni cum eius matrimonium non diſſolueretur, quo vſque poſt Baptiſmum conuerſus nouum iniſſet coniugium, tùm quia cùm eſſet fidelis, nuptias contraxit cum Gentili, quæ conuerti ad fidem renuebat, & hæc, ni fallor, eſt vera ſententia huius Canonis, quem meritò difficilem dixit Albaſpinæus.

B Niſi etiam audenter affirmemus in primo caſu huius Canonis agi non de eo, qui reliquit vxorem, admittendo ad Baptiſmum, vel non, ſed de illa vxore relicta, quæ cum noluiſſet maritum ſequi aliud coniugium contraxit, & poſteà baptizari petebat, quam ad Baptiſmum admitti poſſe PP. affirmant, & tunc pergunt quid obſeruandum ſit cum fœminis Catechumenis relictis à maritis, qui aliud inierunt coniugium, & ita diſtinguunt PP. quod ſi fuerit fidelis vxor, quæ ducitur ab eo, qui vxorem inculpatam prætextu baptiſmi ſuſcipiendi reliquit, ſcieritque ipſum vxorem ſuam

C dimiſiſſe iam placuit huiuſmodi mulieri, fideli in fine tãtum dari communionem: quod ſi ipſa adhuc non eſt fidelis, ſed Catechumena, per quinquennium in catecheſi perſiſtat. Si autem intra illud tempus grauiter infirmetur, ad baptiſmum admittatur, itaque Canonem hunc cum ſequenti ita lego: *Si ea, quam Catechumenus reliquit* (quin noluit conuerti, licet velit conuerti, licet velit coahabitare ſine contumelia Creatoris) *duxerit maritum, poteſt ad fontem lauacri admitti* (ipſa videlicet mulier relicta cum infidelis eſſet, quæ poſt ſecundas nuptias baptizari petebat.) Hoc (non quod traditum eſt, ſed quod ſtatim ſequitur) *& circa fœminas Catechumenas erit obſeruandũ* (tolle pũctum, & conſequenter lege) *quod ſi fuerit fidelis* (ideſt baptizata) *quæ ducitur ab eo* (fideli) *qui vxorem inculpatam reliquit, & ſcierit eum habere vxorem* (ab vxore diuertiſſe legit Anton. Auguſt. *lib. 39. epit. tit. vlt. c. 9.*) *quam ſine cauſa reliquit, placuit huiuſmodi, nec in fine dari communionem.* Huculque pœna illius, quæ poſt catecheſim iam fidelis accepit in maritum illum, qui ſuam vxorem inculpatam reliquit, & illi tantum iniunxerunt PP. dilationem baptiſmi per quinquennium, quæ erat pœna Catechumenorum, vt in can. 4. notaui; & ſi ipsâ infirmitate oppreſſa efflagitaſſet Baptiſmũ, ſtatuerunt PP. *intra quinquennij autem tempora catechumena, ſi grauiter fuerit infirmata, dandum ei baptiſmum placuit, non denegari.* Sed vt iſta ſunt in coniectura poſita, & à me inueſtigandi tantum non etiam affirmandi gratia propoſita, ita velim à lectore accipi. GONZALEZ.

QVOD SI FVERIT FIDELIS QVÆ ducitur ab eo, qui vxorem inculpatam reliquit, & eum eluerit illum ab vxore quam ſine cauſa reliquit, placuit huiuſmodi in fine dari communionem.

D POſterior decreti periodus, vt in editis exſtat, ſenſum rectum non reddit, verior illa eſt, quam retinent vetuſti CC. MS. [Quòd ſi ducitur (ait) ab eo, qui inculpatam reliquit vxorem, & eum ſcierit habere vxorem, quam ſine cauſa reliquit, placuit nec in fine dari communionem.] Supplenda ſunt duo verba priora: Quòd ſi fuerit fidelis, id eſt, ſi fuerit fœmina fidelis, non catechumena, quæ ducitur ab eo catechumeno vel fideli, qui inculpatam vxorem reliquit, placuit, nec in fine dari ei communionem: fidelis enim fœmina, Chriſtianis inſtitutis & moribus erudita, ſcire poterat & debebat, maritum catechumenum vxorem innocentem non debere nec poſſe dimittere; quòd ſi dimiſiſſet, & alteri ſe copulaſſet, mœchari: quare ſi cum illo contrahat, eiuſdem peccati rea habetur, & pœnæ obnoxia, ideò & in fine illi interdicitur ſacra communio.

F

De relicta catechumeni, ſi grauiter ægrotauerit.	*De relicta catechumeni, ſi grauiter agrotauerit.*
Canon XI.	*Canon XI.*
Intra quinquennij autem tempora, catechumena ſi grauiter fuerit infirmata, dandum ei baptiſmum placuit, non denegari.	Intra quinquennij autem tempora, catechumena ſi grauiter fuerit infirmata, dandum ei baptiſmum placuit, non denegari.

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

Cur hîc quinquennij catechumenæ fœminæ, cùm reliquis biennij ad baptiſmum, tempus definiatur.

NOn ſtatim (vt diximus [a]) ad baptiſmum olim infideles adulti, ſeriæ conuerſionis & ſacratioris vitæ documenta præſtantes, admittebantur: ſed ſuis traditi catechiſtis, erudiebantur Chriſtianæ diſciplinæ rudimentis: catechizabantur & docebantur, quid credere, quid agere, quibus obſeruationibus anteactæ vitæ ſordes purgare, quibus legibus inchoare futuram Chriſtiano nomini congruentem, quibus rationibus æternam capeſſere compararéque debuiſſent: vt priuſquàm aquæ, Spiritus ſancti ſedes, digniſſimáque habitacula efficerentur. Quod præter Concilium hoc & Nicænum [b], teſtatur ſæpiſſime D. Auguſtinus [c]. Nec omnibus catechumenis idem tempus ad ſuſcipiendum baptiſmum præſcriptum erat, ſed varium. Flaminibus, hoc eſt, ſingulorum deorum ſacerdotibus Ethnicorum, triennij tempus ſuperiùs: reliquis verò, ſi bona eſſent indole prædíti & moribus, biennium inferiùs: Iudæis conuerſis octo menſes Agathenſis [d] Concilij ſanctione. Auguſtinus [e] autem diu voluit eſſe catechumenos, ob nimios animi ſui hinc inde fluctuantis motus, vt ipſe de ſe teſtatur. Quod ſi intra tempora cuique prouinciæ præſcripta catechumeni graui periculo valetudinis premerentur, anteà baptizari poſſe, vno conſenſu diuerſa Concilia & Patres ſemper decreuerunt. De quinquennio autem ideò facta eſt mentio hîc, quia non agitur de catechumena ſolùm, ſed catechumena peccante. De qua in capite ſuperiori, quod indicat iunctio illa Autem.

[a] *Supra lib. 2. c. 10.*

[b] *Concilium Nicænum can. 2.*
[c] *D. Aug. l. de fide & operibus & altero de catechizandis rudibus. Cano 4. Can. 42.*
[d] *Con. Agathenſe can. 25.*
[e] *D. Auguſt. lib. 5. confeſſio c. 14.*

COMMENTARII NOVI.

AMbigitur de huius Canonis explicatione, neque ſatis intelligitur quis ei ſenſus eſſe poſſit. Nam quæ cauſa eſſe potuerit, cur Catechumenarum potiùs, quàm Catechumenorum mentionem fecerint hi Patres Eliberitani? Quamobrem deinde tyrocinium, & catechumenatum quinque annorum eiuſmodi Catechumenis præſcribunt, cuius tempus vltra tres, aut duos annos non producebatur? Præterea de quibus Catechumenis loquuntur, aut ad quas quæſo has pœnas pertinere dicemus, cum de crimine omnino taceant, neque exponant quod peccati genus hoc Canone coërceant? Denique cum morientibus Baptiſmum præberi iubent, cum negari poſſe, videntur innuere. Hæc omnia mihi perſuadere potuerunt hunc canonem à præcedenti auulſum eſſe, neque illum ſenſum, aut ſententiam referre, aut reddere poſſe, niſi cum eo connectatur. Nam præterea, quæ ſupra attulimus, illa etiam particula, *autem*, id omninò continere videtur, atque oſtendere, totum hunc canonem ad illa, quæ iam eſſent dicta, & cognita referendum.

Præterea nullibi vnquàm reperies Baptiſmi gratiam dilatam, & Catechumenatus tempus productum, niſi ob aliqua crimina admiſſa. Quæ cum ita ſint, veriſſimile eſt, de iiſdem ipſis fœminis, & catechumenis hic agi, de quibus ſtatutum eſſet præcedenti, & proximo Canone, in quo cum PP. ſtatuiſſent eas eſſe puniendas, quæ viris repudium ſine cauſa obtuliſſent; pœnæ verò modum, aut tempus, quo diutiùs retinerentur in Catechumenatu (non enim alio genere pœnarum coërcebantur Catechumeni) non appoſuiſſent; hoc ſequenti Canone, vel potius, hac vltima eiuſdem Canonis parte, pœnæ modum, & tempus addiderunt.

Senſus igitur Canonis eſt, Catechumenas, quæ viros ſine cauſa reliquiſſent, quinque annos in Catechumenatu detinendas eſſe, & intra hoc tempus baptizandas, ſi graui aliquo morbo occupentur.

Intra quinquennij tempora, agant Catechumenatum quinquennij tempore, quem explere ſi morte impediantur, Baptiſmodonentur.

Catechumena, quæ maritum ſine cauſa repudiaſſet, quæque poſt repudium alium duxiſſet; nam ſi maritus poſt repudium ſolutus remanſiſſet, rurſúſque hæ nuptiæ, quæ ſine cauſa diremptæ eſſent, coaleſcere potuiſſent; non aliter ad lauacrum admittenda erat, quam ſi eundem pro viro habuiſſet. ALBASPINÆVS.

Eadem hypotheſi retentâ proſequuntur PP. quod ſi Catechumena, quæ ſine cauſa reliquit virum, dum in Catecheſi per quinquennium eſſet, infirmata fuerit, dandum ei eſſe baptiſmum. Quæ vltima pars conuenit cum *Canone* 42. huius Concilij: prior autem, quæ ſupponit Catechumenam per quinquennium in Catecheſi perſiſtere non facile percipitur, niſi ſupponamus temporibus huius Concilij Catechumenis peccantibus aliquando triennium, vt ſupra notaui in *Can.* 4. aliquando quinquennium aſſignari, & Catechumenam ideo per quinquennium perſiſtere in catecheſi, quia adhuc ante baptiſmum, nec diſſoluto primo coniugio ſecundum contraxit: quæ ad formam, & tempus Catecheſis ſpectant, dabimus infra in Can. 42. GONZALEZ.

De

De mulieribus quæ lenocinium fecerint.	*De mulieribus quæ lenocinium fecerint.*
Canon XII.	*Canon XII.*
Mater, vel parentes, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quòd alienum vendiderit corpus, vel potiùs suum, placuit, eam nec in fine accipere communionem.	Mater vel parentes, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quòd alienum vendiderit corpus, vel potiùs suum, placuit, eam nec in fine accipere communionem.

IVo *p.* 8. *c.* 306. Mater aut parens, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quòd alienum corpus vendiderit, vel suum, placuit nec in fine communicandam. Burchardus *lib.* 19. *decret. cap.* 5. ad finem, aliter [Vt ille (ait) qui hæc perpetrauerit, nisi in fine non accipiat communionem.] Sic etiam ex pœnitentiali Theodori retulit Ant. Aug tit. 3. c. fin. Sed lectio vulgata magis placet, vt ad finem canonis dicemus.

CAPVT VIGESIMVM-QVARTVM.

De pœna lenocinij parentum.

VEteres, Licere, verbum, pro implicare dicebant, à licio, quod est filum, quo in tela textrices stamen implicant; Vnde trilicem vestem, quæ ex tribus liciis constat. Ab hoc verbo, Licere, lenones appellantur, quòd alliciant & implicent: horum delictum lenocinium. Si mater ergo vel parentes illud exercuerint, in perpetuum communione priuantur: turpe enim & fœdum lenonum officium, sed si in liberos exerceatur, turpissimum semper habitum; quòd non tam alieni, quàm proprij corporis & naturæ bona, summa pretij vilitate vilissimè commutentur: ideoque notatum fuit semper grauissima infamia, non apud Christianos modò, sed & apud ethnicos, Vlpiano [a] teste. [Prætor (inquit) qui lenocinium fecerit: lenocinium facit, qui quæstuaria mancipia habet; sed & qui in liberis hunc quæstum exercet, in eâdem causa est.] Nec infamiæ notam satis pœnæ habuisse aduersus parentes lenones, voluerunt Impp. Valentinianus, & Theodosius, [b] cùm filios vel ancillas, quibus parentes vel domini hanc peccandi licentiam vel necessitatem imposuerint, à nexu suæ potestatis absolui, implorato Episcoporum vel defensorum suffragio, constituerunt: addita etiam pœna exilij & damnationis in metallum.

[a] *Vlpian. lib. 4. §. ait prator, de his qui notantur infamia.*

[b] *Valent. & Theodos. Impp. in l. lenones fin. C. de spectaculis lib. 10.*

VEL QVÆLIBET FIDELIS.

CAPVT VIGESIMVMQVINTVM.

Quæ sit antiqua lenonum pœna.

NOn parentum solùm, sed & cuiuscumque fidelis lenocinium, seuera, sed iustissima animaduersione Episcopi nostri vindicarunt, probè inteligentes delicta non auctoribus magis, quàm fautoribus obesse. Tertullianus. [a] [Grauiora delicta quæq; pro magnitudine periculi diligentiam extendunt obseruationis, vt non ab his tantũ abscedamus, sed & ab his per quæ fiunt. Licèt enim ab aliis fiant, non interest si per me. In nullo necessarius esse debeo alij; cùm facit quod mihi non licet Ex hoc quod vetor facere, intelligere debeo, curandum mihi esse, ne fiat per

[a] *Tertull. in lib. de idololat. c. 11.*

me. Denique in alia causa, præiudicium istud obseruo. Nam quòd mihi de stupro interdictum sit, aliis ad eam rem nihil aut operæ aut conscientiæ exhibeo, Nam quòd ipsam carnem meam à lupanaribus segregaui, agnosco me neque lenocinium, neque id genus lucrum alterius causa exercere posse. Sic & homicidij interdictio ostendit mihi lanistam quoque ab Ecclesia arceri: neque per se non faciet, quod faciendum aliis subministrat.] Nec pari leones, qua & auctores censueris pœna dignos, sed & multo acriore; quòd sanctissimum præceptum de non mœchando tantò hi maiori culpa violent, quantò minor voluptatis explendæ vrgebat necessitas. Edocuit nos hoc olim Solon, qui quo pauciores essent in Rep. qui ad tam fœdum facinus iuuenes vel fœminas illicerent, & à turpissimo hoc lenonum officio (si posset) vindicaret Rempublicam: accusatos & conuictos lenones morte damnari iussit, vt ait Aeschines. Sic Euthymachus quòd puellam Olynthiam prostituisset, capite multatus est Cleomenes Tyrannus, apud Methmynæos tres vel quatuor lenas, quæ apertissimè lenocinari solebant, liberasque mulieres prostituere, in saccis ligatas iussit quibusdam immergere. Hermippus in libris de septem sapientibus hoc ipsum feciſſe Periandrum narrat, referente Athenæo. [b] Vltimo supplicio afficiendos placuit Iustiniano, [c] quèm refert Procopius [d] Theodoræ Augustæ suasu, & sodalitia meretricum, & lenonum Constantinopoli sustulisse. Sed cùm fœdissimæ huic lenonum turpitudini, par reperiretur posteà quorundam cupiditas, nec habendi fructum felix, & cupiditate quærendi miserrima, effecit tandem, vt aditum, quem crimini tanto Imperatorum pudicitia & castitas intercluserant, aurea claue luxuria sibi aperuerit & auaritia; delata ad ærarium annis singulis tributi nomine quadam pecuniarum summa: à cuius fœditate & iniuria vt Remp. vindicaret, sine Reip. incommodo, singulari quodam pietatis & beneficentiæ impulsu Florentius V. C. profecturæ prætorianæ proprium patrimonij fundum ærario obtulit, tantùm honestatis, decoris & emolumenti addens ærario & Reip. quantum detraxerat turpitudinis & infamiæ. Quod grata (vt debuit) memoria, ad præclarum pudicitiæ & liberalitatis exemplum retulit & laudauit Theodosius [e] Imp. dignúmque illud censuerim eiusdem Imp. exemplo, non solùm vt hîc repeteretur, sed vt recenti magistratuum memoria, & futura etiam posteritatis retineatur: sic enim ait.

[b] *Athaneus lib. 10 dipnos. c. 14.*
[c] *Iustinian auth de lenon.*
[d] *Procopius lib. 1. de ædif. Iustinia.*
[e] *Theod. sius in nouella constitutione 18.*

Impp. Theod. & Valent. A A. Cyro & Alypio PF. P. P M.

FIdem de exemplis præsentibus mereantur historiæ, & omni de ambiguitate liberetur antiquitas, quæ nobis summos viros prætulisse Rempublicam facultatibus indicauit. Virum inlustrem Florentium præfecturæ Prætorianæ administratione subfultum cernamus, non iam cum maiorum laudibus, sed cum suis magnis in Rempublicam meritis, præclari animi æmula virtute certantem, existimationem Reipublicæ non solùm consilio suo ac prouidentia, sed etiam deuotione ac munificentia pudendæ turpitudinis labe atque ignominia liberasse. Nam cùm lenonum calliditate damnabili circumuentam veterum videret incuriam, vt sub cuiusdam lustralis præstationis obtentu, corrumpendi pudoris liceret exercere commercium, & iniuriam suis ipsam quodammodo ignaram cohibere Rempublicam: pio circa omnium verecundiam proposito, mansuetudinis nostræ more pudicitiæque suggessit, ad iniuriam nostrorum temporum pertinere, si aut lenones in hac liceret vrbe versari, aut eorum turpissimo quæstu ærarium videretur augeri. Ac licet nos illud aduerteret execrari, etiam cessante vicaria oblatione vectigalis, tamen ne vllum ad ærarium incommodum perueniret, proprium possessionem obtulit, ex cuius reditibus possit accedere, quod prædictum pessimum genus consueuerat pensitare. Vnde prouidentiam & munificentiam eius libenter amplexi, hac mansura in æuum lege sancimus, vt si quis post hac mancipia tàm aliena, quàm propria, aut ingenua corpora qualibet taxatione conducta prostituere sacrilegij temeritate temptauerit, in libertatem prius miserrimis mancipiis vindicatis, vel ingenuis personis conductione impia liberatis, grauissimè verberatus huius vrbis finibus in qua vetitum nefas crediderit exercendum, ad exemplum omnium, emendationemque pellatur. Cyre P. K. A A. Inlustris igitur auctoritas tua, ea quæ tuendæ honestatis decreuimus gratia, veneratione debita iubeat custodiri, officio amplitudinis tuæ viginti librarum auri pœnam, si præcepta nostra neglexerit luituro.]

Quod

A Quod in foro ſæculari Theodoſius Imp. idem in foro Eccleſiæ recipi hîc noſtrates Epiſcopi voluerunt, lenones in perpetuum communione priuantes; præſenti canonis ſanctione, quæ ſatis iuſta, pia & ſancta eſt. Quòd ſi aliquando eam denuo ſanciri oportuit, & ſancitam iam denuò renouari; hoc maximè tempore ſunt pietate & doctrina graues, qui optent, quòd minus tuta ſit etiam inter parentes virginum pudicitia.

Nec ab hac lenocinij pœna illi eximi poterunt, qui vel quæſtu, vel ſuaſu, vel alia quacumque ratione munuſcula vel literulas (quibus iuuenes, vel virgines ſolicitari ſolent; & ſolicitare nonnunquam) eo animo ad mulieres, vel virgines deferre conſueuerunt; nam ſi hoc lenocinari non eſt, quid eſt lenocinari?

Olim enim Athenienſes maiore pœna afficiebant eos qui alienam vxorem muneribus, precibus & illecebris corrupiſſent, quàm qui vi adhibita violaſſent, illos morte
B multabant, hos autem dupli pœna afficiebant; damnum illatum priùs pretio æſtimantes: quòd videlicet, qui vim intulerant, odio futuri eſſent his, quas violaſſent; contra verò qui ad ſtuprum pellexerant, ſic animum fœminarum ad ſui ſtudium & amorem conciliaſſent, vt mariti vxor, & domus tota magis in adulteri, quàm mariti beneuolentia, manu & poteſtate foret: vt ex oratione Lyſiæ refert Petrus Victorius [f]. Quare qui tanquam alienæ pudicitiæ proxenetæ, ad fœdiſſimam hanc amoris fœdiſſimi conciliationem, fœminarum animos, vel muneribus, vel blanditiis, vel quo alio malo conſilio in fraudem illiciunt, aut ferentes literas, aut referentes reſponſa, non eſſent ſanè minori pœna puniendi, quàm qui ad raptum vel ſtuprum inferendum, opem, auxilium, vel auctoritatem accommodant: & de his ſanè dixerim lubentius, quod de Reip. ſuffragiis olim dixiſſe Ciceronem [g] Ammianus refert. [Cumque nihil (ait) tam
C incorruptum debeat eſſe in Reip. quàm ſuffragium, quàm ſententia, non intelligo, cur qui ea pecunia corruperit pœna dignus ſit: qui eloquentia, laudem etiam ferat. Mihi quidem hoc plus mali facere videtur qui oratione, quàm qui pretio iudicem corrumpit, quòd pecunia corrumpere prudentem nemo poteſt, dicendo poteſt.]

[f] *Petrum Victorium lib. 32. Variarum lectio. cap. 15.*

[g] *Refert ex Ciceronis de Rep. Ammianus Marcell. lib. 30.*

PLACVIT EAM NEC IN FINE accipere communionem.

CAPVT VIGESIMVM-SEXTVM.

D IN vulgatis conciliorum Codicibus, & apud Iuonem [h] cum negatione litera exſtat. Apud Burchardum [i] verò cum coniunctione exceptiua, niſi. [Exercuiſti (ait) lenocinium, aut in te ipſa, aut in aliis, ita dico, vt tu meretricio more tuis amatoribus corpus tuum ad tractandum & ad ſordidandum, pro pretio tradidiſſes, ſeu quod crudelius eſt & periculoſius, alienum corpus, filiæ dico, vel neptis, vel alicuius Chriſti anæ, amatoribus vendidiſti, vel conceſſiſti, vel internuntia fuiſti, vel conſiliata es, vt ſtuprum alſquod tali modo perpetraretur: ſi feciſti, ſex annos per legitimas ferias pœniteas: tamen in Concilio Eliberitano præcipitur, vt ille qui hæc perpetrauerit, niſi in
E fine non accipiat communionem.] Sic etiam in pœnitentiali Theodoreti [k]. Sed vulgata lectio & Iuonis cum negatione magis placet, & quia criminibus aliis non adeò grauiſſimis ſimilis pœna ſæpè ſancita eſt à Patribus in hoc concilio, & quia in vetuſta noſtra Conciliorum collectione cum negatinne litera exſtat.

[h] *Iuo p. 8. cap. 106.*
[i] *Burch. lib. 19. c. 3*

[k] *Theodor. in pœnitentiale, tit. 3. c. fin.*

COMMENTARII NOVI.

GRauiùs puniuntur lenones, & earum turpitudinum artifices, quam ipſamet adulteria, & virginum ſtuprationes. Nam Zephyrini edicto, mechiæ, & fornicationi pœnitentia functis, veniam in morte vel poſt longam pœnitentiam conceſſam legimus: hoc verò Canone ea ipſa moribundis lenonibus, & parentibus, qui quæſtum ex filiarum ſtupro fecerint, denegatur: cuius ſeuerioris diſciplinæ hanc rationem adducunt, quod ſuum (ad parentes id refertur) aut alienum vendiderint corpus, hoc eſt poſſam dederint, perdiderint, & libidini mancipârint. ALBASPINÆVS.

Lenocinium definit Vlpianus *in l. Athletæ 4. ait Prætor. 2. ff. de his qui not. infam.* his verbis: *Lenocinium facit, qui quæſtuariâ mancipia habuerit: ſed & qui in liberis hunc quæſtum exercet, in eadem cauſa eſt.* Nec refert ſuo id nomine faciat, an alieno *l. palam 43. §. lenam 8. ff. de ritu nupt.* At nec illud intereſt, vtrum principaliter hoc negotium gerat, an alterius acceſſione vtatur, veluti ſi caupo ſit, aut ſtabularius, & mancipia talia habeat miniſtran-

tia:

Digitized by Google

tia : *in lege Iulia. de adulter.* qua lenocinium in marito damnabatur, leno dicitur maritus, qui deprehensam in adulterio vxorem retinuit, adulterum dimisit, vel qui de adulterio vxoris suæ aliquid cæpit, *l.2. §. lenocinij, l. miles 11. in princ. & §. vlt. l. mariti 29. in principio, & §. plectitur cum sequenti. ff. ad leg. Iul. de adult. l. sine metu 17. Cod. eodem tit. l isti 8 ff. de eo quod metus caus. l.3. §. sed si aliud, ff. de accusat.* Accepisse autem dicimus non solùm eum, qui pretium pro comperto adulterio percepit; sed & si quid aliud pro pecunia datum sit, siue qua obligatione liberatus fuerit, *d. l. mariti 29. §. plectitur, l. furti 6. §. pactus, ff. de his, qui notantur infam. l. 2. ff. de calumniat.* Si autem maritus nihil cœpisset, sed precibus exoratus negligentia, vel culpa adulterum dimiserit, vt leno non tenetur, *d. l.2. §. cæterum, d. l. 29. §. plectitur.* Etiam vt leno ex lege Iulia tenebatur maritus, qui ab inchoata accusatione destitit, ac vxorem iterum in domum recepit, *l.2. §. 1. l. miles 11. §. socer 3. l. quæsitum 40. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. l.2. ff. ad Turpil.* Lenonibus maritis proximi sunt, qui domum, agrum, vineam balneum præbuerunt adulterio, vel stupro, *l. qui domum 8. l. & si amici 9. l. mater 10. §. 1. l. mariti 29. §. plectitur, ff. ad leg. Iul. de adult. l. de crimine 10. C. eod. tit. l. auxilium 37. §. fin. ff. de minor.* Item qui persuasit adulterium, *l. is cuius 14. ff. ad leg. Iul. de adult.* cuius ope factum est, vt vir, fœminave in adulterio deprehensa pretio, aliaue pactione se redemit, *d. l. is cuius 14.* qui adulterij damnatam sciens vxorem duxit, quæue damnato nupserit, *d. l. mariti 29. §. 1. l. 1. §. 2. ff. de concub. d. l. auxilium, §. 1. l. Claudius 13. ff. de his, quæ vt indign.* Ex iure nouo si intra quinquennium nuptiæ, *nouell. 22. cap. 15. & 18.* circa alios verò lenones extra casum matrimonij iure ciuili tantùm infamia notabantur, aliqua verò lege speciali non damnabatur, *l. 1. ff. de his qui notant.* Vnde in venditione ancillæ frequenter adiiciebatur pactum, ne prostitueretur, *l. 1. C. si mancipium ita fuerit :* Theodosius tamen constitutione relata *in l. 2. Cod. Theod. de lenonib. l. 6. C. de spectacul.* cuius pars extat *in l. si tenones, C. ne Episcopal. audient.* permisit filias, vel ancillas omni miseriarum necessitate absolui; & Constantinus eisdem lenonibus liquenti plumbo meatus oris, & faucium, vt nefariorum hortatoribus claudi iussit, *l. 1. Cod. Theodos. de raptu virgin.* Tandem Iustinianus *in nouell. 14.* omnino hoc genus hominum è Republica sustulit. Iure nostro Regio lenones pro prima vice publica ignominia plectuntur, & per decem annos ad triremes damnantur. Pro secunda flagellis cæduntur, & ad triremes perpetuo mittuntur, *l. fin. tit. 8. lib. 8. ordin. l. 4. 5. & 10. tit. 11. lib. 8. recopil.* Prosequuntur huius delicti pœnas Gutierrez *de delictis, cap. 150.* D. I. Vela *eod tract. cap. 20.* plures congesti à Pichardo *in manu duct. ad praxim verbo lenocinium.* Sacris Canonibus etiam vindicatum legimus hoc delictum in can. præsenti, *& infra can. 70.* vbi alia cumulabimus. Vnde cognoscitur quam rectè P.P. Hispani perpetuò relegauerint ab Ecclesia Patrem, matremve, qui filias prostituerant, contra præceptum diuinum, Leuitic. *cap. 19.* his verbis, comprehensum : *Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo : Alienumque corpus vendiderant, seu potius suum,* aiunt P.P. quia propter charitatis, sanguinisque strictissimum vinculum pater, & filius pro vna persona habetur *l. vlt. Cod. de impuber.* cum & natura Pater, & Filius eadem esse persona penè intelligatur, *l. lis nulla, ff. de iudic. l. Imperator 50. ff. ad Trebell. l. quod dicitur 130. ff. de V. O. l. frater. ff. de condit. & demonstr. l. neque cum filio, ff. de furtis, l. cum scimus, C. de agricolis. lib. 11.* quam personarum identitatem quoad adquisitionem, & suitatem rectè exponunt Cuiac. *in l. ff. de iust. & iur.* Merillus *lib. 2. observ. c. 4.* A Faber *in Papin. tit. 8. princ. 7.* Donel. *lib. 12. comment. cap. 23.* vbi Osuald *lit. H.* D. M. de la Reatigui *lib. 1. sedect. cap. 6.* subtilissimus Primarius noster D. Melchior de Valentia *tom. 3. illustr. tract. 1. de liber. & posth. cap. 2. n. 1.* nouiter D. Hieronymus de Oroz. *de apicibus iuris, cap. vlt.* GONZALEZ.

A B C D

De virginibus Deo sacratis si adulterauerint.

Canon XIII.

Virgines quæ se Deo dedicauerunt, si pacta perdiderint virginitatis, atque eidem libidini inseruierint, non intelligentes quid admiserint, placuit, nec in fine dandam eis esse communionem. Quòd si semetipsas pœnituerit, quòd infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore vitæ suæ huiusmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abstinuerint se à coitu, eo quòd lapsæ potiùs videantur,

De virginibus Deo sacratis si adulterauerint.

Canon XIII.

Virgines quæ se Deo dedicauerunt, si pactum perdiderint virginitatis atque eidem libidini seruierint, non intelligentes quid amiserint, placuit, nec in fine dandam eis esse communionem. Quòd si sibimet persuaserint, quòd infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore vitæ suæ huiusmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abstinuerint se à coitu, eo quòd lapsæ

E

placuit,

Digitized by Google

A

placuit, eas in fine communionem accipere debere.

potiùs videatur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

PRobarunt hunc canonem olim Concilium Colonienſe ſub Carolo III. Imp. cognomento Craſſo, *Canone VI.* & Moguntinum III. tempore Arnulphi regis, *Canone XXVI.* & Rabanus *in ſuo pœnitentium libro cap. IV.* Gratianus *in cap. Virgines quæ XXVII. q. I.* ac tandem vetuſta noſtra conciliorum & epiſtolarum collectio, his quæ retulimus immutatis.

B

CAPVT VIGESIMVM-SEPTIMVM.

Virgines voto ſacratas ab ipſis Apoſtolorum temporibus fuiſſe in Eccleſia præſertim Hiſpanica: & cur de virginibus hic, non de viduis mentio iniecta.

AD illuſtrem & ſummam Hiſpaniæ laudem pertinet, inter medias ſæuientium præfectorum procellas, inter immanes tyrannorum Imperatorum cruciatus, inter tot vanas Gentium ſuperſtitiones, ac tandem inter turpiſſimas meretricum lenonúmque officinas, virgines in ea fuiſſe caſtiſſimas, æterni omnipotentis & veri Dei ſacro cultui dicatas, quæ inſigni pudicitia, orationibus, lacrymis, ieiunio & pœnitentia ſponſum ſuum ad maiora in Hiſpaniam conferenda beneficia mouerent. Faceſſat igitur iam Petrus Martyr hæreticus, qui à tempore Conſtantini Magni virginitatem ſacrari cœpiſſe, omni antiquitatis Eccleſiaſticæ præſidio deſtitutus adfirmat; cum multò antea tempore Diocletiani & Maximiani ſacratas fuiſſe, non argumentum ſolùm ſuppeditet Hiſpania, ſed teſtimonium clariſſimum. Cuius ſacri voti tanto flagrauit ſtudio, vt illius violatrices omni communione perpetuò priuauerit. Cuius pœnæ adiectio noua, veterem fuiſſe & ab ipſis Apoſtolorum temporibus ſacræ virginitatis obſeruationem profectò indicat. De virginibus ſolùm Concilij Patres meminerunt; non quòd viduæ ſacro etiam caſtitatis & continentiæ voto tunc ſolitæ non eſſent obſtringi (nam ſolitas conſtat ex Paulo) ſed quia viduæ tunc velo ſacro (vt virgines) non conſecrabantur. Gelaſius Papa [l]. [Viduas autem (ait) velare Pontificum nullus attentet: quod nec auctoritas diuina delegat, nec canonum forma præſtituit: non eſt ergo penitus vſurpandum eis, quia ſic Eccleſiaſtica ſunt conferenda præſidia, vt nihil committatur illicitum.] Confirmauit Concilium Tribuenſe [m] ſub Arnulpho [Viduas autem (inquit) velare Pontificum nullus attentet, provt conſtitutum eſt in decretis Papæ Gelaſij. Cap. XIII. quòd nec auctoritas diuina; nec canonum forma præſtituit: quæ ſi propria voluntate continentiam profeſſa eſt, vt in eiuſdem Gelaſij. Cap. XXI. legitur, eius intentio pro ſe reddat rationem Deo] Concilium Rothomagenſe [n]. [Statutum eſt (ait) viduas non debere velari. Simul & hoc ſtatutum eſt, vt ſi quiſpiam Presbyterorum deinceps huius conſtitutionis normæ contumaciter tranſgreſſor extiterit, ſcilicet, vt aliquas viduas velare præſumat, quia hoc & Epiſcopis non licet, gradus ſui periculum incurrat.] Hac ipſa ratione in vouendi ritu ſic à virginali diſcernebantur, vt non viduæ tantùm, ſed quouis etiam modo defloratæ ad votum continentiæ cum virginibus, nec reciperentur, nec remanerent, etiamſi in perſecutione vim paſſæ & violenter oppreſſæ pudicitiam mentis, apud Deum non amiſiſſent. Leo Magnus [o]. [De his (ait quæ in ſacro virginitatis propoſito conſtitutæ Barbaricam pertulere violentiam, & integritatem pudoris non animo ſed corpore perdiderunt, ea nobis ſeruanda videtur moderatio, vt nec in viduarum gradum deiiciantur, nec in ſacrarum & perſeuerantium virginum numero cenſeantur; quibus, ſi in omnibus virginalibus obſeruationibus perſeuerant, & caſtimoniæ ſoliditatem mente cuſtodiunt, ſacramentorum non eſt neganda communio: quia iniuſtum eſt eas in eo argui notarive, quod vis hoſtilis eripuit, non voluntas amiſit.] Et inferiùs [p]. [Dei igitur famulæ (famulas Dei, ancillas Dei, ſeruas Dei, moniales olim nuncupari ſcitum, quas in Africa, & Ægypto

C

D

E

[l] *1. Tim. 5.*
[l] *Gelaſ. in epiſt. 1. ad Epiſcopos per Lucaniæ, Bruttios, & Siciliam conſtitutos c. 15*
[m] *Concil. Tribur. Arnulp. can. 15.*
[n] *Concil. Rothom. can. 9. Refert Ivo p. 7. c. 52.*
[o] *D. Leo in epiſt. 87. ad Epiſcopos Mauritan. Cæſarien. c. 2*
[p] *Idem. c. 5.*

Ægypto vocatas fuiſſe Nonnas, ex Hieronymo didici; quæ integritatem pudoris oppreſſione barbarica perdiderunt, laudabiliores erunt in humilitate, ac verecundia, ſi ſe incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamuis enim omne peccatum ex voluntate naſcatur: & potuerit corruptione carnis mens inuſta non pollui; minus tamen hoc illis oberit, ſi quod potuerint animo non amittere, doleant ſe vel corpore perdidiſſe.] Quod adeò verum cenſuit Auguſtinus [9], vt fœminam, catechumenam vitiatam, non poſſe poſt Baptiſmum inter Dei virgines conſecrari, dixerit. [Acutiùs intelligunt qui nec eum qui catechumenus vel paganus habuit alteram, ordinandum cenſuerunt; quia de Sacramento agitur non de peccato. Nam in Baptiſmo peccata omnia dimittuntur: & qui dixerit; Si nupſerit virgo, non peccat, ſatis declarauit, nuptias non eſſe peccatum. Propter ſanctitatem autem Sacramenti, ſicut fœmina ſi catechumena vitiata eſt, non poteſt poſt Baptiſmum inter Dei virgines conſecrari; ita non abſurdè viſum eſt, bigamum non peccaſſe, ſed normam Sacramenti amiſiſſe; non ad vitæ meritum, ſed ad ordinationis Eccleſiaſticæ ſignaculum neceſſariam.] Vnde Gregorius Magnus [t] ait. [Nullam igitur fraternitas tua niſi ſexagenariam virginem, cuius ætas hoc atque mores exegerint, velari permittat.] Romanos etiam conſtat, non niſi virgines ad cultum Veſtæ & earum ſocietatem admiſiſſe. Qua ratione de caſtitate Veſtalium ad virgines noſtras ſacratas exemplum ex Romanorum annalibus deſumpſerunt D. Ambroſius [s] & Turonenſis [t] Concilij II. antiqui Patres. [Cùm etiam (inquiunt) in chronicis habeatur de virginibus Gentilium, tempore quo ſe deæ ſacrauerant, poſtmiſſo propoſito & corrupta virginali gratia, legali ſententia viuas fuiſſe in terras defoſſas. Si fana colentes, tali ſunt ſententiæ condemnatæ; quantò magis quæ in honorem Redemptoris ſui ſe veſte mutauerint, & perſeuerare noluerint, grauem debent expectare ſententiam?

Referetur à Grat. in caſſa autem, 32. quæſt. 5.

9 D. Auguſt. lib. de bono coniugali, cap. 18. relatus à Grat. in cap. acutiùs, 26. diſt.

t D. Gregor. in regiſt. lib. 3. Epiſt. 11. ad Maximian. Epiſcopum Syracuſan. ad finem.

s D. Ambroſ. lib. 3. de virginibus.

t Conc. Turon. II. can. 21.

A

B

C

COMMENTARII NOVI.

ERant hoc tempore virgines Deo ſacratæ ſpeciali dedicatione, & voto; quibus nefas erat, coniugio, aut libidini ſeruire, ſed in cœlibatu, & caſtitate ſanctè vitam traducebant. Et ex Carthaginenſi Concilio 3. *cap.* 23. in quo D. Auguſtinus ſubſcripſit, patet iam tum fuiſſe harum virginum ſtructa monaſteria: in quibus magna cum pietate, & religione educatæ, mente ſimul, & corpore eſſent virgines. Eas etiam auditorium habuiſſe, quod nunc loquutorium dicitur, in quo coram teſtibus loquebantur, conſtat ex Concilio Cabilonenſi ſub Carolo Magno *cap.* 61. in quo ſtudium ſanctimonialium legendo, & cantando, & in Pſalmorum celebratione, ſiue oratione, & Canonicis horis, vitaque communi clarè deſcribitur aduerſus calamitoſi huius temporis peſtilentes nouatores, & caſtitatis corruptores. Concilium etiam Hiſpalenſe de cuſtodia virginum ſeuerè decreuit. LOAYSA.

Virgines, quæ Deo ſeſe vouerant, à cæteris non remouebantur, aut clauſtris includebantur, vt ex hoc Canone, & in D. Cypriano, & Tertulliano de virginibus velandis licèt colligere.

Eidem libidini, non ſumpſerint, aut flagitioſa vita non receſſerint.

Non inteligentes quod amiſerint, hoc eſt ſi impudicitiæ eas ante mortem non pœniteat, precibus, & lachrymis Eccleſiam non fatigent, vt ab ea pœnitentiam accipiant, vel in fine, communione, & abſolutione, quamuis eam ardentiſſimè exoptent, priuentur, cùm enim toto vitæ tempore libidini inſeruierint, metu mortis pacem Eccleſiæ potiùs, quam peccatorum dolore quærere videbantur.

Eo quod lapſæ potiùs videantur, peccaſſe potius videntur, quam virginitatis votum violaſſe, quæ in obſtinato, & obfirmato libidinis propoſito non remanerent. ARBASPINÆVS.

Duplex fuit olim apud noſtros virginum genus: erant enim virgines Dei, & virgines hominum. Illæ iam deuotæ, atque ſacratæ Deo nupſerant, iſtæ nuptias temporales expectabant. Clarè conſtat ex integro libro Tertullian. *de velandis virginibus*. De primis agitur in hoc Canone, & illis in luxuriam lapſis vix conceditur abſolutio; de ſecundis *in can. ſequent.* quibus etiam lapſis facilè redditur communio notauit Ambian. *ad Tertull. de veland. virg. cap.* 1. *obſerv.* 1. Virgines ſacratæ diſtinguebantur ab aliis habitu, velo videlicet: primis enim Eccleſiæ ſæculis, ſicut religioſiores viri ſolo pallio ab aliis diſtinguebantur, ita ſanctiores virgines ſolo capitis velo, quod apud Græcos dicebatur *mitra*, Optatus Mileuit. de Schiſmat. Donatiſt. *Memoratam Felix inter crimina, & facinora ſua nefanda ab ea compreſſa puella, cui mitram ipſe impoſuerat, à qua Pater paulò ante vocabatur nefarie inceſtare minimè dubitauerit*: notauit Menilius *lib.* 3. *obſerv. cap.* 40. apud Latinos velum dicitur *cap. virgines, & ferè per totam* 27. *q.* 1. Cum autem hoc velum recipiebant, ab Epiſcopo ſolemni ritu conſecrabantur D. Ambroſ. de lapſis virgin. cap. 5. *Non eſt memorandus dies ſancti Dominicæ reſurrectionis, in quo diuino altari te obtuliſti velandam? non eſt memorata qualis allocutio facta eſt illa die ad te? ſeruare te oportuit fidem, quam ſub tantis teſtibus pollicita es, ſemper cogitare, cui virginitatem ſpopondiſti*: quæ conſuetudo velandi

D

E

A landi virgines ab ipſis Apoſtolis prouenit, Iphigenia enim virgo Regia à S. Matthæo Apoſtolo Baptiſmo donata, & in fide Catholica edocta ſacro velo cum aliis multis virginibus ſummo Sponſo Deo cõſecrata fuit ab eodem Apoſtolo, vt tradit Abdias Claudius *de continent. lib. 4. cap. 9.* & refertur in Martyrol. Roman. *die 21. Septembris.* Etiam S. Tecla, & S. Petronilla à B. Petro conſecratæ fuerunt, vt narrant Suar. *tom. 3. de relig. lib. 3. c. 3. n. 12.* Tambur. *de iure Abbatiſſ. diſp. 27. q. 1.* & primis Eccleſiæ ſæculis iam in Hiſpania fuiſſe Monachorum, & Monialium Monaſteria probatur expreſsè ex *Canone* 85. huius Cocilij in illis verbis, *in Monaſterio pœniteat:* ex Cone Tolet. 1. vbi *in can. 6. & 19.* agitur de religioſa puella, *in can. 3.* de profeſſa, *in can. 16.* de deuota, in Concilio *Caſarauguſt.* 1. celebrat. *anno* 380. vbi *in can.* 8. legitur, vt ante 40. annos Sanctimoniales virgines non velentur. Conc. Tarrac. *Can. 1. & 11.* notarunt Morales *lib. 11. hiſt. c. 43.* Viuar ad M. Maxim. *ann. 516. num. 8.* Plura de his virginum velis, earúmque conſecratione congerunt Georg. Ambian. *ad Tertull. de veland. virgin.* Bellarm. *lib. 2. de monachis, c. 24.* Bullengerus *ad Caſaub. diatrib. 3. cap. 21.* Baron. *anno 1186.* C. Spencæus. *ad D. Paul. lib. 1. digreſſ. 17.* Miſana *ad D. Hieron. verb. Epiſcopus, fol. 159.* Pamel. *ad D. Cypr. epit. 62.* B Hullerius *de ſacris electi. ſect 2. c. 2.* Auendaño *de metu lib. 2. cap. 10. n 48.* Leo Pinel. *in cap. 2. de Regul. num. 181.* Baron. *anno 57.* vbi Spond. *num. 16.* Cæſar *de Eccleſiaſtic. Hierarch. diſp. 6. §. 3.* Germon. *lib. 3. de ſacror. immunit. cap. 10.* Hæten. *diſquiſit. monaſt. lib. 5. tract. 9. diſquiſit. 7.* Iulius Labor *de electi. c. 24.* Barboſ. *de iure Eccleſ. lib. 1. cap 45. n. 24.* Baron. *in Martyrol. die 7. Maij*, Menardus *ad Sacrament.* P. Gregorius *fol. 211.* Narbona *de ætate anno 40. quæſt. 2.* Pinto *in ſpicil. 1. part. cap. 2.* nos plura dedimus *in cap. 1. de tempor. ordin.*

Viduas etiam licèt non eodem velo virginum diuerſo tamen velatas, & Deo dicatas legimus in antiquis Eccleſiæ canonibus, vbi ſimul prohibetur ne eas velo virginum velare Pontificum vllus attentet *cap. deuotis, §. viduis, cap. viduas, cap. vltim. 20. quæſt. 1. cap. viduas, cap. omnes, cap. vidua, 27. quæſt. 1.* Concil. Carthag. 4. *Can.* 12. Arauſic. *can* 27. Foroiul. ſub Adrian I. *can.* 11. Tribur. *can. 25.* Epaunenſ. *can.* 21. Turon. 2. *can.* 21. Arelat. 1. *can. 27.* Turon. 3. *can. 73.* Mogunt. 3. *canone 27.* Pariſ. 3. *Canone* 40. illuſtrant Decretiſtæ *in d. cap. viduas 20. quæſt. 1.* Claſſici repetentes *in d. cap. viduas de regul.* Georg. Ambian. *ad Tertull. ſuprà cap. 8. obſeruat. 2.* Yepes *tom. 2. Chron. diu. Bened. cent. 1. fol. 335.* Spencæus *lib. 4. de vot. contin. cap. 9.* Spondan. *in epit.* Baron. *anno 57. num. 48.* P. Gregor. *lib. 9. ſyntagm. cap. 1.* Gibalinus *de clauſ. diſquiſit. 2. c. 2. §. 3. conſect. 2. & diſquiſit. 3. cap. 2, §. 8.* Illarum etiam ſicut & virginum duo genera olim erant, aliæ ſæculares, quæ adhuc laicali in veſte incedebant, aliæ continentes, & quæ ſub Religioſo habitu degebant, Concilium Toletanum apud Gratian. *in cap. duo ſunt genera 27. quæſt. 1.* & iſtæ licèt non conſecrarentur vt virgines, tamen cooptabantur in vidualem ſtatum D. Clemens *lib. 8. conſtit. c. 27. Vidua*, inquit, *non ordinatur, ſed cooptatur in gradum vidualem*; debebant tamen tunc cooptari, dum iam ſenes eſſent, iuuenes autem non cooptabantur propter ſuſpicionem incontinentiæ, Concil. Turon. *canone* 17. Clemens Rom. *lib. 3. cap. 1.* Tertull. lib. 1. ad vxorem: *Vidua habet aliquid operoſi, quia facilè eſt non appetere quod noſti iam, & auerſari quod deſideraueris nunquam.* Vnde ſexagenarias ordinandas iubetur in Concil. Mogunt. *can. 76.* à D. Baſil. *ad Amphil. can. 41.* his verbis: *Vidua ſexaginta annorum nata ſi rurſus cum viro habitare voluerit boni communionem non dignabitur, donec ab impuritatis perturbatione ceſſauerit, ſed ſi ante ſexaginta annos eam in numerum retulerimus, noſtra eſt non mulieris culpa.* D. Paulus ad Timoth. cap. 5. verſ. 9. *Vidua eligatur, quæ non ſit minor ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor: in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonum ſubſequuta eſt.* Viduæ ita approbatæ velum conuerſionis, quamuis non ſacrum accipiebant de altari propria manu, *cap. vidua 27. quæſt. 1. cap. viduas, cap. vidua 20. quæſtione* 1. de quo conuerſionis velo accipiendi ſunt text. *in cap. viduas de regul. cap. ſanè 6. de conuerſ. coniug.* Concilium Vormac. *capite* 21. in illis verbis: *Vidua quidem, quæ ſacrum capiti velamen impoſuerit, & inter velatas fœminas in Eccleſia orauerit, & oblationem cum illis obtulerit, ſi profeſſa eſt in eodem habitu permanere ſpondens, nunquam religionis deponere velamen præſumat.* GONZALEZ.

C

D

Si pactum perdider int virginitatis, atque eidem libidini ſeruierint.

E

CAPVT VIGESIMVM-OCTAVVM.

Poſt votum numquam licuiſſe ſacris virginibus vagam impudicitiam vel contubernium: explicata in eam rem duo Cypriani & Auguſtini loca.

PVdicitiam quam ſemel Deo quis obtulit, ſi violat, tametſi ſcortationis peccatum, honeſto nuptiarum nomine tegere cupiat, libido eſt, fornicatio eſt, ſtuprum eſt, adulterium eſt, inceſtus eſt, ſacrilegium eſt. Ideò quamuis incertum videatur ex huius canonis verbis, an Patres agant de virginibus ſacris impudicitia lapſis, an verò matrimonio ſiue contubernio contracto; certius eſt, vero ſenſu & ſententia vtrumque comprehendi poſſe: quòd vtroque modo fides profanetur Deo vero conſecrata, ſed tantò grauiùs cum contracto matrimonio, quam cum vaga impudicitia violatur, quanto diutiùs matrimonij ſeu contubernij diuturnitas cum po-

Digitized by Google

puli offendiculo infelicem animam detinet alligatam, iuxta Gregorij IX. [a] sententiam. A

[a] Gregor. IX. in c. fin. de consuetudine.

An etiam hîc egerint Patres de virginibus castitatis votum simplex vel solenne (vt vocant) vouentibus, quæri potest? Et probabilius est, de sacro vel solenni, quia illas quæ votum solenne emiserant, se Deo deuouere, vel deuotas Deo vocabant; vti constat præter hoc Concilium in hoc canone & canone XXVII. inferiùs, Concilio Arelatensi II. [b] [De puellis (inquit) quæ se vouerunt Deo, & præclari nominis decore floruerunt, si post viginti & quinque annos ætatis ad terrenas nuptias sponte transierunt, id custodiendum esse decreuimus, vt cum his, cum quibus se obligauerint, communione priuentur; ita vt eis postulantibus pœnitentia non negetur: cuius pœnitentiæ communio multo tempore differatur.] At hîc de sacratis virginibus, quas sanctimoniales vocamus, Patres egisse, qui Concilio Turonensi [c] interfuerunt, clariùs interpretati sunt: deuotam enim, pro sacrata voto solemni intelligi constat ex Concilio Carthaginensi. IV. [d] & ex Toletano. I. [e] [Deuotam peccantem (ait) non recipiendam in Ecclesia, nisi peccare desierit. [De religiosis autem, & voto solemni obstrictis egisse etiam Toletanos Patres, inde intelligi potest, quòd matrimonium postea contractum separati acta pœnitentia præceperint. [Corruptorem (aiunt) par pœna constringat: quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc ipso viuente marito, castè viuere cœperit.] Et mox. [f] [Episcopi, siue Presbyteri, siue Diaconi filia si deuota fuerit, & peccauerit, & maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectu receperint, à communione habeantur alieni.] Id etiam confirmat Concilij Chalcedonensis [g] decretum. [Si qua virgo (inquit) se dedicauerit Deo, similiter monachus, non licet eis nuptiis iungi: si verò inuenti fuerint hoc facientes, maneant excommunicati.] Sicque de virginibus sacris votum solemne emittentibus, intellexerunt hunc canonem antiqui Concilij Colonienses [h] Patres, quorum interpretationem sequi placet, post alia enim sic aiunt. [De virginibus autem sacratis in Concilio Eliberitano Cap. XIII. scriptum est: Si mœchauerint virgines quæ se Deo dedicauerunt, si pactum perdiderint virginitatis, & reliqua.] Huius canonis verba eodem sensu intellexerunt Concilij Moguntini [i] sub Arnulpho Episcopi. [De viduis (aiunt) præcepimus, vt nequaquam citò velentur, sed in potestate earum maneant consentiente Episcopo, vtrùm nubant, an professionem castitatis assumant, vsque dum probetur earum conuersatio; ne fortè de iisdem dici possit, quod ab Apostolo dicitur, Quæ autem in deliciis sunt viuentes, mortuæ sunt. Si autem propositum castitatis assumpserint, aut monasterij claustris regulariter constringantur, aut domi manentes castitatem suæ professionis integerrimè custodiant. Quod si à proposito deuiauerint, canonicæ institutionis censura corrigantur: quod & de virginibus si mœchatæ fuerint, statuimus, sicut in Concilio Eliberitano Cap. XIII. scriptum est: virgines quæ se Deo dedicauerunt & cætera.]

[b] Concil. Arela. 2. can. 33.

[c] Concil. Turon. can. 21.

[d] Concil. Carthag. IV. can. 104.

[e] Conc. Tol. I. c. 16.

[f] Idem c. 19.

[g] Concil. Chalced. canon 15. cap. si qua 22. 27. quæst. 1.

[h] Concil Colon. c. 6.

[i] Concil. Mogunt. sub Arnul. Epiſcopo. c. fin.

Sed aduersari videtur D. Cyprianus, [k] dum licere virgini, quæ se Deo iam deuouit, nuptias inire, his verbis expressit. [Quòd si ex fide se Christo dicauerunt, pudicè & castè sine vlla fabula perseuerent, ita fortes & stabiles præmium virginitatis expectent: si autem perseuerare nolunt, vel non possunt melius est nubant, quàm in ignem delictis suis (deliciis est in alio codice) cadant.] Sunt qui putent de virginibus non velatis loqui Cyprianum, de his scilicet quæ simplex (vt vocant) castitatis votum emiserunt, non autem solemne: quæ etsi parum iustè fecerint cùm nupserint, matrimonium tamen in Ecclesiæ foro validum ineunt, non inane & irritum. Sed verosimilius est, illum de virginibus neutro voto obstrictis, nec simplici (vt dicitur) vel solenni, ad Pomponium rescripsisse; quod vt mihi persuasi, ita persuadeam cæteris, occurrunt multa. In primis enim, vt à fonte rem petamus. Pomponius, cui rescribit Cyprianus, non scripserat aut consuluerat illum de virginibus velatis, aut sacris tantùm, sed de omnibus virginibus, vt ex principio epistolæ Cypriani constat. [Legimus (inquit) litteras tuas, frater charissime, quas per Paconium fratrem nostrum misisti, postulans & desiderans, vt tibi rescriberemus, quid nobis de his virginibus videatur, quæ cum semel statum suum continenter & firmiter tenere decreuerint, detectæ sint posteà in eodem lecto pariter mansisse cum masculis.] II. quia dubio Pomponij se rescribere ait ex Euangelicis & Apostolicis traditionibus. [Circa quam rem (ait) quoniam consilium nostrum desiderasti, scias nos ab Euangelicis & Apostolicis traditionibus non recedere, quominus fratribus & sororibus nostris constanter & fortiter consulatur, & per omnes vtilitatis & salutis vias Ecclesiastica disciplina seruetur.] At omnibus Euangelicis Apostolicis traditionibus repugnat, vt quæ semel suæ pudici-

[k] D. Cyprian. epist 62. ad Pomponium.

tiæ

A tiæ & profeſſionis Chriſtum teſtem adhibuerunt, abolito caſtitatis chirographo, repellant illum, contemnant, abiiciant III. quia in illis verbis: Si autem perſeuerare nolunt, vel non poſſunt, melius eſt nubant, quam in ignem delictis ſuis cadant: imitatus eſt locum Pauli docentis, virgines & viduas melius eſſe nubere quàm vri. At Paulum de virginibus & viduis nullo voto conſtrictis loquutum conſtat ex illius verbis. [Dico autem non nuptis & viduis, bonum eſt illis ſi ſic permaneant, ſicut & ego: quòd ſi non ſe continent, nubant; melius eſt nubere quam vri.] Quem locum de his quæ nullum votum emiſerunt, intelligunt communi conſenſu Catholicæ Eccleſiæ Patres & Concilia. Addo quartum, poſt iſta verba, illa ſtatim ſubiunxiſſe. [Certè nullum fratribus aut ſororibus ſcandalum faciant; cùm ſcriptum ſit: ſi cibus ſcandalizat fra-
B trem, non manducabo carnem in ſæculum, ne fratrem ſcandalizem.] Si ergo vult Cyprianus, vt nubant virgines, ne fratrem vllum ſcandalizent, de quibus rogo virginibus illum intellexiſſe eſt probabilius: de his quæ ad obſeruandam pudicitiam nullo vinculo tenentur, an verò de his quæ Chriſto, vel priuatim, vel publicè fidem ſuam firmiſſi nè adſtrinxerunt? Qui enim fieri poterat, vt non eſſent ſcandalo, quæ Deum immortalem ſemel ſponſum eligentes, illum pro homine mortali fœdiſſimè commutarunt? Aut qua pœna & cruciatu digna non cenſebitur mulier (vt cum magno Baſilio loquar) quæ nobili coniuncta viro, ſeruo ſuo ſeipſam violandam impudicè ſubſterneret, ac ſeruum inſidiosè nequitérque domini toris inueheret. Et ſi ille impius & adulter eſt, qui dimiſſam à viro mortali ducit, qui immortalis Dei ſponſam nunquam dimiſſam violare præſumit, cuius non ſceleris & impietatis particeps iudicabitur? [Nec ſanè (inquit)
C incongruè his quæ ſunt huiuſmodi, illud Apoſtolicum aptari poteſt, quoniam cùm fornicatæ à Chriſto fuerint, nubere volunt habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt: non coniugium ſed adulterium malè conſummantes. [Illud vltimo loco adiiciendum cenſeo, quod maioris momenti eſt, ipſum Cyprianum cum clariùs de virginibus, quæ iam votum emiſerunt, ſermonem inſtituit, poſtea in eâdem epiſtola, non mariti, ſed Chriſti adulteras vocaſſe, nec aliquo pacto poſſe Eccleſiaſticæ communionis participes fieri, niſi abiurato ſecundo hoc impudico contubernio, ne cæteris inconſtantis, leuis & turpis animi pernicioſum exemplum præberent. [Si ſic perueniens maritus (inquit priùs) ſponſam ſuam cum altero videat, nonne indignatur & fremit, & per zeli dolorem fortaſſis & gladium in manum ſumit? Chriſtus Dominus & iudex noſter, cùm virginem ſuam ſibi dicatam, & ſanctitati ſuæ deſtinatam iacere cum altero
D cernit, quàm indignatur & iraſcitur, & quas pœnas inceſtis huiuſmodi coniunctionibus, cuius vt gladium ſpiritalem, & venturum iudicij diem vnuſquiſque fratrum poſſit euadere, omni conſilio prouidere & elaborare debemus.] Et poſt alia. [Si autem de eis (inquit) aliqua corrupta fuerit deprehenſa, agat pœnitentiam plenam; quia quæ hoc crimen admiſit non mariti, ſed Chriſti adultera; & ideò æſtimato iuſto tempore, poſtea exomologeſi facta, ad Eccleſiam redeat. Quòd ſi obſtinatè perſeuerant, nec ſe ab inuicem ſeparant, ſciant ſe cum hac ſua impudica obſtinatione numquam à nobis admitti in Eccleſiam poſſe, ne exemplum cæteris ad ruinam delictis ſuis facere incipiant.] Eandem ſententiam repetit in libro de diſciplina & habitu virginum. Vbi non ſolùm Chriſti adulteras,
E quæ violata Chriſto fide promiſſa, aliis nupſerunt, vocat, quæ turpi ſe coniugio macularunt, ſed eas quæ cultiùs ſe ornantes, (impudica intellige mente, vagabantur per vrbem: [Sic ſe expugnator inimicus per artes ſuas inſerit, ſic inſidiis per occulta fallentibus diabolus obrepit, ſic dum ornari cultiùs, dum liberiùs euagari virgines volũt, eſſe virgines deſinũt furtiuo dedecore corruptæ, viduæ antequam nuptæ, non mariti ſed Chriſti adulteræ, quàm fuerant præmiis ingẽtibus virgines deſignatæ, tam magna ſupplicia pro amiſſa virginitate ſenſuræ.] Si ergo virgines quæ iam votum vouerunt, lapſas non permittit Cyprianus ad Eccleſiã vllo pacto accedere, ne facta hac indulgentia, cæteris peccandi offendiculum præbeatur, cui poterit eſſe probabile (niſi repugnantia dixiſſe Cyprianum in eodem libro contendat ineptè) de virginibus iam voto emiſſo præcedenti periodo tractauiſſe?

Sed verendum eſt ſanè, difficilem quem mox Auguſtinus obiicit ſcopulum non adeò facilè euadamus. In libro enim vnico de bono viduitatis hæc docuiſſe Auguſtinum refert Gratianus. [m] [Quidam nubentes poſt votum aſſerunt adulteros eſſe;

1. ad Cor. cap. 7.

[l] Cyprian. lib. de diſcipl. & habitu virg. cap. 8.

[m] Aug. lib. vnic. de

bono viduit. c. 10. relatum à Gratiano quidam nubentes. 27. dist.

ego autem dico, quòd grauiter peccant qui tales diuidunt.] Hæc autem summatim ex toto illo capite retulit Gratianus: sed propria Augustini verba referamus, quibus non solùm nuptias post votum contrahi validè posse dixit, sed quod magis mirêre, licitè facere posse adfirmauit. [Proinde qui dicunt, talium nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria, non mihi videntur satis acutè ac diligenter considerare, quid dicant: fallit eos quippe similitudo veritatis.] Ad finem capitis addit.] Fit autem per hanc minùs consideratam opinionem, qua putant lapsarum à sancto proposito fœminarum, si nupserint, non esse coniugia, non paruum malum, vt à maritis separentur vxores, quasi adulteræ sint, non vxores. Et cum volunt eas separatas reddere continentiæ, faciunt maritos earum adulteros veros, cùm suis vxoribus viuis, alteras duxerint.] Et post alia. [Quapropter non possum quidem dicere à proposito meliore lapsas, si nupserint, fœminas, adulteria esse coniugia.] Multa excogitarunt huius sæculi scriptores ad dissoluendum impeditum hunc Augustini nodum: quem aduersus Ecclesiæ nostræ decreta & religionum institutum Brentius hæreticus, Petrus Martyr, & alij eorum sectatores adeò exultantes proponunt, ac si de vniuersa Ecclesia triumphassent. Quidam enim facilius hunc locum negari posse, quàm solui dixerunt, vt Spenceus. Alij liberiùs totum librum non esse Augustini affirmantes, sed Iuliani cuiusdam Pelagij hæretici sectatoris. Sic Hosius Cardinalis non minùs eruditione & pietate, quam dignitate illustrissimus, in sua illa Christiana & docta catholicæ fidei professione de matrimonij impedimentis. Qui maiori reuerentia & religione locum hunc Augustini tractarunt, de voto simplici, non de solenni intelligendum docent, vt Gratianus, Petrus Lombardus, & alij: idque communi scriptorum huius ætatis consensu receptum est, vt testantur Sotus, Robertus Bellarminus, ac tandem doctissimæ illæ Gregoriani decreti adnotationes in c. quidam nubentes. XXVII. dist.

[a] *Idem Aug. c. 12*

[o] *Spenceus de coniunctia. lib. 3. c. 2.*

[p] *Hosius in Catholicæ fidei professione c. 56. de matrimo. & impedimentis.*

[q] *Gratian. ad finem 24. distinct.*

[r] *Sotus in 4. distin. 38. art. 2.*

[s] *Bellarmi. tom. 1. de Controuer. Christian fidei. lib. 2. c. 38.*

In c. quidam. 27. dist

Sed age, videamus, si Augustini mentem præstantiùs assequi non possimus, an examinare saltem possimus accuratiùs, nec mentem tantùm, sed & verba epistolæ, & epistolam totam à calumnia obiecta vindicare: cùm certò illam esse Augustini testetur Possidius. [Inter epistolas Iulianæ (inquit) de sancta viduitate. &c.]

[t] *Possidius in indiculo.*

Augustinus enim, Beatissime Pater, in libro de bono viduitatis, eò animum intendit, vt doceret Iulianam viduam & eius etiam nomine omnes Christianas (ad Iulianam enim scribebat quæ nullo voto simplici (vt vocant) vel solemni se deuinxerat, sed continentiæ statum secundis nuptiis repulsis elegerat) bona & perfectionem viduitatis continentiæque: sic enim librum vel epistolam inscripsit, de bono & perfectione viduitatis. Multa dixit de illius laude: non tamen illa tanta esse adfirmauit, vt si viduæ velint nubere secundò, ne vrerentur, illis non liceret: reprobat enim antiquum Tertulliani secundas nuptias velut adulterium damnantis & Cataphrygarum errorem; in quem ne impingeret Iuliana (ab eo enim non procul aberat nimia continentiæ suæ laudatione) multis verbis docet, suadet, atque contendit omnibus ferè capitibus præcedentibus. In hoc ergo persistens proposito D. Augustinus, ad reuincendam illius erroris falsitatem, post alia adiecit. [Proinde qui dicunt, talium nuptias non esse nuptias, sed potiùs adulteria, non mihi videntur satis acutè ac diligenter considerare quid dicant: fallit quippe eos similitudo veritatis. Quia enim coniugium Christi dicuntur eligere, quæ Christiana sanctitate non nubunt, (ecce non dixit, voto aut promissione, sed sanctitate Christiana, siue viduitatis simplici continentia) hic argumentantur quidam dicentes, Si viro suo viuo, quæ alteri nubit, adultera est, sicut ipse Dominus in Euangelio definiuit, viuo ergo Christo, cui mors vltra non dominatur, quæ coniugium eius elegerat, si homini nubit, adultera est. Qui hoc dicunt, acutè equidem mouentur, sed parum attendunt hanc argumentationem quanta rerum sequatur absurditas. Cùm enim laudabiliter etiam viuente viro, ex eius consensu continentiam fœmina Christo voueat, iam secundùm istorum rationem, nulla hoc facere debet, ne ipsum Christum (quod sentire nefas est) adulterum faciat, cui viuente viro, nubit Deinde cum primæ nuptiæ melioris sint meriti, quàm secundæ, absit vt sanctarum viduarum iste sit sensus, vt Christus eis videatur quasi secundus maritus. Ipsum enim habebant, & antea, quando viris suis fideliter seruiebant

Matth. 19. Roman. 6.

subditæ,

Digitized by Google

A subditæ, non carnaliter, sed spiritualiter; virum cui Ecclesia ipsa, cuius membra sunt, coniux est: quæ fidei, spei charitatis integritate, non in solis virginibus sanctis, sed etiam in viduis & coniugatis fidelibus tota virgo est. Vniuersæ quippe Ecclesiæ, cuius illæ membra sunt, Apostolus dicit: Aptaui vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Nouit autem ille coniugem virginem sine corruptione fœtare, quem in ipsa etiam carne potuit mater sine corruptione procreare. Fit autem per hanc minus consideratam opinionem, qua putant lapsarum à sancto proposito fœminarum, si nupserint, non esse coniugia, non paruum malum, vt à maritis separentur vxores, quasi adulteræ sint, non vxores; & cùm volunt eas separatas reddere continentiæ, faciunt maritos earum adulteros veros, cùm suis vxoribus viuis, alteras duxerint.] Hæc eo animo & consilio Augustinus, quibus nihil verius, nihil doctius, nihil sanctius, nihil antiquis & re-
B centibus Catholicæ Ecclesiæ moribus & decretis accommodatius, vel scribi potuit, vel excogitari. Hoc autem solùm scripsisse & docuisse Augustinum non verisimilibus argumentis, sed propriis rerum & mentis suæ notis confirmabo. Primò Augustinus ad Iulianam viduam scribebat, vt ex libri epigraphe constat: Iulianam autem nullum votum vouisse, sed tantùm continentiam (ni mauis abstinentiam) à secundo coniugio elegisse, ex toto libro apparet, præcipuè Ca IV. vbi sic ait. [Quapropter hoc primùm oportet, vt nouerris, bono quod elegisti, non damnari secundas nuptias, sed inferius honorari; nam sicut bonum sanctæ virginitatis, quod elegit filia tua, non damnat vnas nuptias tuas, sic nec viduitas tua cuiusquam secundas.] Ne autem illa viduitatis bona & continentiæ
C (quod cœpisse illam Augustinus insinuat,) tanti facienda putaret, vt vetusto Tertulliani errore viduas secundò nubentes adulteras esse diceret, quòd nuptias secundas damnandas vt adulterium existimaret, multa docet, repetitque Augustinus, volens ab imo huius erroris radices & à Iuliana & à viduis omnibus suam continentiam simplicem nimis iactantibus, euellere. In principio enim Epistolæ de viduitatis bono, se rogatum scribere à Iuliana his verbis refert. [Ne petitioni tuæ & in Christo dilectioni diutiùs essem debitor promissionis meæ, arripui vtcumque inter alias vrgentissimas occupationes meas, de professione sanctæ viduitatis aliquid ad te scribere.] Capite postea II. se nolle ait toto illo opere, nisi Pauli Apostoli epistolam ad Corinthios explicare: dum capite VII. eiusdem dixit, dico autem non nuptis, & viduis, bonum est illis si sic permaneant, sicut ego; quòd si non se continent, nubant, melius enim est nubere, quàm vri. [Non sit ergo ait Augustinus mihi aliud te docere, nisi verba tibi
D doctoris exponere, & de iis quod Dominus dederit, disputare. Ait itaque Apostolus doctor Gentium, vas electionis: [Dico autem innuptis & viduis, bonum esse illis si sic permanserint, sicut & ego.] Si ergo toto libro se agere velle dicit Augustinus de interpretatione epistolæ Pauli: & Paulus de continentia solùm seu abstinentia (vt dixi) à coniugio, non autem de voto simplici vel solemni agit; quid opus est Pauli contextum, vel Augustini interpretationem ad incogitata extendere. Pergamus ad alia. In Cap. III. Augustinus ad eandem interpretationem Pauli, & nostram Augustini stabiliendam, hæc ait: [Quantum autem bonum habeat nuptarum fides, id est, Christianarum & religiosarum coniugatarum, hinc intelligi potest, quòd cùm de fugienda fornicatione præciperet, vbi vtique & coniugatos alloquebatur; Nescitis (inquit) quia corpora vestra membra sint Christi. Tantum ergo bonum est fidelis coniugij, vt etiam
F ipsa membra sint Christi. Hoc autem bono quoniam melius est bonum continentiæ vidualis, non hac professione id agitur, vt aliquid plus sit Catholica vidua quam membrum Christi, sed vt meliorem quam coniugata locum habeat inter membra Christi: dixit quippe idem Apostolus:] Quæ autem Capite IV. adiunxit, illustrant profecto superiora: Vides etiam (inquit) coniugalem pudicitiam & tori Christiani matrimonialem fidem donum esse, & hoc à Deo; vt illud, quod vltra liberorum procreandorum necessitatem, modum concumbendi, aliquatenus concupiscentia carnalis excedit, non nuptiarum sit hoc malum, sed veniale sit, propter nuptiarum bonum. Non enim de coniugio, quod copulatur liberorum procreandorum causa, & fide pudicitiæ coniugalis, & indissolubili, quamdiu ambo viuunt, matrimonij sacramento; quæ omnia bona sunt, sed de illo immodico carnis vsu qui in infirmitate coniugum agnoscitur,

2. Corinth. 11.

1. Cor. 7.

1. Cor. 6. Alibi, Quoniam.

1. Cor. 7. & interuentu boni nuptialis ignoſcitur, ait Apoſtolus: ſecundùm veniam dico, non A
ſecundùm imperium. Item cùm dicit: Mulier alligata eſt, quam diu vir eius viuit: quod,
ſi mortuus fuerit vir eius liberata eſt: cui vult nubat tantùm in Domino, beatior ta-
men erit, ſi ſic permanſerit, ſecundum meum conſilium: ſatis oſtendit beatam eſſe in
Domino, etiam poſt mortem viri iterum nubentem fidelem, ſed in eodem Domino
viduam beatiorem: hoc eſt, vt ſcripturarum non tantùm verbis, verum etiam exemplis
loquar, beatam eſſe Ruth, ſed Annam beatiorem. Quapropter hoc primum oportet
vt noueris, bono quod elegiſti, non damnari ſecundas nuptias, ſed inferiùs honorari:
nam ſicut bonum ſanctæ virginitatis, quod elegit filia tua, non damnat vnas nuptias
Alias, primas. tuas: ſic nec viduitas tua cuiuſquam ſecundas. Hinc enim maximè Cataphrygarum
ac Nouatianorum hæreſes tumuerunt, quas buccis ſonantibus non ſapientibus etiam
Tertullianus inflauit, dum ſecundas nuptias tamquam illicitas maledico dente con-
cidit; quas omnino licitas Apoſtolus ſobria mente concedit. Ab hac ſanitate doctrinæ, B
nullius indocti, nullius docti diſputatione moueris: nec ita extollas bonum tuum, vt
quod malum non eſt, tanquam malum crimineris alienum: ſed tanto magis gaude tuo
bono, quantò magis vides, non tantùm illo deuitari mala, ſed quædam etiam bona
ſuperari.] Nec minus etiam pondus habent, quæ Cap. V. ſubiunxit. [Mala (ait) ſunt
etiam adulterium vel fornicatio. Ab his autem illicitis, valde longè eſt, quæ voti li-
bertate ſe obſtrinxit, & ſibi etiam licita ne licerent, non imperio legis, ſed conſilio ca-
ritatis effecit. Et bonum eſt pudicitia coniugalis, ſed melius bonum eſt continentia
vidualis. Hoc ergo melius illius boni ſubmiſſione honoratur: non illud bonum me-
1. Cor. 7. horis huius laude damnatur. Quod autem Apoſtolus, cum cœlibum & innuptarum
commendaret fructum, quia cogitant quæ ſunt Dei, quomodo placeant Deo, ſubie-
cit & ait: Hoc autem ad vtilitatem veſtram dico, non vt laqueum vobis iniiciam: id
eſt, non vt vos cogam, ſed ad id quod honeſtum eſt, horter. Non quia innuptarum C
bonum honeſtum dixit, ideò putare debemus turpe eſſe vinculum coniugale: alioquin
etiam primas nuptias condemnabimus, quas nec Cataphryges, Nouatiani, nec diſer-
tiſſimus eorum aſtipulator Tertullianus turpes auſus eſt dicere: Sed quemadmodum
cum ait; dico autem innuptis & viduis, bonum eſſe illis, ſi ſic permanſerint; vtique
bonum poſuit pro meliore, quoniam omne, quod bono comparatum melius dicitur,
etiam hoc proculdubio bonum eſt: nam quid ita dicitur melius, niſi quod magis bo-
num eſt? Nec ideò conſequenter eum ſenſiſſe arbitramur, malum eſſe ſi nupſerint,
quoniam dixit: Bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint: ita etiam cùm ait, Sed ad id quod
honeſtum eſt, non matrimonium turpe eſſe monſtrauit, ſed quod honeſtum erat,
honeſtius generalis honeſti nomine commendauit. Quia honeſtius quid eſt, niſi quod
magis honeſtum eſt? Magis autem honeſtum, vtique honeſtum eſt. Apertè quippe
declarauit, hoc eſſe bono illo melius, vbi ait: Qui dat nuptum bene facit, & qui
Ibidem. non dat nuptum, melius facit: & hoc illo beato beatius, vbi ait: Beatior autem erit, D
ſi ſic permanſerit Sicut ergo bono melius, & beato beatius, ſic honeſto honeſtius
Ibidem. eſt, quod honeſtum voluit appellare. Abſit enim, vt turpe ſit; vnde loquens, Apo-
ſtolus Petrus ait; Viri vxoribus veſtris, tanquam vaſi infirmiori & ſubiecto tribuite
1. Pet. 3. honorem, quaſi cohæredibus gratiæ. Et illas alloquens, ſubditas eſſe viris ſuis,
exemplo Saræ adhortatur. Nam ſic quædam (inquit) ſanctæ mulieres, quæ in Do-
Ibidem. minum ſperabant, ornabant ſe obſequentes viris ſuis, quomodo Sara obediebat
Abrahæ, Dominum eum vocans, cuius factæ eſtis filiæ, benefacientes & non ti-
mentes vllam perturbationem.] Capite autem VI. & VII. hæc eadem multis aliis
& rationibus & exemplis Auguſtinus confirmat, quæ conſultò prætereo ſilentio, ne
vel moleſta vel longa protrahatur diſputatio. Vt oſtenderet tamen Iulianam ſecun-
das nuptias optimè recuſaſſe: non quod illæ quid haberent turpitudinis, vt dicebe- E
tur, ſed quia continentia præſtabat matrimonio ſecundo, & ex primo iam filiis ſuſ-
ceptis illa ornata & ditata intemperantiæ documentum dediſſet, ſi nupſiſſet ſecundo:
hæc addit Cap. IX. quæ comprobant ad quam ſcribebat Iulianam, nec ſimplici
voto, nec ſolenni obſtrictam, ipſumque Auguſtinum de ſolo viduitatis bono ſermo-
nem & diſputationem in eo libro ſuſcepiſſe, & de damnatione erroris eorum qui pu-
tabant cum Tertulliano & reliquis, ſecundas nuptias eſſe adulteria, ſuam ſenten-
Eccleſ. 3. tiam protuliſſe & iudicium. Tu autem (inquit) quæ & filios habes, & in eo ſeculi
fine viris, quo iam tempus ſit non mittendi lapides, ſed colligendi: non ample-
1. Cor. 7. ctendi, ſed continendi ab amplexu, cum clamet Apoſtolus: Hoc autem dico fra-
tres, tempus breue eſt, reliquum eſt, vt & qui habent vxores, tanquam non ha-
bentes

A bentes ſint: profectò ſi ſecundas nuptias appetiſſes, nullum prophetiæ vel legis obſequium, nullum prolis ſaltem carnale deſiderium, ſed ſolius incontinentiæ fuiſſet indicium. Feciſſes enim, quod ait Apoſtolus, cum dixiſſet bonum eſſe illis, ſi ſic permanſerint, ſicut & ego, continuò quippe addidit: Quòd ſi ſe non continent, nubant; malo enim eas nubere quàm vri. Hoc enim dixit, vt effrænatæ libidinis malum non præcipitaretur in turpitudinem flagitiorum, cum exciperetur honeſtate nuptiarum. Gratias autem Domino quoniam peperiſti, quod eſſe noluiſti, & virginitas prolis tuæ compenſauit diſpendium virginitatis tuæ. Nam diligenter interrogata doctrina Chriſtiana, & primas nuptias iam iſto tempore, niſi incontinentia ſit impedimento, contemnendas eſſe reſpondit. Qui enim dixit: Si ſe non continent, nubant; potuit dicere: Si filios non habent, nubant. Sed poſt reſurrectionem prædicationémque Chriſti, quando iam ex omnibus gentibus filiorum ſpiritaliter gignendorum tanta ſuppetit copia, tale officium ceſſet ex carne filios propagare, quale primis temporibus fuit.] Sed denuò ab Auguſtino requiramus, an ſi hæc viduitatis continentia adiecto voto fulciatur, liceat vouenti poſteà nuptiis copulari ſecundis: non enim id facere licitum, ſed velle, damnabile eſſe Cap. VIII. & IX. eiuſdem libri (vt alia omittamus) idem Auguſtinus demonſtrat. In priori enim ſic: ait: [Proinde, quæ ſe non continent nubant, antequam continentiam profiteantur, antequam Deo voueant: quod niſi reddant, iure damnantur. Alio quippe loco de talibus dicit, cum in delicijs egerint, in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, id eſt voluntatem ad nuptias, à propoſito continentiæ deflexerunt. Irritam quippe fecerunt fidem, qua priùs vouerant, quod perſeuerantia implere noluerint.] In poſteriori verò tantum abfuit, vt matrimonia poſt votum contracta, licita eſſe affirmaret, vt dixerit illa adulterijs eſſe peiora. [Sed quoniam, ſicut ait Dominus: Non omnes capiunt verbum hoc; quæ poteſt ergo capere, capiat: quæ ſe non continet, nubat; quæ non cœpit, deliberet; quæ aggreſſa eſt, perſeueret: nulla aduerſario detur occaſio, nulla Chriſto ſubtrahatur oblatio, in coniugali vinculo ſi pudicitia conſeruatur, damnatio non timetur. Sed in viduali & virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur: qua expetita, & electa, & voti debito oblata, iam non ſolùm non capeſſere nuptias, ſed etiam ſi non nubatur, nubere velle, damnabile eſt. Nam vt hoc demonſtraret Apoſtolus, non ait, Cùm in deliciis egerint, in Chriſto nubunt: ſed, Nubere volunt: Habentes, inquit, damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt: etſi non nubendo, ſed tamen volendo: non quia ipſæ nuptiæ vel talium damnandæ iudicantur, ſed damnatur propoſiti fraus, damnatur fracta voti fides, damnatur non ſuſceptio à bono inferiore, ſed ruina ex bono ſuperiore. Poſtremò damnantur tales, non quia coniugalem fidem poſteriùs inierunt, ſed quia continentiæ primam fidem irritam fecerunt. Quod vt breuiter inſinuaret Apoſtolus, noluit eas dicere habere damnationem, quæ poſt amplioris ſanctitatis propoſitum nubunt: non quia non damnentur, ſed ne in eis ipſæ nuptiæ damnari putarentur. Sed cum dixiſſet, nubere volunt: continuò addidit, habentes damnationem. Et dixit quare, quoniam primam fidem irritam fecerunt: vt voluntatem, quæ à propoſito cecidit, apparet eſſe damnatam, ſiue ſubſequantur nuptiæ, ſiue deſint.] His ergo vt iam finem dicendi faciamus, ſubiunxit in principio capitis decimi illa Auguſtinus. [Proinde qui dicunt talium nuptias non eſſe nuptias, ſed potius adulteria, non mihi videntur ſatis acutè.] Et illa quæ ad finem eiuſdem capitis addit. [Fit autem per hanc minus conſideratam opinionem, qua putant lapſarum à ſancto propoſito fœminarum, ſi nupſerint, non eſſe coniugia, non paruum malum, vt à maritis ſeparentur vxores, quaſi adulteræ ſint, non vxores; & cum eas volunt ſeparatas reddere continentiæ, faciunt maritos earum adulteros veros, cùm ſuis vxoribus viuis, adulteras duxerint.] Hæc omnia aduerſus Tertulliani errorem ſecundas nuptias damnantis in libro de monogamia. Si quis enim librum hunc Auguſtini de bono viduitatis, cum illo Tertulliani de monogamia contulerit, hunc quaſi apologeticum illius eſſe comperiet: ſed ea tandem quæ, ſummatim complectens quæ dixerat, addit Cap. XI. adeo explicatè patefaciunt ſuperiora: vt qui ſe æquiores paulò iudices huic cauſæ præſtiterint, nec in dubium poſthac Auguſtini ſententiam permittant reuocari.

B C D E

Ibidem.

1. Tim. 5.

Matth. 19.

1. Tim. 5.

Quapropter (aic) non poſſum quidem dicere à propoſito meliore lapſas, ſi nupſerint, fœminas, adulteria eſſe, non coniugia: ſed planè non dubitauerim dicere, lapſus & ruinas à caſtitate ſanctiore, quæ vouetur Deo, adulterijs eſſe peiores. Si

enim, quod nullo modo dubitandum est, ad offensionem Christi pertinet, cùm membrum eius fidem non seruat marito, quantò grauius offenditur, cùm illi ipsi non seruatur fides, in eo quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum? Cùm enim quisque non reddidit, quod non imperio compulsus, sed consilio commonitus vouit; tantò magis fraudati voti auget iniquitatem, quantò minùs habuit vouendi necessitatem. Hæc ideò disputo, ne arbitreris, vel secundas nuptias crimen esse, vel quascunque nuptias, cùm sint nuptiæ, malum esse. Non itaque illas abs te damnatas velis esse, sed spretas. Bonum ergo continentiæ vidualis luculentius decet, cùm pro illo vouendo & profitendo possint contemnere fœminæ, quod libet & licet. Sed post voti professionem perseueranter frænandum & vincendum est, quod libet, quia iam non licet.] Posteáque differit latiùs an tertiæ vel quartæ liceant Christiano. Quos nec etiam audet damnare, cùm damnauerit semper, non in eo libro tantùm, sed in aliis sæpissime, quæ contrahuntur post votum, ea adulterina coniugia nuncupando: in libro enim ad Pollentium de adulterinis coniugiis, adeo strictè hoc esse obseruandum scripsit, vt si post votum offerret se vxor infidelis, polliceretúrque se futuram Christianam, si vir fidelis eam vxorem duceret, non licere post votum his verbis edoceat [u]. [Non solùm autem mœchandum non est, quod facit non quidam, sed omnis qui dimittit vxorem suam, & ducit alteram, etsi propterea duxerit, vt faciat Christianam; sed etiam quisquis non alligatus vxori, continentiam Deo vouerit, nullo modo debet ista compensatione peccare, vt ideò credat vxorem sibi esse ducendam, quia promisit quæ nuptias eius appetit, futuram se esse Christianam. Quod enim cuiquam antequam voluisset, licebat, cùm id se nunquam facturum vouerit, non licebit: si tamen id vouerit quod vouendum fuit, sicut est perpetua virginitas, vel continentia.] Et in libro II. ad finem [x], post alia. [Qui verò (inquit) eligunt continere, aliquid vtique melius eligunt, quàm est nuptiarum bonum, hoc est generatio filiorum. Vnde si eligitur continentia, vt bono nuptiarum melius aliquid capessatur, quantò potiùs custodienda est, vt adulterium caueatur. Cùm enim dixisset Apostolus: Quòd si se non continet, nubat; melius est enim, inquit, nubere quàm vri, non dixit, melius est mœchari, quàm vri.] Idem alibi [y] [Nubendi licentia quibusdam tribuitur, illis videlicet qui virginalem vel vidualem castimoniam nequaquam professi sunt: quibusdam autem non tribuitur, illis videlicet qui virgines vel continentes esse decreuerunt. Nec sibi solùm & catholicis sacratæ virginitatis violationem displicuisse sed ethnicis etiam hominibus, nobis id tanquam grauissimum crimen obicientibus, si fortè aliquando esset commissum, ipse Augustinus [z] testatur ad Marcellinum. Quod facturi non essent, si id graue apud nos haberi & execrandum non vidissent. Non ergo nuptias post votum emissum admittit Augustinus, vt Brentius contendit & quod magis miremur, Hosius Cardinalis [a]. Persuasus enim hanc fuisse Augustini sententiam, opponit aduersus illam Cyprianum, Ambrosium, Basilium, Theophylactum, ea adulteria vocitantes, cum tamen sit certum, non similia tantùm Augustinum cum Cypriano & reliquis sanctis Patribus, sed eadem prorsus & eodem Catholicæ Ecclesiæ sensu, & Spiritus sancti afflatu Christianè docuisse & sapienter: viduas scilicet, nullo votò emisso, iustè matrimonium posse contrahere. Viduas enim olim in Ecclesia alias continentes solùm, nullo voto deuinctas, quæ seculares dicebantur (qualis Iuliana) quæ nubere poterant, alias verò adstrictas voto, quæ sanctimoniales vocabantur, quibus nubere non licebat, ex Concilio I V. [b] Toletano didici. [Duo (inquit) sunt genera viduarum, seculares & sanctimoniales: seculares viduæ sunt, quæ adhuc disponentes nubere, laicalem habitum non deposuerunt: sanctimoniales sunt, quæ iam mutato habitu seculari, sub religioso cultu in conspectu sacerdotis & Ecclesiæ apparuerunt. Hæ si ad nuptias transierint iuxta Apostolum, non sine damnatione erunt; quia se primùm Deo vouentes, posteà castitatis propositum abiecerunt.] Cum ergo hæc sancta & pia Augustini doctrina cum diuo Paulo, cum Pontificibus, cum Conciliorum decretis mirè consentiat, quid opus est illam de simplici voto interpretari? Ex quibus deducitur vera & germana sententia Augustini, continentiæ votum vt factu licitum, sic ruptu illicitum & redditu esse necessarium, contextúmque à Gratiano relatum in cap. quidam nubentes XXVII. dist. ex libro Augustini de bono viduitatis, falsò tribui Augustino: cùm verbum illud: Post votum: in toto Augustini libro non exstet, nec ad rem & causam Augustini & Iulianæ spectabat, quæ de solo bono erat simplicis

[u] *Aug. l. 1. de adult. coniug. c. 14.*

Idem l. 2. c. 12.

1. Cor. 7.

[y] *Aug. lib. de conflictu vitior. & virtut. c. 24.*

[z] *Aug. lib. 1. de ciuitate Dei c. 16.*

[a] *Hosius tam in Catholica professione c. 56 quàm lib. 4. de traditionib.*

[b] *Concil. Tolet. IV. can. 55.*

A simplicis propositi continentiæ. Quod notandum est etiam ad ea quæ interpretes nostri, Augustini verbis grauiter pressi, sensu diuerso docere solent in cap. nuptiarum bonum XXVII. quæst. I.

COMMENTARII NOVI.

SI apud Gentiles virgines Vestales, quæ falsis Diis virginitatem vouebant libidini inseruientes virgis cædebantur, ac viuæ defoliebantur in terram Iuenal. *Satyr.* 4.

Nemo malus fœlix, minimè corruptor & idem.

B *Incestus, cum quo nuper vittata iacebat.*

Sanguine adhuc viuo terram subitura Sacerdos.

Alexand. ad Alex. *lib.5. dier. gen. cap.12.* Lipsius *de Vesta, & Vestal.* illustrat Guther. *de iure Pontif. lib.2. c.3.* merito Virgines Deo vero dicatæ quæ se corrumpi, aut violari patiuntur, variis pœnis ab Ecclesiæ Patribus plectuntur inter bigamos reputantur *c. quot-quot 27. quæst.1.* cuius difficultatem agnouerunt Couar. *in clement. si furiosus 1. p. §.2.* Basil. *lib.7. de matrim. cap.14.& 28.* Sanchez *eod. tract. lib.7. disput.81.* B. Ilarm. *tom.1. controu. lib 2. de monach. c. 33.* vt adulteræ puniuntur D. Basil. *ad Amphil. cap.60.* communione vsque ad exitum priuantur Concil. Tribur. *c.23.* C vel donec emendentur Synodus Aurelian. 5. can.19. *si culpam sequestratione sanauerint, ad communionis gratiam reuocentur* Arelat. 2. *canon.* 52. & in Concil. Tolet.1. *Can.* 16. Carthag.4. *can. vlt.* Eas etiam in ergastula retrudendas esse, vt ibi purificatorio pœnitudinis igne decoquantur, statuitur in Concil. Tribur. *Can.23. & 26. & lib.* 2. Capitul. Caroli *c.* 2. cum referantur acta Synodi habitæ à Bonifac. Mogunt. Episcopo statuitur, vt ancillæ Dei in crimen fornicationis lapsæ in carcerem pœnitentiam faciant in pane, & aqua per annum, & omnes capilli earum radantur, Concil. Melden. 67. *Ipsæ verò locis congruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitum Religionis redire cogantur*, & in can.70. Synodi Metensis sub Arnulpho Rege, Vormacienſi *can.26.* statuitur vt *fœmina, quæ sacro velamine sunt consecratæ, si fuerint, quod nolumus, lapsæ, velamen deponere non præsumant, sed pœnitentiæ iugo summisse summo opere decertare festinent, vt ad indulgentiæ, & remissionis gratiam valeant peruenire*; plures alios Ecclesiæ canones, in quibus virginibus lapsis variæ imponuntur pœnæ congerunt Tamburinus *de iure Abbatiss. disp.11. quæst.4.* Gibalinus *de clausura disquisit.2. cap.1. §.13. consect.1.* B. Ilarm. *lib.2. de monach. cap.33.* Basil. *lib.7. de matrim. cap.14.& 28.* Pamel. *ad D. Cyprian. epist.62.* Petr. Gregor. *lib.3. partit. tit.21 cap.7.* Crespecius *in sum. verb. monialis* Michaël Rausel. *lib.1. hist. iuris Pontif. lib.1. cap. 5. num.2.* Nec in præsenti canone, & aliis supra relatis exprimitur an de virginibus tantum lapsis, an verò de nubentibus agatur; quia sicut libera copula illis violata fide prohibita est, ita & coniugalis; Concil. Valent. Galliæ can.2. *De puellis, quæ se Deo vouerant, si ad terrenas nuptias spontè transierint id constituendum esse decreuimus, vt pœnitentia his non statim detur Arelat. 2. can. 33. De puellis, quæ se Deo, & præclaro nominis decore floruerunt, si post viginti quinque annos ætatis ad terrenas nuptias sponte transierint, id custodiendum esse decreuimus, vt cum eis, cum quibus se obligauerint, Communione priuentur, ita vt eis postulantibus pœnitentia non negetur, cuius pœnitentiæ communio multo tempore differatur* Tolet.1.*can.16. Deuotam peccantem non recipiendam in Ecclesia, nisi peccare desierit, & desinens egerit aptam pœnitentiam decem annis accipiat communionem, quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad communionem, nisi adhuc viuente ipso viro castè viuere cœperit, aut postquam ipse decesserit:* Tolet.2. *can.6.* Gelas. *epist. 9. ad epist. Lucaniæ:* Leo prim. *epist.92. ad Rusticum* quorum, & aliorum verba referunt Basil. *in quæst. quotlib. quæst.3. Scholast.* Spencæus *integro tract. de vot. continent.* Nicol. Lemaistre *de Monach. tract. de cœlibat. lib.4. cap.2.* Et licet verba præsentis Canonis de virgine tantum lapsa accipi possint, tamen de virgine nuptias celebrante ea accipere nos cogunt *Concil. Colonienſe* celebratum anno Domino 807. *can.* 6. Mogunt. sub Stephan. & Arnulph. anno Christi 888.*can.26.* vbi cum PP. agant de monialium coniugiis, istius Canonis verba inserunt, quasi confirmantes Illiberitani Concilij prohibitionem, ne virgines contra propositum virginitatis ad terrenas nuptias transire possint: ex hoc autem, & supra relatis Canonibus rectè probant, & neruosè defendunt Basil. *d. quæst.3. Schol. & lib.7. de matrim. c.* 12. P. Sherlog. *tom.3. in cantic. vest.28. sect.vnic.* Matrimonium ab huiusmodi virginibus Deo dicatis monialibus vel etiam monachis contractum fuisse validum, licet illicitum, & prohibitum, donec huiusmodi coniugia Ecclesia irritauit in Synodo generali Romæ celebrata anno 1130. cuius verba refert Gratian. *in cap. 7. §. vt lex 27. quæst.* 2. & licet ante ea tempora aliquando legamus huiusmodi coniuges separari, rectè accipit ea iuris testimonia Basilius de separatione quoad torum, non verò quoad vinculum cum illis temporibus votum solemne Religionis adhuc non irritaret coniugium. Quomodo accipiunt B. Basil. ad Amphiloch. can. 62. in illis verb. *Canonicorum fornicatio pro matrimonio non reputetur, sed eorum coniunctio omnino diuellatur*, Concil. Aurelian. *can.* 19. Concil. Tolet. can.26. *Nam sicut supradictum est, si vxorem duxerit, excommunicetur, & de vxoris malè sociata consortio etiam iudicis auxilio separetur*, Matisc. 2. *can.12. de puellis verò, quæ se Deo vouerint, & præclara decore ætatis ad terrenas nuptias transierint, id constituendum esse decreuimus, vt siqua puella voluntario, aut parentibus suis rogantibus Religionem professa, aut benedictionem fuerit consecuta, & postea ad coniugium, & illecebras sæculi, quod potius stuprum est,*

eſt, quam coniugium indicandum tranſgredi præſumpſerit vſque ad exitum, qui ſe huiuſmodi conſortio miſcuerit, communione priuetur. Quod ſi ſe pœnitentia ducti ſequeſtrauerint, quandiu Epiſcopi loci illius viſum fuerit à communionis gratia ſuſpendantur, Greg. Magn. *lib. 1. epiſt. 40. ad Anthem.* Concil. Toletan. 4. *can. 52.* Tribur. can. 23. Vbi cum de coniugio ſtatum virginum agatur, ita ſtatuitur: *Vnde verbo Domini, & Canonica auctoritate in hac ſancta Synodo præcipimus, vt omnino ſeparentur, & iuramento contingentur, vlterius ſub vno non cohabitare tecto, nec familiari frui colloquio excepto in Eccleſia, & in publico, aut pariter vllam habere communionem: vnde ſuſpicio illecebroſi deſiderij, aut ſcandalum libidinoſi facti iuſtè poſſit oriri. Si quæ etiam inter ſe diuidenda ſint, diuidant, & vterque ſua prouideat.* Qua ſententia retenta, videlicet coniugia à religioſis viris, ſacratiſque virginibus prioribus Eccleſiæ ſæculis vſque ad 12. valida fuiſſe licet prohibita, facile defendi poteſt. D. Auguſtin. *de bon. coniug. cap.* 10. relatus à Gratiano *in cap. quidam* 17. *quæſt.* 1. *& lib.* 2. *cap.* 11. cuius verba refert Mendoza in præſenti, in eis enim S. D. apertè reprehendit eos, qui exiſtimabant huiuſmodi nuptias nullas atque dirimendas eſſe, & aſſerit huiuſmodi coniugia nequaquam eſſe adulteria cenſenda, ſed legitima licet illicita cum adhuc ab Eccleſia non eſſent ſub irritatione prohibita. Vnde neceſſe non eſt cum Mendoza in præſenti accipere B. Auguſtin. de ſecundis nuptiis, quas nonnulli ſuis temporibus parum conſideratè damnauerant: agit enim ſanctus de nuptiis poſt votum caſtitatis emiſſum celebratis, vt omnes DD. fatentur, ideoque adducit locum Pauli prima ad Timoth. *c.* 5. vbi de viduis poſt votum emiſſum ad nuptias tranſeuntibus agit Apoſtolus; nec rectè pro ſua ſententia expendit Mendoza D. Auguſtinum ad Iulianam viduam ſcribere, quæ nullo tenebatur voto: igitur agit de ſecundis nuptiis, ſed licet hoc ita eſſe admittamus, quid inde? an quia viduitatis propoſitum commendare cœpit, non potuit ad alia coniuncta gradum facere? Deinde quod *lib. de adulter. cap.* 24. *& lib.* 2. *cap.* 12. eiuſmodi matrimonia poſt votum vocat adulteria, & etiam propter conuerſionem alicuius infidelis, ſi ſub conditione celebrandi matrimonij conuerteretur, non eſſe celebranda. Rectè quidem nec ab his, quæ diximus diſſentit. Adulteria vocat, imò & adulteriis peiora, vt vidimus, non quia vera adulteria ſint, aut nuptiæ inualidæ, ſed quia ſacrilegio implicantur ratione emiſſi voti; latius proſequitur Baſil. Legion. *vbi ſupra.* Mendozæ interpretationem ad epiſt. 61. D. Cypriani amplectuntur Turrianus, & Cardinalis Hoſius, quos refert, & ſequitur Pamelius *in not. ad ipſam epiſt.* 62. ita vt S. Cyprian. accipiatur in verbis relatis de virginibus nullo voto caſtitatis obſtrictis, vt ſenſus ſit eorum verborum, quod ſi ſe ex fide virgines Chriſto dicauerint pudicè, & caſtè ſine vlla fabula perſeuerent, ſin verò perſeuerare nolunt, aut non poſſunt, non ſe Chriſto dicent, ſed potiùs nubant. Vnde cognoſcitur quam perperam Eraſmus *in annotatiunc. marg. in d. epiſt.* qua audacij impudentia omnia ſuis ſedibus corrumpere, & dimouere tentauit, notauit Diuum Cyprianum virginibus ſacris permittere nuptias contrahere. GONZALEZ.

PLACVIT, NEC IN FINE DANDAM EIS eſſe communionem.

CAPVT VIGESIMVMNONVM.

De lapſis virginibus ſacris Epiſcoporum eſſe iudicium.

SI mulier quæcunque corporis proſtituendi non habet poteſtatem, quæ Chriſto illud in conſecratione tradidit, & illi, non ſibi viuere ſe deuinxit, multo certè minus illam habere debet aut poteſt. Conſtat hinc capitale crimen eſſe, & inter capitalia præcipuum, fidem Deo fallere: ideóque non ſolum communionem in vita, ſed & in vitæ exitu ſacris virginibus, vt ſponſo Ieſu Chriſto adulterantibus, ab Hiſpanis Patribus denegari. Ecce quàm antiqua ſit in Hiſpania ſacræ virginitatis cuſtodia, & quam acri pœna illius violatio coërcita & punita. Conſtat etiam de virginibus ſacris iudicium ad Pontifices ſpectare; quod & olim etiam Pontifici maximo in virgines Veſtales lapſas competebat, auctoribus Liuio [c] & Plinio [d].

[c] *Liuius 1. decad. lib. 4.*
[d] *Plin. in epiſt. ad Cornel. Mutianum lib. 4. epiſt. 11.*

QVOD

A QVOD SI SIBIMET PERSVASERINT, quòd infirmitate corporis læſæ fuerint, & toto tempore vitæ ſuæ huiuſmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abſtinuerint ſe à coitu, eo quòd lapſæ potius videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

CAPVT VIGESIMVMNONVM.

Quàm Deo accepta virginitatis oblatio.

B HOnorificentiſſimum eſt virginem eſſe, honorificum virginem vocari; ideò Concilium quas priùs ſtantes virgines dixerat, iam lapſas fœminas nuncupat, remiſſo antiquo nominis decore. Nec fœminas tantùm dicit, quia iam virgines eſſe deſierunt, ſed huiuſmodi fœminas, maiori nota & contemptu, ſolent viri graues ad deſignandas perſonas quas remiſſo honore vel detracto nuncupare volunt, has voces vſurpare. Huiuſmodi homines, neſcio, vel neſcias qui homines, & aliæ generales his ſimiles nuncupationes.

Si ergo virgines quæ proſtrato pudore ſemel ſibi & Chriſto mortuæ fuerint, illius gratia reuiuiſcere cœperint, & non ſolum à turpitudine ante actæ vitæ deſtiterint, ſed pœnitentiæ lamentis antiquas ſordes purgauerint, eo quòd lapſu potiùs, quam
C conſilio ante peccaſſe cenſendæ ſunt, placuit, vt in fine communionem acciperent, remiſſa acriori pœnitentia.

Ex prima & ſecunda huius decreti ſanctione illud ab hæreticis vellem obſeruari, quam accepta ſit Deo & ſponſæ ſuæ Eccleſiæ virginitatis promiſſio vel oblatio, quamque deteſtanda illius violatio, contra antiquum Iouiniani monachi & Heluidij errorem, dicentium, apud Deum non eſſe maioris meriti virginitatem, quam coniugium, ſed pares voluerunt virginitati nuptias. Contra quos ſatis eruditè & copiosè Hieronymus, Auguſtinus, Chryſoſtomus, & ante hos Ambroſius [h] ad Siricium PP. in Concilio ſacerdotum Romæ habito, quod ſummatim complexus eſt in epiſtola ad Mediolanenſem Eccleſiam, & altera ad Epiſcopos Africæ: & ipſi Epiſcopi Africani comprobarunt & confirmarunt poſteà in Concilio Telenſi.

[h] *Ambr. epiſt. 81. ad Siricium PP. Siricius PP. in epiſt. ad Mediolan. Eccleſ. exſtat inter Ambroſ. n. 80.*

Sed vt omiſſo auctoritatis pondere, rationum momentis rem ipſam aduerſus
D hos & alios procaciores hæreticos expendamus. Quid inter coniugij & virginitatis bonum interſit, inde apparebit, quòd coniuges primum tranquilliori loco ſint, vt Chryſoſtomi [k] verbis vtar. [Nam ſi quando in illis excitatur (ait) ardor libidinis, concubitu facile ſedatur: virgo autem non habet vnde ignem reſtinguat: flammam quidem excitatam & in altum ſublatam videt, ſed eam extinguere non poteſt, tantùm verò relinquitur, vt igni reſiſtens non vratur. Quid igitur mirabilius, quàm vniuerſum geſtare in animo rogum ardentem, neque comburi? quam flammam in intimis animæ partibus verſari, & integram permanere rationem? Nemo enim illi dat hanc veniam, vt libidini parens eiuſmodi carbones effuſos extinguat. Verum quod ſcriptor Prouerbiorum fieri non poſſe dicit in corpore, id ipſum animo virgo cogitur ſuſtinere. Quid igitur (inquit) ille? Nunquid poteſt homo ambulare ſuper prunas, vt non comburantur plantæ eius? ecce
E ambulat ipſa & perfert cruciatum. Nunquid poteſt quiſquam abſcondere ignem in ſinu, vt veſtimenta eius non ardeant? Ad hæc ipſa non veſtibus, ſed intus ignem continens furentem & crepitantem flammam perfert & ſuſtinet. Etiam ne quæſo nuptias quiſquam cum virginitate conferre, vel omnino in eius conſpectu ponere audeat? At non id permittit Diuus Paulus, qui magnum inter vtrumque proponit interuallum. Hæc enim (inquit) cogitat quæ Domini ſunt: illa autem cogitat quæ ſunt mundi. Nec eo ſolùm bono & honore extolli poteſt virginitas, ſed & aliis multis multo ſanè maioribus. Cum enim illa Chriſtiana fide & caritate fulcitur, tanto & matrimonio & humanis rebus præferenda eſt, quanto humano generi antecedunt beatæ mentes: illarum enim præſtantiam non æmulari tantum, ſed imitari videntur: qui cum natura illis ſint inferiores, pugnantes tamen cum his quæ ipſius naturæ neceſſitas poſtulat, & vincentes adhuc ardore voluptatis cœleſtis,

[k] *Chryſoſt. lib. de virgin.*

Prouerb. 6.

naturalis

naturalis ardorem voluptatis, illas quoad fieri potest, assequuntur potius, quàm imitantur. Si enim neque nubunt Angeli, neque vxores ducunt, in pari causa sunt virgines: in eo autem dispari, quòd cum grauibus corporis vinculis deprimantur, augustissima tamen pennarum leuitate ad excelsum illum & cœlestem sanctorum spirituum locum, viuentes adhuc in carne, si non carne, victa tamen carne ab spiritu, spiritu incipiunt conscendere, & spiritu simul & carne feliciter postea assequuntur: ac tandem iisdem quibus illi muneribus, &, quod caput est bonorum omnium, sponsi consuetudine felicissimè perfruuntur. Felices ergo sapientes illos & beatos, qui humana specie & figura diuinam ac planè cœlestem vim consequuti sunt: insanos & miserabiles Iouinianum, Heluidium & reliquos recentiores hæreticos, qui cùm dignitate ad beatas mentes Christi gratia proximè possint accedere, non solùm in impuram belluarum intemperantiam deprauata abiiciunt se voluntate, sed obscurato naturali rationis lumine, iustè dignéque facere posse profanissima iactitant impudentia, dignissimi sanè vt grauiores in morte sufferant cruciatus, quàm luxuriantes in vita experti sunt voluptates. Nec mortuos solùm pœna dignos æquiores paulò censebunt iudices, sed & viuos adhuc, & in ipsa vita morientes. Nam si indictentes bellum homini innocenti grauissima à Deo seueritate puniti sunt; qui Angelis & Deo ipsi sanctissimo virginitatis auctori, expugnato castitatis præsidio, multo illud grauius conantur infligere, & viui, & mortui, propter summam improbitatem æternas merentur, momentaneæ voluptatis pœnas persoluere.

Constat hinc etiam, grauem fuisse antiquum Ioannis VVicleph errorem dicentis, neminem saluari posse in religione priuata, vocat religionem priuatam, quæ præceptis Ecclesiæ addit perfectionis consilia. Quintimo dixit, omnem qui in priuata religione existit, esse ineptum & inhabilem ad obseruantiam mandatorum Dei. Quam vesaniam iam ferè sepultam ab obliuione, vel ab inferis potiùs, suscitauit Martinus Lutherus, dicens non esse licitum, hominem obligari ad aliquid agendum vltra id quod Dominus nobis præcepit, sed liberè viuendum esse cuilibet, & non sub lege humana: qua ratione liberam tribuit sacris virginibus & monachis potestatem exeundi à monasteriis, & vxores ducendi, si vellent: imò in multis Germaniæ oppidis coacti sunt monachi religionis studia, & monasterij regulas deserere, vt abiecta cuculla, sanctum (si bonis placet) & inuiolabile matrimonij sacramentum, ni mauis scortationem inirent. Ioannis VVicleph errores damnauit Concilium Constantiense [l], Lutheri Tridentinum [m].

[l] *Conc Const. sess. 8.*
[m] *Trid. sess. 24. de Sacram. matr. can. 9 Conc. Carthag. IV. can. 109.*

COMMENTARII NOVI.

MAgni fuerunt circa virginitatis votum, & professionem Hæreticorum errores. Vigilantius commentitiam dixit hæresim pudicitiam libidinis, & virginitatem D. Hieron. *aduers. Vigil. c. 1.* Iouinianus Monachus docuit virginitatem non esse apud Deum maioris meriti, quam coniugium, D. August. *hæres. 82.* idem sensit Eunomius, D. Hieronym. *in c. 4. Oseæ*, Heluidius eiusdem voluit esse gloriæ virgines, & maritatas. Hieronym. *aduers. Heluidium c. 10.* Faustus Manichæus reprehendit Catholicos, quod ad virginitatis professionem certatim incitarent. D. August. *contra Faustum lib. 30. c. 4.* Alia deliria his similia docuerunt Lollardus, Lutherus, Conradus, Pellicanus, Mart. Bucerus, quorum errores referunt, & Patrum authoritatibus refellunt *aduersus Hæreses verb. Virginitas:* Iodocus Coccius *lib. 4. thesauri tom. 1. ar. 4.* & pro virginitatis flore, & sacratis virginibus plura adduxerunt Theologi expositiui in *cap. 19. Matth. in epist. 1. ad Corinth. c. 7.* Sherlogus *tom. 3. in Cant. vest. 33. sect. 11.* Viuar. *de veteri monach. lib. 4 c. 5.* GONZALEZ.

ET TOTO TEMPORE VITÆ SVÆ huiusmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abstinuerint se à coitu.

CAPVT TRIGESIMVM.

Quanto Ethnicis Christianæ virgines præstent, illarum breue, harum perpetuum vinculum esse: dissolubile tamen Pontificis Maximi imperio: explicata in eam rem Innocentij III. epistola ad Abbatem Sublacensem.

GLoriari iam desinant Romani veteres de antiqua religionis suæ, vel superstitionis sanctitate; ne nobis integritatem iactent Vestalium virginum; ne vanè ostendent

A oſtentent illarum pudicitiam & mores; ne ſtatis ſolemnibuſque ceremoniis earum falsò putent frugum fertilitatem & copiam, ciuium ſalutem, Reipublicæ incolumitatem, & imperij amplitudinem niti; ne inextinguibilis cuſtodia ignis ſibi velint & nobis perſuadere, deorum amicitiam conciliari, & conciliatam retineri: maiora enim iam habent Hiſpani, habent præſtantiora, habent celſiora, habent non mendacem, & ſimulatam, ſed veriſſimam veræ ſanctitatis, veræ religionis, veræ pudicitiæ & honeſtatis, non dæmonibus vt illæ, ſed vero, optimo & præpotenti Deo deuotæ atque ſacratæ cuſtodiam: habent & alia quibus omnem ſuis laudem præripuiſſe fatebuntur omnes, qui ſano ſinceróque iudicio valent. Illæ enim ignotæ deæ Veſtæ; noſtræ Optimo Deo & Maximo dedicantur. Illæ parentum vel pontificis maximi imperio coactæ; noſtræ ſpontanea & libera voluntate habitum ſuſcipiunt religioſum. Illæ in theatro & circo, ludis & ſpectaculis omnibus etiam cruentis intererant: noſtræ cancellos vnius ſacratæ
B domus egredi neſciunt. Illæ in conſeruando ligneo quodam vel æneo Palladis ſimulacro, & ignis terreſtris lumine vaniſſimè; noſtræ in ſacris, diuturnis atque nocturnis precibus Deo decantandis deuotè ſanctiſſimeque occupantur. Illæ corpore tantum: hæ corpore & mente ſe ad verecundiam formant, pudorem colunt, caſtóque ſermone & caſtiori corpore ſancta & inuiolata virginitate fruuntur potius quàm gloriantur. Illæ temporalem & certis annorum finibus circumſcriptam; iſtæ perpetuam continentiam obſeruant, gratiſſimam victimam Deo ſuo ſponſo offerentes, & eo gratiorem, quòd ſanctiſſimæ ſuæ matris exemplum inſtitutúmque imitentur: quam primam omnium, perpetuam vouiſſe Deo pudoris integritatem, docent B Ambroſius [n], Hieronymus [o], Bernardus [p], Rupertus [q] & alij. Quinimo Epiphanius [r] veterem fuiſſe Eccleſiæ conſuetudinem refert, virgines quæ Deo pudicitiæ vouerent integritatem, ſe illam ſuſcipere in honorem & imitationem beatæ Mariæ virginis proteſtari. Veſtales
C enim poſtquam trigeſimum ætatis annum in templo Veſtæ peregerant, egredi poterant & & matrimonio copulari, vt Halicarnaſſeus [s] tradit, primóque decennio, velut in religione nouitias, rationem ſacrorum oportuiſſe addiſcere; ſequenti decennio exercere vt miniſtras: poſtremò autem, iuniores docere vt magiſtras: poſt exactum verò annum trigeſimum, non vetitum depoſitis coronis, reliquiſque inſignibus ſacerdotij, nubere cui vellent. Id ipſum refert, noſtras antiquis virginibus præferendo, Diuus Ambroſius [t]. [Quis mihi prætendit (ait) Veſtæ virgines, & Palladis ſacerdotes? Qualis eſt iſta non morum pudicitia, ſed annorum, quæ non perpetuitate, ſed ætate præſcribitur? Petulantior eſt talis integritas, cuius corruptela ſeniori ſeruatur ætati. Ipſi docent virgines ſuas non debere perſeuerare nec poſſe, qui virginitati finem dederunt. Qualis autem eſt illa religio, vbi pudicæ adoleſcentes, iubentur eſſe impudicæ anus? Sed nec illa pudica eſt, quæ lege tenetur, & illa
D impudica quæ lege dimittitur. O myſteria, ò mores, vbi neceſſitas imponitur caſtitati, auctoritas libidini datur] [u] Prudentius contra Symmachum, eundem refert morem & irridet.

[n] *Ambroſius lib. de inſtitut. virgin. c. 5*
[o] *Hieron. epiſt. 2. ad Euſtoch.*
[p] *Bernard homil. 2. & 3 in Miſſus eſt.*
[q] *Rupert. lib. 3 in cantica circa finem.*
[r] *Epiphanius hæreſi 78.*
[s] *Halicarnaſſeus lib. 2. rom. antiq.*
[t] *D. Ambr. lib. 1. de virginibus.*
[u] *Prudentius l. 2. contra Symm. ad finem.*

Quæ nunc Veſtalis ſit virginitatis honeſtas,
Diſcutiam; quæ lege regat decus omne pudoris.
Ac primùm paruæ teneris capiuntur in annis
Ante voluntatis propriæ quàm libera ſecta
Laude pudicitiæ feruens, & amore Deorum,
Iuſta maritandi contemnet vincula ſexus, Alias Contemnat
Captiuus pudor ingratis addicitur aris.
Nec contempta perit miſeris, ſed adempta voluptas.
Corporis intacti mens non intacta tenetur,
E *Nec requies datur vlla toris: quibus innuba cæcum*
Vulnus, & amiſſas ſuſpirat fœmina tædas.
Tum quia non totum ſpes ſalua interficit ignem:
Nam reſides quandoque faces adolere licebit,
Feſtáque decrepitis obtendere flammea canis,
Tempore præſcripto membra intemerata requirens
Tandem virgineam faſtidit Veſta ſenectam.
Tum thalamis habilis tumuit vigor, irrita nullus
Fecundauit amor maternus viſcera partu.
Nubit anus veterana ſacro perfuncta labore,

A Deo ſunt iudicandi, non ab humanis aut prauæ vitæ hominibus lacerandi.] Et paulò poſt. [Electionem quoque, ſiue electionem (vtrumque legitur) vt ſuprà memoratum eſt, Summorum Sacerdotum ſibi Dominus reſeruauit: licèt electionem eorum bonis ſacerdotibus & ſpiritualibus populis conceſiſſet.] Cornelius Papa [d] in epiſtola ad Rufum Epiſcopum Orientalem.] Sacramentum (inquit) hactenus à Summis ſacerdotibus, vel Dei miniſtris exigi, niſi pro fide recta minimè cognouimus, nec ſponte eos iuraſſe reperimus.] Euſebius Papa [e] ad Epiſcopos Thuſciæ & Campaniæ. [Manus quoque (inquit) impoſitionis Sacramentum magna veneratione tenendum eſt: quod aliter perfici non poteſt, niſi à Summis Sacerdotibus, nec tempore Apoſtolorum ab aliis quàm ab ipſis Apoſtolis legitur, aut ſcitur peractum eſſe: nec ab aliis, quàm qui eorum tenent locum, vnquam perfici poteſt, aut fieri debet.] Miltiades etiam in epiſtola ad Hiſpaniarum Epiſcopos. [De his verò ſuper quibus rogitaſtis vos informari, id eſt vtrum maius ſit Sacramentum, manus impoſitionis Epiſcoporum, aut Baptiſmi: ſcitote vtrumque magnum eſſe Sacramentum, & ſicut vnum maioribus ideſt, Summis Pontificibus eſt accommodatum, quod niſi à maioribus perfici non poteſt, ita & maiori veneratione venerandum. Tertullianus diſſerens de baptiſmo [f]. [Super eſt (ait) adconcludendam materiolam, de obſeruatione quoque dandi & accipiendi baptiſmum commonefacere. Dandi quidem habet ius Summus Sacerdos, qui eſt Epiſcopus, dehinc presbyteri & diaconi.] Zoſimus [g] prætereà Pontifex in epiſtola I. ad Heſychium Salonitanum Epiſcopum, cùm ageret de tempore quod ſingulis clericorum gradibus erat præfinitum, ſic ait, poſtquam de lectoribus, de exorciſtis, de acolytis, de ſubdiaconis, de diaconis egerat [Exinde ſuffragantibus ſtipendiis per tot gradus, datis propriæ fidei documentis, presbyterij ſacerdotium poterit promereri. De quo loco (ſi eò illum exactior ad bonos mores vita perduxerit) Summum Pontificatum ſperare debebit id eſt, Epiſcopatum.] Innocentius Papa I. [h] ad Aurelium de ordinatione Epiſcoporum.] Quàm enim miſerum eſt (ait) eum magiſtrum fieri, qui numquam diſcipulus fuit, eúmque Summum fieri ſacerdotem, qui numquam in illo gradu obſequutus fuerit ſacerdoti. Beatus Leo [i] Papa I. ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem, de Epiſcoporum electoribus, ſic inquit [Cùm ergo de Summi ſacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem cleri plebiſque conſenſus concorditer poſtulaverit: ita vt ſi fortè in aliam perſonam partium ſe vota diuiſerint, metropolitani iudicio is alteri præferatur, qui maioribus & ſtudiis iuuatur & meritis: tantùm vt nullus inuitis & non petentibus ordineturne plebs inuita Epiſcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit & fiat minus religioſa quàm conuenit, cui non licuerit habere, quem voluit.] Idem etiam confirmat Concilium Taurinatenſe [k]. [Nam cum primò (inquit) omnium vir ſanctus Proculus Maſſilienſis ciuitatis Epiſcopus, ſe tanquam metropolitanum Eccleſiis quæ in ſecunda prouincia Narbonenſi poſitæ videbantur, diceret præeſſe debere, atque per ſe ordinationes in memorata prouincia Summorum fieri ſacerdotum.] Idem conſtat ex Concilio Agathenſi II. [l] [Si Epiſcopus (ait) Metropolitanus ad comprouinciales Epiſcopos epiſtolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem Summi Pontificis, aut ad Synodum inuitet, poſtpoſitis omnibus, excepta graui infirmitate corporis, ac præceptione regia, ad conſtitutã diem adeſſe non differant; quòd ſi defuerint, ſicut priſca canonum auctoritas præcepit, vſque ad proximam Synodum à caritate fratrum & Eccleſiæ priuentur communione. Ordinationem Summi Pontificis, Epiſcopi ordinationem intelligunt Patres, non Pontificis Romani, vt nonnullis placuiſſe ſcio, Gallos enim Epiſcopos in ciuitate Agatha Galliæ Narbonenſis ad eligendum Romanum Pontificem conueniſſe quis dicat? Quod clariùs apparet ex canone VI. eiuſdem Concilij, in quo cùm de Epiſcopis ageret, [Pontifices (inquit) quibus in ſummo ſacerdotio conſtitutis, ab extraneis dumtaxat aliquid, aut cùm Eccleſiæ, aut ſequeſtratim dimittitur, aut donatur.] Ex Concilio [m] apud ſanctum Medardum Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis de auctoritate inſtrumentorum hæc refert. [Legum (inquit) Eccleſiaſticarum conſuetudo & auctoritas talis eſt, vt in cauſis geſtorum ſemper ſcripturam requirant, adeò vt qui ad ſacrum fontem accedit, ſuum dare nomen præcipiatur; qui ad ſummum ſacerdotium prouehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur.] Item Concilium Aguiſgranenſe [n] ſub Ludouico Pio [Summos itaque ſacerdotes inexcuſabiliter noſſe oportet, vt ex veteris nouíque Teſtamenti ſcriptis, quæ vera ſunt, ſalutíque omnium proficua, proferre docte ſciant.] Concilium Aurelianenſe primum ſub Clodoueo [Cùm auctore Deo (ait) in Aurelianenſi vrbe fuiſſet Concilium Summorum Antiſtitum congregatum] Concilium Barcinonenſe, ſub

B

C

D

E

[d] *Cornelius Papa in epiſtola 1. ad Rufum, refertur à Gratiano in c. Sacramentum 2. q. 5.*

[e] *Euſebius Papa in epiſtola 3. ad Epiſcopos Thuſciæ & Campaniæ refert Grat. in c. manus quoque de conſecrationi. diſtinct. 5.*

[f] *Tertullian. lib. de baptiſmo c. 17.*

[g] *Zoſimus Papa in epiſtola 1. ad Heſychium c. 3. Innocentius Papa I in epiſtola 12.*

[h] *Innoc. I. in epiſtola ad Aurelium Epiſcopum Carthag. Refertur à Grat. in c. miſerum 61. diſtinct.*

[i] *D. Leo PP. I. in epiſt. 84. ad Anaſtaſium c. 5.*

[k] *Conc. Taurin. cap. 1.*

[l] *Conc. Agathen. II. cap. 35.*

[m] *Concilium apud ſanctum Medardum apud Grat. in c. legum c. 9. 1.*

[n] *Conc. Aquiſgran. ſub Ludouico Pio, de ſcientia & doctrina Epiſcoporum c. 2. Concil. Aurelianenſ. I. ſub Cloduueo.*

Reccaredo Rege, canon. III. [Nulli (inquit) deinceps laicorum liceat ad Eccleſiaſticos ordines, prætermiſſo canonum præfixo tempore, aut per ſacra regalia, aut per conſenſionem cleri, vel plebis, vel per electionem aſſenſionémque Pontificum, ad ſummum ſacerdotium aſpirare: ac prouehi: ſed cùm per canonum conſcripta tempora, Eccleſiaſticos per ordinem ſpeciali opere deſudando, probatæ vitæ adminiculo comitante, conſcenderit gradus, ad ſummum ſacerdotium, ſi dignitati vita reſponderit, auctore Domino prouehatur.] Concilium Toletanum ſub Gundemaro in honorem Eccleſiæ Toletanæ. [Ne quis vltra (inquit) comprouincialium ſacerdotum inani ac peruerſa contentione obnitatur huius ſacroſanctæ Eccleſiæ Toletanæ Primatum contemnere, peruicaci ſchiſmatum ſtudio ad Summos ſacerdotalium inſularum ordines, remota huius Sedis poteſtate, à nobis quempiam, ſicut hactenus factum eſt, prouehere.] Concilium Toletanum VI. in principio. [Conuenientibus nobis Hiſpaniarum, Galliæque Pontificibus Summis.] Concilium Hiſpalenſe II. ° cùm de multis ageret quæ Epiſcopis ſolùm licebant, non autem preſbyteris, vel chorepiſcopis, hæc addidit. [Quia Pontificatus apicem non habent, quem ſolis deberi Epiſcopis auctoritate canonum præcipitur; vt per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium Summi Pontificis demonſtretur.] Concilium Toletanum IX. [p] Summos etiam ſacerdotes Epiſcopos nuncupat. Si ſanctos Patres adeamus, occurrent multi. Ambroſius [q] agens de baptiſmo & de lotione pedum baptizandorum, ſic inquit. [Aſcendiſti de fonte, quid ſecutum eſt? audiſti lectionem, ſuccinctus eſt Summus ſacerdos: licèt enim & presbyteri fecerint, tamen exordium miniſterij à ſummo eſt ſacerdote. Succinctus, inquam, Summus ſacerdos pedes tibi lauit.] Et in epiſtola ad Theodoſium Imper. cùm loqueretur de Valentiniano Auguſto iam mortuo, qui derelictis Eccleſiæ Galliarum Epiſcopis ab eo Sacramento Baptiſmatis tingui voluit, ſic ait [r]. [Quin etiam illis ipſis publici doloris diebus cùm ſanctos & Summos Sacerdotes Domini intra Gallias haberet, vt à me tamen ſacramentis Baptiſmatis initiaretur, reſcribendum arbitratus eſt.] Diuus etiam Hieronymus [s] cum de Epiſcopis & eorum auctoritate in Baptiſmo & confirmatione diſſereret, [Eccleſiæ (ait) ſalus in Summi Sacerdotis dignitate pendet: cui ſi non exors quædam & ab omnibus eminens poteſtas, tot in Eccleſiis efficientur ſchiſmata, quot ſacerdotes.] D. Iſidorus [t] cùm de Epiſcopis multa doceret. [Pontifex (inquit) princeps ſacerdotum eſt, quaſi via ſequentium; ipſe & Summus Sacerdos, ipſe & Pontifex Maximus nuncupatur; ipſe enim efficit ſacerdotes atque Leuitas, ipſe omnes ordines Eccleſiaſticos diſponit; ipſe quid vnuſquiſque facere debeat, oſtendit.] Hidilbertus [u] Epiſcopus Cænomanenſis, eodem nomine vocat Epiſcopos & Alcuinus [x] de diuinis officiis, & Gratianus [y] Summos ſacerdotes pro Epiſcopis vſurpauit. Hoc autem nomen, ſicut nomen Papæ, quod omnibus etiam Epiſcopis olim tribuebatur, Soli Tibi Pontifici Romano, quod in omnes Chriſtiani orbis Epiſcopis ſupremam Pontificij habeas iuriſdictionem, diuturno iam iuſtiſſimóque Eccleſiæ vſu reſeruatum eſt: etſi de nomine Papæ ſciam quod ſcripſit Onufrius [z], poſt Photium videlicet Patriarcham Conſtantinopolitanum, conuentum eſſe inter Romanum & Conſtantinopolitatum, vt ſolus Romanus Pontifex nomen Papæ, quod omnium vocabulorum Epiſcopalium excellentius eſſe ſtatutum eſt, retineret; cùm antea omnibus Epiſcopis eſſet commune: de nomine autem, Summus Pontifex, id factum aut conuentum non legimus; antiqua tamen conſuetudine, quæ pro lege ſuſcipienda & obſeruanda eſt, ſolis Romanis Pontificibus meritò tribui receptum videmus.

Illud quoque obſeruaſſe conſentaneum cenſeo, monachos olim & monaſteria, niſi quæ ſpeciali Romanæ Tuæ Sedis priuilegiis eximebantur, in poteſtate fuiſſe Epiſcoporum. Concilium Chalcedonenſe. [a] [Quidam monachorum (ait) habitu vtentes indifferenter, per ciuitates incedunt, nec non & monaſteria, & ſe ipſos præſumptione propria commendant. Placuit igitur, neminem aut ædificare, aut conſtruere monaſteria, aut oratorij domum, ſine conſcientia ipſius ciuitatis Epiſcopi. Item can. VIII. [Clerici in parochiis, monaſteriis, aut martyriis conſtituti, ſub poteſtate ſint eius, qui in ea ciuitate eſt Epiſcopus, ſecundum traditionem ſanctorum Patrum, neque per præſumptionem recedant à ſuo Epiſcopo. Eos verò qui auſi fuerint reſcindere huiuſmodi inſtitutionem quocumque modo, vel ſi noluerint ſubiacere proprio Epiſcopo; ſi quidem fuerint Clerici, ſecundum perſonarum ordinationem ſubiaceant condemnationibus canonum: ſi verò laici, vel monachi fuerint, communione priuentur. Item, clerici qui

pauperum

° *Concil. Hiſpalenſ. can. 7.*

[p] *Concil. Tolet. IX. can. fin.*

[q] *Ambr. lib. 1 de Sacram.*

[r] *Idem epiſt. 34. ad Theodoſ. Imp.*

[s] *D. Hieron. in dial. aduerſ. Luciferan.*

[t] *D. Iſidor. lib. 7. etymolog. can. 12.*

[u] *Hidilbert. Epiſcopus Cænoman. epiſt. 81*

[x] *Alcuin. de diuin. offic. c. de ſingul. veſtib.*

[y] *Grat. c. Presbyterorum §. ſed hoc intelligendum 56. diſt.*

[z] *Onufrium ad Platinam in vita Bonifacij III.*

[a] *Concil. Chalced. can. 4. apud Grat. c quidam 18. q. 2.*

A pauperum diſpoſitioni, vel monaſteriorum, vel martyriorum præſunt, ſub poteſtate ſingularum ciuitatum Epiſcoporum ſecundum canonum traditionem perdurent, ne per ſuam temeritatem Epiſcopi ſui moderationem declinent. Qui autem huiuſmodi diſpoſitionem quolibet modo ſubuertere auſi fuerint, & Epiſcopo ſuo non obedierint, ſi quidem Clerici fuerint, canonicæ damnationi ſubiaceant: ſi autem monachi vel laici ſunt, à communione ſuſpendantur.] Aurelianenſe Concilium [b]. [Abbates pro humilitate religionis, in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant; & ſi quid extra regulam fecerint, ab Epiſcopis corrigantur: qui ſemel in anno in loco vbi Epiſcopus elegerit, accepta vocatione conueniant. Monachi autem Abbatibus omni obedientia & deuotione ſubiaceant. Quòd ſi quis per contumaciam exiterit indeuotus, aut per loca aliqua vagari, aut peculiare aliquid habere præſumpſerit, omnia quæ acquiſierit, ab Abbatibus auferantur, ſecundum regulam monaſterio profuturam. Ipſi au-

B tem qui fuerint peruagati, vbi inuenti fuerint, cum auxilio Epiſcopi tanquam fugaces ſub cuſtodia reuocentur, & reum ſe ille Abbas futurum eſſe cognoſcat, qui in huiuſmodi perſonas non regulariter animaduertat, vel qui monachum ſuſceperit alienum.] Concilium [c] apud Palatium Vernis. [Vt vnuſquiſque (ait) Epiſcoporum poteſtatem habeat in ſua parochia, tam de Clericis, quàm de regularibus, vel ſecularibus, ad corrigendum & emendandum ſecundùm ordinem canonicum ſpiritualem, vt ſic viuant, qualiter Deo placere poſſint.] Et Can. V. [Vt monaſteria tam virorum, quàm puellarum ſecundùm ordinem regulariter viuant; & ſi hoc facere contempſerint, Epiſcopus in cuius parochia eſſe videntur, hoc emandare debeat: quòd ſi non potuerit hoc emendare, illi quem Metropolitanum conſtituimus, hæc innoteſcat, & ipſe hoc emendari faciat.] Quare monachus nullus effici poterat, ni impetrata priùs ab Epiſcopo facultate, decreto Concilij Nicæni [d]. [Si quis laicus (inquit) fieri monachus voluerit, ſine licentia Epiſcopi, qui illius monaſterij po-

C teſtatem habeat, mouendus eſt ille ſtatu ſuo, in quo eſt, & non eſt recipiendus in religione. Hoc autem idcirco ſtatuimus, ne vllus cauſam habeat relinquendi vxorem aut filios, aut matrem, aut ſimiles, qui auxilio eius opus habent.] Quare quemadmodum recipi non poterat ſine conſenſu Epiſcopi, ſic nec de monaſterio eiici ſine eiuſdem Epiſcopi conſultatione, aut eius vicarij, decreto Concilij Meldenſis [e]. Quod adeò ſtrictè obſeruabatur, vt ſine commendatitiis epiſtolis Epiſcopi, vagandi licentiam non haberent; Concilium Agathenſe [f]. [Clericis (ait) ſine commendatitiis epiſtolis Epiſcopi ſui licentia non pateat diuagandi. In monachis quoque præſentis ſententiæ forma ſeruetur: quos ſi verborum increpatio non emendauerit, etiam verberibus ſtatuimus coërceri.] Arnulphus [g] Lexouienſis Epiſcopus Abbatem Gru-

D ſtemenſem coarguit in epiſtola ad eundem, quòd ſine ſui Epiſcopi licentia aliquot menſes abſens fuerit à monaſterio, eique præcipit in virtute obedientiæ (ſic loquitur) vt infra Kalendas Auguſti ad monaſterium reuerteretur: cui præcepto cùm non obtemperaſſet, alia epiſtola ad eundem iubet iterum, vt remota omni occaſione, intra viginti dies redeat; alioquin ex ea die, & officio altaris, & omnium Eccleſiarum introitu ſuſpendit: quod Concilio Aurelianenſi III. [h] decretum eſt. [Abbates qui Epiſcoporum præcepta deſpiciunt, ad communionem nec penitus admittantur, niſi contumaciam humilitate ſuſcepta, deponant.] præpoſitos monialium (quos nunc vicarios vocant) non ab Abbatibus, ſed ab Epiſcopis eligi, Concilio Carthaginenſi IV. [i] cautum eſt Huius autem Epiſcopalis obedientiæ iugum tempore Innocentij duraſſe, ex eiuſdem Innocentij [k] decretali epiſtola perſpicuè apparet: & ex eodem Concilio Lateranenſi. Cùm enim Apoſtolica auctoritate viſitatores creari iuberet, vt eius vice monaſteria monachorum & monialium viſitarent, ſtatim

E hæc ſubiungit [Porrò diœceſani Epiſcopi monaſteria ſibi ſubiecta ita ſtudeant reformari, vt cum ad ea prædicti viſitatores acceſſerint, plus in illis inueniant, quòd commendatione, quam quod correctione ſit dignum; attentiſſimè præcauentes, ne per eos dicta monaſteria indebitis oneribus aggrauentur; quia ſic volumus ſuperiorum iura ſeruari, vt inferiorum nolimus iniurias ſuſtinere.] Cum ergo Epiſcopi, Summi Pontifices, & Summi Sacerdotes vocarentur, & monaſteria Innocentij tempore ſub Epiſcoporum eſſent poteſtate, non incommodè (vt opinor) intelligendum conſequitur quod hic ab Innocentio dicitur, Summum Pontificem, id eſt Epiſcopum, non poſſe licentiam indulgere monacho, vt contra votum caſtitatis faceret, vel paupertatis

Hoc autem ideò Epiſcopis non licere dixit, nedum Abbatibus, ſumpto argumen-

[b] *Concil. Aurelian. can. 21. apud Gratian. c. Abbates 18. q. 2.*

[c] *Concil. apud Palatium Vernis. can. 3.*

[d] *Concil. Nicænum can. 14. apud Alfonſum Piſanum lib. 3. de actu Concil. Nicæni.*

[e] *Conc. Meldenſ. can. 19.*

[f] *Conc. Agathen. can. 58.*

[g] *Arnulph. Epiſc. Lexouienſis in epiſtola ad Abbatem Gruſtemenſem, quæ refertur fo. 97.*

[h] *Conc. Aurel. III. can. 22.*

[i] *Concil. Carthag. IV. can. 97. apud Gratian. c. qui religioſi 18. q. 2.*

[k] *Innocent. c. cum dilectus pen. de religioſ. dom. & Conc. Lateran. can. 13.*

to à maiori (vt vocant) ad minus; quia Abbates quosdam tunc adeò elatos fuisse constat, vt quæ Episcopalis erant iurisdictionis, sibi non vererentur vsurpare. Quod quereljs Episcoporum de omnibus mundi partibus sibi perlatum (sic loquitur) idem Innocentius III. affirmat in Concilio Lateranensi. [1] [Accedentibus (inquit) ad nos de diuersis mundi partibus Episcoporum querelis, intelleximus, graues & grandes quorundam Abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea quæ sunt Episcopalis dignitatis extendunt; de causis matrimonialibus cognoscendo, iniungendo publicas pœnitentias, concedendo etiam indulgentiarum literas, & similia præsumendo: vnde contingit interdum, quòd vilescat Episcopalis auctoritas apud multos. Volentes igitur his, & Episcoporum dignitati, & Abbatum prouidere saluti, præsenti decreto firmiter prohibemus, ne quis Abbatum ad talia se præsumat extendere, si proprium voluerit periculum euitare; nisi fortè quisquam eorum ex speciali concessione, vel alia legitima causa super huiusmodi valeat se tueri.] Quæ etiam antiquorum Episcoporum querela fuit, vt Paschalis II. [m] scribit ad Victorem Bononiensem Episcopum. Vt conuinceret ergo fortiori argumento Innocentius Abbatem Sublacensem in cuius vitam, & mores ipse paulò antea præsens inquisierat, vt constat ex principio epistolæ: [Cùm ad monasterium Sublacense personaliter venissemus, & insta.] Et ad quem epistola missa est, tacitè docet, quòd quamuis ille auctoritatem haberet Pontificis, seu Episcopi (vt tunc Abbates quidam prætendebant) non poterat tamen licentiam indulgere monacho, vt contra votum paupertatis faceret, sicut nec contra castitatis, cùm hoc Sedi Tuæ Apostolicæ reseruatum, potuisset debuisset que agnoscere.

Quòd si ea verba sic alius interpretetur, vt dicat Innocentium PP. solùm decreuisse, Abbatem Sublacensem, quinimò & Pontifices Maximos non posse proprietatem bonorum cum paupertate & rerum abdicatione, continentiam cum matrimonij vsu in ipsis monachis vnà & simul coniungere, tanquam summè inter se pugnantia, rem sanè dixerit epistolæ non repugnantem: quia Abbatem Sublacensem nimis suis monachis indulsisse in habenda proprietate bonorum, ex ipsius Innocentij ad eum epistola colligitur. Quod emendari in posterum Innocentius voluit, non tamen negauit, posse Romanum Pontificem indulgere, vt abdicatis monachatus regulis, matrimonio & proprietate bonorum possit quis vti frui: vt ipsum & alios necessaria oborta causa, concessisse sæpius, variis antiquorum annalium monumentis compertum habemus. Et vt externa omittamus, domesticum se nobis offert & illustre ad omnem posteritatem Ranimiri II. [n] Aragonum Regis exemplum, quem ab ineunte ætate in sanctissimi Benedicti familia educatum, in Tomarensi illustri eius cœnobio institutum, voti publici religione adstrictum, sacro presbyterij ordine insignitum, & per omnes honorum gradus ad Abbatiæ S. Facundi dignitatem primùm, ad Burgensis deinde Episcopatus, post ad Pampilonensis, ac tandem Rotensis, seu Balbastrensis culmen euectum, Alfonso fratre sine liberis defuncto, regni optimates summa comitiorum consensione Reipublicæ gubernaculis præfecerunt, certissimò persuasi, eum non magis debita regni successione, quàm ornamentis clarissimarum virtutum (quas ex Benedictinæ familiæ schola hauserat) nobilissimum, ciuium salutem, regni tranquillitatem, religionis fideique splendorem singulari sua prudentia & sanctitate conseruaturum. Cumque tantæ felicitatis heredes exoptasset, ab Innocentio II. vel, vt perhibent alij, ab Anacleto II. impetrarunt, vt Agneten, vel Mathildem, siue Vtracam, Aquitaniæ Ducis & Pictonum Comitis filiam, optimam & lectissimam fœminam sibi vxorem adiungeret: ex qua cùm Petronillam filiam vnicam substulisset, susceptæ administrationis gubernacula Christiani ocij cupidissimus deposuit. Ne tamen publica commoda priuata tranquillitas detereret, singulari ipse sapientia, totius regni consensu clauum Reip. Berengario Comiti Barcinonensi, pacto Petronillæ sponso tradidit, & dum purpuram pro atra attritáque veste, Regiæ amplitudinem pro angusta cellula, maiestatem imperij pro strictissima obedientia commutasset, clarior multo feliciórque depositio regno, quàm Berengarius euasit suscepto. Hæc Benedictinorum monachorum prudentia, hæc integritas, hæc probitas, & vitæ sanctitas, quos Regios & Pontificios honores fugientes illos sponte honores ipsi, Dei potiùs quàm hominum prouidentia consequuti sunt. In Concilio enim Iaccensi Episcoporum omnium decreto sancitum est, vt Aragonenses Episcopi ex huius sacræ solum religionis alumnis, & ex cœnobio S. Ioannis de Pinna eiusdem instituti eligerentur: cui cum Ranimirus Rex I. & assentiretur & subscriberet, ad finem

[1] *Concil. Lateran. can. 60. & de ex cessib. prælator. c. accedentibus 2.*

[m] *Paschalis II. in c. peruenit. 16. q. 1*

[n] *Hieronym. Blanca in commentariis rerum Aragonensium in vita Ranimiri II.*

In CC. MS. cœnobij S. Ioannis de Pinna integrum exstat Concilium, & refertur ab Hieronymo Blanca in vita Ranimiri I.

A B C D E

A finem hæc addidit. [Quicumque futurorum Regum ſucceſſorum noſtrorum tranſgredientes & deuiantes ab hoc regali ſimul & Pontificali decreto, temptauerint diſſoluere hanc ſcripturam, in præſenti ſeculo omnipotens Deus, qui eſt iuſtus iudex & Regum Rex diſſoluat & diuidat regalem honorem & potentiam regni eorum, dèque illud ſe diligentibus & timentibus, & noſtra decreta ſeruantibus:& in futuro ſeparati conſortio omnium Chriſtianorum, interpellante pro eis beato Ioanne Baptiſta, cum omnibus ſanctis,participentur in ſocietate cum Dathan,& Abiron, & Iuda traditore in inferno inferiori, luentes pœnas perpetui incendij ſine fine per æterna ſecula. Amen. Data eſt ſententia VII. Kalend. Iulij Aër. ∞ LXII.

COMMENTARII NOVI.

B POntificem poſſe in voto ſolemni Caſtitatis diſpenſare, & plerumque diſpenſaſſe docuerunt Thomas Sanchez *lib.*8. *de matrim. diſp.*8. *n.*6.& *in præcept. decalog.lib.*5. *c.*2. *n.*9. Baſil. *de matrim. lib.*7. *c.*10. *& q.*3. Schol. *c.*9. plures congeſti à Barboza *de poteſt. Epiſc.*1 *p. alleg.*15. *num.*23.Tranſmiera *de polygam.lib.*2. *c.*17.*num.*29. Acuñ *in c. de illa* 4.32. *diſt.* Lemaiſtr.*lib.*4.*de monach.c.*3. Turrianus *lib.*2. *de bonis monaſt.* Spencæus *lib.* 5. *de voto Contin. cap.*5 Azor. *tom.*1.*inſtit.lib.*12. *c.*6.*&* 7. Diana *p.*8. *tract.*3. *reſol.*100.Fragoſſo *de regim.Chriſt. reipub. p.*2. *lib.*1. *diſput.*1. §. 6. Leo Pinelius *ad tit. qui filij ſint legit. num.*345. Scortia, *in ſelect. epiſt.*158. *theſ.*398. licet contrarium docuerint Theologi Scholaſtici, & nouiſſimè
C defendit Viuar *de veteri monach. lib.*2. *cap.*6. *num.* 11. qui meras fabellas eſſe hiſtorias de Conſtantia, Ramirio, & Nicolao, cum quibus diſpenſaſſe Pontificem fertur, probare intendit, & vere vt magnus hiſtoricus ſuadet. Mouentur ipſi authoritate textus in *d. cap. cum ad monaſterium de ſtatu monach.* in illis verb. *Nec ſummus Pontifex poſſit licentiam indulgere,* ſ. d omiſſa interpretatione Mendozæ in præſenti, quam refel'it Baſil. *de matrim. d.cap.*10. *num.*3. dicendum eſt cum communi Interpretum ſchola prædicta verba eſſe accipienda in ſenſu compoſito,ideſt cum monacho manente monacho non poſſe Pontificem diſpenſare,
D vt ſimul contrahat matrimonium, in ſenſu vero diuiſo id eſt extrahendo monachum à Religione rectè poſſe Pontificem diſpenſare, vt matrimonium contrahat:ita acceperunt ea verba Innocentius, & Abbas ibi *num.*23. Couarr.*in c.*2. *de teſtam. num.*18. Medina *de continentia c.*32. *&* 33. plures relati à Barboſ. *d. num.*23. Baſil.*d. c.*10. *num.*9. Etiam expendit Viuar pro contraria ſententia Pontificem facere non poſſe vt calix ſemel conſecratus,non maneat in perpetuum conſecratus, igitur nec in virgine id facere valet. Sed certè hæc ratio, quam potiſſimam iudicarunt aſſertores
E contrariæ parum vrget:nam vel ſermo eſt de conſecratione, quæ fit per votum,& hæc non impedit diſpenſationem : quia etiam reperitur in voto ſimplici, vel de ipſa conſecratione virginis, in qua conſiſtit ſolemnitas Eccleſiæ, & hæc non impedit diſpenſationem,quia prouenit à iure poſitiuo, & certè ſi hæc ratio rotum probaret,euinceret neque Deum poſſe diſpenſare cum virginibus conſecratis, quia facere nequit, vt quæ ſemel conſecrata fuit, conſecrata non fuerit,cum Deus poſſit remittere obligationem promiſſionis ſibi factæ, quod & Pont.fex facere valet,vt circa votum ſimplex nemo negauit. Vnde ſicut fracto calice, & eius forma mutata, poteſt materia in vſus profanos conuerti, ita & virgo conſecrata eius forma ex diſpenſatione Pontificis poteſt ad nuptias tranſire. Tandem authores contrariæ ſententiæ deducunt admiſſa communi ſententia facilè fieri poſſe,vt quis viuente prima vxore, cuius matrimonium ratum tantum diſſolutum fuerat per profeſſionem, ſecundo nubat alteri, Pontifice in votis religionis cum illo diſpenſante. Hoc argumento vſi ſunt veteres ſcholaſtici, qui ſentiebant Pontificem non poſſe diſpenſare in voto ſolemni continentiæ. At non ſolum ij, qui aſſerebant Pontificem diſpenſare poſſe in voto ſolemni continentiæ, hoc argumentum ridiculum iudicarunt, ſed & ipſi qui obiecerunt,ingenuè fatentur,nullius eſſe momenti. Id vltimum conſtat ex Caprcolo *in* 4. *diſt.*38. *q.vnic.* in ſolutione argumentorum Paludani contra ſecundam concluſionem, & Deca Hiſpalenſ. *ead. diſt.q.vnic.* Illud verò priùs, ſcilicet, qui ſentiebant Pontificem diſpenſare poſſe nullius momenti iudicaſſe argumentum illud, conſtat ex Paludano *in* 4.*ead.diſt.q.*4.*art.*4. in fine, qui cum id argumentum ſibi obiecciſſet, hæc reſpondit. *Sed ad hoc ipſimet reſpondent, & benè, quia ſicut non eſt inconueniens poſt matrimonium conſummatum alterum mori, & ſic matrimonium ſolui, & nihilominus ſi mortuus ſuſcitaretur,poſſet contrahere cum alia prima viuente:ſic non eſt inconueniens, quod poſt matrimonium initiatum, & per ingreſſum religionis, & per mortem ſpiritualem ſolutum, ſi Religioſus per diſpenſationem ſuſcitetur ad vitam ciuilem, quod contrahat cum alia prima viuente, nec propter hoc habet plures vxores,ſed vnam tantum, quia cum prima fuit ſolutum matrimonium.* Richard. *in* 4. *diſt.*38.*art.*9.*q.*1. *in ſolut.ad* 6.Durandus, *ibid. quæſt.* 2. *in ſolut. ad* 1. *num.*9. eodem modo reſpondent, & ex recentioribus eamdem ſibi difficultatem obiicit P. Azor. *tom.* 1. *inſtit. moral.lib.*12. *cap.*7. cùm de eadem re diſputaret *quæſt.*1. *obiect.*2. & eodem modo reſpondet, & Leſſius *lib.*2. *cap.*40. *dub.*19. *ad* 4.

GONZALEZ.

De virginibus sæcularibus si mœchatæ fuerint.

Canon XIV.

Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem qui eas violauerunt, acceperint & inuenerint maritos, eo quòd solas nuptias violauerint, post annum sine pœnitentia reconciliari debebunt: vel si alios cognouerint viros, eo quòd mœchatæ sint, placuit, per quinquennij tempora acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

De virginibus sæcularibus si mœchatæ fuerint. A

Canon XIV.

Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem qui eas violauerint, acceperint & inuenerint maritos, eo quòd solas nuptias violauerint, post vnius anni pœnitentiam reconciliari debebunt: vel si alios cognouerint viros, eo quòd mœchatæ sint, placuit, per quinquennij tempora acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem. B

RAbanus Maurus *in suo pœnitentium, lib. cap.* 4. totidem verbis canonem refert. Burchardus verò *lib.* 9. *decretorum, cap* 14. paulò diuersis, quintum huius Concilij esse asserens, cùm sit decimus quartus. [Virgines (ait) quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem qui eas violauerint, maritos acceperint, eo quòd solas nuptias violauerint, post pœnitentiam vnius anni reconcilientur; si alios cognouerint viros, eo quòd mœchatæ sunt, quinquennio pœniteant, & sic ad communionem accedant. Iuo. *p.* 8. *cap.* 152. iisdem verbis: quæ lectio vt verior communi, magis placet. C

CAPVT TRIGESIMVM-PRIMVM.

Quæ illi fœminæ pœnitentia imponenda, quæ post stuprum, vel nupsit, vel non nupsit. D

SApientis esse, non tantùm præsentibus malis mederi, sed & prouidere futuris, Leo & Anthemius [o] docent. Et hinc legislatores magis sunt soliciti, vt peccantes emendentur in posterum, quàm vt ob commissa puniantur. Ne virgines ergo semel lapsæ, castitatis & pudicitiæ laxatis frænis, in deteriora (vt fieri solet) laberentur, placuit Hispanis Patribus, vt tam ipsæ, quàm earum solicitatores & corruptores, damna quæ stupro intulerant, & fornicatione, castitate & pudicitia coniugali, inito matrimonio, post pœnitentiam vnius anni resarcirent. Simile est quod iidem Patres [p] inferiùs statuerunt; nam quòd hîc in virgines, illic in viduas decreuerunt, pari vel eâdem prorsus castitatis & pudicitiæ consideratione. [Si qua vidua fuerit mœchata, & eundem postea habuerit maritum, post quinquennij tempus, acta legitima pœnitentia, placuit eam communioni reconciliari; si alium duxerit relicto illo, nec in fine dandam ei esse communionem: vel si fuerit ille fidelis quem acceperit, non accipiat, nisi post decem annos acta legitima pœnitentia; nisi infirmitas coëgerit velociùs dare communionem.] Non est etiam dissimile, quod iidem [q] statuerunt: nam tametsi mœchiæ crimen perpetua excommunicatione puniendum decreuissent, si tamen adolescentes matrimonium contraherent, remitti, aut leniri pœnam voluerunt, vt eos à turpitudine vitæ ad honestatem coniugij reuocarent. E

[o] *Leo & Anthemius in nouella de bonis vacantibus tit.* 3. *apud Petrum Pythœum.*

[p] *Illiberitani Patres infrà can.* 72.

[q] *Iidem can.* 31.

Digitized by Google

A

EO QVOD SOLAS NVPTIAS violauerint.

VIrgines quæ ſtupro conſentiunt, quia ſolum ius nuptiarum violant, ſi cum iiſdem matrimonium celebrent, pœnitentia vnius anni ſolùm caſtigandæ ſunt: ideò autem nuptias ſolas violaſſe dicuntur; quòd in peccatum carnis prolapſæ fuerint, antequam ius nuptiarum perfeciſſent; ſolùm enim nuptiis initis concubitum licere & ipſa natura, & multis Eccleſiæ conſtitutionibus cauetur.

B

COMMENTARII NOVI.

SOlas nuptias, quia virginitatem Deo non vouerant.

Sine pœnitentia, non hoc ita accipiendum, quaſi velint eas abſque ſacramento pœnitentiæ abſoluendas eſſe, aut ſtatuant huiuſmodi peccatum non eſſe aliqua pœna coërcendum, vel denique eis non eſſe dolendum de ſtupro, ſed pœnitentia hoc loco intelliguntur pœnæ, & ærumnæ, quæ in gradibus pœnitentiæ palàm, & publicæ caperentur, quæ cum pudorem aliquem ſugillarent, non erant huiuſmodi virginibus infligendæ. Quid autem ſit, *poſt annuas ſine pœnitentia reconciliari*, quodve genus pœnarum ex hoc canone, & ex vigeſimo primo colligitur? Leuia quædam crimina hac pœna mulctabantur, quæ in eo verſaretur, vt ab Euchariſtia arcerentur, neque oblationes offerre, aut eis participare permitterentur: mihique perſuaſum eſt eos, qui leui illa animaduerſione caſtigabantur, non aliter oraſſe, aut ſtetiſſe in Eccleſia, neque aliter habitos, quam ſubſiſtentes, & omnibus rebus diuinis, & humanis participaſſe cum cæteris fidelibus præter quam Euchariſtiæ.

Cæterum verbum illud, *reconciliari*, referri, & reuocari prorſus debet ad illam maximam reconciliationem ſacramentorum, ſcilicet & Altaris; non autem ad illam minimam qua abſoluebantur, & iure ſocietatis Chriſtianæ donabantur, nam cum eſſent orationis participes abſoluti à peccatis cenſebantur, & minima illa reconciliatione non indigebant ALBASPINAEVS.

In proximo canone actum fuit de virginibus Dei: in hoc autem agitur de virginibus hominum, quæ virginitatem amiſerunt citra coniugium, & cum nullo caſtitatis voto obſtrictæ eſſent, ſolas nuptias violarunt, id eſt ſimplex virginitatis ſigillum citra voti iniuriam reſeratunt, quæ violatio nec facit coniugium, nec eſt principium coniugij, D. Baſil. ad Amphiloch. *cap. 6. fornicatio non eſt matrimonium, nec initium matrimonij*: vnde cum ſimiles virgines non leue peccatum admittant D. Baſil. *vbi ſupra cap. 40.* niſi pœnitentia peracta ad communionem non recipiuntur, etiam ſi illos, qui eas violarunt, accipiant in maritos D. Baſil. *vbi ſupra: puella, quæ præter Patris ſententiam fornicatores ſequuta ſunt, reconciliatis parentibus videtur res remedium accipere, ſed non protinùs ad communionem reſtituantur, ſed triennio puniantur*, notauit Balſam. *in ſchol. ipſius Can.* GONZALEZ.

D

POST ANNVM SINE POENITENTIA reconciliari debebunt.

CAPVT TRIGESIMVMPRIMVM.

Pœnitentes reconciliari debuiſſe, nec potuiſſe connubiis copulari: explicatus canon XII. Concily Romani, ſub Syluestro.

E

VT difficile eſt emundari poſſe, qui ſordidus non eſt, & abſolui qui non peccauit, ſic & reconciliari qui in pœnitentiæ ſtatu non fuit. Reconciliabantur olim pœnitentes, cùm ſemel expulſi, vel ad Eccleſiæ, vel ad Sacramentorum & fidelium communionem reſtituebantur: quare vulgatam huius canonis lectionem ſine pœnitentia non probo; ſed eam quam retinent Burchardus & Iuo. Poſt pœnitentiam vnius anni reconcilientur: vnius enim anni pœnitentia ſtupri admiſſi ſordes eluebantur, matrimonio tamen cum eo qui ſtuprum intulerat, iam contracto. Hoc autem anno, ſi matrimonium iam rite, vt vocant, & rectè non celebraſſent & conſummaſſent, nec celebrare, nec conſummare denuò poterant, obſtante pœnitentiæ lege: pœnitentibus enim matrimonium interdictum Nicolaus Papa [r] ad Rodulphum Bituricenſem Archiepiſcopum docet, Concilium Toletanum VI. [s] & Arelatenſe

[r] *Nicolaus PP. in epiſt. ad Rodulphum Bituricen. Grat. in c. interfectores 33. q. 1.*
[s] *Concil. Toler. VI. can. 8.*

Digitized by Google

Concil. Arelat. II. can. 11. Explicatur Concilij Romani, sub Syluestro can. 12

Arelatense II. [c] Vt hinc intelligamus canonem XII. Concilij Romani sub Syluestro, quem feciſſe negotium etiam doctis aliquando ſcio, dum ait. [Nemo enim det pœnitentiam, niſi quadraginta annorum petenti, baptiſmum enim omnibus date.] Non enim agit Concilium, de pœnitentia, vt Eccleſiæ eſt Sacramentum, ſed de publica pœnitentia, vt pœna erat ad correctionem delictorum publicorum, & exemplum fidelium, ab Eccleſia inſtituta; ea enim afficiendos homines, niſi quadraginta eſſent annorum, prohibet; ne iuuenes à concubitu ductarum, vel ducendarum vxorum (vt pœnitentiæ lex poſtulabat) prohibiti, laberentur in deteriora. Eò reſpexit Concilium Aurelianenſe. III. [d] dum iuuenibus pœnitentiam dandam inhibuit; de publica enim id intelligendum eſt, quæ non ſolùm perſonis liberis & coniugij lege ſolutis, ſed & matrimonio coniunctis interdicta erat ob continentiæ legem, ſi iam prouectioris non eſſent ætatis; ne à carnalibus deſideriis deliciiſque diſtracti. aliis forſan grauioribus implicarentur, vt in eodem Concilio Aurelianenſi [e] conſtitutum eſt.

[d] Concil. Aurel. 3. can. 3. c. 19.

[e] Ibidem d. can. 19.

A

B

COMMENTARII NOVI.

SIcut pœnitentia ſolemnis non poterat iungi coniugatis, niſi ex mutuo conſenſu *c. fin. 33. quæſt. 4.* Concil. Arelat. 3. can. 4. *De pœnitentium conceſſione, vt ne quis benè Elionem pœnitentia iuuenibus perſonis credere præſumat, certè coniugatis, niſi ex conſenſu partium ætate iam plena eam dare non audeat:* quia interim ſequeſtrato manſionis cubiculo caſtè viuere debebant, *cap. latorem, 15. 33. quæſt. 2.* Concil. Tolet. 6 canone 8. *Redeat ad priſtinum coniugium, quo vſque poſſit temporis diuturnitate adipiſci continentiæ ſtatum,* Vormat. canone 37. *Illi ſcilicet, qui pro quibuſcumque piaculis pœnitentia iuge fuerunt ſubmiſſi legitimè nullatenus matrimonio ſeparentur, ne in fornicationis voragine demergantur, & dum ad alta ſublenari ſperant, corruant in cœno:* vinculum tamen durabat, vt contra quorumdam Tripolitanorum errorem reſcripſit Leo P. *in cap. audiuimus 33. quæſt. 2.* vbi verba illa: *Debemus relinquere copulam,* doctè, vt ſolet, interpretatur ſemper colendus Præceptor meus noſtræ Academiæ, & patriæ decus nunc Valentinæ Eccleſiæ Archi-præſul D. Martin. Lopez de Hontiueros *in tract. de pœnitent. art. 2. num. 14. In hunc modum, id eſt vinculum, vt ego forſitan peculiariter interpretor, nam copula coniugij in illo textu non concubitum ſignificat, ſed nexum, vt aliàs apud Ouidium: copula detrahitur canibus, & apud Plautum in Epidico: quæ itant me in manibus geſtant copulas ſecum: ſic matrimonium copula tum pro contractu dicitur, in l. ſi extraneus, ff. de condition. cauſ. dat. & matrimonio copulari ſcriptum eſt pro illud inire abſque eo, quod intercedat coitus in cap. fin. de frigidis, & maleficiatis, cap. 1. & 2. de matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ, ſicut & coire in matrimonio dicitur pro contrahere matrimonium, etiam citra coitum, l. in teſtamento 51. ff. de condition. & demonſtrat. Tiraquell. in l. ſi vnquam verbo donatione largitus n. 224. C. de reuocand. donat. & hunc fuiſſe illorum verborum ſenſum, manifeſtè conſtat ex verbis, quæ Leo Pontifex in d. c. audiuimus 33. ſubiungit ibi: coniugium verò legitimum nulli orthodoxo pœnitentiam ſubſtinenti ſoluere licet. Quamobrem iuuenibus ob ætatis fragilitatem non facile ſolemnem pœnitentiam eſſe imponendam ſtatuit Concil. Agathenſ. relatum in cap. pœnitentes 63. prope finem 50. diſt. d. Concil. Aurel. 3. cap. 19. cuius rei argumentum eſſe poteſt textus in cap. ſi duo 4 in fin. 35. quæſt. 6. & quod Iuriſconſultus ſcribit in l. ſi adulterium 38. §. fratres, & §. in ſextum, ff. ad leg. Iul. de adulter.* Apparte deſde. Ita etiam durante pœnitentiæ tempore non poterant ſolemniter pœnitentes inire coniugium Concil. Arelat. 2. *canone* 21. Tolet. 6. *can.* 7. Regiaticinium *can.* 7. vbi ſtatuitur filias corruptas in domo parentum, niſi peracta publica pœnitentia, non poſſe nubere: ea autem peracta matrimonium permittebatur *cap. audiamus cap. ſi quis cum duobus ſequentibus 33. quæſt. 2.* Concil. Tolet. 4. *can. 54.* illuſtrat Baſil. *de impedim. matrim. in paruo pag. 519.* Quinimò etiam peracta pœnitentia, niſi iuuenes fuiſſent, quibus ob periculum incontinentiæ concedebatur contrahendi facultas, alij celebrare nuptias non valebant, *cap. in adoleſcentia 33. quæſt. 2.* vel ſi non valebant caſtitatem ſeruare *cap. ſi quis cum duabus 16. 33. quæſt. 2.* cæteris ius connubij poſt pœnitentiam non dabatur, vt apertè liquet ex *epiſt. 92.* Leonis I. *cap. 12.* cuius fragmentum extat *in d. cap. in adoleſcentia,* vbi in finalibus epiſtolæ verbis ait: *Nam ſecundum veram cognitionem nihil magis ei congruit, qui pœnitentiam geſſit, quam caſtitas perſeuerans, & mentis, & corporis;* idque expreſsè antea docuerat Siricius P. relatus *in cap. de his verò 12. eod. cauſa, & quæſt.* ibi: *Qui acta pœnitentia noua coniugia & inhibitos denuò appetiuere concubitus.* Ex quibus iuris fragmentis iam impedimentum hoc matrimonij agnouerunt Moraliſtæ, licèt alij eius rationem petant ex grauitate ſceleris, ob quam iniuncta fuit pœnitentia: alij verò ex ipſo pœnitentiæ actu, ſed quid impedit ex vtraque ratione impedimentum hoc prouenire?

C

D

Difficile tamen, & meritò in hac parte videtur Concilium Toletanum relatum *in cap. finali 33. quæſt. 2.* vbi cum prædicta Leonis epiſtola referatur, eam PP. indiſtinctè accipiunt tam de viris, quam de fœminis, ſtatuuntque, vt coniuge, qui legibus pœnitentiæ ſubiectus non erat mortuo, priuſquam alter, qui eam ſubierat, non liceat ſuperſtiti ad ſecundas tranſire nuptias, niſi ſe continere non poſſit. Qui canon difficilis eſt tum quia cum pœnitens ille iuuenis eſſet coniugatus, vt patet ex eodem canone neutiquam indigebat indulgentiæ, vt etiam peracta pœnitentia coniugium iniret, tum quia conſtitutio Leonis,

E

A Leonis, quam complectuntur PP. non concedit indulgentiam iterum contrahendi pœnitenti coniugato, sed ei, qui tempore pœnitentiæ cœlebs erat: agnouerunt has, & alias difficultates ipſius canonis gloſſa, & repetentes ibi, quorum ſolutionibus omiſſis, ita textum illum interpretatur nouiter laudatus Præceptor in hæc verba: *Quare ſuſpicor longè diuerſam eſſe illius textus ſententiam, & deciſionem quam vt accipiatis breui paraphraſi comprehendam. Loquitur itaque Concil. Tolet. de adoleſcente coniugato, qui ſolemnem pœnitentiam accepit inſtante periculo mortis, nam adoleſcentibus non facilè imponebatur talis pœnitentia, niſi fortè in periculo mortis, aut nauigationis cap. pœnitentes 65. in fine 50. diſt. præcipuè eiſdem coniugatis propter abſtinentiam, quod oportebat ſeruari à coniugali acceſſu non ſolum tempore pœnitentiæ, ſed etiam poſt illam peractam d. cap. in adoleſcentia in final. verb. ſupra numer. 15. recenſitis, qua peracta pœnitentia coniugato illi propter periculum incontinentiæ permittit Toletana Synodus ad euitandum periculum redire ad priſtinum coniugium, quouſque temporis maturitate poſſit conſequi optatum ſtatum incontinentiæ, quod omne ſi non ſecundum verba ſaltim, ſecundum ſententiam Leonis I. ſ. ſi ſtatutum, & licèt illius Summi Pontificis indulgentia loqueretur cum viris, eandem etiam ad fœminas extendendam cenſuerunt PP. Toletani arg. cap. ſi qua mulier 32. quæſt. 1. declarantes hoc quidem non eſſe generaliter, & canonicè præceptum (id eſt non ſecum vigorem canonum, cum ex eorum cenſura impedimentum matrimonij ſolemniter pœnitentibus indiceretur) ſed pro humana fragilitate indultum, id eſt, per quandam indulgentiam conceſſam pœnitentibus incontinentiæ periculum habentibus, iuxta textum ſic interpretandum in d. cap. latorem 15. ea ſcilicet duntaxat habita ratione, id eſt, conſideratione, vel reſpectu, vt alias accipiuntur in l. 1. § ſi poſt litem ff. ſi quadruplex pauperiem feciſſe.* B *Quod ſi coniux, qui non fuerat deditus legibus pœnitentiæ deceſſiſſet priuſquam alter, qui leges pœnitentiæ ſolemnis ſubierat, redderetur ad continentiam, vnde fuerat ingreſſus. Supponendum eſt enim pœnitentem illum peracta pœnitentia reduſſe ad primum coniugium, quouſque ætatis maturitate adueniente adipiſceretur ſtatum caſtitatis vtriuſque conſenſu, vt ex principio textus colligitur. Tunc ſuperſtiti non licebat denuo tranſire ad vxoris amplexus, id eſt ad aliud matrimonium: ſi autem coniux ille ſuperſtes, qui ſolemnitatem pœnitentiæ expleuerat, non acceſſiſſet abſolutionem pœnitentiæ, id eſt, non fuiſſet ei à Sacerdote conceſſa facultas redeundi ad priſtinam coniugem, poſſit vtique ea mortua ducere aliam, ſi ſe continere non poterat, & ſi non fuerat cum illo in ſeruanda continentia diſpenſatum, ſicuti contigit in caſu precedenti: in concedenda autem licentia redeundi ad vxorem expectabatur Sacerdotis, id eſt, Epiſcopi ordinatio vt iuxta quod ætatem aptam habere perſpexerit pœnitentiæ abſolutionis tribuat legem, id eſt facultatem ineundi matrimonium, vel præceptum non ineundi.* Hactenus magnus Præceptor, qui numero ſequenti acutè expendit in confirmationem ſuperioris interpretationis text. in cap. ſi autem 6. quæſt. 2. his verbis: *Cæterum hic non poſſum non adducere optimam, nec oppido notam deciſionem Conc. Meld. cap 65. relatam in cap ſi autem 10. 36. quæſt. 2. quæ in confirmationem facit ſuperioris expoſitionis. & ex eadem facilius ipſa intelligetur; quippe loquitur ibi Synodus Meldenſis de raptoribus puellarum, qui non dum eaſdem canonica illius legis promulgata tempore in coniugio duxerant, & ait ab eis ſeparandos, & publicè, id eſt, ſolemni pœnitentiæ ſubjciendos; at peracta pœnitentia, ſi ætas, & continentia exegerit (ecce cauſam indulgentiæ dandæ) legitimo, & vtriuſque partis ex placito coniugio ſocientur, & ſubiungit magni Leonis vtendo verbis, de quibus in d. cap. adoleſcentia, & d. cap. fin. in hoc non regulam conſtituere, ſed quod tolerabilius eſt æſtimare. ideſt, propter prædictas ætatis, & continentiæ cauſas a rigore canonicæ prohibitionis recedere. Denique ſtatuit quod ſi vnus ex coniugatis obierit, intellige poſtquam peracta pœnitentia cœpiſſent cohabitare, & is qui pœnitentiam publicam egerit, ſuperſtes ſteterit, iterum coniugium inire non præſumat, niſi Epiſcopus (ecce quod de Preſbytero dicebatur in d.c. fin.) aliquam fortè prouiderit concedere indulgentiam, vt grauiorem poſſit amouere offenſam, quæ omnia circa quintum effectum ſolemnis pœnitentiæ aliter obſeruabantur in publica pœnitentia, quæ non ſolemniter fiebat, nec prædictos operabatur effectus.* GONZALEZ.

C

D

RECONCILIARI DEBEBVNT.

E RE conciliationem pœnitentium (de quorum ſtatu, conditione & legibus vberior tractatio in Concilis Toletanis habenda eſt) per manus impoſitionem factam, & ſanctæ communionis, ſiue Euchariſtiæ conceſſam perceptionem, à qua antea ſemoti erant, multi canones probant. Antiquæ harum pœnitentiarum leges iam in vſu eſſe deſierunt: quædam tantùm veſtigia exſtant in punitione eorum delictorum, quæ ſanctiſſimo violatæ religionis ſenatui reſeruata ſunt.

Concil. Carthag. 4 can. 76. & 78. Arauſican. 1. c. 1. Leo. PP. 1. epiſt. 89. Felix PP. III. epiſt. 1. c. 4.

VEL SI ALIOS COGNOVERINT VIROS, eo quòd mœchatæ ſunt, placuit, per quinquennij tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

SI virgines, præter illos, quorum ſtupro conſenſerunt, & cum quibus matrimonium inire debebant, ab aliis ſe agnoſci patiantur, quia iam nullo futuræ honeſtatis prætextu

prætextu à turpitudine excuſari poſſunt, quinquennij pœnitentia afficiantur. Priorem huius canonis partem Euſebio PP. tribuit D. Iuo [7] ad V Valterium ſcribens Epiſcopum Meldenſem, quæ citatio huic Concilio reſtituenda eſt. A

[7] D. Iuo. epiſt. 16.

De coniugio eorum qui ex Gentilitate veniunt.	*De coniugio eorum qui ex Gentilitate veniunt.*
Canon XV.	*Canon XV.*
Propter copiam puellarum, Gentilibus minimè in matrimonium dandæ ſunt virgines Chriſtianæ; ne ætas in flore tumens, in adulterio reſoluatur animæ.	Propter copiam puellarum, Gentilibus minimè in matrimonium dandæ ſunt virgines Chriſtianæ; ne ætas in flore tumens, in adulterio reſoluatur animæ. B

CAPVT TRIGESIMVMTERTIVM.

Gentilium connubia prohibita, & Eccleſiæ decretis irrita, lege tamen ciuili capitis pœna contrahentibus non indicta: explicata in eam rem Valentis, & Valentiniani conſtitutione. C

Diuus Paulus nec ſpiritu nec humana ſapientia, ſed diuinæ gratiæ luce & ſcientia illuſtratus Corinthios ſalutaribus præceptis connubialibus inſtruens, nos in Domino nubere debere monet, id eſt, in nomine Domini, quod eſt indubitatè Chriſtianis, vt exponit Tertullianus [a] ad vxorem, & poſt illum Hieronymus [a]. Idem repetit Paulus in II. ad eoſdem Corinthios. [Nolite (inquit) iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? qui autem conſenſus templo Dei cum idôlis? Vos enim eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio illorum, & ſeparamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem: & vos eritis mihi in filios, & filias, dicit Dominus omnipotens.] Incommoda autem & pericula corporis & animæ, quæ ex his nuptiis redundant, à nemine vberiùs & grauiùs exprimuntur, quàm ab eodem Tertulliano [b], ideo illius verbis malo, quàm meis illa recitare. [Recenſeamus (inquit) tunc cætera pericula & vulnera, vt dixi, fidei ab Apoſtolo prouiſa, non carnis tantùm, verùm etiam ipſius ſpiritus, moleſtiſſima. Quis enim dubitet obliterari quotidie fidem commercio infideli? Bonos corrumpunt mores confabulationes malæ: quanto magis coniunctus & indiuiduus vſus? Quæuis mulier fidelis Dominum obſeruet neceſſe eſt. Et quomodò poteſt duobus Dominis deſeruire, Domino, & marito, adde Gentili, Gentilem enim obſeruando, gentilia exhibebit, formam, exſtructionem, mundicias ſeculares, blanditias turpiores, ipſa etiam matrimonij ſecreta maculoſa: non vt penes ſanctos officia ſexus, cum honore ipſius neceſſitatis, tanquam ſub oculis Dei modeſtè & moderatè tranſiguntur. Sed viderit qualiter viro officia pendat. Domino certè non poteſt pro diſciplina ſatisfacere, habens in latere diaboli ſeruum procuratorem Domini ſui, ad impedienda fidelium ſtudia, & officia. Vt ſi ſtatio facienda eſt, maritus de die condicat ad balneas: ſi ieunia obſeruanda ſunt, maritus eâdem die conuiuium exerceat: ſi procedendum erit, nunquam magis familiæ occupatio adueniat. Quis enim ſinat coniugem ſuam viſitandorum fratrum gratia, vicatim aliena & quidem pauperiora quæque tuguria circuire? Quis nocturnis conuocationibus, ſi ita oportuerit, à latere ſuo eximi libenter feret? Quis denique ſolennibus Paſchæ abnoctantem ſecurus ſuſtinebit? Quis ad conuiuium Dominicum illud, quod infamant, ſine ſua ſuſpicione dimittet? Quis in carcerem ad oſculanda vincula martyris reptare patietur? Iam verò, alicui fratrum ad oſculum conuenire? D E

1. Corinth. 7.

[a] Tertull. lib. 2. ad vxor. c. 2.
[a] Hieron. lib. 1. contra Iouinian. 2. Corinth. 6.

[b] Tertull. lib. 2. ad vxor. cap. 3.

1. Corinth. 15.

Matth. 6.

A conuenire ? aquam ſanctorum pedibus offerre ? de cibo, de poculo inuadere, deſiderare, in mente habere ? ſi & peregrè frater aduenias, quod in aliena domo hoſpitium? ſi cui largiendum erit, horreum, proma præcluſa ſunt. Sed aliqui ſuſtinent noſtra, nec obſtrepunt. Hoc eſt igitur delictum, quod Gentiles noſtra nouerunt: quod ſub conſcientia iſtorum ſumus: quod beneficium eorum eſt, ſi quod operantur. Non poteſt ſe dicere neſcire qui ſuſtinet: aut ſi celatur, quia non ſuſtinet, timetur. Cùm autem Scriptura vtrumque mandet; & ſine alterius conſcientia, & ſine noſtra preſſura operam Domino: nihil intereſt in qua parte delinquas, aut in conſcientia mariti, ſi ſit vt patiens; aut in conflictatione tui, dum vitatur impatiens. Nolite, inquit, margarita veſtra porcis iactare, ne conculcent ea, & conuerti vos quoque euertant. Margarita veſtra ſunt, quotidiana conuerſationis inſignia. Quantò curaueris ea occultare, tantò ſuſpectiora feceris, & magis cauenda gentili curioſitati. Latebis ne tu, cùm lectulum, B cùm corpuſculum tuum ſignas, cùm aliquid immundum flatu expuis, cùm etiam per noctem exurgis oratum, & non Magiæ aliquid videberis operari? Non ſciet maritus, quid ſecretò ante omnem cibum guſtes? Et ſi ſciuerit, panem non illum credit eſſe qui dicitur? Et hæc ignorans quiſque, rationem ſimpliciter ſuſtinebit, ſine gemitu, ſine ſuſpicione panis, an veneni? Suſtinent quidem, ſed vt inculcent, vt illudant huiuſmodi fœminis: quarum arcana in periculum quod credunt ſeruent, ſi forte lædantur, ipſi ſuſtinent: quarum dotes, obiectione nominis, mercedem ſilentij faciant, ſcilicet apud arbitrum ſpeculatorem ligaturi Quod pleræque non prouidentes, aut re exeruciata, aut fide perdita recenſuerunt. Moratur Dei ancilla cum Laribus alienis, & inter illos omnibus honoribus Dæmonum; omnibus ſolemnibus Regum, incipiente anno, incipiente menſe, nidore thuris agitabitur. Et procedit de ianua laureata, & ucernata, vt de nouo conſiſtorio libidinum publicarum. Diſcumbit cum ma- C rito in ſodalitiis, ſæpè in popinis Et miniſtrabit nonnunquam iniquis, ſolita quondam ſanctis miniſtrare. Et non hinc præiudicium damnationis ſuæ adcognoſcet? Eos obſeruabit, quos erat iudicatura? De cuius manu deſiderabit? De cuius poculo participabit? Quid maritus ſuus illi, vel marito quid illa cantabit? Audiat ſane, audiat aliquid Dei cœna, de taberna, de gehenna. Quæ Dei mentio? quæ Chriſti inuocatio? Vbi fomenta fidei de ſcripturarum interlectione? Vbi ſpiritus refrigerium? vbi diuina benedictio? omnia extranea, omnia inimica, omnia damnata, adterendæ ſaluti à Malo immiſſa. Hæc ſi eis quoque euenire poſſint, quæ in matrimonio Gentilis fidem adeptæ morantur, tamen excuſantur, vt in ipſis deprehenſæ à Deo & iubentur perſeuerare, & ſanctificantur, & ſpem lucrationis accipiunt. Si ergo ratum eſt apud Deum matrimonium huiuſmodi, cur non proſperè cedat, vt & à preſſuris, & anguſtiis & impedimentis, & inquinamentis non ita laceſſatur, iam habens ex parte diuinæ gra- D tiæ patrocinium? nam & ad aliquam virtutem cœleſtem documentis dignationis alicuius vocata, terrori eſt Gentili, quominùs ſibi obſtrepat, minùs ſciat, minùs ſpeculetur. Sentit magnalia, vidit experimenta. Scit meliorem factum, ſic & ipſe candidatus eſt timoris. Ita faciliùs huiuſmodi lucrifiunt, in quos Dei gratia conſuetudinem fecit. Cæterum aliud eſt, vltro & ſponte in prohibita deſcendere. Quæ domino non placent vtique Dominum offendunt, vtique malo ſe inferunt. Hoc ſigni erit vt ſolis quod ſolis petitoribus placet nomen Chriſtianum. Ideò inueniuntur qui tales non exhorreant, vt exterminent, vt arripiant, vt à fide excludant. Habes cauſam, qua non dubites, nullum huiuſmodi matrimonium proſperè decurri: à Malo conciliatur, à Domino verò damnatur.] Quare vt turpe illud reprehendunt Cyprianus [c], Diuus Ambroſius [d] Diuus Hieronymus [e] contra Iouinianum. Concilium Arelatenſe I. [De puellis E fidelibus (ait) quæ Gentilibus iunguntur, placuit, vt aliquanto tempore à communione ſeparentur.] Idem decretum in Nicæno [f] conſtat. [Vt Chriſtiani (ait) vxorem ducant ex quacunque generatione, modò ad fidem veniant: ſed non debent Chriſtiani dare filias ſuas nuptum infidelibus, ne ad errorem maritorum peruertantur: & fiant vel ludeæ, vel Gentiles propter infirmitatem: & qui non paruerit à Synodo excommunicatur.] Cùm autem hoc generaliter non poſſent prohibere in Africa, ob multitudinem Gentilium, præceptum eſt, ſaltem filiis Epiſcoporum & presbyterorum, Concilium Carthaginenſe III. [g] [Item placuit vt filius vel filiæ Epiſcoporum, vel quorumlibet clericorum, Gentilibus vel hæreticis, aut ſchiſmaticis matrimonio non iungantur.] Idem decreuit Concilium Chalcedonenſe. [h]

Sed an hæc matrimonia ſi contrahantur, irrita ſint & nulla, ſcholaſtici doctores ſolent diſquirere; ac tandem in eam ſententiam veniunt, perpetuo Eccleſiæ vſu

Matth. 5. 2. Cor. 9.

Matth. 7.

1. Cor. 7.

[c] Cyprian. lib. de laſſ. cap. 2
[d] Ambroſ. epiſt. 79. ad Vigilium & lib. 1 de Patriarcha Abraham. c. 9.
[e] Hieron. contra Iouinian. Concil. Arelat. 1 cap. 11.
[f] Concilium Nicænum can. 53. apud Alfonſum Piſanum lib. 3 de actis Concil. Nicæni.
[g] Concil. Carthag. III. cap. 12.
[h] Conc. Chalcedon. cap. 14.

& traditione ea irrita facta & nulla. Sed præter traditionem, an legem etiam ſcriptam poſſimus adiicere, videamus. In Concilio enim Nicæno [i] decretum reperio, vt mulier quæ infideli nupſerit, illum derelinquat, & pro matrimonio contracto peragat pœnitentiam. [Quicunque duas mulieres in matrimonium acceperit, (inquit) ipſe cum ſecunda excommunicetur, & quæcumque mulier fidelis viro infideli nupſerit, ipſa quoque ex Eccleſia eiiciatur: quæ ſi pœnitentiam egerit maleficij, & eum virum quem habere non poterat, id eſt, infidelem dimiſerit, non eſt recipienda, niſi eo modo quo recipitur qui poſt quam fidem negauit, ad fidem reuertitur, debétque ipſa infidelem relinquere. Erit autem pœnitentia eius, ferre cilicium, & dormire ſuper cinerem, & ieiunare quantum ſibi conueniat: & tunc licebit cum fidelibus conuerſari, & communionem ſacram accipere: & quicunque contradixerit, à Synodo excommunicatur.]

At etſi in foro Eccleſiæ ita ſe res habeat: in foro ciuili Imperatorum legem exſtare ait Couarruuias [k] ab Imm. Valentini. & Valente ad Theodoſium magiſtrum equitum, qua ſub pœna capitali hæc matrimonia prohibentur. Sic enim Imperatores ſcripſerunt. [Nulli prouincialium, cuiuſcunque ordinis aut loci fuerit, cum barbara ſit vxore coniugium, nec vlli Gentilium prouincialis fœmina copuletur. Quòd ſi quæ inter prouinciales atque Gentiles affinitates ex huiuſmodi nuptiis exſtiterint, quod in his ſuſceptum vel noxium detegitur, capitaliter expietur. Datum V. Kal. Iun. Valent. & Valente AA. Coſſ.] Legem autem hanc ſiue Imperatorum edictum ideò recitauerim; vt oſtenderem minus veram eorum opinionem videri, qui eam ex illo ſententiam eliciunt, nec ſatis aptè Imperatorum menti conſilióque accommodari: cum illi eò reſpexerint, ne Romani cum exteris, néve exteri cum Romanis nuptias inirent: quod ad conſeruandam Romani ſanguinis dignitatem; antiquum eſt eius Reipublicæ inſtitutum, vt teſtatur Vlpianus [l]. Connubium (inquit) habent ciues Romani cum ciuibus Romanis; cum Latinis autem & peregrinis ita ſi conceſſum ſit.] Caius [m]. [Legitimæ nuptiæ ſunt, ſi Romanus Romanam nuptiis interuenientibus vel conſenſu, ducat vxorem.] Cicero [n]. [Si mulier cùm fuiſſet nupta cum eo, cui connubij ius eſſet, nuntium remiſit, quoniam qui nati ſunt, patrem non ſequuntur, pro liberis manere nihil oportet.] Vbi Boëthius [o] [Filij (inquit) non iure ſuſcepti in patrum non erant poteſtate, ſed matres potiùs ſequebantur. Non autem omnibus connubium erat cum Romanis, nec erant nuptiæ iure contractæ, quæ non aut inter ciuem Romanum, ciuémque Romanam, inibantur. [Seneca [p] [Promiſi tibi filiam in matrimonium, poſtea peregrinus apparuiſti: non eſt mihi cum extraneo connubium, eadem me res defendit, quæ vetat.] Hinc licet intelligi Vlpiani [q] rationem, dum docet filios poſt deportationem ſuſceptos, quaſi ab alio ſuſceptos videri: cùm enim per deportationem quis ciuis Romanus eſſe deſineret, fierétque peregrinus. [Qui deportantur (inquit Ælius Antoninus [r]) ſi hæredes ſcribantur, tanquam peregrini capere non poſſunt,] nec matrimonium niſi inter ciues conſtaret, ſed diſſolueretur per deportationem vt ſcripſit Paulus [s], ideo Vlpianus ait, poſt deportationem natos, quaſi ex alio conceptos videri; quia verè filij non erant iure Romanorum, eorum qui eſſent deportati, amiſſis per deportationem omnibus ciuitatis Romanæ priuilegiis, extinctóque ſimul iure connubij. Nec ſolùm connubia cum exteris & peregrinæ conditionis hominibus denegabant Romani, ſed & ipſa nomina ciuium Gentilitia: quod Claudio acceptum refert Suetonius [t].

[i] *Concilium Nicæn. can. 67. eorum quæ ex Arabico tranſtulit Alfonſus Piſanus lib. 3. de actis Concilij Nicæni.*

[k] *Couarr. in 4. 2. p. c. 6. §. 11. num. 3. Imp. Valent. & Valens in l. vnic. de nuptiis Gentil. C. Theodoſ.*

[l] *Vlpian in fragmen. tit. 5. c. 5.*

[m] *Caius inſtitutio. lit. 4.*

[n] *Cicer. in Topicis.*

[o] *Boëthius in Topic. Cicero.*

[p] *Seneca lib. 4. de beneficiis c. 35.*

[q] *Vlpian. l. ex facto 17. §. ex facto ad Trebell.*

[r] *Ælius Antoni. in l. 1. C. de hæred. inſt.*

[s] *Paul. l. Si quis ſic ſtipuletur. 57. ſolu. matrim.*

[t] *Sueto. in Claudio.*

COMMENTARII NOVI.

PROPTER COPIAM PUELLARUM, ſtatutum ne quiſquam ad exonerandam familiam in matrimonio cum Gentili filias collocet, ne infidelis conſortio fidem perdant. Tertullianus ad vxorem ſecundo. *Ambo fratres, ambo conſerui, nulla ſpiritus, carniſve diſcretio, atqui verè duo in carne vna, vbi caro vna, vnus & ſpiritus.* ALBASPINÆVS.

Cultus, vel Religionis diſparitas non impedit matrimonium abſolutè iure naturæ, ita vt ex ſpecialibus circunſtantiis non permittatur: D. Thom. 3. *part. quæſt. 59. art. 1. & in 4. ſentent. diſtinct.* 39. Couar. *de matrim. part. 2. cap 6. §. 11. & cap. 7. §. 4.* Gutierrez *eod. tract. cap* 104. *ex num. 1.* Didacus Perez *in l. 7. tit. 19. lib. 8. ordin.* nam lex naturæ humanæ generationi tantum conſulit, quocirca, modo legitima ſit prolis generatio, & educatio, cætera facilè permittit: nam quoad incommoda, quæ ex Religionis diuerſitate naſcuntur, ea non ſunt tam matrimonio annexa, quam aliis officiis; itaque ſicut fidelis infideli miniſtrare

A niſtrare poteſt in militia, & aliis rebus ciuilibus extra ſcandalum, ſic & fidelis cum infideli contrahere valet matrimonium, licèt contrarium defendant Sanchez *de matrimon. lib. 7. diſputatione 71. num. 5.* Seratius *tom. 1. opuſc. tractatione de matrimon. fidel. cum hæretic. num 6. vſque ad 17.* Soto *in 4. diſtinctione 39. quæſt. unic. articulo 2.* Petrus Ledeſma *de matrimon. quæſtione 59. art. 1. dub. 3.* Bartholomæus de Ledeſma *eadem tractatione dubio. 54.* Bellarminus *de matrimon. lib. 1. cap. 25.* Vnde in ipſo ſtatu legis naturæ reperiuntur

B plura matrimonia contracta à fidelibus cum idololatris. Abraham, qui fuit fideliſſimus, contraxit matrimonium cum Cæthura Geneſ. *cap. 2.* quæ fuit Cananæa idololatra, vt ex D. Iſidoro probat Abulenſ *quæſt. 1. & 2.* Iſaac cum Rebeca idololatra Geneſ. *cap. 20.* vbi notauit Abulenſ. *fol. 292. column. 2.* Iacob cum Lia, & Rachel Geneſ. *cap. 29.* quæ fuerunt Idololatræ, vt probat Cateranus *in capite 31. Geneſ.* in illis verbis: *Rachel furata eſt idola Patris ſui:* Ioſeph cum Aſeneth infideli filia ſacerdotis Putifar, Geneſ. *cap. 41.* Moyſes cum Tharbi filia Regis Æthiopiæ, & poſtea cum Sephora infideli, Exod. *cap. 2. verſ. 21.* & alij Patriarchæ ſimiliter cum infidelibus coniugium inierunt, vt refert Abulenſ. *in cap. 21. iudicum, quæſt. 18. & in cap. 1. Ruth, quæſt. 12.*

C Nec lege ſcripta prohibitum fuit contrahere matrimonium cum filiabus infidelium: Vnde Sanſon matrimonium contraxit cum Dalila idololatra, Iudic. *cap. 14.* vbi notauit Abulenſ. Mahalom, & Chelion filij Achimelech nuptias contraxerunt cum Orpha, & Ruth, *cap. 1. Ruth*, quæ erant idololatræ, vt *ibi* probat Abulenſ. *quæſt. 13. & 14.* Mereth in vxorem accepit Bethiam idololatram filiam Pharaonis *lib. 1. Paralipom. cap. 4.* Dauid matrimonium celebrauit cum Macha idololatra filia Regis Geſſur *lib. 2. 1. Reg. cap 3.*

D Salomon in vxorem accepit filiam Pharaonis idololatam: Eſther cum Aſſuero idololatra Rege Medorum *cap. 2. Eſther.* Prohibebatur tamen connubium cum nationibus idololatris terræ promiſſionis propter periculum idololatriæ, vt cum Amorrhæis, Cananæis, Hethæis, Pherezæis, Heuæis, & Iebuſæis, Exod *cap. 34. verſ. 11.* Deuter. *cap. 7.* Idumæis & Mohabitis, Eſdras *lib. 1. cap. 9.* Vnde iure diuino naturali tale coniugium non eſſe prohibitum tenent Turrecremata *in cap. ſi quis Gentilis 28. quæſt. 1.* Couar. *d. cap. 6. §. 11.* Ritiulus *lib. 2. Incubr. cap. 2. num. 8.* Quoad ius verò diuinum tantum, non conſentiunt Interpretes, & non ex eo iure vetitum ſimile con-

E iugium docent, Couar. *vbi ſuprà*, Ambian. *ad Tertull. de monog. cap. 11. obſeruatione.* Torreblanca *de iure ſpirituał. lib. 1. cap. 15. ſectione 3.* mouentur authoritate D. Auguſt. *lib. 1. de adult. coniug. cap. 25. & de fide, & oper. cap. 19.* Hieronymi *lib. 1. aduerſus Iouin.* & exemplis; quia in lege gratiæ legimus plures caſus, in quibus Catholici cum Gentilibus, & hæreticis contraxerunt matrimonia, vt Clotilda fidelis cum Amalarico Ariano Gothorum Rege, Chilpericus Rex Galliæ Catholicus cum Gualſinda Ariana filia Athanagildi, Sigibertus Rex Galliæ Catholicus cum Brunichilde Ariana, vt referunt Gregorius Turon. *de geſtis Francor. lib. 5. cap. 25.* Azor. *2. part. inſtit. moral. lib. 5. cap. 2.* Valerianus Hæreticus cum S. Cæcilia Catholica, D. Thomas *in epiſtol. 1. ad Corinth. cap. 7.* Crotildis Catholica cum Ludouico Rege Galliæ idololatra, Gordonius *in chronolog. anno 490. & 499.* Clotildis fidelis cum Clodoueo Rege Galliæ hæretico, Baron. *tom 8. anno 591. num. 41.* qui alia exempla refert *num 49. & 50.* Veritha Catholica cum Ethilberto hæretico Rege Angliæ, Polyd. Vergil. *lib. 4 hiſtor. Angliæ, in initio*, & Elburga cum Æduno Rege Angliæ idololatra, Beda *lib. 2. hiſtor. Angliæ, cap. 9.* Giſella filia Ducis Noricorum Catholica cum Stephano Rege Vngariæ infideli, Nauclerus *in Geneſ. cap. 34.* quibus exemplis accedit vſus, qui inualuit apud Germanos, Polonos, & alios vbi permixtim habitant hæretici cum Catholicis, qui ex conſuetudine recepta contrahunt coniugia, quæ non ſolùm valida, verum & licita eſſe docuerunt Azor. *lib. 8. inſtit. moral. part. cap. 11. num 5.* Filliuctius *tom. 1. de de matrimon. 2. part. num. 228.* Sanchez *lib 7. diſputatione 70. num. 5.* Contrarium tamen imò eſſe à iure diuino ſimilia coniugia prohibita docuerunt Soto *in 4. diſtinctione 39. quæſt. unic. art. 1.* Bellarminus *de matrimon. lib. 7. capite 66.* mouentur primo Deuteron. *cap. 7.* vbi Deus prohibuit populo ſuo connubium inire cum Gentili ex ea ratione: *Quia ſeducet filium tuum ne ſequatur me ac magis ſeruiat Dijs alienis*, Exod. *cap. 34. ne poſtquam fornicata fuerint (id eſt idolis ſacrificauerint) fornicari vos faciant*, & lib. 3. Reg. cap. 11. *Addit Dominus, certiſſimè auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos alienos.* Vnde grauiter reprehenditur Salomon eo quod adamauerit mulieres alienigenas, vt ex pluribus refert Pineda *de rebus Salomon, lib. 7. cap. 5.* Probatur ſecundò eadem ſententia ex D. Paulo 1. *ad Corinth. cap. 7. Mulier* (inquit Apoſtolus) *ſi dormierit vir eius, liberata eſt à lege viri, cui autem vult, nubat tantùm in Domino*; quem locum de matrimonio cum infideli contrahendo accipiunt D. Hieronymus *lib. 1. aduerſus Iouin.* Tertull. *lib. 2. ad vxorem*, ex ipſo Apoſtolo ad Corinth. epiſt. 6. ibi: *Nolite iugum ducere cum infideli.* Sed adhuc prima ſententia defendenda eſt, nec obſtant textus *in dicto cap. 7.* Deuteronom. 34. Exodi, nam prohibitio illa iuxta Abulenſem *in lib. 1. Paralipomen. cap. 4. quæſtione 15.* tantùm vigebat reſpectu Prouinciarum terræ promiſſionis, non verò ad alias gentes exteras protrahebatur, vt exemplis iam ſuprà probaui, licèt Paulus *quæſtione 4. expoſit. capite 4.* contendat, non ſolùm de Canonicis, verùm de omnibus infidelibus præceptum illud eſſe accipiendum. Nec etiam fauet authoribus contrariæ ſententiæ Apoſtolus; nam præter quam pluresTheologi expoſitiui accipiunt illum de vitando infidelium commercio, in coniugio, euincitur ex relatis verbis præceptum hoc abſtinuendi à coniugio infidelium eſſe iuris poſitiui, & ab ipſo Apoſtolorum tempore originem fluxiſſe.

Quoad ius Cæſareum plures exiſtimarunt

Christianis cum Gentilibus coniugia prohibita esse in *l. vnica C. Theodos. de nupt. Gentil.* vbi Imperatores Valentin. Valens, & Theodos. ita sanxerunt: *nulli prouincialium cuiusque ordinis, aut loci fuerit, cum barbara sit vxore coniugium: nec vlli Gentilium prouincialis fœmina copuletur. Quod si qua inter prouinciales, atque Gentiles affinitates ex huiusmodi nuptiis extiterint, quod in iis suscepium, vel noxium detegitur, capitaliter expietur. Dat. V. Kalend. Iun. Valent. & Valente*, &c. Ita docuerunt Couarr. *in 4. 2. p. cap. 8. §. 11. num. 3.* Farinac. *in praxi q. 139.* Antonius Matthæus *de crimin. instit. ff. ad l. Iul. de adult. cap. 1. num. 16.* Sed si rectè ea verba perpendantur, nullo modo Imperatores loquuntur de matrimonio à Catholico contrahendo, vel non, sed de nuptiis à ciuibus Romanis cum peregrinis non contrahendis, cũ tantum ciues Romani inter se ius connubij haberent Vlpian. *in fragm. titul. 5. connubium habent ciues Romani cum ciuibus Romanis: cum Latinis autem, & peregrinis ita, si concessum sit princip. instit. de nupt.* Macrob. lib. 1. Saturn. ibi: *libertinis verò nullo iure vti praetextis licebat, ac multo minus peregrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitudo.* Vndè magnam apud populum inuidiam Antonio conflauit ab eo contra leges cum Cleopatra initum coniugium, Plutarchus, *in Demetr.* & ægrè etiam tulisse populum Rom. Gisilinus narrat quod Titus Berenicen Ægyptiacam loco vxoris haberet, illustrant late Brisson. *de rit. nupt. pag. 118.* in paruis D. Nicolaus Anton. *lib. 2. de exil. cap. 8.* nunquam pro meritis satis laudandus eruditissimus Præceptor meus D. Iosephus de Reres, *lib. 2. de interdict. & releg. cap. 5.* Prohibetur igitur in eo textu connubium Romanis cum barbaris, ideſt cum illis nationibus, quæ erant vltra limites orbis, qui populi barbari dicebantur *lib. 2. Cod. de commerc.* Marcellin. *lib. 18. visus est in barbarico miles* Lamprid. *in Alexand. Seuer.* vbi de limitaneis ducibus loquens, ait *addidit sanè his, & animalia, & seruos, vt possent colere, quod acceperant, ne per inopiam hominum, vel senectutem possidentium desererentur rura vicina barbaris. Rufus Festus in breuiario: Traianus Daciam trans Danubium in solo barbaria Prouinciam fecit can. 52. Codicis Eccles. African. de Prouincia Mauritania nihil statuimus, quod ea sita sit in finibus Africa, & quod barbarico sit contermina:* vnde barbaris Romani opponuntur in edicto Theodorici Regis cap. 43. *nullus ad potentem Romanum, aut barbarum, proprias quelibet titulo transferat actiones*, & capite 44. *nullus se potens Romanus, aut barbarus, tamquam defensor, aut suffragator*, notarunt Causaub. *ad Lamprid. vbi supra*, Festelus *in dict. canon 52.* ita dicebantur populi barbari, aut quia feri, & inhumani erant, Saluian. *libro quinto de gubernat. Dei, & lib. 7.* vbi de Gothis agens ait: *quærentes scilicet apud Barbaros Romanam humanitatem, qui apud Romanos barbaram inhumanitatem ferre non possunt*; siue quia parum culti, & à moribus, viuendique legibus alieni erant, vt probat Georgius Ambianus ad Tertullianum *de velandis virginib. capite secundo, obseruatione prima* Prohibetur ergo *in dict. libro vnic.* connubium cum Barbaro, aut Gentili, ideſt extero, Gentiles enim exteri, & aduenæ dicuntur. Exod. *cap. 12.* Leuit. *cap. 17. & 24.* diuersique sunt à Barbaris iuxta illud Pauli ad Colossens. *cap. 3.* vbi non est Gentilis, & Iudæus; Barbarus, & Scytha, & hæc prohibitio etiam temporibus Gothorum durauit vsque dum *libro tertio legum Visigoth. in lib. 1.* ita cautum fuit: *Ob hoc meliori proposito, salubriter consentes, prisca legis remota sententia hac in perpetuum valitura lege sancimus, vt tam Gothus Romanam, quam etiam Gotham Romanus, si sibi coniugem habere voluerit, præmissa petitione dignissima, facultas ei nubendi subiaceat: liberumque sit libero, liberam quam voluerit, honesta coniunctione consulta perquirendo prosapia solemniter consensu, Comite permittente, percipere coniugem.* Manet ergo non rectè deduci ex *dict. l. vnic.* matrimonium inter Gentilem, & Christianam prohibitum esse iure ciuili; id tamen apertè probatur ex *l. nequis Christianam C. de Iudæis*, vbi pœnis legis Iuliæ *de adulter.* punitur Iudæus in vxorem accipiens, vel è contra.

Succedit ius Pontificium, quo huiusmodi matrimonia perpetuò prohibita reperiuntur, *cap. caue, cap. non oportet 28. quæstione 1.* Concilium Arelatens. *canone 11. de puellis fidelibus, quæ Gentilibus iunguntur, placuit, vt aliquanto tempore à communione separentur*, Laodic. *canone 10. & 31.* Tribur. *canone 39.* Toletan. 3. *canone 14.* Aurelian. 2. *canone 18.* Aurelian. 4. *canone 13.* Alexander III. *in apendic.* Concil. Lateranens. *pag. 30. cap. 45.* illustrant Torreblanca *de iure spirit. lib. 2. cap. 15. sectione 3.* Basilius *de matrimon. vbi supra*, Rituulus *de iure person. lib. 2. c. 2.* Vnde ne Christianus coniugio Gentilis, vel Iudæi macularetur, cautum erat, ne quisquam matrimonio iungeretur, nisi priùs consuleret Ecclesiæ ministros, & etiam viduas, quomodo accipiunt verba illa Tertulliani de monogam. cap. 11. *Petere maritum ab Episcopo à vidua*, Georgius Ambian. *in dict. cap. 11. obseruatione 1.* Albaspinæus *lib. 1. obseruatione cap. 24.* Non tamen in canonibus supra relatis aliqua mentio fit irritationis similis matrimonij: Vnde quamuis illicitum, & iniustum sit, tamen sustinetur, si attendamus leges Ecclesiasticas; ita docuerunt Sotus *in 4. distinctione 38. quæst. vnic. art. 2. conclusione 5.* Bellarminus *de matrimon. lib. 1. cap. 13.* Sanchez *eodem tractatu lib. 7. disputatione 71. num. 8.* licèt contrarium teneant Simancas *de Catholic. instit. titulo 40. numero 46.* Rojas *singularium 148. numero 1.* moti authoritate text. *in canone 72. 6.* Synodi in Trullo. in illis verbis; *Non licere virum Orthodoxum cum muliere hæretica, nec Orthodoxam cum viro hæretico copulare. Sed si quod huiusmodi ab vllo ex omnibus factum apparuerit irritas nuptias existimari, & nefarium coniugium dissolui. Si autem adhuc infideles sunt inter se legitimo matrimonio copulati, deinde alter eorum conuertatur ad fidem, altero in infidelitate manente, si fideli*

A *fideli placuerit cum infideli cohabitare, non à se invicem separentur iuxta Pauli sententiam.* Pro cuius Canonis expositione dicendum est matrimonium ab infideli cum fideli contractum ex Ecclesiæ sanctionibus non apertè irritari, sed satis in eis mutui coniuges separandos esse can. 67. Conc. Nicæni: *quicunque duas mulieres in matrimonium acceperit, ipse cum secunda excommunicetur. Et quacunque mulier fidelis viro infideli nupserit, ipsa quoque ex Ecclesia reiiciatur. Quasi pœnitentiam egerit maleficij, & cum virum, quem habere non poterat, ideſt infidelem dimiserit, non est recipienda, nisi eo modo, quo recipitur, qui postquam fidem neganit, ad fidem reuertitur, debéque ipsa infidelem relinquere*: & *can.* 69. Concil. Tolet. 4. *can.* 63. vbi iubetur, vt Iudæi, qui Christianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab Episcopo Ciuitatis ipsius, vt si cum eis permanere cupiunt Christiani efficiantur, quod si admoniti noluerint, separentur. Quæ verba licet interpretari possint de separatione quoad torum, tamen Ecclesiæ consuetudo (quæ vim legis obtinet) pro separatione quoad vinculum & irritatione accepit, vt testantur Bellarm. *d. lib.* 1. *de matrim. cap.* 13. & alij relati à Ritiulo *d. c.* 2. *num.* 22. & apertè probatur à sapientissimo Alphonso nostro in l. 15. tit. 2. part. 4. vbi ait. *Desuariamiento de la ley es la sexta cosa que embarga el Casamiento. Ca ningun Christiano debe casar con Iudia, nin con Mora, nin con hereja, nin con otra muger que no tuuiesse la ley de Christianos: & si casase non valdrie el casamiento. Pero el Christiano desposar se puede con muger que no sea de su ley, sobre tal pleito que se torne ella Christiana, ante que se cumpla el casamiento, è sino se tornare ella Christiana, non valdrien las desposajas.* Vnde iam ab hinc plurimis annis matrimonia fidelium cum infidelibus contracta, nulla sunt. Matrimonia verò cum hæreticis inita etiam inspecto iure Ecclesiastico valent, cum inter baptizatos celebrentur, & impedimentum disparitatis cultus non sit irritans, *c. decreuit de hæreticis in* 6. Neque contrarium probatur in d. can. 52. 6. *Synod.* nam omissis Basilio, *vbi supra* Torreblanca, *vbi proximè num.* 84. Scotti, *in select. epit.* 161. Vecano, *de fide quæst.* 163. qui negant authoritatem habere Canonem illum, dicendum est PP. in eo non agere de matrimonio contracto à Catholico cum hæretico baptizato, sed cum infideli. Editus enim fuit Canon ille contra Iberos, qui filias suas Sarracenis olim tradebant, vt in eius Schol. notauit Balsamon, quod & expresè constat ex illis verb. *si autem infidelis*: ex quibus constat in antecedentibus de infidelibus, non verò de baptizatis postea in hæresim lapsis agi.

B Manet ergo probatum, matrimonium fidelis cum infideli non esse irritum iure naturali, diuino aut Ecclesiastico, sed tantum consuetudine, nec prohibitum esse à iure naturali, diuino, sed tantum à iure Ecclesiastico: vnde deducitur ex iustis causis posse Romanum Pontificem cum fideli dispensare, vt contrahat coniugium cum infideli, Bellarm. *d. c.* Sanchez *d. lib.* 7. *disp.* 71. *num.* 10. Ritiulus *d. c.* 2. *num.* 25. sed huiusmodi matrimonia grauissimè à SS. PP. reprehenduntur: à D. Ambros. *lib. de Abrahamo c.* 9. Hieronymo *lib.* 1. *contra Iouin.* August. *lib* 1. *de fide, & operibus*: quorum verba refert Serarius *de matrim. Cath. cum hæret. c.* 17. & Cyprian. *in epist. de lapsis c.* 2. Mulieres Christianas, quæ nubant infidelibus, cosłas fieri Diaboli affirmat, & improbi, ac lachrymabiles exitus huiusmodi coniugiorum id probant, exempla extant in sacris, & profanis historiis. In sacris in matrimonio Regis Achab cum Iesabele gentili *lib.* 3. *Reg. c.* 16. in Ioran cum Attalia relato *lib.* 4. *Reg. c.* 8. In profanis, in matrimonio Ioannis Cantacuzeni Imperatoris, qui imperium amisit, qui filiam suam in matrimonium tradidit Otcani Turcorum Domino. Alia plura proposuit Doctus P. Mantuanus prudentissimo N. Philippo II. qui vt magnus Catholicus Monarcha etiam impetrata dispensatione PP. renuit serenissimam Infantem nuptui tradere Principi de Galles eam anxiæ in vxorem petenti. GONZALEZ.

C

D

De puellis fidelibus, ne infidelibus coniungantur.

De puellis fidelibus, ne infidelibus coniungantur.

Canon XVI.

E *Hæreticis qui erant ab Ecclesia Catholica, ne ipsis Catholicas dandas puellas; sed neque Iudæis neque hæreticis dari placuit, eo quòd nulla possit esse societas fidelis cum infideli: si contra interdictum fecerint parentes, abstinere per quinquennium placet.*

Ferd. de Mendoza.

Canon XVI.

Hæreticis si se tranferre noluerint ad Ecclesiam Catholicam, ne ipsis Catholicas dandas puellas; sed neque Iudæis neque schismaticis dari placuit, eo quòd nulla possit esse societas fidelis cum infideli: si contra interdictum fecerint parentes, abstinere per quinquennium placet.

HÆreticorum connubia bis interdixisse in eodem canone Patres omnis breuitatis studiosos, vix est vt credam. In vetusto, C. M S. Lauticis qui erant ab Ecclesia Catholica. Sed legendum puto schismaticis: cùm vt omnis species infidelitatis comprehendatur: tum quia Africani Patres cum huius Concilij decretum renouassent in Concilio Carthaginensi III. can. XII. hæc eadem connubia cum schismaticis, hæreticis, vel infidelibus, clericorum filiis interdixerunt, vt dicemus posteà. Sed quid si pro nomine Catholicas, Catholicis legendum sit hoc sensu, vt hæreticis admonitis, si se transferre ad Ecclesiam noluerint, in pœnam pertinaciæ nec postea Catholicis conuersis dandas Catholicas puellas. Non temerè id affirmauero.

CAPVT TRIGESIMVM-QVARTVM.

De hæreticorum, schismaticorum & Iudæorum connubiis.

QVanta sint, quam pernicioſa & schismatis & hæreseos crimina, quorum altero fides interit, qua Deum & salutis consequendæ rationem cognouimus; altero caritas extinguitur, qua Christo, eiusque corpori (quod est Ecclesia) coniungimur; sapienter & piè multis huius Concilij decretis Hispani Episcopi expresserunt, dum omnium Sacramentorum expertes decreuerunt, quos vel leuiter tanti criminis labes maculasset. Nulla enim est pestis, quæ celeriùs hæresi inficiat, & suo contagio exitium afferat aliis præsentiùs. Instar enim cancri (vt Apostolus ait) serpit, & simulatque corporis partem aliquam corripuerit, continuò, sensim atque occultè in reliquas diffunditur partes, & lubrica deinde in alios facilitate prolabitur. Qua de causa Hispani Episcopi, non minùs probitate vitæ, & sanctitate doctrinæ, quàm prudentiæ honore commendabiles, videntes huic morbo nullum certius præstantiúsque remedium adhiberi posse quam fugam, quòd in fuga salus, in auersione præsidium, in execratione refugium sit, ideo hæreticorum & schismaticorum connubia, vt pernicioſissimam societatem tam graui in parentes pœna propoſita, filiis fidelibus interdixerunt, ne diuinum gratiæ Sacramentum alterius coniugum hæresi aut schismate in graue & profanum animi adulterium conuerteretur; & eâdem facilitate tam filij, quàm posteri, & vtriusque familiæ consanguinei eiusdem erroris venenum à parentibus propinatum susciperent; susceptum intimis conciperent visceribus; conceptumque tandem in reliquas populi partes maiori pernicie & calamitate propagarent. Ab hoc Concilio acceperunt reliqua, vel generalia, vel prouincialia, quæ his matrimoniis aditum præcluserunt. Horum vnum Laodicenum [u] fuit. [Eos (ait) qui ad Ecclesias pertinent, indifferenter filios proprios hæreticorum nuptiis minimè sociare debere.] Et rursus. [Quoniam non oportet (inquit) cum hæreticis commiscere connubia, & vel filios vel filias dare, sed potius accipere.] Concilium Carthaginense III. [x] [Item placuit, vt filij vel filiæ Episcoporum, vel quorumlibet clericorum, gentilibus, vel hæreticis, aut schismaticis matrimonio non iungantur.] Chalcedonense [y]. [Quoniam in quibusdam prouinciis concessum est Psalmistis, & Lectoribus vxores ducere, constituit sancta Synodus, prorsus cuique ex his non licere alterius sectæ accipere vxorem. Si quis verò prævenit, & habet iam de tali connubio filios, si fortè præuenerint eos iam apud hæreticos baptizari, debent eos offerre sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, vt ibi communicent. Qui verò adhuc baptizati non sunt, omnimodò non posse eos in hæretica Ecclesia baptizari, nec in matrimonio iungi hæretico, Iudæo vel Pagano: nisi fortè spoponderit se venire ad orthodoxam fidem, dum coniungitur personæ orthodoxæ. Si quis verò hanc definitionem sanctæ Synodi præterierit, regularum condemnationibus subiaceat.]

Sed an matrimonium irritum sit (vt vocant) & nullum, si contrahatur, quærunt Doctores Scholastici. Et tandem à diuo Thoma [z] & reliquis rectè doceri video, matrimonium valere. Quod etiam ex hoc canone colligi videtur, dum nulla alia pœna nisi quinquennij in parentes excommunicatio adiicitur.

Vrget tamen scrupulosiùs multò magis quàm veriùs canon Synodi, VI. [a] quo hæc matrimonia irrita esse renuntiantur. [Non licere (inquit) virum orthodoxum cum muliere hæretica, nec orthodoxam cum viro hæretico copulari: sed si quid huiusmo

[u] *Concil. Laodicen. can. 10. & 13.*

[x] *Concil. Carthag. 3 can. 12.*

[y] *Conc. Calced. can. 13.*

[z] *D. Th. in 4 dist. 34. art. 1.*

[a] *Canon. 72. VI. Synodi.*

Digitized by Google

A huiusmodi ab vllo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias existimari, & nefarium coniugium dissolui. Si autem adhuc infideles sunt inter se legitimo matrimonio coniuncti; deinde alter eorum conuertatur ad fidem, altero in infidelitate manente, si fideli placeat cum infideli habitare, non à se inuicem separentur, iuxta Pauli sententiam.] Quod confirmat quæ ad illius interpretationem adiecit Theodorus Balsamon [b], notans canonem aduersus Iberos, quòd liberos olim Saracenis traderent; sic enim inquit. [Lex ciuilis definit matrimonium, societatem & communionem diuini & humani iuris. Hinc ergo consequenter sancti Patres decernunt, iure matrimonij non esse coniungendum virum fidelem mulieri infideli, vel infidelem mulierem viro fideli: sed & si quid eiusmodi factum fuerit, diuellendum ac separandum esse matrimonium, vt quòd consistere non possit. Quæ est enim (inquit) lupo cum agno societas quorum est penitus contraria voluntas, sibique sunt inuicem in omnibus aduersi & infesti, quòd sit contraria eorum viuendi ratio? Et non solum separandum esse matrimonium, sed & eum qui tale quid ausus est, segregandum esse statuunt. Sed si, inquiunt, alter ex coniugibus fidem orthodoxam elegerit, non propterea separabitur matrimonium. Magnus enim Apostolus in epistola ad Corinthios statuit, eos non esse separandos, quoniam sanctificatus est vir infidelis per fidelem mulierem, & contrà, sanctificatur infidelis mulier per virum qui credidit. Est autem spes fore vt eiusdem sint sententiæ coniuges; si alter ex ipsis fidem orthodoxam elegerit. Nota ergo præsentem canonem propter Iberos, qui suas filias Agarenis indiscriminatim in matrimonio collocant. Similiter nota & verbum canonis, quod dicit: Fideli autem si placeat cum infideli cohabitare, vel contrà, fideli cum infideli, ne separentur; si quis enim horum separari maluerit, matrimonium ex eo diuelletur. Quod quidem factum B C est tempore sanctissimi Patriarchæ Domini Theodori; separatus est enim à sua infideli vxore Basilius Buccinator, postquam baptizatus fuerat, cum decreto Patriarchali; vtpote quæ à viri suasione minimè posset vt baptizaretur.] Repetiuit iterum in nomocanone Photij [c]. [Et scies quòd fidelis cum muliere infideli non iungitur matrimonio, etiamsi nonnulli decepti à fine ipsius canonis, qui docet de infidelibus qui crediderunt post matrimonium, aliud audacter dixerunt. Ego autem qui scio esse orthodoxos Iberos, & nostra omnia suscepisse, & videam ipsos suas filias Agarenis nuptui dare, miror, & nescio quomodò à suis sacerdotibus, qui legunt & sciunt decreta canonum, hæc non prohibentur. Hæc ergo corrigi cupio potentissimi & sanctissimi nostri Imperatoris auxilio.] Hæc Balsamon. Sed miror doctos viros tantopere canone Concilij Constantinopolitani [d] & Theodori interpretatione commoueri, cùm tanta illius Concilij decretis auctoritas tribui debeat, quantam & ego censeo tribuendam D Balsamoni; cuius dignitatem, studium, & eruditionem, etsi plurimùm profuisse Reipublicæ non diffiteor, sic & in illo maiorem aliquando pietatem & acriorem diligentiam sæpe me desiderasse non negauerim, vt iam semel antea dixi, dicendumque alias sæpe. De VI Synodi canonibus & eorum auctoritate fusiùs quoque differemus inferiùs [e]. Et quamuis matrimonium cum hæreticis contractum, in Occidente præcipuè, ratum esse constet, non tamen hoc impunè fieri licet: nam fœmina quæ erroris viri conscia hæretico nubit, dotis pœna multatur constitutione Bonifacij VIII. [f] Illud autem E hic adnotandum est, vt periculosius multo vitandum esse, puellas Christianas hæreticis vel infidelibus tradi, quàm puellas hæreticas vel infideles Christianis maritis adiungi; cùm fœminæ magis possint & soleant virorum erroribus, quàm viri fœminarum turpitudine maculari, facilisque multo sit, vxorem hæreticam vel infidelem Christiani mariti & Catholici, quàm hæreticum & infidelem maritum Catholicæ vxoris consilio ab hæreseos & idololatriæ erroribus ad veritatis lucem reuocari,

1. Corinth. 7.

b Theod. Balsam. ad can. 72. Vlasynodi.

1. Corinth. 7.

c Theodor. Balsam. in nomocanone Photij tit. 12. c. 13.

d Conc. Constant. nop. can. 72.

e Cap. 41. huius l. Cap. 52. huius lib.

f Bonifac. in c. decernuit. de haretic. lib. 6.

SED NEQVE IVDÆIS.

CAPVT TRIGESIMVM-QVINTVM.

Cum Iudæis matrimonia inita, ipso iure nulla.

TAnta fuit semper Iudæorum improbitas, tanta in errore pertinacia, vt legibus caueri oportuerit, connubia Christianorum cum iis inita, ob graue contagionis

periculum, non modò illicita, verùm irrita eſſe ac nulla, ideóque ſeparanda: quod multis Conciliorum decretis Hiſpanorum præcipuè conſtitutum eſt. Toletanum IV. [f] [Sæpe (inquit) malorum conſortia etiam bonos corrumpunt, quantò magis eos, qui ad vitia proni ſunt. Nulla igitur communio ſit Hebræis ad fidem Chriſtianam tranſlatis, cum his qui adhuc in veteri vita conſiſtunt, ne fortè eorum participatione ſubuertantur. Quicumque ergo ex his qui baptizati ſunt, amodò infidelium conſortia non vitauerint, & hi Chriſtianis donentur, & illi publicis cædibus deputentur.] Et rurſus [h]. [Iudæi qui Chriſtianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab Epiſcopo ciuitatis ipſius, vt ſi cum eis permanere cupiunt, Chriſtiani efficiantur: quòd ſi admoniti noluerint, ſeparentur; quia non poteſt infidelis in eius permanere coniunctione, quæ iam in Chriſtianam tranſlata eſt fidem.] Confirmauit Concilium Toletanum VIII. [i] Idem ferè decreuit Concilium Aruernenſe [k]. [Si quis Iudaicæ prauitati (inquit) iugali ſocietate coniungitur, & ſeu Chriſtiana Iudæo, ſiue Iudæus Chriſtianæ mulieri conſortio miſceatur carnali, quicumque horum tantum nefas admiſiſſe dignoſcitur, à Chriſtianorum cœtu atque conuiuio, & communione Eccleſiæ, cuius ſociatur hoſtibus, ſegregetur.] Idem conſtituit Concilium Aurelianenſe II. [l] [Placuit (inquit) vt nullus Chriſtianus Iudæam, neque Iudæus Chriſtianam in matrimonio ducat vxorem, quia inter huiuſmodi perſonas illicitas nuptias eſſe cenſemus: qui ſi commoniti à conſortio hoc ſe ſeparare diſtulerint, à communionis gratia ſunt ſine dubio ſubmouendi.] Concilium Aurelianenſe III. [m] [Chriſtianis omnibus interdicimus, ne Iudæorum coniugiis miſceantur: qui ſi fecerint, vſque ad ſequeſtrationem, quiſquis ille eſt, communione pellatur.] Zacharias PP. [n] [Si quis Chriſtianus filiam ſuam Iudæo in coniugio copulare præſumpſerit, niſi perfectè erediderit Chriſto, & baptizatus fuerit, &c. Et ſi vidua Chriſtiana Iudæum duxerit virum, vel conſentientibus ei, anathema ſit. [Hinc apparet, quanta de Iudæorum pertinacia & improbitate iniecta ſit multis iuſtiſſimiſque de cauſis Epiſcoporum animo ſuſpicio. Nam vt in retinenda illi ſua lege pertinaciores; ſic & in peruertendis aliorum animis propenſiores ſunt: ideóque Valentinianus, Theodoſius & Arcadius Imperatores legem tulerunt, adulterij pœnam conſtituentes in illos, qui Chriſtianam mulierem, vel eas Chriſtianas quæ Iudæum maritum ſuſcepiſſent [o]. [Ne quis (inquiunt) Chriſtianam mulierem in matrimonium Iudæus accipiat; neque Iudææ Chriſtianus coniugium ſortiatur. Nam ſi quis aliquid huiuſmodi admiſerit, adulterij vicem commiſſi huius crimen obtinebit; libertate in accuſandum publicis quoque vocibus relaxata.] Quòd ſi Iudæi vera animi deuotione ad fidem noſtram conuertantur, cum illis neophytis matrimonio originarios fideles ſociandos Concilij Baſilienſis [p] Patres piè ſatis monuerunt.

[f] *Concil. Tolet. 4. can. 61.*
[h] *Idem can. 62.*
[i] *Concil. Tolet. 8. can. 12. Refertur à Grat. in c. Iudæi 28 q. 1.*
[k] *Concil. Aruer. can. 6.*
[l] *Concil. Aurel. 2. can. 18.*
[m] *Concil. Aurel. 3. can. 13.*
[n] *Zacharias PP. in Synodo Romana. can. 10.*
[o] *In l. 5. C. Theod. ad l. Iul. de adult.*
[p] *Concil. Baſil. can. 20.*

COMMENTARII NOVI.

HÆretici, *ſi ſe transferre noluerint ad Eccleſiam*, Agathenſe, *ſi tamen profiteantur Chriſtianos ſe futuros.* Laodicenſe Canon 31. *ſi tamen profiteantur Chriſtianos ſe futuros.* Chalced. Can. 14. *Niſi fortè ſpoponderit ſe venire ad orthodoxam fidem.* ALBASPINÆVS.

In Can. antecedenti generaliter inhibuerunt PP. fidelibus cum infidelibus connubio copulari. In præſenti ſpecialiter idem prohibent cum Iudæo, hæretico, aut ſchiſmatico; quia ſi erga Gentiles datur timor peruerſionis ad idololatriam, erga iſtos ſuſpicari poteſt reductio ad Iudaicam Religionem, hæreſim, aut Schiſma. Conſonant *text. in cap. latores* 15. 32. *diſtinct. cap. non oportet cum hominibus hæreticis* (ita legendum eſt non cum omnibus hæreticis) 28. *quæſt.* 1. plura Conciliorum decreta congeſta ab A. Auguſtin. *lib.* 11. *epitom. iur. Pontif. titul.* 17. Stephanus IV. *in epiſtol. ad Francorum Reges* relatus à Baſil. *de matrim. lib.* 7. *cap.* 47. Hæreticis tamen ad fidem conuerſis Catholicæ puellæ dari poſſunt; nec audiendus eſt Baſil. *d. cap.* 46. *num.* 7. ea verba *ne ipſis Catholicas dandas puellas; ita emendat*, ne ipſis Catholicis: nam ſacri Canones tantum cum hæreticis in hæreſi perſiſtentibus coniugium inire prohibent. In his autem Regionibus, in quibus permixti habitant Catholici cum hæreticis Romano P. permittente licite huiuſmodi coniugia celebrari docuerunt Baſil. *vbi ſupra num* 8. Azor. *tom.* 1. *inſtit. c.* 11. *q.* 5. GONZALEZ.

De

De his qui filias suas sacerdotibus Gentilibus coniungunt.	*De his qui filias sacerdotibus Gentilium coniungunt.*
Canon VII.	*Canon XVII.*
Si qui fortè sacerdotibus idolorum filias suas iunxerint, placuit nec in fine eis dandam communionem.	Si qui fortè sacerdotibus idolorum filias suas iunxerint, placuit nec in fine eis dandam esse communionem.

CAPVT TRIGESIMVM-SEXTVM.

Varia ethnicorum sacerdotum priuilegia: cur speciatim connubium cum illis interdicatur.

MVlta olim sacerdotibus idolorum priuilegia concessit vetustas, quæ variis consecrata literis antiqui adhuc scriptores conseruant Religionis vel superstitionis suæ ceremonias & instituta tuebantur, & si quid dubij inerat, interpretabantur, auctore Liuio [9]. Quibus aris, quibus hostiis, quibus diebus, quibus templis, quibus diis sacra essent facienda, exponebant. Ne Romana sacra alij contemnerent, aut peregrinos ritus ascisceren prouidebant. De votis rite exoluendis, de iureiurando, de matrimonio, de funeribus iustisque exhibendis, de sepulchris, de placandis manibus, ac de omnibus tandem controuersiis suæ religionis iudicabant. Singulorum annorum res memoratu dignas (annales vocabant) mandabant literis, & in album efferebant, vt populo esset exscribendi potestas. Cùm quis sui iuris esset arrogandus, apud ipsos lege quærebatur, quæ causa esset adoptionis, quæ ratio generis, quæ dignitas, quæve sacra. Adeóque tandem Pontificatus honor & dignitas creuit, vt Plutarcho [1] teste, Regis proxima crederetur; eáque ratione purpuram vt reges pretiosiorem, nempe bis tinctam, induebant Quod cùm à Constantino Magno nostræ religionis sacerdotibus cum reliquis antiquorum priuilegiis communicaretur, eáque purpura aliquando abuterentur clerici ad vanam opum ostentationem, vetitum posteà illis reperio decreto Concilij Narbonensis [s], purpura indui. Cuius vsus & interdictionis hæc ratio fuit. Pileum Flaminum insigne nunquam deponebant, vt refert Ammianus [t]: tametsi, vt Plutarchus [u] testatur, cæteri solerent occurrentibus caput detegere. Equo vehi non poterant, sed vt maiori pompa maior dignitati splendor accederet, carpento vrebantur, illisque solis permissum carpento ingredi Capitolium, Tacitus [x] refert. Fuisse præterea Flaminis Dialis immunitatem scribit Ammianus [y], vt iurare ei minùs liceret; quòd non deceret de rebus paruis fidem ei non haberi cui res sacræ & maximæ essent concreditæ. Si qui noxij ad eum confugissent, ea die à pœna erant immunes, Plutarchus [z]. Ipsos quoque à collationibus & tributis liberos, ni summa necessitate vrgeretur Respublica, idem Plutarchus [a] & Liuius [b] affirmant. Quinimo sumptus & stipendia & rerum sacrarum impensas, vt refert Halicarnasseus [c], ex publica pecunia accipiebant. Hæc stipendia Gratianus Imperator edicto proprio adempta, fisco arcæque publicæ vendicauit, reliqua autem priuilegia Arcadius & Honorius Imperat. sacerdotibus idolorum sustulerunt. Antè verò cum huius Concilij tempore tot honoribus & priuilegiis sacerdotum dignitas ornaretur, illorum, autem fructum plerique fideles rerum inanissimarum, quàm religionis cupidiores vt perciperent, solebant filias his ethnicorum sacerdotibus in matrimonio locare; quod quàm fuerint Patres Illiberritani vehementer detestati, non obscurum hîc posteris argumentum præbuerunt, infidelium nuptias canone qui præcessit, fidelibus intercluserunt, nulla pœna propolita: in hoc autem cum sacerdotibus ethnicorum iniri, sanctione iterata & graui addito anathemate inhibuerunt. Nam cum sacerdotes profana deorum sacrificia & reliqua idololatriæ munera obire & exequi debuissent, maius inerat periculum, ne ex

[9] *Liu. l. 1 decad. 1. Liu. ibid & Val. lib. 1. c. 1. Halicarnas. lib. 2. Roman. antiq.*

Festus Pompei. l. 11 A. Gell. l. 5 noct. Att. c. 19 Cicer. lib. 2. de orate. Macrob. lib. 3. Saturn. c. 2. in fine. Gellius l. 15. c. 19. Tacitus l. 17. annal.

[1] *Plutarch. problemat. c. 113. Cicer. ad Atticum l. 2. epist. 24.*

[s] *Concil. Narbonense can. 4. Nondum editum est, sed MS. apud nos exstat.*

[t] *Ammian. lib. 7.*

[u] *Plutarch. q. Rom. 9. 10.*

[x] *Tacitus lib. 12.*

[y] *Ammian. l. 27.*

[z] *Plutar. Probl. 3.*

[a] *Plutar. in Camil.*

[b] *Liu. l. 3. decad. 4.*

[c] *Halicarnass. l. 2. Roman. antiq. L. 1 L. C. Theod. de Paganis.*

Can. 15.

Digitized by Google

ex illorum contubernio & societate aliquam tanti criminis maculam vxores fideles contraherent : ideóque parentes earum nuptiarum auctores , graui , sed meritissima pœna multarunt , vt nimirum ad vltimum vsque vitæ spiritum communione priuarentur. Tanto enim studio in obstruendo omni ad idololatriam aditu Patres nostri elaborarunt , vt catechumenis fœminis ob eandem religionis solicitudinem , viros scenicos vel comicos habere peculiari cauerint decreto.

COMMENTARII NOVI.

S*Acerdotibus Idolorum* , Flaminibus Gentilium , non verò Christianis sacerdotibus , qui persequutionum temporibus Diis gentium immolarunt , vt quidam existimant. ALBASPINÆVS.

Apud Gentiles non solum Flamines , omnésque sacerdotes , verum & ipse P Maximus nuptias celebrabat ex Plin. *Panegyr.* & Cicerone *in Topic.* probant Gutherius *de iure Pontif. lib. 1. cap. 16.* Stuchius *de sacrific. fol. 8.* Circa illa autem coniugia nonnulla peculiaria obseruanda sunt. Primum, Pontificem tantum vnius vxoris connubio vti posse Tertull. *ad vxor. cap. 17. de præscript. cap. 40. & de exhort. castit. cap. vltim.* Secundum, Flaminis matrimonium non nisi morte dissolui posse Sueton. *in Iul. cap. 1. 7. & 21.* & Dialem vxorem amittentem Flaminis decedere A. Gell. *lib. 10. noct. c. 15.* ait. Tertium, matrimonium à P. & sacerdotibus Gentilium non alio modo celebrari posse , quam confarreatione, Cicer. *vbi suprà*, Plin. *lib. 18. c. 3.* Guther. *d. cap. 16.* Brisson. *de rit. nupt. fol. 15.* in paruis. Confarreatio fiebat solemnibus verbis , & decem testibus præsentibus , solemníque sacrificio peracto , in quo panis Farreus adhibebatur , Vlpian. *tiuul. 9. regul.* Seruius *ad lib. 1. Georgic.* Virgil. ibi. *Farra nuptia fiebant per Pontificem Maximum, & Dialem Flaminem per fruges & molam salsam coniungebantur. Vndè Confarreatio appellatur.* Dionys. Halicarn. lib. 3. *Priscas legitima, sacráque matrimonia Romana appellatione Farreatia dixisse* : Illustrat Horhoman *de ritu nupt. cap. 20.* Vnde forsam PP. Hispani agnoscentes matrimonium à sacerdotibus Gentilium celebrari non posse absque sactificio, & per consequens sine idololatria , quam radicitus euellere intendebant , maiorem pœnam sanxerunt in eos , qui filias suas sacerdotibus Gentilium in matrimonium tradiderunt, quam illis , qui infidelibus , aut Iudæis filias suas iunxerunt, quibus tantum per quinquennium pœnitentia iniungitur in can. antecedenti : quia eo facto nullam idololatriæ speciem admiserunt. GONZALEZ.

De sacerdotibus & ministris, si mœchati fuerint.

De sacerdotibus & ministris , si mœchauerint.

Canon XVIII.

Episcopi , Presbyteri , Diaconi , si in ministerio positi detecti fuerint quòd sint mœchati , placuit , & propter scandalum , & propter nefandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

Canon XVIII.

Episcopi , Presbyteri , Diaconi , si in ministerio positi detecti fuerint quòd sint mœchati , placuit , & propter scandalum , & propter nefandum crimen , nec in fine eos communionem accipere debere.

CAPVT TRIGESIMVM-SEPTIMVM.

De pœna Episcoporum & sacerdotum mœchantium.

[d] *Tertull. lib. de pudicitia, in princ.*
[e] *D. Cyprian. lib. de bono pudicitiæ c. 2.*

INter eas virtutes , quibus Episcoporum , presbyterorum & diaconorum animos excoli ornaríque decet, vna præcipuè est pudicitia , flos morum , honor corporum, decor sexuum , integritas sanguinis , fides generis, fundamentum sanctitatis , præiudicium omnis bonæ mentis , vt Tertullianus [d] descripsit , & post illum D. Cyprianus [e]. Cum

A Cum enim hi ſcire debeant, ſe templa eſſe Domini, membra Chriſti, habitationem Spiritus ſancti, electos ad ſpem, conſecratos ad fidem, deſtinatos ad ſalutem, filios Dei, fratres Chriſti, conſortes Spiritus ſancti, vt idem Cyprianus [f] dixit; quid magis effugere debent, quàm peccatum illud, quo ipſi Patris omnipotentiam, ſapientiam Filij, & Spiritus ſancti bonitatem ſuæ turpitudinis ſordibus impediunt? Intellexerunt hoc olim Gentes, dum ſacra facturos ob omni impudicitia abſtinere volebant. De antiquorum Ægypti ſacerdotum vita Chæremon philoſophus narrat, vt D. Hieronymus [g] refert, quòd nunquam mulieribus miſceri deberent: & vt caſtitatem inoffenſam ſeruarent, à ſalis vſu abſtinuiſſe refert Plutarchus [h], quòd caloris vi libidinem conciet. De Græcis idem recenſet Pauſanias [i] in Achaicis; qui vt pudicitiæ leges maiori integritate ſeruarent, rutam aſſiduè inter edulia ſumere ſolebant, quòd ea libidinis faces extinguat, auctore Dioſcoride [k]. Quid ſimile Feſtus Pompeius tradit, &
B Gellius [l], Diali Romæ nefas fuiſſe hederam tangere, ac ne nominare quidem fas fuiſſe, quòd hedera herba haberetur laſciua; eo ænigmate declarantes, quanta puritas caſtitáſque deceat Dei ſacerdotes. Si Gentes ergo, vt diis vel dæmonibus potiùs ſacra facerent, tam diligentes & acres pudicitiæ cuſtodes fuerunt, qui non facere deb Chriſti cultores, imitatores & miniſtri? Si enim ſenſu non carent, intelligere debe maiorem in vincenda quàm in explenda voluptate voluptatem ineſſe. Quòd ſi contra ſentientes fœminarum ſe complexibus implicauerint, vel maculauerint potius, deponendos eſſe antiqua Apoſtolorum conſtitutio [m] docet. [Epiſcopus (aiunt) aut presbyter aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur: non tamen communione priuetur: dicit enim Scriptura: Non vindicauit Dominus bis in idipſum.] Communionis autem priuationem adiecerunt Patres Hiſpani hic, vt arctiori vinculo conſtricti, à tam nefando crimine retraherentur. Nefandum
C enim olim vocarunt, quia à carnalibus peccatis etiam nominandis abſtinere Dei cultui conſecratos volebant; quæ antiqua eſt Eccleſiæ & Sanctorum conſuetudo, vt teſtatur D. Baſilius [n]. [Quæcumque autem (inquit) ſunt alia immundarum animi perturbationum genera, Dæmoniorum ſchola inuenit, diuina ſcriptura ſilentio præteriit, maieſtatem ſuam turpium rerum nominibus nolens polluere, ſed generalibus nominbus immunditias complexa eſt, ſicut Apoſtolus dicit: Fornicatio autem & omnis immunditia ne nominetur quidem in vobis, ſicut ſanctis conuenit.] Quare cùm in Hebræorum Republica olim ſues in tanta eſſent abominatione, vt nec eos nominare liceret; ſi neceſſitate nominandi vrgerentur, nefanda animalia nuncupabant, vt ex Ioſepho [o] colligitur. Hodie autem crimen nefandum Hiſpanorum vſu ad ſolum crimen præpoſteræ libidinis accommodatur. In CC. alius MS. nefarium lego. Inter vtrumque quid interſit, Aſconius Pedianus [p]. [Nefandum (inquit) eſt, non fan-
D dum: nefarium, quod ſacra polluit. farre pio ſolita celebrari.] Concilium Neocæſarienſe [q], ob adulterium vel fornicationem extra Eccleſiam abiici, & inter laicos ad pœnitentiam redigi presbyteros iubet: deponi autem, & depoſitum detrudi in monaſterium, ex decreto VII. Concilij Aurelianenſis III. probat Gratianus [r]. Quam depoſitionis ſententiam, ob id crimen admiſſum, & ſola ſua confeſſione probatum, in Potamium Epiſcopum Bracarenſem latam legimus in Concilio Toletano X. Fructuoſo Eccleſiæ Dumienſis Epiſcopo in eius locum ſuffecto: hodie etiam in Epiſcopis & preſbyteris in Hiſpania, noſtræ ætatis ſcriptores [s] teſtantur: in fornicariis verò arbitrariam. Sed ab arbitraria hac fornicationis pœna excipiuntur Epiſcopi, quos ob maiora incommoda publici exempli, vt violati cum Eccleſia ſponſa magni ſacramenti, depoſitos videmus, & ad agendam pœnitentiam in monaſterium detruſos.

Dum de grauitate adulterij & fornicationis, & eorum pœna canon hic agit, occaſio erat diſputandi, vel refutandi potiùs antiquorum quorundam Epiſcoporum errorem qui Cypriano [t] teſte dandam mœchis pœnitentiam negarunt, quem aſſeuerante
E ter, ne dicam pertinaciter, defendit Tertullianus. Sed quia illum ſatis, pieque & ſapienter refutauit Cyprianus & alij antiquiores, ex recentioribus autem Iacobus Pamelius [u] ad ſingula Tertulliani in contrarium argumenta reſpondit, omittemus laborem: cum exſtet præcipuè Concilij Tridentini doctrina, qua certi ſecuríque reddimur, omnem lapſum poſt baptiſmum gratia Dei reſurgere poſſe, & iuſtitiam amiſſam recuperare; contrà opinantibus anathemate propoſito.

COMMEN

[f] *Idem in eod. c. 1.*

[g] *D. Hieron. lib. 2. aduer. Iouinianum.*

[h] *Plutarch. in Symp. & in lib. de Iſid. & Oſiride.*

[i] *Pauſanias in Achaicis.*

[k] *Dioſcor. l. 3. c. 50. Plutarch. in problemat. c. 11.*

[l] *Gel. lib. 10 noct. Attic. c. 15.*

[m] *Can. Apoſt. 25.*

Nahum. 1.

[n] *D. Baſil. in epiſt. ad Diodor.*

[o] *Ioſephus de bello Iudaico. lib. 5. c. 1.*

[p] *Aſcon. Pedianus oratione 3 contra Verrem.*

[q] *Conc. Neocæſar. can. 1.*

[r] *Grat. in c. ſi quis presbyter 81. diſt. Conc. Tol. 10. ad finem.*

[s] *Couin. 42. p. c. 8. §. 7. n. 19.*

[s] *Bernardus Diaz cum his quos in eam rem citat. in prac. crimin. c. 78.*

[t] *Cypr. l. de lapſis Tertul. lib. de pudicitia.*

[u] *Iacob Pamel. eod. l. de pudicitia.*

COMMENTARII NOVI.

A

IN ministerio positi, qui graduum, & ordinum suorum officia, & munia obirent: nam si essent depositi, aut si ob aliam causam ab officio & dignitate gradus essent remoti; leuius erant puniendi; Concil. Carthag. 5. can. 2. *qua eos à ministerio necesse fuerit remoueri.* ALBASPINÆVS.

Non de qualibet incontinentiæ specie in præsenti agitur, sed specialiter de Mœchia: nec hoc graue scelus in omnibus negata communione in fine vindicatur, sed Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus, in quibus propter votum castitatis grauius peccatum hoc iudicatur, consonant text. ab specie de adulterio in *cap. Presbyter* 9. 28. *dist. cap. prater* 32. *dist. c. si quis clericus* 10. 81. *dist.* Concil. Altissiodor. canon. 20. *si Presbyter, Diaconus, subdiaconus infantes procreauerit, aut adulterium commiserit, & Archipresbyter hoc Episcopo, aut Archidiacono non intimauerit, integro anno non communicet*, Concil. Aurel. 3. can. 4. *Si de adulterij permixtione fuerit (Antistes, aut Clericus) comprobatus in regradatione honorum priorum canonum statuta seruentur, & can. 7. si quis clericus adulteraſſet, aut confessus fuerit, vel conuictus, depositus ab officio communione concessa in monasterio toto vitæ suæ tempore trudatur.* Martinus Brachar. in sua collect. can. 27. *si quis Presbyter, aut Diaconus fuerit fornicatus, aut mœchatus proiiciatur, & agat pœnitentiam.* Theophil. Episcopus Alexand. in commonit. cap. 2. *Presbyter, qui mulieri separatæ, viuente marito vim attulit, nec vt laicus debet communicare, cum eos, qui tales sunt, separare consueuerit Ecclesia.* Et alij, in quibus Castimonia ministrorum Ecclesiæ prædicatur, & commendatur, quos congessi *in c. 4. de cohabit clericor.* Propter eius delicti grauitatem in ministris sacratis Altaris appellatur à PP. nefandum, non verò quia agant de peccato illo, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, de quo infra in *can.* 71. Notatu tamen digna est in hac parte decisio Concil. Vormac. relata à Gratiano in *capite fin. 2. quæstion. 5.* vbi iubetur, vt si Episcopo, aut Presbytero causa criminalis, hoc est homicidium, aut adulterium imputetur, pro singulis Missam celebrare debet, & communicare, & de singulis sibi imputatis innocentem se ostendere. Quod si non fecerit quinquennio à liminibus Ecclesiæ extraneus habeatur In quibus verbis perdifficile est quænam illa pœnitentia sit, communicatio in Missæ sacrificio? Pro cuius Canonis expositione sciendum est inter alias purgationum species, quibus primis Ecclesiæ sæculis fideles de aliquo scelere falso accusati innocentes reddebantur, vsitatum fuisse sacram Eucharistiam suscipere, vt constat ex tora ferè 2. *quæst. 4. ex cap. sepè* 2. *quæst. 5.* Vbi Abbas furtum in Monasterio admissum explorare debet porrecta monachis in probationem Eucharistia. Accedunt exempla insignia huius purgationis, quem enim latet, quam malè cesserit Lothario suscepta de manu Adriani Papæ communio ad suæ innocentiæ probationem? Videndus Sigebertus *in chron. anno* 870. mox consecutam Lotharij, & omnium, qui eadem cum ipso mala fide communicauerant mortem describens. E contrario S. Gregor. VII. cùm per calumniam ab Henrico Imperatore vexaretur sumptione Eucharistiæ se purgauit, nihil idcircò damni passus, quia innocens erat: quod Henricus exemplum Lotharij veritus, renuit facere, cùm à Gregorio vrgeretur, vt de probris, quorum insimulabatur, purgaret se eodem modo; rem fusè narrat Lambertus, & ex eo Baron. *anno* 1077. Eulalius Albernis iubente Episcopo Quintiano purgauit se susceptione Eucharistiæ, vt refert Gregor. Turon. *lib.* 10. *hist. c.* 8. In Concilio Remensi Goffredus Monachus de Episcopi sede falso accusatus, purgauit se hoc ipso medio, quod ibi dicitur esse solùm verius, & terribilius genus purgationis. Alia adducunt M. Delrio *disquisit. magic. c. 4. q. 3. sect. 2.* Sanchez *lib. 2. in decal. cap. 34. num. 13.* Theophil. Reynaud. *in Hoplothec. sect. 3. c. 2. quæstionc. 3.* qui rectè obseruant hanc purgationem nunquam fuisse decretam, vel iniunctam spectando, vel postulando, vt Deus per miraculum aliquod, veritatem occultam detegeret, quod fuisset tentare Deum, & intrinsecè malum. Decreta igitur aliquando est, vel vsurpata hæc purgatio solùm in testimonium, & iuramentum innocentiæ: quo modo in *d. c. finali* iniungitur Episcopo, vel Presbytero de adulterio accusato ad probandam eius innocentiam. Nunc autem hæc purgatio non est in vsu, censetúrque iure Ecclesiastico prohibita, vt notat Grerserus *lib. 2. de cruce cap.* 22. non quidem aliqua constitutione speciali, sed generali relata *in cap. ex tuarum de purgat. Canonica*, vbi peregrina iudicia prohibentur: accedunt iura vetantia dari Eucharistiam suspectis, *cap. tribus de consecr. dist. 2. cap. dilecti de purg. Canonic.* vbi alia plura congessimus. GONZALEZ.

B

C

D

E

De clericis negocia vel nundinas sectantibus.	*De clericis negocia & nundinas setantibus.*
Canon XIX.	*Canon XIX.*
Episcopi, presbyteri & diaconi de locis suis negociandi causa non discedant:	Episcopi, presbyteri & diaconi de locis suis negociandi causa non discedant

A

nec circumeuntes prouincias, quæſtuoſas nundinas ſectentur. Sanè ad victum ſibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant; & ſi voluerint negociari; intra prouinciam negocientur.

dant: nec circumeuntes prouincias, quæſtuoſas nundinas ſectentur. Sanè ad victum ſibi conquirendum, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant; & ſi voluerint negociari, intra prouinciam negocientur.

B

CAPVT TRIGESIMVM-OCTAVVM.

Quæ negociatio clericis interdicta, quæ permiſſa.

ALendis Eccleſiæ miniſtris (vt diuino ſolùm cultui & animarum tutelæ inſeruirent attentiùs, negociationibus & aliis ſecularibus expediti negociis) primitias & decimas præſcripſerunt Apoſtoli, vt auctor eſt Clemens [x]. Cùm verò primùm tot fideles non eſſent, vt ex poſſeſſionibus illorum alimentis neceſſariis pares redditus perciperentur, fructuum hæc inopia fidelium caritatem auxit: caritas autem non leuauit ſolùm, ſed ditauit clericorum tenuitatem: nam ſi non prædiorum redditus, prædia ipſa offerebant fideles, vt eis diſtractis, in alimenta clericorum pretia conuerterentur, Luca teſte. Sed cùm aliquando hæc etiam vitæ ſubſidio non ſufficerent, pietate & prudentia ſingulari inſtituerunt fideles, ſingulis quibuſque menſibus, vel frequentiùs (cùm facultas erat) ſtipem quandam in arcam conferre, qua illi commodè poſſent ſuſtentari. Nec ea tributi nomine à præpoſitis exigebatur, velut impoſitum adeptæ veræ religionis pretium, ſed pia & gratioſa Chriſtiani animi liberalitate ab ipſis offerebatur: & liberalitate tanta, vt poſtquam ſeipſos clerici, pauperes etiam alios Chriſtianos, pupillos, imbecilles, ſenes, naufragos, confeſſores, in inſulas relegatos, ad metalla damnatos, in carcere detentos, mortuos etiam ſepulturæ mandantes conſimili caritate iuuarint. Tertullianus [y]. [Præſident (inquit) probati quique ſeniores, honorem iſtum non pretio ſed teſtimonio adepti; neque enim pretio vlla res Dei conſtat. Etiam ſi quod areæ genus eſt, non de ordinaria ſumma, quaſi redemptæ religionis congregatur; modicam vnuſque ſtipem menſtrua die, vel quum velit, & ſi modò velit, & ſi modò poſſit, apponit: nam nemo compellitur, ſed ſponte confert. Hæc quaſi depoſita pietatis ſunt. Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis diſpenſatur, ſed egenis alendis, humandiſque pueris ac puellis re ac parentibus deſtitutis. Iamque domeſticis ſenibus, etiam naufragis, & ſi qui in metallis, & ſi qui in inſulis, vel in cuſtodiis, dumtaxat ex cauſa Dei ſectæ, alumni confeſſionis ſuæ fiunt.] Iuſtinus Martyr [z]. [Cæterum (ait) qui copioſiores ſunt, & volunt, pro arbitrio quiſque ſuo, quod viſum eſt, contribuunt: & quod ita colligitur, apud præpoſitum depoſitum deponitur. Atque ille deinde opitulatur pupillis, & viduis & his qui propter morbum, aut aliam cauſam egent: quique in vinculis ſunt, & peregre aduenientibus hoſpitibus: & vt ſimpliciter dicam, indigentium is omnium curator eſt.] Quam ſingularem & extraordinariam fidelium caritatem, non admirationi ſolùm, ſed odio fuiſſe Gentilibus, Tertullianus [a] & Ammianus Marcellinus teſtantur, quorum impiis obiurgationibus Impp Gentiles verentes ne profuſis his largitionibus Chriſtianorum Eccleſiæ & clerici ditarentur, eos donationum expertes eſſe voluerunt: vt indicat Conſtantinus [b], dum relinqui poſſe Eccleſiæ & clericis in teſtamentis, populo pro gratia religionis Chriſtianæ conceſſit. Nec donis & muneribus accipiendis inhabiles eos eſſe antea voluerunt, ſed factis iam & acceptis donationibus ornatos ſæpiſſime ſpoliarunt (& hanc reor fuiſſe huius canonis, & conceſſæ ab eo permiſſionis in negociis gerendis licentiam, vel potiùs neceſſitatem) vt eiuſdem Conſtantini Imperat. edicta, quibus res ablatas reddi iubet, confirmare videntur: de ipſo enim & Licinio hæc refert Euſebius [c]. [Illud etiam præter cætera, nominatim Chriſtianis decernimus, vt loca eorum, in quæ ipſis in more poſitum erat antea conuenire (de quibus quidem rebus literis ſuperioribus ad tuam ſanctimoniam datis, alia formula eo tempore à nobis erat definita & præſcripta) ſi qui, vel à quæſtore noſtro, vel ab alio quopiam,

[x] *D Clem. l. 2 conſtit. Apoſtol. c. 29.*

Luc. actuum. 2.

[y] *Tertull. in Apologet. c. 39.*

[z] *Iuſtinus Martyr in Apologia pro Chriſtianis.*

[a] *Tertull. in Apologet. c. 39. Ammian. Marcellin. lib. 27.*

[b] *Conſtant. in l. 1. C. de ſacroſanctis Eccleſ.*

[c] *Euſeb. l. 10. hiſt. Eccleſ. c. 3.*

quopiam, eam emisse videantur, Christianis absque argento, absque vlla repetitione pretij, quod in illis emendis collocauerant, sine omni mora & dubitatione restituant: & si qui ipsa loca pro munere fuerint adepti, vt ipsis Christianis quàm celerrime reddant: ac si qui ea aut coëmerint, aut dono receperint, aliquid à nostra bonitate postulent, præfectúmque qui regioni in qua habitant, præest, adeant, quo ipsorum etiam à nostra munificentia prouisio & cura suscipiatur: quæ quidem omnia Christianorum societati tuo studio & industria extemplo & sine vlla dilatione restituenda cures, oportebit: ac quoniam ipsi Christiani non solùm ea loca in quæ conuenire solent, sed etiam habuisse cognoscuntur, quæ non priuatim ad singulos, sed ad ius totius ipsorum communitatis, id est Christianorum, spectabant, singulis qui ea possident, mandes velim, vt omnia per legem quam supra posuimus, absque vlla controuersia Christianis, id est societati ipsorum & conuentui reddant.] Quod & alterius edicti exemplar ad Anulinum ab eodem Eusebio [d] relatum confirmat.

[d] *Idem eodem c.*

Salue Anuline, nobis in primis venerande. Est hæc nostræ clementiæ ratio & modus, Anuline honoratissime, vt illa quæ ad alienum ius pertinent, non solùm non perturbare, sed etiam cuique restituere quàm maximè cupiamus. Quare volumus, vt simulac hasce literas à nobis acceperis, si quæ ex his possessionibus quæ ad catholicam Christianorum Ecclesiam in quibusque ciuitatibus aut aliis locis pertinent etiam adhuc à ciuibus, aut ab aliis quibusdam retineantur, eas quam primùm iisdem Ecclesiis facias restitui. Quandoquidem animo instituimus: vt ea quæ Ecclesiæ anteà possederunt, ad ipsarum ius denuò reuertantur. Cùm igitur tua pietas animaduertat, decretum hoc absque dubio de nostra sententia esse publicatum, enitere atque elabora, vt siue horti, siue ædes, siue aliud quodque aliquando ad ius ipsarum Ecclesiarum spectauerit, omnia illis quàm celerrimè, reddantur, vt te huic nostro edicto diligentissimum obsequium præstitisse intelligamus. Vale Anuline honoratissime, nobisque carissime.

Ideò autem non ad singulos clericorum, sed ad communitatem & Ecclesiam hæc omnia bona pertinere dixit Constantinus; quia olim Christiani & clerici nihil habebant priuatum, sed communia omnia, vt Tertullianus [e] docet. [Sed & quòd fratres nos vocamus (ait) non aliàs, opinor, infamant, quàm quòd apud ipsos omne sanguinis nomen de affectatione simulatum est. Fratres autem etiam vestri sumus, iure naturæ, matris vnius, & si vos parum homines, quia mali fratres. At quantò dignius fratres & dicuntur & habentur, qui vnum patrem Deum agnouerunt, qui vnum spiritum biberunt sanctitatis, qui de vno vtero ignorantiæ eiusdem ad vnam lucem expauerint veritatis. Sed eo fortasse minùs legitimi existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragœdia exclamat, vel quia ex substantia familiari fratres sumus, quæ penes vos ferè dirimit fraternitatem. Itaque quia animo, animáque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia indiscreta sunt apud nos, præter vxores: in isto loco consortium soluimus, in quo solo cæteri homines consortium exercent.]

[e] *Tertull. in Apologet. c. 39.*

Cùm victui ergo necessaria deessent, nefaria ethnicorum Imperatorum inuidia (& hinc etiam intelligi par est, ante Constantini imperium Concilium hoc habitum) fas esse putarunt Episcopi nostri, industria & solicitudine negociorum honesta, dominantem famem depellere; ne coacta mendicitas opprobrio foret sacræ dignitati. Cùm verò aliquando ex honesta negociatione ad quæstuosam (vt facile est) grauissimo animæ & dignitatis periculo inopes dilaberentur, Africanis Episcopis placuisse video, vt egeni clerici quacumque doctrina, & eruditione præstantes vel manuum opere, vel artificiolo honesto, vel cultura agrorum, victum sibi compararent [f]. Clericus (aiunt) quantumlibet verbo Dei eruditus, artificiolo victum quærat.] Et posteà. [Clericus victum & vestimentum sibi artificiolo vel agricultura absque officij sui damnaxat detrimento præparet.] Quod Apostolos feciſſe, cum à prædicatione præsertim tempus ociúmque vacaret[i], refert Beatus Hieronymus [g], Augustinus [h], Chrysostomus [i], & ante hos Clemens [k], qui omnes etiam Ecclesiæ ministros ad id pensum reuocat. Quòd si ignorarent artificiola, quibus inseruire oportebat, illa addiscere cogebantur ad eiusdem Africæ Patribus in eodem Concil. Carthag. IV. [l] [Omnes clerici (aiunt) qui ad operandum validi sunt, & artificiola & literas discant:] posteà autẽ, cùm crescente religione & fidelium numero, crescerent etiam oblationum copiæ, decimarum prouentus, aliisq; redditus ad eorum sustentationem, à Constantino Magno & aliis principibus Catholicis, piisque fidelibus confirmati & restituti potiùs quàm denuo dati, generaliùs & seuerius, omnis negociatio, etiam natura licita, clericis interdicta est. Diuus Ambro-

[f] *Conc. Carthag. 4. c. 1. & 51.*

[g] *Hieron. epist. ad Rusticum de vigendi forma.*
[h] *D. Aug. de opere monach. c. 15.*
[i] *D. Chrys. homil. 2. in epist. ad Rom.*
[k] *D. Clem. lib. 2. constit. Apost. c. 67.*
[l] *Conc. Carthag. 4. c. 53.*

sius.

A sius [m]. [Etenim (ait) si is qui Imperatori militat, à susceptionibus litium, actu negociorum forensium, venditione mercium prohibetur humanis legibus, quantò magis qui fidei exercet militiam, ab omni vsu negociationis abstinere debet agelluli sui contentus fructibus, si habet: si non habet, stipendiorum suorum fructu: siquidem bonus testis est qui dicit: Iuuenis fui, & senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Ea est enim tranquillitas animi, & temperantia, quæ neque studio quærendi afficitur, neque egestatis metu angitur. D. Hieronymus [n]. [Obsecro itaque te, & repetens iterumque, iterúmque monebo, ne officium clericatus, genus antiquæ militiæ putes, id est, ne lucra seculi in Christi quæras militia; nec plus habeas, quàm quando clericus esse cœpisti, & dicatur tibi: Cleri eorum non proderunt eis. Nonnulli enim sunt ditiores monachi, quàm fuerant seculares, & clerici qui possideant opes sub Christo paupere, quàs sub locuplete & fallaci diabolo non habuerant: vt suspirét eos Ecclesia diuites, quos mundus tenuit antea mendicos.] Et paulò post. [Negociatorem clericum & ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge.] Id ipsum graui depositionis pœna interdictum est Concilij Nicæni [o] canone, renouato post eà Concilio Arelatensi II. [p] Carthagin. III. [q] Vvormacensi [r], Cabilonensi [s] sub Carolo, Moguntino [t] sub Carolo, Moguntino [u] sub Rabano: in Hispania Concilio Tarraconensi [x]. [Canonum (ait) statutis firmatum est, vt quicumque in clero esse voluerit, emendi viliùs vendendi cariùs studio non vtatur: quod certè si voluerit, exercere, cohibeatur à clero.] Quam constitutionem graui anathemate renouarunt in regno Peruano Concilij Limensis [y] Patres. Eam recitare placuit, vt Indorum parochi, quam acceperant prius reluctantes ab Episcopis suis doctrinam, Pontificia iam auctoritate confirmatam retineant tandem memoria, obseruantia colant, & debito officij munere fideliter exequantur. [Quoniam verò auaritiæ, negociationisque turpitudo in Rectoribus Indorum, & crebrior est & periculosior, cum neophyti isti ea de causa, tum scandalum graue sustineant, tum institutionis suæ iacturam non mediocrem faciant, dum ab his in temporalibus ipsorum quæstibus occupantur, à quibus debebant spiritualibus incrementis augeri: idcirco sancta Synodus sub iisdem pœnis proximo decreto propositis vetat, ne quis Indorum parochus, per se, vel aliam interpositam personam quamcumque cum quibusuis Indis mercaturam exercere præsumat. Insuper neque pecora quæcumque alere, præter necessaria ad victum, aut agros colere, aut vehendis mercibus animalia tenere, vel locare, neque Indos ipsos ad mineralia sibi curanda mittere, vel eorum operam locare: denique neque cum ipsis Indis negociari, nec cum aliis per ipsos. Qui istorum quidlibet egerit, etiam excommunicatione latæ sententiæ eo ipso se nouerit innodatum. Sciant etiam parochi Indorum, mineralium officinas siue ingenia, pannorum quoque lanificinas, cæteráſque quæstuarias artes sibi esse penitus interdictas. Neque enim qui Euangelizandi ministerium susceperunt, Deo simul & Mammonæ seruire possunt.] Quod si clericorum qui, frumentum, oleum, vinum & alios similes fructus ex proprij patrimonij fundis percipiant, illósque venundent auraria pensitatione non debent grauari, quòd non tam mercatorum, quàm sollertium strenuórumque dominorum loco censeri debeant. Quod singulari constitutione cauisse Imperat. Gratianum, Valentinianum, & Theodosium [z] reperio [Singuli quique (aiunt) si per eos vernacula quæque vendantur, functione auraria non teneantur: si verò emendi vendendique compendiis vltro citróque quæsitis familiaris rei amplitudo cumuletur (etsi militares sint) memoratæ præstationi nectantur.] Ad quam vetus Anniani interpretatio hæc adiicit. [Quicumque rem quæ ei nata est, aut quam non emit, vendat; ad solutionem auariã minimè teneatur. Si verò emendi vendendique studio probatur huc illúcque discurrere, etiam si militans est, ad solutionem teneatur auariam.] Vnde monasteria illa, quæ cũ ad alimenta religiosorum oues in pascuis habent, si quæ ex illis supersunt, macellariis eas ad vendendum tradunt; nec nota, nedum reprehensione censuerim digna; cùm conseruandi potius patrimonij necessitas coëgisse, quã captã di lucri cupiditas incitasse ipsos ad id efficiendum videatur. Sic etiam religiosos illos, qui ad cõuertendas Indorum gentes, vel peragrantes terram, vel maria nauigantes, vt se sociósque sustentare possint, (nec aliunde possint) contrahunt distrahúntque merces, excusandos potiùs, quàm accusandos crediderim: dummodo cautè id faciant, ne salutem Gentium, quam religione & pietate curare debent, inhonesta negociatione deperdant. Illud tamen huic addi posset, ne iustitiæ vel prudentiæ cancellos egrediantur, vt facultatem vel à Rege Catholico postulent, & si fieri commodè posset, negociorum modum; vt omnia qua

[m] *D. Ambr. lib. 1. de offic. cap. 36. l. si cohortalis 12. C. de cohortali l. 12. Psalm. 36.*

[n] *D. Hier. in epist. 2. ad Nepot.*

[o] *Conc. Nicæni can. 18*

[p] *Arelatens. II. c. 14.*

[q] *Carthag. III. c. 15.*

[r] *VVormac. c. 67.*

[s] *Cabilon. sub Carolo c. 14.*

[t] *Mogunt. sub Carolo can. 14.*

[u] *Mogunt. sub Rabano c. 23. Conc.*

[x] *Tarrac. c. 2.*

[y] *Concilium Limense actione 3. c. 5*

Matth. 6.

[z] *Gratian. Valentinian. & Theodosius Imppp. l. 13. C. Theodos. de lustrali collatione.*

debent iuſtitia & prudentia exequantur. Ob hanc enim & ſimiles neceſſitates iuſtè negociari poſſe clericos, præter hunc canonem, intelligere licet, ex Concilio Moguntino [a], dum inter alia quæ clericis licere declarat, ſic ait. [Nec tamen iuſtum negocium eſt contradicendum propter diuerſas neceſſitates; quia legimus ſanctos Apoſtolos negociatos, & in regula B. Benedicti præcipitur prouideri per quorum manus negocia monaſterij procurentur.] Sic etiam Alexander III. [b] ad Londonienſem Epiſcopum, negociari illis ſolum prohibet lucri cauſa.

Hodie autem cùm clerici iam antequam ſacris ordinibus initientur, vel proprij patrimonij redditus, vel Eccleſiaſtici beneficij fructus peragendæ vitæ neceſſarios habere debeant; ni velint Epiſcopi ordinatores, illorum anguſtiis auxilium neceſſarium ex propria pietate mutuare; vt decreto Concilij Lateranenſis [c] generalis & Tridentini poſteà ſancitum eſt: antiqua huius Concilij indulgentia vel permiſſio, vt negocientur clerici ad quærenda victui neceſſaria, iam ceſſabit; quòd incertus negociationis quæſtus, certis beneficiorum fructibus vberiore fœnore compenſetur.

[a] *Conc. Mogunt. ſub Carolo Magno c. 14.*

[b] *Alex. 3. in epiſt. ad London. Epiſc. in c. 2. 6 ne clerici monachis.*

[c] *Conc Latern. ſub Alex. 3. can. 3. Trident. ſeſſ. 22. de reformatione. can. 2.*

AVT FILIVM, AVT LIBERTVM, AVT mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant.

NOn eadem ex aliorum laboribus in re noſtra ſuſceptis, ac ex propris ſolicitudo, moleſtia & turpitudo contrahitur. Quare Clementi V. in Concilio Viennenſi, cum clericos carnificum, ſeu macellariorum, aut tabernariorum officio fungi diſplicuiſſet, publicè & perſonaliter illud exercentes, adiecit: Quod ſi per alios fecerint, tametſi à turpitudinis nota longè non abſint, illius decreti pœna non tenentur; ea autem eſt amiſſio ſacerdotalis priuilegij.

ET SI VOLVERINT NEGOCIARI, intra prouinciam negocientur.

SI clerici victus cauſa negociari cogantur, in propriis debent, non alienis prouinciis negociari: nam earum peragratio, vt moleſtiam adiicit & quæſtum, ſic detrahit honeſtatem: cuius cupidiores multo quàm lucri, & eſſe, & videri clerici debent, ſatius fore iudicantes, congruentibus ſe aliquando alimentis, quàm ſacram dignitatem honeſtis & ſacris carere moribus.

Cùm autem clerici in prouincia iuſta negociatione ad victum neceſſaria comparârint, vel diſtraxerint quæ ſupererant, iuxta ea quæ ſuperiùs diximus, auraria penſitatione (vt ſeculares) onerari non debere, præter Gratiani & Valentiniani reſcriptum iam citatum ſuperiùs, Arcadius & Honorius Imperat. reſcripſerunt ad Pompeianum Proconſulem Africæ his verbis.

IIDEM AA. POMPEIANO Proc. Africæ.

QVicumque Catholicæ religionis clerici intra eum modum vnde victus emendi vendendíque vſum lege præfinitum exercent, ab auraria penſione habeantur immunes: ab his quoque quos à publici laboris actu & gradus clericatus, &(quod non minùs eſt) ſanctior vita defendit præcipimus temperari. Nec enim vllum eorum qui excepti legibus probabuntur, ſubiacere patiamur iniuriæ. Dat. prid. Id. Iul. Med. Poſt. Conſ. Stilichonis & Aureliani VV. CC. [d]

Hoc ſuæ pietatis & religionis erga clericos & Monachos præclarum teſtimonium Imperatores exſtare voluerunt. Quod & antea à Conſtantio [e] Imperatore conceſſum reperio in edicto vel epiſtola ad Clericos.

[d] *Arcadius & Honorius Imp. in l. 36. C. Theod. de Epiſcopis & clericis.*

[e] *Conſtantius in l. 8. C. de Epiſcopis & cler.*

IMPERA

A

IMPERATOR CONSTANTIVS.
A. Clericis ſalutem dicit.

IVxta ſanctionem, quam dudum meruiſſe perhibemini, & vos & mancipia veſtra nullus nouis collationibus obligauit; ſed vacatione gaudebitis. Prætereà neque hoſpites ſuſcipietis, & ſi qui de vobis alimoniæ cauſa negociationem exercere volunt, immunitate potiantur. Dat. VI. Kalend. Septembr. Placido & Romulo Conſulibus.] Quòd ſi victui non neceſſaria, ſed quæſtuoſa mercium negocia exerceant, collationibus vt ſeculares onerandos idem Conſtantinus [1] Imperat. reſcripſit ad Taurum PF. P. [Clerici vero vel hi quos copiatas recens vſus inſtituit nuncupari, ita à ſordidis muneribus debent immunes atque à collatione præſtari, ſi exiguis admodum mercimoniis tenuem ſibi victum veſtitúmque conquirent. Reliqui autem, quorum nomina negociatorum matricula comprehendit, eo tempore quo collatio celebrata eſt, negociatorum munia atque penſitationes agnoſcant: quippe poſtmodum clericorum ſe cœtibus adgregarunt.] Vt alimenta igitur clericorum conſeruari, ſic & negocia non augeri, & quæſtum minui Catholici principes voluerunt. Tandem ergo clericorum animis hanc veterem Theoderici Regis ſententiam apud Caſſiodorum [2] perpetuò infigi vellem, & crebra memoria renouari. [Conditionem hanc (inquit) humanis actibus diuina poſuerunt, vt ille magis poſſit diteſcere, qui lucra turpia neſcit optare; ignorantes accipiunt qui bene agunt, quia neceſſe eſt, vt dum parumper malorum ambitio contemnitur, ſuperno munere plus donetur.]

[1] *Conſtantius in l. 15. C. Theod. de Epiſcopis & cler.*

[2] *Apud Caſſiodorum l. 6. variarum c. 20.*

B

COMMENTARII NOVI.

C CLericis ad mercimonia, turpiaque lucra laicorum ſe transferri cum magno Eccleſiaſtici ordinis dedecore, & inexplebili habendi cupidine, prolixáque ſolicitudine quærentibus non quæ Dei ſunt, ſed quæ Principis tenebratum Eccleſiaſticis ſanctionibus legimus prohibitum *can. 6. 43. & 80. Apoſt. Concil. Arelat. 1. can. 12. Arelat. 2. can. 14. Nicæn. can. 17. Chalcedonenſ. can 3. Cabil. 1. can. 12. & 44. Carthag. 1. can. 6. 8. & 9. Laodicen. canon. 4 apud Græcos, apud Latinos 5. Carthag 4. can. 67. Agathenſ. can. 69. Carthag. 3. can. 15. Turonenſi can. 13. Aurel. 3. can. 26. Remenſ. can. 31. VVormac. can. 67. & 69. Aquiſgran. can. 93. Tarracon. can. 1.* Præter alios Canones Conciliorum & teſtimonia P.P. quos congeſſit Gratianus in decreto *diſt. 46. & 14. q. 4. & 21. quæſt. 3.* & compilatio noſtra Gregoriana integro *tit. ne clerici, vel monachi ſæcularibus negot. ſe immiſc.* plura cumularunt P. Gregor. *lib. 4. partit. iur. Canon. tit. 8. cap. 10. & lib. 2. tit. 9. cap. 8.* Barboſ. *lib. 1. iuris Eccleſ. cap. 40. num. 84.* & nos nonnulla dabimus *in cap. 1. ne cleric. vel monach.* Cum non ſine crimine imminutæque dignitatis Eccleſiaſticæ diſpendio negotiis ſæcularibus implicentur: vndè conqueritur Sulpitius Seuerus *lib. 1. ſacræ hiſtor.* his verb. *Etenim præcepti huius non ſolum immemores, ſed etiam ignari mihi videntur, tanta hoc tempore animos eorum habendi cupido, veluti tabes inceſſit. Inhiant poſſeſſionibus, prandia excolunt, auro incubant, emunt, vendunt, quæſtui per omnia ſtudent.* Non tantum quia negotiantium vita nihil aliud eſt quam fraus, atque periurium; vt ait Saluianus III. & IV. de Gubernat. Deî, Auctor imperfecti operis in Matthæum, ſiue vt nupero editori placet, Ioannes Hieroſolymitanus c. 21. in Matth. *Qui emit, & vendit ſine mendacio, & periurio eſſe non poteſt: neceſſe eſt enim, vt è negotiatoribus hic iuret, quia non tantum valet res, quantum comparat eam, & ille iuret, quia plus valet res, quam vendit.* Vnde Eccleſiaſticus ait: *duæ ſpecies difficiles, & periculoſæ mihi apparuerunt: difficile exuitur negotians à negligentia* (nempè rerum ad ſalutem pertinentium) *& non iuſtificabitur caupo à peccatis,* & Apoſtolus in 1. ad Timotheum. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.* Et rationem ſubdit: *Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.* Sed quia mercium venditio aliena eſt à clericis, qui Deo magis operari debent quam mammonæ ſeruire, D. Auguſt. in qq. ex vtroque teſtamento q. 117 *Negotiari aliquando non licet: antequam enim Eccleſiaſticus quis ſit, licet ei negotiari: factus, iam non licet. Nam quod diſſimilius ſit res, ſed is, qui facit.* Ælfricus in Canonibus ad VVlfinum Epiſcopum num. 30. *Presbyter nec ſit mercator, nec mercaturæ cupidus.* Si enim militibus militiæ terreſtris prohibetur negotiatio, ne à ſtatione ſeparentur, & relictis ſtudiis publicis, ſignúſque victricibus ad ſordida, & ruſtica miniſteria ſe conferrent *l. Tribunus 11. l. nemo de re militar. lib. 12.* Sidonius *lib. 1. epiſt. 8.* vbi res abſurdas colligens ait: *Negotiatores militant, milites negotiantur, ſtudent pilæ ſenes, aleæ iuuenes;* vbi illuſtrat Sauatus: plura Fornet. *lib 2. ſelect. c. 3.* per totum. Quanto magis militiæ cœleſtis militibus negotiatio prohiberi debet, vt ratiocinatur D. Ambroſius *relatus hic à Mendoza.* Quædam tamen negotiatio honeſtatis conſcia, vt appellatur in *l. 2. C. de Epiſc. & cler.* clericis permittitur vnde victum artificio ſuo quærere poſſunt, *c. 1. de celeb. Miſſ.* Luculentum exemplũ extat apud Greg. Turon. *de vitis PP. cap. 8.* Sic enim de S. Nicetio Epiſc. Lugdunenſi ſcribit.

D

E

Ferd. de Mendoza.

Defuncto autem patre hic cum genetrice iam clericus in domo paterna residens cum reliquis famulis manu propria laborabat. Et mox: Ætate quoque tricenaria presbyterij honore praditus nequaquam se à labore operis, quod prius gessit, abstinebat, sed semper manibus propriis operabatur cum famulis. Quia illa negotiatio propria non est: eleganter idem Ioann. Hierosolym. in d.cap.21 *Ego ostendam qui non est negotiator, vt qui secundum regulam istam non fuerint, intelligas omnes negotiatores esse: id est quicumque rem comparat non vt rem ipsam integram, & immutatam vendat, sed vt opus faciat ex ea, ille non est negotiator, quia qui materiam operandi sibi comparat, vndè faciat opus, ille non rem ipsam vendit, sed magis artificium suum: ideſt qui rem vendit, cuius æstimatio non est in ea ipsa re, sed in artificio operis, illa non est mercatio. Vt puta, faber comparat ferrum, & facit ferramentum, sed ferramentum illud non tantum habet ferri quantum valet, sed secundum opus ferramenti appretiatur. Qui autem comparat rem vt illam ipsam integram, & immutatam dando lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei eiicitur.* Plura de hac honesta negotiatione tam clericis, quam monachis permissa congesserunt Græzeus *in not. ad Cassianum lib.2. cap.3.* Narbona *in antelog.num.154.* Mancinus *lib.2. de triplic. iuris collat.cap.186.* Robertus *lib.2. rer. Iudic. c.2.* Laudmet. *lib.2. de veteri monach.c.52.* Bellarmin. *lib.2. de Monach. cap.42.* Lemaistre *eod. tract. lib.1. cap.10.* Acuña *in cap. reatum 81. dist.* Spencæus *ad D. Paul. lib.2. digress.cap.16.* Spondan. *in epit. Baron. anno 57.num.5. & anno 398.num.15.* Vndè in præsenti Canone non omnis negotiatio clericis inhibetur, sed extra prouinciam: intra Prouinciam autem, quæ ad victum necessaria erant, quærere poterant: posteà tamen vt ab omni sordida arte, & negotiatione clerici arcerentur statutum fuit, vt neque absque titulo, id est, beneficio congruæ sustentationis ordinentur, vt ita nec victus causa intra vel extra prouinciam negotia sæcularia exerceant. *c.sanctorum 70. distinct.2. c.cum secundum de prabend.* GONZALEZ.

De clericis & laicis vsurariis. | *De clericis & laicis vsurariis.*

Canon XX.

Si quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere, placuit degradari & abstinere. Si quis etiam laicus accepisse probatur vsuras, & promiserit correptus se iam cessaturum, nec vlterius exacturum, placet, ei veniam tribui: si verò in ea iniquitate durauerit, ab Ecclesia sciat se esse proiciendum.

Canon XX.

Si quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere, placuit degradari & abstinere. Si quis etiam laicus accepisse probatur vsuras, & promiserit correptus se iam cessaturum, nec vlterius exacturum, placet ei veniam tribui: si verò in ea iniquitate durauerit, ab Ecclesia sciat se esse proiiciendum.

IVo *p.13.cap.12.* & in Panormia *lib.3.cap.156.* Gratianus *in c.si quis clericorum 47. distinctione.*

CAPVT TRIGESIMVM-NONVM.

De pœna vsurarij tam clerici quàm laici.

[a] *D. Ambr lib.4 de Tobia c.13 D. Basil in psal.14.*

[b] *Concil. Lateranense. Sess 10.in 1. const de iust.montis pietatis.*

[c] *Terentius Varro lib.4.ad finem de lingua latina.*

[d] *D Augustinus in Psalm.36.*

DIuus Ambrosius [a] vsuram ab vsu dictam ait, quòd vt vestes vsu, ita vsuris patrimonia scindantur. D. Basilius ideò Græcis vsuram Τόκον dici ait, quòd supra fœcunditatem leporum, quos dicunt simul & vno tempore gignere & superfœtare, agnascendo, etiam vsura non dum data alteram gignat, & alteram ex altera, & inde dolores parturientium inferre debitoribus. Leo. X. in Concilio Lateranensi [b] generali aptiùs ad rem. [Ea enim (ait) propria est vsurarum interpretatio, quando videlicet ex vsu reiquæ non germinat, nullo labore, nullo sumptu, nullóve periculo lucrum fœtus conquiri studetur.] Terentius Varro [c]. [Compendiũ, quod cum compenditur vnà sit. A quo vsura quod in sorte accedebat, impendium appellatum: quæ cùm accederet ad sortem vsu vsura dicta.] Propriè locum habet in mutuo, cùm videlicet quid exigitur ratione dati, vltra datum. D. Augustinus [d]: [Si fœneraueris homini, id est, mutuam pecuniam dederis, à quo aliquid plusquàm dedisti expectes accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus,

probandus, non laudandus. D. Hieronym. [c] [Putant quidam (ait) vſuram tantùm eſſe in pecunia: quod præuidens Scriptura diuina, omnis rei aufert ſuperabundantiam, vt plus non recipias, quàm dediſti.] Et paulò poſt. [Alij pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula accipere diuerſi generis, & non intelligunt vſuram appellari & ſuperabundantiam, quidquid illud eſt, ſi ab eo quod dederunt, plus acceperint.] Hæc eſt vſura, quæ ipſius naturæ mutui repugnat. Cùm enim mutui contractus ad iuuandos egentes ab ipſis Gentibus inductus ſit ex humanitatis officio, quo intereſt hominis hominem affici beneficio, ob cognationem quæ natura ipſa eſt, inter omnes, quid huic humanitati & beneficio poteſt eſſe magis aduerſum, quàm merces & fœnus? quod ſi exercueris, quid facis quam inſidiari quodammodo, vt ex alterius neceſſitate præderis? Paria dixit, & rectè, D. Ambroſius [f], gladio in hoſtes ſæuire, & vſuras exigere. Et quos occidere licet, his tantum fœnus extorquendum. Repugnat naturæ ipſius pecuniæ, ſimiléque monſtri, rectè cenſuit Plutarchus [g], vt pecunia quæ ſterilis eſt per ſe, & ſine fructu, tam naturali, quàm ciuili ratione, generet & proferat vtilitatem & fœtum domino mutuanti. Ob ea incommoda vſuras à Deo in veteri teſtamento prohibitas Moyſes tradit. [Si pecuniam (ait) dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes.] Et rurſus. [Non fœnerabis fratri tuo ad vſuram.] Et Dauid ait, non ingreſſurum tabernaculum Dei, qui pecuniam ad vſuram dederit. In recentiori autem non ſolùm pro mutuo aliquid accipere, ſed nec ſperare voluit Chriſtus. Ad cuius confirmationem alia exſtant Eccleſiæ decreta, quæ poſtea & nos referemus.

[c] *D. Hieron. ſuper Ezech. l. 6. c. 18.*

[f] *D. Ambr. lib. de Tobia, cap. 15.*

[g] *Plutarch. lib. de vitanda vſura.*

Exod. cap. 22. Deuter cap. 23. Pſalm. 14.

Luca. cap. 6.

COMMENTARII NOVI.

HOc ius ne clerici fœnus exerceant vetuſtiſſimum eſt, vt conſtat ex *canone* 43. aliàs 44. *Apoſtolorum can.* 17. Concil. Nicæni *can.* 5. Laodiceni, Arelat. 1. *canone* 12. Arelat. 2. *can.* 14. Aquiſgran. *can* 61. Agath. *canone* 69. Aurel. 3. *can.* 25. Meldenſ. *can.* 49. & 55. & aliis congeſtis à Decretiſtis, Iuone Carnotenſi *p.* 13. *decret. cap.* 8. Burchard. *lib.* 2. *decret. ex c.* 110. Gratiano *in* 46. & 47. *diſt.* & in cauſa 14. *q.* 4. 15. *quæſt.* 2. liquet etiam ex Sidonio *lib.* 1. *ep.* 8. qui loquens de ordine rerum peruerſo ait, *Fœnerantur Clerici, Syrij pſallunt.* Cum Syrorum ſit fœnerari. Vnde obiter corrigendus eſt Saluianus lib. 4. de gubernat. Dei. *Conſideremus*, inquit, *ſolas negotiatorum, & Syricorum omnium turbas:* Lege Syrorum: ſed ad inſtitutum: turpe enim & inhoneſtum lucrum eſſe fœnus iam plures docuerunt; Ariſtot. *lib* 4. *Ethicor. cap.* 1. fœneratores eodem loco ponit quo Lenones, Seneca *de beneficijs, cap.* 7. *Quid fœnus*, inquit, *& Calendarium, & vſuræ, niſi humanæ cupiditatis extra naturam quæſita nomina.* D. Gregor. Nyſſen. vſuram partum eſſe ait, quem parturit auaritia, obſtetricatur inhumanitas. Philo *libr. de Charit.* fœnus vocat ſeruile, & illiberalis animæ ſtudium degenerantis in immanitatem. D. Ambroſ. *lib.* 3. *offic.* rapinam, & latrocinium appellat: Baſil. ad Amphil. *c.* 14. iniuſtum lucrum, Plutarchus *in Lucull.* vetetem, ac intolerabilem peſtem. Ac tandem Petrarcha *de remed. vtriuſque fortunæ*, fœnus obſcœnam rapinam eſſe ait, & ſtudium, quo fœdius vllum inueniri non poteſt, D. Ambr. de Tobia cap. 10. inquit: *Nihil intereſſe inter fœnus, & fœnus, inter mortem, & ſortem:* Vnde interrogatus Cato, quid de fœnore ſentiret reſpondit, *idem eſſe fœnerari, ac hominem occidere.* Hancque nefariam eſſe negotiationem oſtendunt mala, quæ ex fœnerandi licentia proueniunt, ſiquidem patrimonia ciuium euertit, familias ad ſummam egeſtatem redigit, ſuiſque latibus, & patria priuare facit, refert Iuſtinian. *in nouell.* 32. incolas Thraciæ, ita à fœneratoribus vexatos fuiſſe, vt plerique diſfugerint, plerique fame perierint. De ciuibus Aſiæ, ita Plutarch. in Lucull. *Vrbes Aſiæ fœneratores vſque adeo dilacerabant, vt priuatim ingenui, liberi, filiaque Virgines, domeria, pictura, Deorúmque ſtatua venderentur.* Ex quibus omnibus facilè ſuadetur vſuram ab ipſo iure naturali prohiberi, quod poſt Couar. & alios latè probat P. Gibalin. *lib* 1. *de vſur. c.* 7. *art.* 1. Iure diuino poſitiuo prohiberi vſuram conſtat ex Pſalm. 14. & 52. *cap.* 9. Matthæi *cap.* 6. D. Lucæ: & apertè fatentur Baſil. Imperator apud Atmenopolum *lib.* 3. *cap.* 7. his verbis: *Et ſi maiorum noſtrorum pleriſque viſum eſt tolerandam eſſe vſurarum ſolutionem fortè propter creditorum moleſtias, & incommoda, noſtra tamen vt noſtra republica Chriſtiana planè indignam auerſandam, & execrandam eſſe cenſuimus, tanquam iure diuino interdictam.* Leo *nouell.* 84 latè probarunt Faber *de errot. decad.* 10. *error.* 1. Gibal. *d. cap.* 7. *art.* 2. Variis etiam gentium legibus vſuras prohiberi conſtat. Megarenſes non ſolùm vſuras vetuerunt, verum & ſolutas repeti iuſſerunt Plutarch. *in qq. rerum Grac.* Solon Athenis legem tulit, ne pecuniarum creditarum actio, petitiove eſſet, Diogen. Laërtius *lib.* 1. *cap.* 7. Lucullum etiam Aſiæ inter cætera illud decreuiſſe fertur, ne vltra duplum vſuræ exigerentur, quod ante ab Ægyptiis conſtitutum fuiſſe refert Diodor. Sicul. *lib.* 2. & ex eo Cuiac. *lib.* 5. *obſerv. c.* 38. Apud Romanos magno odio habiti fuerunt fœnatores *l.* 12 *abul.* vnciarium fœnus tantum permittebatur, quod poſtea Tribunitia rogatione ad ſemiunciarium reſtrictum fuit, demum lege Genucia conſtitutum fuit, ne liceret fœnerari, Liuius *lib.* 1. *cap.* 7. ſed quia hæc

lex imperfecta erat, cum neque contractus annullaret, nec pœnam contineret, antiquata fuit, & legitimæ vsuræ admissæ fuerunt id est centesimæ, *l. 1. C. de pupill. vsur.* ita dictæ, quia sortis pars centesima singulis mensibus pendebatur, & centesimo mense sortem æquabat; earum mentio fit, *in l. 4. §. 1. ff. de nautico fœnor. l. si pro mutuo 8. C. si certum pet. l. cum quidam 31. § præterea. C. de iure dotium, l. vnic. §. 7. C. de rei vxor. action. authent. hoc ius C de sacrosc. Eccles.* veteres enim in singulos mensis stipulari vsuras consueuerant, cuius rei vestigium extat *in l. lecta 40. ff. de rebus cred.* Vnde in Comœd. Aristophan. debitor oprat luna carere, & ne vnquam rediret Kalendæ, sed licet in singulas Kalendas stipularentur, tamen Idibus solutio fiebat, *l. si ex pluribus, §. 1 ff de solut.* Alciatus *lib 3. disputatione cap 1.* Horatius *od. 2.*

Omnem redegit Idibus pecuniam,
Quærit Kalendis ponere.

Aliæ semisses vsuræ appellabantur, quasi dimidiæ, nempe cum pro centum aureis in quotannis pendebantur, de quibus *in l. Dominum 3. ff quod vsu, l. Titia 24. ff. præscriptis verb. l. semisses 13. l. 17. §. si debitores 6. ff. de vsur. l. fiscus 6 ff. de iure fisci*; de quibus accipiendus est Modestinus *in l. Septitia 7 ff de pollicit. l. fœneratores fin.* C. Theodos. *de vsur.* Martial *lib. 11. epigr. 104.* Quinquunces aliæ dicebantur, quæ quintam centesimæ præstabant, scilicet quinque aureos pro centum: de his agitur *in l. cum quidam in princip. ff. de vsur. l. tutor. 7. § quæ autem, ff. de administr. tut. l. à filio 15. in princip ff. de aliment. legat. l. creditor 102. §. Titius, ff. de solut. l. 5. C. de vsur. in Sanct.* 5. P. 1. sq.

Quid petis vt numni, quos hic quinquunce modesto,
Nutriverat, peragat auido fudore deuncis.

Ad denique tot vsuræ computandæ partes intelligitur, quot in hæreditatis diuisione vncias ferre tuitur, vt videre est apud Budæum *de Ass. fol. 4.* Loriad. *de vsur. quæst 4.* Grotium *de iure belli, lib. 1. cap 12.* Salmutium *ad Panc. el. l. 1. tit. 19.* Gibal. *de 7. art. 5.* GONZALEZ.

SI QVIS CLERICORVM DETECTVS FVERIT vsuras accipere, placuit degradari & abstinere.

CAPVT QVADRAGESIMVM.

Quæ olim, & hodie in vsurarios clericos pœna indicta: explicato Alexandri III. rescripto.

CLericos vsurarios non solum degradari, sed & communione pelli, sacro huic Hispanorum Episcoporum Senatui placuit. Cuius instituti ratione atque exemplo adducti Galli in Concilio Arelatensi I. [h] [De ministris (aiunt) qui fœnerantur, placuit, eos extra formam diuinitus datam à communione abstinere.] Confirmarunt postea omnes generaliùs in Concilio Nicæno [i]. [Quoniam multi clerici auaritiæ causa turpia lucra sectantes, obliti sunt diuini præcepti, quo dictum est: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, fœnerantes centesimas exigant, statuit hoc sanctum Concilium, vt si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad septuplum dare, omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstum, deiceatur à clero, & alienus habeatur ab Ecclesiastico gradu.] Renouarunt in Africa idem decretum Africani in Concilio Carthaginensi III. [k] Asiatici in Concilio Laodiceno [l]: in Hispania iterum Concilio Tarraconensi [m], & ante hos omnes canone Apostolorum XLIV. statutum legimus. Quid autem hodie obseruari debeat, non constat inter omnes: nam tametsi depositionis pœnam expressam quidam legerint, præter hos canones, in Concilio Turonensi [n]; hæsitare adhuc eos fecit aliud eiusdem Alexandri III. reseriptum, in quo suspensionis tantùm pœnam adiectam volunt, dum idem Alexander III. [o] ait [Qui si parere contempserint; si clerici sint, eos à beneficio officióque suspendas; si laici, &c.] Verùm si attentiùs vtriusque canonis verba perpendissent, reperissent profectò depositionis pœnam ab Apostolicis temporibus frequentem, multisque vt diximus, Conciliorum decretis confirmatam, Alexandrum non immutasse. Quod autem de suspensione refertur, alium sensum habet, si exemplar integrum reperamus; quod extat post Concilium Lateranense sub Alexandro III. [Quòd si monitis vestris parere contempserint, si clerici sunt, eos ab officio & beneficio suspensos, cum literis vestris rei veritatem continentibus, ad præsentiam nostram mittere non differatis.] Voluit enim singulari pietate & prudentia Pontifex in causis illius ecclesiæ prouidere (nam in aliis locum non habet, nec habuit vnquam) quomodo in causis clericorum, prælatus procederet, an iure an iniuria, an plenè an minùs plene probarentur clerici illi

[h] *Concil. Arelat. 1. can. 12.*
[i] *Concil. Nican. can. 17. Psalm 14.*
[k] *Concil. Carthag. 3. can 16 apud Gratian. cap placuit. 22. 9. 3.*
[l] *Concil. Laodicen. can 5.*
[m] *Tarraconens. can. 3. apud Gratian. in cap. non licet. 46 distinctione cap. Episcopus 4m. ubi simul.*
[n] *Concil. Turonen. sub Alexand III.*
[o] *Alex. III. apud Gregor. IX. in. 2 de vsuris. Idem in cap præterea eiusdem tituli.*

Digitized by Google

A illi vſurarij eſſent, officio & beneficio iniuſtè potirentur, ab vtroque ſuſpendi poſſe à ſuo Epiſcopo voluit: tantùm enim ab eo abfuit, clericos vſurarios deponi non poſſe (quod poſſe iam ipſe conſtituerat, ſiue declarauerat potiùs) vt antequam vſurarij eſſe conuincerentur, ſuſpendi à ſuo Epiſcopo poſſe decreuerit, quod in criminis deteſtationem ſancitum eſt.

COMMENTARII NOVI.

VSurarij manifeſti, qui palam, & publicè in foro, vel domi fœnus exercent, quales erant Romæ, qui ad medium Ianum ſedebant, de quibus Horat. *lib.* 1. *Satyr.* 3.

B ——*Poſtquam omnis res mea Ianum*
Ad medium fracta eſt, aliena negotia curo.

Non poſſunt ordinibus ſacris inſigniri, neque ad officia Eccleſiaſtica promoueri, *cap. infames 6. quæſt.* 1. *cap. inter dilectos, de exceſſibus Prælat.* Salcedo *in praxi cap.* 91. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg* 43. *num.* 3. & ſi iam beneficium adepti ſint, eo ſuſpenduntur *c.* 7. *de vſur.* & ſi adhuc non reſipuerint, in totum eo priuantur, *cap.* 1. *&* 2. *diſtinct.* 47. *cap. ſi quis, cap. quoniam* 14. *quæſt.* 3. *cap.* 1. *de vſur. in* 6. plura Anton. Auguſt. *in epit. iur. lib.* 3 5. *tit.* 6. P. Gregor. *de vſur. lib.* 3. *cap.* 1. Deinde deponuntur,

C & à communione fidelium arcentur; id enim important illa verba præſentis Canonis *placuit degradari, & abſtineri*, quæ ita explicarunt P. P. Concil. Arelat. 2. can. 14. *Si quis clericus pecuniam dedit ad vſuram, depoſitus à Clero à communione alienus habeatur*, aliquando enim tanta erat criminis grauitas, tamque exoſa fœditas, vt vtràque animaduerſione plecteretur Clericus, vel propter criminis nefas, vel propter peccatoris in crimine contumaciam. Vtriuſque exempla extant in canon 30. Apoſt. *Si quis Epiſcopum ſæcularibus Principibus vſus per eos Eccleſiam adeptus ſit, deponatur, & ſegregetur.* Concil. Tolet. 4. canone 46. *Oportet Canonibus in tali ſcelere proditum à clericatus ordine ſubmoueri, & pœnitentia triennio deputari.* Notauit Morinus *lib.* 2. *exercit. cap.* 10. Abſtineri enim eſt à communione ſegregari, quæ pœna promiſcuè tam clericis, quam laicis imponitur in ſacris Canonibus, vt in *canone* 16. 21. 37. 54. 61. *&* 79 huius Concil. & pro criminis grauitate modò leuiorem, grauiorem modò pœnam importat, vt docet Gibalinus *de clauſur. Regular. diſquiſitione* 2. *cap.* 3. §. 1.

Sequentibus tamen Conciliis mitiùs actum fuis cum Clericis vſuratiis, conceſſa illis communione poſt degradationem Concilium Autel. 5. canon. 26. *Exactor fœnoris, aut vſurarum poſſeſſor ſecundum ſtatuta P. P. degradetur.* Synodus Trullan can. 10. *Clericus à Diaconatu & ſuprà pecuniam non commodet ad vſuras*, &c. *Quod ſi quis aduerſus hæc ſtatuta venire præſumpſerit communione conceſſa, ab ordine degradetur.* Alia plura de pœnis vſurarij ex vtroque iure dabimus *in capite* 1. *de vſur.* GONZALEZ.

D SI QVIS ETIAM LAICVS ACCEPISSE probetur vſuras, & promiſerit correptus ſe iam ceſſaturum, nec vlteriùs exacturum, placuit, ei veniam tribui: ſi verò in eâdem iniquitate duraverit, ab Eccleſia ſciat ſe eſſe proiiciendum.

AVgent delicta dignitas delinquentis & merita, ob inferiorum exemplum. Qua ratione perniciotius multò de Chriſtiana republica merentur Epiſcopi, ſacerdotes, & alij clerici, vel vſuris, vel aliis publicis contaminati criminibus, quàm laici: quòd non ſolùm crimina contrahant ipſi, ſed ea infundant in ciuitatem, neque ſolùm obſint, quòd corrumpantur ipſi, ſed etiam quod reliquum reipublicæ corpus corrumpant, plus exemplo quàm peccato nocentes: ideo Concilium hoc, grauiùs multò ſe geſſit in clericos vſurarios, quàm in laicos; quòd horum vita, illorum ſit exemplo inE ſtituenda: clericos enim non excommunicandos ſolùm, ſed ſtatim deponendos nulla admonitione præmiſſa decernit. Cur enim monendi vitæ inſtituendæ magiſtri? laicos autem non ſtatim excommunicandos, ſed conſilio & monitione præmiſſis: quibus ſi acquieſcerent, & ſe ab exactionibus ceſſaturos pollicerentur, nulla pœna placuit afficiendos, ſin minus, excommunicatione multandos. Seuerius multò Concilium Viennenſe [P], dum manifeſtos vſurarios Eccleſiaſtica priuat ſepultura, pœna etiam ſacerdotibus impoſita, ſi illam vſuratiis conceſſerint. In quo illud adiecit, hæreticum eſſe, qui aſſeruerit, vſuras exigere, non eſſe peccatum, & velut hæreticum eum puniendum: diſtinctiùs iniungens locorum Ordinariis, & hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus, vt contra eos quos de errore huiuſmodi infamatos inuenerint, aut ſuſpectos, tanquam contra diffamatos, vel ſuſpectos de hæreſi procedere non omittant.]

[P] *Clement. 1. de ſepulturis.*

Clem. vnica, §. ſanè, de vſuris.

COMMEN

COMMENTARII NOVI.

HAnc postremam Canonis partem de laicis ab aliquo Pontificio assutam suspicabatur nouator Salmasius *de vsur. cap.* 16. non alia ratione, aut coniectura quam quia Nicæna Synodus, aliæve laicis vsuras accipere non prohibuerunt, in quibus miserè fallitur Salmasius: Primò, quia si Concilium hoc Illiberitanum præcessit Synodum Nicænam, vt supra probaui, quomodo poterat in eius conformationem Canonem Nicænum expendere. Secundò, quia tam priscis, quam neotericis Ecclesiæ legibus laicis vsuras accipere vetitum legimus: Concil. Carthag. 3. *canone* 5. vbi cum de clericis vsuratiis agatur Patres aiunt; *quod laicis vetatur, multò magis Clericis prohibendum est*: Trosleian. *c.* 15. Lateran. 3. sub Alexand. *canone* 25. & sub Innocent. *can.* 67. Meldens. can. 55. *vt Episcopi se ipsos, atque ministros suos & maximè Ecclesiasticos, cunctosque Christianos in sua Parochia perpendentes ex hoc statuta Nicani Concilij, & cæterorum Conciliorum ab vsuris sine excusation compescant*, & D. Clemens *lib.* 3. *constit. cap.* 7. peccata, & maximè insatiabilem cupiditatem viduarum, quæ illius status dignitatem dehonestabant referens, eas fœnori studere dixit, quod non asseueret P. si eo æuo licitæ essent vsuræ laicis. Deinde Innocentius II. *in Synodo Roman.* vsurarios ab Ecclesia eiici, & infames haberi statuit, *in cap. in omnibus, cap. quamquam de vsur.* Ecclesiastica sepultura priuantur: *in cap. vlt. §. vlt. eod. tit. in* 6. pœnitentia denegatur, nisi satisfecerint, *& in clement.* 1. *de vsur.* damnantur vt hæretici, qui fœnus licitum esse contendunt. Vnde cognoscitur quam perperam Salmasius hanc postremam partem canonis de laicis supposititiciam esse docuit, quia laicis Ecclesia vsuras accipere non prohibuit: alio etiam leui nititur argumento, videlicet quod Imperator Constantinus Magnus, qui interfuit Concilio Nicæno vsuras non prohibuit, imò concessit *in l.* 1. *Cod. Theod. de vsur.* vbi statuit, vt quicumque fruges humidas, vel arentes indigentibus dederint vsuræ nomine tertiam partem superfluam consequerentur: Vnde deducit Salmasius, nec in Synodo Nicæna vsuras prohibitas fuisse. Sed quam insulsè hæc colligat Salmasius, nemo sapiens non videt: quæram enim ab eo libenter, an quia Christianissimus Imperator non euertit omnia delubra Gentilium, eorumque sacra, & ritus ex suo Imperio exterminauit, nonne ea P.P. Nicæni absque dubio damnauerunt? Plura enim crimina inuitus tulit Imperator, & vsuris modum imposuit, quia radicitus omnia vitia euellere nequibat, vt latè prosequitur ipsum Salmasium doctè refellendo, Pater Gibalinus *dicta capite* 7. *articulo tertio.* GONZALEZ.

De his qui ad Ecclesias tardè accedunt.	*De his qui ad Ecclesiam tardiùs accedunt.*
Canon XXI.	*Canon XXI.*
Si quis in ciuitate positus tres Dominicas Ecclesiam non accesserit, pauco tempore abstineat, vt correptus esse videatur.	Si quis in ciuitate positus tres Dominicas Ecclesiam non accesserit, tanto tempore abstineat, vt correptus esse videatur.

CAPVT QVADRAGESIMVM-PRIMVM.

De laicis, non de clericis hunc canonem intelligi oportere.

[9] *Concil. Trident. sessio.* 22. *can.* 1. *de reformatione.*

COntendant alij, canonem hunc de clericis intelligendum, & Tridentinum [9], dum de clericis absentibus à sua Ecclesia tractat, eundem renouasse; ego tamen de laicis interpretari malo. Cuius sententiæ locupletissimum testem laudabo, venerabilem auctoritate summa, religione & fide, Osium dico, Episcopum Cordubensem, qui se non opinari, sed scire; non audiuisse, sed vidisse; non interfuisse, sed condidisse decretum refert. Is inquam, in Concilio Sardicensi, cui præfuit, de laicis sensisse Patres huius Concilij disertè admonuit. Cùm tractaretur enim in eo Concilio, (cui alij quinque Episcopi ex Hispania intererant, Annianus Castulonensis, Costus, siue Castus Cæsaraugustanus, Domitianus Pacensis, Florentinus Emeritensis, Prætextatus Barcinonensis) de residentia Episcoporum in sua Ecclesia, & quot diebus abesse possent ab illa; huius Concilij exemplo Osius Sardicensi [r] proposuit, tres tantùm septimanas abesse licere Episcopo à proprij Episcopatus sede. [Osius Episcopus dixit, & hoc quoque

[r] *Concil. Sardicen. cap.* 14.

A quoque ſtatuere debetis, vt Epiſcopus ſi ex alia ciuitate cum venerit ad aliam ciuitatem, vel ex prouincia ſua ad aliam prouinciam, & ambitioni magis quàm deuotioni ſeruiens, voluerit in aliena ciuitate multo tempore reſidere (forte enim euenit Epiſcopum loci, non eſſe tam inſtructum neque tam doctum) is verò qui aduenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere ſermonem, vt dehoneſtet & deformet illius perſonam; ita vt ex hac occaſione non dubitet relinquere adſignatam ſibi Eccleſiam, & tranſeat ad alienam. Definite ergo tempus, quia & non recipi Epiſcopum, inhumanum eſt; & ſi diutius reſideat, pernicioſum eſt. Hoc ergo ne fiat, prouidendum eſt. Memini autem ſuperiori Concilio fratres noſtros conſtituiſſe, vt ſi quis laicus in ea in qua commoratur ciuitate, tres Dominicos dies, id eſt, tres ſeptimanas non celebraſſet conuentum, communione priua-
B retur: ſi ergo hæc circa laicos conſtituta ſunt, multo magis Epiſcopo nec licet nec decet, ſi nulla ſit tam grauis neceſſitas, quæ detineat, vt amplius à ſuperſcripto tempore abſens ſit ab Eccleſia ſua. Vniuerſi dixerunt, placere ſibi.] Si Oſij ergo ſententia, doctrina & interpretatio, vniuerſi Concilij Sardicenſis auctoritate comprobata, mecum facit, qui fieri poterit, vt de clericis poſt hac canonem intelligendum ſentiant? voluit ergo Concilium, laicos homines, vel ſæculares, vt vocant (de clericis autem ideò tacuiſſe Concilium putarim, quòd ea ætate adeò ſoliciti & vigilantes paſtores eſſent, vt ad rerum ſacrarum celebrationem his calcaribus incitari opus non eſſet,) omnibus diebus Dominicis intereſſe rei ſacræ in Eccleſia debere. Quod ſi ſemel vel iterum id non fecerint, conniuendum putauit; eo quòd caſu id factum arbitraretur. Quòd ſi tertiò omiſſa res
C ſacra ſit, quia non caſu, ſed à conſilio minus pio & Chriſtiano profectam ſibi perſuadeat, res digna viſa eſt Patribus, vt excommunicationis pœna coërceretur. Ex quo notare licet (vt id obiter animaduertamus) exiguam Theodori Balſamonis [a] in colligendis Latinorum Conciliis diligentiam, & parum perſpicax in interpretandis iudicium, dum exponens canonem hunc, ſcripſit. [Interrogauerit autem quiſpiam, cum LXXX. canon VI. Synodi, videlicet quæ in Trullo dicitur, laicos congregari decreuerit, quæ quidem hac Synodo fuit multo recentior, quomodo præſens canon, qui eſt ea multo antiquior, eius meminit? Sol. Alius quidem canon ante præſentem Synodum nihil eiuſmodi decreuit: quæ autem hoc canone continentur, ſine ſcriptis, vt eſt veroſimile, exercebantur ab initio, vt etiam multa alia: poſtea autem Synodus in Trullo ea ſcriptis quoque mandauit.] Hæc Theodorus Balſamon. Quæ docere minimè potuiſſet, ſi parem Latinis Conciliis colligendis & interpretandis quam Græcis operam & ſtudium
D nauaſſet. Comperiſſet enim conſtitutionem Epiſcoporum, quam Oſius retulit de laicis, hoc Concilio Illiberritano (cui idem Oſius adfuit) contineri: quod de laicis decretum & Sardicenſis canonem de Epiſcopis, renouauit poſtea (vt fertur) VI. Synodus, [c] addens quod in vtroque deerat, idem videlicet de clericis intelligendum. [Si quis Epiſcopus (ait) vel eorum qui in Clero cenſentur, vel laicus, nullam grauiorem habeat neceſſitatem vel negocium difficile, vt à ſua Eccleſia abſit frequentius, ſed in ciuitate agens tribus diebus Dominicis vnà non conueniat: ſi clericus eſt, deponatur; ſi laicus, à communione ſeparetur.] Idem decreuit in Hiſpania Concilium Toletanum XVII. [d] Similiter (ait) diaconus vel preſbyter, ſi tres hebdomadas ab Eccleſia ſua defuerit, damnationi ſuccumbat. Damnationem intelligit, excommunicationem triennij, quam prius
E decreuerat aduerſus clericos, qui diebus ſolennibus abeſſent ab Eccleſia. De reſidentia Epiſcoporum & reliquorum inferioris ordinis clericorum in ſua Eccleſia, diſputationem omitto, quòd in hoc canone de laicis ſolùm inſtitutus ſit ſermo.

[a] *Theod. Balſamon. in commentar. ad Concil. Sardicen. can. 14.* Theodori Balſamonis lapſus in interpretando canone 14. Concilij Sardicenſis.

[c] *Sexta Synodus can. 81.*

COMMENTARII NOVI.

QVi ab Eccleſiæ vberibus tanto tempore auelleretur, metus erat, ne contabeſceret, ideò ab eadem matre coguntur ad Eccleſiam liberi vt à ſacris tanquam à ſuis mamillis lac ſugant, & cæterorum fidelium communione, & precibus foueantur.

Pauco tempore abſtineant, qui leui hac pœna perſtringebantur ſola Euchariſtiæ communione priuabantur, non autem precum, aut corporis Chriſti myſtici ſocietate: nam ſacris intereſſe poterant, quo qui iure fruerentur excommunicati, nec pœnitentes cenſebantur. ALBASPINÆVS.

Verba Canonis Concilij Sardicenſi à Mendoza

doza relata paulo aliter habentur *in C. canon. Eccleſia vniuerſalis*, ex verſione Dionyſij exigui, & apud Iuonem *part. 5. decret. cap. 218.* per ea tamen: *memini ſuperiori Concilio*, præſentem Canonem intelligi, iam notauit I. Phileſac. *de origin. Parœch. cap. 2.* & non ad Concilium Nicænum eſſe referenda, vt aliqui voluerunt, in quo nullus Canon reperitur, in quo reſidentia Parochialis in ſuis Parochiis iniungatur. In præſenti autem Canone agi de laicis, non verò de Clericis facilè ſuadetur; ſiquidem miniſtri Eccleſiæ non ſolùm diebus Dominicis, verum & quotidie in Eccleſia miniſtrare debent Concil. Toletan. 1. can. 5. *Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel quilibet Eccleſiæ deputatus Clericus, ſi intra ciuitatem fuerit, vel in loco, in quo Eccleſia eſt, aut caſtella, aut vici ſunt, aut villæ, ſi ad Eccleſiam, aut ad ſacrificium quotidianum non venerit, Clericus non habeatur, ſi caſtigatus, per ſatisfactionem, veniam ab Epiſcopo noluit promereri.* Ex quo Canone M. Brachar. ſuæ collectioni inſeruit verba, quæ reperiuntur *in cap. ſi quis Presbyter 92. diſt.* GONZALEZ.

SI QVIS IN CIVITATE POSITVS.

CAPVT QVADRAGESIMVM-SECVNDVM.

De pœna eorum qui in ciuitate morantes tribus Dominicis diebus abfuerint ab Eccleſia, & cur de alijs mentio omiſſa.

QVi in ciuitatibus morantur ſiue incolæ ſint illi, ſiue aduenæ, ſi ab Eccleſia tribus Dominicis diebus abfuerint, excommunicatione mulctantur: ruri vero habitantes (quòd eo tempore ſæuitia perſecutionum tot in agris non eſſent Eccleſiæ, nec ad vrbes & ſacrum illarum conuentum tutò ſemper conuenire poſſent) Patres indulgentiores hac cenſura comprehendi noluerunt: propagata autem poſtea quam latiſſimè Chriſtiana religione & paſſim ædificatis Eccleſiis ſpeciali conſtitutione Concilij Rothomagenſis [x] ſancitum eſt, vt paſtores, bubulci & qui paſcendis aliis pecoribus intendebant, ex agris ad Eccleſias, ad audiendam rem ſacram, euocarentur. [Admonere debent ſacerdotes (ait) plebes ſubditas, ſibi, vt bubulcos atque porcarios, vel alios paſtores, & aratores qui in agris aſſiduè commorantur, vel in ſiluis, & ideo velut more pecorum viuunt, in Dominicis vel aliis feſtis diebus ſaltem vel ad miſſam faciant, vel permittant venire: nam & hos Chriſtus pretioſo ſuo ſanguine redemit. Quòd ſi neglexerint, pro animabus eorum abſque dubio rationem ſe reddituros ſciant: ſi quidem Dominus veniens in hunc mundum, non elegit oratores atque nobiliores, ſed piſcatores atque idiotas ſibi diſcipulos adſciuit, vt oſtenderet in facto, quod ipſe verbis in Euangelio affirmat, dicens: Quod hominibus eſt altum, abominabile eſt apud Deum: & ſalua altiore intelligentia, natiuitas noſtri Redemptoris, primò omnium paſtoribus ab Angelo nunciatur.] Et vt iter ad Eccleſias ex agris eſſet expeditius, decretum eſt Concilio Erfordienſi [y] vt tempore quo quis ad Eccleſiam conueniret, ſi qua tunc eſſet oborta cauſa, ad tribunal iudicum poteſtate trahi non deberet. [Præcipimus (aiunt Epiſcopi cum conſenſu Henrici Regis) vt nullus Chriſtianus pro reuerentia Eccleſias petendo, alicuius publicæ poteſtatis banno ibidem conſtringatur: ne forte dum ad Eccleſias, cauſa orationis properat, per bannum impediatur, pro ſalute animæ ſuæ Domini miſericordiam minus deuotè poſtulare.]

[x] *Exſtat apud Burchar. lib. 1. decret. c. 71. & Iuonem. 2 p. decret. cap. 121.*

Lura. 2.

[y] *Conc. Erfor. apud Iuo. p. 4 c. 60.*

COMMENTARII NOVI.

CRedi non poteſt maiorem pœnam inflictam fuiſſe propter neglectam reſidentiam, & omiſſum conuentum in Eccleſia, degentibus in vrbe; quam in oppidis, & pagis commorantibus. Vrbani enim, & ruſticani fideles Miſſæ Parochiali, vbi publicus & legitimus populi conuentus habebatur, intereſſe debebant. Vrbani in vrbanis Eccleſiis; Ruſtici in ſuis ruſticanis, quo etiam populus diebus Dominicis conueniebat; ſed quia plerumque Ruſtici negotiandi cauſa ad ciuitatem accedebant, & ab Eccleſia propria abſentes in ciuitate degentes, negligebant diebus Dominicis conuenire cum aliis fidelibus in Eccleſia, vbi hoſpitium habebant, iubetur illis in præſenti, vt ſi per tres Dominicas ad Eccleſiam non acceſſerint, à communione ſeparentur. Quæ interpretatio valde ſuadetur ex *canone 81.* ſextæ Synodi Trullen. ſi eius verba conferantur cum præſenti canone, ita aiunt P.P. *Si quis Epiſcopus, vel eorum, qui Clero cenſentur, vel laicus, nullam gradiorem habeat neceſſitatem, vel negotium difficile, vt à ſua Eccleſia abſit frequentius, ſed in ciuitate agens tribus diebus Dominicis vna non conueniat; ſi Clericus eſt, deponatur; ſi laicus à communione*

A *munione ſeparetur.* Niſi facilius vtrumque canonem accipiamus de fidelibus vrbanis in ciuitatibus commorantibus, qui ſi in ciuitate degentes à propria Parochia abfuerint, & per tres Dominicas in ea cum aliis fidelibus non conuenerãt, communione priuentur, ſecus verò ſi ex iuſta cauſa abfuerint; quia tunc in aliena Parochia, vbi reperiebantur, poterant Miſſæ ſacrificio intereſſe; & hæc (ni fallor) eſt vera, & aperta huius Canonis ſententia. GONZAL.

TRES DOMINICAS.

CAPVT QVADRAGESIMVM-TERTIVM.

B *Dominici diei nomen & feſtum ab ipſis Apoſtolorum temporibus.*

QVem diem Solis Gentes olim vocabant, Iudæi autem primam ſabbathi, quòd prima eſſet poſt ſabbathum, diem Domini ſiue Dominicum Chriſtiani nuncupamus [a]: quia eo die Chriſtus Dominus à mortuis ſurrexerit, Iuſtinus Martyr [b], [Solis autem die (inquit) communes cœtus & concurſus facimus; quandoquidem primus hic eſt dies, quo Deus caligine diſpulſa, orbem condidit, & Ieſus Chriſtus ſeruator noſter eodem die à mortuis excitatus: nam eo die qui Saturni diem ſequitur, qui quidem Solis eſt dies, Apoſtolos ſuos & diſcipulos, quibus conſpicuum ſe præbuit, hæc docuit.] Maximus Epiſcopus (vt creditur) Taurinenſis [c] [Dominica (ait) nobis ideò venerabilis & ſolennis eſt, quia in ea Saluator velut Sol oriens, diſcuſſis infernorum tenebris, luce reſurrectionis emicuit.] D. Auguſtinus [d], [Dies tamen Dominicus, non Iudæis, ſed Chriſtianis reſurrectione Domini declaratus eſt, & ex illo habere cœpit feſtiuitatem ſuam.] Diuus Iſidorus [e], [Dominicus dies proinde vocatur, quia in eo reſurrectionis Domini noſtri gaudium celebratur: qui dies, non Iudæis, ſed Chriſtianis in reſurrectionem Domini declaratus eſt, & ex illo cœpit habere feſtiuitatem ſuam. Illis enim ſolùm celebrandum ſabbathum traditum eſt, quia erat ante requies mortuorum, reſurrectio autem illius erat, qui reſurgens à mortuis non moreretur. Poſtquam autem facta eſt talis reſurrectio, in corpore Domini, vt præiret in capite Eccleſiæ, ſperaret in fine; iam dies Dominicus, id eſt, octauus, qui & primus celebrari cœpit.] Ignatius ad huius diei cultum Magneſianos excitans. [Dominicum (ait) diem omnis Chriſti amans feſtum celebret, diem reſurrectionis regalem omnium dierum ſupremum: quem expectans Propheta, dicebat. In fine pro octaua, in quo & vita noſtra exorta eſt, & mortis in Chriſto victoria facta.] Huius

C appellationis inſtitutio, ſi à capite accerſenda eſt, iam inde ab Apoſtolorum temporibus factam Diui Ioannis Apocalypſis teſtatum facit. [Fui (inquit, in ſpiritu, Dominica die.] Diuus Clemens [f]. [Die reſurrectioni Domini dicato, Dominicum dicimus, conuenite aſſiduè.] Ab Apoſtolis etiam Dominici diei antiquitatem & feſtum repetit Innocentius [g] Papa I. [Quod rite (inquit) omni ſabbatho ieiunetur, quia feria ſexta & ſabbathum ambo dies triſtitiam Apoſtolis, vel his qui Chriſtum ſecuti ſunt indixerunt: qui die Dominico exhilarati, non ſolùm ipſum feſtiuiſſimum eſſe eſſe voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum eſſe duxerunt.] Quare videat Nicephorus, qua ratione, qua auctoritate, quáve fide dixerit, diem quem Græci Soli dicarunt, à Conſtantino Dominicum fuiſſe appellatum: ni quis illius gratia interpretetur, id generaliter apud omnes nationes & gentes ſibi ſubditas,

E etiam infideles, primum Imperatorem Chriſtianum conſtituiſſe; & antiquam Eccleſiæ conſuetudinem recentiori ſanctione confirmaſſe. Simili pia excuſatione opus eſt eidem Nicephoro [h] recenſenti in Græca illa ſua laudatione, Conſtantini conſilio perſuaſum Syluestrum PP præcepiſſe, vt antiquatis Gentium à fide Chriſtiana abhorrentium, Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis, & Saturni nominibus, hebdomadæ noſtræ dies, feriarum nominibus nuncuparentur. Cùm multo ante Syluestri & Conſtantini Imperium, diebus ſingulis feriarum nomina indita teſtis ſit Tertullianus [i], in Pſychicorum perſona loquens. [Itaque de cætero (ait) indifferenter ieiunandum ex arbitrio, non ex imperio nouæ diſciplinæ, pro temporibus & cauſis vniuſcuiuſque, ſic & Apoſtolos obſeruaſſe, nullum aliud imponentes iugum certorum & in commune omnibus obeundorum ieiuniorum, proinde nec ſtationum, quæ & ipſæ ſuos quidem dies habeant quartæ feriæ & ſextæ.] Quod ſingulatim forſan Eccleſiæ obſeruabant, generali conſtitutione Syluester Conſtantini conſilio ſuaſus ſtabilire potuit. Quod

[a] *D. Aug. epiſt 86. ad Caſſulanum.*
[b] *Iuſtin. Mar. in 2. apolog. pro Chriſt.*
[c] *Maxim. Epiſcopus Taurinen. in ſerm. de Pentec. qui inter Ambr. ſerm. eſt 60.*
[d] *D. Aug. epiſt. 119. ad Ianuar. cap. 13. Repetit lib. 22. de ciuitate Dei. c. vlt.*
[e] *D. Iſidor. lib. 6. Etymolog. cap. 18. & repetit lib. 1. de offi. Eccleſ. cap. 13.*
Apoc. 10.
[f] *D. Clem. Apoſt. conſtit. lib. 7. cap. 31.*
[g] *Innocent. I. epiſt. ad Decent. Epiſc. 6 §. 4.*
[h] *Nicepb. lib. 7. hiſt. Eccleſ. c. 46.*
[i] *Tertull. aduerſus Pſychicos. c. 2.*

hodie tametsi in Ecclesiasticis officiis obseruent Ecclesiæ: non obseruant in forensium causarum iudiciis, nec in Canonicorum capitulis, nec in diœcesanis vel prouincialibus conuentibus, in quibus antiquum morem, vel constitutionem renouandam insignes pietate viri censent. Solum diem Dominicum vetusto vocabulo nuncupamus, eo quòd in memoriam resurrectionis Domini illud dici inditum fuisset. Qua ratione, primi Christiani eo die stantes orabant, non verò genua flectentes, vt D. Augustinus [k] docet, Hieronymus [l], Isidorus [m], Tertullianus [n], & alij. Fuerunt & alia insignia beneficia quibus hunc diem Deus ab orbe condito egregie affecit & condecorauit, quæ D. Leo [o] PP. singulari ordine congessit. [Tantis (inquit) diuinarum dispensationum mysteriis est consecrata, vt quicquid est à Domino insigniùs constitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium: in hac per resurrectionem Christi, & mors interitum, & vita accepit initium. In hac Apostoli à Domino prædicandi omnibus Gentibus Euangelij tubam sumunt, & inferendum vniuerso mundo Sacramentum regenerationis accipiunt. In hac (sicut beatus Ioannes Euangelista testatur) congregatis in vnum discipulis, ianuis clausis, cùm ad eos Dominus introisset, insufflauit, & dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum detinueritis, detenta erunt. In hac denique promissus à Domino Apostolis Spiritus sanctus aduenit: vt cœlesti quadam regula insinuatum & traditum nouerimus, in illa die celebranda nobis esse mysteria Sacerdotalium benedictionum, in quo collata sunt omnia dona gratiarum.] Eadem Isidorus [p], & Concilij Matisconensis [q] Patres.

His autem Dominicis diebus an olim à laboribus feriarentur Christiani, quæri audio, Et eos feriatos arbitror, quia Innocentius PP. I. repetens originem huius diei ab Apostolis, illos in gratiam resurrectionis festiuissimum esse voluisse scribit, & quia Dominicum diem non minus celebrem voluerint Apostoli esse apud Christianos, quàm Moyses sabbathum apud Iudæos. Quemadmodum ergo ille liberum ab omni opere sabbathum cõstituit, sic hunc & illi; quod antiquum esse, & omnium ferè rerumpublicarum consensu semper probatum scribit Cicero [s]. [Feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium & iurgiorum: in seruis operum & laborum quas compositio anni conferre debet & perfectionem operum rusticorum, quòd tempus, vt sacrificiorum libamina seruentur, fœtúsque pecorum, quæ dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est.] Lucianus [t]. [Ne quid (ait) intra festi tempus agito, neque publicum, neque priuatum, nisi quæ ad lusum, quæ ad voluptatem animíque oblectationem pertinebunt.] Numa Pompilius II. Romanorum Rex instituisse dicitur, vt in profestis & omnino in sacerdotum festis, per vrbem præcones præcederent, qui quiescere ciues & ab operibus desistere iuberent. Quemadmodum enim Pythagoras non permittebat homines per transitum deos adorare, sed continuò ex ipsa domo mente ad id paratos pergere: ita & Numa decere ciues existimauit, neque audire quidquam rerum diuinarũ, neque aspicere per desidiam atque negligentiam; sed vacare à cæteris oportere, mentémque adhibere, perinde, vt rei ad pietatem maximè opportunæ, denique crepitibus, strepitibus, gemitibúsque, & quæcumque huiusmodi necessarios vulgarium artium labores consequuntur, vias vacuas, ceremoniis præstare, vt à Plutarcho [u] proditum memoriæ est. Sed apud Christianos die Dominico à laboribus feriandum perspicuè docet B. Clemens [x], & post illum Augustinus [y]. [Dominicum ergo diem (ait) Apostoli, & Apostolici viri ideò religiosa solennitate habendum esse sanxerunt, quia in eodem Redemptor noster à mortuis surrexit, qui ideò Dominica appellatur, vt in eo terrenis operibus vel mundi illecebris abstinentes, tantùm diuinis cultibus seruiamus.] Et post alia [Ac ideò sancti Doctores Ecclesiæ decreuerunt omnem gloriam Iudaici sabbathismi in illã trãsferre: vt quod ipsi in figura, nos celebraremus in veritate. Obseruemus ergo diem Dominicum, fratres, & sanctificemus illum, sicut antiquis præceptũ est de sabbatho, dicẽte legislatore: A vespera vsque ad vesperã celebrabitis sabbatha vestra: videamus ne otium nostrũ vanum sit, sed ad vesperam diei sabbathi, vsque ad vesperã Dominici diei sequestrati à rurali opere & ab omni negocio vacemus.]

In ea diei Dominici lætitia & festiuitate primi Christiani quid egerint, quos potiùs quàm Apostolos ipsos auctores & testes laudare debeam, non video. D. Clemens [z]. [Die (inquit) Dominico diligentiùs conuenite, laudem Deo laturi, qui

[k] *Aug. epist. 119. ad Ianuar.*
[l] *Hieron. aduers. Lucif.*
[m] *Isidor. lib. 1. de Eccles. Offic. c. 33.*
[n] *Tertull. lib. de corona milit.*
Ioan 20.
Ioan 14. & 16.
[o] *Leo 1. epist. 81 ad Dioscor. Episcopum Alex. cap. 1.*
[p] *D. Isidor. lib. 1. de officijs Eccles. ss. cap. 15.*
[q] *Conc. Matisconen. 2. can. 1.*
[r] *Innoc. 1. epist. 1. ad Decentium Episcopum, cap. 4.*
[s] *Tull. lib. 2. de leg.*
[t] *Lucia. Epist. Sat.*
[u] *Plutarch. in vita Numa.*
[x] *D. Clem. lib. 8. constit. Apostol. 39.*
[y] *D. Aug. de tempore serm. 251.*
[z] *Clem. lib. 2. Apo-*

qui

A qui per ſeſum cuncta condidit, & illum ad nos miſit, & à mortuis excitauit. Nam quam excuſationem afferre poteſt Deo, qui in hoc die non conuenit ad audiendum ſalutarem de reſurrectione ſermonem, in quo tres orationes ſtantes concipimus, in memoriam illius qui tertio die reſurrexit? Prophetarum lectio habetur, & Euangelij prædicatio, & ſacrificij oblatio, atque ſacrificij diſpenſatio.] Similia his Iuſtinus Martyr [a], Auguſtinus [b], & alij.

[a] *Iuſt. Mar. apol. 2 pro Chriſtian.*
[b] *D. Aug. ſer. 215 de tempore.*

Iul. conſtitut. c. 63. repetit. lib. 7. c. 31.

COMMENTARII NOVI.

B Dei Dominici antiquitatem, & feſtiuitatem ſatis commendaui, & probaui *in cap. 1. de feriis.* In præſenti circa eius diei ſolemnitatem illud ſtatuitur, vt fideles in propria Parochia Miſſæ Parochiali interſint, non quia cæteris diebus feſtiuis, & ſolemnibus etiam conuenire in Eccleſiam fideles debere P. P. neglexerint, ſed quia primis Eccleſiæ ſæculis fidelium conuentus in propria Eccleſia diebus Dominicis magnopere commendabatur, non ſolum vt Miſſarum ſolemnibus intereſſent, verum vt diuinis officiis, ſtationibus, proceſſionibus, Parochi concionibus, oblationibus, & aliis officiis, quæ in aliis feſtiuitatibus omittebantur, fideles Parochiani adeſſent. D. Clemens lib. 2. conſtit. Apoſtolic. cap. 63. ibi: *Die Dominico diligentius conuenire laudem Deo laturi, qui per Ieſum cuncta condidit, & illum ad nos miſit, & à mortuis excitauit. Nam quam excuſationem afferre poteſt Deo, qui in hoc die non conuenit ad audiendum ſalutarem de reſurrectione ſermonem, in quo tres orationes ſtantes concipimus in memoriam illius, qui reſurrexit tertio die? Prophetarum lectio habetur, & Euangelij prædicatio, & ſacrificij oblatio, atque ſacrificij diſpenſatio:* Quæ verba prolixius citauimus, quod iis contineatur modus celebrandi diei Dominici, idem, qui etiamnum celebratur. Conſentiunt huic Decreto Concilium Conſtantinop. 6. canone 8. *Diei Dominici tanta debet eſſe obſeruantia, vt præter orationes, & Miſſarum ſolemnia, & ea quæ ad veſcendum pertinent, nihil fiat.* Synodus Trullan. *canone 19 & 81.* Foroiul. ſub Carolo, & Pipino cap. 13. *Diem Dominicum inchoante noctis initio, ideſt, veſpere Sabbathi, qua in prima luceſcit Sabbathi, quando ſignum, id eſt Campana, vt vulgò inſonneri, vel hora eſt ad veſpertinum celebrandum officium, non propter honorem Sabbati vltimi, ſed propter ſanctam illam noctem primi Sabbati, hoc eſt Dominici diei, cum omni reuerentia, & honorifica religione venerari omnibus mandamus Chriſtianis. Abſtinere primum omnium ab omni peccato, & ab omni opere terreno, & ad nihil aliud vacare, niſi ad Orationem, concurrere ad Eccleſiam cum ſumma mentis deuotione, ceſſante omni cauſarum ſtrepitu.* Concil. Emerit. canone 19. *Salubri deliberatione cenſemus, vt per ſingulas Eccleſias, in quibus Presbyter inſſus fuerit per ſui Epiſcopi ordinationem præeſſe, ſingulis diebus Dominicis, ſacrificium Deo procures offerre.* At verò ne quis exiſtimet ad Sacerdotem Parœcum hoc duntaxat ſpectare, fruſtra illud eſt: ad quid enim Parœcus Dominica die Liturgiam celebrare iubetur, an ſub ipſius cauſa? Ridiculum: itaque populi ſibi commiſſi, qui eo conuenire debet. Concilium Agath. apud Gratian. *in cap. ſi quis 34. de conſecr. diſtinctione 1. & in cap. miſſas de conſecr. diſtinct. 1.* Concil. Tribur. cap. 35. *Diebus Dominicis, & Sanctorum Feſtis, vigilys, & orationibus inſiſtendum, & ad Miſſas cuilibet Chriſtiano cum oblationibus eſt currendum, & tantummodo Deo vacandum.* Concilium Agath. canone 63. *Vt cines, qui ſuperiorum ſolemnitatum, ideſt Paſcha, & Natalis Domini, vel Pentecoſtes ſolemnitatibus cum Epiſcopis intereſſe neglexerint, cum in ciuitatibus communionis, vel benedictionis accipiendæ cauſa poſitos ſe noſſe debeant; triennio à communione priuentur Eccleſiæ.* Matiſcon. 2. canone 1. *Cuſtodite diem Dominicam, &c. Si quis veſtrum proximam habet Eccleſiam, properet ad eam; & ibi Dominico die ſemetipſum precibus, lacrymiſque afficiat. Sint oculi, manuſque veſtræ toto illo die ad Deum expanſi.* GONZALEZ.

C

D

TRES DOMINICAS.

E

CAPVT QVADRAGESIMVM-QVARTVM.

De tribus Dominicis cur hîc meminerint Patres.

CVm Eccleſia primitiua multis ethnicorum iniuriis premeretur: liberè non poterant ſingulis diebus in publico conuentu celebrari ſacrificia, ſed Dominicis tantùm, in hócque varias fuiſſe locorum, regionumvè conſuetudines, vt varia erat in illis libertatis conditio & religionis deuotio. Auguſtinus ad Ianuarium [c]. [Alia verò (inquit) quæ per loca terrarum, regionéſque variantur; ſicuti eſt, quòd alij ieiunant ſabbatho, alij verò non: alij quotidie communicant corpori & ſanguini Dominico; alij certis diebus accipiunt, alibi tantùm Dominico: alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi ſabbatho

[c] *D. Auguſt. in epiſtol. 118.*

tantum & Dominico, & si quid aliud huiusmodi animaduerti potest.] Quòd si tempore Augustini, quo propagata erant Christianis Impp. Christianæ religionis semina, & altas iam radices egerant, Dominicis solùm in multis Christianorum Ecclesiis sacrificium hoc fiebat, eximiam religionis laudem quis iure non tribuat Hispanicæ nostræ, quòd centum triginta, & eo amplius ante Augustinum annos, ethnicis Imperatoribus & religionem nostram accerrimè oppugnantibus sacrificium peragi in Ecclesiis, publicè illud celebrari præceperit, pœnamque excommunicationis aduersus eos sanxerit, qui Ecclesiam constitutis diebus non frequentarent. Tribus autem diebus Dominicis abesse posse fideles à publico Ecclesiæ conuentu & sacris, sine excommunicationis pœna, non ideò permiserunt, quòd singulis Dominicis sacrificium fieri noluissent in Ecclesia, vel ad illam fideles conuenire; sed vt occurrerent grassantium persecutionum periculis, ne vnà in Ecclesiam Christiani conuenientes ab infidelibus caperentur, vel profano Ethnicorum ingressu sanctus Ecclesiæ locus polluetur: quod ad Apostolis quasi per manus traditum Hispani Episcopi denuò literis consecrare voluerunt. Clemens[d] enim, hæc ex Paulo refert. [Si propter infideles ad Ecclesiam iri non potest, domi cœtus congregabis, ô Episcope, ne pius ingrediatur Ecclesiam impiorum: non enim locus sanctificat hominem, sed homo locum. Quòd si impij locum occupauerint, fugiendus est tibi is locus, quoniam ab ipsis profanatus est; nam vt sancta sacerdotes sanctificant, sic nefarij contaminant. Si nec domi, nec in Ecclesia cœtus celebrari possunt, vnusquisque apud se psallat, legat, orer, vel duo aut tres vna congregati: vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sunt in medio eorum.] Quod salutare & religiosum consilium Hispanorum vsu receptum scribit D. Hieronymus,[d] qui diebus singulis, nedum Dominicis sanctum hoc sacrificium peractum & à fidelibus quotidie susceptum, ex epistola Lucinij Bætici, pij viri & eruditi hoc in antiqua fuisse Hispanorum consuetudine testantis affirmat. Sed vt effugerent hostium pericula, non semper publicè in Ecclesiam conueniebant Quando autem conuenire debuissent, præpositorum iudicio & religioni reseruabatur, à quibus solebant mitti diaconi, vt fideles nominatim euocarent ad sacra & Ecclesiæ conuentum, vt docet D. Ignatius[e], ad Heronem diaconum Antiochenum. [Synaxim (ait) ne negligas, omnes nominatim inquire.]

A

B

C

[d] *Clemens. libr. 8. Const. Apostolicarum, cap. 40.*

Matth. 18.

[d] *D. Hieronymus epistola 28. ad Lucinium.*

[e] *D. Ignatius in epist. 13.*

COMMENTARII NOVI.

D

LIcet persequutione Tyrannorum sæuiente minùs securè liceret ad sacram synaxin percipiendam fideles conuenire, cùm quotidie de vita periclitarentur, cum quotidie sumerent corpus Christi, & vt ait D. Cyprianus *epist.* 56. considerantes se quotidie sanguinem Christi sumere, & ipsi pro Christo sanguinem effunderent, concessum fuit, vt die Dominico in Ecclesiam conuenientes, communicarent Concil. Altissiod. can. 39. *Vnaquæque mulier, quando communicat, Dominicalem suum habeat. Quod si quem non habuerit, vsque in alium Dominicum non communicet.* Vbi per Dominicalem intelligitur linteamen, quod fœminæ deferebant, vt in eo corpus Domini acciperent, vt ori propriâ manu admouerent: illis enim temporibus tam viris quam fœminis non ad os cuiusque Eucharistia porrigebatur à Sacerdote, vt hodie fit, sed ipsi communicantes accipiebant manu, & ori admouebant, hoc tamen discrimine, vt viri manu in formam Crucis supra aliam posita sumerent; fœminæ verò non nuda manu, sed mundo linteamine, Concil. Altissiod. can. 36. *Non licet mulieri nuda manu Eucharistiam sumere, nec manum suam ad pallas Dominicas mittere:* sexta Synodus celebrata anno Domini 681. can. 3. *Antequam fiat communio Eucharistiam acceptura manus in Crucis formam figurans sic accedat, & gratia communionem accipiat. Eos enim, qui ex auro, vel quauis alia materia receptacula quædam loco manus efficiunt, ad diuini muneris susceptionem minimè admittimus, vt qui inanimatam, subiectamque materiam Dei imagini præferant.* D. Cyrillus Hierosolym. Catheches. 5. *Accedens ad communionem non expansis manuum volis accede, neque disiunctis digitis, sed sinistram, veluti sedem quamdam subijcias dextera, quæ tantum Regem susceptura est, & concaua manu suscipe corpus Christi dicens, amen.* D. August. serm. 152. de tempore: *Omnes viri quando communicare desiderant, lauant manus, & omnes mulieres munda exhibent linteamina, vt corpus Christi accipiant.* Obseruarunt Hugo Menardus *in not. ad Sacrament.* D. Gregor. *fol.* 395. Ballenger. ad Casaubon. *diatrib.* 3. *fol.* 218. Vicecomes *volum.* 4. *de ritibus Missæ lib.* 7. *cap.* 11. Coriolan. *in can.* 14. *Concil. Tolet.* 1. Et post communionem singuli secum in domum propriam Eucharistiam deferebant, quam reuerenter asseruantes singulis diebus summo manè ieiuni communicarent, Basil. *in epist. ad Cæsaream Patritiam*, quam refert Anastasius Nicæn. & habetur 6. tom. Biblioth. SS. P.P. *Omnes,* (inquit) *qui sunt in desertis Monachi, vbi non est Sacerdos.*

E

A *Sacerdos illic habentes communionem, ex ſe ipſis ſumunt. Alexandria autem & in Ægypto vnuſquiſque ex laicis, qui illic degunt maximæ ex parte communionem habet domi ſuæ.* D. Hieronym. *epiſt.* 50. D. Cyprian. *de ſpectacul. & epiſt.* 56. vbi plura Pamel. Hanc conſuetudinem, quam perſecutionum tempeſtas introduxerat, antiquarunt in Hiſpania Concilium Tolet. 1. *can.* 14. Cæſarauguſt. prope Ormiſdæ tempora canon. 3. *Euchariſtiæ gratiam, ſi quis acceptam probetur non conſumpſiſſe in Eccleſia anathema ſit in perpetuum.* Obſeruarunt Spencæus *de adorat. Euchariſt. lib. 2. cap.* 4. *&* 5. Baſil. Legion. *quæſt. ſcholaſt. cap.* 3. Durantius *de ritib. Eccleſ. cap.* 16. *prope fin.* Vnde cognoſcitur quam rectè P.P. Illiberni in præſenti animaduertant in eos, qui per tres Dominicas ad Eccleſias non accedunt, neque communicant. Præſcribitur autem ſpatium trium Dominicarum in hoc, & aliis Canonibus ad cognoſcendam contumaciam fidelium, qui monuti ad Eccleſiam per contumaciam potiùs quam per negligentiam non accedunt. GONZALEZ.

B

ECCLESIAM NON ACCESSERIT.

CAPVT QVADRAGESIMVM-QVINTVM.

Eccleſias diuino cultui ab ætate Apoſtolorum dicatas, explicatis in eam rem Lactantio, Minutio, & Clemente Alexandrino.

AB ipſis ergo Apoſtolorum temporibus, ad cultum Deo Vero præſtandum Eccleſias maiores noſtri conſecrarunt: fas enim non erat, in alicuius priuatas ædes ad Dominicam cœnam manducandam conuenire. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, ait Paulus ad Corinthios? quaſi diceret: hoc in loco publico, qui ad ſacros noſtros conuentus Deo dicatus eſt, agendum nihil profanum, &
C quod ſacris noſtris non congruat myſteriis. Eiuſdem quoque temporis exemplum habemus certiſſimum, quod antiquam templorum ſiue Eccleſiarum noſtrarum probat originem, & adeò antiquam, vt cum ipſo Euangelio cœperint ædificari. Philonis Iudæi, quem Romæ cum Petro locutum refert Euſebius [f] libellus exſtat de vita contemplatiua, vel de precatorum virtutibus, quem totum ſcriptum fuiſſe de virtutibus, moribus & vita antiquorum primitiuæ Eccleſiæ Chriſtianorum, Euſebius [g], Epiphanius [h] & Suidas [i] tradunt: nomine tamen abſtinuit Chriſtianorum, quia eo tempore Chriſtianorum nomen in multis prouinciis erat inauditum; nondum enim percrebuerat, quod Antiochiæ primùm, ſexdecim ferè poſt promulgationem Euangelij annos, inditum fuerat, tempore Claudij Imperatoris: vocabantur Galilæi, Nazaræi, Fideles, Credentes; non Chriſtiani, vt Epiphanius [k] ſcripſit. [Qui tunc (ait) non Chriſtiani, ſed ex nomine Ieſu Domini noſtri vocabantur Ieſſei.] Quòd ſi Chriſtianos, quòd
D Chriſti Ieſu fidem religionémque amplexarentur, in prouinciis quibuſdam Eccleſiæ Ieſſeos vocarunt maiores noſtri, non erit nunc religioſorum Ieſuitarum recens & noua nuncupatio; ſed antiquis Eccleſiæ non nominibus tantùm, ſed & moribus conſona. Philo ergo in eo libro, cùm Therapeutarum Alexandrinorum domos & ſodalitia deſcripſiſſet, eorundem loca referens, ad quæ Deo ſupplicaturi, rémque diuinam facturi quotidie conueniebant, ſic addidit, vt refert Euſebius [l]. [Eſt in quoque agro domus ſacra, quæ vocatur Semnion, id eſt, auguſtum templum, vel monaſterium; quod latinè locus ſolitarius ſeparatúſque dici poteſt, in quo illi ab aliis ſeparati ſeiunctíque vitæ piæ & propter virtutem auguſtæ myſteria obeunt, nihilque eò, vel cibi, vel potionis, vel aliarum rerum, quæ ad corporis vſus neceſſariæ ſunt, omninò ſecum apportant; ſed leges & oracula à prophetis diuinitus edita, hymnóſ-
E que ibi recolunt, & alias denique res, quibus diuina ſcientia & vera erga Deum pietas creſcat & perficiatur.] Ante hos omnes templa fuiſſe in Hiſpania, (quod ad religionis Hiſpaniæ laudem ſpectat,) inſigni documento eſt, templum illud Cæſarauguſtanum à D. Iacobo in prima ſua profectione in Hiſpaniam inceptum, poſteáque multis ſumptibus auctum donis & opibus Catholicorum principum & piorum hominum locupletatum. Vt à nomine autem Gentilium abſtinerent, etiam in templis & rebus ſacris, Eccleſias nomine Græco vocarunt, id eſt congregationes, quòd in illis ad percipienda ſacra myſteria, ad decantandas Chriſto laudes, ad perdiſcendas diuinas inſtitutiones, ad tractandum de rebus ad religionem ſpectantibus, conueniretur. Etſi ſæpe pro ipſis fidelibus congregatis & Chriſtiana plebe ſumatur: hìc tamen pro ipſo loco, in quem illi conueniunt, vſurpari, obſcurum non eſt: cuius reuerentia & religione

Paul. 1. Cor. 11.

[f] *Euſeb. lib. 2. hiſt. Eccleſ. c. 15.*

[g] *Euſeb. in eodem lib.*

[h] *Epiphanius hær. 9. Suidas, verbo Philo.*

[i] *D. Epiphan. contra Nazaræos.*

[k] *D. Epiphan. hæreſ. 29.*

[l] *Euſeb. lib. 2. hiſt Eccleſ. cap. 16.*

adeò olim fidelium animos obſtringi, deuinciríque volebant Catholici Epiſcopi, vt in Eccleſiam (excepto Rege) ingredi quemquam accinctum gladio non permiſerint decreto Concilij Salegunſtadienſis. [m] A

[m] *Conc. Salegunſtad. can. 8.*

Hîc etiam argumentum præſtat Hiſpania, quo refelli confutaríque poſſit error antiquus Euſtachij monachi & Sebaſteæ Epiſcopi, Eccleſias ad cultum Deo præſtandum profanè contemnentis, quem in Concilio Gangrenſi [n] aduerſus ipſum coacto anathemate damnauit Oſius Epiſcopus Cordubenſis cum reliquis. Suſcitarunt illum (auctore Hugone Ferrarienſi) hæretici Patareni, anno Chriſti M. CC. damnati ab Honorio Papa III. & Frederico II. Imperatore latis conſtitutionibus. Renouarunt VValdenſes, VVielephiſtæ, Huſſitæ, & Taboritæ anno M. CDXX. ac tandem Anabaptiſtæ quidam, ſed leuiori religionis iactura.

[n] *Conc. Gangren. can. 5.*

Actum. 17.

Quod verò diuus Paulus cum Athenienſibus diſſerens, ait, [Deus in manu factis templis non habitat,] quo ſolent illi errorem protegere, vt leue eſt, ſic & alienum à Pauli mente, quam apertiùs & meliùs nemo ipſomet Paulo declarabit. In eodem enim contextu ſtatim ſubiungit: [Indigens aliquo, cùm ipſe det omnibus,] quaſi clariùs diceret, templa non Dei neceſſitate conſtrui, proprio gaudentis domicilio, vt Gentes putabant, ſed erigi inopia noſtra & fructu. Indigemus enim Eccleſiis ad conueniendum, ad orandum, ad ſacrificandum, ad gratias Deo reddendas & agendas, ad alia etiam quæ extra locum ſacrum maiori labore, & minori reuerentia docentur, & percipiuntur. Quo etiam ſenſu lucernas, quas olim ſuis diis vaniſſimè Gentes offerebant, exiſtimantes deos luminibus indigere; & tanquam offuſis tenebris obtantes oblata luce lætari irridet Lactanctius [o], irridet templa, irridet aras, irridet ſacrificia, odores irridet, & reliqua ſacrificiis accommoda, nihil ſanctam & ſingularem illam maieſtatem ab homine deſiderare aſſerens, quàm innocentiam ſolam: quam ſi quis obtulerit Deo ſatis piè illum, ſatis religiosè affirmat litaſſe. Quæ omnia non ideò Lanctantius contemnit, vt falsò illi obiiciunt hæretici, vt templa doceret, aras, lumina, ſacrificia, odores, & reliqua quæ hodierno etiam die obſeruat Eccleſia, Deo fore ingrata; ſed vt illorum confutaret errorem, qui has oblationes ſine innocentia diis gratiſſimas iudicabant, perſuaſi illis oblatis expiari poſſe quæcumque ſcelera admiſſa, vt ipſe Lactantius paulò antea docuit apertiſſimè. [Homines (ait, intelligens Gentes) neglecta iuſtitia, cum ſint omnibus flagitiis ac ſceleribus inquinati, religioſos ſe putant, ſi templa & aras hoſtiarum ſanguine cruentauerint; ſi focos odorati ac veteris vini profuſione madefecerint. Quin etiam ſacras dapes apparant, & exquiſitas epulas, quaſi aliquid inde libaturis offerunt. Quidquid aſpectu rarum, quidquid opere aut odore pretioſum id gratum eſſe diis ſuis, non ex aliqua diuinitatis ratione, quam neſciunt, ſed ex ſuis cupiditatibus iudicant: nec intelligunt terrenis opibus Deum non indigere; nihil enim ſapiunt niſi terram, bonáque & mala ſolius corporis ſenſu & volutate perpendunt. Huius arbitrio vt religionem ponderant, ſic totius ſuæ vitæ acta diſponunt.] Eodem etiam ſenſu intelligendus eſt Minutius Felix [p], dum Gentes aduerſus nos ſic inducit loquentes. [Latebroſa & lucifuga natio, in publico muta, in angulis garrula, templa vt buſta deſpiciunt, deos deſpuunt, rident ſacra, miſerantur miſeri (ſi fas eſt) ſacerdotum honores & purpuras deſpiciunt ipſi ſeminudi.] Quibus vt faceret ſatis, poſteà hæc adiunxit. [Putatis autem nos occultare quod colimus, ſi delubra & aras non habeamus? Quod enim ſimulacrum Deo fingam, cum ſi rectè exiſtimes, ſit Dei homo ipſe ſimulacrum? Templum quod ei extruam, cum totus hic mundus eius opere fabricatus eum capere non poſſit? Et cum homo latiùs maneam, intra vnam ædiculam vim tantæ maieſtatis includam? Nonne melius in noſtra dedicandus eſt mente? in noſtro imo conſecrandus eſt pectore? hoſtias & victimas Domino offeram, quas in vſum mei protulit? vt reiciatur ei ſuum munus, ingratum eſt, cum ſit litabilis hoſtia bonus animus; & pura mens, & ſincera ſententia. Igitur qui innocentiam colit, Domino ſupplicat; qui iuſtitiam, Deo libat; qui fraudibus abſtinet, propitiat Deum; qui hominem periculo ſurripit, optimam victimam cædit. Hæc noſtra ſacrificia, hæc Dei ſacra ſunt, ſic & apud nos religioſior eſt ille qui iuſtior.] Sic etiam intelligendus Clemens Alexandrinus [q], dum ait. [Propter quam cauſam meritò Deo non ſacrificamus, qui nullius indiget, & omnia præbuit hominibus: ſed eum glorificamus, qui eſt pro nobis ſacrificatus, nos ipſos ſacrificantes, ad id quod eſt nullius indiget, ex eo quòd nullius indiget, & ab impatibili ad id quod eſt impatibile. Deus enim ſola noſtra ſalute delectatur: meritò ergo ei non offerimus ſacrificium, qui non vincitur à voluptatibus, cum inferiùs, & nec vſque ad craſſiſſimas

[o] *Lactan. lib. 6. diuin. inſt. c. 2.*

[p] *Minut. Felix in Octauio.*

[q] *Clement. Alex. lib 7. ſtrom.*

B C D E

A crasſiſſimas nubes, & longè etiam ab his perueniat, quæ ſit per fumum exhalatio, ſi modo perueniat. Nullius ergo indiget Deus, nec capitur voluptate, nec eſt aut lucri, aut pœcuniæ cupidus, cum ſit plenus & cuilibet quod ortum eſt & indiget, omnia præbeat, neque ſacrificiis, ſed neque donariis, neque rurſus gloria & honore Deus inuocatur, neque aliquibus eiuſmodi allicitur; ſed ſolis viris bonis & honeſtis appareret.] Quæ omnia à Lactantio, Minutio & Clemente tradita mirè his conſentiunt, quæ à Spiritu ſancto edocti ſumus. [Facere iuſtitiam & iudicium, magis placet Domino quàm victimæ.] Significat, enim placere magis Deo, vt lex cuſtodiatur, cuius partes duæ ſunt, iudicium & iuſtitia, quàm vt cruentum fieret ſacrificium. [Sacrificium & oblationem noluiſti holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti.] Quod Diuus etiam Paulus docuit ad Hebræos. [Beneficentiæ & retributionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtiis promeretur Deus.] Hi autem & reliqui non inficias B eunt, templa, aras, ſacrificia, & reliqua, ſi debita religione parentur & offerantur, ſpreta ſuperſtitione antiquorum, & errore profano, Deo fore gratiſſima. Quod non ſolum verbis conſilioque munierunt, ſed factis & auctoritate ſæpiſſimè confirmarunt.

Prouerb.3.

Pſal.39.

Hebr.13.

COMMENTARII NOVI.

ECcleſiam in præſenti accipio non pro qualibet Baſilica, ſeu Templo, ſed potius pro Eccleſia propria Parochiali, ad quam Dominicis diebus olim fideles Parochiani accedere debebant: nec in aliena Eccleſia communicare, aut Miſſæ ſacrificium audire poterant, vt conſtat ex Conciliis ſupra relatis, & lib. 5. Capitular. Carol. cap. 210. *vt omnis Presbyter die Dominico cum Pſalentio circumeat Eccleſiam ſuam vnà cum populo, & aquam benedictam ſecum ferat, & vt Scrutinium more Romano tempore ſuo ordinatè agatur*, Concil. Nannet can. 1 relat. in cap. *vt Dominicis de Paroch. & can. 2. Nullus Presbyter alterius Parochianum, niſi in itinere fuerit, vel ad placitum, ideſt litem ad Miſſam recipiat:* Concil Cabilon. ſub Carolo Magno *ap.* 19. & apud Iuon. *p.3.c.198.* Burchard. lib. 3. cap. 132. *Queſti ſunt præterea quidam fratres, quod eſſent aliqui Epiſcopi, & Abbates, qui decimas non ſinerent dari Eccleſiis, vbi illorum coloni Miſſas audiunt. Proinde decreuit ſacer iſte conuentus, vt Epiſcopi, & Abbates de agris, & vineis, quæ ad ſuum vel fratrum ſtipendium habet, decimas ad Eccleſias deferri faciant.* Quæ verba perperam citat Gratianus ex Concil. Moguntin. *in c. 46. 16. quæſt.* 1. latè illuſtrat. Phileſac. *de origin. Paroec. cap.* 5. 6. *&* 7. vbi adducit rationes huius præcepti audiendi ſacrum in propria Parochia, quas & nos congeſſimus *in d. cap. vt Dominicis.* Nec noua, aut inaudita eſt hæc Eccleſiæ acceptio pro vna tantum, & propria Parochia, vt paſſim ſumitur in Conciliis, & ſcriptoribus mediæ ætatis. Vnum, aut alterum locum proferam. Theodulphus Aurelianenſ. E epiſt. ad Presbyteros, ſeu Parœcos Aurelianenſes num. 16. *Si quis Presbyter inuentus fuerit alicui Clerico, aut laico munera dare, aut dediſſe, vt Eccleſiam alterius presbyteri ſurripiat, ſciat ſe pro hac rapina, & ſæua cupiditate, aut gradum amiſſurum, aut in carcere erumna longo tempore pœnitentiam agendo detinendum.* Eccleſiam hic Parœcialem deſignare mihi facile perſuadeo ex ſimili loco Capitul. lib. 1. c. 90, *Statutum eſt vt ſine authoritate, vel conſenſu Epiſcoporum, Presbyteri in quibuſlibet Eccleſiis nec conſtituantur, nec expellantur. Et ſi laici Clericos probabilis vitæ, & doctrinæ Epiſcopis conſecrandos, ſuiſque in Eccleſiis conſtituendos obtulerint, nulla qualibet occaſione eos reiiciant.* Idem Concil. Vormat. *c.* 49. tum Mogunt. ſub Rabano *cap.* 12. Et paſſim aliis locis. Concil. Nannetenſ. *c.* 46. apud Burchard. *lib.* 3. *c.* 229. Ivonem p. 3. cap. 269. *Si quilibet Presbyterorum defunctus fuerit, vicinus Presbyter apud ſæcularem Seniorem nulla precatione, vel aliquo xenio Eccleſiam illam obtineat, quia titulus per ſe conſtans antea exiitit. Sed neque Capellam ſine conſultu Epiſcopi.* Diſertè, Eccleſia hoc loco diſtincta à Capella, non alia, quam Parœcialis eſt quæ non niſi Patroni alicuius ſæcularis beneficio, & conſenſu ab Epiſcopo concedi poteſt.

Et ne quis reſpuat hanc noſtram qualem qualem interpretationem ex eo, quod tempore huius Concilij non erant diuiſæ Parochiæ per prouincias, & Ciuitates, moneo in Hiſpania Dionyſium P. qui floruit per annũ 290. epiſtola ſua 2. iuſſiſſe Seuero Epiſcopo Cordubenſi, vt Eccleſias Parochiales per Cordubenſem Prouinciam diuideret, & conſtitueret. Eius verba referunt Burchard. *lib.* 3. *decreti cap.* 43. Ioan. *p.* 3. *c* 47. Quod ipſo tertio ſæculo, & ſequentibus Eccleſiæ obſeruatum legimus. In Concil. Tarracon. can. 8. ſancitum eſt, *vt annuis vicibus ab Epiſcopo Diœceſes viſitentur*, vbi Diœceſim pro Parœchia vſurpari probat Phileſac. *de origin. Paroec. cap.* 1. Iſidorus Hiſpalenſ. Epiſcopus, qui Concil. Hiſpalenſi præfuit ſæpiùs meminit Parœciarum Hiſpanicarum, & in *epiſt. ad Ludifred. Cordub. Epiſcop.* In Concil. Tolet. 4. *can.* 35. ſtatuitur Epiſcopum per cunctas Diœceſes, Parochiáſque ſuas per ſingulos annos ire oportere, vt exquirat, quo vnaquæque Baſilica indigeat *c. Presbyter* 2. *q.* 5. vbi in Concil. Illerdenſi agitur de purgatione Canonica Parœci, & in Concil. Tolet. 9 *canon.* 2. Eccleſiæ Parochiales diſertè noſtro more appellantur, & in Concil. Cæſarauguſt. *can.* 4. *relato in cap. communis Presbyter de conſecr. diſt.* 4. & *can.* 2. ita ſancitum eſt: *Quadrageſimarum diebus ab Eccleſiis non deſint fideles, nec habitent latibula cubiculorum, ac montium,*

montium, qui in his ſuſpicionibus perſeuerant, ſed exemplum, & præceptum cuſtodiant Sacerdotum, & ad alienas villas agendorum conuentuum cauſa non conueniant: ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt, anathema ſit; qui hoc commiſerit. Conuentus iſtos Parochiales eſſe latè probat Fileſac. *in opuſc. de quadrageſ.* Tandem Parochias fuiſſe in ipſa Illiberitana diœceſi temporibus huius Concilij expreſsè probatur ex ſubſcriptionibus Presbyterorum, qui vt ſupra retuli Parochi erant diuerſarum Parochiarum, & latè defendit Fileſacus, *de origin. Paroec. capite quarto.* GONZALEZ. A

De Catholicis in hæreſim tranſeuntibus, ſi non reuertantur.

De Catholicis in hæreſim tranſeuntibus, ſi non reuertantur.

Canon XXII.

Si quis de Catholica Eccleſia ad hæreſim tranſitum fecerit, rurſúſque ad Eccleſiam recurrerit; placuit, huic pœnitentiam non eſſe denegandam: eo quòd cognouerit peccatum ſuum: qui etiam decem annis agat pœnitentiam; cui poſt decem annos, præſtari communio debet. Si verò infantes, fuerint tranſducti, quòd non ſuo vitio peccauerint, incunctanter recipi debent.

Canon XXII.

Si quis de Catholica Eccleſia ad hæreſim tranſitum fecerit, rurſuſque ad Eccleſiam recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non eſſe denegandam: eo quòd cognouerit peccatum ſuum: qui etiam decem annis agat pœnitentiam; cui poſt decem annos, præſtari communio debet. Si verò infantes fuerint tranſducti, quòd non ſuo vitio peccauerint, incunctanter recipi debent. B C

ANſelmus hunc canonem retulit lib. 11. cap. 128. & Pœnitentiale Romanum apud Antonium Auguſtinum tit. 7. cap. 4.

CAPVT QVADRAGESIMVM-SEXTVM.

Lapſis non modo pœnitentiam non negaſſe Patres Illiberritanos, ſed manifeſtè indulſiſſe. D

ALiorum Canonum ſeueritatem inſigni pietate temperant nunc Hiſpani Patres, ne quis eos vt nimis ſemper acres & acerbos iudicet: decernunt enim illos, qui deſerta Chriſtianæ religionis diſciplina, in hæreſim ſemel lapſi, poſtea tamen pœnitentia ducti, ad Eccleſiæ pacem reuertuntur recipiendos, & vt priſtinam recipiant ſanitatem, pœnitentiæ medicina purgandos. In quo tacitè, imo expreſsè antiquum euertunt errorem Nouatiani, qui crudelitate, vel impietate potiùs ſingulari ſemel lapſis & ad Eccleſiam lacrymis, gemitu & dolore pulſantibus (vt Cypriani verbis vtar) diuinæ pietatis & lenitatis paternæ ſolatia & ſubſidia claudi volebat, nec ad foouenda vulnera admitti vulneratos, ſed ſine ſpe pacis & communionis relictos, ad luporum rapinam & Diaboli prædam proiici. Profanum hunc & pernicioſum errorem, quia ſatis doctè confutarunt olim D. Cyprianus [r], Vincentius Lirinenſis [s], Ambroſius [t], & ante hos Cornelius Papa in Synodo Romana, de qua Euſebius [u], repetitam eius impugnationem omittam: vnius ſolùm Tharaſij [x] Archiepiſcopi Conſtantinopolitani auctoritate contentus. [Quem admodum (ait in Concilio Nicæno II.) etiam in Euangelio ab ipſa Domini voce per parabolam de prodigo, & poſtea pœnitente, inſtructi ſumus à Patre cœleſti, recepto in cœlis. Gaudet enim ſupra hominem pœnitentiam agentem: pœnitentia enim inſignis eſt armatura, magna ſalutis via, hoſpitij regni cœlorum diſpenſatrix incorruptibilis viæ dux, Martyricorum certaminum æquiparatio; ad Deum viam indicans, & cum ipſo nos eſſe faciens, E

[r] *Cyprian. epiſt. ad Nouatian. & ad Antonian. & in lib. de lapſis.*
[s] *Vincen. Lirinen. aduerſ. profan. hæreſ. nouationis.*
[t] *B. Ambr. in libris de pœnit. aduerſ. Nouatian.*
[u] *Euſeb. l. 9. hiſt. Eccleſ. c. 38.*
[x] *Tharaſius in Conc. Nicæn. II. actione 1. Luca 15.*

A faciens, humani generis baculus, cadentium & lapſorum ſurrectio. Beati qui hanc amplectuntur, huic adhærent: qui hanc exercent, cum Angelis vitam æqualem ducunt. Ab omni malo declinant, & bonum faciunt. Pœnitentia eſt columna & familiaris dilectionis, eleemoſynæ, ieiunij, abſtinentiæ, temperantiæ, probitatis, honeſtatis, manſuetudinis, & vt verum vno verbo dicam, hæc omnia pollet pœnitentia.] Præclaram hanc eius virtutem & laudes ſummámque Dei noſtri erga nos clementiam & benignitatem (remittit enim datque multò iucundiùs, vt ait Gregorius Nazianzenus [y], quam acceptent alij) Hiſpanos Patres probè agnouiſſe & perſpicuè hoc canone demonſtraſſe (tantum enim abfuerunt ab errore contrario) non ambiget ille, qui ab his hoc ipſo canone decretum animaduerterit, lapſos reſipiſcentes, peracta decem annorum pœnitentia, quaſi ſecundo quodam lacrymorum baptiſmo tingui, ablui, tergi, mundari, &
B mundatos iam ad ſacram Eccleſiæ & Euchariſtiæ communionem admitti poſſe. Prius tamen quam eidem reconciliarentur, antiquæ hæreſis errorem eoſdem abiuraſſe crediderim, pollicitóſque fuiſſe Catholicæ Eccleſiæ vnitatem ſe in poſterum obſeruaturos. Hoc enim antiquum eſſe in Eccleſia ex Concilio Arelatenſi II. planè intelligimus, cuius omnes fere canones, ab hoc Illiberritano deſumptos ſuperiùs indicauimus. Nouatianum (ait) in communionem recipi non debere, niſi ſuſcepta pœnitentia incredulitatis præteritum damnet errorem.] Idem paulò ante, Nicænum [a]. [De eiſdem Nouatianis placuit ſancto Concilio, vt ordinentur, & ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant confeſſionem, quam per ſcripturam exigi oportet, vt fateantur ſe communi conſenſu Ca-
C tholicæ Eccleſiæ ſtatuta obſeruaturos: id eſt communicaturos ſe & his, qui fortè ſecundas nuptias experti ſunt, vel his qui perſecutionis tempore lapſi ſunt. Quibus tamen lapſis pœnitentiæ modus & tempus aſcriptum eſt, vt in omnibus ſequantur ea quæ in Eccleſia Catholica obſeruantur.] Idem ex Epheſina Synodo ſub Theodoſio Iuniore & Cæleſtino Papa conſtat. Epiſtola, enim quam miſerunt Patres in ea coacti ad Neſtorium hæreticum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, hæc habet. [Non autem ſufficit vel tuæ religioni tantummodo fidei ſymbolum confiteri, quod expoſitum eſt per idem tempus, Spiritu ſancto largiente, & venerando ac magno Concilio apud Nicæam celebrato; hoc enim non intellexiſti, nec rectè interpretatus es; quinimo peruersè, licèt ſono vocis eadem verba protuleris, ſed conſequens eſt etiam, iure iurando fateri te, quod
D anathematizes tua polluta & prophana dogmata: ſentias autem & doceas, quæ nos vniuerſi per Orientem ſeu Occidentem Epiſcopi & magiſtri præſuleſque populorum credimus & docemus.] Similem formam abiurandi hæreſim vſurpatam à Berengario ſancti Mauritij Andegauenſis Eccleſiæ Diacono, in Concilio Romano ſub Nicolao Secundo legimus, apud illius Concilij acta. Et vt Hiſpana non omittamus: antiquum exſtat decretum à Martino Epiſcopo Bracarenſi relatum, oblatum Concilio Lucenſi & confirmatum, expreſſa idipſum conſtitutione decernens. [Si qui Epiſcopus (ait) ſiue alicuius Epiſcopi presbyter aut diaconus, in alicuius hæreſis opinionem offenderit, & ob hanc cauſam fuerit excommunicatus, nullus Epiſcopus eum in communionem recipiat, niſi priùs in communi Concilio, porrecto ſuæ fidei libello, ſatisfaciat omnibus, & ita liberam teneat ſuam purgationem.] Hoc idem & de fidelibus laicis ſi in aliqua hæreſis opinione fuerint nominati, &c.] Hac etiam ætate eandem præſcribunt formam Catholicæ fidei vindices lapſis in hæreſim, cùm ad communionem & pacem Eccleſiæ reuertuntur. Nec
E errorem ſolùm abiurare & veram catholicæ religionis doctrinam ſe in poſterum amplexuros polliceri ſat erat, ni proprio veritatis & fidei chirographo velut datis obſidibus obſtringerentur. Tertullianus [b] vetuſtum hunc Eccleſiæ morem indicat aduerſus Praxeam his verbis. [Denique cauerat priſtinum doctor de emendatione ſua & manet chirographum apud Pſychicos, apud quos tunc geſta res eſt.]

[y] *Greg. Nazian. oratione, in ſanctum lauacrum Pœnitentiæ, baptiſmum lacrymarum vocarunt olim Greg. Nazian. in ſermone de ſanctis luminaribus Epiphanius l. 5. & Greg. Nyſſen. homilia ad eos qui diuitiis alios indicant.*

[a] *Conc. Arelat. II. can. 9.*

[a] *Concil. Nicæn. can. 8.*

Referuntur hæc omnia ab Ivone p. 2. decr. c. 10. & à Grat. in c. ego Berengarius de conſecratio diſtinct. 2.

[b] *Tertull. aduerſus Praxeam.*

COMMENTARII NOVI.

PRæcipuum Epiſcoporum officium, & munus ſemper fuit vt non niſi Catholica, & vera fides à ſuæ Diœceſeos fidelibus retineatur, cuius rei gratia veteres conſuerunt Epiſcopos in ſua propria Diœceſi legitimos, & ordinatos eſſe fidei Inquiſitores, ita vt ſi quid contra eiuſdem fidei Catholicæ veritatem, & integritatem dictum, pronunciatum,

tum, ſcriptumve ſit, id omne per ſe diiudicent, & condemnent B. Ambroſ. epiſt. 32. ad Valentinianum A. *ſi vel ſcripturarum ſeriem diuinarum, vel vetera tempora retractemus, quis eſt qui abnuat in cauſa fidei Epiſcopos ſolere de Imperatoribus Chriſtianis, non Imperatores de Epiſcopis iudicare?* D. Bernard. *epiſt.* 189. ad Innocent. Pont. Roman. de Petro Abailardo; *Dicebam ſufficere ſcripta eius (Petri Abailardi) ad accuſandum eum, nec mea referre, ſed Epiſcoporum, quorum eſſet miniſterij de dogmatibus iudicare.* B. Leo I. *P. R. epiſt.* 2. *ad Epiſcopos Italiæ* vbi de Manichæis hæreticis inquirendis agit. *Aliter*, inquit, *nobis commiſſos regere non poſſumus, niſi eos, qui ſunt perditores, & perditi zelo fidei Dominica perſequamur, & à ſanis mentibus, ne peſtis hæc latiùs diuulgetur, ſeueritate, qua poſſumus, abſcindamus. Vnde horter dilectionem veſtram, obteſtor, & moneo, vt qua debetis, & poteſtis ſolicitudine, vigiletis ad inueſtigandos eos, necubi occultandi ſe reperiant facultatem.* Prior pars huius ſententiæ habetur *capitul. lib. 7. c. 36.* Simile quidam refertur Epiſtola *Lucij P. R. epiſt.* 3. Fœlicis P. R. Epiſt. Marci P. R. ad Athan. & alios Epiſcopos Ægypti, quibus, & ſingulis eadem planè verba deſcribuntur *cap. 1. de præſcript. l. 5. C. de ſumm. Trinit.* Vnde etam poſtquam ſunt erecta tribunalia ſanctæ Inquiſitionis Epiſcopi vt Ordinarij Inquiſitores habent ſuffragium deciſiuum in omnibus cauſis fidei, vt probant Fileſacus *in c. 1. §. 5. de offic. ordin.* Simancas *de Catholic. inſtit. tit. 25. num. 1.* Farinac. *de hæreſi q. 186.* Molina *de Iuſtit. tom. 6. tract. 5. diſput. 28. num. 3.* Caſtro Palao *in opere moral. tract. 4. diſp. 8. punt. 12. §. 1. num. 2.* Santarell. *de hæretic. c. 41. dub. 1. num. 5.* Carena *de offic. Inquiſit. lib. 4. §. 1.* P. ñi *in not. ad Eymericum in directorio q 186. num. 56.* Vnde in præſenti rectè Epiſcopi circa hæreticos tempus, & modum pœnitentiæ, & communioni præſcripſerunt: Aiunt enim vt *ſi de Catholica Eccleſia ad hæreſim tranſitum fecerint*, vbi notandum eſt iam tertio ſæculo Eccleſiæ vigentibus & pullulantibus hæreſibus, vt certâ quaſi teſſerâ fidei, atque appellatione diſcerneretur vera Eccleſia à falſa, & ſecernerentur veri, & puri fideles ab adulterinis, vſitatam fuiſſe vocem *Catholici*, ita vt Eccleſia vera Catholica diceretur, Chriſtianique puri Catholici appellarentur. Vndè in veteribus Conciliis, vt Epiſcopi fideles cognoſcerentur ſubſcribebant ſub nomine Epiſcoporum Catholicæ Eccleſiæ, ſic in Africa Epiſcopi Catholici ab Epiſcopis Donatiſtis diſtinguuntur, in collatione Carthag. cum eis habita, vbi ſubſcripſerunt; Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, Fortunatianus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, Alypius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ; in Concil. Tolet. 2. ſubſcripſit Nibridius Agabrienſis Eccleſiæ Catholicæ, notauit Fileſacus *in c. quoad ſedem* 10. *§. 5. de offic. ordin.* Vndè Reges noſtri Hiſpaniæ iam à temporibus Flauij Recaredi abiurata à Gothis hæreſi Ariana titulo Catholicorum à Romana Eccleſia ſunt decorati, vt latè probat huius nomenclaturæ varias rationes adducens Valdes *de dignit. Reg. c. 13. à num. 16.* Illam tamen miniſterium proprium reticere non ſinit, quæ in noſtræ nationis, ſanctæque Inquiſitionis inſtituti laudem maximè tendit: eam verbis ipſis Cardinalis Baronij referam, qui *tom. 7. anno 53. fol. 468.* ita Hiſpaniam commendat. *Hoc planè ſibi laudis vindicauit ſemper Eccleſia Catholica in Hiſpania, vt non ab erroribus tantum, ſed à ſuſpicionibus eſſe voluerit ſuos immunes, quo factum eſt, vt & hoc ipſo noſtro ſæculo cum longè, latéque facibus hæreticorum Orbis inflammaretur, ipſa illæſa perſtiterit, accurrentibus ſumma celeritate Dei Miniſtris, ſi vel tenuis ſuſpicionis ſcintillam, vel ſi non ignem, fumum ſaltem viderint latentis ignis, indicium ipſo præcipuè Catholico Rege ſuper omnes in opus naniter incumbente.*

Sed iam noſtri Concil. Illiberini temporibus cœperunt hæretici ambire hoc Catholicorum nomen, & pertinaciter retinere, ſuamque Eccleſiam præcipuè Catholicam exiſtimantes, & prædicantes. B. Auguſt. *epiſt.* 68. meminit epiſtolæ ad Conſtantinum Imperatorem miſſæ per Annullinum à Donatiſtis cum hac inſcriptione: *Libellus Eccleſiæ Catholicæ criminum Cæciliani traditus à parte Maximini.* Rem hanc plurimis locis attingit D. Auguſt. tam contra Gaudentium, quam Petilianum; quod cum animaduerterent Præſules verè Catholici, non ſe catholicos ſimpliciter, ſed Chriſtianos Catholicos appellari curauerunt, Concil. Laodicen. can. 31. *Si tamen profiteantur Chriſtianos ſe futuros eſſe, & Catholicos* Agath. *can.* 67. vbi cum prohibetur, Catholicis filias ſuas in matrimonium hæreticis tradere additur, *niſi ſe Chriſtianos Catholicos futuros eſſe profiteantur* Carthag. 3. *can.* 13. *vt Epiſcopi, vel Clerici in eos, qui Catholici Chriſtiani non ſunt, ideſt qui ſunt hæretici, licet conſanguinei fuerint aliquid rerum ſuarum, nec per donationes, nec per teſtamentum conferant:* Afric. *can.* 3. *vt Epiſcopi, & Presbyteri, & Diaconi non ordinentur, priùs quàm omnes, qui ſunt in domo eorum Chriſtianos Catholicos fecerint.* Concil. Carthag. 4. *can.* 43. *l.* 2. *C. Theodoſ. de fide Catholica: Chriſtiani Catholici vocandi ſunt, qui Religionem amplectuntur, quam Damaſus P. R. & P. Alexandriæ Patriarcha ſequuntur* Fileſacus *in d. §. 5.*

Ab hac igitur Eccleſia Catholica ad hæreſim tranſeuntes, & reſipiſcentes ad communionem eſſe admittendos PP. edocent. Vnde quantum abſit huius Concilij diſciplina ab errore Nouatiani iam notaui ſupra in *can.* 1. Hæreticis igitur pœnitentibus communionem poſt longum tempus PP. conceſſerunt, quibus conſentiunt Innocent. *epiſt.* 2. *c.* 8. *Venientes à Nouatianis, vel Montenſibus per manus tantum impoſitionem accipiantur; quia, quamuis ab hæreticis, tamen in Chriſti nomine ſunt baptizati, præter eos, qui forte à nobis ad illos tranſeuntes rebaptizati ſunt. Hi ſi reſipiſcentes, & ruinam ſuam cogitantes redire maluerint, ſub longa pœnitentia ſatisfactione admittendi ſunt.* Concilium Agathenſ. *can.* 60. *Lapſis ideſt, qui in Catholica fide baptizati ſunt, ſi prænaricatione damnabili poſt in hæreſim tranſierint; grandem redeundi difficultatem fecit antiquitas, quibus nos annorum multitudine breuiata pœnitentiam biennij conditione infraſcripta obſeruationis imponimus, vt præſcriptio biennio*

A *biennio tertio (die ſine relaxatione ieiunent, & Eccleſiam ſtudeant frequentare, pœnitentium locum ſtandi, orandi humilitatem ita nouerint obſeruandam, vt etiam ipſi, cum Catechumeni egredi commonentur, abſcedant. Conſtituto tempore admittantur ad altarium: aut ſi noluerint, ſtatuta præteritorum Canonum implere debebunt.* Concil. Aurel. 4. *can.* 8. *De his, qui poſt Baptiſmi ſacramentum ad hæreſim lapſum carne ſuadente deſcendunt, & agnoſcentes rectum, ad vnitatem fidei Catholicæ venire deſiderant, in Epiſcoporum poteſtate cõſiſtat, cum eos viderint dignã pœnitentiam agere, quando vel quamdiu communioni priſtinæ reformentur.* Ita tamen pœnitentiam concedunt PP. hæreticis conuerſis, ſi
B reatum ſuum agnouerint, ideſt hæreſim abiurauerint, iuxta veterem Eccleſiæ vſum, quo hæretici non aliter reconciliabantur, quam abiurato prius proprio errore *c. ſi quis* 42. *c. in Eccleſia* 68. 1. *quæſt.* 1. *c. ſi qui* 8. *c ſaluberrimum can. donatum* 1. *quæſt.* 7. Concil. Arelat. 2. *can.* 9. *Nouatianum in communionem recipi non debere, niſi ſuſceptâ pœnitentiâ incredulitatis præteritam damnet errorem.* Laodic. can. 7. *Qui ex hæreſi conuertuntur, Nouatianorum, Photinianorum, aut Quatuordecimanorum, aut fideles, aut catechumeni eorum, non ante ſuſcipiantur quam anathematizent omnem hæreſim, eam præſertim, in qua erant, tunc verò, qui apud eos fideles dicebantur, cum didicerint fidei ſymbola, perunctis ſancto chriſmate communicent ſanctis myſteriis.* Formam autem abiurationis tam à PP. Concilij Nicæni præſcriptam legimus in *can.* 8. relato à Mendoza hîc: quam & ſequentibus ſæculis obſeruatam legimus temporibus Nicolai cum Berengario in *cap. ego Berengarius de conſecr. diſt* 2. In Concilio Conſtantienſi cum Hieronymo de Praga *ſeſſ.* 19. & noſtris temporibus ſemper imponitur hæreticis, vel de hæreſi ſuſpectis de leui, aut vehementi iuxta cauſæ merita, vt latè docent Pegna *in not. ad Eymericum comment.* 40. & *p.* 3. *tit.* 12. *per totum*, Farinacius *de hæreſi q.* 194. Simancas *de Catholic. tit.* 1. Paramo *de origin. Inquiſit. lib.* 3. *q.* 4. Caſtro Palao 1. *p. tract.* 4. *diſput.* 7. *punct.* 1. *num* 1. GONZALEZ.

SI VERO INFANTES FVERINT tranſducti, quòd non ſuo vitio peccauerint, incunctanter recipi debent.

C

CAPVT QVADRAGESIMVM-SEPTIMVM.

Quando parentum culpa redundet in filios; quando non redundet, in eam rem Diuus Cyprianus.

EA fuit olim quorundam parentum impietas & inſania, vt non ſolum ſe ipſos, ſed filios infantes ſacrificiis idolorum offerrent. D. Cyprianus [c]. [Ac nequid deeſſet ad criminis cumulum; infantes quoque parentum manibus vel impoſiti, vel attracti, amiſerunt paruuli, quod in primo ſtatim natiuitatis exordio fuerant conſecuti. Nonne illi cum iudicij dies venerit, dicent: Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo & poculo Domini ad profana contagia ſponte properauimus: perdidit nos aliena perfidia, parentes ſenſimus parricidas. Illi nobis Eccleſiam matrem, illi patrem Deum negauerunt. vt dum parui & improuidi & tanti facinoris ignari, per alios ad conſortium criminum iungimur, aliena fraude caperemur?] Si parentum ergo imperio & auctoritate coacti infantes ſacrificiis idolorum auctoritatem præſtarent, incunctanter recipi placuit; quod non proprio ſed alieno vitio peccaſſent. Cuius ſceleris grauiſſimum reatum adeò Deo diſplicuiſſe legimus, vt in ipſis infantibus non doctrina tantùm, ſed miraculis odium ſignificauerit, expreſſerit, confirmauerit. [Præſente ac teſte me ipſo (ait Cyprianus [d]) accipite quod euenerit. Parentes fortè fugientes, dum trepidè minus ſibi conſulunt, ſub nutricis alimento paruulam filiam reliquerunt: relictam nutrix detulit ad magiſtratus. Illi ei apud idôlum, quò populus confluebat, quòd
E carnem necdum poſſet edere per ætatem, panem mero mixtum, quod tamen & ipſum de immolatione pereuntium ſupererat, tradiderunt. Recepit filiam poſtmodum mater. Sed facinus puella commiſſum tàm loqui & indicare non potuit, quàm nec intelligere prius potuit; nec arcere. Ignoratione igitur obreptum eſt, vt ſacrificantibus nobis, eam ſecum mater inferret. Sed enim puella mixta cum ſanctis, precis noſtræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æſtu cœpit fluctuabunda iactari, & velut tortore cogente, quibus poterat indiciis conſcientiam facti in ſimplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Vbi verò ſolemnibus adimpletis, calicem Diaconus offerre præſentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus eius aduenit, faciem ſuam paruula inſtinctu diuinæ maieſtatis auertere, os labiis obturantibus premere,

[c] *D. Cyprianus lib. de lapſis c.* 3.

[d] *Idem in eod.*

mere, calicem recusare. Perstitit tamen Diaconus, & reluctanti licet de sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus & vomitus. In corpore atque ore violato Eucharistia permanere non potuit. Sanctificatus in Domini sanguine potus, de pollutis visceribus erupit: tanta est potestas Domini, tanta maiestas. Secreta tenebrarum sub eius luce detecta sunt, sacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem, quæ ad eloquendum alienum circa se crimen necdum habuit ætatem.] Hæc Cyprianus. In quibus illud est difficile, quod in principio scripsit, paruulos recenter natos oblatos idôlis à parentibus, amisisse quod in primo natiuitatis exordio fuerant consequuti, cùm ex eodem Cypriano & decreto huius Concilij constet, illud non proprium fuisse, nec esse potuisse, sed parentum peccatum, ad quos reatum verè, non ad filios esse referendum, & sic intelligendum Cyprianum, doctissimi & sanctissimi Augustini testimonio confirmabo. In epistola [c] enim ad Bonifacium Episcopum, sic ait. [Quando autem in paruulum maiores peccant, offerentes eum, atque obligare conantes dæmonum sacrilegis vinculis, non est anima vtrorumque communis, vt etiam culpam possint habere communem. Non enim sic communicatur culpa per alterius voluntatem, quemadmodum communicatur gratia per sancti Spiritus vnitatem. Potest enim & in hoc & illo homine esse vnus Spiritus. Etiamsi inuicem nesciant, per quem sit vtrique gratia communis. Non autem potest spiritus hominis esse & huius & illius per quem peccante altero, & altero non peccante, sit tamen culpa communis. Ac per hoc potest paruulus semel ex parentum carne generatus Dei spiritu regenerari, vt ex illis obligatio contracta soluatur. Non potest autem semel Dei spiritu regeneratus ex parentum carne regenerari, vt obligatio, quæ soluta est, iterum contrahatur. Et ideò semel perceptam paruulus Christi gratiam non amittit, nisi propria impietate, si ætatis accessu tam malus euaserit. Tunc enim etiam propria incipiet habere peccata, quæ non regeneratione auferantur, sed alia curatione sanentur. Verumtamen rectè dicuntur parentes, vel quicumque maiores, filios seu quoslibet paruulos baptizatos dæmoniorum sacrilegiis obligare conantes spiritaliter homicidæ. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt, sed quantum in ipsis est, interfectores fiunt. Rectéque illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur; nolite occidere paruulos vestros, dicit enim Apostolus; Spiritum nolite extinguere: non quia ille extingui potest, sed quantum in ipsis est, extinctores eius meritò dicuntur, qui sic agunt, vt extinctum velint. Isto sensu rectè intelligi potest, quod scripsit beatus Cyprianus, qui tempore persecutionis idôlis immolauerant, arguens. Ac ne quid deesset, inquit, ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus impositi vel attracti, amiserunt paruuli, quod in primo statim natiuitatis exordio fuerant consecuti. Amiserunt, dixit, quantum attinuit ad illorum scelus, à quibus amittere coacti sunt. Amiserunt in eorum mente ac voluntate, qui in illos tantum facinus commiserunt. Nam si in seipsis amisissent, remansissent vtique diuina sententia sine vlla defensione damnandi. Quod si sanctus Cyprianus arbitraretur, non eorum defensionem continuò subiiceret, dicens: Nonne illi, cum iudicij dies venerit, dicent; Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo, & poculo Domini, ad profana contagia sponte properauimus. Perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas. Illi nobis Ecclesiam matrem, illi patrem Deum negauerunt, vt dum parui & improuidi, & tanti facinoris ignari per alios ad consortium criminis iungimur, aliena fraude caperemur. Hanc defensionem non subnecteret, nisi iustissimam crederet, & in Dei iudicio paruulis profuturam: si enim verè dicitur. Nos nihil fecimus, anima quæ non peccauerit, ipsa cur morietur? Nec illi peribunt sub Dei iusto iudicio, quos parentes suo scelere, quantum ad se ipsos attinet, perdiderunt.] Illud verò quod in eâdem commemoratur epistola, quandam paruulam turbatis in fugam parentibus, nutrici derelictam, atque ab eadem nutrice dæmonum sacrilegiis impactam, postea in Ecclesia illatam sibi Eucharistiam miris motibus respuisse: ideò mihi videtur diuinitus factum, ne maiores putarent, nihil se in paruulos in illa iniquitate peccare, sed potiùs intelligerent, per illum significantem quodammodo gestum corporis eorum, qui loqui non poterant, se mirabiliter admoneri, quid ipsi facere deberent, qui post tantum illud nefas Sacramentis salutaribus irruebant. Vnde se vtique pœnitendo abstinere deberent. Nec cùm tale aliquid diuina prouidentia per infantulos agit, ipsos id agere scientia, vel ratione credendum est. Neque enim quia cuiusdam Prophetæ dementiam Deus voluit etiam asina loquente coërcere, ideò admiranda est asinorum sapientia. Porrò sicut per animal irrationale sonuit aliquid homini simillimum, quod miraculo diuino,

non

Quomodo intelligendus Cyprianus lib. de lapsis c 3.

[c] *Aug. epist. 23. ad Bonifacium Episc.*

1. Thessal. 5.

A non cordi asinino tribuendum sit: ita potuit omnipotens per infantis animam, non vbi ratio nulla erat, sed vbi adhuc sopita erat, gestu corporis eius ostendere, quid illi, qui & in se & in paruulos suos peccauerant, curare deberent. Cæterum cum infans non redeat in parentem, vt cum illo vnus homo sit, sed omnino alter sit, habens carnem suam & animam suam: Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Nec illud te moueat, quòd quidam non ea fide ad baptismum percipiendum paruulos ferunt, vt gratia spirituali ad vitam regenerentur æternam, sed quòd eos putant hoc remedio temporalem retinere, vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab istis hac intentione offeruntur. Celebrantur enim per eos necessaria ministeria. Filios autem seu quoslibet paruulos dæmoniorum sacrilegiis obligare conantes, spiritualiter sunt homicidæ. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt, sed quantum in ipsis est, interfectores fiunt, & rectè illis dicitur, B quando ab hoc scelere prohibetur. Nolite occidere paruulos vestros.]

Par causa de infantibus ab hæreticis baptizatis esse debet, tametsi enim ab his baptizatos ad clerum non esse promouendos, antiqua Apostolorum [f] constitutione sit cautum, si tamen infantes parentum errore ab hæreticis baptizarentur, non esse ab ordinibus repellendos, Africanis Episcopis [g] placuit. Parentum igitur peccatum, cui nullum filij præstitêre consensum, ad parentes redit auctores, non ad filios. Si autem filij in eorum voluntate acquiescant, vt culpæ, sic & pœnæ reddūtur obnoxij. D. Augustinus, quando & quomodo, vel parentibus, vel maioribus obtemperandum sit, hac nos singulari erudiuit doctrina. [Sed timeo, inquies, ne offendas maiorem. Times prorsus ne offendas maiorem & non times ne offendas Deum? quid enim times ne offendas maiorem? vide ne fortè maior sit isto, quem non times offendere. Maior est certè, noli offendere. Hæc tibi regula proponitur: nonne C manifestum est eum minimè offendendum, qui maior est cæteris? Discute nunc maiores tuos. Primi sunt tibi pater & mater: si rectè educantes, si in Christum nutrientes, audiendi in omnibus, obtemperandum eis in omni iussione. Contra maiorem si nihil iubeant & seruiatur illis: quis est, inquis, maior eo qui me generauit? ille qui te ipsum creauit: generat enim homo, creat Deus. Vnde generat homo nescit, quid generaturus nescit: ille qui te vidit vt faceret; antequam esset, quem fecit, certè maior est patre tuo, maior sit patria & ipsis parentibus tuis, vt quidquid iusserint parentes contra patriam, non audiantur; & quidquid iusserit patria contra Deum non audiatur. Hæc Augustinus [h].

[f] *Conc. 67. Apost.*

[g] *Conc. Carthag. 3. can. 48.*

[h] *Aug. serm. 6. de verbo Domini in Euangelium secundum Matthæum.*

COMMENTARII NOVI.

D IN hac posteriori parte canent PP. ne infantes traducti à parentibus ad hæresim tempore infantiæ, postea resipiscentes cogantur ad pœnitentiam, seu abiurationē, sed cum non suo vitio peccauerint incunctanter recipiantur. Infantes dicuntur, qui fandi potestatem non habent, siue, vt ait Theophil. *in §. pupillus instit. de V. D.* qui adhuc lactantur, seu lactentibus paulò maiores sunt *l. 3. C. qui admitti, l. 1. §. sufficit ff. de administr. tut.* & illorum ætas vsque in septimum annum protrahitur iuxta tēxtus *in d. § sufficit l. in sponsalibus ff. de sponsalib. l. si infanti 18. C. de iur. delib. c. vnic. in princip. de desponsi. impub. lib. 6.* Isidor. *lib. 11. orig. c. 2. gloss. verbo, perfectus in præm. lib. 6.* & verb. *infans* in *clement. vnic. de homic.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 57.* Plaza. *de delict. lib. 1. cap. 32.* E Farinatius, *in praxi tom. 3. q. 92. n. 3.* Circa impuberes autem, & puberati proximos in hæresim prolapsos, pœnitentiamque efflagitantes dubium est, an vt maiores teneantur publicè hæresim abiurare, & generaliter quo ad alia delicta mitiori pœna eos esse plectendos docuerunt Gomez. *lib. 3. variar. de delict. c. 1. n. 55.* Eymericus *in director. 1. p. q. 7.* & ib. Pegna *comment. 22.* Sed quo ad abiurationem distinguendum est inter minores persistentes in hæresi vsque ad adultam ætatem, & pœnitentiam statim peractes. Priores pœna ordinaria plectuntur, & abiurare debent: posteriores verò non ita, nisi in eis magna malitia comperiatur. Probatur ex Concil. Toletano celebrato temporibus Gregorij IX. anno 1228. contra hæreticos Albigenses, & ex Concil. Viterrens. *can. 31.* quorum verba refert Pegna *in direct. 3. p. comment. 40.* accedit quia licet proximus pubertati sit capax aliorum delictorum *c. 1. vbi plura dabimus de delictis puerorum*, tamen in hæresi quæ mente concipitur, & intellectu perficitur non æqualis capacitas attenditur, præcipuè si à parentibus transducti sint, vt in hoc Canone supponitur, quia tunc non tam ex proprio vitio, quam ex doctrina maiorum deliquerunt, iuxta illud Prudentij contra Symmachum lib. 1. *vt semel obsidet pectora Patrum vana superstitio, tener filium colit quidquid sibi Parentes monstram, & errorem, cum lacte bibit:* Et licet Farinatius sibi contrarius *3. p. prax crimin. q. 91. n. 180.* generaliter docuerit in delictis spiritualibus nullam admitti propter ætatem pœnæ temperationem motus authoritate textus *in c. fin. de vidiciis lib. 6.* qui si rectè perpendatur tantum probat in iudiciis spiritualibus minorem pro maiori haberi ad hoc vt per se possit in iudicio comparere, vt rectè textum illum accipiunt Couarr. *lib. 1. var. cap. 5. n. 8.* Castillo *tom. 8. de alim. lib. 8. cap. 23. num. 6.*

GONZALEZ.

De temporibus ieiuniorum.	*De temporibus ieiuniorum.*
Canon XXIII.	*Canon XXIII.*
Ieiunia seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari : exceptis diebus duorum mensium, Iulio & Augusto, ob eorumdem infirmitatem.	Ieiunia seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari : exceptis diebus duorum mensium, Iulij & Augusti, ob eorundem infirmitatem.

IVo p. 4. decret. cap. 31. paulò aliter. Ieiunia seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium, Iulio & Augusto; & hoc ob eorundem infirmitatem. C. M S. sancti Æmiliani in cœnobio Regio D. Laurentij. [Ieiuniorum superpositiones per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium, Iulio & Augusto, ob quorundam infirmitatem.] Sed editorum Codicum & Iuonis lectionem magis probo: nam ieiunia hæc non ob hominum quorundam infirmitatem, sed ob æstiuos & infensos eorundem mensium calores tolluntur, vt mox dicemus.

CAPVT QVADRAGESIMVM OCTAVVM.

Quid abstinentia, quid ieiunium, & qui ieiunij fructus.

ABstinentias olim vocabant ieiunia; non quòd abstinentia quæcumque ieiunium sit, vt hæretici nostri temporis hallucinantur, dicentes, idem esse ieiunare, quod sobriè, naturæque conuenienter viuere: quod sanè est vanissimum, & à sacrarum literarum sensu maximè alienum. Certum namque est, abstinentiam, æquè ac temperantiam, eos omnes qui naturæ lege viuere volunt, ad sui obseruationem perpetuò obstringere: siquidem vt nulli vnquam fas est viuere intemperanter, ita nulli vnquam licebit admittere, quod cum vera abstinentia pugnet. Bibere enim vel comedere plusquam recta ratio dictat, vel naturæ necessitas postulat, nunquam licet: at verò ieiunij leges, neque obligant omnes, neque semper, sed suo tempore & loco tantùm. Quis enim dubitat, Christum nostræ religionis auctorem, eiúsque sanctos Apostolos & discipulos, sobriè, naturæque conuenienter vixisse semper? Semper tamen ieiunasse fatendum non est, cùm ieiunij tempora ab illis obseruata, præscripta videamus, & reliqua omissa. Quare rogantibus discipulis Ioannis: [Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Dominus respondit: Nunquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, quando auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.] At abstinentiæ nomen, latiùs patet quàm ieunij. Abstinent à cibo ægri, quòd illum fastidiant, inopes quòd careant, auari quòd illum emere recusent, gulæ & ventri dediti, vt maiori auiditate & voluptate posteà liguriant, hypocritæ vt sanctimoniæ laudem apud imperitam plebem aucupentur; illos tamen ieiunare in nullius nisi insani mentem venire potest. Quòd si de studiosorum actibus solùm disputatio suscipiatur, responsio occurrit, abstinere etiam eos, qui famem in die bis aut ter explent, tolerant verò, & sine merito, sæpissimè. Et quod de actibus dicimus, ad tempus & ciborum delectum accommodari etiam potest. Vocabant ergo olim ieiunia abstinentias, quòd diebus ieiunij ab ab omni delicatiori cibo & actu intemperantiæ & incontinentiæ abstinere Christiani deberent, iuxta illud Origenis [i]. [Quando ieiunamus, ò viri, abstineamus nos, vt non gustemus carnem nec vinum, nec superfluas escas.] Et illud Basilij [k]. [Carnes non edis, sed comedis fratrem tuum; à vino abstines, sed ab iniuriis tibi non temperas] Temperantiam enim partem esse abstinentiæ constat. Pertinet enim temperantia ad eius voluptates,

Matth. 9.

i Origen. lib 3. in Iob.

k Basil. homil. 2. de ieiunio.

quas

A quas tactus gustúsque progenuit, communes cæteris animantibus, vt Aristoteli [l] placuit. Abstinentia verò ad alias etiam extenditur. Hi enim qui vel fabulis, vel histrionum cantu delectantur, quod ad auditum pertinet, vel his rebus gaudent quæ visu percipiuntur, vt coloribus, figuris, vel pictura: vel rosarum, florum, vel vnguentorum odoribus capiuntur, quod ad odoratum spectat: & his ommbus virtutis studio abstinent, temperantes dici non possunt, vt Aristoteles docet, dici tamen possunt abstinentes. Quam virtutem eandem esse putarem cum ea, quæ continentia dicta est ab Aristotele [m], nam de virtute abstinentiæ hoc nomine nuncupata, ipsum & reliquos morales Philosophos meminisse non video. Quare eorum sententiam non probo, qui temperantiã propriè esse volunt, cùm quis abstinet à nociuis, necessariis contentus: abstinentiam verò tantùm, cùm quis abstinet à necessariis: nam abstinentiæ fructum illum

B percepisse, qui lege ieiunij cõtentus, nihil de necessariis sustulerit, quis iure diffitebitur? In his igitur (siue ieiunia voces, siue abstinentias, nomina rerum nihil iam moror) adeò se exercebant primitiuæ Ecclesiæ Patres, exercerique volebant reliquos Christi imitatores, vt non eos tantùm, qui secundùm Ecclesiastici iudicis arbitrium, priuata vel publica pœnitentiæ lege deuincti ieiunare tenebantur, sed & eos quoque qui nihil pœna dignum admiserant ad ieiunij obseruationem excitarent; nec immeritò: nam inter ea quæ homines ad peccandum maiori stimulo prouocant, carnis concupiscentia est. Quo enim carnis sensus homini iam ab ineunte ætate est familiarior (exortus enim est vnà cum eo, & ad extremum vitæ spiritum materiam præstat, quo nutriatur) eò ad alliciendum magis, ad debellandum & obtinendam de ipso victoriam potentior est. Ideircò maiores nostri ad refrænandam hanc carnis vim & petulantiam, multa prudenter,

C piè & sanctè excogitarunt. Voluerunt enim nocturnis vigiliis, vestitu aspero, castigatione verberum, externo corporis labore, carnis sensum coërceri. Sed cum multò maiorem virtutem ieiunio & abstinentiæ inesse experimentis multis agnouissent, ieiunium semper tanquam firmissimum aduersus diaboli carnisque insultus præsidium elegerunt, in primáque acie semper collocarunt. Eo consilio Quadragesimæ ieiunium instituerunt: primò, vt maculas quas reliquo anni tempore contraxerant, ieiunij pœnitentia his diebus eluerent: tum vt quasi decimas totius anni auctori vitæ, qua fruimur, redderemus, vt docuit beatus Gregorius [n]. Nec eo factum satis maiores nostri putarunt, sed cum viderent vitæ nostræ momenta, non solum per annos integros, sed per

D menses interdum decurrere, duodecim menses, quibus annus solaris constituitur, in quatuor partes tribuerunt, singulisque earum ieiunia (qua de causa quatuor temporum vocant) triduana præfixerunt: vt gratias Deo redderemus pro præterito trimestri spatio, quòd illo nos, nostráque, pro sua clementia prosperè tutari dignatus sit; & ob expiationem eorum delictorum, quæ illis mensibus, vel ignorantia, vel malitia admisimus; & vt proponeremus ineuntibus singulis illis quatuor anni temporibus (indicuntur ieiunia circa præcipuas anni versiones, quas solstitia & æquinoctia vocant) actiones nostras, studia & cogitationes diuinæ voluntatis arbitrio moderari. Et quia interdum vita nostra multis & frequentibus malis sauciata, multis etiam & frequentibus remediis indiget, ideò non trimestre illud expectandum voluerunt, sed aliud magis opportunum excogitarunt; singulis enim mensibus voluerunt ab Episcopis aliquot dies ieiuniis præscribi; quot autem illi esse deberent, & quando, eorundem Episcoporum iudicio placuit reseruari. Nec menses solùm agi noluerunt siue ieiunio, sed nec hebdomadas ipsas siue septimanas: harum enim singulis diem vnum ademerunt, sextam scilicet feriam, quam diem Veneris vocant: huic autem Hispani alterum singulari religione ieiunio consecrarunt, sabbathum scilicet. Qui præstantius vitæ institutum

E sequebantur, quartam etiam feriam adiiciebant; nec his contenti alij, omnes dies ieiunio celebres custodiebant; alij autem nihil se promeruisse putabant, si his diebus ieiunium vt reliqui, vel siccorum esu agerent; quare vix sexto die alimento minùs necessario reficiebantur, sicut cicadæ rore viuentes, & canticis inediam compensantes, vt Philo [o] scripsit. [Temperantia (inquit) tanquam fundamento in anima iacto, virtutes cæteræ superstruuntur. Nec cibum nec potum quisquam sumit ante Solis occasum. Nonnulli ex illis vix tertio quoque die famem sentiunt. Nec desunt qui prælauto excepti sapientiæ epulo perdurant duplum eius temporis, & vix sexto die degustant cibum necessarium, assueti sicut cicadæ rore viuere & canticis solari inediam.] Hæc ille de Christianis Alexandrinis, Marci primi ciuitatis illius Episcopi discipulis: & verosimile est, aliis ciuitatibus & locis, idem præstitisse alios. His autem liberis ieiuniis omissis, quæ ad perstringen-

[l] *Arist. l. 3. ethic. cap. 10.*

[m] *Arist. l. 7. Ethic. c. 1. & 2.*

[n] *D. Gregor. hom. 16. in Euang.*

Can. 26. huius Concilij.

[o] *Philo de vita contemplat.*

dam huius ſeculi cæcitatem tantùm delibauimus, vt ea cum maxima laude & merito ſuſcipiuntur; ſic etiam citra vllam noxam prætermitti poſſunt: neceſſaria verò, id eſt, illa quæ à præpoſitis Eccleſiæ in vim præcepti præſcribuntur, citra cauſam neceſſariam omitti ſine culpa non poſſunt: qualia illo tempore iudico ea ieiunia, quæ ſingulis menſibus ab Epiſcopis præſcribebantur. Feruenti primitiuæ Eccleſiæ deuotione multa ab Epiſcopis indicta fuerunt maiori ſeueritate ieiunia, communi populi vſu conſenſúque recepta, quæ poſt aliquot ſecula conniuentibus iiſdem etiam Epiſcopis, in vſu eſſe deſierunt, & ex neceſſariis libera facta ſunt: iam enim iuſtiſſimum canonis huius præceptum, pro conſilio hac ætate accipiendum, obſeruo, ni ſuperiorum accedat auctoritas.

COMMENTARII NOVI.

I *Eiuniorum ſuperpoſitiones.* Ieiunium vocatur ſuperpoſitio vt patet ex indiculo pœnitentiæ, & *infra cap.* 26. errorem placuit corrigi, vt omni Sabbathi die ſuperpoſitiones celebremus. LOAYSAS.

Ieiuniorum ſuperpoſitiones, ieiunia ſuperponere, eſt ieiunia de nouo imponere, & indicere: quæ fuerint illa ieiunia, quæ ſingulis menſibus, præter ſtationes feriæ ſextæ: & Sabbathi ſuper impoſita eſſent in Hiſpaniâ non facile eſt dicere, cum ea peculiari quadam lege, & conſuetudine celebrarentur in illa Prouincia. ALBASPINÆVS.

Ieiunij obſeruationem quis non prædicauit, quis meritum, & eius virtutem non commendauit? nullum ſpecialiter induco, imò omnes certatim produco: ſufficiant encomia D. Ambroſ. *lib. de Elia, & ieiun. cap.* 3. vbi ait *quid ieiunium niſi ſubſtantia cœleſtis, vita Angelorum, radix gratiæ, & fundamentum caſtitatis?* Vnde quot oppugnatores in Eccleſia non habuit, qui illud irridebant, aut veſaniæ damnabant? quos doctè refellunt Caſtro *aduerſus hæreſes verb. ieiunium*, Bellarmin. *tom.* 3. *de bonis oper.* Tertull. *de ieiun.* Ieiunium, licet metaphoricè pro abſtinentia à culpis, & vitiis accipiatur apud Iſaiam cap. 58. ibi: *nonne hoc eſt magis ieiunium, quod elegi, diſſolui colligationes impietatis.* D. Hieronym. ſuper Matthæum cap. 7. *Ieiunium*, inquit, *eſt non ſolum ab eſcis, ſed à cunctis illecebris abſtinere.* D. Auguſt. in Euang. lib. 2. quæſt. 18. *Sacra ſcriptura docet ieiunium non à concupiſcentia ciborum tantum, ſed ab omni lætitia temporalium delectationum*, Beda in Lucam: *ieiunium generale eſt non ſolum ab eſcis, ſed à cunctis illecebris abſtinere carnalibus*, tamen in iure noſtro accipitur pro abſtinentia à cibo iuxta diffinitionem Iſidori ibi: *Ieiunium eſt parcimonia victus, abſtinentiáque ciborum*; olim tamen primis florentis Eccleſiæ temporibus ieiunantes non ſolùm à cibo, ſed & à potu abſtinuiſſe, virginémque ſaliuam ieiuniis conſtituto ſpatio continuiſſe conſtat ex Tertull. *lib. de ieiun. cap.* 6. ipſa natura enunciauit quales nos ante pabulum, & potum in virgine adhuc ſaliua exhibere conſueuit. Vnde legimus in actibus S. Fructuoſi Martyris, quod cum ei poculum fratres offerrent, quo Martyr recrearetur, conſtanter cum ieiunaſſet illud recuſaſſe, Prudentius.

Ieiunamus, ait, recuſo potum,
Nondum nona diem reſoluit hora.

Obſeruauit Georgius Ambian. ad Tertull. *de ieiun. capite* 10. *obſeruat. quarta.*

Circa originem ieiunij, & abſtinentiæ aliqui ab ipſorum Protoplaſtorum ortu illud repetunt, dum ipſis in deliciarum hortis primum collocatis ex ligno ſcientiæ boni, & mali Dominus ne comederent, præcepit; Baſilius *ſerm.* 1. *de ieiun.* Hoc tamen potiùs ad abſtinentiam, quam ad ieiunium pertinet, ſed vbi Populus Iudaicus poſt diluuium congregari cœpit, varia ieiunia obſeruauit, alia communia, ſeu publica, alia priuata. Communia duplici modo, aut ſtata, aut extraordinaria, quæ ob minantem calamitatem indicebantur, de prioribus intelligitur illud Zachariæ 8. *verſ.* 19. vbi referuntur quatuor ieiunia videlicet quarti, quinti, ſeptimi, & decimi menſis, quæ ſeruabantur à Iudæis, vt docent D. Hieronymus, & Rupertus *in eum locum*, Torniellus *anno* 2549 *num.* 42. Extraordinariorum exempla ſunt *lib.* 2. *Paralip. cap.* 20. vbi Ioſaphat Rex indixit ieiunium vniuerſo populo, quando Moabitæ veniebant contra illum, & *lib.* 1. Eſdræ *cap.* 21. vbi Eſdras illud indixit pro felicitate itineris, quando ex conſenſu Regis Artaxerxis è Ciuitate Babylonica profectus eſt in Hieruſalem, *&c.* 20. *&* 26. Iudic. *lib.* 2. Reg. *cap.* 7. Iudith. *cap.* 4. *&* 8. Hieremiæ *cap.* 38. Priuata ieiunia dicebantur, quæ quis ex propria deuotione, aut Dei inſpiratione aſſumebat, ſic Moſes legem accepturus ieiunauit per quadraginta dies *cap.* 34. Exodi *v.* 28. & Elias fugiens perſecutionem Ieſabelis ieiunauit totidem diebus *lib.* 3. Reg. *c.* 19. Neque apud Gentiles deeſt huius inediæ exemplum, nam Imperator Nerua abſtinentia vitam finiuit, vt teſtatur Dio Caſſius *lib.* 58. Sed vt ad legem gratiæ perueniamus maximè Dominus commendauit ieiunium exemplo, ieiunando per quadraginta dies, & quadraginta noctes Matthæi *c.* 4. *verſ.* 20. eius efficaciam docendo Matth. *c.* 17. illis verb. *Hoc genus Dæmoniorum non eiicitur, niſi per orationem, & ieiunium*, & etiam prædicando poſt eius mortem diſcipulos ieiunaturos fore: Matthæi *c.* 9. *v.* 15. & in aliis caſibus expenſis à Tertull. *de ieiun c.* 7. *&* 8. Vndè licet ſpeciale non adſit præceptum legis diuinæ circa modum, & tempus ieiunij, tamen in genere iuſſum eſſe docet Auguſt. in epiſt. 86. ad Caſſul. *Ego*, inquit, *in Euangelicis, & Apoſtolicis litteris, totóque inſtrumento, quod appellatur Teſtamentum nouum, animo id reuoluens video præceptum eſſe ieiunium, quibus autem diebus nos oportet ieiunare, & quibus oporteat præcepto Domini, vel Apoſtolorum non inuenio*

diffini

A *diffinitum*. S. Leo *ſerm. 4. de ieiun.* probat Bellarm. *vbi ſupra cap. 7.* Quare Eccleſia, quæ alia præcepta generalia, vt communionis, & pœnitentiæ determinauit, ita etiam indixit certis anni temporibus ieiunium fidelibus ad macerationem corporis iuxta illud Paul. 1. ad Corinth. cap. 9. *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo*: quæ verba de ieiunio accipiunt Chryſoſtom. *& Theophylactus*; præcipuè quia per ieiunia diſponitur animus ad orationem, & rerum cœleſtium contemplationem, & ad colendum Deum; Concil Nicænum *can. 5.* Tertull. de reſurrect. *ſacrificia Deo grata dico ieiunia, & ad ſatisfaciendum pro peccatis*, vt probat Bellarmin. *vbi ſupra c. 11.*

B Itaque iam à temporibus Apoſtolorum legimus in Eccleſia ieiunia certis temporibus imperata, aliaque poſteà ab eorum ſucceſſoribus indicta vt ieiunium Quadrageſimæ, de quo aliqua adduxi in *cap. Capellanus de feriis, quatuor temporum*, de quo nonnulla notaui in *cap. dilectus de tempor. ordin.* Sabbathi, de quo *infra in can* 26. latè agemus, & in qualibet Hebdomada ieiunium 4. & 6. feriæ, quod à temporibus Apoſtolorum iam obſeruari patet ex *can.* 68. *Apoſtol.* eiuſque meminerunt S. Ignatius *ad Philip. epiſt.* 8. Tertull. *de ieiun. cap.* 14. *cur ſtationibus quartam, & ſextam Sabbathi dicamus?* Epiphan. *in compend. fidei* Auguſt. *epiſt.* 68. Iſidorus *lib.* 1. *de offic. Eccleſ. cap.* 42. Origen. *hom.* 10. *in Leuit.* Quorum verba referunt Bellarm. *ſupra c.* 17. Gazæus *in not. ad Caſſian. lib* 5. *cap.* 24. Gothofred. *in diſſert.* Philoſtorg. *lib.* 10. *cap.* 12. & hoc ieiunium fuiſſe præceptum, non autem perſuaſum, vt voluit Bellarm. conſtat ex d. *can.* 68 vbi æqualiter punitur, qui Quadrageſimæ, quam qui quartæ, & ſextæ feriæ ieiunium ſoluerit ex can. 3. S. P. Martyr. Epiſcopi Alexandrin. *Non reprehendat nos quiſquam quartam, & ſextam feriam obſeruantes; quia nobis ieiunare ſecundum traditionem præceptum eſt: ex c. ieiunia de conſecr. diſt. 3. ieiunia ſanè legitima, ideſt quarta, & ſexta feria non ſunt ſoluenda, niſi grandis aliqua neceſſitas interueniat.* Huius ieiunij indictionis rationem reddit D. Auguſt. d. epiſt. 68. ad Caſſul. *Cur autem quarta, & ſexta maximè ieiunet Eccleſia, illa ratio reddi videtur, quod conſiderato Euangelio ipſa quarta Sabbathi, quam vulgo quartam feriam vocant, Concilium reperitur ad occidendum Domino feciſſe Iudæos. Deinde traditus eſt ea nocte, qua iam ad ſextam Sabbathi, qua dies paſſionis eſt.* Concisè Apollon. d. c. ieiunia: *quia quarta feria Iudas de traditione Domini cogitauit, & ſexta feria crucifixus eſt Saluator.* Illuſtrant Bellar. & Gothofred. *ſupr.* Benedict. Hactenus *diſquiſit. monaſt. tract. 7. diſquiſit. 1.* Sed poſteà frigeſcente diſciplina Eccleſiaſtica ieiunium quartæ feriæ penitùs abolitum fuit; ſextæ autem feriæ imperfectum tantum remanſit, hoc eſt abſtinentia à carnibus. Vnde conſtat temporibus huius Concil. non ſolùm ſingulis menſibus, verum & ſeptimanis ieiunia à fidelibus obſeruari. GONZALEZ.

EXCEPTIS DIEBVS DVORVM MENSIVM, Iulij & Auguſti, ob eorumdem infirmitatem.

CAPVT QVADRAGESIMVM-NONVM.

D

Cur his duobus menſibus ieiunia ſublata.

VT rebellantem ſpiritui carnem ieiunio & abſtinentia ſeriò edomari cupiunt Eccleſiæ præfecti, ſic corporum ſaluti, & incolumitati prudenter ſtudent & ſuauiter prouideri: mortem enim peccatorum vel aduerſam valetudinem nolunt, ſed vt diu viuant, & ad Dominum ex animo conuertantur. Idcirco menſes duos, quos feruentes Bœticæ prouinciæ calores, febrium æſtibus & aliorum morborum infeſtos reddunt, & periculo obnoxios, liberos decreuerunt lege ieiunij, ne ſi nimium illis menſibus abſtinerent, immodica caloris vi reſoluerentur & ea inedia flacceſcentes ad ferenda ieiunia menſium reliquorum redderentur imbecilliores. Non diſſimilem
E conſtitutionem tulit Gallia in Concilio Turonenſi II. P in ieiuniis monachorum obſeruandam. Cùm enim ea frigidior ſit ob maiorem Solis receſſum (Septemtrioni enim octo vel nouem gradibus propinquior eſt) ſolum Auguſtum menſem, diuerſa tamen reddita ratione, à lege ieiunij exemerunt, etſi illos qui Iulio menſe infirmari cœpiſſent, eodem beneficio fruituros declarauerint. Concilij Turonenſis verba hæc ſunt. [De ieiuniis verò, antiqua à monachis inſtituta ſeruentur, vt de Paſcha vſque ad Quinquageſimam, exceptis Rogationibus, omni die fratribus prandium præparetur; poſt Quinquageſimam ſola hebdomada exactè ieiunent ſecunda & quarta & ſexta die, exceptis his qui aliqua infirmitate conſtricti ſunt: in Auguſto, quia quotidie Miſſæ Sanctorum ſunt, prandium habeant (Miſſas ſanctorum & feſtiua eorum ſolemnia ieiunijs libera non ſine ratione voluerunt) in Septembri toto & & Nouembri, ſicut prius dictum eſt, ter in ſeptimana.] Voluerunt ergo eos qui Iulio

Concil. Turonen. 2 can. 13.

menſe infirmari cœpiſſent, lege ieiunij non obſtringi: ſanos autem toto menſe Auguſto ob Sanctorum feſtiuitates in ipſo celebrandas: quarum nonnullas fortaſſe in eumdem reiecerunt, vt ieiunij ſeueritatem in reliquis obſeruantes, Auguſti iniquitati inſeruientes poſſent commodiùs relaxare. Eâdem pietatis conſideratione quartam & ſextam feriam ieiunio monachorum conſecratas à diuo Benedicto [9], ipſe tota æſtate, cùm nimij eſſent calores, legibus ſoluit. A

9 *D. Benedict. c. 41. regula.*

In Oriente etiam ieiunium Auguſti menſis interdictum fuiſſe à Synodo Conſtantinopolitana, conſtat ex III. quæſtione Monachorum ad eandem Synodum tempore Nicolai Patriarchæ Conſtantinopolitani. Quæſtionis verba, cum interpretatione Balſamonis recitabo, vt compertum habeant antiquitatum ſtudioſi, quæ de ieiunio huius menſis obſeruauit vetuſtas.

Quæſtion.

[An oporteat ieiunium in Augùſto peragere? Reſp. Erat prius in hoc tempore ieiunium, ſed tranſlatum eſt, ne cum Gentilium, quæ hoc tempore fiebant, ieiuniis incideret. Sed tamen adhuc multi homines hoc ieiunium ieiunant. B

Balſam. [De hoc ieiunio aliquando quæſitum eſt coram potenti & ſancto noſtro domino & Imperatore, præſente ſanctiſſimo illo Patriarcha domino Luca, & qui cum eo inuenti ſunt Antiſtibus. Et nonnulli quidem dicebant, non debere nos ieiunare propter tranſlationem, quæ in reſpontione declaratur. Alij autem contrà dicebant, quòd quoniam ſancta Synodus dicit abſque vlla dubitatione ieiunium fuiſſe prius hoc tempore, ſed fuiſſe tranſlatum, non declaratur autem vbi & quomodo tranſlatio facta ſit, debemus neceſſario ieiunare. Patriarcha autem & Antiſtites pronunciarunt eſſe inexcuſabile ieiunium Auguſti menſis: & ad dicti ſui comprobationem etiam vnionis decilione vtebantur, quæ tractat, trigamos ter in anno eſſe ſacramentorum participes, ſcilicet in Paſchate, in feſto Dormitionis ſanctiſſimæ Deiparæ, & in Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti; eo quòd in eis præcederet ieiunium, & eius vtilitas. Quibuſdam autem tunc quoque dubitantibus, quòd nuſquam inueniretur præſcripta eius ieiunij dierum quantitas, dixit ipſe ſanctiſſimus Patriarcha, quòd cum dies huius, & illius, quod ante Chriſti natalem ſit, ieiunij non declarentur ab vlla ſcriptura, cogimur ſequi non ſcriptam Eccleſiaſticam traditionem, & debemus ieiunare à primo die Auguſti, & à XIV. menſis Nouembris. Sin autem propter corporalem imbecillitatem id ſoluere cogamur, Epiſcopali permiſſione dies declarati in Auguſtum redigentur: nam hoc quoque placuit ex non ſcripta Eccleſiaſtica traditione. Et hæc quidem aliquando dicta ſunt. Ego autem cùm poſteà conſideraſſem, vnde nam, & quomodo hæc duo ieiunia tradita ſunt, ſcilicet Dormitionis ſanctæ Deiparæ, & Natiuitatis Ieſu Chriſti & Dei noſtri, ac etiam ieiunium quòd ſit ante feſtum ſanctorum Apoſtolorum, & ieiunium ante Transfigurationem, & an neceſſariò debemus hæc ieiunare, & quot diebus, dico, hoc quidem feſtorum ieiunium eſſe inexcuſabile; eius autem dierum quantitatem non eſſe numero in omnibus æqualem, vt eſt in magna Quadrageſima, ſed ante ſeptem quidem dies vniuſcuiuſque horum feſtorum, omnes fideles, laici ſcilicet & monachi, coguntur ieiunare inexcuſabiliter, & qui non ita faciunt, ab orthodoxorum Chriſtianorum communione alienantur.] C D

Hæc olim in Oriente & Occidente ieiuniorum Iulij & Auguſti obſeruatio, quam hodie Catholica vel Hiſpanica Eccleſia non retinet: in Iulio enim abſtinentiæ lex indicta eſt vigiliæ ſancti Iacobi: in Auguſto vigiliæ D. Laurentij, Bartholomæi, & Aſſumptionis: & ſi quæ alia aut ſuperiorum præcepta, aut fidelium temperantia induxerit, vel deuotio.

E

COMMENTARII NOVI.

SI retineamus lectionem *ieiuniorum ſuperpoſitiones*, quam defendit Loayſa alia eſt mens huius Canonis, videlicet, vt ſiquæ occurrant ieiunia menſe Iulio, vel Auguſto non continuentur vſque in aliam ſequentem diem. Superpoſitio enim ieiunij eſt cum extenditur, aut producitur ad longum tempus, quo in ſenſu dixit Tertull. lib. de orat. Chriſtum ampliando legem decalogi, qua dicitur: *non occides ad iram*, ideſt non irafceris, dixit *Decalogo ſuperpoſuiſſe iram*, & Dionyſ. Alexand. in *can.* 1. dixit ὑπερθέσεις de his qui in Hebdomada ſancta ieiunij diebus prorogant ieiunium vltra tempus conſtitutum, vt rectè obſeruat Hugo Menardus *in concordia regul.* Et ex Solino, & Epiphanio probat Ioann. Dartis *in* 15. *diſt. fol.* 43. qui retenta prædicta lectione exiſtimat in præſenti Canone non prohiberi ieiunium duobus menſibus, videlicet Iulio, & Auguſto, ſed tantum prohiberi ſuperpoſitiones,

A nes, ideſt continuare ieiunium vltra horam præfixam, & diem præſcriptum; retenta tamen hac ſententiâ, vel Mendozæ interpretatione, illud liquet, Eccleſiam ſcilicet in impoſitione ieiunij, & cuiuſcumque abſtinentiæ nunquam intendere vitam, humanam lædere, aut ſaluti detrimentum afferre *cap. quadrageſima* ibi: *niſi quem infirmitas impedierit. cap. quia die Sabbathi de conſec. diſt. 5.* docent Leſſius *de Iuſt. lib. 4. cap. 6. dub. 6.* Paulus Zachias *lib. 10. queſt. Conſil. 58.* GONZALEZ.

De his qui peregrè baptizantur vt ad clerum non veniant.

De his qui peregrè baptizantur vt ad clerum non veniant.

B

Canon XXIV.

Omnes qui in peregrinatione fuerint baptizati, eo quòd eorum minimè ſit cognita vita, placuit, ad clerum non eſſe promouendos in alienis prouinciis.

Canon XXIV.

Omnes qui peregrè fuerint baptizati, eo quòd eorum minimè ſit cognita vita, placuit, ad clerum non eſſe promouendos in alienis prouinciis.

APud Iuonem. *p. 6 c. 352.* & Gratianum *in cap. omnes 98. diſtinct.* omnes qui peregrè fuerint baptizati, eo quòd eorum minimè ſit cognita vita, placuit, ad clerum non eſſe promouendos in alienis prouinciis.

C

CAPVT QVINQVAGESIMVM.

Quæ cautio olim in clericorum ordinatione adhiberetur.

QVos ad clerum olim admittebant Epiſcopi, non ſolùm à crimine, ſed à criminis ſuſpicione liberos, iuxta Pauli præceptum, eſſe volebant. Qua ratione conſuluiſſe eos antea omnes presbyteros, Diaconos, & plebem, quæ eſſent illorum actiones, quæ ſtudia, qui mores, quæ vita, ac tandem merita ſingulorum communi conſilio conſideraſſe, teſtis eſt D. Cyprianus [r], vt hac diligentia adhibita, vel malorum

D crimina (vt idem ait) detegerentur, vel bonorum publicarentur merita: taléſque eligerentur, quales Dei miniſtros eſſe decebat. Quod & anteà vſurpatum in Eccleſia, Lampridius [s] his verbis teſtatus eſt. [Vbi aliquis (inquit) voluiſſet, vel rectores prouinciis dare, vel præpoſitos facere, vel procuratores, id eſt, rationes ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, vt ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus: ſi non probaſſet, ſubiret pœnam capitis: dicebátque. GRAVE ESSE, CVM ID CHRISTIANI ET IVDÆI FACERENT, IN ORDINANDIS SACERDOTIBVS, non fieri in prouinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita.] Confirmatum exſtat Concilio Carthaginenſi IV.

[r] *D. Cyprian. epiſt. 33. ad Clar & plebem, de Aurelio Lectore.*

[s] *Lamprid. in Alexandro Seuero.*

E [t] Cùm autem eo tempore quo religionis Chriſtianæ ſemina non adeò altas egerant radices, multi eſſent qui religionis noſtræ myſteriis initiati, ſed minus plenè in illis eruditi, ad his modò, modò ad illas Eccleſias, vel peregrinantes, vel errantes accederent, ſimulatáque pietate in clero adſcribi conarentur, vt obtenta ea dignitate ſenſim per fraudem ac dolum malum penitus irreperent, & velut occupatis penetralibus hoſpites ſuos Catholicos cum doctrina etiam Catholica extruderent & profligarent: viſum eſt Patribus Hiſpanis, periculo huic eodem occurrere conſilio, huic morbo ſimili medicina mederi, his telis repellendis arma comparare ſimilia, decreto promulgato, ne qui ex alienis prouinciis aduentaſſent, numero miniſtrorum Eccleſiæ adſcriberentur, quòd de eorum vitæ integritate & Catholicæ religionis profeſſione, certa & conſtans opinio non haberetur. Id breuiſſimis verbis expreſſit & docuit etiam Gregorius [u] Magnus Epiſcopum Squillatinum, dum ait. [Afros paſſim vel incognitos ad Eccleſiaſticos ordines tendentes nulla ratione ſuſcipias; quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati: peregrini verò plurimi, etiam in minoribus ordi-

[t] *Conc. Carthag. 4 can. 22.*

[u] *Greg. lib. 2. regiſt. epiſt. 25.*

nibus conſtituti, fortiores de ſe prætendiſſe honores ſæpe probati ſunt. [Antè Gregorium, Sylueſter Papa idem conſtituit, vti refertur in fine epilogi Concilij Romani [x] ſub eodem. [Conſtituit etiam (dicitur) nulla ratione tranſmarinum hominem penes nos in clericatus gradu ſuſcipi, niſi quinque Epiſcoporum deſignatus ſit chirographis.] ob Manichæos ad vrbem Romam peregrinantes idem conſtituiſſe Anaſtaſium Papam, refert Damaſus [y], exſtátque eius epiſtola decretalis de eadem re ad omnes Germaniæ & Burgundiæ Epiſcopos.

A

[x] *Conc Roman. ſub Syluestro in fine epilogi apud Gratian c. nullus 98. dist.*

[y] *Damas. in Pontificali. Refertur à Grat. in c. Tranſmarinos, 98. dist.*

Quòd ſi in clero iam adſcripti ſint, cupiántque ad maiores ordines aſcendere, niſi de prima ordinatione ex literis commendatitiis ſuorum Epiſcoporum, non eſſe ſuſcipiendos ad maiores, ex conſtitutione Innocentij III. [z] liquet.

[z] *Innoc. III. c. inter de cleric. peregrin.*

Hodie autem non ſolùm tranſmarini homines, vel peregrini ex regno alio vel prouincia aduentantes, ſed qui alterius ſunt Diœceſis, clero adſcribi non poſſunt, ab alterius Diœceſis Epiſcopo, niſi literis commendatitiis ſeu dimiſſoriis proprij Epiſcopi ſint inuitati, Concilij Tridentini [a] decreto, ea pœna ſtatuta, vt ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus à ſuſceptorum ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus. Nec ordines tantùm peregrini hi ſuſcipere vetantur in alienis prouinciis, ſed nec ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium peragere, eiuſdem Tridentini [b] decreto.

B

[a] *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap 8.*

[b] *Idem ſeſſ. 22. de ereto de obſeruan. & euitand. in celebratione Miſſa.*

Conſtat hinc non ſolùm perſonæ priuatæ, ſed & prouinciæ vel ciuitatis ſuſpectæ pericula cautiſſimè præcauenda: quod ſanum prudénſque conſilium, non Eccleſiaſticorum tantùm, ſed & ſecularium Principum obſeruatione digniſſimum eſt, ne aduenis ex ſuſpectis prouinciis (niſi fide & morum integritate probatiſſimis) familiariter vtantur, vel eos ad priuata conſilia, aut rerum publicarum tractationem admittant: hoc præſertim tempore, quo exterarum quarundam prouinciarum hæreſes, fraudes, doli & omne genus improbitatis adeò creuit, vt quod olim de ſui temporis calamitatibus dixit Epiphanius [c], de his quas hodie in conuicinis prouinciis dolentes intuemur, commodiùs dici poſſe videatur. [Mirandum eſt hoc tempore & non mirandum; Mirandum quòd noſtro ſeculo omnia implentur, non autem mirandum, quod ea impleri neceſſe ſit.] Sed vt impleri illa omnia cernimus, ſic & illa oportet caueri.

C

[c] *D. Epiphan. lib. 3. tom. 2. aduerſus Antidic.*

COMMENTARII NOVI.

TAnta olim in clericis deſiderabatur vitæ ſanctitas, vt in eorum ordinem non eſſet aſſumendus, qui extra Diœceſim baptiſmum conſecutus eſſet: quòd eius mores non eſſent ſatis cogniti.

In alienis prouinciis, in propria enim promoueri poterat, in qua eius vita ſatis erat perſpecta. ALBASPINÆVS.

Peregrè baptizatos in alienis Prouinciis ſacris ordinibus initiandos non eſſe, tam variis iuris teſtimoniis probarunt Decretiſtæ, Iuo Carnot. *p. 6. decret. cap. 351.* Gratian. *in 98. diſt.* Anton. Auguſt. *in epit. lib. 18. tit. 19.* Sed nullo Eccleſiæ decreto hoc elegantius exprimitur, quam præſenti Canone, ſiquidem in eo reddunt veram rationem huius prohibitionis PP. in illis verbis: *Eo quod eorum minimè ſit cognita vita*: non ante baptiſmum, ſiquidem vitæ ante actæ maculas baptiſmus diluit, omneſque irregularitates ex delicto prouenientes tollit, vt probaui in *cap 1. de bigam.* & docet Gibal. *de irregul. cap. 6. quæſt. 2. per totam*, ideoque vitæ poſt baptiſmum actæ habenda ratio eſt cum temporibus huius Concilij periculum daretur, ne qui ex diuerſis regionibus, imò & vicinis Prouinciis veniebant, & in eis nati, vel diutiùs commorati erant quantumcumque etiam per aliquot annos bonæ conuerſationis apparerent, aliquam, vel in tenera ætate irregularitatem contraxiſſent, vel ſimulatam, laruatámque pietatem haberent, cum à Catholica religione per hæreſim, aut idololatriam diſceſſiſſent: exempla extant in Cerdone apud Epiphan. *hæreſi 4.* in Valentino apud Irenæum *lib. 4. cap. 4.* in Martione apud Tertull. *in ipſum*, & *de præſcript. cap. 30.* quorum primus ex Syria, alter ex Ægypto, tertius ex Ponto Romam venientes, ſimulantes Catholicam fidem in Eccleſiam recepti fuerunt. Aliis omiſſis profero tantum exemplum ordinationis Origenis, quem virum tanta eruditionis glória præditum, tanta ſanctitatis laude celebrem, qui tot annorum in ſchola Alexandrinâ cum orbis admiratione, & Antiſtitis ſui approbatione, abſoluto curriculo confeſſionis etiam gloria celebris, non poterat non Sacerdotio dignus videri. Itaque cum vt ait Hieronymus de ſcriptor. *Eccleſiaſt. in* Origene, *Iam media eſſet ætatis, & propter Eccleſias Achaiæ, quæ pluribus hæreſibus vexabantur ſub teſtimonio Eccleſiaſtica epiſtola Athenas per Paleſtinam pergeret, à Theoctiſto, & Alexandro Cæſareæ, & Hieroſolymorum Epiſcopis Presbyter ordinatus eſt:* Qui tamen occulto impedimento non carebat: nam cum ſibi virilia amputaſſet, quo caſtitatem tutiùs ſeruaret irregularis erat ex *can. 21. & 22. Apoſt.* quæ fortè occaſio fuerat, cur à proprio Epiſcopo in Presbyterum non cooptaretur, & cum ipſe iuxta Demetrij teſtimonium ab Alexandro

D

E

Digitized by Google

A dro Episcopo Cæsareæ in Presbyterum ordinatus esset, variæ turbæ natæ fuerunt, primatæque offensiones, & non solum Valesiorum, seu Eunuchorum sectæ, verùm pertinaciæ eiusdem Origenis in suis erroribus tuendis, vt referunt Hieronymus *in Origen.* Epiphan. *hæres.* 58.

Sed si cognita esset vita, nota virtus, aperta modestia eorum, qui peregrè baptizati erant, sed iam per aliquod tempus in aliena Prouincia degissent, ritè ordinari poterant ab Episcopo proprio ratione domicilij: imò illis Ecclesiæ primis sæculis plerumque petente
B plebe, & suffragantibus meritis peregrè baptizatos, in clerum cooptatos, immo, & in Præsules electos fuisse constat ex sequentibus exemplis. D. Paulinus ab Episcopo Burdegalensi baptizatus ab Lampio Episcopo Barcinonensi ordinatus fuit, vt constat ex ipsius epist. ad Alip. quæ est 35. apud August. 45. verò per ipsius epistolas. *Quod enim indicasti iam de humilitatis nostræ nomine apud Mediolanum te dedicisse, cum illic initiareris, fateor curiosius me velle condiscere, vt ex omni parte te nouerim, quo magis gratuler, si à suscipiendo mihi patre nostro Ambrosio, vel ad fidem initiatus es, vel ad sacerdotium consecratus, vt eumdem ambo videamur habere auctorem: Nam ego,*
C *etsi à Delphino Burdegalæ baptizatus, à Lampio apud Barcinonam in Hispania; per vim inflammatæ subitò plebis sacratus sim: tamen Ambrosij semper, & dilectione ad fidem nutritus sum, & nunc in sacerdotij ordine confoueor. Denique suo me clero vendicare voluit, vt etsi diuersis locis degam ipsius Presbyter censear.* Hieronymus, qui Stridonis oppido natus in Dalmatia Romæ probabiliter creditur baptizatus, à Paulino Anthiochiæ Episcopo Presbyter ordinatus fuit, vt ipse refert *epist.* 57. 58. & 61. Augustinus qui patria Tagastensis Mediolani à Valerio Hipponensi Presbyter sacratus est. Quid plures alios enumerem, qui ferè innumeri sunt, quorum aliquos refert Hallerius *de sacris electi. cap.* 3. *art.* 1. §. 4. *fol.* 608. Prohibentur ergo sacris initiari ordinibus peregrè baptizati, eo quod eorum vita, & conuersatio ignota sit, ne tamen exinde inferas eo quod specialiter à PP. prohibetur peregrè baptizatos in alienis Prouinciis ordinari; alios etiam alienæ diœcesis posse ab extraneis Episcopis in clerum promoueri: hoc enim iam temporibus Apostolorum vetitum fuisse probant latè *in cap. cum dilectus de tempor. ordin.* Agunt enim PP. in præsenti de his, qui ratione domicilij, aut beneficij à proprio Episcopo poterant ordinari, nisi eorum vita ignota esset, quia peregrè baptizati erant. Si autem vt peregrini adhuc degebant, nec domicilium contractum habebant ex prædicta generali regula ordinari nequibant in alienis Prouinciis. Nisi accipiamus hunc Canonem de illis, qui peregrè baptizati erant in Ecclesia, quæ aut incursionibus hostium, aut persecutione Tyrannorum desolata erat, quo casu migrantes in alienas Prouincias eorum suffragantibus meritis ordinari poterant, sed si eorum vita ignota erat; quia peregrè baptizati fuerant, nec adhuc diutiùs conuersati in ea Prouincia essent, vbi in Clerum promoueri petebant, ordinari prohibentur à Patribus. GONZALEZ.

De epistolis communicatoriis Confessorum.

De literis Confessorijs & communicatorijs.

D

Canon XXV.

Omnis qui attulerit literas Confessorias, sublato nomine Confessoris, eo quòd sub hac nominis gloria partim concutiant simplices, communicatoriæ dandæ sunt ei literæ.

Canon XXV.

Omnis qui attulerit literas confessorias, sublato nomine Confessoris, eo quòd sub hac nominis gloria passim concutiant simplices, communicatoriæ dandæ sunt ei literæ.

E

CAPVT QVINQVAGESIMVM-PRIMVM.

De priuilegijs Confessorum in literis indulgentiæ dandis.

TAntus honor designatis Martyribus (quos ob confessionem fidei in tormentis factam, Confessores vocabant) habebatur olim, non solùm à plebe, sed & ab Episcopis, vt lapsis permitterentur pacem posse dare. Commeabant enim lapsi ad carceres, pacem à Confessoribus petentes, antequam pro Christo mortem capesserunt; illi verò vicissim petentium desideria ponderantes, singulorum rationes & merita, delictorúmque genera expendentes, pacem nonnullis concedebant, eámque libello seu literis à se subscriptis signatam ad Episcopum destinabant: qui diligentiùs examinatis singulorum desideriis, pœnitentia, exomologesi, & manus impositione præuia

ad

ad communionem eos admittebat. Erant enim ſancti Patres maiores noſtri perſuaſi, vt ait D. Cyprianus, tantum apud Deum ſanctorum Martyrum preces & merita valere, vt ab illo facilè poſſent lapſis, quibus pacem promittebant, delictorum veniam impetrare. Tertullianus [d], [Non ergo dicat (de dæmone agit:) In meo ſunt, tentabo illos vilibus odiis, affectionibus, aut inter ſe diſſenſionibus. Fugiat conſpectum veſtrum, & in ima ſua deliteſcat, contractus & torpens; tanquam coluber excantatus aut effumigatus. Nec illi tam bene ſit in ſuo regno, vt vos committat: ſed inueniat munitos, & concordia armatos; quia pax veſtra bellum eſt illi. Quam pacem quidam in Eccleſia non habentes, à Martyribus in carcere exorare conſueuerunt. Et ideò eam etiam propterea in vobis habere, & fouere, & cuſtodire debetis; vt ſi fortè & aliis præſtare poſſitis.] Quem Eccleſiæ morem repetit etiam in libro de pudicitia, in quo parum piè & Chriſtianè contra veniam criminum & pacem, quam Martyres quidam mœchis donabant, lapſis verò negabant: agit latiſſimè. Diuus Cyprianus [e] ad Presbyteros & Diaconos. [Quoniam tamen video facultatem veniendi ad vos nondum eſſe, & iam æſtatem cœpiſſe, quod tempus infirmitatibus aſſiduis & grauibus infeſtat, occurrendum puto fratribus noſtris; vt qui libellos à Martyribus acceperunt, & prærogatiua eorum apud Deum adiuuari poſſunt, ſi incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præſentia noſtra, apud Presbyterum quemcunque præſentem, vel ſi Presbyter repertus non fuerit, & vrgere exitus cœperit, apud Diaconum quoque, exomologeſim facere delicti ſui poſſint, vt manu eis in pœnitentiam impoſita, veniant ad Dominum cum pace, quam dari Martyres literis ad nos factis deſiderauerant. Cætera quoque plebem, &c.] Harum autem literarum (quas dabant Confeſſores) exemplar in Tertulliano vel Cypriano expreſſum non inueni: inueni tamen ſpecimen quoddam in epiſtola Luciani [f] ad Celerinum, quæ exſtat inter opera Cypriani. Agens enim de Paulo Martyre libellos dante, ſic inquit. [Cùm benedictus Martyr Paulus in corpore eſſet, vocauit me & dixit mihi: Luciane, coram Chriſto tibi dico, vt ſi quis poſt accerſionem meam, abs te pacem petierit, des in nomine meo; ſed & omnes, quos Dominus in tanta tribulatione accerſire dignatus eſt.] Simile eſt etiam in epiſtola Luciani [g] nomine omnium Confeſſorum conſcripta, quam mox referemus.

Hanc autem pacem dare Confeſſores lapſis, vel literas pacificas, idem eſt, quod hæreticos vel à communione Eccleſiæ ſemotos, Eccleſiaſticæ communioni ante expletum pœnitentiæ tempus ſociare. Decernit ergo Concilium, in honorem & reuerentiam deputatorum Martyrum, vel ſi mauis Confeſſorum, vt lapſis qui attulerint literas Confeſſorias, literæ dentur communicatoriæ, quibus conſtet fidelibus, eos ad vnitatem & Eccleſiæ Catholicæ communionem fore admittendos. Quod decretum etiam Concilium Arelatenſe [h] primum, quòd paulò poſt in Gallia eſt habitum quo Illiberritanum hoc in Hiſpania. [De his qui Confeſſorum literas afferunt, placuit, vt ſublatis eis literis, alias accipiant communicatorias.]

Sed quæ ſit canonis huius ſententia, dum ait: Eò quòd ſub hac nominis gloria partim concutiant ſimplices, non adeò facilis erit explicatio, niſi obſeruemus verbum illud: Partim, pro Paſſim, deprauatè legi, Paſſim autem ſimplices concuti literis Confeſſoriis, ideò Patres dixerunt vt explicarent, quare auferre illas iuſſerint, & in earum locum ſubſtituerint communicatorias: ea autem hæc eſt. Cùm in literis illis ſeu libello Martyres vel Confeſſores in nomine ſuo pacem dari lapſis dicerent, quod ſolis Epiſcopis competebat, vt teſtatur D. Cyprianus [i], exiſtimabant nonnulli ſimplices & (vt idem Cyprianus [k] ait) circa intelligentiam Dominicæ lectionis minùs periti, peccata dimitti in Pauli Martyris (verbi gratia) vel alterius Confeſſoris nomine, non verò in nomine Chriſti; quod ipſe in Luciano notat reprehenditque ſeueriſſimis verbis; quam, quòd lucem his præferret & aliis quæ dicturi ſumus, cogor ſanè recitare.

[Poſt factas ad vos literas, fratres cariſſimi, quibus actus noſter expoſitus & diſciplinæ ac diligentiæ quantulacunque ratio declarata eſt, aliud acceſſit, quod nec ipſum latere vos debuit. Nam frater noſter Lucianus & ipſe vnus de Confeſſoribus, fide quidem calidus & virtute robuſtus, minùs Dominica lectione fundatus, quædam conatus eſt, imperiti iam pridem ſe vulgi auctorem conſtituens, vt manu eius ſcripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur, cùm Mappalicus Martyr cautus & verecundus, legis ac diſciplinæ memor, nullas contra Euangelium literas fecerit: ſed tantùm domeſtica pietate commotus, matri ſuæ & ſorori, quæ lapſæ fuerant, mandauerit pacem dari: Saturninus quoque poſt tormenta adhuc in carcere conſtitutus, nullas

ciuſmodi

[d] *Tertull. lib. ad Martyres in princip.*

Idem lib. de pudicitia.22.

[e] *Cyprian. epiſt.13. ad Presbyter. & Diacon. quem morem repetit epiſtola 14. ad Presbyteros & Diaconos & 15. 18. 19. 20. 23. 29. & alibi ſæpè.*

[f] *Lucian. epiſt. ad Celerinum inter opera Cyprian. 1. tom. epiſt.22.*

[g] *Epiſtola 17 inter Cypriani.*

[h] *Concil. Arelat. can.9.*

[i] *D. Cyprian. epiſt. 10. ad Martyr. & Conf. ſſ*

[k] *Idem in epiſt.23. ad Presbyt. & Diacon. Roma conſtit.*

A eiusmodi literas emiserit. Lucianus verò non tantùm Paulo adhuc in carcere posito, nomine illius libellos manu sua scriptos passim dedit, sed & post eius excessum, eadem facere sub eius nomine perseuerauit, dicens hoc sibi ab illo mandatum; nesciens Domino magis, quàm conseruo obtemperandum. Aurelij quoque adolescentis tormenta perpessi nomine, libelli multi dati sunt, eiusdem Luciani manu scripti, quòd literas ille non nosset: cui rei vt aliquatenus posset obsisti; literas ad eos feci, quas ad vos sub Epistola priore transmisi; quibus petere & suadere non destiti, vt Dominicæ legis, & Euangelij ratio teneretur. Postquam verò ad eos literas misi, vt quasi moderatius aliquid & temperantius fieret, vniuersorum Confessorum nomine idem Lucianus epistolam scripsit, qua penè omne vinculum fidei, & timor Dei; & mandatum Domini, &
B Euangelij sanctitas, & firmitas solueretur. Scripsit enim omnium nomine, vniuersis eos pacem dedisse, & hanc formam per me aliis Episcopis innotescere velle: cuius epistolæ exemplum ad vos transmisi. Additum est plane, de quibus ratio constiterit, quid post commissum egerint. Quæ res maiorem nobis conflat inuidiam, vt nos cum singulorum causas audire, & excutere cœperimos, videamus multis negare, quod se nunc omnes iactant à Martyribus & Confessoribus accepisse. Denique huius seditionis origo iam cœpit, nam in prouincia nostra per aliquot ciuitates, in præpositos impetus multitudinum factus est, & pacem quam semel cupidis à Martyribus & Confessoribus datam clamitabant, confestim sibi repræsentari coëgerunt, territis & subactis præpositis suis, qui ad resistendum minùs virtute animi, & robore fidei prævalebant. Apud nos etiam quidam turbulenti, qui vix à nobis in præteritum regebantur,
C & in nostram præsentiam differebantur; per hanc epistolam, velut quibusdam facibus accensi, plus exardescere, & pacem sibi datam extorquere cœperunt. De quibus quales ad Clerum nostrum literas fecerim, exemplum vobis misi: sed & quid mihi Caldonius collega pro integritate, & fide sua scripserit, quidve ego ei rescripserim, vtrumque ad vos legendum transmisi: exempla quoque epistolæ Celerini boni & robusti Confessoris, quam ad Lucianum eundem Confessorem scripserit, item quid Lucianus ei rescripserit, misi vobis; vt scire-tis & laborem circa omnia, & diligentiam nostram & veritatem ipsam discere-tis: Celerinus Confessor quàm sit moderatus & cautus, & humilitate ac timore & sectæ nostræ verecundus: Lucianus verò circa intelligentiam Dominicæ lectionis, vt dixi, minùs peritus, & circa inuidiam verecundiæ nostræ relinquendam facilitate sua molestus. Nam cùm Dominus dixerit in nomine Patris & Filij
D & Spiritus sancti Gentes tingui, & in baptismo præterita peccata dimitti; hic præcepti & legis ignarus, mandat pacem dari & peccata dimitti in Pauli nomine: & hoc sibi dicit ab illo esse mandatum, sicut in literis eiusdem Luciani ad Celerinum factis animaduertetis. Quibus minimè considerauit, quòd non Martyres Euangelium faciant; sed per Euangelium Martyres fiant, quando & Paulus Apostolus, quem Dominus vas electionis suæ dixit, posuerit in epistola sua, dicens: Miror quòd sic tam citò demutamini ab eo, qui vos vocauit in gratiam, sed aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi si sunt aliqui, qui vos turbant & volunt conuertere Euangelium Christi: sed licet nos, aut Angelus de cœlo aliud adnunciet, præterquam quod adnunciauimus vobis, Anathema sit, sicut prædiximus: & nunc iterum dico, Si quis vobis adnunciauerit, præterquam quod accepistis, Anathema sit.]

E Cùm enim has literas Confessores, animo solùm intercedendi pro lapsis, ad Episcopos scriberent, Episcopi verò condignum confessioni & martyrio honorem tribuentes, integram earum haberent rationem, rudiores quidam è plebe non petebant veniam illam dari ab Episcopis (cùm Episcopi solùm eam dare possent) sed quasi iam datam à Confessoribus, vindicabant ab Episcopis, & tanquam iure debitam extorquebant, eodem Cypriano [1] teste. Cui malo vt obuiam iret Concilium, decernit, auferendas esse literas Confessorum, ne in eorum nomine pacem dari, non verò in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti existimarent rudiores: & vt obseruato legitimo atque canonico absolutionis ordine, communionem pacis (vt moris erat) Episcopo concedente, debita etiam ratio delictorum & meritorum in singulis lapsis obseruaretur; ne ob nimiam & generalem Confessorum indulgentiam, Ecclesiasticæ disciplinæ vigor aut frigesceret,

[1] *Cyprian. epist. 29. ad Presbyteros & Episcopos Romæ consistent.*

gescerent, aut tepescerent. Quod fecerat Lucianus nomine omnium Confessorum, in epistola [m] ad Cyprianum, his verbis. A

[m] *Extat inter epistol. Cypriani. num. 17.*

VNIVERSI CONFESSORES Cypriano Papæ salutem.

SCias nos vniuersis, de quibus apud te ratio constiterit, quòd post commissum egerint, dedisse pacem: & hanc formam per te & aliis Episcopis innotescere voluimus. Optamus te cum sanctis Martyribus pacem habere. Præsente de clero, & exorcista & lectore, Lucianus scripsit.

[n] *D. Cyprian. epistola 29. ad Presbyteros & Diaconos Romæ consistentes.* Et *Cleri Roman. ad eumdem Cyprianum epist 30.*

Quod & ipse Cyprianus [p] longiori sermone refert, & grauiori dolore prosequitur ad Presbyteros & Diaconos Romæ consistentes, & ipse Clerus Romanus ad eumdem Cyprianum, quorum epistolas lubens omitto, ne illarum recitatio pariat molestiam. B

Cùm Martyres, igitur, concedendis his literis in multis peccassent, in concedendo eas passim & sine delectu omnibus lapsis, in eo quòd suis libellis non designassent nominatim eos quibus pacem indulgeri vellent, sed generaliter dicerent: [Communicet] ille cum suis] non obseruato ordine quem antecessores Martyres obseruauerant, illa animaduerti vult à Confessoribus, in epistola ad ipsos, quam recitare visum est: quòd non solùm his, sed & sacerdotibus modum præscribat, quem in absolutione lapsorum, & in executione literarum pacificarum vellet obseruari. [Solicitudo loci (inquit) nostri & timor Domini compellit, fortissimi ac beatissimi Martyres, admonere vos literis nostris, vt à quibus tam deuotè & fortiter seruatur fides Domino, ab iisdem lex quoque & disciplina Domini reseruetur; nam cum omnes milites Christi custodire oporteat præcepta imperatoris sui, tum vos magis præceptis eius obtemperare plus conuenit; qui exemplum cæteris facti estis & virtutis & timoris Dei. Et crediderat quidem Presbyteros & Diaconos, qui illi præsentes sunt, monere vos & instruere plenissimè circa Euangelij legem, sicut in præteritum semper sub antecessoribus nostris factum est, vt Diaconi ad carcerem commeantes, Martyrum desideria consiliis suis & scripturarum præceptis gubernarent: sed nunc cum maximo animi dolore cognosco, non tantùm illic vobis non suggeri diuina præcepta, sed adhuc potiùs impediri, vt ea quæ à vobis ipsis & circa Deum caute, & circa sacerdotem Dei honorificè fiunt; à quibusdam Presbyteris resoluantur, qui nec timorem Dei, nec Episcopi honorem cogitantes, cùm vos ad me literas direxeritis, quibus examinari desideria vestra, & quibusdam lapsis pacem dari postulastis, cum persecutione finita conuenire in vnum cum clero & recolligi cœperimus; illi contra Euangelij legem, contra vestram quoque honorificam petitionem, ante actam pœnitentiam, ante exomologesim grauissimi atque extremi delicti factam, ante manum ab Episcopo & clero in pœnitentiam impositam, offerre lapsis pacem, & Eucharistiam dare, id est, sanctum Domini corpus, profanare audeant; cum scriptum sit: Qui ederit panem, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & sanguinis Domini; Et lapsis quidem potest in hoc venia concedi. Quis enim non mortuus viuificari properet? Quis non ad salutem suam venire festinet? Sed præpositorum est præceptum tenere, & vel properantes, vel ignorantes instruere, ne qui ouium pastores esse debent, lanij fiant. Ea enim concedere, quæ in perniciem vertant, decipere est; nec erigitur sic lapsus, sed per Dei offensam, magis impellitur ad ruinam. Vel ex vobis itaque discant, quod docere debuerant. Petitiones & desideria vestra Episcopo seruent, & ad pacem vobis petentibus dandam maturum & pacatum tempus expectent. Ante à Domino pacem mater prior sumat, tunc secundum vestra desideria, de filiorum pace tractetur. Et quoniam audio, fortissimi & carissimi fratres, impudentia vos quorundam premi, & verecundiam vestram vim pati; oro vos quibus possum precibus, vt Euangelij memores, & considerantes quæ & qualia in præteritum antecessores vestri Martyres concesserint, quam solliciti in omnibus fuerint, vos quoque sollicitè & cautè petentium desideria ponderetis, vtpote amici Domini, & cum illo postmodum iudicaturi inspiciatis, & actum & opera & merita singulorum: ipsorum quoque delictorum genera & qualitates cogitetis, ne si quid abruptè & indignè vel à vobis promissum, vel à nobis factum fuerit, apud Gentiles quoque ipsos Ecclesia nostra C D E

[o] *Idem Cyprian. num. 11.*

1. *Cor. 11.*

Matth 7.

erubescere

A erubeſcere incipiat. Viſitamur enim & caſtigamur frequenter, & vt in nobis Domini mandata incorrupta & inuiolata permaneant, admonemur, quod quidem nec illic apud vos ceſſare cognoſco, quo minus plurimos quoque ex vobis inſtruat ad Eccleſiæ diſciplinam diuina cenſura. Hoc autem totum poteſt fieri, ſi ea quæ à vobis petuntur, ne facilè tribuantur, religioſa contemplatione moderemini, intelligentes & comprimentes eos, qui perſonas accipientes, in beneficiis veſtris, aut gratificantur, aut illicitæ negociationis nundinas aucupantur. De hoc & ad clerum & ad plebem literas feci, quas vtraſque vobis legi mandaui. Sed & illud ad diligentiam veſtram redigere & emendare debetis, vt nominatim deſignetis eos quibus pacem dari deſideratis. Audio enim quibuſdam ſic libellos fieri, vt dicatur: Communicet ille cum ſuis; quod nunquam omnino à
B Martyribus factum eſt, vt incerta & cæca petitio inuidiam nobis poſtmodum cumulet; latè enim patet, quando dicitur: Ille cum ſuis; Et poſſunt nobis viceni & triceni, & ampliùs offerri, qui propinqui & affines, & liberti ac domeſtici eſſe aſſeuerentur eius, qui accipit libellum; & ideo peto, vt eos quos ipſi videtis, quos noſtis, quorum pœnitentiam ſatisfactioni proximam conſpicitis, deſignetis nominatim libello, & ſic ad nos fidei ac diſciplinæ congruentes literas dirigatis. Opto vos, fratres fortiſſimi, ac dilectiſſimi in Domino, ſemper bene valere, & noſtri meminiſſe.]

Ex qua epiſtola multa notatu digna elici poſſunt. Primum, quantus honor Confeſſoribus olim defertur, dum eorum libellis ante expletum pœnitentiæ tempus, lapſi ad communionem admitterentur I. non recentem, vt calumniantur hæretici, ſed antiquiſſimum eſſe indulgentiarum vſum; nec ad tempora Gregorij I. vt nonnulli volunt, ſed multo altiùs repetendam earum originem, dum
C ætate Cypriani & Tertulliani (vt vetuſtiora nunc omittamus) eas videamus in vſu. II. obſeruatum olim eundem ordinem in pacis ſeu indulgentiarum conceſſione, quem hodie vſurpari videmus; eo ſolùm excepto, quòd per Epiſcopos fieret tunc, quod nunc ſolus facit Romanus Pontifex, ſi breuioris temporis indulgentias omittamus: & quòd Epiſcopo fiebat illa exomologeſis, vel presbyteris ab Epiſcopo ad eam rem deputatis, quæ hodie conceſſo priuilegio Crucis (vulgò bullam Cruciatam dicunt) cuiuis ſacerdoti electo à pœnitente & ab Ordinario probato committitur. IV. antiquum fuiſſe morem, vt diaconi in carcerem mitterentur, vt Martyrum deſideria ſuis conſiliis gubernarent, ne videlicet nimia lapſorum importunitate aut decepti aut compulſi, pro omnibus vel
D pro his apud Epiſcopos intercederent, & quibus ob grauiſſima crimina pœnitentiam augeri magis, quàm relaxari deceret; & ſic vel diſſiparetur Sanctus Eccleſiæ theſaurus, vel cogerentur Epiſcopi ſpreta debita Martyribus reuetere rentia, libellos reiicere. Quòd ſi diaconi & presbyteri hanc admonitionem omitterent; ſolebant Epiſcopi verbo vel literis (vt fecit nunc Cyprianus) Confeſſores monere, ne in dandis literis pacis, nimis lapſorum petitionibus indulgerent. V. libellos generaliter non eſſe concipiendos, ſed nominatim in illis eſſe deſignandos, quibus pax eſſet indulgenda. VI. eis tantùm libellos pacis eſſe concedendos, quos verè Confeſſores noſcerent & quorum pœnitentiam ſatisfactioni proximam conſpicerent. Ac tandem ex his omnibus conſtat, quæ fuerint Confeſſoriæ literæ vel Confeſſorum; quæ literæ communicatoriæ, ac tandem qua ratione ſublatis primis, ſecundas Concilium ſubſtituendas conſtituat. Ex quo etiam notandum eſt,
E minùs rectè epigraphen (quam ſummarium vocant) adiectam fuiſſe huic canoni, cùm dicit: De epiſtolis communicatoriis Confeſſorum: cum literas communicatorias certum ſit, ab Epiſcopis tradi conſueuiſſe. Hodie autem cum ſumma Dei prouidentia, & Catholicorum Principum religio diuturnam Eccleſiæ pacem pepererit: liberaque prædicandæ veritatis facultas ſit, deferueſcente aduerſariorum Eccleſiæ æſtu, Martyrij exercendi occaſio ſublata eſt, & literarum harum ſcribendarum abolita conſuetudo. In eis autem prouinciis, in quibus orthodoxi ob fidei confeſſionem; variis & exquiſitis tormentis, ab hæreticis, vel infidelibus afficiuntur, ſi detenti vinculis pro reis apud Epiſcopos interceſſerint, ſpernendas pia illorum preces non putarim.

COMMENTARII NOVI.

IDem cautum est in Concil. Arelat. 1. *cap.* 9. ad retundendam confessorum tumidam iactantiam; de qua Cyprianus *in epistolis* scripsit. Epistolæ commendatitiæ, quæ *litteræ* appellantur fidelibus datæ, diuersi generis erant: complectebantur enim litteras confessionis; & hæ erant dignitatis, & honoris, quibus in Ecclesiis magna reuerẽtia habebatur. Fuerunt & *communicatoriæ* litteræ, vt cum plebe aliena fideles communicarent sine erroris periculo, quæ & scriptura dimissoria dicitur 6. generali Synodo *c.* 17. Aliquando *commendatitiæ* litteræ, vt in Conc. Chalced. *c.* 12. Dicuntur & *formatæ*, vt in Mileuit. *c.* 20, eo quòd certis notis, & sub certa forma erant scriptæ: vt constat ex Conc. Carthag. 5. *c.* 7. In formatis autem oportet esse subscriptum sanctum Paschæ diem. Vocabantur, & *pacificæ*, & *Canonicæ* litteræ. Atque hæc de epistolis, quibus fideles commendabantur. Exemplum formatæ habes *distinct.* 73. *c.* In nomine Patris. LOAYSA.

Baronius *anno* 305. *n.* 48. & Bellarm. *lib.* 2. *de imag. c.* 9. litteras confessionis appellant, quas confessores, qui in persecutione fidem confitebantur, lapsis dabant eo fine, vt habentes hasce litteras ad communionem reciperentur. Qua licentia cum plurimi abuterẽtur, placuit, vt pro Confessoriis, Communicatoriæ, quæ ab Episcopis scribuntur, darentur. Vide quæ diximus suprà in Notis ad Vitam Sixti I. verbis, *non suscipiatur, nisi cum formatis.* VINNIVS.

Permagna est dissensio in huius Canonis sententia, & explicatione, & noni Arelatensis primi, *De his, qui Confessorum litteras offerunt, placuit, vt sublatis his litteris alias accipiant communicatorias.* Quorumdam opinio est hos ipsos Canones explicandos esse de litteris, quas lapsis ad ius communionis recuperãdum à Martyribus, qui essent in vinculis, extorquebant. C Baronius ann. Christi 30. n. 48. *Placuit, quoniam vsus perseuerare videbatur, vt litteris, quæ describerentur ab ijs, qui causa fidei in carcere detinerentur, communicatio lapsis impertiretur*, eiusdem anno Christi 314. n. 65. Quod, vt ita dissereret ex D. Cypriani verbis contigisse arbitro, qui omnibus penè suis litteris vehementer obiurgat Martyres, & confessores, quod nulla prorsùs habita disciplinæ ratione, communicatorias litteras lapsis indulgerent, tantáque licentia, ac facilitate, vt Ecclesiæ statum euerterent, atque omnem religionem funditus tollerent: quæ enim, inquit ille, potest esse sanctitas, aut disciplina si rei non plectantur, & decreta peccatis supplicia remoueantur?

Ne igitur diutiùs hoc malo Ecclesia laboraret, his canonibus PP. prouidisse volunt. Ego verò etsi C. Baronij, Garciæ Loaysæ, Bernardinique Ferrarij iudicium non patui ducam, eos tamen horum canonum sententiam, Patrúmque mentem, qui illos condiderunt, minùs assequutos esse, hæ rationes mihi persuadent. Equidem Martyrum olim authoritatem in tantum creuisse, vt lapsis pacem, & veniam procurarent, apertum est, litterisque fontes in pristinum statum restituerent: sed hunc ab Ecclesia errorem ante ipsa concilia, quibus hi Canones habentur, sublatum esse eiusdem D. Cypriani scripta satis declarant; nam acerbè in Martyres inuehitur *epist.* 15. 16. 17. 18. 19. & 20. *libri tertij*, eorumque potestatem imminuendam, & coërcendam esse docet, statuitque lapsos non nisi in exitu recipiendos esse, quamuis à Martyribus commendarẽtur: quidi nõne Martyres, *ep.* 7. *lib.* 2. (quod omnibus indignum Romæ viderentur, eos hac vti potestate) litteras quas ipsi lapsis dederant, reuocarunt? *Quamquam confessorum quoque, quos hic adhuc in carcerem dignitas fuæ confessionis inclusit, & ad certamen Euangelicum fua fides in confessione iam gloriosa semel coronauit, litteras habeas conspirantes cum litteris nostris, quibus seueritatem Euangelicæ disciplinæ protulerunt, & illicitas petitiones ab Ecclesia pudore reuocarunt.* In Africa quoque fortiter huic potestati sese opponit D. Cypr. in resp. ad Martyres epist. 15. lib. 3. *Cum vos ad me litteras direxeritis, quibus examinari desideria vestra, & quibusdam lapsis pacem dare postulastis, cum persecutione finita conuenire in vnum cum clero, & recolligi cœperimus.* Multa denique eiusdem argumenti in eiusdem scriptis leguntur, quibus magna fit significatio hanc nimiam Martyrum potestatem D. Cypriani ætate labefactatam fuisse.

Deinde nil tam perspicuum est quam Arelatense Concilium sub Constantino habitum esse, quo tẽpore pauci religionis causa in carcere, fodinis, arenariis, aut triremibus detinobantur. At verò in ipsis verbis horum canonum inest aliqua ratio, & nota credendi has litteras, de quibus est quæstio, quasi è longinquo allatas esse. *Omnis, qui attulerit.* Item in Arelatensi, *qui confessorum litteras afferunt.*

Miror etiam hos homines in primis acutos non vidisse de litteris, istis Conciliis mentionem esse, que non solùm à Martyribus, sed etiam ab Episcopis darentur, *Communicatoriæ ei dandæ sunt litteræ*: item *placuit, vt sublatis ijs litteris alias accipiant communicatorias*, at nusquam reperient expiatos pœnitentes libellum ab Episcopis, aut à quouis alio à quo absoluti essent accepisse, quo absolutos, & liberatos esse innotesceret; eoque minùs quod publicè, & magna corona de eorum in Ecclesiam reditu deliberaretur: atque ita magnoperè opus non erat litteris testari, quod palam factum esset. His omnibus adde Martyres lapsis litteras non dedisse, nisi absentes, vt constat ex D. Cypriano, & Tertul. ad Martyr. & de Pudicitia: *Quam pacem quidam in Ecclesia non habentes à Martyribus in carcere exorare consueuerunt.* Item, *alij ad metalla confugiunt, & inde communicatores reuertuntur*, Item, vt *quisque ex consensione vincula induit, adhuc mollia in nouo custodiæ nomine statum ambiunt macchi.* At Ecclesiæ reddita pace, quæ causa poterat esse, quamobrem pro lapsis si qui ea tempestate super essent, coram non intercederent?

Quænam igitur possit esse horum canonum sententia, & interpretatio, si quis à me quærat eam ad litteras communicatorias, siue formatas referrem, quas qui peregrè proficiscerentur à Martyribus, non verò ad litteras quas

ab

A ab iisdem lapsi, vt absoluerentur, & in gratiam cum Ecclesia rediren, extorquebant. In vsu apud antiquos erat potissimum Episcopos peregrinis Epistolas concedere, vt quocumque incederent, hospitio à cæteris Christianis, & ab Episcopis exciperentur; quo viatico, si muniti, & instructi non processissent, ius eis communionis Christianæ denegatum fuisset. Quidam verò reperiebantur (vt ex his Canonibus apparet) qui cum peregrè è patria abirent, litteras illas communicatorias, sine quibus non poterant discedere, à confessoribus potiùs, quam à suis Episcopis acciperent: quæ prana consuetudo his canonibus tollitur, iubentque Patres legitimas ab Episcopis,
B (sublatis iis, quæ à confessoribus circumferuntur) concedi. Præterea ea, quæ supra attulimus hæc etiam verba in nostram explicationem inclinant, *eo quod sub hac nominis gloria passim concutiunt simplices*, quomodo enim ad litteras communicatorias lapsorum, hæc verba accommodari possunt? Nam eæ Episcopis erant tradendæ, vt earum commendatione lapsi restituerentur. Nemo enim nisi à propriis Episcopis absoluebatur, quos quis credat rerum adeò ignaros, vt à Concilio simplices vocentur? aut falsis eiusmodi litteris,
C aut Confessorum variis titulis eos potuisse commoueri? Peregrinis verò hæc ipsa verba magis conueniunt, qui quacumque transirent, simplices Christianos, & fœminas hac Martyrum commendatione poterant concutere, & à simplicibus Parochis ius hospitalitatis, & communionis emungere. De litteris igitur quas peregrini circumferrent, non verò de litteris, quibus lapsi communionem quærerent, hi Canones sunt intelligendi.

Postremò alibi ostendimus, Martyrum litteras de lapsis restituendis, nullum apud Episcopos, nisi post eorum mortem pondus habuisse: quod cum sub Constantino accidere
D non posset, vt quisquam pro fide morte mulctaretur, quis litteras sibi non profuturas, commendationemque efflagitasset, quam certò sciret nullo sibi vsui futuram?

Sublato nomine confessoris, hæc verba nihil aliud significant, quam confessorum litteras tollendas esse, & alias ab Episcopis substituendas, vt ex Canone Arelatensi manifestum fit, qui in eamdem rem sancitus est. ALBASPINÆVS.

Inter alias litterarum formas, quas primis Ecclesiæ sæculis obseruatas fuisse iam obseruarunt, & illustrarunt Baron. *tom. 2. anno Christ.* 192. *& tom. 3. anno* 395. Turrian. *pro epist. Pontif. lib. 3. c. 5.* Bernardinus Ferrarius *integro opusc. de antiquo epist. Ecclesiast. genere.* Hurtado *de vero Martyrio resol. 34. sect. 4.* & nos in *c. 1. de clericis peregrin.* præcipuè in vsu fuerunt confessoriæ, & commendatoriæ. Confessoriæ dicebantur illæ, quæ à Confessoribus, hoc est ab iis qui persecutionis tempore gloriosa voce Deum confessi in carcere detinebantur, vel qui fidei causa ad metalla dãnati erãt dabantur lapsis, vt earum virtute ab Episcopis pacem consequerentur, insque communionis recuperarent tradit passim, Tertull. *in lib. ad Mart. & de Pudic. c. 22.* licet iam labe Montani fœdatus ægrè ferret carnis in crimine lapsos per easdem litteras ad communionem recipi; idem refert D. Cyprianus *epist. 10. 11. 12.* vbi plura notarunt Ripaltius, & Pamelius, Lindanus *in Panoplia Euangel. lib. 4. c. 73.* Baron. *anno* 753. Ferrarius *lib. 2. c. 9.* Albaspinæus *lib. 1. obseru. c. 20.* Fluxisse autem indè ea litterarum consuetudo videtur, quod lapsi priusquam reconciliarentur Ecclesiæ ab Episcopis pro pace assequenda, mitterentur ad Confessores, vt ab illis primò veniam peterent, in quos inuerecundiùs deliquissent, dum constanter illis confitentibus ipsi ignauiter pernegassent. Qua via consulebatur, & confessorum dignitati, & lapsorum vtilitati, qui ita cogebantur victi se victoribus subijcere. Vnde lapsis litteras ab illis exorantibus cœperunt confessores pacem, iusque communionis illis concedere, quod nihil aliud erat, quam relaxatio satisfactionis per Episcopum lapso impositæ, atque ad Ecclesiæ communionem, ob confessorum commendationem admissio. Communicatoriæ litteræ dicebãtur, quibus muniti fideles Catholicos se, ac Catholica proinde cõmunicatione dignos vbique terrarum probabant, per easque licebat fidelibus vbique sine erroris periculo communicare, hoc est fratrum consortio vti, ad communes in Ecclesia preces conuenire & Eucharistiæ participatione gaudere: de quibus litteris infra plura dabimus in can. 58.

His ita animaduersis perueniamus iam ad præsentis canonis sententiam vbi de litteris his cõfessoriis, & communicatoriis agitur. Et Thomas Hurtado *de vero Martyrio resol. 34. sect. 4.* nouam excogitauit interpretationem deductam ex verbo illo *conuitiant*, quo PP. vtuntur, cuius genuina significatio est vi, aut terrore potestatis aliquid exprimere sub nomine, & authoritate alicuius in dignitate constituti *l. si simulato ff. concussion.* vti notauit A. Matthæus *c. 1.* Autumauit ergo Hurtadus PP. in præsenti canone intendere præpedire concussiones quas quidam demonstratis litteris confessoriis faciebant simplicibus, à quibus pecunias passim extorquebant, ita vt ablatis ab eis litteris confessoriis communicatoriæ darentur, vt ita non simulato Martyris nomine, seu confessoris authoritate simplices concutiant & pretium, aut rem pretio æstimabilem extorqueant: sed hæc docti viri subtilis interpretatio supponit alios simulasse sub nomine confessoris, Martyris sue litteras, & vt eas simplicibus lapsis concederent concussionem perpetrasse, & tunc quomodo poterant Patres statuere, vt pro his falsis litteris, & simulatis, quæ à concussoribus deferebantur, vt lapsis concederent per concussionem litteræ communicatoriæ darentur, nec tot personas, & ambages littera huius canonis admittit. Existimabant ergo, quod cum huiusmodi litteras confessorias, quam plures confessores eas lapsis exorantibus concederent, ipsaque lapsi importunis precibus extorquentes ad Episcopos, & Presbyteros deferentes pacem, & veniam ab eis non petebant sed vindicabant, quasi à confessoribus iam acceptam, & sub gloria nominis confessoris eas concedentis communionem se habere iactabant, simplices concutientes, ideſt virtute litterarum, & sub nomine confessoris ius communionis recipientes, quasi in ipsis litteris non tantum commendatio confessoris verum, & plena

absolutio contineretur; circa quos statuerunt PP. vt sublato nomine confessoris, vel sublatis illis litteris, vt dicitur *in d. c. 9.* Conc. Arelat. 1. communicatoriæ illis concedantur, & ita ius communionis per ea ab Ecclesia accepisse cognoscatur, non autem per ipsas litteras confessoris. Vndè retinenda est vulgaris lectio huius Canonis, quæ habet: *partim concutiant simplices*, idest in parte, quia quamuis litteræ à lapsis delatæ essent, & à confessoribus concessæ, quantumque ad hanc partem simplices non decíperent, tamen quo ad earum effectum simplices concutiebant, extorquentes ab eis communionem, & participationem, & consortium etiam sine Episcopi absolutione, eo quod Confessores plenè indulgentiam, & pacem illis concederent. Vndè non omninò, sed partim lapsi sub gloria nominis Confessoris simplices concutiebant asserentes eos non indigere exomologesi, & absolutione, sed iam sub gloria tanti nominis ius communionis habere. GONZALEZ. A

De hoc, vt omni sabbatho ieiunetur.	*Vt omni sabbatho ieiunetur.*
Canon XXVI.	*Canon XXVI.*
Errorem placuit corrigi: vt omni sabbathi die ieiuniorum superpositionem celebremus.	Errorem placuit corrigi: vt omni sabbathi die ieiunij superpositionem celebremus.

B

CAPVT QVINQVAGESIMVM-SECVNDVM.

Ieiunium sabbathi cur in Ecclesia Occidentali præceptum, in Orientali interdictum, explicatis in eam rem Clemente & Ignatio, & Canone LVI. Synodi VI. de quo & reliquis diffusè tractatum. C

IVuat lectorem orationis breuitas, gemino beneficio. In primis, vt minore cum labore, & maiore cum voluptate legat: deinde, vt lecta intelligat faciliùs, intellecta infigat memoriæ promptiùs, & retineat tenaciùs: nam amicum memoriæ quod breue, intelligunt omnes, qui multa pollent, qui mediocri, qui nulla. Qua de causa olim Græcorum & Romanorum Legislatores re & nomine sapientiæ clari, leges quibus vniuersam Rempublicam contineri deuinciríque volebant, adeò breui verborum contextu concipiebant, vt tanquam carmina breuissima à pueris publicè in viis recitarentur. Hanc mirificè placuisse huius Concilij Patribus satis dilucidè apparet, ex omnibus his quos condiderunt canones, eandémq; placere vellem recentioribus legum ciuilium & Ecclesiasticarum latoribus. Breuitatem autem hanc dilucidam esse oportet, non concisam, ne antiquæ sententiæ locus aperiatur: Obscurus fio, dum breuis esse laboro Intellixit hoc D. Isidor. [p] dũ docens quas leges, qui leges cõdunt, obseruare debuissent, illam præcipuè refert, quod lex sit manifesta, ne aliquid (inquit) per obscuritẽat in captionem obtineat: quod antea notauerat Plutarchus. [q] Expedit (ait) vt leges sint populo notæ; vnde veteres eas in tabulis & albo descriptas publicitus exhibebãt; quo cunctis essent conspicuæ: deinde vt verbis apertis miniméque perplexis descriptæ sint, ne contraria legislatoris menti sententia quandoque eruatur: quod vsu euenisse in huius canonis interpretatione constat, quibusdam recentioribus hoc canone contendentibus ieiunũ sabbathi prohiberi potiùs, quã præcipi. Sed contrariũ veriùs multo mihi visum est semper, & quia D. Hieronymus [r] affirmat Romanorum & Hispaniarum esse consuetudinẽ, vt sabbathum ieiunarent; & Eucharistiã quotidie acciperent: & quia ad aliquid constituendũ, non prohibendum, simili *loquendi* formula huius Concilij Patres vsos ex alio canone apparet; vt constituerẽt enim, vno die ab omnibus diem Pentecostes celebrandum, his verbis vsi sunt. [Prauam institutionem emendari placuit, iuxta auctoritatem Scripturarum, vt cuncti diem Pentecostes celebremus: quod qui non fecerit, quasi nouam hæresim induxisset, notetur.] Simile est quod hîc ipsi decernunt: quasi clariùs dixissent, errorem tolli: si sabbathi ieiunij superpositionem celebremus: quod antea quidã non fecissent: vel prauam institutionem emendari, si cuncti diei Pentecostes vna non egerint festiuitatem. Ieiunium autem sabbathi ideò ieiunij superpositionem vocasse Patres Hispanos crediderim, quòd soliti essent olim sexta feria ieiunare; quod ieiunium cùm ad sabbathum extendere placuisset, ideo ieiunij superpositionem nuncuparunt. D E

[p] *D. Isidorus lib. 5. Etymolog. cap. 11. & lib. 2. c. 10.*

[q] *Plutarchus in Solone.*

[r] *Hieron. epist. 28. ad Lucinum Baticum.*

Can. 43. huius Concily.

Sed

A Sed præcepto huic ſabbathi ieiunio aduerſari videtur D. Ignatij ſententia dum ad Philippenſes ſcribens ait: [Quicumque Dominicam aut ſabbathum ieiunauerit, præter vnum ſabbathum Paſchæ, ipſe eſt Chriſti interfector.] Nec ſolùm D. Ignatius huius [s] huius ſententiæ fuit auctor, ſed & omnes Apoſtoli: quos hæc decreuiſſe. D. Clemens [t] Petri ſucceſſor refert. [Si quis diem Dominicam, aut ſabbathum, vno ſolo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitur.] Multo clariùs idem Clemens huius decreti rationem reddidit, dum rurſus ſcribit [u]: [Sabbathi & Dominicum diem feſtum agite: quoniam illud naturæ conditæ eſt monumentum, hic reſurrectionis. Vnum autem ſabbathum ſeruandum vobis in toto anno, quod pertinet ad ſepulturam Domini, in quo ieiunare oportet, non feſtum agere.] Horum autem & aliorum Sanctorum Patrum, ſcriptorumque antiquorum diuerſas ſententias, vt ad concordiam reducamus, obſeruandum B eſt, diuerſam fuiſſe olim Orientalium Eccleſiarum à multis Occidentis in obſeruando ſabbathi ieiunio ſiue legem ſiue conſuetudinem, vt Auguſtinus [x] ſcribit Hieronymo. [Vellem me doceret benigna ſinceritas tua, vtrùm ſimulatè quiſquam ſanctus Orientalis, cum Romam venerit, ieiunet ſabbatho, excepto illo die Paſchalis vigiliæ? Quod ſi malum eſſe dixerimus, non ſolùm Romanam Eccleſiam, ſed etiam multa ei vicina, & aliquando remotiora damnabimus, vbi mos idem tenetur & manet. Si autem non ieiunare ſabbatho malum putauerimus, tot Eccleſias Orientis, & multo maiorem orbis Chriſtiani partem, qua temeritate criminabimur?] Id ipſum docet idem Auguſtinus [y] ad Caſulanum contra Vrbicum quendam Eccleſias Orientis accuſantem, quòd ſabbatho non ieiunarent. C [Quod vtinam (inquit poſt alia) ſic quæreret, aut ſic affirmaret, vt toto terrarum orbe diffuſam, exceptis Romanis & adhuc paucis Occidentalibus, apertiſſimè non blaſphemaret Eccleſiam. Hunc verò quis ferat per omnes Orientales, & multos etiam Occidentales populos Chriſtianos de tot tantíſque famulis famulabúſque Chriſti ſabbatho ſobriè modeſtéque prandentibus, ab iſto dici, quod in carne ſint?] In hac varia regionum conſuetudine, quid tenendum eſſet, viri pij olim hæſitarunt, vrgentibus hinc inde rationibus variis, quas ſingulæ ſibi prouinciæ delegerant. His motus Lucinius Hiſpanus conſuluit D. Hieronymum, an liceret ſabbatho ieiunare, vt in Hiſpania tunc decreto huius Concilij non conſtitutum modò, ſed & moribus receptum erat & obſeruatum. Quod autem illi reſponderit Hieronymus [z], eiuſdem verbis proponam: [De ſabbatho quod D quæris, vtrùm ieiunandum ſit, & de Euchariſtia, num accipienda quotidie, quod Romanæ Eccleſiæ & Hiſpaniæ obſeruare perhibentur; ſcripſit quidem & Hippolytus vir diſertiſſimus, & carptim diuerſi ſcriptores è variis auctoribus edidêre; ſed ego illud te breuiter admonendum puto, traditiones Eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiant, ita obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt; nec aliorum conſuetudinem aliorum contrario more ſubuerti.] Id ipſum ex beati Ambroſij ſententia D. Auguſtinus [a] reſpondit Presbytero Caſulano ancipiti hac difficultate impedito. [Indicabo quid mihi de hoc requirenti reſponderit venerandus Ambroſius, à quo baptizatus ſum, Mediolanenſis Epiſcopus. Nam cùm in eâdem ciuitate mater mea mecum eſſet, & nobis adhuc catechumenis parum iſta curantibus, illa ſolicitudinem gereret, vtrùm ſecundum morem noſtræ ciuitatis ſibi eſſet ſabbatho ieiunandum, an Eccleſiæ Mediolanenſis more prandendum, vt hac eam cunctatione liberaretem, interrogaui hoc ſupra dictum hominem Dei. At E ille: Quid poſſum inquit, hinc docere amplius, quam ipſe facio? Vbi ego putaueram nihil cum iſta reſponſione præcepiſſe, niſi vt ſabbatho pranderemus: hoc quippe ipſum facere ſciebam; ſed ille ſecutus adiecit: Quando hîc ſum, non ieiuno ſabbatho, quando Romæ ſum ieiuno ſabbatho, & ad quamcumque Eccleſiam veneritis (inquit) eius morem ſeruate, ſi pati ſcãdalum non vultis, aut facere. Hoc reſponſum retuli ad matrem, eique ſuffecit, nec dubitauit eſſe obediendum: hoc etiam nos ſecuti ſumus. Sed quoniam contingit, maximè in Africa, vt vna Eccleſia, vel vnius regionis Eccleſiæ, alios habeant ſabbatho prandentes, alios ieiunantes, mos eorum mihi ſequendus videtur, quibus eorum populorum congregatio regenda commiſſa eſt. Quapropter ſi conſilio meo, præſertim quia in hac plus fortè, quàm ſatis fuit, te petente atque vrgente locutus ſum, libenter acquieſcis: Epiſcopo tuo in hac re noli reſiſtere, & quod facit ipſe, ſine vllo ſcrupulo vel diſceptatione ſectare.]

Vtriuſque autem Eccleſiæ rationem in omittendo vel celebrando ſabbathi ieiu-

[s] *D. Ignat. epiſt. 8. ad Philipp.*
[t] *D. Clem. canon Apoſtol. 65.*
[u] *Idem lib. 7. Apoſtol. conſt. c. 24.*
[x] *Aug. epiſt. 17. ad B. Hieron. c. 2.*
[y] *Idem epiſtol. 86. ad Caſulan.*
[z] *Hieron. epiſt. 181 ad Lucinium.*
[a] *D. Aug. epiſt. ad Caſulan. ad fin.*

iunio inquiramus. Eccleſiam Romanam & illas quæ ab ipſa edoctæ & inſtitutæ ſunt, ideò ſabbatho ieiunaſſe quidã aſſerunt, quòd eam diem in ieiunio egerit D. Petrus, certaturus die Dominico cum Simone Mago, à quo obtenta victoria, Petrum diem illum in poſterum ieiunio celebrandum conſtituiſſe: ſic refert Caſſianus [b]. Sed hiſtoriæ huius veritatem ſuſpectam facit D. Auguſtinus [c] ad Caſulanum. [Et quidem (ait) & hæc opinio plurimorum, quamuis perhibent eſſe falſam plerique Romani quòd Apoſtolus Petrus cũ Simone Mago die Dominico certaturus, propter ipſum magnæ tentationis, periculũ pridie cum eiuſdem vrbis Eccleſia ieiunauerit, & conſecuto tam proſpero glorioſóque ſucceſſu, eumdem morem tenuerit eúmque imitatæ ſint nõnullæ Occidentis Eccleſiæ.] Innocentius [d] etiam PP. I. cùm vellet idem ieiunium ſabbathi ſtabilire, diuerſam ab hac rationem adſtruit, non omiſſurus & hanc, ſi illam pro certa veráque habuiſſet. [Non ergo nos negamus (ſcribit ad Decentium Epiſcopum Eugubinum) ſexta feria ieiunandum, ſed dicimus & ſabbatho hoc agendum; quia ambo dies triſtitiam Apoſtolis, vel his qui Chriſtum ſecuti ſunt, indixerunt.] Eandem rationem retulit Cardinalis Vmbertus doctiſſimus Syluæ Candidæ Epiſcopus, Leonis I X. ad Conſtantinopolitanos Legatus. [Latina autem Eccleſia (inquit poſt alia) compatiens paſſo & ſepulto Domino, & gaudet reſurgenti in die Dominica, quando ludæos nimia occupauit mœſtitia, & cuſtodes ſepulchri conati ſunt corrumpere pecunia. Vnde nos traditionem vſque in finem retinere cupientes, &c.] Ante Vmbertum [e] & Innocentium eandem rationem Sylueſtrum PP. Græcis quærentibus ex Latinis; cur ſabbatho ieiunarent, reſpondiſſe refert Euſebius in illius vita, his verbis: [Cum omnis Dominicus dies colendus ſit in gaudium Chriſtianorum, ergo omnis dies ſabbathi deputandus eſt ſepulturæ ad execrationem ludæorum: omnes enim diſcipuli die ſabbathi fletum habuerunt, ſepultum ſuſpirantes, & ludæis epulantibus lætitia inerat; Apoſtolis autem ieiunantibus triſtitia imperabat. Triſtemur itaque cum triſtantibus de ſepultura, ſi volumus cum eiſdem de reſurrectione Domini gaudere.] Nec Latinorum ſolùm, ſed & Græcorum teſtimonio redditam hanc rationem confirmabo. Eam enim ſe audiuiſſe à quibuſdam Latinis Eccleſiæ ſtudioſis teſtatur Theodorus Balſamon [f]. [Ego autem (ait) vidi quoſdam Latinos, qui cum propterà reprehenderetur, inanem quoque excuſationem afferebant; ad ſanctum Domini & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti ſepulchrum additionem, & ea gratia ex longa conſuetudine inualuiſſe ſeruatumque eſſe ieiunium. Quare Sylueſtri acta apud Meraphraſtem, quæ habent, PP. Sylueſtrum ieiunium ſabbathi ſuſtuliſſe, à Græcis recentioribus deprauata hinc liquet: quo enim Sylueſter & Innocentius rebus geſtis propinquiores, dignitate & ſanctitate ſuperiores, eo mihi illorum quoque ratio fide & auctoritate certior & maior eſt.

In Eccleſia Orientali ieiunium ſabbathi Apoſtolos interdixiſſe cum Clemens [g] PP. referat, videamus num decretum falsò Apoſtolis imponatur. Inamique, cum D. Auguſtinus [h] Orientalis, & Occidentalis Eccleſiæ conſuetudinem à prima eius antiquitate vellet repetere, vt dubiam & ambiguam rem in medio reliquit [Quòd ſi reſpondetur (ſcribit ad Caſulanum, hoc docuiſſe Iacobum Hieroſolymis, Epheſi Ioannem, cæteróſque aliis locis: quod docuit Romæ Petrus, id eſt, vt Sabbatho ieiunetur, ſed ab hac doctrina cæteras deuiaſſe, atque in ea Romam ſteriſſe & è contrario refertur, Occidentis potiùs aliqua loca, in quibus Roma eſt, non ſeruaſſe, quod Apoſtoli tradiderunt: Orientis verò terras, vnde cœpit ipſum Euangelium prædicari, in eo quod ab omnibus ſimul cum ipſo Petro Apoſtolis traditum eſt, ne Sabbatho ieiunetur, ſine aliqua varietate manſiſſe. Interminabilis eſt iſta contentio, generans lites, non finiens quæſtiones. Sit ergo vna fides, vniuerſæ quæ vbique dilatatur Eccleſiæ, tamquam membris, etiam ſi ipſa fidei vnitas quibuſdam diuerſis obſeruationibus celebraturi quibus nullo modo quod in fide verum eſt, impeditur.] Si certò enim Apoſtoli, quod à D. Clemente refertur decretum edidiſſent, Auguſtinus qui Apoſtolorum ætati vicinior fuit; & primitiuæ Eccleſiæ non leges tantum, ſed & traditiones non ſcriptas inueſtigare & perpetuo vſu cõſeruare nixus eſt, hanc vtique de qua ſæpe eſt interrogatus, non prætermiſiſſet: nec Hieronymus [i] Orientali Eccleſiæ propinquior. Id etiam Sylueſtrum Papam in reſponſione ad Græcos quam ſupra retulimus, non omiſiſſe, argumento ſatis idoneo conijci poteſt; nec Innocentium & reliquos, qui de ieiunio Sabbathi vel leges tulerunt, vel latas confirmarunt: apocryphum enim eſſe eum canonem Apoſtolorum, non ſolùm viſum eſt his qui reliquorum auctoritatem, vt leuiſſimam conantur infrindere, ſed & illis qui ſumma ingenij, doctrinæ & eruditionis vi, eos ſarctos tectóſque conſeruare ſtudent [k].

[b] *Caſſian. collat. 3. cap. 10*
[c] *Aug. epiſt. 86. ad Caſulan.*
[d] *Innoc. I. epiſt. 1. ad Decentium Epiſcopum Eugub.*
[e] *Vmbertus in libro quem aduerſus calumnias Michaelis Patriarchæ Conſtantinopolitani & Leonis Acridani Archiepiſcopi Bulgariæ pro defenſione azymi ſcripſit.*
[f] *Theod. Balſam. in commentar. ad VI. Synod. in Trull. c. 55.*
[g] *D. Clemens. can. 65. Apoſt. & l. 7. conſtit. Apoſt. c. 24.* Non fuiſſe ab Apoſtolis interdictum ieiunium ſabbathi.
[h] *Aug. epiſt. 86. ad Caſulan.*
[i] *D. Hieron. epiſt. 28 ad Lucinium Bæticum.*
[k] *Franciſcus Turrianus in libro de ſexta & ſeptimo Synodo.*

A B C D E

Vtriuſque

A Vtriusque Ecclesiæ consuetudinem, quod fidei rationi non repugnet, rectè obseruari, non solùm Ecclesiæ Romanæ sanctissimi Patres docent, Ambrosius, Hieronymus, & Augustinus; sed & Græci etiam scriptores. [Neque Latinorum (inquit Theorianus Philosophus [l]) Ecclesiastica consuetudo, neque nostra (id est Græcorum) quidquam quod honesto fine ac decentia careat, accepit aut tenet; quin potiùs vtriusque consuetudinis diuinum propositum & mens est. Prudentibus ergo rectè omnia, contrà verò imprudentibus omnia sunt periculo & ruinæ.] In hoc rectè quidem ille, nisi paulò post à rectæ sententiæ tramite deflexisset; ait enim, canonem LV. Synodi Sextæ Constantinopolitanæ in Trullo, qui Ecclesiæ Romanæ consuetudinem ieiunandi Sabbatho temerè improbat, & non ieiunare iubet, à Vigilio Pontifice Romano fuisse approbatum, cuius historiæ vel fabellæ fidem, auctoritatem & ori-
B ginem paulò altiùs repetere, visum est operæ pretium, ne Theoriani lapsus, aliis etiam labendi occasio sit.

[l] *Theorianus cognomento Philosophus in epistola ad sacerdotes de ieiunio Sabbathi.*

In ea Synodo quæ Constantinopoli in Trullo Constantino IV. cognomento Pogonato, & Agathonis Papæ Legatis adsistentibus aduersus Sergium, Paulum, Pyrrhum, Petrum, Cyrum & Theodorum Archiepiscopos Constantinopolitanos Monothelitas habita est, multi canones conditi dicuntur (sunt enim numero centum & eo amplius) inter eosdem LV. hunc fuisse perhibent. [Quoniam intelleximus in Romanorum ciuitate in sanctis Quadragesimæ diebus, in eius Sabbathis ieiunare, præter Ecclesiasticam traditam consuetudinem sanctæ Synodo visum est, vt in Romanorum Ecclesia canon inconcussè obtineat, qui dicit: [Si quis clericus inuentus fuerit in sancto Dominico vel Sabbatho ieiunans, præter vnum & solum, deponatur; si laicus, segregetur.] Canonem hunc confirmatum fuisse à Vigilio Papa, idem Theorianus adfirmat; sed falsò, cùm non solùm post Vigilium (præcessit enim Vi-
C gilius Agathonem multis annis) sed post ipsum Agathonem, cuius ætate Concilium illud indictum est, & cuius Legati Theodorus & Georgius Presbyteri, & Ioannes Diaconus in eo interfuerunt, septem & viginti post annos canones hos qui Sextæ Synodi esse feruntur, editos fuisse constet, vt Anastasius Bibliothecarius, & ante illum Theophanes Episcopus Nicææ apertè docent. Ille enim in præfatione in VII. Synodum ad Ioannem VIII. Romanum Pontificem sic scripsit: [Ergo regias quas Græci in VI. Synodo perhibent editas, ita in hac VII. Synodo principalis Sedes admittit, vt nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus vel decretis sanctorum Sedis huius Pontificum, aut certè bonis moribus inueniuntur aduersæ: quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ: sed nec in cæterarum Patriarchalium, licèt Græca vtantur lingua, reperiuntur archiuis; nimirùm, quia nulla earum, cùm ederentur, aut promulgans, aut
D consentiens, aut saltem præsens inuenta est: quamquam eosdem Patres illas Græcè promulgasse perhibeant: qui in Sexta Synodo sunt inuenti, sed nullis certè probare possunt indiciis.] Hæc ille. Hic autem, id est Theophanes Tharasij Constantinopolitani Syncellus, qui à temporibus Diocletiani Imperatoris vsque ad Michaëlem Leonis filium annales rectos & simplices fidelissimè perduxisse dicitur, ex originali Græco, quod in Bibliotheca exstat Vaticana, sic transtulit Turrianus [m]. [Illud oportet non ignorare, cassum, & nugarium esse, quod quidam dictitant, eos qui esse Sexti Concilij canones apud ipsos falsò feruntur; post quatuor annos editos fuisse: vt enim in cæteris omnibus falsitatis coarguuntur, ita in hac re quoque mentiuntur. Sic enim se habet vera temporum notatio: Sextum Concilium maximum contra Monothelitas indictum est duodecimo anno Imperij Constantini: qui fuit Heraclij nepos, à mundo condito sexies millesimo, centesimo, septuagesimo secundo. Imperauit au-
E tem idem Constantinus postea aliis quinque annis. Eo verò vita defuncto, imperauit eius filius Iustinianus annis decem: quo ejecto, Leontius tenuit Imperium triennio. Leontio successit Tyberius, qui Absimarus etiam est nominatus: fuitque is in Imperio annis septem. Deinde Iustinianus is qui fuerat expulsus, in Imperium reductus est, imperauitque rursus sex annis, vt iam secundo anno huius posteriores Imperij Iustiniani descriptos fuisse canones, vel ex ipso tertio canone euidens sit, in quo ita cautum est: [Decernimus de Concilij sententia, vt qui bis vxorem duxerint, & ante hunc diem, qui decimus quintus mensis Ianuarij numeratur, quartæ indictionis, anni sexies millesimi centesimi nonagesimi noni, in hac culpa fuerint, neque eam maculam eluere voluerint, vt gradu moueantur.] Hæc Theophanes, XXVII. annos à Concilio habito, vsque ad descriptos canones numerans, eumque secutus Anasta-

De origine & auctoritate canonum sextæ Synodi.

[m] *Franciscus Turrianus de Sexta, & Septima Synodo.*

ſius. Et hinc fit, Tharaſium, qui in quarta actione VII. Concilij, quatuor aut quinque annis poſt Sextam Synodum editos hos canones refert, eorum Græcorum ſententiam ſequutum videri, à quibus id additum fuit & ſuppoſitum, vt maior his canonibus auctoritas accreſceret. Nec minùs diſſentaneum apparet, quod aliqui putant, editos hos canones fuiſſe in altero nefario Conciliabulo, quod Sextum etiam eſt nuncupatum, contra auctoritatem huius Concilij (nefariè enim in illo, hoc & damnatum eſt) anno quinto poſt hoc, qui fuit primus Imperij Philippici, vt doctè notatum eſt à Franciſco Turriano [n].

[n] *Franciſcus Turrianus in actis de Sexta Synodo.*

Nec Theophanes tantùm & Anaſtaſius hos canones poſt multa tempora ſuppoſitos fuiſſe docent, ſed & Vmbertus Cardinalis ampliſſimus, Leonis IX. ad Conſtantinopolitanos Legatus: in eo enim libro quem aduerſus calumnias Michaëlis Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Leonis Acridani Archiepiſcopi Bulgariæ antè ſexcentos ferè annos ſcripſit; hæc ait: [Non autem mirum, ſi Agathoni Papæ & cunctis Patribus veſtra imputatis deliramenta, & quæ aut corrupiſtis, aut finxiſtis capitula; cùm etiam ipſi Domino Ieſu Chriſto & Apoſtolis eius imputetis figmenta. Vnde nos ſcientes Sextam Synodum ad deſtruendam hæreſim Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas conſtitutiones congregatam, capitula quæ nobis ſub eius auctoritate opponitis, omnino refutamus: quia prima & Apoſtolica Sedes, nec aliquando ea accepit, neque obſeruat hactenus: quia ea, aut nulla, aut vt vobis libuit, deprauata ſunt: ſicut deprauaſtis Ioannis Chryſoſtomi & aliorum Orthodoxorum Patrum dicta, & exhibuiſtis in eâdem Synodo Sexta.] Et in libro altero, quem aduerſus Nicetam ſcripſit: [De Papa (inquit) Agathone omnino ſcimus, quia neque Sextæ Synodo per ſe ipſum præſedit, neque aliquibus capitulis eius ſubſcripſit, niſi quæ promulgata fuerunt aduerſus Monothelitarum hæreſim, vos videte, vnde hæc habeatis; quia Eccleſia Romana hactenus talia ignorauit.] His omnibus ſubſcripſit Theodorus Balſamon [o], dum fatetur, in Quinta Synodo, quæ congregata eſt ſub Iuſtiniano, & in Sexta ſub Conſtantino Pogonato; nullos canones editos; ideóque illam factam fuiſſe ad ſupplementum duarum, ob idque propriè Sextam non nominari, ſed πεντέκτω id eſt Quinſextam; nam quod Quintæ & Sextæ Synodi deerat, ipſa repleuit. In hoc rectè, ſed in reliquo paulò minus: aſſerit enim, omnes canones in ea Sexta Synodo editos fuiſſe cum conſenſu & ſubſcriptione Legatorum Pontificis Romani. [Antiquius (inquit) nomocanonum verſaui, & ex ſubſcriptionibus inueni, quòd in hac Synodo, quæ in Trullo magni palatij congregata eſt, aderant Baſilius Gortinæ Cretæ inſulæ Metropolis Epiſcopus, & quidam Rauennæ Epiſcopus, totius Synodi Romanæ vicem gerentes, & non ſolùm ipſi, ſed & qui tunc erant Papæ Legati, Theſſalonicenſis, Sardanenſis, Heracleanus in Thracia & Corinthius Epiſcopi.] Id ipſum retulit confirmauítque ſecundò aduerſus Romanæ Eccleſiæ morem in ieiunio hoc Sabbathi idem Balſamon [p]. [Tum propter alia multa, (inquit) tum etiam propter præſentem canonem dicunt qui veterem Romam incolunt, non eſſe ſanctam Synodum œcumenicam, ſicut in eius procœmio ſcripſimus; tamquam enim ferrum cor peruaſit, eóſque pungit ac configit, vt qui contra Apoſtolicum canonem faciant, qui dicit: Si quis clericus inuentus fuerit ſancto Dominico & Sabbatho ieiunare, præterquam vno & ſolo, deponatur: ſi autem laicus, ſegregetur. Hi ergo venia digni non ſunt, qui ſuæ rurſus priuatæ conſtitutioni inhærent, & non ſolùm in ſanctæ Quadrageſimæ Sabbatis ieiunant; ſed in reliquis omnibus: ego autem vidi quoſdam Latinos, qui cùm propterea reprehenderentur, inanem quoque excuſationem afferebant, ad ſanctum Domini & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti ſepulchrum additionem, & ea gratia ex longa conſuetudine inualuiſſe, ſeruatúmque eſſe ieiunium. Alios autem vidi, qui Hieroſolymam non venerant, & ſimiles ieiunabant, & alios qui ciuſmodi ieiunium contemnebant, & indiſcriminatim in Sabbathis ieiunium frangebant: qui etiam ad Domini ſepulchrum venerant. Non poſſum itaque dicere, quomodo hæc ſic fiant. Videntur autem mores potiùs ſequi, quàm canones.] Hæc Theodorus Balſamon, ad labefactandam Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, & confirmandam huius Synodi & canonis auctoritatem. Sed his veriora multò ſunt quæ de Synodo Theophanes & Anaſtaſius ſcripſerunt. Et poſt eoſdem Iuo [q], refert ex Pontificali eius Synodi canones à Iuſtiniano Auguſto, ad Sergium PP. miſſos, & ab eo reiectos, tum deinde ad Ioannem VII. Vt quos vellet probaret, quos nollet, induceret. De canone autem hoc audiamus Humbertum contra Niceram. [Si interrogem (inquit) Iudæos, quid in Sabbatho celebrent? Reſpondebunt, requiem Domini.

[o] *Theodorus Balſamon in principio Sextæ Synodi. Trull.*

[p] *Idem Theodorus ad canonem 55. VI. Synodi.*

[q] *Iuo p. 4. decret. c. 78. & 79.*

Si

A Si Græcos? idem, & non aliud dicent: ergo ſub ſeruitute legis ſunt, in cuius vmbra & tenebris confidunt. Quam traditionem (inquit) ſi tentaſſet Papa Agatho remouere à Romanis, non auditetur ab eis. Quamobrem caput quod aſſeritis Agathonem promulgaſſe (iam dixi ſupra ſub Agathone Papa Sextam Synodum habitam, in eaque aſſediſſe eius Legatos) vt ſi quis clericus ieiunaret Sabbatho, præter vnum, deponeretur, magis dicendum eſt Nazaræorum eſſe, quàm Apoſtolorum: Chærinti & Ebionis magis, quàm Sextæ Synodi, & Papæ Agathonis. Cui ſanè capitulo epiſtola Pauli apertè contradicit, vbi ait: [Nemo vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ & Sabbathorum, quæ ſunt vmbra futurorum. [Vnde Romani proprio auctori & magiſtro Gentium in fide & veritate obedientes, nulli Sabbatho feſtum vel otium dependunt; ſicut neque neomeniæ; quia Iudaica ſunt & vmbra futurorum. Eundem Canonem reprehendit,
B morémque improbat, in libro aduerſus calumnias Michaëlis Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Leonis Acridarum Archiepiſcopi Bulgariæ, pro defenſione azymi. [Si vos non iudaizatis (inquit) dicite cur Iudæis in ſimili obſeruatione Sabbathi communicatis? Sabbatum certè ipſi celebrant & vos celebratis. Epulantur & ipſi, & ſoluunt ſemper in Sabbatho ieiunium, & vos in veſtra Quadrageſima ſoluitis à ieiunio omne Sabbathum, præter vnum. Illis duplex eſt cauſa celebrandi Sabbathum: ex præcepto Moyſis; & quòd contriſtatis diſcipulis, ipſi fuerunt de morte Domini, quem non credebant reſurrecturum, in hac die gauiſi: vnde quia cum Iudæis Sabbathum, & nobiſcum celebratis diem Dominicum, videmini in tali obſeruatione obſeruare ſectam Nazaræorum; qui recipiunt Chriſtianiſmum, vt non dimittant Iudaiſmum. Latina autem Eccleſia compatiens paſſo & ſepulto Domino, & gaudet reſurgenti in die Dominica, quando Iudæos nimia occupauit mœſtitia, & cuſtodes ſepulchri conati ſunt corrumpere pecunia, vnde nos traditionem vſque in hodiernum diem de Sab-
C batho retinentes, & vſque in finem retinere cupientes.

Quòd ſi aduerſus hæc obiiciatur Adriani [a] Pontificis decretum, apud Gratianum, quo Sextam Synodum, cum omnibus ſuis canonibus ratam voluiſſe videtur, his verbis, [Sextam Synodum ſanctam recipio cum omnibus canonibus ſuis] non magis morabor, quòd ſciam verba illa non Adriani Papæ, ſed Tharaſij Archiepiſcopi Conſtantinopolitani eſſe. Adrianus enim in epiſtola ſua, qua reſcribit Tharaſio, ea retulit quæ dixerat idem Tharaſius in prima epiſtola ad Adrianum; nec in epiſtola Tharaſij verba ſunt, quæ retulit Gratianus, ſed longè diuerſa; ſic enim retulit Adrianus [b]: [Nam quas mihi per Leonem venerabilem Presbyterum veſtrum literas miſiſtis, mox in principio paginæ primæ cognoui, Pietatem tuam, cùm laicorum ordinatione, tum Imperatorio ſuffragio in ſacrum Patriarchatus ſolium exaltatam, quam ob cauſam effuſo gaudio exultauit cor meum. Quod ſi autem non perſ-
D pecta mihi eſſet, & probè cognita erga ſacras Synodicas ſex conſtitutiones & venerandas imagines veſtra ſinceritas & orthodoxa fides, nequaquam ad Synodum conuocandam aſſentiremus. Verùm quemadmodum non leuiter cor noſtrum ex ſuperioribus veſtris diſſenſionibus dolore tactum eſt, ita plurimo gaudio anima noſtra perfuſa eſt; poſtquam cognouiſſem piam veſtram confeſſionem & rectam fidem eſſe firmam & ſtabilem. Inuenimus autem in prædicta Synodica veſtra epiſtola, quanta ſit confeſſio & recta fides veſtra circa cœtus ſacros, & ſex ſacras Synodos, & erga venerandas & ſacras imagines, quæ profectò mira eſt & compunctione digna. In qua etiam clarè eſt expreſſum, quòd in ſextæ Synodi diuinè & legaliter prædicatis canonibus recipitur pictura illa veneranda, in qua Agnus digito Præcurſoris demonſtratus, graphicè eſt inſculptus, &c.] Hæc in antiqua tranſlatione epiſtolæ. Ex quibus erui non
E poteſt, Adrianum Papam confirmaſſe omnia quæ Tharaſius Archiepiſcopus in ſua Synodica retulerat; quoniam de omnibus canonibus qui ſextæ Synodi nomine feruntur, tunc diſputare, nec Tharaſij, nec Adriani animus erat; ſed de his quæ ad ſacras imagines, picturam præſertim Agni digito Præcurſoris demonſtrati ſpectabant. Quare cùm eum canonem retulerit tantùm Tharaſius, & alios qui in ſexta Synodo editi ſunt, (ſex fuiſſe Hincmarus refert) non conſtat ex hoc loco centum & duos qui extant nunc, Tharaſium retuliſſe, nec Adrianum confirmaſſe; cùm nihil minus ad vtriuſque propoſitum ſpectaret. Quòd ſi recentiorem Græci Concilij & epiſtolæ in eo contentæ tranſlationem conſideremus, multo ſanè minùs, aut Tharaſij ſententia, aut Adriani oberit confirmatio: cùm in illa generaliter omnium Sex Synodorum canones potiùs, quàm ſolius Sextæ & referantur & confirmentur. Sic enim ait, vt in

emenda

[a] *Adrian. PP. apud Grat. in c. Sextam Synodum 16. diſtin.*

[b] *Adriani hæc epiſtola ad Tharaſium extat in 2. actio. VII. Synodi.*

Canon 82. Sextæ Synodi, quòd probatus ſit ab Adriano PP. & Septima Synodo, certam auctoritatem habet.

emendatione Gregoriana decreti exitus: [Inuenimus autem in prædicta Synodica epistola sanctitatis vestræ, post plenitudinem fidei & confessionem sacri Symboli, & omnium sanctarum Synodorum, & de sacris ac venerabilibus characteribus, miraculum laude, ac veneratione dignissimam contineri. Quare & easdem sanctas Sex Synodos suscipio, cum omnibus, quæ iure, ac diuinitus ab ipsis promulgatæ sunt.] A

En non Sextæ Synodi, sed Sex Synodorum decreta & canones referri, & confirmari. Quæ verba, vt vera esse possint, sat est, si in nonnullis eorum canones editi fuerint, vt edictos constat in Nicæno, Constantinopolitano primo, & aliis: alioquin si omnia Concilia canones constituisse dicerentur, falsò id non soliùm Sexto, sed & Quinto imponeretur: à quo etiam est certum nullos fuisse condictos canones. Quòd si canonis nomine, quidquid in Concilio actum decretúmque fuit, comprehendi dicamus, quod Tharasius dixit, & retulit Adrianus (se recipere Sex Synodos cum suis canonibus) in omnia Concilia conuenire potest; quòd in omnibus illis aliquid decretum constitutúmque fuerit, etsi de canonis nomine & decretorum numero non constet. Idque etiam respondendum est ad canonem primum eiusdem Septimæ Synodi, in quo de confirmatione Sex Synodorum & earum constitutionum hæc verba sunt: [Cùm hæc ergo ita se haberent, & sint nobis restata, ijs exultantes, vt si quis multa spolia inuenerit, diuinos canones libenter amplectimur, eorumque constitutionem integram & illabefactabilem. Confirmamus quæ edita fuerunt à sancti Spiritus tubis, omni ex parte beatissimis Apostolis, & Sex sanctis Vniuersalibus Synodis: his quæ ad huiusmodi decretorum traditionem localiter coacta fuerunt, & nostris sanctis Patribus.] Quòd si item obiciatur actio Quarta Septimæ Synodi: [Habeo (inquit) librum continentem canones sanctæ Sextæ Synodi [1]. Patriarcha dixit: Quidam scandalizantur per ignorantiam, pro canonibus illis, dicentes, Numquid Sexta Synodus canones fecit? Sciant ergo, quoniam sancta Synodus Sexta sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebant vnam operationem & vnam voluntatem esse in Christo: in qua sancti Patres illos vt hæreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanarunt, & soluta Synodus est Constantini XIV. anno. Post quatuor verò, aut quinque annos, idem sancti Patres congregati sunt, sub Iustiniano filio Constantini, & prædictos canones promulgauerunt, de quibus nullus dubitet; qui enim sub Constantino in Synodo fuerunt, iidem ipsi Episcopi sub Iustiniano illis canonibus subscripserunt, oportebat enim vt Synodus Vniuersalis canones Ecclesiasticos promulgaret.] B C

Respondebimus, eâm non fuisse constitutionem aut decretum Concilij VII. sed cùm in eius actionibus referremus omnium Episcoporum sententias & dicta de sacris characteribus siue imaginibus: contigit, vt Elias venerabilis protopresbyter sanctæ Ecclesiæ Dominæ nostræ Deiparæ in Blachernis (sic vocatur) legeret ex charta, quæ definitiones sanctæ & vniuersalis VI. Synodi continebat, canonem de pictura Agni digito Præcursoris indicati, ad confirmandas imaginum picturas: & cum obiceret Eliæ venerabili monacho Sabbas, qua de causa canon ille non ex libro, sed ex charta legeretur; Tharasius Patriarcha respondit his verbis: [Quoniam charta ipsum est authographum, in qua subscripserunt Patres.] Vt firmiorem redderet sententiam Eliæ & confirmationem Tharasij, Petrus Episcopus Nicomediæ, adiecit statim, se habere librum continentem canones VI. Synodi, his verbis, quæ in eâdem actione IV. referuntur: [Petrus Metropolites Nicomediæ dixit: Quin etiam habeo & alterum codicem VI. sacræ Synodi canones continentem, quem in manibus sumptum Victor venerabilis diaconus & notarius legit, repetens eundem canonem, scilicet de pictura Agni digito Præcursoris indicati.] Ne autem huic Petri Episcopi Nicomediæ codici ad perfringendam canonis illius auctoritatem, & euertendum imaginum cultum, notam alius obiceret, vt obiecerat Eliæ Sabbas: intercludere aditum voluit, idem Tharasius Archiepiscopus Constantinopolitanus; his verbis, quæ in eâdem actione statim post præcedentia referuntur. [Sanctissimus Patriarcha dixit: Quæ est hæc ignorantia, qua plerique laborant circa hos canones? Scandalum enim est dubitare, num sint VI. Synodi, cognoscant igitur tales, VI. Synodum temporibus Constantini fuisse congregatam, nimirum contra eos, qui tantummodò vnam actionem & voluntatem in Christo collocant. Illi igitur hæreticos anathemate verberantes, orthodoxámque fidem confirmantes, sub annum XIV. Imperij Constantini domum redierunt. Post annos igitur IV. aut V. iidem illi D E

[1] Actio quarta Septimæ Synodi, ma exstat enim apud Graca habet ita dicitur.

Explora nil canonis Septimæ Synodi.

Digitized by Google

illi Patres ſub Iuſtiniano Conſtantini filio congregati prædictos canones ediderunt: neque hac de re quiſquam dubitet. Nam qui temporibus Conſtantini ſubſcripſerunt, iidem illi ſub Iuſtiniano quoque præſentem hanc chartam ſubſignarunt; quæ res ſatis clara eſt ex eorundem propriarum manuum immutabili ſimilitudine. Neceſſum autem erat, vt poſt Synodum Vniuerſalem definitam, canones quoque Eccleſiaſticos ederent. Igitur ad recordationem ſalutaris illius mortis in carne politiæ ex venerandis imaginibus, nos manu duci declararunt. Quòd ſi autem in diſpenſationem Chriſti veri Dei hoc modo manu ducimur, quales eos eſſe arbitrandum eſt, qui has ſubuertere conantur? Sancta Synodus dixit: verè impios Hebræos & veritatis hoſtes.] Hæc in quarta actione VII. Concilij, & Elias & Sabbas, & Petrus & Tharaſius, qui cum de VI. Synodi canone, qui ad imaginem picturæ Agni digito Præcurſoris inſigniti, ſpectabant, vellent ſolùm agere, ad confirmandam reliquorum auctoritatem non faciunt ſatis: nec eorum ſententiam approbauit Concilium, ſed ſolùm reſpondit, verè impios Hebræos, & veritatis hoſtes eſſe illos, qui imaginem Chriſti & reliquias ſubuertere niterentur. Ideò autem impios Hebræos eos vocauit, quia primum huius erroris auctorem Hebræum quendam nomine Saranthapechym in Tyberiade fuiſſe, Ioannes religioſiſſimus Monachus vicarius Orientalium Epiſcoporum dixit, eamque firmauit in eadem VII. Synodo, actione V. Nec de reliquis canonibus egit Elias, vel Sabbas, vel Petrus, vel Tharaſius; nec ſi egiſſent, tantum eſſet eorum relatio momentum habitura: cùm, quia auctoritate Concilij confirmata non eſt: tum, quia in adhibenda recta annorum ſupputatione minùs diligentem fuiſſe Tharaſium conſtat; nam quatuor aut quinque annos poſt Sextam Synodum editos canones refert, cum ex fidiſſima & vera Theophanis, & Anaſtaſij Bibliothecarij relatione ſit certius XXVII. annos poſt Concilium editos fuiſſe. Nec illud verum eſſe poteſt, quod idem Tharaſius refert, eoſdem Patres canonibus ſubſcripſiſſe, qui ſubſcripſerunt ipſi Sextæ Synodo, iam quatuor aut quinque annos antea finitæ: cùm eorum præcipui legati, ſcilicet Agathonis Papæ, iam abfuiſſent, nec de eorum ſubſcriptionibus conſtat: erat enim iam alius Pontifex, non Agatho, qui è viuis exceſſerat, nec Leo IX. qui illi ſucceſſit, nec Benedictus II. nec Ioannes V. nec Chonnon: ſed Sergius I. quatuor enim, aut quinque annorum ſpatio, omnes illos Pontifices Sedes Romæ Apoſtolica habuit: erat iam Conſtantinopoli alius Patriarcha, alij Epiſcopi multi, alius numerus, alia Patrum nomina: quod & ab Anaſtaſio Bibliothecario admonitum animaduerſumque eſt.

Quod verò de numero canonum, ex eâdem VII. Synodo actione VI. idem Gratianus [a] retulit, ex ipſius Concilij exemplari repetendum eſt, vt rei geſtæ veritas diſputatione & diligentia clareſcat. Poſtquam ſeptima Synodus in quinque actionibus præcedentibus latè tractaſſet de ſacrarum imaginum in Eccleſia vſu, antiquitate & auctoritate: viſum tandem eſt, ne hæretici illi, qui in nefario Concilio (Septimum illi vocabant) congregati de abiiciendo imaginum cultu errorem ſuum defenderant pertinaciter, & ſcriptis euulgauerant, occaſionem lapſus darent Catholicis, ſummam ſuæ doctrinæ ſiue erroris referre, cum breui etiam Catholicorum Epiſcoporum, qui id poſtularunt reſponſo & refutatione quaſi antidoti loco. Cum ergo ſummam alius Conciliabuli Gregorius Epiſcopus Neocæſareæ referret, ad finem tomi primi; inter alia quæ Epiphanius Diaconus legendo reſpondit, retuliſſetque de imaginum vſu antiquo, & earum in Conciliis facta confirmatione, hæc ſubiunxit: [Sacra autem Sexta & Vniuerſalis Synodus, poſtquam ſententiam ſuam de vna voluntate Chriſti, ſub Conſtantino, qui per ea tempora, imperium adminiſtrabat, cuiuſque nutu & voluntate conuentus is erat indictus, pronunciaſſet, contigit Imperatorem de vita decedere. Iuſtiniano autem eius filio Imperium adſumente, iterum vnanimiter omnes diuina voluntate poſt quatuor, aut quinque annos congregati, de rebus Eccleſiaſticis, ſtatúſque earum correctione, circiter duos & centum canones edidêre, in quorum octuageſimo ſecundo de imaginibus ſic tradiderunt: [In quibuſdam venerandarum imaginum picturis, Agnus digito Præcurſoris, &c.] Hæc Patres inter alia hæreticis reſponderunt priuata auctoritate, vt indicat relatio Leonis Secretarij in principio ſextæ actionis: etſi publicè recitari in Concilio petierint, legíque Concilio placuerit, de confirmatione autem non conſtat: quinimo ſi canones illos ea confirmatione (vt aiunt) quæ ad finem ſeptimæ actionis exſtat, illos adprobaſſet; quod non feciſſe legimus:

[a] *Gratia. ad finem eiuſdem c. habet 16. diſtinctione.*

legimus: illud vel ex ſententia Tharaſij Patriarchæ Conſtantinopolitani, vel alterius, qui aliquid auctoritatis adiici Concilio illi voluit, additum eſt, repugnante rerum geſtarum hiſtoria, quam fideliſſimè retulit Theophanes [x] & confirmauit Bibliothecarius. A

[x] Theophanes & Anaſtaſius Bibliothecarius in locutiam citatis Grat. in c. 1. autem ad fin. 16. diſt.

Quare quod in principio Conciliorum, de eorum origine ex D. Iſidoro repetit Gratianus, integram fidem non habet, ſiue Gratianus illius capitis, ſiue Iſidorus, ſiue quicumque ille ſit auctor (Iſidorus enim hic Hiſpalenſis Epiſcopus eſſe non potuit, quia facit mentionem de VI. Synodo, quæ poſt Iſidorum hunc habita eſt,) cum de origine & tempore Conciliorum Generalium inſtitueret ſermonem, poſtquam de Nicæna, de Conſtantinopolitana I. de Epheſina, de Chalcedonenſi, de altera Conſtantinopolitana, quæ V. Synodus dicitur, de Sexta hæc habet. [Sexta in Conſtantinopoli C. L. Patrum contra Macharium Antiochenum Epiſcopum & ſocios eius, qui vnam voluntatem & operationem in Chriſto falſa ſuſpicione aſſerebant, temporibus Conſtantini principis, Agathonis PP. Romani, Georgij Conſtantinopolitani, qui condemnata hæreſi præfata, anathematizando ſcripſerunt octo capitula, Gratianus verò nouem capitula inferiùs annexa. Illa nouem exſtant, quæ retulit ex vetuſto codice monaſterij ſancti Bauonis vrbis Gandauenſis, Laurentius Surius [y] ad finem VI. Synodi. Hæc enim minùs vera ſunt, ſicut & illud quod Hincmarus Archepiſcopus Rhemenſis, qui vixit tempore Nicolai I. in libro de quibuſdam canonicis capitulis teſtatur aſſerens in VI. Synodo, nullos canones præter ſex editos fuiſſe. Verius enim eſt, nullos in eo editos, ſed ſeptem & viginti poſt annos, vt Theophanes & Anaſtaſius retulerunt. Quibus tandem omnibus (vt eò reuocetur quò egreſſa eſt oratio) obſeruationem ieiunij ſabbathi in Eccleſia Occidentali iuſtè obſeruari conſtabit, relicto XXCVI. canone VI. Synodi, quem apochryphum falſumque & in inuidiam Eccleſiæ Romanæ ab æmulis eius confictum, ex his quæ iam diximus, ſatis perſpicuè apparet. Quæ ideò à me tractata ſunt, quod de Sextæ Synodi canonibus & horum auctoritate frequens eſſe ſoleat diſceptatio: eorum tamen plures, qui ſinceram præ ſe ferunt doctrinam, & veritatis & vetuſtatis prærogatiuam, non omnino conſuerim ſpernendos, quod præter Adrianum PP. I. Sixtum etiam V. Pontif. Max. canonem de fœminarum abortu, diſertis ex illo verbis fuerit mutuatus. B C

[y] Laurentius Surius I. tom. Conciliorum Colonia impreſſ.

Explicatur D. Ignatij intentio contra ieiunium ſabbathi.

Quod autem Ignatius Ioannis diſcipulus ad Philippenſes ſcripſit. [Chriſti eſſe interfectorem, qui Dominicam aut ſabbathum ieiunauerit, præter ſabbatum Paſchæ] alio reſpexit: illud enim dixit contra hæreticos Marcioniſtas, qui eo tempore ieiunabant ſabbatho & Dominica, in opprobrium Dei Iudæorum, quòd ſeptimo die requieuiſſet ab omni opere quod patrarat, vt diuus Epiphanius [z] eſt auctor. [Sabbathum verò ieiunant ob hanc cauſam, quoniam Deus (inquiunt) Iudæorum eſt requies, qui mundum fecit, & ſeptima die quieuit. Nos ieiunamus hanc, vt ne officium Dei Iudæorum faciamus.] Salutare igitur ſabbathi ieiunium diuturno Eccleſiæ vſu & auctoritate vt ſanctiſſimè cœptum receptúmque eſt, ita conſtantiſſimè eſt retinendum. Eius autem indicendi auctores decreto interpoſito, Patres fuiſſe Illiberritanos vel ex hoc canone fit ſatis probabile. D

[z] Epiphan. l. 1. ad hæreſ. hæreſ. tom. 3. c. 42.

Perfectum autem huius diei ieiunium in Eccleſia Hiſpanica iam diu abiit in deſuetudinem, & commutari cœpit pro alio imperfecto, à carne enim ſolum abſtinemus: quod ieiunium imperfectum vocat Ioannes Damaſcenus [a]. Tertullianus [b] autem portionale: oua enim & caſeum comedere in ſabbatho, ſaltem Quadrageſimæ & Dominico, antiquum eſt in Eccleſia Græca Armeniorum: quod iſdem his canonibus, qui VI. Synodi [c] eſſe feruntur, ſublatum reperio. [Similiter accepimus & in Armeniorum regione, & in aliis locis, in ſabbatis & Dominicis ſanctæ Quadrageſimæ quoſdam oua & caſeum comedere: viſum eſt ergo, & hoc, vtomnis Dei Eccleſia quæ eſt in vniuerſo terrarum orbe, vnum ordinem ſequens, ieiunium perficiat & abſtineat, ſicut abomni mactabili: ſic de ouis & caſeo, quæ quidem ſunt fructus & fœtus eorum à quibus abſtinemus. Si autem hoc non ſeruauerint, ſi ſint quidem clerici, deponantur: ſin autem laici, ſegregentur.] A Græcis Gothos, & à Gothis Hiſpanos vſum comedendi oua, caſeum & reliqua lacticinia, ſabbathis magis crediderim, nam ante illorum aduentum, ieiunium hoc imperfectum Hiſpaniam agnouiſſe nuſquam legimus. E

[a] Damaſcen. libello de ieiuniis.
[b] Tertull. lib. de ieiunio contra Pſychicos.
[c] VI. Synod. can. 56.

COMMEN

A

COMMENTARII NOVI.

EST apud Matthæum *cap.* 9. & Lucam *cap.* 5. discipulos Ioannis, & Pharisæos Christum Dominum rogasse, quare discipuli eius non ieiunarent: quibus ipse respondit: *Veniet dies cum auferetur ab eis Sponsus, & tunc ieiunabũt in illis diebus.* Hinc Romana Ecclesia quam secuta est Hispaniæ, & aliæ Occidentales, ex Apostolorum traditione consuevit sexta feria, & Sabbatho ieiunare. His enim diebus ablatus fuit à discipulis Sponsus. Verumtamen in Ecclesiis Orientalibus aliter in more positum fuit; nempè vt feria quarta, & sexta ieiunaretur, vt constat ex *can.* 68. Apostolorum, & ex D. Clement. *l.* 5. *const. Apost. c.* 16 *& vlt. & lib.* 7. *c.* 24. & S. Ignatio *epist. ad Philip.* & Gratiano *de consecrat. dist.* 3. *c ieiunia* ex dictis S. Apollonij, qui ab suone dicitur Apollinarius *p.* 4 *c.* 32. & ex Epiphanio *in compendio Doctor. Eccles.* & Origin. *in Leuit.* & Cyrill. *in Leuit. lib.* 10. & Tertull. *aduersus Psych. c.* 14. Anastasio *in lib.* quem ὁδηγὸν inscripsit, id est viæ ducem. & S. Petro Alexandrino *can.* 15. Producebatur verò hoc ieiunium vsque ad horam 9. cætera verò vsque ad vesperam, vt testatur Tertull. *aduersus Psychic. c.* 10. Horũm ieiuniorum rationem reddit D. Clemens: Quoniam in quarta feria iudicium contra Dominum prodiit; cum Iudas pecunia accepta, promisit eum tradere: in parasceue verò, quoniam in ea Dominus Crucis supplicium passus est. Hæc Clemens *lib.* 7. *c.* 24. Sabbathi verò ieiunium seuerè interdictum à Græcis est, & ab omni Orientali Ecclesia. D. Ignatius testatur *in epist. ad Philip.* quæ est 8. Quicumque Dominicam, aut Sabbathum ieiunauerit, præter vnum Sabbathum Paschæ, ipse est Christi interfector. Vnde Græci insultrabant Latinis, quod contra Apostolicas leges Sabbatho ieiunarent. Huius obseruantiæ meminit Clemens *constitut. Apostol. lib.* 7. *c.* 24. & Irenæus *lib.* 1. *cap.* 20 & deinceps Epiphan. *hæres.* 41 *&* 42. Gregor. Nyssenus *in oratione aduersus eos, qui aegre ferunt reprehensiones.* Socrates *hist. lib.* 6. *c* 8. Anastas. Nicænus *lib. quæst.* 9. 77. Quapropter Innocentius Papa *in epist. ad Decentium c.* 4. Sabbatho esse ieiunandum rationibus euidentissimis, vt ille ait, demonstrat. Et sanctum Eliberitanum Concilium errorem huiusmodi corrigendum decreuit, vt omni Sabbatho ieiunaremus, vt primi Christiani nostri ieiunauerunt. Quum verò adhuc etiam Græcorum consuetudo in Hispania perseueraret, Lucinius nobilis Hispanus prouinciæ Bæticæ Hieronymum consuluit in Bethlehem commorantem, vtrum Sabbatho esset ieiunandum, vt Romana, & Hispana Ecclesiæ obseruabant. Cui rescripsit Hieronymus *tom.* 1. *epist.* 28. traditiones Ecclesiasticas ita obseruandas, vt à maioribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subuerti. Idem Augustinus ad Ianuarium respondit *epist.* 118. ex sententia Ambrosij dicentis Monicæ: *Quum Romam venio, ieiuno Sabbatho, quum hic sum* (id est Mediolani) *non ieiuno.* Et huius rei affert causam Augustinus *ad Casulanum epistol.* 86. & Cassianus *collect.* 3. *c.* 10. In Ecclesia Hipponensi eadem consuetudo viguit, vt testatur Augustin. *epist.* 86. & 118. Iisdem ferè temporibus Decentius Eugubinus Episcop. Innocentium R. P. de ieiunio Sabbathi consuluit, Ad quem Pontifex rescripsit *epist.* 1. *c.* 4. Romanæ Ecclesiæ, & aliarum occidentis consuetudinem esse tenendam, quæ Sabbathi ieiunium magnopere commendat. Nicephorus etiam huius consuetudinis Romanæ Ecclesiæ meminit *lib.* 12. *histor. c.* 34. & Gregor. VII. *c. quia dies de Conf. distin.* 5. Et Innocentius consultus de hac re à Bracharensi Archiepiscopo, respondit, prouinciæ consuetudinem debere obseruari, vt sabbathis à carne omnes abstinerent; infirmis, & debilibus duntaxat exceptis. Refertur *lib.* 3 *Decretal. c. Concilium de obseru. ieiuniorum:* errorque Socratis histor. *lib* 5. *c.* 21 refellendus est, dum ait, Romæ in Quadragesima ieiunare solitos fideles, Sabbatho excepto atque Dominica. LOAYSAS.

Sabbathi dies vno excepto immunes olim ab omni ieiunio, & tamquam festos antiquitus agebant, & tùm etiam in Græcia mos ille perdurat, quem Hispaniæ Patres post Romam primos omnium antiquasse verisimile est ex hoc canone, & feriæ quartæ ieiunia, & stationes in Sabbathum transtulisse.

Superpositiones, hoc est imponere ieiunia, quæ solita non essent obseruari. ALBASPINÆVS.

Dissidium hoc, seu potiùs diuersam consuetudinem Ecclesiæ Orientalis, & Occidentalis iam Patres Ecclesiæ agnouerunt, & iuris Interpretes illustrarunt: In Ecclesia enim Orientali Sabbatha vt festiua celebrati probatur ex *can.* 5. *Concil. Laodiceni*, vbi cauetur ne alijs Quadragesimæ diebus, quam Dominicis, & Sabbathis natalitia Martyrum colerentur; quòd expressum est eiusdem diei festiuitatis argumentum, cum diebus aliis natalitia SS. Quadragesimæ tempore apud Græcos celebrari non possint, vt latè probat Filesacus *de Quadragesim c.* 13. & probatur ex D. Clement. lib. 8. constit. Apostolicor. c. 33. *Serui quinque dierum opus faciant, sabbatho autem, & Dominica die vacent in Ecclesia*; Socrate lib. 6 histor. cap. 8. *Cum festa cuiuslibet Hebdomada occurrebant, videlicet Sabbathum, & dies Dominicus, in quibus Conuentus in Ecclesiis fieri solent*; Sexta Synod. Trullan. *can* 8. ex Timoth. Gregorio Nysseno, Anastasio, & Cassiano probant Baronius anno 57. *num.* 205. Viuar. *de veteri Monachatu lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 31. Nec contrarium probat *text. in can.* 29. Synodi Laodic. relatus *in can.* 13. *de Consecr. dist.* 3. *cap. quia diuo de consecr. dist.* 5. in illis verbis: *non oportet Christianos iudaizare, & in Sabbatho otiari.* Nam in his verbis tantum prohibetur Iudaico more in Sabbatho otiari, & ab omni opere vacare, vt Iudæi faciebant; non autem prohibetur eius diei festiuitas, si ritu Christiano, & non Iudaico colatur; vt in eius Canonis Scholiis notarunt Fustelus & Balsam. Albaspin. *lib.* 1. *obseru. c.* 13. & nos *in c.* 1. *de feriis*. In Ecclesia verò Occidentali, seu Latina non solum dies Sabbathi, vt festiuus non colebatur, verum, &

in eo ieiunabatur superpositio, idest continuato ieiunio feriæ sextæ, vt patet ex Innocentio *epist. 4. ad Decentium*, Concil. Gerund. *can. 3.* Cæsaraugust. *can. 3.* Bracharens. *1. can. 4.* Agath. *can. 12.* Aurelian. *4 can. 1.* probant Suarez ad Sidonium *lib. 1. epist. 2. verb. Lauta Sabbatharia*, Ambrosius ad Tertull. *cap. 15. observ. 2.* Gazæus ad Cassian. *lib. 3. c. 9.* Sed cum vtriusque Ecclesiæ consuetudo fidei ratione non repugnaret, quælibet Ecclesia abundabit in sensu suo *c. illa dist. 12. c.* vtinam *76. dist.* Dissensionis tamen causam breuiter perstringamus igitur Ecclesia Occidentalis ob memoriam Dominicæ sepulturæ, & quia dies Sabbathi tristitiam Apostolis indicit, ieiunium in ea die obseruauit, Innocent. I. *epist. 1.* Quam rationem ex S. Syluestro refert Eusebius *in eius vita* his verb. *Cum enim Dominicus dies colendus sit in gaudium Christianorum, ergo omnis dies Sabbathi deputandus est sepulturæ ad execrationem Iudæorum: cum enim discipuli die sabbathi sirium habuerunt sepulcrum fugientes, & Iudæi epulantibus lætitia inerat, Apostolis autem ieiunantibus tristitia imperabat. Tristitiam itaque cum tristantibus de sepultura, & solemnia cum eisdem de resurrectione dominica gaudere.* Quam rationem à Latinis dissentiens refutat Balsam. *ad Can 55. sexta Synodi in Trullo.* In Ecclesia verò Orientali non ieiunabatur die Sabbathi excepto Sabbatho Paschæ in detestationem hæreticorum Simonis Magi, Saturnini, Menandri, Cerdonis, & Martionis, eorumque sectatorum qui omnes Deum optimum maximum autorem mundi cum omnibus à se creatis rebus malum esse, atque idcirco à carnis esu, & propagatione per matrimonium abhorrentes die Sabbathi ieiunabant, ne Creator mundi, qui die septima requieuit, honorari videretur, vt constat ex Epiphanio, & hoc sensu fauxit D. Ignatius Epist. supra epist. ad Philipp. *Si quis Dominicum diem, aut Sabbathum non nisi Paschali ieiunauerit, Christi interfector est*, idcirco in *can. 66.* Sextæ Synodi iubetur post vesperam Sabbathi vsque ad vesperam Dominici sequentis non flectere genua in memoriam, & honorem Resurrectionis Domini. Vnde Græci consuetudinem suam retinebant hæresem vitandam causa, Latini verò ob luctum, & mœrorem abstinentiæ, & ieiunium obseruabant *d. c. quia die de consecr. dist. 5. l. 6. tit. 23. partit. 1.* docent Benedictus Æthicus *disquis. Monast. tract. 7. disquis. 2.* Primatius nostes D. Anton. Gomez *in c. 1. de feriis.* Neque contrarium fauxerunt Apostoli in *can. 65.* in illis verbis: *Si quis dominicum diem, aut Sabbathum non solo deinde ieiunare deprehendatur, deponatur, si laicus à communione vtrobique.* Vbi cum indistincte, & absolute Sabbatho ieiunare prohibeant tam Græcis, quam Latinis id inhibitum videtur ex *l. de pretio ff. de Publicanis*; nam omissis Cardinale & Pinzio *in notis ad ipsum*, Baronio *vbi supr.* qui extimarunt Canonem illum non esse Apostolorum, imò à Græcis suppositum, dicendum est quod cum leges tempori, & locis inseruire, & adaptari debeant, & pro varietate temporum distinctionéque nationum diuersimodè præceptari *c. 4. dist. c. 1 de constat. in 6.* docent Gallus *lib. 2. observ. c. 10.* Robadilla *lib. 2. polit. c. 10. num. 6.* Ramirez *de leg. Reg. §. 12. n. 26.* Dominicus Soto *tom. 2. tom. de iure Iud. lib. 1. c. 4. num. 91. & c. 14. num. 19.* Canon ille, qui fidelibus Orientalis Ecclesiæ, vtilissimus, & iuxta opportunitatem temporis, in quo fuit latus, valdè necessarius erat, cum aliquod fidei dogma non contineret, vim, & obseruantiam non produxit in Occidentales Ecclesias, neque ab eis fuit receptus scientibus, & permittentibus ipsis Apostolis, neque in Ecclesia Romana vnquam praxi admissus reperitur, vt probat Albaspin. *lib. 1. observ. cap. 14.* Vnde ait Sanctus Maximus in Scholijs ad S. Dionysium, *si Dionysius aliquando tradit diuersa ab his, quæ in Ecclesia coluntur, non est mirandum, sed credendum potius illorum temporum statui congruisse.* & D. Augustin. cuius tempore magna fuit de Sabbathi ieiunio contentio, aliquibus dicentibus in Sabbatho non esse ieiunandum, aliis contrarium asserentibus *epist. 86.* aiebat: *Apostolus*, inquit, *qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet; quia neque si manducauerimus, abundabimus, neque si manducauerimus, egebimus: custodita scilicet eorum inter quos viuimus societate.*

Ex hac ergo Orientalis Ecclesiæ diuersa consuetudine descendit illa, quam *D. Augustin.* appellat in Regia veste varietatem, in *cap. de illa vers. mater. 12. dist.* ita vt placuit Ecclesiæ Africæ Orientali obtemperare, Tertull. *ad Vxorem cap. 15.* Diuus Augustin. *epistol. 88.* Plures verò Romanam sequerentur, inter quas fuit Hispana, vt ex hoc canone, & Concilijs Gerund. & Cæsaraugustano supra relatis constat, sed postea diuturnis, ac sæuissimis bellis aduersus Arabes Mahometanos per 700. & eò amplius annos gestis summæ angustiasque penuriæ contracta inducta fuit consuetudo, vt refert Alphonsus Ciaconius *in tract. de ieiun.* Vnde varius mos introductus fuit in Ecclesiis Hispaniæ, vt refert Luitprand. in Chron. anno 409. ibi: *Celeberrimus habetur in Hispania Sixtus, quod anno 776. contraxit Concil. Toleti ex mandato, litterisque Adriani Papæ contra Egilanem Episcopum Illiberitanum nolentem die Sabbathi à carne abstinere:* certè Innocentij III. temporibus in Provincia Brachar. carnes non edi constat ex *c. Consilium de observ. ieiunior. l. 6. titul. 23. partit. 3.* Hodie tamen die Sabbathi extrema tantum animalium eduntur, quæ consuetudo, si credimus P. Mariannæ est in vsu temporibus Alphonsi VIII. post partam victoriam illam, quæ vocatur *de las Nauas de Tolosa* vt Mariana lib. 10. histor. cap. 24. *Haud multo maiori fide nixum est, quod cuiusdam Historici testimonio à nonnullis inuenio affirmatum: ex hoc tempore in Hispania religionem à carnibus abstinendi diebus Sabbathi, ac intestinis tantum, & extremis animalium partibus vescendi, susceptam esse; veteri more, quem Gothi ex Gracia transtulerunt, vnde sacra primum acceperunt hoc temperamento emollito.* Eum sequitur eruditus D. Laurentius Ramirez *in not. ad Luitprand. fol. 409.* Alia de ieiunio Sabbathi congesserunt Turrian. *ad D. Clement.* vltra supra laudatos *lib. 7. cap. 23.* Spondan. *in epit. Baron. anno 59.* num. 60. Beissum *in l. die Domin. Cod. de spectac.* P. Gregor. *lib. 1. partit. tit.*

A tit. 18. cap. 3. Azor. 1. p. inſtit. moral. libro 2. cap. 1. Conradus Brunus de cærem. libro 6. capite tertio, Albaſpin. libro primo, obſerv. cap. 13. Bellarmin. tom. 3. controu. de bon. oper. cap. 18. de ieiunio, Dartis, in 15. diſtinct. fol. 44. GONZALEZ.

De clericis, vt extraneam mulierem in domo non habeant.

De clericis, vt extraneas fœminas in domo non habeant.

Canon XXVII.

B *Epiſcopus, vel quilibet clericus alius, aut ſororem, aut filiam virginem, dicatam Deo, tantum ſecum habeat; extraneam vero nequaquam ſecum habeat.*

Canon XXVII.

Epiſcopus, vel quilibet clericus alius, aut ſororem, aut filiam virginem, dicatam Deo, tantùm ſecum habeat; extraneam verò nequaquam ſecum habeat.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-TERTIVM.

Extraneam fœminam & ſubintroductam in Conciliis eam intelligi, quæ nec matrimonio nec ſanguine coniuncta ſit.

C QVibus præfuit Oſius Conciliis, multa huius decreta, vt honeſtatis & religionis plena, ſingulari pietate & prudentia contendit renouari. In Nicæno [d] enim hunc canonem totidem penè verbis tranſlatum legimus. [Omnibus modis interdixit ſancta Synodus, neque Epiſcopo, neque presbytero, neque diacono, neque vlli clericorum omnino licere, habere ſecum mulierem extraneam, niſi fortè mater, aut ſoror, aut auia, aut amita, vel matertera ſit: in his namque ſolis perſonis, & harum ſimilibus, omnis quæ ex mulieribus eſt ſuſpicio declinatur: qui autem præter hæc agit, periclitatur de clero.] Quæ autem diceretur mulier extranea, quæ aliàs ſubintroducta, dubij & anxij vacillant ſcriptores, cum tamen D perſpicuum videatur variis Conciliorum decretis & Pontificum conſtitutionibus, eam extraneam dici, quæ nullo ſanguinis iure, vel matrimonij vinculo tenetur: ſubintroductam primos vocaſſe Antiochenos, Nicephorus [e] refert, quòd clam & contra canones domum ducerent clerici, vel ſubintroducerent. Eorum enim vitam cum non ſolùm ab omni malo, ſed ab omni mali ſpecie alienam eſſe voluiſſent, à ſuſpicione præſertim & vitio carnis, quæ cum puritate & ſanctimonia Chriſtianæ vitæ omnino pugnat; ideò omnem ad conſortium fœminarum aditum præcluſerunt, rati videlicet id quod res eſt, flammam fumo, vt ille [f] ait, proximam eſſe, ſicque eius quod vitare velis, periculi occaſionem maturè fugiendam, vt qui corrumpi nolit, à corrumpentium abſtineat conſuetudine: & qui non iacere cum fœmina, ne adiaceat: & qui ne cubare, ne accumbat: & qui nec dormire, nec vnà vigilet, vel aſſiduus ſit, ne locus fiat, ei quod Spiritus E ſanctus docuit [g]. Qui periculum amat, peribit in illo. In eo autem præcepto illas perſonas excepit, quæ tanta eſſent propinquitate vel conſanguinitate coniunctæ, vt ſuper eis mentiri fama vereretur, ceſſante ob reuerentiam & naturæ fœdus omnis periculi ſuſpicione. Extraneas igitur, eas dici, quæ nullo ſanguinis iure vel matrimonij vinculo pertinerent, (tametſi non eſſent concubinæ) multis demonſtrabo. Concilium Gerundenſe [h], vt ab Hiſpanis ordiamur: [De his (ait) qui ſine vxoribus ordinantur, & familias domus habent, habito ſecum pro vitæ conuerſatione fratre in teſtimonium, non per quacumque fœminei ſexus perſonam eorum ſubſtantia gubernetur, aut per puerum, ſed per amicum domum ſuam debeant ordinare: niſi matrem aut ſororem in domo habuerint, vt ſecundum priorum canonum ſtatuta per earum perſonas eorum debeat contutari ſubſtantia]

[d] Concil. Nican. can. 3.

[e] Nicephor. lib. 6. cap. 30.

[f] Plaut. in Curculione.

[g] Eccleſiaſt. 3.

[h] Concil. Gerund. can. 7.

iunio inquiramus. Ecclesiam Romanam & illas quæ ab ipsa edoctæ & institutæ sunt, ideò sabbatho ieiunasse quidã asserunt, quòd eam diem in ieiunio egerit D. Petrus, certaturus die Dominico cum Simone Mago, à quo obtenta victoria, Petrum diem illum in posterum ieiunio celebrandum constituisse: sic refert Cassianus [b]. Sed historiæ huius veritatem suspectam facit D. Augustinus [c] ad Casulanum. [Et quidem (ait) & hæc opinio plurimorum, quamuis perhibent esse falsam plerique Romani quòd Apostolus Petrus cũ Simone Mago die Dominico certaturus, propter ipsum magnæ tentationis, periculũ pridie cum eiusdem vrbis Ecclesia ieiunauerit, & consecuto tam prospero gloriosóque successu, eumdem morem tenuerit eúmque imitatæ sint nõnullæ Occidentis Ecclesiæ.] Innocentius [d] etiam PP. I. cùm vellet idem ieiunium sabbathi stabilire, diuersam ab hac rationem adstruit, non omissurus & hanc, si illam pro certa veráque habuisset. [Non ergo nos negamus (scribit ad Decentium Episcopum Eugubinum) sexta feria ieiunandum, sed dicimus & sabbatho hoc agendum; quia ambo dies tristitiam Apostolis, vel his qui Christum secuti sunt, indixerunt.] Eandem rationem retulit Cardinalis Vmbertus doctissimus Syluæ Candidæ Episcopus, Leonis I X. ad Constantinopolitanos Legatus. [Latina autem Ecclesia (inquit post alia) compatiens passo & sepulto Domino, & gaudet resurgenti in die Dominica, quando Iudæos nimia occupauit mœstitia, & custodes sepulchri conati sunt corrumpere pecunia. Vnde nos traditionem vsque in finem retinere cupientes, &c.] Ante Vmbertum [e] & Innocentium eandem rationem Syluestrum PP. Græcis quærentibus ex Latinis; cur sabbatho ieiunarent, respondisse refert Eusebius in illius vita, his verbis: [Cum omnis Dominicus dies colendus sit in gaudium Christianorum, ergo omnis dies sabbathi deputandus est sepulturæ ad execrationem Iudæorum: omnes enim discipuli die sabbathi fletum habuerunt, sepultum suspirantes, & Iudæis epulantibus lætitia inerat; Apostolis autem ieiunantibus tristitia imperabat. Tristemur itaque cum tristantibus de sepultura, si volumus cum eisdem de resurrectione Domini gaudere.] Nec Latinorum solùm, sed & Græcorum testimonio redditam hanc rationem confirmabo. Eam enim se audiuisse à quibusdam Latinis Ecclesiæ studiosis testatur Theodorus Balsamon [f]. [Ego autem (ait) vidi quosdam Latinos, qui cum propterà reprehenderetur, inanem quoque excusationem afferebant; ad sanctum Domini & Seruatoris nostri Iesu Christi sepulchrum additionem, & ea gratia ex longa consuetudine inualuisse seruatumque esse ieiunium. Quare Syluestri acta apud Metaphrastem, quæ habent, PP. Syluestrum ieiunium sabbathi sustulisse, à Græcis recentioribus deprauata hinc liquet: quo enim Syluester & Innocentius rebus gestis propinquiores, dignitate & sanctitate superiores, eo mihi illorum quoque ratio fide & auctoritate certior & maior est.

In Ecclesia Orientali ieiunium sabbathi Apostolos interdixisse cum Clemens [g] PP. referat, videamus num decretum falsò Apostolis imponatur. Inamque, cum D. Augustinus [h] Orientalis, & Occidentalis Ecclesiæ consuetudinem à prima eius antiquitate vellet repetere, vt dubiam & ambiguam rem in medio reliquit [Quòd si respondetur (scribit ad Casulanum, hoc docuisse Iacobum Hierosolymis, Ephesi Ioannem, cæteró́sque aliis locis: quod docuit Romæ Petrus, id est, vt Sabbatho ieiunetur, sed ab hac doctrina cæteras deuiasse, atque in ea Romam stetisse: & è contrario refertur, Occidentis potiùs aliqua loca, in quibus Roma est, non seruasse, quod Apostoli tradiderunt: Orientis verò terras, vnde cœpit ipsum Euangelium prædicari, in eo quod ab omnibus simul cum ipso Petro Apostolis traditum est, ne Sabbatho ieiunetur, sine aliqua varietate mansisse. Interminabilis est ista contentio, generans lites, non finiens quæstiones. Sit ergo vna fides, vniuersæ quæ vbique dilatatur Ecclesiæ, tamquam intus in membris, etiam si ipsa fidei vnitas quibusdam diuersis obseruationibus celebratur; quibus nullo modo quod in fide verum est, impeditur.] Si certò enim Apostoli, quod à D. Clemente refertur decretum edidissent, Augustinus qui Apostolorum ætati vicinior fuit; & primitiuæ Ecclesiæ non leges tantum, sed & traditiones non scriptas inuestigare & perpetuo vsu cõseruare nixus est, hanc vtique de qua sæpe est interrogatus, non prætermisisset; nec Hieronymus [i] Orientali Ecclesiæ propinquior. Id etiam Syluestrum Papam in responsione ad Græcos quam supra retulimus, non omissurum, argumento satis idoneo coniici potest; nec Innocentium & reliquos, qui de ieiunio Sabbathi vel leges tulerunt, vel latas confirmarunt: apochryphum enim esse eum canonem Apostolorum, non solùm visum est his qui reliquorum auctoritatem, vt leuissimam conantur infrindere, sed & illis qui summa ingenij, doctrinæ & eruditionis vi, eos sanctos tectósque conseruare student [k].

[b] *Cassian. collat. 3. cap. 10*
[c] *Aug. epist. 86. ad Casulan.*
[d] *Innoc. I. epist. 1. ad Decentium Episcopum Eugub.*
[e] *Vmbertus in libro quem aduersus calumnias Michaëlis Patriarchæ Constantinopolitani & Leonis Acridiani Archiepiscopi Bulgariæ pro defensione azymi scripsit.*
[f] *Theod. Balsam. in commentar. ad VI. Synod. in Trull. c. 55.*
[g] *D. Clement. can. 65. Apost. & l. 7. constit. Apost. c. 24.* Non fuisse ab Apostolis interdictum ieiunium sabbathi.
[h] *Aug. epist. 86. ad Casulan.*
[i] *D. Hieron. epist. 28 ad Lucinium Baticum.*
[k] *Franciscus Turrianus in libro de sexta & septima Synodo.*

Vtriusque

Digitized by Google

A Vtriuſque Eccleſiæ conſuetudinem, quod fidei rationi non repugnet, rectè obſeruari, non ſolùm Eccleſiæ Romanæ ſanctiſſimi Patres docent, Ambroſius, Hieronymus, & Auguſtinus; ſed & Græci etiam ſcriptores. [Neque Latinorum (inquit Theorianus Philoſophus [l]) Eccleſiaſtica conſuetudo, neque noſtra (id eſt Græcorum) quidquam quod honeſto fine ac decentia careat, accepit aut tenet; quin potiùs vtriuſque conſuetudinis diuinum propoſitum & mens eſt. Prudentibus ergo rectè omnia, contrà verò imprudentibus omnia ſunt periculo & ruinæ.] In hoc rectè quidem ille, niſi paulò poſt à rectæ ſententiæ tramite deflexiſſet; ait enim, canonem LV. Synodi Sextæ Conſtanſtinopolitanæ in Trullo, qui Eccleſiæ Romanæ conſuetudinem ieiunandi Sabbatho temerè improbat, & non ieiunare iubet, à Vigilio Pontifice Romano fuiſſe approbatum, cuius hiſtoriæ vel fabellæ fidem, auctoritatem & ori-
B ginem paulò altiùs repetere, viſum eſt operæ pretium, ne Theoriani lapſus, aliis etiam labendi occaſio ſit.

[l] *Theorianus cognomento Philoſophus in epiſtola ad ſacerdotes de ieiunio Sabbathi.*

In ea Synodo quæ Conſtantinopoli in Trullo Conſtantino IV. cognomento Pogonato, & Agathonis Papæ Legatis adſiſtentibus aduerſus Sergium, Paulum, Pyrrhum, Petrum, Cyrum & Theodorum Archiepiſcopos Conſtantinopolitanos Monothelitas habita eſt, multi canones conditi dicuntur (ſunt enim numero centum & eo ampliùs) inter eoſdem LV. hunc fuiſſe perhibent. [Quoniam intelleximus in Romanorum ciuitate in ſanctis Quadrageſimæ diebus, in eius Sabbathis ieiunare, præter Eccleſiaſticam traditam conſuetudinem ſanctæ Synodo viſum eſt, vt in Romanorum Eccleſia canon inconcuſsè obtineat, qui dicit: [Si quis clericus inuentus fuerit in ſancto Dominico vel Sabbatho ieiunans, præter vnum & ſolum, deponatur; ſi laicus, ſegregetur.] Canonem hunc confirmatum fuiſſe à Vigilio Papa, idem Theorianus adfirmat; ſed falsò, cùm non ſolùm poſt Vigilium (præceſſit enim Vigilius Agathonem multis annis) ſed poſt ipſum Agathonem, cuius ætate Concilium
C illud indictum eſt, & cuius Legati Theodorus & Georgius Presbyteri, & Ioannes Diaconus in eo interfuerunt, ſeptem & viginti poſt annos canones hos qui Sextæ Synodi eſſe feruntur, editos fuiſſe conſtet, vt Anaſtaſius Bibliothecarius, & ante illum Theophanes Epiſcopus Nicææ apertè docent. Ille enim in præfatione in VII. Synodum ad Ioannem VIII. Romanum Pontificem ſic ſcripſit: [Ergo regias quas Græci in VI. Synodo perhibent editas, ita in hac VII. Synodo principalis Sedes admittit, vt nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus vel decretis ſanctorum Sedis huius Pontificum, aut certè bonis moribus inueniuntur aduerſæ: quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ: ſed nec in cæterarum Patriarchalium, licèt Græca vtantur lingua, reperiuntur archiuis; nimirùm, quia nulla earum, cùm ederentur, aut promulgans, aut
D conſentiens, aut ſaltem præſens inuenta eſt: quamquam eoſdem Patres illas Græcè promulgaſſe perhibeant: qui in Sexta Synodo ſunt inuenti, ſed nullis certè probare poſſunt indiciis.] Hæc ille. Hic autem, id eſt Theophanes Tharaſij Conſtantinopolitani Syncellus, qui à temporibus Diocletiani Imperatoris vſque ad Michaëlem Leonis filium annales rectos & ſimplices fidelisſimè perduxiſſe dicitur, ex originali Græco, quod in Bibliotheca exſtat Vaticana, ſic tranſtulit Turrianus [m]. [Illud oportet non ignorare, caſſum, & nugarium eſſe, quod quidam dictitant, eos qui eſſe Sexti Concilij canones apud ipſos falsò feruntur; poſt quatuor annos editos fuiſſe: vt enim in cæteris omnibus falſitatis coarguuntur, ita in hac re quoque mentiuntur. Sic enim ſe habet vera temporum notatio; Sextum Concilium maximum contra Monathelitas indictum eſt duodecimo anno Imperij Conſtantini: qui fuit Heraclij nepos, à
E mundo condito ſexies milleſimo, centeſimo, ſeptuageſimo ſecundo. Imperauit autem idem Conſtantinus poſtea aliis quinque annis. Eo verò vita defuncto, imperauit eius filius Iuſtinianus annis decemquo eiecto, Leontius tenuit Imperium triennio. Leontio ſucceſſit Tyberius, qui Abſimarus etiam eſt nominatus: fuitque is in Imperio annis ſeptem. Deinde Iuſtinianus is qui fuerat expulſus, in Imperium reductus eſt, imperauitque rurſus ſex annis, vt iam ſecundo anno huius poſteriores Imperij Iuſtiniani deſcriptos fuiſſe canones, vel ex ipſo tertio canone euidens ſit, in quo ita cautum eſt: [Decernimus de Concilij ſententia, vt qui bis vxorem duxerint, & ante hunc diem, qui decimus quintus menſis Ianuarij numeratur, quartæ indictionis, anni ſexies milleſimi centeſimi nonageſimi noni, in hac culpa fuerint, neque eam maculam eluere voluerint, vt gradu moueantur.] Hæc Theophanes, XXVII. annos. à Concilio habito, vſque ad deſcriptos canones numerans, eumque ſecutus Anaſta-

[m] *Franciſcus Turrianus de Sexta, & Septima Synodo.*

De origine & auctoritate canonum ſextæ Synodi.

sius. Et hinc fit, Tharasium, qui in quarta actione VII. Concilij, quatuor aut quinque annis post Sextam Synodum editos hos canones refert, eorum Græcorum sententiam sequutum videri, à quibus id additum fuit & suppositum, vt maior his canonibus auctoritas accresceret. Nec minùs dissentaneum apparet, quod aliqui putant, editos hos canones fuisse in altero nefario Conciliabulo, quod Sextum etiam est nuncupatum, contra auctoritatem huius Concilij (nefariè enim in illo, hoc & damnatum est) anno quinto post hoc, qui fuit primus Imperij Philippici, vt doctè notatum est à Francisco Turriano [n].

[n] *Franciscus Turrianus in actis de Sexta Synodo.*

Nec Theophanes tantùm & Anastasius hos canones post multa tempora suppositos fuisse docent, sed & Vmbertus Cardinalis amplissimus, Leonis IX. ad Constantinopolitanos Legatus: in eo enim libro quem aduersus calumnias Michaëlis Patriarchæ Constantinopolitani, & Leonis Acridani Archiepiscopi Bulgariæ antè sexcentos ferè annos scripsit; hæc ait: [Non autem mirum, si Agathoni Papæ & cunctis Patribus vestra imputatis deliramenta, & quæ aut corrupistis, aut finxistis capitula; cùm etiam ipsi Domino Iesu Christo & Apostolis eius imputetis figmenta. Vnde nos scientes Sextam Synodum ad destruendam hæresim Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas constitutiones congregatam, capitula quæ nobis sub eius auctoritate opponitis, omnino refutamus: quia prima & Apostolica Sedes, nec aliquando ea accepit, neque obseruat hactenus: quia ea, aut nulla, aut vt vobis libuit, deprauata sunt: sicut deprauastis Ioannis Chrysostomi & aliorum Orthodoxorum Patrum dicta, & exhibuistis in eâdem Synodo Sexta.] Et in libro altero, quem aduersus Nicetam scripsit: [De Papa (inquit) Agathone omnino scimus, quia neque Sextæ Synodo per se ipsum præsedit, neque aliquibus capitulis eius subscripsit, nisi quæ promulgata fuerunt aduersus Monothelitarum hæresim, vos videte, vnde hæc habeatis; quia Ecclesia Romana hactenus talia ignorauit.] His omnibus subscripsit Theodorus Balsamon [o], dum fatetur, in Quinta Synodo, quæ congregata est sub Iustiniano, & in Sexta sub Constantino Pogonato; nullos canones editos; ideóque illam factam fuisse ad supplementum duarum, ob idque propriè Sextam non nominari, sed πενθέκτην id est Quinisextam; nam quod Quintæ & Sextæ Synodi deerat, ipsa repleuit. In hoc rectè, sed in reliquo paulò minus: asserit enim, omnes canones in ea Sexta Synodo editos fuisse cum consensu & subscriptione Legatorum Pontificis Romani. [Antiquius (inquit) nomocanonum versaui, & ex subscriptionibus inueni, quòd in hac Synodo, quæ in Trullo magni palatij congregata est, aderant Basilius Gortinæ Cretæ insulæ Metropolis Episcopus, & quidam Rauennæ Episcopus, totius Synodi Romanæ vicem gerentes, & non solùm ipsi, sed & qui tunc erant Papæ Legati, Thessalonicensis, Sardanensis, Heracleanus in Thracia & Corinthius Episcopi.] Id ipsum retulit confirmauitque secundò aduersus Romanæ Ecclesiæ morem in ieiunio hoc Sabbathi idem Balsamon [p]. [Tum propter alia multa, (inquit) tum etiam propter præsentem canonem dicunt qui veterem Romam incolunt, non esse sanctam Synodum œcumenicam, sicut in eius procœmio scripsimus; tamquam enim ferrum cor peruasit, eósque pungit ac configit, vt qui contra Apostolicum canonem faciant, qui dicit: Si quis clericus inuentus fuerit sancto Dominico & Sabbatho ieiunare, præterquam vno & solo, deponatur: si autem laicus, segregetur. Hi ergo venia digni non sunt, qui suæ rursus priuatæ constitutioni inhærent, & non solùm in sanctæ Quadragesimæ Sabbatis ieiunant; sed in reliquis omnibus: ego autem vidi quosdam Latinos, qui cùm propterea reprehenderentur, inanem quoque excusationem afferebant, ad sanctum Domini & Seruatoris nostri Iesu Christi sepulchrum additionem, & ea gratia ex longa consuetudine inualuisse, seruatúmque esse ieiunium. Alios autem vidi, qui Hierosolymam non venerant, & similes ieiunabant, & alios qui eiusmodi ieiunium contemnebant, & indiscriminatim in Sabbathis ieiunium frangebant: qui etiam ad Domini sepulchrum venerant. Non possum itaque dicere, quomodo hæc sic fiant. Videntur autem mores potiùs sequi, quàm canones.] Hæc Theodorus Balsamon, ad labefactandam Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, & confirmandam huius Synodi & canonis auctoritatem. Sed his veriora multò sunt quæ de Synodo Theophanes & Anastasius scripserunt. Et post eosdem Iuo [q], refert ex Pontificali eius Synodi canones à Iustiniano Augusto, ad Sergium PP. missos, & ab eo reiectos, tum deinde ad Ioannem VII. Vt quos vellet probaret, quos nollet, induceret. De canone autem hoc audiamus Humbertum contra Nicetam. [Si interrogem (inquit) Iudæos, quid in Sabbatho celebrent? Respondebunt, requiem Domini.

[o] *Theodorus Balsamon in principio Sextæ Synodi. Trull.*

[p] *Idem Theodorus ad canonem 55. VI. Synodi.*

[q] *Iuo p. 4. decret. c. 78. & 78.*

Si

A Si Græcos? idem, & non aliud dicent: ergo ſub ſeruitute legis ſunt, in cuius vmbra & tenebris conſidunt. Quam traditionem (inquit) ſi tentaſſet Papa Agatho remouere à Romanis, non audiretur ab eis. Quamobrem caput quod aſſeritis Agathonem promulgaſſe (iam dixi ſupra ſub Agathone Papa Sextam Synodum habitam, in eaque aſſediſſe eius Legatos) vt ſi quis clericus ieiunaret Sabbatho, præter vnum, deponeretur, magis dicendum eſt Nazaræorum eſſe, quàm Apoſtolorum: Chærinti & Ebionis magis, quàm Sextæ Synodi, & Papæ Agathonis. Cui ſanè capitulo epiſtola Pauli apertè contradicit, vbi ait: [Nemo vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ & Sabbathorum, quæ ſunt vmbra futurorum. [Vnde Romani proprio auctori & magiſtro Gentium in fide & veritate obedientes, nulli Sabbatho feſtum vel otium dependunt; ſicut neque neomeniæ; quia Iudaica ſunt & vmbra futurorum. Eundem Canonem reprehendit,
B morémque improbat, in libro aduerſus calumnias Michaëlis Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Leonis Acridarum Archiepiſcopi Bulgariæ, pro defenſione azymi. [Si vos non iudaizatis (inquit) dicite cur Iudæis in ſimili obſeruatione Sabbathi communicatis? Sabbatum certè ipſi celebrant & vos celebratis. Epulantur & ipſi, & ſoluunt ſemper in Sabbatho ieiunium, & vos in veſtra Quadrageſima ſoluitis à ieiunio omne Sabbathum, præter vnum. Illis duplex eſt cauſa celebrandi Sabbathum: ex præcepto Moyſis; & quòd contriſtatis diſcipulis, ipſi fuerunt de morte Domini, quem non credebant reſurrecturum, in hac die gauiſi: vnde quia cum Iudæis Sabbathum, & nobiſcum celebratis diem Dominicum, videmini in tali obſeruatione ob ſeruare ſectam Nazaræorum; qui recipiunt Chriſtianiſmum, vt non dimittant Iudaiſmum. Latina autem Eccleſia compatiens paſſo & ſepulto Domino, & gaudet reſurgenti in die Dominica, quando Iudæos nimia occupauit mœſtitia, & cuſtodes ſepulchri conati ſunt corrumpere pecunia, vnde nos traditionem vſque in hodiernum diem de Sab-
C batho retinentes, & vſque in finem retinere cupientes.

Quòd ſi aduerſus hæc obiiciatur Adriani [r] Pontificis decretum, apud Gratianum, quo Sextam Synodum, cum omnibus ſuis canonibus ratam voluiſſe videtur, his verbis, [Sextam Synodum ſanctam recipio cum omnibus canonibus ſuis; non magis morabor, quòd ſciam verba illa non Adriani Papæ, ſed Tharaſij Archiepiſcopi Conſtantinopolitani eſſe. Adrianus enim in epiſtola ſua, qua reſcribit Tharaſio, ea retulit quæ dixerat idem Tharaſius in prima epiſtola ad Adrianum; nec in epiſtola Tharaſij verba ſunt, quæ retulit Gratianus, ſed longè diuerſa; ſic enim retulit Adrianus [s]: [Nam quas mihi per Leonem venerabilem Presbyterum veſtrum literas miſiſtis, mox in principio paginæ primæ cognoui, Pietatem tuam, cùm laicorum ordinatione, tum Imperatorio ſuffragio in ſacrum Patriarchatus ſolium exaltatam, quam ob cauſam effuſo gaudio exultauit cor meum. Quod ſi autem non perſ-
D pecta mihi eſſet, & probè cognita erga ſacras Synodicas ſex conſtitutiones & venerandas imagines veſtra ſinceritas & orthodoxa fides, nequaquam ad Synodum conuocandam aſſentiremus. Verùm quemadmodum non leuiter cor noſtrum ex ſuperioribus veſtris diſſenſionibus dolore tactum eſt, ita plurimo gaudio anima noſtra perfuſa eſt; poſtquam cognouiſſem piam veſtram confeſſionem & rectam fidem eſſe firmam & ſtabilem. Inuenimus autem in prædicta Synodica veſtra epiſtola, quanta ſit confeſſio & recta fides veſtra circa cœtus ſacros, & ſex ſacras Synodos, & erga venerandas & ſacras imagines, quæ profectò mira eſt & compunctione digna. In qua etiam clarè eſt expreſſum, quòd in ſextæ Synodi diuinè & legaliter prædicatis canonibus recipitur pictura illa veneranda, in qua Agnus digito Præcurſoris demonſtratus, graphicè eſt inſculptus, &c.] Hæc in antiqua tranſlatione epiſtolæ. Ex quibus erui non
E poteſt, Adrianum Papam confirmaſſe omnia quæ Tharaſius Archiepiſcopus in ſua Synodica retulerat; quoniam de omnibus canonibus qui ſextæ Synodi nomine feruntur, tunc diſputare, nec Tharaſij, nec Adriani animus erat; ſed de his quæ ad ſacras imagines, picturam præſertim Agni digito Præcurſoris demonſtrati ſpectabant. Quare cùm eum canonem retulerit tantùm Tharaſius, & alios qui in ſexta Synodo editi ſunt, (ſex fuiſſe Hincmarus refert) non conſtat ex hoc loco centum & duos qui exſtant nunc, Tharaſium retuliſſe, nec Adrianum confirmaſſe; cùm nihil minus ad vtriuſque propoſitum ſpectaret. Quòd ſi recentiorem Græci Concilij & epiſtolæ in eo contentæ tranſlationem conſideremus, multo ſanè minùs, aut Tharaſij ſententia, aut Adriani oberit confirmatio: cùm in illa generaliter omnium Sex Synodorum canones potiùs, quàm ſolius Sextæ & referantur & confirmentur. Sic enim ait, vt in emenda

[r] *Adrian. PP. apud Grat. in c. Sextam Synodum 16. diſtin.*

[s] *Adriani hæc epiſtola ad Tharaſium exſtat in 2. actio. VII. Synodi.*

Canon 82. Sextæ Synodi, quòd probatus ſit ab Adriano PP. & Septima Synodo, certam auctoritatem habet.

emendatione Gregoriani decreti exstat : [Inuenimus autem in prædicta Synodica epistola sanctitatis vestræ, post plenitudinem fidei & confessionem sacri Symboli, & omnium sanctarum Synodorum, & de sacris ac venerabilibus characteribus, miraculum laude, ac veneratione dignissimum contineri. Quare & easdem sanctas Sex Synodos suscipio, cum omnibus, quæ iure, ac diuinitus ab ipsis promulgatæ sunt.] A

En non Sextæ Synodi, sed Sex Synodorum decreta & canones referri, & confirmari. Quæ verba, vt vera esse possint, sat est, si in nonnullis eorum canones editi fuerint, vt editos constat in Nicæno, Constantinopolitano primo, & aliis : alioquin si omnia Concilia canones constituisse dicerentur, falsò id non solùm Sexto, sed & Quinto imponeretur ; à quo etiam est certum nullos fuisse conditos canones. Quòd si canonis nomine, quidquid in Concilio actum decretúmque fuit, comprehendi dicamus, quod Tharasius dixit, & retulit Adrianus (se recipere Sex Synodos cum suis canonibus) in omnia Concilia conuenire potest ; quòd in omnibus illis aliquid decretum constitutúmque fuerit, etsi de canonis nomine & decretorum numero non constet. Idque etiam respondendum est ad canonem primum eiusdem Septimæ Synodi, in quo de confirmatione Sex Synodorum & earum constitutionum hæc verba sunt : [Cùm hæc ergo ita se habeant, & sint nobis testata, ijs exultantes, vt si quis multa spolia inuenerit, diuinos canones libenter amplectimur, eorúmque constitutionem integram & illabefactabilem. Confirmamus quæ edita fuerunt à sancti Spiritus tubis, omni ex parte beneditis Apostolis, & Sex sanctis Vniuersalibus Synodis : his quæ ad huiusmodi decretorum traditionem localiter coacta fuerunt, & nostris sanctis Patribus] Quòd si item obiciatur actio Quarta Septimæ Synodi : [Habeo (inquit) librum continentem canones sanctæ Sextæ Synodi [t]. Patriarcha dixit : Quidam scandalizantur per ignorantiam, pro canonibus istis, dicentes, Numquid Sexta Synodus canones fecit ? Sciant ergo, quoniam sancta Synodus Sexta sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebant vnam operationem & vnam voluntatem esse in Christo ; in qua sancti Patres illos vt hæreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanarunt, & soluta Synodus est Constantini XIV. anno. Post quatuor verò, aut quinque annos, idem sancti Patres congregati sunt, sub Iustiniano filio Constantini, & prædictos canones promulgauerunt, de quibus nullus dubitet ; qui enim sub Constantino in Synodo fuerunt, iidem ipsi Episcopi sub Iustiniano istis canonibus subscripserunt, oportebat enim vt Synodus Vniuersalis canones Ecclesiasticos promulgaret.] B C

Explicatur canon I. Septimæ Synodi.

[t] *Actio quarta Septima Synodi, quæ exstat etiam apud Grat. c. habes 16. dist.*

Respondebimus, eam non fuisse constitutionem aut decretum Concilij VII. sed cùm in eius actionibus referrentur omnium Episcoporum sententiæ & dicta de sacris characteribus siue imaginibus : contigit, vt Elias venerabilis protopresbyter sanctæ Ecclesiæ Dominæ nostræ Deiparæ in Blachernis (sic vocatur) legeret ex charta, quæ diffinitiones sanctæ & vniuersalis VI. Synodi continebat, canonem de pictura Agni digito Præcursoris indicati, ad confirmandas imaginum picturas : & cum obiceret Eliæ venerabilis monachus Sabbas, qua de causa canon ille non ex libro, sed ex charta legeretur ; Tharasius Patriarcha respondit his verbis : [Quoniam charta ipsum est authographum, in qua subscripserunt Patres.] Vt firmiorem redderet sententiam Eliæ & confirmationem Tharasij, Petrus Episcopus Nicomediæ, adiecit statim, se habere librum continentem canones VI. Synodi, his verbis, quæ in eâdem actione IV. referuntur : [Petrus Metropolites Nicomediæ dixit : Quin etiam habeo & alterum codicem VI. sacræ Synodi canones continentem, quem in manibus sumptum Victor venerabilis diaconus & notarius legit, repetens eundem canonem, scilicet de pictura Agni digito Præcursoris indicati] Ne autem huic Petri Episcopi Nicomediæ codici ad perfringendam canonis illius auctoritatem, & euertendum imaginum cultum, notam alius obiceret, vt obiecerat Eliæ Sabbas : intercludere aditum voluit, idem Tharasius Archiepiscopus Constantinopolitanus ; his verbis, quæ in eâdem actione statim post præcedentia referuntur. [Sanctissimus Patriarcha dixit : Quæ est hæc ignorantia, qua plerique laborant circa hos canones ? Scandalum enim est dubitare, num sint VI. Synodi, cognoscant igitur tales, VI. Synodum temporibus Constantini fuisse congregatam, nimirum contra eos, qui tantummodò vnam actionem & voluntatem in Christo collocant. Illi igitur hæreticos anathemate verberantes, orthodoxámque fidem confirmantes, sub annum XIV. Imperij Constantini domum redierunt. Post annos igitur IV. aut V. iidem D E

illi

illi Patres ſub Iuſtiniano Conſtantini filio congregati prædictos canones ediderunt: neque hac de re quiſquam dubitet. Nam qui temporibus Conſtantini ſubſcripſerunt, iidem illi ſub Iuſtiniano quoque præſentem hanc chartam ſubſignarunt; quæ res ſatis clara eſt ex eorundem propriarum manuum immutabili ſimilitudine. Neceſſum autem erat, vt poſt Synodum Vniuerſalem definitam, canones quoque Eccleſiaſticos ederent. Igitur ad recordationem ſalutaris illius mortis in carne politiæ ex venerandis imaginibus, nos manu duci declararunt. Quòd ſi autem in diſpenſationem Chriſti veri Dei hoc modo manu ducimur, quales eos eſſe arbitrandum eſt, qui has ſubuertere conantur? Sancta Synodus dixit: verè impios Hebræos & veritatis hoſtes.] Hæc in quarta actione VII. Concilij, & Elias & Sabbas, & Petrus & Tharaſius, qui cum de VI. Synodi canone, qui ad imaginem picturæ Agni digito Præcurſoris inſigniti, ſpectabant, vellent ſolùm agere, ad confirmandam reliquorum auctoritatem non faciunt ſatis: nec eorum ſententiam approbauit Concilium, ſed ſolùm reſpondit, verè impios Hebræos, & veritatis hoſtes eſſe illos, qui imaginem Chriſti & reliquias ſubuertere niterentur. Ideò autem impios Hebræos eos vocauit, quia primum huius erroris auctorem Hebræum quendam nomine Saranthapechym in Tyberiade fuiſſe, Ioannes religioſiſſimus Monachus vicarius Orientalium Epiſcoporum dixit, eamque firmauit in eadem VII. Synodo, actione V. Nec de reliquis canonibus egit Elias, vel Sabbas, vel Petrus, vel Tharaſius; nec ſi egiſſent, tantum eſſet eorum relatio momentum habitura cùm, quia auctoritate Concilij confirmata non eſt: tum, quia in adhibenda recta annorum ſupputatione minùs diligentem fuiſſe Tharaſium conſtat; nam quatuor aut quinque annos poſt Sextam Synodum editos canones refert, cum ex fidiſſima & vera Theophanis, & Anaſtaſij Bibliothecarij relatione ſit certius XXVII. annos poſt Concilium editos fuiſſe. Nec illud verum eſſe poteſt, quod idem Tharaſius refert, eoſdem Patres canonibus ſubſcripſiſſe, qui ſubſcripſerunt ipſi Sextæ Synodo, iam quatuor aut quinque annos antea finitæ: cùm eorum præcipui legati, ſcilicet Agathonis Papæ, iam abfuiſſent, nec de eorum ſubſcriptionibus conſtat: erat enim iam alius Pontifex, non Agatho, qui è viuis exceſſerat, nec Leo IX. qui illi ſucceſſit, nec Benedictus II. nec Ioannes V. nec Chonnon: ſed Sergius I. quatuor enim, aut quinque annorum ſpatio, omnes illos Pontifices Sedes Romæ Apoſtolica habuit: erat iam Conſtantinopoli alius Patriarcha, alij Epiſcopi multi, alius numerus, alia Patrum nomina: quod & ab Anaſtaſio Bibliothecario admonitum animaduerſumque eſt.

Quod verò de numero canonum, ex eâdem VII. Synodo actione VI. idem Gratianus [u] retulit, ex ipſius Concilij exemplari repetendum eſt, vt rei geſtæ veritas diſputatione & diligentia clareſcat. Poſtquam ſeptima Synodus in quinque actionibus præcedentibus latè tractaſſet de ſacrarum imaginum in Eccleſia vſu, antiquitate & auctoritate: viſum tandem eſt, ne hæretici illi, qui in nefario Concilio (Septimum illi vocabant) congregati de abiiciendo imaginum cultu errorem ſuum defenderant pertinaciter, & ſcriptis euulgauerant, occaſionem lapſus darent Catholicis, ſummam ſuæ doctrinæ ſiue erroris referre, cum breui etiam Catholicorum Epiſcoporum, qui id poſtularunt reſponſo & refutatione quaſi antidoti loco. Cum ergo ſummam alius Conciliabuli Gregorius Epiſcopus Neocæſareæ referret, ad finem tomi primi; inter alia quæ Epiphanius Diaconus legendo reſpondit, retuliſque de imaginum vſu antiquo, & earum in Conciliis facta confirmatione, hæc ſubiunxit: [Sacra autem Sexta & Vniuerſalis Synodus, poſtquam ſententiam ſuam de vna voluntate Chriſti, ſub Conſtantino, qui per ea tempora, imperium adminiſtrabat, cuiuſque nutu & voluntate conuentus is erat indictus, pronunciaſſet, contigit Imperatorem de vita decedere. Iuſtiniano autem eius filio Imperium aſſumente, iterum vnanimiter omnes diuina voluntate poſt quatuor, aut quinque annos congregati, de rebus Eccleſiaſticis, ſtatúſque earum correctione, circiter duos & centum canones edidêre, in quorum octuageſimo ſecundo de imaginibus ſic tradiderunt: [In quibuſdam venerandarum imaginum picturis, Agnus digito Præcurſoris, &c.] Hæc Patres inter alia hæreticis reſponderunt priuata auctoritate, vt indicat relatio Leonis Secretarij in principio ſextæ actionis: etſi publicè recitari in Concilio petierint, legíque Concilio placuerit, de confirmatione autem non conſtat: quinimo ſi canones illos ea confirmatione (vt aiunt) quæ ad finem ſeptimæ actionis exſtat, illos adprobaſſet; quod non feciſſe legimus:

[u] *Gratia. ad finem eiuſdem c. habes 16. diſtinctione.*

leginus : illud vel ex sententia Tharasij Patriarchæ Constantinopolitani, vel alterius, qui aliquid auctoritatis adiici Concilio illi voluit, additum est, repugnante rerum gestarum historia, quam fidelissimè retulit Theophanes [a] & confirmauit Bibliothecarius. A

[a] Theophanes & Anastasius Bibliothecarius in breui historia citata Grat. can. 1. cauſa 16. quæſt. 1. ad fin. dist.

Quare quod in principio Conciliorum, de eorum origine ex D. Isidoro repetit Gratianus, integram fidem non habet, siue Gratianus illius capitis, siue Isidorus, siue quicunque ille sit auctor (Isidorus enim hic Hispalensis Episcopus esse non potuit, quia facit mentionem de VI. Synodo, quæ post Isidorum hunc habita est,) cum de origine & tempore Conciliorum Generalium institueret sermonem, postquam de Nicæna, de Constantinopolitana I. de Ephesina, de Chalcedonensi, de altera Constantinopolitana, quæ V. Synodus dicitur, de Sexta hæc habet. [Sexta in Constantinopoli C. L. Patrum contra Macharium Antiochenum Episcopum & socios eius, qui vnam voluntatem & operationem in Christo falsa suspicione asserebant, temporibus Constantini principis, Agathonis PP. Romani, Georgij Constantinopolitani, qui condemnata hæresi prædicta, anathematizando scripserunt octo capitula, Gratianus verò nouem capitula inferiùs annexa. Illa nouem existant, quæ retulit ex vetusto codice monasterij sancti Bauonis vrbis Gandauensis, Laurentius Surius [b] ad finem VI. Synodi. Hæc enim minus vera sunt, sicut & illud quod Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, qui vixit tempore Nicolai I. in libro de quibusdam canonicis capitulis testatur asserens in VI. Synodo, nullos canones præter sex editos fuisse. Verius enim est, nullos in eo editos, sed septem & viginti post annos, vt Theophanes & Anastasius retulerunt. Quibus tandem omnibus (vt eò reuocetur quo egressa est oratio) obseruationem ieunij sabbathi in Ecclesia Occidentali iuste obseruari constabit, relicto XXCVI. canone VI. Synodi, quem apocryphum falsumque & in inuidiam Ecclesiæ Romanæ ab æmulis eius confictum, ex his quæ iam diximus, satis perspicuè apparet. Quæ ideò à me tractata sunt, quod de Sextæ Synodi canonibus & horum auctoritate frequens esse soleat disceptatio: eorum tamen plures, qui sinceram præ se ferunt doctrinam, & veritatis & vetustatis prærogatiuam, non omnino contemnendos, quod præter Adrianum PP. I. Sixtum etiam V. Pontif. Max. canonem de fœminarum abortu, diserte ex illo verbis fuerit mutuatus. B

[b] Laurentius Surius in tom. Conciliorum Labbeus in p. 3.

Explicitum D. Ignatij [illegible] Quod autem Ignatius Ioannis discipulus ad Philippenses scripsit [Christi esse interfectorem, qui Dominicam aut sabbatum ieiunauerit, præter sabbatum Paschæ] alio respexit: illud enim dixit contra hæreticos Marcionistas, qui eo tempore ieiunabant sabbatho & Dominica, in opprobrium Dei Iudæorum, quòd septimo die requieuisset ab omni opere quod patrarat, vt diuus Epiphanius [c] est auctor. [Sabbathum verò ieiunant ob hanc causam, quoniam Dei (inquiunt) Iudæorum est requies, qui mundum fecit, & septima die quieuit. Nos ieiunamus hanc, vt ne officium Dei Iudæorum faciamus.] Salutare igitur sabbathi ieiunium diuturno Ecclesiæ vsu & auctoritate vt sanctissimè cœptum receptumque est, ita constantissimè est retinendum. Eius autem indicendi auctores decreto interposito, Patres fuisse Illiberritanos vel ex hoc canone fit satis probabile. C

[c] Epiphan. [illegible] tom. 3. c. 41.

Perfectum autem huius diei ieiunium in Ecclesia Hispanica iam diu abiit in desuetudinem, & commutari cœpit pro alio imperfecto, à carne enim solum abstinemus: quod ieiunium imperfectum vocat Ioannes Damascenus [a]. Tertullianus [b] autem portionale: oua enim & caseum comedere in sabbatho, saltem Quadragesimæ & Dominico, antiquum est in Ecclesia Græca Armeniorum: quod isidem his canonibus, qui VI. Synodi [c] esse feruntur, sublatum reperio. [Similiter accepimus & in Armeniorum regione, & in aliis locis, in sabbatis & Dominicis sanctæ Quadragesimæ quosdam oua & caseum comedere: visum est ergo, & hoc, vt omnis Dei Ecclesia quæ est in vniuerso terrarum orbe, vnum ordinem sequens, ieiunium perficiat & abstineat, sicut abomni mactabili: sic de ouis & caseo, quæ quidem sunt fœtus & fœtus eorum à quibus abstinemus. Si autem hoc non seruauerint, si sint quidem clerici, deponantur: si autem laici, segregentur.] A Græcis Gothos, & à Gothis Hispanos vsum comedendi oua, caseum & reliqua lacticinia, sabbathis magis crediderim, nam ante illorum aduentum, ieiunium hoc imperfectum Hispaniam agnouisse nusquam legimus. D

[a] Damascen. libello de ieiunio.
[b] Tertull. lib. de Ieiunio contra Psychicos.
[c] 55. Synod. can. 56. E

COMMEN

COMMENTARII NOVI.

A

ESt apud Matthæum *cap.*9.& Lucam *cap.*5. discipulos Ioannis, & Pharisæos Christum Dominum rogasse, quare discipuli eius non ieiunarent:quibus ipse respondit: *Veniet dies cum auferetur ab eis Sponsus,& tunc ieiunabunt in illis diebus.*Hinc Romana Ecclesia quam secuta est Hispaniæ, & aliæ Occidentales, ex Apostolorum traditione consuevit sexta feria, & Sabbatho ieiunare.His enim diebus ablatus fuit à discipulis Sponsus. Verumtamen in Ec-

B

clesiis Orientalibus aliter in more positum fuit;nempè vt feria quarta, & sexta ieiunaretur, vt constat ex *can.*68. Apostolorum, & ex D.Clement.*l.*5.*const. Apost.c.*16 *& vlt. & lib.*7. *c.*24.& S. Ignatio *epist. ad Philip.* & Gratiano *de consecrat.dist.*3.*c ieiunia* ex dictis S. Apollonij,qui ab Ioone dicitur Apollinarius*p.*4 *c.*32. & ex Epiphanio *in compendio Doctor. Eccles.*& Origin.*in Leuit.* & Cyrill.*in Lenit. lib.* 10. & Tertull. *aduersus Psych.c* 14. Anastasio *in lib.* quem ὁδηγὸν inscripsit, idest viæ ducem.& S. Petro Alexandrino *can.*15.Producebatur verò hoc ieiunium vsque ad horam 9. cætera verò vsque ad vesperam,vt testatur Tertull. *aduersus Psychic.c.*10.Horàm ieiuniorum rationem reddit D.Clemens: Quoniam in quarta feria iudicium contra Dominum prodiit;cum Iudas pecunia accepta,promisit eum tradere: in parasceue verò,quoniam in ea Dominus Crucis

C

supplicium passus est. Hæc Clemens *lib.* 7. *c.*24. Sabbathi verò ieiunium seuerè interdictum à Græcis est, & ab omni Orientali Ecclesia. D. Ignatius testatur *in epist. ad Philip.* quæ est 8.Quicumque Dominicam, aut Sabbathum ieiunauerit,præter vnum Sabbathum Paschæ,ipse est Christi interfector.Vnde Græci insultabant Latinis, quod contra Apostolicas leges Sabbatho ieiunarent. Huius obser-

D

uantiæ meminit Clemens *constitut. Apostol. lib.*7.*c.*24.& Irenæus *lib.*1. *cap.* 20. & demceps Epiphan.*hæres* 41 *&* 42. Gregor. Nyssenus *in oratione aduersus eos, qui ægrè ferunt reprehensiones.* Socrates *hist.lib.*6.*c* 8. Anastas. Nicænus *lib. quæst.q.*77. Quapropter Innocentius Papa *in epist.ad Decentium c.*4. Sabbatho esse ieiunandum rationibus euidentissimis, vt ille ait, demonstrat. Et sanctum Eliberitanum Concilium errorem huiusmodi corrigendum decreuit, vt omni Sabbatho ieiunaremus, vt primi Christiani nostri ieiunauerunt. Quum verò adhuc etiam Græcorum consuetudo in

E

Hispania perseueraret, Lucinius nobilis Hispanus prouinciæ Bæticæ Hieronymum consuluit in Bethlehem commorantem, vtrum Sabbatho esset ieiunandum, vt Romana, & Hispana Ecclesiæ obseruabant. Cui rescripsit Hieronymus *tom.*1.*epist.*28.traditiones Ecclesiasticas ita obseruandas, vt à maioribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subuerti. Idem Augustinus ad Ianuarium respondit *epist.*118. ex sententia Ambrosij dicentis Monicæ: *Quum Romam venio,ieiuno Sabbatho,quum hic sum* (ideſt Mediolani)*non ieiuno.* Et huius rei affert causam Augustinus *ad Casulanum epistol.* 86. & Cassianus *collect.*3. *c.*10. In Ecclesia Hippo-

nensi eadem consuetudo viguit, vt testatur Augustin. *epist.*86.& 118. Iisdem fere temporibus Decentius Eugubinus Episcop. Innocentium R. P. de ieiunio Sabbathi consuluit. Ad quem Pontifex rescripsit *epist.*1. *c.*4. Romanæ Ecclesiæ,& aliarùm occidentis consuetudinem esse tenendam, quæ Sabbathi ieiunium magnopere commendat. Nicephorus etiam huius consuetudinis Romanæ Ecclesiæ meminit *lib.*12. *histor.c.*34. & Gregor. VII. *quia dies de Conſ.distin.*5. Et Innocentius consultus de hac re à Bracharensi Archiepiscopo respondit, prouinciæ consuetudinem deberi obseruari, vt sabbathis à carne omnes abstinerent; infirmis, & debilibus duntaxat exceptis. Refertur *lib.*3 *Decretal.c.Concilium de ceſſern. ieiuniorum:*errorque Socratis histor.*lib* 5 *c.*21 refellendus est, dum ait, Romæ in Quadragesima ieiunare solitos fideles, Sabbatho excepto atque Dominica. Loaysas.

Sabbathi dies vno excepto immunes olim ab omni ieiunio, & tanquam festos antiquitus agebant, & tùm etiam in Græcia mos ille perdurat, quem Hispaniæ Patres post Romam primos omnium antiquasse verisimile est ex hoc canone,& feriæ quartæ ieiunia, & stationes in Sabbathum transtulisse.

Superpositiones, hoc est imponere ieiunia quæ soluta non essent obseruari. Albaspinæus.

Dissidium hoc,seu potiùs diuersam consuetudinem Ecclesiæ Orientalis, & Occidentalis iam Patres Ecclesiæ agnouerunt, & iuris Interpretes illustrarunt:In Ecclesia enim Orientali Sabbatha vt festiua celebrari probatur ex *can.*5. *Concil. Laodiceni*, vbi cauetur ne alii Quadragesimæ diebus, quam Dominicis, aut Sabbathis natalitia Martyrum colerentur; quòd expressum est eiusdem diei festiuitatis argumentum, cum diebus aliis natalitia Sanctorum Quadragesimæ tempore apud Græcos celebrari non possint, vt latè probat Filesacus *de Quadragesim c.*13.& probatur ex D.Clemente lib.8. constit. Apostolicor. c.33. *Serui quinque dierum opus faciant,sabbatho autem,& Dominica die vacent in Ecclesia*; Socrate lib.6 histo. cap.8.*Cum festa cuiuslibet Hebdomadæ occurrebant, videlicet Sabbathum, & dies Dominicus, quibus Conuentus in Ecclesiis fieri solent*; Sexta Synod. Trullan. *can* 8. ex Timoth. Gregor. Nysseno, Anastasio, & Cassiano probant Baronius anno 57.*num.*205.Vinar.*de veteri Manichatu lib.*2.*cap.*12.*num.*31. Nec contrarium probat *text. in can.*29. Synodi Laodic. relat. *in can.*15. *de Consecr. dist.* 3. *cap. quia dies consecr. dist.* 5. in illis verbis:*non oportet Christianos iudaizare, & in Sabbatho otiari.* Nam his verbis tantum prohibetur Iudaico more in Sabbatho otiari, & ab omni opere vacare vt Iudæi faciebant; non autem prohibetur eius diei festiuitas, si ritu Christiano, & non Iudaico colatur; vt in eius Canonis Schol. notarunt Fustelus & Balsam. Albaspin. *lib. obseru.c.*13. & nos *in c.*1. *de feriis.* In Ecclesia verò Occidentali, seu Latina non solum dies Sabbathi,vt festiuus non colebatur,verum,

in eo ieiunabatur superpositio, ideſt continuato ieiunio feriæ ſextæ, vt patet ex Innocentio *epiſt. 4. ad Decentium.* Concil. Gerund. *can.* 3. Cæſarauguſt. *can.* 3. Brachar. 1. *can.* 4. Agath. *can.* 12. Aurelian. 4 *can.* 2. probant Sanctus ad Sidonium *lib.* 1. *epiſt.* 2. verb. *Luxu Sabbatharia*, Ambianus ad Tertull. *cap.* 15. *obſeru.* 2. Gazæus ad Caſſian. *lib.* 3. *c.* 9. Sed cum vtriuſque Eccleſiæ conſuetudo fidei ratione non repugnaret, quælibet Eccleſia abundabat in ſenſu ſuo *c. illa diſt.* 12. *c. vtinam* 76. *diſt.* Diſſenſionis tamen cauſam breuiter perſtringamus: igitur Eccleſia Occidentalis ob memoriam Dominicæ ſepulturæ, & quia dies Sabbathi triſtitiam Apoſtolis indicit, ieiunium in ea die obſeruauit, Innocent. I. *epiſt.* 1. Quam rationem ex S. Syluestro refert Euſebius *in eius vita* his verb. *Cum omnis Dominicus dies colendus ſit in gaudium Chriſtianorum, ergo omnis dies Sabbathi deputandus eſt ſepulturæ ad execrationem Iudæorum: omnes enim diſcipuli die ſabbathi fletum habuerunt ſepultum ſuſpirantes, & Iudæis epulantibus lætitia inerat, Apoſtolis autem ieiunantibus triſtitia imperabat. Triſtemur itaque cum triſtantibus de ſepultura ſi volumus cum eiſdem de reſurrectione dominica gaudere* Quam rationem à Latinis diſcuſſi reiectam Balſam. *ad Can* 55. *ſexta Synodi in Trullo.* In Eccleſia verò Orientali non ieiunabatur die Sabbathi excepto Sabbatho Paſchæ in deteſtationem hæreticorum Simonis Magi, Saturnini, Menandri, Cerdonis, & Martionis, eorumque ſectatorum qui omnes Deum optimum maximum authorem mundi cum omnibus à ſe creatis rebus malum eſſe, atque ideo à carnis eſu, & propagatione per matrimonium abſtinentes die Sabbathi ieiunabant, ne Creator mundi, qui die ſeptima requieuit, honorari videretur, vt conſtat ex Epiphanio, & hoc ſenſu ſanxit D. Ignatius Epiſcopus epiſt. ad Philipp. *ſiquis Dominicum diem, aut Sabbathum vno nempè Paſchali ieiunauerit, Chriſti interfector eſt*, idcóque in *can.* 61. Sextæ Synodi iubetur poſt veſperam Sabbathi vſque ad veſperam Dominici ſequentis non flectere genua in memoriam, & honorem Reſurrectionis Domini. Vnde Græci conſuetudinem ſuam retinebant hæreſeon vitandarum cauſa, Latini verò ob luctum, & mœrorem abſtinentiam, & ieiunium obſeruabant *d. c. quia die de conſecr. diſt.* 5 *l.* 6. *tit.* 23. *partit.* 1. docent Benedictus Æthenus *diſquiſ. Monaſt tract.* 7. *diſquiſit.* 2. Primarius noſter D. Anton. Grana *in c.* 1. *de feriis.* Neque contrarium ſanxerunt Apoſtoli in *can.* 65. in illis verbis: *Siquis dominicum diem, aut Sabbathum vno ſolo dempto ieiunare deprehendatur, deponitur, ſin laicus a communione eiicitur.* Vbi cum indiſtinctè, & abſolutè Sabbatho ieiunare prohibeant tam Græcis, quam Latinis id inhibitum videtur ex *l. de pretio ff. de Publiciana*; nam omiſſis *Coriolano, & Vinnio in notis ad ipſum*, Baronio *vbi ſupr.* qui exiſtimarunt Canonem illum non eſſe Apoſtolorum, imò à Græcis ſuppoſitum, dicendum eſt quod cum leges tempori, & locis inſeruire, & adaptari debeant, & pro varietate temporum diſtinctionéque nationum diuerſimodè practicari, *c.* 4. *diſt. c.* 1 *de conſtat. in* 6. docent Gaillus *lib.* 2. *obſeru. c.* 10. Bobadilla *lib.* 2. *polit. c.* 10. *num.* 6. Ramirez *de leg. Reg.* §. 11. *n.* 16. D. Ioannes Solorzan. 2. *tom. de iure Ind. lib* 1. *c.* 4. *num.* 92. *& c.* 14. *num.* 19. Canon ille, qui fidelibus Orientalis Eccleſiæ, vtiliſſimus, & iuxta opportunitatem temporis, in quo fuit latus, valdè neceſſarius erat, cum aliquod fidei dogma non contineret, vim, & obſeruantiam non produxit in Occidentales Eccleſias, neque ab eis fuit receptus ſcientibus, & permittentibus ipſis Apoſtolis, neque in Eccleſia Romana vnquam praxi admiſſus reperitur, vt probat Albaſpin. *lib.* 1. *obſer. cap.* 13. Vndè ait Sanctus Maximus in Scholijs, ad S. Dionyſium, *ſi Dionyſius aliquando tradit diuerſa ab his, quæ in Eccleſia cernuntur, non eſt mirandum, ſed credendum potius eorum temporum ſtatui congruiſſe*, & D. Auguſt. cuius tempore magna fuit de Sabbathi ieiunio contentio, aliquibus dicentibus in Sabbatho non eſſe ieiunandum, aliis contrarium aſſerentibus *epiſt.* 86. aiebat: *Apoſtolus*, inquit, *qui manducat, non manducantem non ſpernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet, quia neque ſi manducauerimus, abundabimus, neque ſi manducauerimus, egebimus: cuſtodita ſcilicet eorum inter quos viuimus inoffenſa ſocietate.*

Ex hac ergo Orientalis Eccleſiæ diuerſa conſuetudine deſcendit illa, quam *D. Auguſtin.* appellat in Regia veſte varietatem, in *cap de illa verſ. mater.* 12. *diſtin.* ita vt plures Eccleſiæ Africæ Orientali adhæſerint, Tertull. *ad Pſychicos cap.* 15. Diuus Auguſtin. *epiſtol.* 88. Plures verò Romanam ſequerentur, inter quas fuit Hiſpana, vt ex hoc canone, & Conciliis Gerund. & Cæſarauguſtano ſupra relatis conſtat, ſed poſteà diuturnis, ac ſæuiſſimis bellis aduerſus Arabes Mahometanos per 700. & eò ampliùs annos geſtis annonæ anguſtiſſimæ penuriâ contraria inducta fuit conſuetudo, vt refert Alphonſus Ciaconius *in tract. de ieiun.* Vndè varius mos introductus fuit in Eccleſiis Hiſpaniæ, vt refert Luitprand. in Chron. anno 409. ibi: *Celeberrimus habebatur in Hiſpania Sixilla, quod anno* 776. *contraxit Concil. Toleti ex mandato, litteriſque Adriani Papæ contra Egilanem Epiſcopum Illiberitanum nolentem die Sabbathi a carne abſtinere:* certe Innocentij III. temporibus in Prouincia Brachar. carnes non edi conſtat ex *c. Conſilium de obſeru. ieiunior. l.* 6. *titul.* 23. *partit.* 3. Hodie tamen die Sabbathi extrema tantum animalium eduntur, quæ conſuetudo, ſi credimus P. Marianæ eſt in vſu temporibus Alphonſi VIII. poſt partam victoriam illam, quæ vocatur *de las Nauas de Toloſa*: ita ait Mariana lib. 10. hiſtor. cap. 24. *Haud multo maiori fide nixum eſt, quod cuiuſdam Hiſtorici teſtimonio à nonnullis inuenio affirmatum: ex hoc tempore in Hiſpania religionem à carnibus abſtinendi diebus Sabbathi, ac inteſtinis tantum, & extremis animalium partibus veſcendi, ſuſceptam eſſe; veteri more, quem Gothi ex Gracia tranſtulerunt, vndè ſacra primum acceperunt, hoc temperamento emollito.* Eum ſequitur eruditus D. Laurentius Ramirez *in not. ad Luitprand. fol.* 409. Alia de ieiunio Sabbathi congeſſerunt Turrian. *ad D Clement.* vltra ſupra laudatos *lib.* 7. *cap.* 23. Spondan. *in epit. Baronij anno* 59. *num* 60. Briſſon *in l. die Domin. Cod. de ſpectac.* P. Gregor. *lib.* 1. *partit. tit.*

A lit. 18. *cap.* 3. Azor. 1. *p. inſtit. moral. libro* 2. *cap.* 1. Conradus Brunus *de cærem. libro* 6. *capite tertio*, Albaſpin. *libro primo, obſerv. cap.* 13. Bellarmin. *tom.* 3. *controu. de bon. oper. cap.* 1 *de ieiunio*, Dartis, *in* 15. *diſtinct. fol.* 4 GONZALEZ.

De clericis, vt extraneam mulierem in domo non habeant.	*De clericis, vt extraneas fœmina in domo non habeant.*

Canon XXVII.	*Canon XXVII.*
B *Epiſcopus, vel quilibet clericus alius, aut ſororem, aut filiam virginem, dicatam Deo, tantum ſecum habeat; extraneam vero nequaquam ſecum habeat.*	Epiſcopus, vel quilibet clericus aliu aut ſororem, aut filiam virg nem, dicatam Deo, tantùm ſecu habeat; extraneam verò nequ quam ſecum habeat.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-TERTIVM.

C *Extraneam fœminam & ſubintroductam in Conciliis eam intelligi, quæ nec matrimonio nec ſanguine coniuncta ſit.*

QVibus præfuit Oſius Conciliis, multa huius decreta, vt honeſtatis & religionis plena, ſingulari pietate & prudentia contendit renouari. In Nicæno enim hunc canonem totidem penè verbis tranſlatum legimus. [Omnibus mod interdixit ſancta Synodus, neque Epiſcopo, neque presbytero, neque diacon neque vlli clericorum omnino licere, habere ſecum mulierem extraneam, niſi fo tè mater, aut ſoror, aut auia, aut amita, vel matertera ſit: in his namque ſol perſonis, & harum ſimilibus, omnis quæ ex mulieribus eſt ſuſpicio declinatur qui autem præter hæc agit, periclitatur de clero.] Quæ autem diceretur mulie extranea, quæ aliàs ſubintroducta, dubij & anxij vacillant ſcriptores, cum tame D perſpicuum videatur variis Conciliorum decretis & Pontificum conſtitutionibus eam extraneam dici, quæ nullo ſanguinis iure, vel matrimonij vinculo tene tur: ſubintroductam primos vocaſſe Antiochenos, Nicephorus [c] refert, quò clam & contra canones domum ducerent clerici, vel ſubintroducerent. Eorum enim vitam cum non ſolùm ab omni malo, ſed ab omni mali ſpecie alienam eſſe vo luiſſent, à ſuſpicione præſertim & vitio carnis, quæ cum puritate & ſanctimoni Chriſtianæ vitæ omnino pugnat; ideò omnem ad conſortium fœminarum adi tum præcluſerunt, rati videlicet id quod res eſt, flammam fumo, vt ille [f] ait proximam eſſe, ſicque eius quod vitare velis, periculi occaſionem maturè fugiendam, vt qui corrumpi nolit, à corrumpentium abſtineat conſuetudine: & qu non iacere cum fœmina, ne adiaceat: & qui ne cubare, ne accumbat: & qu nec dormire, nec vnà vigilet, vel aſſiduus ſit, ne locus fiat, ei quod Spiritu E ſanctus docuit [g]. Qui periculum amat, peribit in illo. In eo autem præcepto illas perſonas excepit, quæ tanta eſſent propinquitate vel conſanguinitate coniunctæ, vt ſuper eis mentiri fama vereretur, ceſſante ob reuerentiam & natura fœdus omnis periculi ſuſpicione. Extraneas igitur, eas dici, quæ nullo ſanguinis iure vel matrimonij vinculo pertinerent, (tametſi non eſſent concubinæ multis demonſtrabo. Concilium Gerundenſe [h], vt ab Hiſpanis ordiamur: [De his (ait) qui ſine vxoribus ordinantur, & familias domus habent, habito ſecun pro vitæ conuerſatione fratre in teſtimonium, non per quacumque fœminei ſexus perſonam eorum ſubſtantia gubernetur, aut per puerum, ſed per amicum domum ſuam debeant ordinare: niſi matrem aut ſororem in domo habuerint, vt ſecundum priorum canonum ſtatuta per earum perſonas eorum debeat contutari ſubſtantia

En quomodo priores canones interpretans & confirmans, extraneas mulieres omnes intelligit, quæ in quocumque ministerio & obsequio essent clericorum, ob paratam peccandi occasionem. Concilium Ilerdense [i]: [Familiaritatem extranearum mulierum, licèt ex totò sancti Patres antiquis monitionibus præceperint Ecclesiasticis euitandam, id nunc tamen nobiscum est, vt qui talis probabitur, si post primam & secundam commonitionem se emendare neglexerit, donec in vitio perseuerat, officij sui dignitate priuetur: quod si Deo iuuante correxit, sancto ministerio restauretur.] Concilium Toletanum II. [k] [Illius vero præterea speciali ordinatione decreuimus, quod nec antiqua Concilia in vniuersis canonibus siluerunt, vt nullus clericorum à gradu subdiaconatus, & supra, in consortio familiaritatis habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam; sed si sunt, & huiusmodi seruitia matri, vel sorori, vel aliæ propinquæ contradat, & quidquid suis manibus perfecerit, proprio domino deferatur: aut si propinquitatis memoria deest, alterius domus adhærentis habitaculum requiratur; dummodo nulla occasio introëundi domum clerici fœminæ permittatur, vnde aut laqueum possit incurrere, aut noxialis fama innocenti fortasse possit inuri. Sanè deinceps post datam hanc admonitionem, quisquis earum consortio frui voluerit, nouerit se non solùm à clericatus officio retrahi, vel Ecclesiæ foribus expelli, sed etiam omnium Catholicorum clericorum vel laicorum, communione priuari, nulla prorsus vel colloquij consolatione relicta, quatenus malæ consuetudinis abrasa rubigo, in posteris radicis suæ veneno serpere non possit.] Concilium Hispalense I. [l] [Inter cætera cognoscite à nobis hoc definitum, pro abolendis maculis clericorum; quia quidam Episcoporum non obseruantes nuper edictum Concilij Toletani decretum, minùs soliciti in subiectis existunt, proinde placuit, vt si presbyteri, diaconi, vel clerici consortia extranearum fœminarum vel ancillarum familiaritatem per sacerdotis sui admonitionem à se minùs remouerint, seculi iudices easdem mulieres cum voluntate & permissu Episcopi comprehensas, in suis lucris vsurpent; vt vitium hoc dum sacerdos inhibere non prævalet, potestas iudicialis coërceat; dato tamen eisdem iudicibus sacramento, Episcopis, vt eas clericis nulla arte restituant. Quod si restituerint, ipsi iudicis sententia excommunionis feriantur. Mulieribus verò illis iuxta priores canones à sacerdote distractis, pretium earum indigentibus dispensetur.] Concilium Toletanum IV. [m] [Cum clericis extraneæ fœminæ nullatenus habitent, nisi tantùm mater & soror, filia, amita, in quibus personis nihil sceleris æstimari naturæ fœdus permittit: id enim & constitutio antiquorum Patrum decreuit.] Non dissensit ab his Concilium Bracarense III. [n] quinimo seueriùs multo se gessit, dum omnem cohabitationem, non solum cum extraneis fœminis, sed & cum sororibus & reliquis consanguineis interdixit, solam matrem excipiens. [Quamquam antiqua canonum institutio de huiusmodi præsumptione absolutas & multiplices disciplinas, atque constitutiones ediderit, nos tamen breuitatis causa omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, id omnimoda sancimus auctoritate tenendum, vt nullus sacerdotum, neque quisquam de clero absque honesto & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet fœminis secretè se præsumat adiungere: & non solùm cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis etiam sororibus, vel propinquis; ne licentia sororum vel propinquarum mulierum quisque solus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Huius ergo præceptionis transgressor sex mensibus se nouerit pœnitentiæ legibus subiacere.] Quod si Gallicana Concilia requiramus, occurrent multa Arelatense I. [*Si* quis (ait) de clericis à gradu diaconatus in solatio suo mulierem præter auiam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conuersam, secum vxorem habere præsumpserit, à communione alienus habeatur. Par quoque & mulierem (si se separare noluerit) pœna percellat.] Aruernense [p]. [Auctoritate canonica aliqua mensura in ea constitutione sanximus, vt fugiatur ab his extranearum mulierum culpanda libertas, & tantùm cum auia, matre, sorore, vel nepte, si necessitas compulerit, habitent: de quibus omnibus (vt priorum canonum series continet) nefas est, aliud quàm quod natura constituit, suspicari. In cubículo etiam harum atque cellario vel familiari quolibet seruitio, neque sanctimonialis vlla, neque extranea mulier, neque ancilla vllo modo admittatur. Quòd si quis præceptorum Dei immemor crediderit contemnendum, sciat se auctoritate canonica communionis sine dubio iacturam subire. Quòd si antistes culpam hanc in presbytero aut diacono suo distringere canonico

[i] *Concil. Ilerden. can. 5.*

[k] *Concil. Tolet. 2. can. 3.*

[l] *Concil. Hispal. 1. can 3.*

[m] *Conc. Tolet. IV. can 41.*

[n] *Conc. Bracar. 3. can. 8.*

[o] *Conc. Arelat. 2. can. 3.*

[p] *Conc. Aruernen. can. 16.*

A nico rigore noluerit, ipſe ſeueritate ſententiæ feriatur.] Concilium Agathenſe [q]. [Id etiam ad cuſtodiendam vitam & famam ſpeciali ordinatione præcipimus, vt nullus clericorum extraneæ mulieri qualibet collatione aut familiaritate iungatur. Et non ſolùm in domo illius extranea mulier non accedat, ſed neque ipſe frequentandi extraneam mulierem habeat poteſtatem; ſed cum matre tantùm, ſorore, filia aut nepte, ſi habuerit, aut voluerit, viuendi liberam habeat poteſtatem; de quibus nominibus nefas eſt aliud, quam natura conſtituit ſuſpicari.] Et inferiùs [r]. [Ancillas vel liberas à cellario vel à ſecreto miniſterio, & ab eadem manſione, in qua clericus manet, placuit remoueri.] Turonicum I. [s] [Et quia nullum diabolo locum dari oportet, hoc præcipuè cuſtodiendum decreuimus, vt nullam clerici cum extraneis fœminis habeant familiaritatem, neque vllum malè loquendi vel ſeruiendi hominibus aditum tribuant; quia frequenter per hanc indecentem occaſionem contingit, vt diabolus qui inſidiatur ſicut Leo in cubili ſuo, de ruina ſeruorum Dei exultet. Si quis clericus poſt interdictum Epiſcopi ſui illicitis familiaritatibus extranearum fœminarum voluerit inhærere, à communione habeatur alienus.] Confirmauit poſteà Turonicum II. [t] [De familiaritatibus (inquit) mulierum licet crebriùs ſit in canonibus replicatum, attamen neceſſe eſt, vt ſicut ſecta virgulta, quæ male pullulauerant, rurſus fidei falce ſuccidantur, etiam radicitus eruantur. Nullus deinceps clericorum pro occaſione neceſſitatis, faciendæ veſtis, aut cauſa ordinandæ domus, extraneam mulierem in domo ſua habere præſumat. Et cùm iubeamur victum aut veſtitum artificio quærere, & manibus propriis laborare; quid opus eſt in domo ſerpentem includere pro veſte, quæ multiformem veſtem non propterea deponit, vt nudetur, ſed vt ſe gratiorem, dum remouetur, oſtendat.] Et mox [u]. [Nullus ergo clericorum, non Epiſcopus, non presbyter, non diaconus, non ſubdiaconus, quaſi ſanctimonialem, aut viduam, vel ancillam propriam, pro confirmatione rerum in domo ſua ſtabilire præſumat, quæ & ipſa extranea eſt (dum non eſt mater aut ſoror, aut filia) quæ etiam pronior propinquabit ad culpam, dum cognoſcitur ſubiecta dominatu. Si quis Epiſcopus aut presbyter, ſeu diaconus aut ſubdiaconus de hac re ſtatuta Patrum vel noſtra temerare præſumpſerit, excommunicetur.] Moguntinum I. [x] ſub Carolo Auguſto: [Omnibus igitur clericis fœminas ſecum in domibus ſuis habere vltra licentiam canonum firmiter ſit contradictum.] Seueriùs, Moguntinum II. ſub Arnulpho, nam omnem fœminam, etiam ſororem domi clericos habere vetat. [Vt clericis interdicatur (ait) mulieres in domo ſua habere omnimodis decernimus. Quamuis etiam ſacri canones quaſdam perſonas fœminarum ſimul cum clericis in vna domo habitare permittant. Tamen (quod multum dolendum eſt) ſæpe audiuimus, per illam conceſſionem plurima ſcelera eſſe commiſſa, ita vt quidam ſacerdotum cum propriis ſororibus concumbentes, filios ex eis generaſſent: & idcirco conſtituit hæc ſancta Synodus, vt nullus presbyter vllam fœminam ſecum in domo propria permittat, quatenus occaſio malæ ſuſpicionis vel facti iniqui, penitus auferatur] Si ſpectemus Germaniam, & Epiſcoporum eius prouinciæ decreta, in promptu eſt Aquiſgranenſe [y] ſub Ludouico Auguſto Repetens enim quem adduximus Concilij Nicæni canonem III. ait.: [Interdixit per omnia magna Synodus, non Epiſcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem, niſi fortè aut matrem aut ſororem, aut amitam, vel eas tantùm perſonas, quæ ſuſpiciones effugiunt.] Hæc in Occidente à ſanctis Patribus conſtituta ſunt. Si autem ad Orientis Concilia animum conuertamus, non Prouincialia tantùm, ſed Generalia in eandem conſpiraſſe ſententiam reperiemus. Præter Nicænum I. [z] quod retulimus, in Nicæna Synodo II. hæc decreuiſſe Patres, memoriæ proditum eſt [Sine offenſione eſſe, etiam iis qui extra ſunt, inquit diuinus Apoſtolus: Mulieres autem in Epiſcopatibus vel monaſteriis verſari, eſt omnis offenſionis cauſa. Si quis ergo ancillam vel liberam in Epiſcopatu poſſidere deprehenſus fuerit, vel in monaſterio, ad miniſterium aliquod obeundum puniatur: ſin autem perſeueret, deponatur Si verò etiã in ſuburbanis mulieres eſſe contigerit, & voluerit Epiſcopus vel monaſterij præfectus illic iter facere, præſente Epiſcopo, vel monaſterij præfecto, mulier eo tempore nullo modo miniſterium obeat, ſed alio in loco ſeorſum degat, donec receſſerit Epiſcopus, vt omnis reprehenſionis occaſio vitetur] Si autem ad Meridiem conuertamur, præſtò ſunt non pauciora. Concilium enim Carthaginenſe I. [a] ſub Grato illius ciuitatis Epiſcopo hæc decernit. [Gratus Epiſcopus dixit; Et illud præcipuè, ſi videtur veſtræ

[q] *Conc. Agathen can. 10.*
[r] *Idem can. 11.*
[s] *Concil. Turonic 1. can. 3.*
[t] *Conc. Turonic. can. 10.*
[u] *Idem can. 11.*
[x] *Conc. Mogunt. I. ſub Carolo Auguſto can. 49. Mogunt. ſub Arnulpho can. 10.*
[y] *Conc. Aquiſgran. ſub Ludouico Auguſto can. 39.*
[z] *Conc. Nican. I. can. 3. Nican. II. can. 18. 1. Cor. 10.*
[a] *Conc. Carthag. I. ſub Grat. can. 3*

veſtræ dilectioni, cauendum eſt, vt paſtoris cura quantum debet & poteſt, regularis prouidentia præmoneat, vt nullis liceat ab affectu abſtinentibus carnali, apud extraneas pariter commorari. Occaſiones enim amputandæ ſunt peccatorum, & tollendæ omnes ſuſpiciones, quibus ſubtilitas diaboli ſub prætextu caritatis & dilectionis incautas animas vel ignaras irretire conſueuit. Nullus igitur, nullâque ſanctimoniæ & virginitati deſeruiens, propter blaſphemiam Eccleſiæ, ſi vobis placet, in vna domo cum extraneis penitus commorari debent. Vniuerſi dixerunt: Qui nolunt nubere & pudicitiæ meliorem eligunt partem, hæc vitare debent, & non ſolùm habitare ſimul, ſed neque habere ad ſe aliquem acceſſum.] Concilium Carthaginenſe [b] ſub Aurelio, [Vt cum omnibus (ait) omnino clericis extraneæ fœminæ non cohabitent, ſed ſolæ matres, auiæ & materteræ, amitæ, ſorores & filiæ fratrum aut ſororum: & quæcumque domeſtica neceſſitate, etiam antequam ordinarentur, iam cum eis habitabant, vel ſi filij eorum, iam ordinatis parentibus, vxores acceperant: aut ſeruis non habitantibus in domo, quas ducant, aliunde ducere neceſſitas fuit.] Carthaginenſe VI. [c] [Clericus (ait) cum extraneis mulieribus non habitet.] Si tandem ad Septentrionem reſpexeris, Concilium exſtat Rhemenſe in Gallia Belgica, cuius canone XXII. huius noſtri ſententiam expreſsè confirmatam reperio. [Vt à ſacerdotibus (inquit) omnis ſuſpicio mulierum funditus eradicetur, cum quibus etiam nulla habitatio eis conceditur, præter illam quæ in Nicæna Synodo permittitur, *id eſt*, matrem aut ſororem, vel eas tantùm perſonas, à quibus omnes ſuſpiciones effugiant. His ſanè omnibus ſententiam noſtram, qua placuit ſubintroductas mulieres, vel extraneas, non concubinas vel libidini quoquomodo inſeruientes intelligi, vt alij volunt: ſed eas tantùm quæ in obſequio ſunt & miniſterio clericorum (vulgò *amas* vel *criadas* dicunt) vel aliàs quaſcumque ſeruientes, ſatis confirmatam putarem. Sed vt nihil vtile omittamus, Pontificum decretis, Imperatorum & Regum conſtitutionibus rem ipſam adhuc comprobabo. D. Gregorius [d], [Volumus (inquit) vt ſacerdotes qui in Corſica commorantur, prohiberi debeant, ne cum mulieribus conuerſentur, exceptis dumtaxat matre, ſorore, vel vxore, quæ caſtè regenda eſt.] Grauiùs id reprehendiſſe Gregorium refert Gratianus [e]: [Neque enim hoc filere debeo (quod cum graui animi triſtitia dico) ſacerdotes cum fœminis habitare conſpicio, quod nefarium eſt dicere, vel audire, & contra ſanctorum canonum ſancita: vbi enim talis commorantium cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimuli non deſunt, ideoque admonendi ſunt, vt non antiqui hoſtis decipiantur fraude, quatenus iuxta Apoſtoli vocem, non vituperetur miniſterium noſtrum.] Ea enim ratione quòd Archidiaconus Caralitanus, cum mulieribus habitare perſiſteret, functione ſacri ordinis interdictus eſt ab eodem Gregorio [f]. Qui etiam alibi mandat Optato defenſori, vt Nurſiæ ſacerdotes cum extraneis mulieribus habitantes, monitos primùm, deinde contumaces Epiſcopo Spoletano delatos admonitione ſacerdotali præmiſſa, & ſi res exigit, canonica etiam diſciplina adhibita, eiuſdem auctoritate correctos feſtinet emendare. Nec cum extraneis tantùm, ſed nec cum ſorore habitare placuit Auguſtino, vt refert Poſſidius in eius vita: dicebat enim. [Quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt.] Idipſum decreuiſſe Siricium [g] Papam refert idem Gratianus [h]. [Fœminas (ait) non alias eſſe patimur in domibus clericorum, niſi eas tantùm quas propter ſolas neceſſitudinum cauſas, habitare cum iiſdem Synodus Nicæna permiſit. Quare cùm Gregorius quidam, Presbyter nomine & ætate (erat enim ſeptuagenarius) fœminam quandam ſibi ſeruientem, domi haberet, grauibus ſeueritatis aculeis à Beato Baſilio Cæſarienſis Cappadociæ Archiepiſcopo, in epiſtola ad eundem Gregorium presbyterum reprehenſus, coactúſque eſt fœminæ in virorum miniſterium, famulatúmque conuertere, vt in eâdem epiſtola refertur.

Nec in re hac Imperatorum & Regum placita omittemus. Iuſtinianus [i] Imp. in nouella conſtitutione de ſanctiſſimis Epiſcopis, hæc decernit. [Presbyteris, ait, & diaconis & ſubdiaconis, & omnibus in clero conſcriptis, non habentibus vxores, ſecundùm ſacros canones, interdicimus etiam nos, ſecundum ſanctarum regularum virtutem, mulierem aliquam in propria domo ſuperinductam habere; tamen citra matrem, aut ſororem, aut filiam & alias perſonas, quæ omem ſuſpicionem effugiunt. Si quis autem abſque hac obſeruatione mulierem in ſua domo habet, quæ poteſt ei ſuſpicionem inferre, & ſemel & ſecundò à ſuo Epiſcopo, aut à ſuis clericis admonitus, ne cum tali muliere habitaret, eiicere eam de ſua domo noluerit, aut accuſatore apparente, approbetur inhoneſtè cum muliere conuerſari; tunc Epiſcopus eius ſecundùm

Eccleſia

[b] *Conc. Carthag. ſub Aurel. can. 17.*

Refertur à Gratiano in c. cum omnibus 81. diſt.

[c] *Conc Carthag IV. can 46 Conc. Rhemen. can. 22.*

[d] *Greg. lib. 1. regiſt. ind. 8 9 epiſt. 50. ad Symmachum de ſenſor.*

[e] *Apud Grat. c. volumus 81. diſt. Idem c. oportet. eod. diſt.*

[f] *Greg. epiſt 26. ad Ianuar. Epiſcopum Caralitan. lib. 3. Apud Grat. c. Archidiaconum eod. diſt. Idem Gregor. lib. 11. epiſt. 40. & 41.*

[g] *Siricius Papa epiſt. 1. ad Hymerium Epiſcop. c. 12.*

[h] *Gratian. c. fœminas eod. diſt.*

[i] *Iuſtinian. auth. de ſanctiſſim. Epiſcop. §. presbyteris cellat. 9.*

A Eccleſiaſticos canones, de clero cum amoueat; curiæ ciuitatis cuius clericus erat, tr
dendo. Epiſcopum verò nullam penitus mulierem habere, aut cum ea habitare pe
mittimus. Si autem probetur nequaquam hoc cuſtodiens, Epiſcopatu proijciatur:
enim ſe oſtendit indignum ſacerdotio. Diaconiſſam verò nullo modo cum viro
quo poteſt inhoneſtæ vitæ emergere ſuſpicio, habitare permittimus.] In legibus Fra
cicis [k] per Carolum Magnum editis Nicæni canon renouatur. [Item in eâdem S
nodo (ait) interdictum eſt presbyteris & diaconibus, vel omnibus qui in clero ſun
mulierem habere in domo ſua propter ſuſpicionem, niſi matrem aut ſororem, v
eas tantùm perſonas quæ ſuſpiciones effugiunt.] Baioariorum lex. [l] [Nulli presbyte
vel diacono liceat habere ſecum in domo, extraneam fœminam, ne per illam occ
ſione decipiatur, & pollutus offerat ſacrificium Domino, nec plebs per eius offenſic
B nem corruat. & plagam ſuſtineat: propterea qui gradu ſacerdotali fulciuntur, extra
nearum mulierum interdicta conſortia cognoſcant; hac eis tantùm facultate conceſſ
vt matres, filios, atque ſorores germanas inter domorum ſuorum ſepta contineant: i
his enim nihil ſuſpecti criminis æſtimare fœdus naturale permittit: illas etiam nc
relinqui caſtitatis hortatur affectus]

Quod ſi aduerſus horum Conciliorum decreta, Pontificum conſtitutiones, & Im
peratorum leges, callidi argumentatores, & iuris periti fallaces (vt loquar cum Cy
priano) obiecerunt, vel Apoſtolorum, vel Heliæ, vel ipſius Chriſti exempla, qui cu
mulieribus & cohabitare & illas circunducere non recuſarunt, conſulendus eſt ide
Cyprianus, [m] à quo illa omnia vt futilia & leuiſſima copioſiſſimè & doctiſſimè r
felluntur.

Nec mirabitur cum mulieribus clericos habitare prohibuiſſe ſanctos Patres & C.
C tholicos Principes, qui obſeruauerit Concilio Aurelianenſi [n] II. cautum etiam fuiſſe, n
clerici inconſulto Epiſcopo, cum hominibus ſecularibus habitare præſumerent; quod
feciſſent, ab officij communione pellerentur. Voluerunt enim ſanctiſſimi Patres E
cleſiaſticas perſonas vt ſtudiorum & morum ſimilitudine coniunctas, ſic aſſiduo com
mercio & mutuo conuictu iuuari, ne labes aliqua ex profanis perſonis contracta dign
tatem ſanctitatemque ſacerdotij aliquo modo deturparet, vel tanta ſaltem ſermonu
morumque & vitæ diſſimilitudine cœptum excolendæ perſequendæque virtutis cu
ſum retardaret. Quare cum D. Gregorius amplificando & cohoneſtando ſacerdotu
ordini ſummoperè inuigilaret, peculiari decreto (coacto Concilio Romano) ſanxit,
ex familia Pontificia, quæ exemplar morum & clerici forma eſſe deberet, & profa
homines & ſæculares & pueri ablegarentur, adhibitis ad Pontificis obſequia clerici
vel monachis tantum. Et hinc primum orta (vt opinor) laudabilis inſequentiu
Pontificum conſuetudo, qua niſi ſacris initiatus ad ſui cubiculi obſequia nemo admi
D citur. [Verecundus mos (inquit Gregorius) [o] tempore indiſcretionis inoleuit, vt huic
Sedis Pontificibus ad ſecreta cubiculi ſeruitia, laici pueri & ſeculares obſequantur. E
cum Paſtoris vita diſcipulis ſemper debeat in exemplo, plerumque clerici, qualis i
ſecreto ſit vita ſui Pontificis neſciant, quam (vt dictum eſt) ſeculares pueri ſciunt. D
qua re præſenti decreto conſtituto, vt quidam ex clericis vel etiam ex monachis elec
miniſterio cubiculi Pontificalis obſequantur, vt is qui in loco regiminis eſt, habeat ta
les, qui ex viſione ſedula exemplum profectus ſumant.]

Neque Epiſcopos & clericos tantùm cum fœminis non cohabitare, aut fam
liaritatem inire, olim erat inhibitum; ſed ſi cui fœminæ cum Epiſcopis negc
cium eſſet tractandum, ſine duorum presbyterorum aut diaconorum præſent
fieri non licebat, Concilio Montiſconenſi [p] [Vt nulla mulier (ait) in cubicu
E lo Epiſcopi abſque duobus presbyteris, aut certè diaconibus ingredi permitta
tur.] Quod ſi illis ad fœminarum domus accedere neceſſe eſſet, iiſdem legibu
tenebantur. Concilium Epaunenſe: [q] [Epiſcopo, presbytero & diacono, vel d
uerſis clericis, horis indebitis, id eſt meridianis vel veſpertinis, ad fœmina
prohibemus acceſſum; qui tamen ſi cauſam habuerit, cum presbyterorum a
clericorum teſtimonio videatur] Id ipſum obſeruandum, cùm illarum eſſet de
micilium adeundum, quæ ſanguinis iure pertinerent, Tarraconenſes [r] Epiſco
voluerunt. [De his quibus cum pro parentelæ proximitate haberi permittitu
ea cautela earum neceſſitates ſuſtineant, vt pietatis beneficia quæ iis ſunt n
ceſſaria præbeant, ipſi verò pro viſendis eis cùm ingreſſi fuerint, celeri ſalut
tione recurrant: nec ibi faciant manſionem; qui tamen ad earum viſitatione
pergunt, teſtem ſolatij ſui fide & ætate probatum adhibeant ſecum. Si quis h.

à nobis ſtatuta contempſerit, ſi clericus eſt, loci ſui dignitate priuetur; ſi verò religioſus vel monachus, in cella monaſterij incluſus pœnitentiæ lamentis incumbat; vbi ſingulari afflictione panis & aquæ, victum ex Abbatis ordinatione percipiat.] Eâdem honeſtatis & ſacroſanctæ dignitatis ratione conſtitutum eſt, Concilio Limenſi, ne vllus in ſacris conſtitutus fœminis familiare miniſterium exhibeat, ita vt equitando ducat à tergo, aut ambulando manu teneat, aut comitetur; niſi ſoror vel mater ſit: alioquin clericus & fœminæ contra agentes arbitrio Epiſcopi puniantur: quod conſtitutione ſynodali diœceſis Toletanæ cautum etiam eſt.

COMMENTARII NOVI.

VT vtriuſque ſexus caſtitati, & pudicitiæ ſublata illecebrarum occaſione conſuleretur, priſci legum latores ſeparatam virorum, ac mulierum habitationem eſſe voluerunt, adeò vt Plato *lib.7.de legib.* iam indè à ſeptennio vtrumque ſexum ſegregare voluerit, & pueros quidem vnà cum pueris, puellas autem pariter cum puellis exerceri: vndè laïci, qui cum mulieribus in eodem balneo lauantur excommunicantur in *Can.* 78. ſextæ Synodi, & apud Romanos iuſta fuit cauſa diuortij, ſi vxor cum viris in balneas ingrederetur, *nouell.* 117.*c.*8.§.4. notauit D.Laurentius Ramirez ad Martial.*lib.*3.*epiſt.*51. Ex moribus diuerſarum gentium probant Sauarus ad Sidonium *lib.*2.*epiſt.*2.*verb. hinc egreſſi*, P. Pinto *in ſpicileg.*1. *p.cap* 3. *num.*2. Verum in clericis tanto maiori ſtudio Pontifices id obſeruari voluerunt, quanto purior eos vitæ ſanctimonia decet. Nullum canonem referam, quia ſexcenti ſunt, neque quidquam in veterum conciliis magis repetitum, tantum collectores indicabo Antonium Auguſt. *in epit. iur. Pontif. lib.*6. *tit.* 30. *&* 31. *&* *lib.*7.*tit.*18. *&* 19. *&* *lib.*8.*tit.*26.*&* *lib.*39. *tit.*31. *&* *lib.*40. *tit.*38.39. *&* 40. Laurentium Landmeter *lib.* 2. *cap.* 47. Loayſam *in Concil. Tolet.*4.*can.*42. *&* *Tolet.*12. *can.* 5. quibus Eccleſiæ ſanctionibus conſonant & leges ſæculares *l* 19. C. Theodoſ. *de Epiſcop.& cler,nouel.*137. Iuſtin. *cap.*1. D.Bernardus ſerm. 66. ſuper Cantic. *Cum fœmina eſſe, & non cognoſcere fœminam, nonne plus eſt quam mortuum ſuſcitare? quotidiè latus tuum ad latus iuuencule eſt in menſa, lectus tuus ad lectum eius in camera, oculi tui ad illius oculos in colloquio, manus tuæ ad manus ipſius in opere, & continens vis putari? Eſto vt ſis, ſed ego ſuſpicione non careo.* D.Petrus Chryſol.ſerm.174. de decollat. D.Ioannis Baptiſtæ, *Et ſi Ioannes tantus, Ioannes talis, tanta eremo ſeparatus à fœminis, fœminarum pericula non euaſit, quis eſt qui inter fœminas viuens euaſurum ſe ſine labore maximo maxima ſine cautione confidit, niſi is, qui ſancto alitur ſpiritu?* hinc & Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 89. & lib.2. epiſt. 62. ait, *Omnes quidem mulierum aſpectus, congreſſus, colloquia, ſi fieri poſſet, oportere vitari: ſed quoniam ex neceſſarijs plerumque cauſis earum conſortium admittendum eſt, ſaltem id curandum vt oculi, velut iniecto fræno cohibeantur.* Illa autem verba Canonis 12. Concil. Nicæni συνείσακτοι γυναῖκες pro extraneis mulieribus latinè vertunt Rufinus Aquileienſ. *in Canonibus Nicænis lib.*1. *cap.*6. & vetus Interpres Concilij Nicæni, quem ſequitur Fulgentius Ferrandus *cap.*122. & Iſidorus Mercator, Synodus etiam Toletana 4. can. 42. *cum clericis extraneæ fœminæ nullatenùs habitent, id enim & conſtitutio antiquorum patrum decreuit*; & can. 43. *Quidam clerici legitimum non habentes coniugium extraneorum mulierum interdicta conſortia appetunt.* Subintroductarum frequens mentio eſt apud Gratianum *in* 32.*diſt.* & apud ſcriptores Eccleſiaſticos, Epiphan. hæreſ. 67. *Subſannantur propter eas, quas habent ſinguli ſubintroductas mulieres, de quibus gloriari ſolent ſe habere ipſas ad miniſterium.* Et hæreſ. 63. de Origen. loquens: *accuſant eos, qui in Eccleſia dilectas appellatas ſubintroductas mulieres habent, vel vt etiam ipſi hoc factant occultè propter hominum reuerentiam, quo cum improbitate quidem conſepeliantur: prætextu autem hominum gratia nomen iactent.* Et paulò poſt de quodam Palæſtinæ Epiſcopo: *habuit autem eiuſmodi mulieres inſeruientes ipſi ſubintroductas inquam.* Vnde varia adducuntur ab interpetibus pro expoſitione huius vocis *ſubintroducta*, vt videre eſt apud Cuiac. *lib.*2. *obſerv. c.*29 Merillum *lib.*6. *obſerv. cap.*1. Germon. *lib.*2.*animad. cap.*13. P. Gregor.*lib.*2.*partit. tit.*9.*cap.*8. Citronium *ad tit. de ſponſ. duor.* Gibalinum *de clauſura regul. diſquiſit.*1. *cap.*3. §.2. *conſect.* 4. Ex quibus conſtat ſubintroductas, neque vxores, neque concubinas, ſed tertij cuiuſdam generis mulieres eſſe, quas ſecum clerici non ſobolis ſuſcipiendæ, vel libidinis explendæ gratia, ſed pietatis ſtudio, aut certè prætextu fouebant: D.Chryſoſt. cuius verba citat Rhenanus in ſchol. ad Euſeb. lib. 7. cap. 14. *Sunt enim quidam qui puellas innuptas abſque nuptiis, & concubitu, ducentes domi perpetuò collocant & ad ſupremam ſenectam vſque incluſas tenent, non procreandorum liberorum gratia, neque enim aiunt ſe cum illis rem habere: neque cauſa libidinis ſiquidem illas ſe dicunt incorruptas, inuiolataſque ſeruare.*

Notatu tamen valde dignus eſt Canon.20. *Concil. Epaun.* vbi P.P. ita ſanxerunt. *Epiſcopo, Presbytero, Diacono, vel cæteris clericis, horis præteritis, ideſt meridianis, vel veſpertinis ad fœminas prohibemus acceſſum.* Quare enim ſpecialiter horis præteritis, ideſt meridianis, aut veſpertinis clericis prohibetur acceſſus ad fœminas, ſiquidem tot Eccleſiæ legibus indiſtinctè, & abſolutè Eccleſiaſticis perſonis cum fœminis prohibeatur cohabitatio? Sed ea verba facilè exponentur, ſi obſeruemus veteres meridiaſſe, id eſt medio die dormiſſe leuandi animi cauſa, qui matutinis operibus defatigatus erat, Sidon. lib.2. epiſt.9. *Excuſſo tepore*

Digitized by Google

A *tempore meridiano paulisper equitabamus:* Varr. *si non incititio somno diem diffinderent, meridie non viuerent:* l. medicus 26. ff de oper. libert. *Respondit ius esse, dummodo liberales operas ab eis exigeret, hoc est, vt acquiescere eos meridiano tempore, & valetudinis, & honestatis suæ rationem habere sineret.* Eaque meridiatio in stratis fiebat, qualis erat grabatus, per quem Scæuola lectulum intelligit meridiando idoneum, *l. Seia.* 20. §. *instructis, ff. de instr. vel instrum.* varia meridiantium exempla referunt, Sauarus ad Sidonium *lib* 1. *epist.* 2. verb. Somnus meridianus, & *lib.* 9. *epist.* 2. verb. excusso somno, Salmut ad Pancirol. *lib.* 1. *memorab. tit.* 42. *fol.* 149. Etiam sciendum est vespere,

B seu vespertinis horis veteres cibum sumpsisse, D. Isidor. lib. 2. etymol. cap. 20. *Est autem cœna vespertinus cibus, quam vespertinam antiqui dicebant, cum in vsu non erant prandia;* illustrant Salmut, *vbi suprà tit.* 51. Sauarus ad Sidonium *lib* 7. *epist.* 14. Quibus animadversis iam apparet vera ratio prædicti canonis: aiunt enim PP. non debere clericos horis præteritis, idest sacrificiis iam peractis, vt doctè interpretatur Cironius *lib.* 3. *obseru. c.* 9. meridianis, & vespertinis horis accedere ad

C fœminas; quia cum horæ illæ destinatæ sint ad accumbendum, & somnum capiendum aptiores erant, vt aliquid sæui criminis posset committi, aut suspicari; cum plerumque Dæmon his horis crudeliùs, acriúsque infestare soleat spirituali tentatione, ac prælio maximè luxuriæ, vt probat Torreblanca *lib.* 4. *de iure spirit. c.* 8. *sect.* 10. *de Dam. merid.* vndè horæ illæ dicuntur indecentes in Concil. Autel. 5. *can.* 3. & ea forsan ratione in *l.* 1. *C. Theod. de offic. iud ciuil.* statuitur ne meridianis horis à litigatoribus iudices videantur iunctis tradi-

tis pro eius textus illustratione à Langleo *lib.* 2. *semestr. c.* 1.

D Permittitur tamen in supra citatis canonibus Clericis secum retinere sorores, & virgines dicatas Deo; talis enim erat florentis illius ævi fœlicitas, taliter cum societate iuncta charitas, vt viri cum mulieribus innoxiè degerent; Origenes, siue quisquis author est libri de singularit. cleric. post medium: *grande*, inquit, *miraculum, vt virginum charitas, virgines faciat velut coniuges credi: & coniugum charitas coniuges faciat velut virgines æstimari. Ecce vera dilectio, quæ in coniugalitate diuidit, vt in castitate coniungat.* Atque ex cœtu & collegio virginum, viduarumque aliæ ægrotantibus ministrabant, aliæ domestica clericorum tam castè, quàm cautè pro-

E curabant negotia. Sed paulatim mores corrumpi cœperunt, & clerici intuitu pietatis virgines sacras, & alias sub nomine sororum adoptiuarum (ita elusuri canones, hunc, & Nicænum) secum habentes luxuriosè tractabant, & illæ, quæ pietatis prætextu apud ipsos, quibus spiritali amore coniunctas se esse iactabant, non sine offensione educabatur, quæ ab *agape*, idest charitate dicebatur Agapetæ. In eos acriter inuehitur, Chrysost. *duobus tract. de cohabitat. fœm.* nec mollior fuit D. Hieronym. in agitanc vt appellat hac peste *epist.* 2. *ad Eustoch.* 9. 2 his verbis. *Pudet dicere, proh nefas triste! Sed verum est: vndè in Ecclesias Agapetarum pestis introiit? Vndè sine nuptiis aliud nomen vxorum? imò vndè nouum concubinarum genus? Plus inferam; vndè meretrices vnius ædis eadem domo, vno cubiculo, sæpè vno tenentur & lectulo? Et suspiciosos nos vocant, si aliquid de timemus. Frater sororem virginem deserit, c libem spernit virgo germanum, fratrem quæ extraneum: & cum in eodem proposito esse simulent, quærunt alienorum spirituale solatium vt domi habeant carnale commercium.* Et ep. 47. Vndè prohibitum fuit sequentibus Co ciliis clericis cohabitare cum sororibus etiai & virginibus Deo dicatis Concil. Anc *can.* 19. iuxta versionem Dionysij Exigui il *virgines, quæ conueniunt cum aliquibus tanquam sorores, habitare prohibemus:* Concil. Brach. 1. *can.* 15. & 2. *can.* 32. Turon. 2. *can.* 10. *nul ergo clericorum non Episcopus, non Presbyter non Diaconus, non Subdiaconus, quamuis sa Elimonialem, vel viduam, vel ancillam pr priam, pro confirmatione rerum in domo s stabilire præsumat.* Vnde D. August. nec sor rem propriam intra domum suam agere p sus est: quia etiam si ab ea nec periculun nec suspicio erat; fuerant tamen & aliæ a mittendæ, quæ ipsas salutarent, visitaret que. Permittebatur ergo à PP. Illiberinis c habitatio cum sororibus, & virginibus sacr quia in his tunc nil sæui criminis existim fœdus naturale permittebat, sed vt volupt fera est, nullis carceribus mancipata, tot fue tam salubris legis præuaricationes, quot libidinis causationes, vt ait Tertul. de exhc tatione Castit. cap. 12. *Scio quibus causatio bus coloremus insatiabilem carnis cupiditate Prætendimus necessitates administrandi, a mum administrandam, familiam regendam, culos, claues custodiendas, lanificium dispe sandum, victum procurandum, curas comm niendas.* Itaque prima fraus ea fuit, quod cu PP. permitterent sorores retinere, extrane clerici adoptabant, & sub adoptionis titu suo indulgebant genio. Secunda fraus, qu cum intuitu charitatis cum virginibus fac habitare illis permitteretur, alias fuca etiam charitate sub nomine Agapetarum i troducebant, ideò indistinctè Patres Conc Mogunt. can. 10. statuerunt: *Vt nullus Pr byter villam fœminam secum in domo prop permittat.* Concil. Trossei. can. 9. *Ne clerici soli habeant accessum, ad viduas, vel vir nes, vel quascumque fœminas.* Plura da mus *in titul. de cohabit. clericor.* GONZ

VIRGINEM DICATAM DEO
tantùm ſecum habeat.

CAPVT QVINQVAGESIMVM QVARTVM.

Cur virgines huius Concilij tempore in parentum domibus habitare permitterentur.

DVo ex huius canonis decreto elici poſſunt. Alterum eſt, antiquo huius Concilij æuo, vt antè diximus, virgines Deo dicatas (quas moniales ſeu ſanctimoniales dicimus) in Hiſpania floruiſſe. Nec recens tunc inuentum dicitur, ſed antiquius fuiſſe inſinuatur. Alterum, licuiſſe in domibus priuatis parentum commorari; quia non ſolùm monaſteria tunc principibus & præſidibus Ethnicis conſtrui & ædificari commodè non poterant, ſed vix & Eccleſiæ, vt ex Arnobio [s] colligitur. Quare cum mortuis parentibus, virgines velatæ aliquando vagarentur in opprobrium Eccleſiæ, & ſacræ pudicitiæ periculum, Afris Patribus placuit in Concilio Carthaginenſi III. [t] grauioribus fœminis eas commendari, vel intra ſeptum monaſticum virginum cuſtodiri, vt vnà habitantes, ſe ipſas integras & inuiolatas conſeruarent. [Vt virgines, ſacræ ſi parentibus, à quibus cuſtodiebantur, priuatæ fuerint, Epiſcopi prouidentia vel presbyteri, vbi Epiſcopus abſens eſt, in monaſterio virginum, vel grauioribus fœminis commendentur, vt ſimul habitantes inuicem ſe cuſtodiant, ne paſſim vagantes Eccleſiæ lædant opinionem.]

Fœdus autem naturale cum diuina fidei pollicitatione coniunctum omnem leuare turpitudinis ſuſpicionem perſuaſi ſunt maiores: ideoque Epiſcopis, preſbyteris & diaconis licentiam permiſerunt, vt his cohabitare impunè poſſint: quo tamen priuilegio Auguſtinum vti noluiſſe Poſſidius [u] narrat: ſed poſteriorum Conciliorum [x] decretis ſublatum eſt, nullíque iam Epiſcopo, presbytero, diacono vel ſubdiacono licet, aut religioſam aut fœminam aliam quamcunque etiam ad vſus neceſſarios domi retinere: quia quæ ad religioſas vel beatas ſolent accedere, religioſæ omnes vel beatæ non ſunt: à quarum omnium aſpectu, nedum conuictu & familiaritate cauere debent, qui religioſæ & beatæ vitæ curſum feliciter agere volunt. Moniales autem profeſſæ etiam ſi parentes habeant, Pontificum decreto ad arctiorem & ſanctiorem vitæ conditionem redactæ ſunt, nam tametſi periculoſiſſimè ægrotent, è ſeptis monaſterij ad parentum ædes curationis cauſa commigrare non poſſunt, ni morbi contagio præſens cæteris importet periculum.

[s] *Arnobius lib. 4. aduerſ. Gentes.*

[t] *Concil. Carthag. 3. can. 33.*

[u] *Poſſidius in vita Auguſtini c. 26.*

[x] *Toriuſ. c. 4. Metenſis c. 3. Nannetenſis c. 3. Turo. 2. c. 11. Moguntini ſub Arnulfo. c. 10. Bracarenſis. 3. cap. 4. Romani ſub Zacharia c. 1.*

COMMENTARII NOVI.

OLim virgines Deo ſolemni voto dicatæ in duplici genere erant. Aliæ in monaſteriis, & aſceteriis ſimul degebant iuxta antiquam Apoſtolorum diſciplinam, de quibus egi ſupra in *can.* 13. Aliæ autem domi ſuæ cum parentibus, & cognatis alebantur, & ſi quæ ditiores eſſent alias ſibi ſocias, eiuſdemq; propoſiti adiſciſcebant, Conc. Aurel. 5. can. 19. *Moniales, quæ nubebant, puniuntur, & illæ, quæ in domibus propriis tam puellæ, quam viduæ commutatis veſtibus conueruuntur.* Conc. Tolet. 1. relatum in *c. de viduis* 27. *q.* 1. Mogunt. *can.* 21. Eugen. P. 1. *epiſt.* 26. cum laïcali habitu virginitatem profitebantur; tales fuerunt Marcellina ſoror S. Ambroſ. à Liberio P. Romæ conſecrata, vt ipſe Doctor teſtatur *lib.* 3. *de virginit.* Sophronia apud Hieronym. *epiſt.* 16. Pulcheria, Placilla, Arcadia, & Marina ſorores Theodoſij iunioris, Sozomenus *lib.* 9. *c.* 1. & aliæ apud Baronium *tom.* 4. *anno.* 377. *n.* 12. Suar. *tom.* 3. *de relig. lib.* 8. *c.* 7. Læſium *de bono ſtatus caſtitatis in ſæculo* P. Sherlogum *in Cantic. tom.* 3. *veſtig.* 30 *ſect. vnic. n.* 21. differentiam earum virginũ, quæ in clauſtris degebant, & quæ cum parentibus cum natalibus verſabantur domo, expreſſit Greg. Nazianz. carm. 47. ad Hellen.

At multæ tales toto verſantur in orbe,
Quas ſe cumque Dei porrigit alma fides.
Pars animis paribus incenſa cupidine regni.
Tecta eadem, & vitæ par genus vſque colit.
Aſſidet infirmis pars altera patribus; aut, cum
Fratribus in ſancta virginitate manet.

Quod tandem correctum fuit, & ſtatutum, vt virgines, aut viduæ ad votum caſtitatis non niſi in monaſteriis admitterentur, Conc. Pariſienſe ſub Ludouico can. 44. *Aut nubant, aut ſi potius Deo ſe ſacrari expoſtulauerint, admoneantur & inſtruantur, vt non in domibus propriis, ſed in monaſteriis ſub ſpiritualis matris regimine ſe ſeruituras ſubdant:* notarunt Cironius *in c. vnic. de conuerſ. coniugat. in* 5. *Comp.* Gibalin. *de clauſ. diſquiſit.* 1. *c.* 1. *§.* 2. *ſect.* 3. de his virginibus cum Presbyteris commorantibus agitur in hoc canone. GONZALEZ.

De

A

De oblationibus eorum, qui non communicant.	*De oblationibus eorum, qui non communicant.*
Canon XXVIII.	*Canon XXVIII.*
Episcopum, placuit, ab eo qui non communicat, munera accipere non debere.	Episcopum, placuit, ab eo qui non communicat, munus accipere non debere.

B Iuo retulit hunc canonem p. 14. c. 67.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-QVINTVM.

Cur eorum qui non communicant munera non accepiet Ecclesia, explicato canone XLIX. Concilij Laodiceni.

SIngularis pietas est, qua Ecclesia sancta filios proteruos allicit, vel curat infirmos. Cùm enim videt eos, à fide orthodoxa, vel à sanis moribus deuiare, nullum lapidem non mouet, vt ad rectam vitæ institutionem reuocentur. Quod omissis aliis, liquet ex hoc canone. Voluit enim (vt suffusi verecundia à communione propter peccata repulsi resipiscerent & ex toto animo conuerterentur, vt à diuo Iuone [a] memoriæ traditum est) munera offerre non posse
C Patribus, quòd si obtulerint, oblata ab illis non recipienda: est enim hic tacitus quidam conuictus & communicatio, quam non solum Episcopi cum excommunicatis, sed Christiani omnes debent subterfugere. [Donis impij (ait Cicero [b]) ne placare audeant Deos. Platonem [c] audiant qui vetat dubitare, qua sit mente futurus Deus, cum vir nemo bonus ab improbo se donari velit.] De Episcopis Concilium meminit, quia olim Episcopi ob ardentem religionis fidei & caritatis amorem, in sacrificij oblatione, in baptismi, in pœnitentiæ & reliquorum Sacramentorum administratione, idem quod nunc presbyteri munus obire solebant: qua ratione, vt semper essent parati, ad baptismi & aliorum Sacramentorum ministerium, veste illa alba (quam nunc Roquete vocant) indutos semper erat necesse. Quod de excommunicatis hìc renouauit postea
D Concilium Nicænum. [d] [Quicunque (ait) fuerit à sacerdote ligatus, quamuis calumniam passus sit, non est ab eo accipienda oblatio, nec alia res quam ad Ecclesiam afferat.] Laodicenum [e] de hæreticis loquens & Iudæis: [Quoniam non oportet à Iudæis vel hæreticis feriatica quæ mittuntur accipere, nec cum eis dies agere feriatos.] Nec recens est ea constitutio, nam ab Apostolicis iam inde temporibus ortam testatur D. Clemens, [f] dum docet, ab excommunicatis munus accipiendum non esse. Quare cùm Eusebius Constantij Imperatoris Ariani ad Liberium Papam Legatus, D. Petri templum ingressus, multa illi munera consecrasset, graui id tulit animo Liberius, magnoperéque Ecclesiæ custodem increpauit, quòd munera illa inferri passus esset, indéque progressus, dona illa vt illicitam victimam proiecit ab Ecclesia, vt auctor est D. Athanasius. [g]
E Eusebius etiam alter Episcopus Vercellensis, insigni pietate clarus, adeò munus hæreticorum detestatus est, vt carcere detentus glorioſius duxerit, emori fame, quam cibo ab Arianis misso sustentari, vt in epistola eiusdem refertur ad Patrophilum.

Nec solùm quæ offerebant excommunicati, recipere recusabat Ecclesia, sed si quæ illi in eam antea stantes contulerant, solebat lapsis reddere. Tertullianus: [h] [Marcion quidem (inquit) cum ducentis H. S quæ Ecclesiæ intulerat, nouissimè in perpetuum dissidium relegatus venena doctrinarum suarum disseminauit.] Nec admirabitur porrò lector, Ecclesiam quæ afflante diuino Spiritu gubernatur, excommunicati munera & oblationes contemnere & repudiare: cùm & animantes ratione carentes supernaturalem & diuinam excommunica-

tionis

tionis virtutem præsentiant. Petrus enim Damianus [i] Episcopus Hostiensis in epistola ad Hildebrandum Papam (Gregorius VII. fuit) refert, excommunicati cuiusdam nobilis panes, canes ipsos quibus oblati fuerant, fuisse dedignatos. [Hæc (inquit) venerabilis ille vir expertus fuerat, pius videlicet Apsarensis Episcopus, qui Episcopatum dimisit, & de Clauomatho regno Italiam nauigans littoribus Anconitanæ vrbis applicuit: is mihi dum totius circa se regni reuerentiam conquestus, exponeret, ac molestæ inquietudinis tædia nunciaret; inter cætera vnum intulit, quod vos latere non patior: Quidam (inquit) degener quidem moribus, sed maiorum titulis insignitus, suam consanguineam nuptiali sibi fœdere copulauit. Quid plura? prohibitus persistit, excommunicatus adhæsit, totúmque Ecclesiasticæ censuræ vigorem nugarum puerilium fabulas deputauit: cui hoc certè ad diuinæ indignationis iudicium contigit, vt panes de nuptialibus mensis in plateas ante canum ora proiecti minimè tangerentur.] De Iuliano autem apostata simile quid refert Gregorius Nazianzenus: [k] [Iam (inquit) sumptuosissimis quoque Martyrum monumentis, & donariorum munificentiis omnibusque aliis rebus, quibus diuinus timor velut nota quadam exprimitur, sapientiæ studium Christique amorem indicabant (loquitur de Gallo & Iuliano) alter quidem, verè & seriò veritatem profitens (tametsi enim natura acriori ac feruentiori esset, verus tamen ac sincerus pietatis cultor erat) hic autem occasionem captans & redimens, fictáque pietatis specie animi prauitatem occultans: quod quidem ex eo conijcere licebit (neque enim miraculum quod nunc accidit silentio præterire queam, vtpote illustre & memorandum, atque huiusmodi, vt multis impiis documentum afferre possit) Martyribus (vt diximus) ambo laborabant, munificentiaque & liberalitate, præclarè inter se contendebant, cùm multarum manuum opera, tum multis impensis ædem exstruentes. Verum quoniam non eâdem voluntate animíque proposito, in hoc opus incumbebant, idcirco nec in eundem finem labor vtrique progrediebatur. Etenim alterius, hoc est Galli fratris natu maioris opus perficiebatur, ac ritè procedebat, Deo videlicet munus illud libenter admittente, vt olim Abel sacrificium, cum ritè oblatum, tum diuisum: atque hæc oblatio veluti quædam primogeniti consecratio erat. Alterius autem, nempe Iuliani, heu tristem in hac quoque vita impiorum contemptum futuræ ignominiæ testem, paruis indiciis magna prænunciantem) non secus ac Cain sacrificium, Deus Martyrum repudiabat. Itaque ille quidem laborabat, sed terra quod elaboratum erat, excutiebat: ille enixius contendebat, hæc imbecillis impietate hominis fundamenta capere detrectabat, velut tertæ motum ob ipsius scelus euenturum clamans, atque impiissimi hominis dedecore Martyres exornans. hoc opus insequutæ ipsius contumaciæ & amentiæ ignominiæque in Martyres, scelerísque in ædes sanctas vaticinium quoddam exstitit: alios quidem fallens, cæterum persecutoretn longè ante insectans, atque impietatis pœnas ante significans. Hæc Gregorius.]

Alia erat particularis oblatio, de qua Concilium etiam intelligi potest, vt oblationem non accipiat Episcopus in Ecclesia ab eo, qui non communicat: erat enim olim in Ecclesia vsus receptus, vt omnes Christiani oblationem panis & vini offerrent, de qua sanctam communionem essent suscepturi D. Augustinus: [l] [Oblationes quæ in altario consecrentur offerre. Erubescere debet homo idoneus, si de aliena oblatione communicauerit] Vocat hominem idoneum diuitiis locupletem, qui possit ex propria substantia & patrimonio facere oblationem (nam pauperes ab oblatione excusantur.) Eadem est C. Cypriani [m] querela: [Locuples & dives es (inuehitur in mulierem diuitem) & Dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino non respicis, quæ in Dominicum sine sacrificio venis, quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis.] Vnde in VI. (vt ferunt) Synodo: [n] [Conueniendum est sabbatho die cum oblationibus ad Missarum solennia.] Id renouatum est etiam Concilio Matisconiensi II. [o] [Item statuimus (inquit) vt omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur, tam panis quam vini, vt per has immolationes & peccatorum suorum sordibus careant, & cum Abel vel cæteris iustè offerentibus, promereantur esse consortes.

Explicatur can. 49. Concilij Laodic.

Ex his placet intelligi canonem XLIX. Concilij Laodiceni, iubentem, vt in Quadragesima panis non offeratur, nisi sabbatho & Dominica tantùm, quia illis diebus solùm olim in Ecclesiis Orientis, in Quadragesima, Missæ dicebantur, & in illis tantùm diebus communicatio fiebat: vnde illis tantùm oblationem panis oportebat fieri. Cùm autem frequens communicatio in vsu esse desiit, panis & farinæ loco denarij offerri

[i] Petrus Damian. epist. 2. ad Hildebr. Papam.

[k] Greg. Nazianz. orat. 1 in Julian.

[l] D. Aug. ser. 115. de tempore.

[m] D. Cypr. li. de oper. & eleemos.

[n] VI. Synod. can. 8.

[o] Concil. Matisc. 2. can. 4.

Digitized by Google

A offerri consueuerunt. Auctorem [p] laudo vetustum de antiquo ritu Missarum [Fertur (inquit) quòd olim sacerdotes de singulis domibus vel familiis farinam accipiebant, quod adhuc Græci seruant, & inde Dominicum panem faciebant, qui pro populo offerebant, & hunc consecratum eis distribuebant. Nam singuli farinam offerentium Missæ interfuerunt, & pro his in canone dicebatur: Et omnium circunstantium, qui tibi hoc sacrificium laudis offerunt. Postquam Ecclesia numero quidem augebatur, sed sanctitate minuebatur, propter carnales statutum est, vt qui possent, singulis Dominicis, vel in Dominica vel summis festiuitatibus, vel ter in anno communicarent, ne ante confessionem & pœnitentiam pro aliquo crimine iudicium sibi sumerent, & quia populo non communicante non erat necesse panem tam magnum fieri, statutum, eum in modum denarij formari, & vt populus pro oblatione farinæ denarios offerret, pro quibus Dominum traditum recognosceret. Qui tamen denarij in vsum pauperum, qui
B membra sunt Christi, cederent, vel mali quid quod ad hoc sacrificium pertinet.] Hæc ille.

Cum autem oblationes panis & vini aliarúmque rerum in Ecclesia fiebant, non statim inferebantur in Ecclesiam, & ad altare à populo offerebantur, (id enim ad diaconum spectabat, vt D. Isidorus [q] scribit ad Ludifredum,) sed adducebantur extra corpus Ecclesiæ, in locum ad eam rem deputatũ (Gazophylazium vocabant, aliquando secretarium, nos verò vulgò Sacristia dicimus, vt colligitur ex Possidio [r] in vita Augustini, & ex Concilio Carthaginensi IV. & ex vetusto illo libro de antiquo ritu Missarum: loquens enim de Episcopo rem diuinam facturo, illum de Secretario ornatum debere procedere, refert,) in eo offerentes munera exquirebantur à diacono, an digni essent, vt eorum oblationes acceptaret Ecclesia: non enim sine delectu maximo recipiebant Episcopi omnium oblationes, sed eorum tantum qui vitæ integritate præstantes, in
C Catholicæ Ecclesiæ existerent communione. Petrus Damianus [s] Episcopus Hostiensis, ad fratres in Gamunni eremo constitutos: [Enimvero (inquit) dona vel oblationes ab iniquo suscipere, quid est aliud, quàm propriam animam ex dantis squalore fœdare: hinc enim scriptum: Immolans ex iniquo, oblatio est macula, & non sunt beneplacitæ subsannationes iniquorum. Et rursus: Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationibus iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur pro peccatis.] Ante Petrum Damianum [t] D. Clemens: [Verum etiam ij (ait) qui in peccatis versantur, nisi pœnitentiam egerint, non solum non exaudiuntur, cùm supplicant, sed etiam Deum irritant, in memoriam ei reducentes suam improbitatem. Vitate igitur talia ministeria tanquam canis pretium & mercedem meretricis,
D vtrumque enim in lege est prohibitum: nam nec Helisæus ab Azaële munera allata accepit, neque Achias à Ieroboamo [u]. Quòd si Dei Prophetæ ab impiis oblata munera reiecerunt, item reiicite, ô Episcopi: sed etiam Simon Magus [x], mihi Petro & Ioanni pecunias afferens, conatus est vt pretio inæstimabilem gratiam emere; quibus reiectis, execrationibus perpetuis illum deuinximus: quoniam donum Dei non beneuolentia erga Deum, sed pecunia existimauit possideri. Fugite ergo oblationes altaris Dei à mala conscientia prouenientes: quoniam, Abstine te [y] (inquit) ab iniusto & non timebis, & pauor non appropinquabit tibi.] Et mox: [Sed si dicatis, quod ij sunt, qui eleemosynas dant, à quibus nisi capitur, non erit vnde viduis ministretur, & inopes populi alantur: audietis à nobis, quòd ideo accepistis donum Leuitarum, suppeditaretis, & vobis & egentibus, ac ne inopia laborantes ab improbis caperetis. Quòd si
E adeò egebunt Ecclesiæ, præstat perire, quàm ab inimicis Dei aliquid capere, in contumeliam & irrisionem amicorum eius. Nam de iis Propheta dicit [b]: Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Probationem igitur talium facite, atque ab iis qui foris sunt, nolite capere, priusquam Ecclesiæ membra efficiantur, quòd si desit quod detur, significa fratribus, ex quorum collectis ministra orphanis & viduis in iustitia.] Et rursus [c]. [Dic populo tuo quæ sapiens Salomon ait [d]: Honora Dominum de tuis iustis laboribus, & primitias da illi de tuis fructibus iustitiæ, vt impleantur horrea tua repletione frumenti, & vino torcularia tua redundent. Quare de iusto labore fidelium alite, & vestite inopes: & quæ ex eo, vt ante dictum est, cogitur pecunia, statuite, vt conferatur in redemptionem sanctorum, liberantes seruos, captiuos, vinctos, ignominia notatos, damnatos propter nomen Christi, de Tyrannorum sententia, ad monomachias & ad mortem: inquit enim Scriptura [e]: Libera qui ducuntur ad mortem, & redimere occisos, ne parcas.] Quare Bonifacius Comes cùm quendam ab Ecclesia extraxisset, communione priuatus à diuo Augustino [f], prohibitus

[p] *Auctor vetus sine nomine de Missarum c. 38. stat inter eos qui rebus sacris seruiunt.*

[q] *D. Isid. in epist. Ludifred. relatam. perfectis 2. dist.*

[r] *Possid. in vita Aug. c. 24. & in Concil. Carthag. 4. 92. vet. lib. antiquo ritu ser. c. 2.*

[s] *Petr. Damian. epist. 1. ad fratres Gamunni eremi constitutos.*

[t] *D. Clem. lib. Apost. const. c. lib. 4. c. 6. & l. cap. 7. Deut. 23. 4. reg. 8.*

[u] *3. Reg. 13.*

[x] *Act. 8.*

[y] *Isai 45.*

[z] *Idem Clem. eod. lib. c. 8.*

[b] *Psalm. 140.*

[c] *Idem Clem. c.*

[d] *Proverb. 3.*

[e] *Proverb. 24.*

est ne offerret: quòd si offerret, oblata ab eo clericos noluit recipere. Idem decreuisse A
de Burgundo quodam sacrilego & suis satellitibus Nicolaum [g] PP. legimus in epistola
ad Frontarium Archiepiscopum Burdegalensem. [Secundo verò anno (inquit) ante fo-
res Ecclesiæ sine communione maneant. Tertio verò anno Ecclesiam Dei ingrediantur, & inter audientes adstent sine oblatione, non manducantes carnem neque bibentes
vinum, præter Natalis & Resurrectionis Dominicæ dies.] Eandem pœnam imposuit
Felix [h] PP. III. illis qui se ab hæreticis rebaptizandos dedissent. [Tribus annis inter
audientes sint, septem autem annis subiaceant inter pœnitentes manibus sacerdotum,
duobus autem annis etiam oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantùmodò secularibus in oratione socientur.] In cuius interpretatione labi glossa videtur,
dum de oblatione ad altare intelligit decretum, cum ea oblatio nec fieret tunc à laicis,
sed à diacono, vt ex D. Isidoro probaui superius: nec recipi solita esset à clericis, nisi in B
Gazophylacio. In Concilio enim Carthaginẽsi IV. [i] dissidẽtium fratrum oblationes eâdẽ ratione vel recipi vetitũ est, nec in sacrario, nec in Gazophylacio. [Oblationes (inquit)
dissidentium fratrũ neq; in sacrario nec in Gazophylacio recipiãtur.] Eorũ qui pauperes
opprimunt dona non esse recipienda, eodem Concilio Carthaginensi IV. [k] cautum est.
Catholici qui filios hæreticis baptizandos tradiderit, oblationem refutandam monet
Concilij Herdense: [l] quod adeò seuerè & strictè obseruabant primitiuæ Ecclesiæ Episcopi, vt si aliquando contigisset iniquos & impios homines, vi sacerdotibus obtrusisse
pecuniã, illam non in victum, sed in ligna & carbones impendi & consumi præceperint,
auctore eodẽ Clemente [m] Romano [Si necesse sit (ait) aliquando ab aliquo impio inui
tos pecuniam capere in ligna & carbones illam consumite, ne vidua vel orphanus de ea
sumens, cogatur præter fas cibum, vel potum sibi emere; æquum est enim talia quæ ab
impijs veniunt, ignis pabulum, non piorum escam fieri. Hæc quoque lex præcepit, quæ C
sacrificium serotinum non comedendum appellat, & igni consumi iubet: non enim sua
natura mala sunt, quæ offeruntur, sed sententia illorum qui illa adducunt. Hoc vero
præcipimus, nec omnino vitemus illos, qui ad nos accedunt, cum sciamus consuetudinem sæpe piorum impiis vtilem esse, obesse tantum, cultus, & superstitionis societatem.
Hæc hactenus, dilecte dicta sint vobis propter cautionem vestram.] Sed nec eorũ tantum qui vitæ turpitudine, sed eorum etiam qui vitio corporis laborabant veluti menstruatarum mulierum oblationes refutabat Ecclesia, vt ex Concilio Moguntino, [n] probat Burchardus. Quòd si illę offerrent pœnitentia trium hebdomadarum imponebatur. [Mulieres menstruo tempore (refert ille) non offerant, nec sanctimoniales, nec laicæ,
si præsumpserint, tres hebdomadas pœniteant.] Nec virorum solum in turpi vita viuentium, sed eorum qui turpiter vita functi sunt, oblationes refutabant. Concilium Altisiodorense: [o] [Quicunque se propria voluntate in aquam iactauerit aut collo ligato se
suspenderit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percusserit, aut qualibet occasione
voluntate se morti tradiderit; istorum oblata non recipiantur.] Id ipsum constituit Concilium Bracarense I. [p] manifestos vsurarios damnans. Alexander III. in Concilio Lateranensi [q] Generali eorum oblationes, & illorum qui hæreticorum essent fautores, repelli voluit: sicut raptorum & violatorum Ecclesiæ, Eugenius [r] III. Est enim in Ecclesia ea
regulæ loco commendata doctrina, vt quibus viuis non communicamus, nec communicemus etiam defunctis, vt Leo [s] PP. I. Vrbanus II. [t] & Innocentius III. [u] docent.

Constat ergo ex hoc canone ab excommunicatis munus seu oblationem non esse
recipiendam: quod & hodie in vsu Ecclesiæ est: sicut è contra, vt excommunicatis
munus dare seu mittere non possint, qui in Ecclesiæ pace & communione persistunt;
quæ mittuntur enim expressæ communicationis vicem habent, à qua stantes cum lapsis
maximè debent abstinere. E

Quòd si alij aliam fuisse horum Patrum sententiã contendant, munus ab Episcopis
recipi prohibentẽ; qui non cõmunicat Christi corpus, dũ rei sacræ celebrationi interest,
quam peragit Episcopus non impediã: quòd sciam olim omnes qui sacrificio huic interant, communicare solitos. Concil. Antiochenum: [x] [Omnes qui ingrediũtur Ecclesiã
Dei, & scripturas sanctas audiunt, nec communicant in oratione cum populo, sed pro
quadam intẽperãtia se à perceptione sanctæ cõmunionis auertunt, hi de Ecclesia remoueantur, quãdiu per confessionẽ, pœnitentiæ fructus ostenderint, & precibus indulgentiã
cõsequantur.] Ante Patres Antiochenos, Apostoli: [y] [Si quis (aiunt) Episcopus, aut presbyter aut diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo, facta oblatione non communicauerit, aut causam dicat, vt si rationabilis fuerit, veniam consequatur: aut si non dixerit,
communione priuetur, tanquam qui populo causa læsionis exstiterit, dans suspicionem

de

[g] *Nicolai PP. epist. si Nicolai est. Extat apud Gra. in c. de imp.* 11. q. 2.

[h] *Felix PP. III. epist.* 1. *apud Grat. c. eos quos de consecr. dist.* 4.

[i] *Concil. Carth.* 4. *c.* 93. *Grat. c. oblationes.* 90. *dist.*

[k] *Conc. Carth. IV. can.* 94 *refert idem Grat. in fine cap. præced.*

[l] *Concil. Herdense can.* 13.

[m] *D. Clem. lib.* 4. *Const. Apost. c.* 10.

[n] *Concil. Mogunt. can.* 6. *apud Burchard. lib.* 19. *decreti. c.* 140.

[o] *Concil. Altisiod. can.* 17.

[p] *Conc. Bracar.* 1. *can* 34.

[q] *Concil. Later sub Alex. III. can.* 25. *apud Gregor. IX. c. quia in omnib.* 3. *de vsur. Idẽ Conc. can.* 26. *c. sicut ait beatus Leo. debaret.*

[r] *Eugen. III. c.* 2. *de raptor.*

[s] *Leo I. epist* 92 *ad Rustic. Epis. Narb. c.* 6. *apud Grat. c. de cõmunione.* 14. *q.* 2.

[t] *Vrban. II. epist. ad Guitmund. relata ib. c. sanè.* 24. *q.* 1.

[u] *Innoc.* 3. *in c. sacris.* 12. *de sepult.*

[x] *Concil. Antioch. can.* 2.

[y] *Apostol. can.* 9.

A de eo, qui sacrificauit, quòd recte non obtulerit.] Quam autem hîc clericis, sequenti laicis canone pœnam adiecerunt. [2] [Omnes fideles qui conueniunt in solennibus sacris ad Ecclesiam, scripturas Apostolorum & Euangelium audiant: qui autem non perseuerauerit in oratione, vsque dum missa peragitur, nec sacram communionem perceperint, velut inquietudinis Ecclesiæ mouentes, conuenit communione priuari] Concilium Toletanum [3] 1 [De his, qui intrant in Ecclesiam, & deprehenduntur nunquam communicare, admoneantur, quòd si non communicant, ad pœnitentiam accedant; si communicant, non semper abstineantur: si non fecerint, abstineantur.] Iustinus [b] Martyr, [Precibus peractis, & gratiarum actione, populus qui adest, omnis benedicit hinc acclamat, & accinit, Amen. Vbi is qui præest, gratias egit, & populus omnis benedixit, siue resalutauit, qui apud nos diaconi, siue ministri dicuntur, distribuunt vnicuique eorum qui adsunt, panem, vinum, & aquam; quæ cum gratiarum actione consecrata sunt, quibus (vt paulò post habet) vnusquisque participat.] Post communionem autem munera offerebant ditiores (quas collectas vocabant) ad viduarum, pupillorum & pauperum sustentationem, vt testis est idem Iustinus. Sed multo clariùs in Hispania id confirmat Concilium Emeritense: [c] [In sancta Dei Ecclesia diebus festis, pro consuetudine & mercede, & comunicationis tempore à fidelibus pecuniam nummus poni. Pro hoc placuit sancto Concilio, hanc rectitudinis ponere regulam, vt quia omni clero communis labor manet in officio sancto, omnibus iuxta meritum ex hoc rependatur vicissitudo.] Si ergo ab Apostolis excommunicationem propositam, his qui communionem omitterent in Missæ sacrificio, legimus, quòd suspicionem darent macula notatos esse aut ipsosmet, aut celebrantes; non immeritò illorum munera refutari hic Hispani Episcopi præceperunt, quod voluerint ad superandas imminentes Ecclesiæ calamitates, ad depellenda Præsidum & Imperatorum bella, diuina sacrosancti illius sacrificij ope & virtute muniendos: vetus enim hoc Hispaniæ institutum quotidie communicandi, refert diuus Hieronymus [d].

[2] *Idem Apost. can. 10.*

[3] *Concil. Tolet. can. 15.*

[b] *Iustin. Martyr Apolog. pro Chr.*

[c] *Concil. Emerit. can. 14.*

[d] *D. Hieron. ep. 28. ad Lucin. Beticum.*

COMMENTARII NOVI.

B C D E

QVi non communicat, vt huiusce canonis sententia explicetur, duo sunt inuestiganda, ac primum quinam essent non communicantes: postremo quænam munera reuicienda dicuntur. Variæ olim erant communionis species, sed duas tantum attingam, quæ ad hunc Canonem illustrandum necessariæ videntur, ius communionis, & societatis Christianæ qua qui donatus esset Corpori Christi, & Ecclesiæ adglutinatus censebatur. Altera, quæ maxima dicebatur in Corporis Christi veri, & realis, hoc est Eucharistiæ perceptione posita erat. Omnes, qui vtraque illa communione, aut vna earum priuabantur, hi non communicantes vocabantur, quemadmodum extranei omnes excommunicati, Catechumeni pœnitentes perpetuæ pœnitentiæ, pœnitentes primi, secundi, & tertij gradus: omnes denique pœnitentes, qui ad quartum pœnitentiæ gradum peruenerant, quamuis sacris interessent, & precum participes essent, non communicantes vocabantur, quod Eucharistiæ participandæ ius, & potestatem non haberent. Item qui ob minus grauia quædam crimina, ab Eucharistiæ communione, non autem à prima remouebantur. Energumeni, Peregrini, & vagantes sine litteris communicatoriis Clerici ad communionem peregrinã redacti: ij omnes non communicantes appellari poterant. Quid plura, & ab olutissima, vt loquuntur Canones, communione non fruerentur: horum igitur dona, & oblationes Ecclesiastici (munera enim hoc loco, aut priuata dona, quæ Episcopis mittitarentur, aut oblationes, quæ altaribus adnouerentur, & Deo offerrentur, intelliguntur) hoc canone reiicere prohibentur: quod arbitrarentur Deum optimum, maximum minùs sibi gratam, acceptamque hostiam, & oblationes eius ducere, qui non posset sacrosancto Christi corpore pasci, & refici: Quid quod Deo oblationem eiusmodi aduersante, & detestante, ea videri posset execratio, & detestatio, quæ reliquo fidelium gregi non mediocriter obesset: deinde oblationes eiusmodi, postquàm altari oblatæ essent, & sacerdotum solemni religione, ac precibus adhibitis Deo repræsentatæ: iis posteà Ecclesiastici ad victum, cibumque vtebantur. Qua propter non communicantis munera, tanquam inania Deo, meritò reiiciebãtur, & à Clericis tanquam putida, & quorum odore offenderentur, fastidiebantur, Carth. 4. can. 93. *Dissidentium fratrum oblationes non recipiantur*, ibid. *horum qui pauperes opprimunt dona à sacerdotibus refutanda.* Priuata quoque munera ab eiusmodi hominibus non erant accipienda, quod nulli vini essent futura, nisi ad pauperes aut clericos alendos. ALBASPINÆVS.

Huius Canonis vera sententia facilè percipietur, si exponamus, quarum rerum olim in Ecclesia oblationes fierent, quinam ad eas faciendas idonei essent, & oblationum finem, seu effectum, & primò oblationes non ex quibuslibet rebus fieri olim Ecclesia sinebat, quia quædam maiestatem altaris, & templi sanctitatem dedecent, quædam, & polluunt, vndè in veteribus Canonibus duas oblationes damnari obseruo, profanas videlicet, & superstitiosas; de profanis extat canon. 3. Apost. vbi ita canetur, *Ne cui liceat adferre ad altare quidquam aliud præter incensum, vel oleum ad luminaria tempore sacræ oblationis.* Et si vuæ deferebantur

Ferd. de Mendoza.

bantur non in altari, sed seorsim benedicebantur, vt in eodem canone iubetur, & in can. 78. sextæ Synodi relato in *can. didicimus de consec. dist. 2.* & etiam profanæ illæ res in Presbyterorum domus, vt benedicerentur fideles asportabant *can. 5. Apost. Reliqua poma omnia ad domum primitia Episcopo, & Presbyteris dirigantur, non offerantur in altari. Certum est autem quod Episcopi, & Presbyteri diuidant & Diaconis, & reliquis clericis.* Et in *can. 57. 6. Synod.* legitur quod ad altare mel, & lac offerre non oportet. Apud Græcos enim certus anni dies erat, in quo sacra mysteria pro infantibus celebrabantur, eoque die offerre licebat ad altare, lac, & mel, vt constat ex Concil. Carthag. 3. *can.* 24. cuius fragmentum refertur in c. in sacramento de consecr. dist. 2. *vt in sacramentis corporis, & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est panis, & vinum aqua mixtum: primitiæ verò, seu lac, & mel quod vno die solemnissimo pro infantium mysterio solet offerri quamuis in altari offeratur, suam tamen propriam habet benedictionem, vt à Sacramento corporis, & sanguinis distinguatur*: Concil. Carthag. 3. can. 40. *Primitiæ autem, & mellis, & lactis, vt mos est, offeruntur vno die consueto ad infantium mysterium.* Id est, *propter recens baptizatos, qui post sanctum lauacrum lac, & mel gustare iubebantur, quasi modo geniti infantes iuxta illud D. Petri, quasi modo nati parvuli lac desiderate.* Quo ritu significabatur à Christianis omni exutâ malitia simplicitatem infantis esse amplectendam, & quia de Christo infante legitur in sacris litteris: *Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Mos ille tam apud Græcos quam Latinos vsitatus, apertè recensetur in ordine mysteriorum Æthiopum his verb. *Diaconus dat eis lac, & mel, & dicit; lac & mel immaculatum in regenerationem, Amen. Sacerdos autem dicit, lac, & mel immaculatum per Iesum Christum, Amen.* Expressiùs à D. Hieron. in dialogo contra Luciferianos, vbi de traditionibus Ecclesiæ differens, ait: *multa alia, quæ per traditionem in Ecclesiis obseruantur auctoritate sibi scripta legis vsurpauerunt, velut in lauacro ter caput mergitare; deinde egressos lactis, & mellis pragustare concordiam ad infantiæ significationem*; Tertull. de coron. milit. c. 3. *Deinde ter mergitamur, indè suscepti lactis, & mellis societatem prægustamus*, & lib. 1. aduers. Marcion. c. 14. *Aqua, qua Deus suos abluit, & olei, quo suos vngit, & lactis, & mellis, quo suos infantat.* Vndè in actis S. Susannæ virginis, & martyris, neptis S. Caij Papæ à Notariis Romanæ Ecclesiæ conscriptis legimus: *eadem hora B. Caius Episcopus liuit eum* (Claudium scilicet Susannæ patruum) *chrismate, baptizauitque eius vxorem Prapedignam, & filios, Alexandrum, & Cubiam, quos Gabinus Presbyter à baptismo suscepit. Obtulit verò pro eis sacrificium in eadem domo, & consecranis corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & lac, & mel, & fontem, participauitque cum omnibus mysterium Dei.* Notarunt Hugo Menard. in *not. ad Sacrament.* D. Gregor. *fol.* 147. Andreas Saussay in *panop. Sacerd. pag.* 576. Oblationes superstitiosæ sacris canonibus magnoperè prohibentur, tum quia aliquid Iudaicæ superstitionis retinent, tum quia magicum aliquid sapiunt. Vndè PP. sextæ Synodi Trul. in can. 99. Armeniorum consuetudinem grauiter perstringunt, qui solebant dissectarum pecudum membra in templum inferre, his verbis. *Porrò hoc quoque in Armeniorum regione fieri didicimus, quod quidam inius in sacris altaribus carnium membra coquentes fructa offerunt, sacerdotibus Iudaicè distribuentes. Quo circa Ecclesiam immaculatam seruantes, statuimus nulli licere sacerdoti separata carnium membra ab offerentibus accipere, sed iis sint contenti, quæ offerenti visa fuerint, eiusmodi oblatione facta extra Ecclesiam: si quis autem non hoc fecerit, segregetur.* Et Theodor. Balsamon *ad Can.* 3. Apost. refert quendam monasterij Præfectum delusum fallacia, & impia cuiusdam suasione solitum admouere sacris altaribus caseum, & carnes, existimans indè morbos pelli, & affectis corporibus reddi sanitatem.

Sed vt sacras oblationes ad altare à fidelibus factas adoriamur, obserue primis Ecclesiæ sæculis pudere Christianos vacuis manibus in templum ingredi, & cum magna, ac æterna à Deo postularint, nihil adferre eorum, quæ caduca sunt, *c. vt omnis Christianus de consecr. dist. 1.* Concil. Ilerdens. 2. can. 4. *Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris, & mulieribus offeratur tam panis, quam vini.* Matisc. 1. can. 4. *Propterea decernimus vt in omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris, & mulieribus offeratur, vt per has immolationes peccatorum suorum fascibus careant, & cum Abel, & cæteris iustè offerentibus promereantur esse consortes.* Tribur. can. 35. *Diebus Dominicis, & SS. festis, vigiliis, & orationibus insistendum, & ad missas cuilibet Christiano cum oblationibus est currendum*; plura congerunt Anton. August. *in epist. iur. lib.* 15. *tit.* 21. Iodocus Coccius *lib.* 6. *thesaur. art.* 15. Seuerin. Vinn. *in not. ad can.* 1. *Apost.* D. Gregor. *lib.* 1. *partic. tit.* 23. *cap.* 5. Loayf. in *can.* 14. *Concil. Emerit.* Pamel. ad D. Cyprian. *lib.* 2. *tit.* 24. *de opere, & eleemosyn.* Lantmeter *lib.* 2. *de veter. mon. cap.* 4. Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 1. *cap.* 5. vbi latè resoluit quando oblationes debeantur ex præcepto, quando ex deuotione tantum præstentur. Prædictas autem oblationes faciebant fideles inter Missarum solemnia postquàm pœnitentes, & Catechumeni eiecti ab Ecclesia erant, & oblationes panis, & vini à sacerdotibus immediatè accipiebantur, quarum pars aliqua fidelibus, cæteræ in sacerdotum, & clericorum, pauperumque alimenta erogabantur; similiter pecunia à fidelibus tunc oblata per Diaconos in Gazophylacium reponebatur ad eundem finem, Concil. Emerit. *can.* 14. ex Tertull. Iustin. & Cypriano probant Lemaistre *lib.* 1. *de iure Episc. cap. vlt.* Lantmeter. *d. lib.* 2. *de veteri cler. cap.* 40. Ex pane oblato apud Græcos (qui pane formentato vtuntur in Missæ sacrificio) sacerdotes partem præscindunt ad consecrationem iuxta ritus ita descriptos à Nicolao Cabasila in expos. Liturgiæ c. 24. *Sacerdos autem, postquam cum clamore Deum glorificauit, venit ad dona, & cum ea in caput valdè honestè, & reuerenter sustulit, egreditur: & sic ea ferens ducit ad*

A *ad altare de industria circumducens in templo propter populum quiete, & pedetentim Ipsi autem canunt, & genua cum omni reuerentia, & religione inflectunt, rogantes vt eorum sit memor in donorum oblatione. Ipse autem procedit comitatus lampadibus, & suffitibus, & ita se habens.* Latini verò, quia non vulgari pane, sed parato singulari studio vtuntur ad consecrationem, oblationes panis tantum benedicebant, vt postea buccellas ex eis inter fideles distribuerent consecrantes tantùm hostiam integram, & infractam peculiari cutâ paratam: Concilium Tolet. 16. *can.* 6. Albaspinæus *lib.* 1. *obseru cap.* 1. Cellotius *lib.* 6. *Hierarch. cap.* 16. §. 1. Ex pane oblato, & benedicto fideles offe-

B rentes buccellam recipiebant, vt hac perceptione significaretur omnes sub vno capite, eodémque corpore esse, quemadmodum omnes de eodem pane buccellam sumebant, atque ita hoc mysterio communionem, & vnionem Catholicam ostenderent; D. Cyprian. lib. de oper. & eleemos. *Dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino non respicis, quæ in Dominicum sine sacrificio venis, quæ partem de sacrificio quod pauper obtulit sumis?* D. Aug. serm. 213. *Erubescere debet homo idoneus, si de aliena oblatione communicet,* quæ authoritates accipi nequeunt de Eucharistia, vt communiter exponuntur; nam fragmenta, quæ supererant Clericis, & pauperibus alendis de-

C signabantur; ex eodem Cypriano vbi proximè *cum vniuersa, qua dantur, pupillis, & viduis conferantur.* Nec credi potest panes sine fermento oblatos fuisse, quales debebant esse qui ad Eucharistiæ consecrationem apponebantur, docent Albaspin. *lib.* 1. *obseru cap.* 5. B. Efrenus *in vita S. Benedicti cap.* 23. Non me latet aliquando in Ecclesia etiam Latina moris fuisse ex pane azymo rotundæ, & circularis formæ à fidelibus oblato consecrari, & confici Corpus Christi. Vnde Ioannes Diaconus *in vita S. Gregor. lib.* 2. *cap.* 41. narrat quod Matrona quædam D. Gregorio per stationes publicas Missarum solemnia ce-

D lebranti solitas oblationes obtulerat, qui post mysteria tradituras, cum dicit; Corpus Domini nostri Iesu Christi conseruet animam tuam, lasciua subrisit. Ille verò dexteram ab eius ore conuertens partem illam Dominici corporis super altare deposuit. Expletis verò Missarum solemniis coram populo inquisiuit, quamobrem corpus Dominicum sumptura ridere præsumpserit. At illa diu mussitans tandem prorupit, quia panem, inquiens, quem propriis manibus me feciſſe cognoueram, tu corpus Dominicum perhibeas.

E Quia ergo tam datio quam acceptio huiusmodi oblationum magna communicatio erat suo modo spiritualis, & ius communionis per eas, & eulogias, quæ ex his oblationibus sumebantur, assequebatur iuxta Innoc. *ep.* 1. *c.* 6. *vt se à nostra communione maximè illa die non iudicent separatos*; ideò ab his, qui perfectam communionem Ecclesiæ non habebant, oblationes non recipiebantur. Conc. Illerd. *can.* 13. *d. c. oblationes* 98. *dist.* Conc. Nicænum *can.* 27. iuxta versionem Pisani D. Ambr. epist. ad Symmachum: *Munera tua non quæris Ecclesia, quia templa gentilium muneribus adornasti, ara Christi dona tua respuit; quoniam æram simulacris*

feciſti: plura congerunt Albaspin. *lib.* 1. *obser c.* Efrenus vbi suprà, Lemaistr. *de decim. & obla c.* 15. Stephan. Durant. *lib.* 2. *de ritib. Eccles. c.* 26. *n.* 7. Theophil. Rainaud *de litteris monit p.* 2. *c.* 2. *n.* 22. Quare antequam pœnitentes, & Catechumeni recessissent ab Ecclesia, oblationes altari non apponebantur, vt innuitur in Concil. Valent. 1. Hispan. can. 1. *Sacrosanct. Euangelia ante munerum illationem in ordine lectionum post legantur, quatenus salutaria præcepta Domini nostri Iesu Christi, vel sermone Sacerdotis, non solum fideles, sed etiam Catechumeni, ac pœnitentes audire licitum habeant.*

Superest vt de personis, quarum oblationem Ecclesia respuebat, agamus, & in primis ab oblationibus offerendis arcebantur fideles præcisi, seu excommunicati in præsenti Can. qui omissa interpretat. Mendozæ; quam refert & refellit P. Suarez *tom.* 1. *de religion. tract. de diuino vlt. cap.* 6. *in princ.* accipiendus est de fidelibus à communione Ecclesiæ præcisis actu, verùm & potentia, qui non solum communione Eucharistiæ arcebantur, verùm & à fidelium communione, vt erant excommunicati, & pœnitentes, qui ad quartum gradum pœnitentiæ non peruenerant. Qui enim in primo, secundo, aut tertio gradu pœnitentiæ erant, licèt orationibus cum aliis fidelibus communicarent, tamen sine oblatione, id est absque facultate offerendi panem, vt ex illo tam ipsi quam alij fideles buccellam accipe rent; & ita in vnione Ecclesiæ essent: quæ communio, oratione tantùm constans dicebatur communio sine oblatione Conc. Ancyr. can. 5 ibi: *Si compleuerint pœnitentiam triennii tempore sine oblatione suscipiantur ad communionem, id est, vt ipsi non offerant*; in quo canone cum de laicis pœnitentibus agatur, secernitur communio à iure offerendi, quasi qui orationibus communicabant, non offerrent. Expressius Concil. Illerdens. vbi cum de pœnitentibus admittendis agatur, aiunt PP. *Posse moderatione, & clementia Episcopi fidelibus sine oblatione, & Eucharistia communicent.* Felix P. in can. relato ab Albasp. his verbis. *De clericis autem, & Monachis, aut puellis Dei, aut sæcularibus seruari præcipimus hunc tenorem quem Nicæna Synodus circa eos, qui lapsi sunt vel fuerint, seruandum esse constituit: vt scilicet qui nulla necessitate nullius rei timore, aut periculo, sic, vt rebaptizentur, hæreticis impiè dediderunt, si tamen eas ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes sint: septem autem annis subiaceant inter pœnitentes manibus Sacerdotum: duobus autem annis oblationes modis omnibus non finantur offerre; sed tantummodo sæcularibus orationè socientur.* Licèt communionem sine oblatione in veteribus canonibus pro mysterio Eucharistiæ accipiant Baron. *ann. Christ.* 314. *num.* 87. Zonaras *in d. can.* 5. Concil. Ancyr. Balsam. *in can.* 4. *eiusdem Synodi.* Cellotius *l.* 6. *de hierarch. c.* 16. *pag.* 480. Ioan. Dart. *in tract. de pœnit. c.* 36. Vnde olim dubitabatur, an pœnitentis oblatio esset recipienda si antequam expleſſet pœnitentiæ tempus fato occurreret, in Concil. Arelat. 2. *can* 12. quæ concessio refertur in Concil. Tolet. 11. *can* 12. ibi *Quamquam diuersitas Præceptorum de hoc Capitulo habeatur.* Ratio dubitandi erat, quæ cum ipsi in vita ad perfectam communionem

cum iste oblationis faciendæ non fuissent admissi, nec in morte admittendi erant ex *c. facris de sepultur.* Sed clementius obtinuit oblationes eorum esse admittendas cum ipsi in vita honoraverint pœnitentiam, vt aiunt PP. in d. Concil. Arelat. *can.* 11. & Tolet. *can.* 12. ibi: *illorum tamen nos sententiam placuit sequi, qui multipliciter numero humanitas decreverunt.* Indè his oblationibus factis à parentibus defuncti, & ab Ecclesia acceptis cum ex eis cæteri fideles partem aliquam delibarent, sumerentque, in communionem defunctus recipiebatur, *c. si aliquis* 11. 26. *q.* 6. *c. Sacerdos* 26. *q.* 7. notarunt Severin. *in Concil. Carthag.* 4. *can.* 95. Loaysa in *Concil. Tolet.* 11. *can.* 12. Albaspin. *lib.* 1. *observ. c.* 5. Cellotius *de Hierarch. lib.* 6. *c.* 22. §. *unico.* Theophil. *d. c.* 2. *num.* 1. B. Esten. *d. c.* 23. vbi factum D. Benedicti illustrat.

Vltra pœnitentes ab Ecclesiæ communione præcisos, de quibus accipio præsentem Canonem erant alij, quorum oblationes Ecclesia respuebat, aut quia eius communione priuati erant, aut publici peccatores, vel hæretici *c. excommunicamus* 13. §. *credentes de hæreticis*, vbi Gregorius statuit ne clerici eleemosynas, nec oblationes accipiant; ad id etiam adstruendum adducit Mendoza *Can.* 37. Concil. Laodicen. Sed diuersa profectò est illius Canonis sententia, nam loquitur de Iudæis, & hæreticis, ex quibus primi baptizati non sunt, posteremi sunt præcisi, & excommunicati, nec loquitur de oblationibus Ecclesiasticis, sed de quibuscumque muneribus, quæ indicant amicitiam, & communicationem, præsertim in ritu religionis: aiunt PP. *quod non oporteat à Iudæis, vel hæreticis, quæ mittuntur munera festiua suscipere, nec cum eis festa celebrare*; vbi munera festiua iuxta sequentem Canonem appellantur illa, quæ pro alicuius diei festiuitate, vel solemnitate mitti solent inter amicos, vel quouis alio modo, vt exponit Filesacus *lib.* 1. *select. c.* 6. Etiam eorum oblationes Ecclesia reiecit, qui libertatem Ecclesiasticam ausu temerario infringunt, & D. Cypr. *ep.* 27. vetat ne pro dormitione Victoris oblatio recipiatur: quia Faustinum Presbyterum testamento tutorem scripserat, cum nefas esset Clericos quacumque negociorum specie sacris altaribus abduci. Item aliquorum peccatorum dona respuit Ecclesia, vt sacrilegi i *c. de viro* 12. *q.* 2. Matricidæ in *c. Laurem* 33. *q.* 2. & aliorum, quos referunt Suarez *d. c.* 6. Lemaistre *d. c.* 15. *per tot.* Et meritò eorum oblationes Ecclesia non admittit iuxta illud, Ecclesiastici c. 34. *Dona iniquorum non probat Altissimus, neque respicit in oblationibus iniquorum.* Præcipuè non communicantium, de quibus in hoc *can.* agitur: quia nomen illius, cuius oblationes recipiebantur, semper offerebatur ad altare cum ipsis muneribus, Innocent. 1. *ep.* 2. notabimus *can. seq.* Vndè minimè consonum erat disciplinæ Ecclesiasticæ munera eius accipere, qui dignus non habebatur, vt eius nomen recitaretur. Deindè munera illa in ipsis sacris benedicebantur, solemnibusque verbis nomine totius Ecclesiæ Deo offerebantur vt ex eodem *can.* 2. Innocentij licet cognoscere. At hominis impuri, nocentis, & nondum plenè in fidelium corpus restituti, munera eis indigna videbantur, quæ in sacris Deo offerrentur, quæ in ipsis sacrificiis solemnibus benedicerentur, quæ Ecclesia accepta haberet, & suo nomine Deo commendaret; ex quibus denique partem aliquam omnes sumerent, quæ omnia cum summa religione ab eis fierent, nullaque alia re Ecclesia magis probare posset, se partem, & societatem cum aliquo habere, quam omnibus his ritibus, idcircò pœnitentium, & aliorum, qui extra Ecclesiam degebant, dona, & munera aspernabantur. Vndè dementia cognoscitur eorum Sacerdotum, qui in templis cum meretricibus solebant concumbere, & pecuniam ex illo nefario concubitu collatam esse sacram existimabant, nec posse, nisi in sacros vsus conferri, de quibus Baruch. c. 6. in illis verb. *Coronas aureas habent super capita sua Deorum: vndè subtrahunt sacerdotes ab eis aurum, & argentum, & erogant illud in semetipsos: dant autem & ex ipso prostitutis, & meretrices ornant Deos suos.* De quo meretricio quæstu ad ornanda Idola facto plura congerunt P. Rol *lib.* 3. *singul. c.* 13. P. Cerda *in adnot. c.* 82. *num.* 11. Gonzalez.

De energumenis, qualiter habeantur.

De energumenis, qualiter habeantur in Ecclesia.

Canon XXIX.

Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitatur, huius nomen neque ad altare cum oblatione esse recitandum: neque permittendum, vt sua manu in Ecclesia ministret.

Canon XXIX.

Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitatur, huius nomen neque ad altare cum oblatione recitandum: neque permittendum, vt sua manu in Ecclesia ministret.

CAPVT

A

CAPVT QVINQVAGESIMVM-SEXTVM.

Eos ſolùm qui erratico ſpiritu actu exagitantur, hoc canone comprehendi.

VT docerent Patres Hiſpani, eos ſolùm energumenos, ab altaris communione & miniſterio reiici, non qui quondam, ſed qui adhuc peruerſo ſpiritu exagitantur, ideò dixerunt, energumenum, qui ab erratico ſpiritu exagitatur: cum Græca vox, Energumenus, idem prorſus comprehendat, quòd Latina, erratico & maligno ſpiritu exagitatus: ita enim dicti putantur *ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν* id eſt ab operationibus dæmonum, quas in ipſis pati videmus. Origenes [c] [Manifeſtè ex multis indiciis monſtratur, quòd humana anima dum in hoc eſt corpore, recipere poteſt diuerſas energias, id eſt operationes ſpirituum diuerſorum malorum ac bonorum. Et malorum quidem duplici ſpecie, id eſt vel tunc penitus ex integro poſſederint mentem: ita vt nihil omnino eos quos obſederint, intelligere vel ſentire permittant; ſicut exemplo ſunt hi (quos vulgò energumenos vocant) quos amentes & inſanos videmus, quales erant illi, qui in Euangelio à Saluatore curati eſſe referuntur] Ipſum autem afflatum dæmonum energoma vocat Tertullianus [f]: vt intelligeremus etiam non omnes qui moleſtantur à dæmone, altaris miniſterio & communione remoueri, ſed eos tantùm, qui omnimodo exagitantur & perturbantur; alios enim energumenos, nec propter peccata, nec omnino mente priuatos, quibus hoc decretum non congruit, recenſet Ioannes Caſſianus [g], Dionyſius Areopagita [h] & alij.

B

C

[c] *Origen lib. 3. Periarchon. c. 3.*

[f] *Tertull. lib. de præſcriptionib. aduerſ. hæreſes.*

[g] *Ioan. Caſſian. collat. 7. à c. 24. cum ſeqq.*

[h] *Dionyſ. Areopag. de Eccleſ. hierar. ch. c. de communione.*

COMMENTARII NOVI.

D

Vius nomen. Energumenorum oblationes repellebatur, ideoque nomen eorum, neque ad Deum propitiandum adhibebatur; neue eius mentio vlla in ſacerdotum precibus acta: hæc enim oblatio nominis, erat quædam communionis ſpecies: quæ non niſi ob duas cauſas ſuſcipiebatur. Prima cum precatio eius cauſa fieret, qui ſacro fonte intinctus eſſet, aut abſolutus, aut initiatus, aut in quem collatum eſſet aliquod ſacramentum eius vt omnis communionis fieret particeps, nomen Deo in altari offerebatur. Secunda cum ad altare oblationes alicuius deferebantur, cum eo duplici nomine nomina Deo proponebantur, ſeu coram Deo pronunciabantur, hoc eſt nomine ſuo Eccleſia nomina eorum Deo commendabat, idque oratione quadam, ſeu precatione ſingulari facta. Epiſcopus igitur, aut ſacerdos in altari nominatim appellaſſet Energumenum oblationis authorem, ac repræſentaſſet, vt ita dicam, eumque Deo precatione commendaſſet: ſed æquum non videbatur, qui agitarentur immundis ſpiritibus, & qui ab oblationibus remouebantur, eorum nomen in altari recenſeri, quòd cum iis non eſſet vlla ratione communicandum.

E

Vt ſua manu. In Concil. Carthag. *can.* 91. id illis mandatum, præſcriptumque, vt Eccleſias ipſas verrerent ob id maximè, quod in Eccleſiis pernoctarent, vt Dæmonum terrore, atque metu liberarentur, id teſtante, atque enarrante *can.* 92. eiuſdem Concilij: quod hoc canone, aut aliquid ſimile vetatur. ALBAPINÆVS.

Energumenos huiusmodi, qui propter publica aliqua ſcelera publicè etiam à Dæmonibus vexantur, & ab Eccleſia excommunicantur iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. 5. *Iudicaui tradere huiuſmodi ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini*, non modo à ſacramentorum, verum etiam orationum publicarum participatione, & communione arcendos eſſe, hoc *c.* decernitur & *cap.* 36. quod *infra* ſequitur, huic non obſtat tum Energumenus, qui ſui compos eſt, & corporaliter duntaxat, vel ad maiorem gloriam, vel ad peccati occulti pœnam Deo permittente vexatur, ſimilis eſt hominibus quadam corporali ægritudine laborantibus, ideoque nihil impedimenti eſt, quominus Euchariſtiæ auxilium, & ſolatium ſæpiùs his hominibus conferatur, maximè ſi abſque periculo irreuerentiæ communicare poſſint. Quod S. Dionyſ. *de Eccleſ. hierarch. cap.* 3. *p.* 2. *negat.* Energumenis Euchariſtiam dandam eſſe, id D. Thom. 3. *parte quæſt.* 8. *art.* 9. *ad* 2. de Energumenis nondum baptizatis interpretatur. Vide Suarem *tom.* 3. *diſp.* 69. *in fin. ſect.* 2. VINNIVS.

Energumenos, ideſt corpora à Dæmonibus obſeſſa plures ex hæreticis negarunt, exiſtimantes actus, quos ita vexati facere ſolent ex leuitate animi, vel cerebri delitio fieri, vt per conſequens negarent eos expellendi Eccleſiam poteſtatem habere: illorum deliramenta referunt, refelluntque Delrio *diſquiſit. magic. p.* 1. *lib.* 3. *q.* 4. Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 3. *c.* 8. Aloix. *in vita S. Abruſ. cap.* 6. Coqueus *in not. ad Auguſt. lib. de ciuit. Dei cap.* 2. Cattier. *tom.* 2. *digeſt. fidei fol.* 543. Sed hominum corpora Dæmones obſidere, non modo, ſed & poſſidere in ea intrando, & commorando facilè probatur ex pluribus ſacra paginæ teſtimoniis vbi refertur ſæpiùs Dominum noſtrum adhuc in carne humana degentem eos eieciſſe Matth. *c.* 12. *v.* 18. & *c.* 17. Marci *c.* 1. *v.* 24. & 35.

Digitized by Google

& c.3. v.23.& c.7.v.29. & c.9. v. 25. D. Lucæ *cap.4.v.41.& c.8.& 9. v.43.* Et ex ſacris canonibus vbi energumenorum obuia mentio extat *cap.exorciſta 23.diſt.c.omni de conſecr.diſt.5.* Concil. Carthag. 3. can.91. ***Pauimenta domorum Dei Energumeni verrant, quibus aſſidentibus in domo Dei victus quotidianus per exorciſtas opportuno tempore miniſtretur.*** Inde preces in Eccleſia publicè indictæ fuerunt pro Energumenis liberandis à Spiritibus immundis, & erraticis; quæ ſemper concludebantur ita: ***per Chriſtum Dominum, qui venturus eſt iudicare ſæculum per ignem*** : quia inquit Micrologus de *Sacrament.* horrent valdè Dæmones, dum iudicium futurũ recolitur. Hinc exorciſtarum ordo celebris fuit primis Eccleſiæ ſæculis, vt conſtat ex Act.Apoſt.*c.*19 Conc. Roman.ſub Silueſt *c.*3. & 7.Laodiceno *can.*24.& 26.Ancyran. *can.* 10. & aliis congeſtis à Baron. *anno* 56. Anton. Auguſt. *in epiſt. iur. lib.*8. *tit.*3. Spencæo *ad D. Paul. lib.*1. *digreſ. c* 8. Frider. Lyndem. *in gloſſar leg.* verb. *exorciſta.*P.Greg. *lib.*15.*Syntag. c.*5. Turrian. *lib.*4 *conflit.D Clemen.c.*26.Theoph. Reynaud *de calum.ſect.*2.*ſerie* 1.*c.*14.Gregor.Ambian. *in Apoleg.c.*22. in fin. Andrea Sauſay *in Panopl. cleric. p.*1. *lib.*6. *cap.*2.§.3.Exorciſtas imò & Chriſtianos,quorum erat infenſiſſimus hoſtis Vlpianus fugillare videtur in *l.*1. *ff. de var. & extraord.* vbi agens de quibuſdam impoſtoribus, qui certis incantantionibus, deprecationibus exorcizare ſolebant, & ſic morbos ſanare profitebantur, negat huiuſmodi hominibus de eorum mercede ius eſſe dicendum,vbi impoſtorum nomine Chriſtianos perſtringi iam notarunt Baronius *anno.*56. Pancirol. *libro primo, var. capite* 149. Filefacus *de idololatr. mag.* §. 5. & alia congerunt de Energumenis Valles *in ſacra Philoſoph.c.*28. Zachias *qq. medic. legal. lib.*2. *tit.*1. *c.*18. GONZALEZ.

QVI AB ERRATICO SPIRITV EXAGITATVR.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-SEPTIMVM.

Dæmones cur ſpiritus erratici dicantur.

ERrantium ſpirituum nomine dæmones nuncupatos, & Sanctorum & Philoſophorum placitis conſtat: quia, vt auctor eſt diuus Petrus tanquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret. A Platone aliquando feras agreſtes, interdum ſtygios canes, nonnumquam impiorum domiciliis inhabitantes, vocari legimus. Et vt alia omittimus, Lactantius [k] refert, ipſum dæmonem interrogatum ab Apollinis ſacerdotibus quis eſſet? quid ageret? quid patereturt? edito reſponſo dixiſſe, ſpiritum erraticum ſe eſſe, ipſóque erratico diſcurſu torqueri, & veluti irrequieto quodam labore agi: da qua re ea carmina refert.

[f] 1. *Petri.*

[k] *Lactan lib.de ſa religione c.*10.

Dæmones errantes per terras & mare ſemper,
Æternas pendunt diuino verbere pœnas.

Eandem dæmonis vagationem ac circuitionem erraticam (vt auctor eſt Plutarchus) his carminibus cecinit Empedocles.

Æthereus motus in pontum deiicit illas,
Pontus & in terram pellit, ſed terra remittit
Ad Solem rapidum is vbi ſit conuerſio cæli,
Ex alióque alius fugat, execrantur & omnes.

Vagas igitur has,& erraticas peregrinationes dæmonibus pro pœnis datas, Theologiæ, & Philoſophiæ profeſſores conſentiunt, & ea ratione erraticos ſpiritus à Concilio in præſenti & ab aliis vocari.

Duobus priuat Concilium energumenos. Primum eſt, vt eorum nomen cum oblatione ad altare non recitetur. Alterum verò, ne ſua manu in Eccleſia miniſtrent. Agamus de primo: non tam pœnæ energumenis inferendæ, quàm honoris Eccleſiæ cauſa, multa interdicta ſunt olim dæmoniacis. Canone enim Apoſtolorum [l] cautum eſt, ne dæmoniacus cum fidelibus preces funderet. [Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor: ſed nec cum fidelibus preces funditor: mundatus verò recipitor, & ſi dignus fuerit, efficitor.] Quare in Concilio Ancyrano [m] (ſic nuncupandum ab Ancyra ciuitate Galatiæ non Anquiranum, aut Aquiritanum vel Ancyritanum) cum de his egiſſet, qui cum beſtiis irrationabiliter congreſſi ſunt, non ſolùm hos, ſed & horum complices iubet ea pœna affici, vt non inter fideles, ſed inter dæmoniacos preces fundant [n]. [Nos eoſdem ſanè non ſolùm leproſos crimine huiuſmodi factos, ſed & alios iſtos ſuo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui tempeſtate iactantur: qui à nobis energumeni intelliguntur.] Horum omnium rationem docuit Dionyſius Areopagita [o]. [Catechumenos autem, & energumenos, quippe in pœnitentia ſunt, ſanctæ Hierarchiæ mos patitur quidem audire ſacram Pſalmorum modulationem, diuinámque ſacrarum Scripturarum recitationem: ad ſacra autem opera quæ deinceps ſequuntur, atque

[l] *Can. Apoſt* 78.

[m] *Conc. Ancyran. can.*16.

[n] *Idem can.*7.

[o] *Dionyſ. Areopag. lib.de Eccleſiaſt. hierarc. c. de communione.*

A atque myſteria ſpectanda, non eos conuocat, ſed perfectos oculos eorum, qui digni ſunt Eſt enim diuina Hierarchia ſacræ iuſtitiæ plena, ac vnicuique pro dignitate ſalubriter conſentaneam tribuit rerum diuinarum communionem; ſanctéque pro modo & captu in tempore concedit. Ac poſtremus quidem ordo catechumenis, id eſt iis qui erudiuntur, tributus eſt. Auditus enim eis ad omne id quod in Hierarchia perficit, præcluſus eſt, neque vllis ſacris initiati ſunt, neque diuinum ſtatum, qui in digno partu ortúque conſiſtit, habent, ſed etiam patris verbis fouentur, vitalibúſque figurationibus & lineamentis finguntur, ad beatum illum progreſſum vitæ lucíſque principem, qui à diuino ortu proficiſcitur. Vt igitur ſi inchoati ac nondum figurati pueri, qui ex carne conſtant, cadant antè quàm foueantur; caſum illum in terra ſine ortu, ſine vitæ vſura, ſine lucis aſpectu vt abortus, habebunt: nec quiſquam, qui ſit mentis ſuæ id quod apparet intuens, in
B lucem eos prolatos eſſe dixerit; quòd ſint ab alui tenebris liberati. Dicit enim medicina, perita corporum præſes, lucem vim ſuam emittere, in ea quæ lucem natura recipere poſſunt: ſic ſacrorum ſapiens diſciplina & ſcientia, primùm quidem eos diuinorum ſcriptorum, quæ formandi vitæque dandæ vim habent, cibo, qui inſtituendo & introducendo valet, fouet. Cùm autem eorum naturam ad diuinum ortum abſoluit, tum denique vtiliter eis ordine concedit aditum ad ea quæ illuſtrant, & perficiunt. Nunc verò ab inchoatis, ea, quæ perfecta ſunt, ſeparat, quod & dignitatis ſacrorum rationem habeat, & catechumenorum diuino Pontificum loco, educationis atque vitæ. Energumenorum autem multitudo à ſacris quidem etiam arcetur, ſed ſecundum locum in ſuperiore parte extremitatis catechumenorum obtinet. Neque enim par eſt, mea quidem ſententia, id quod particeps aliquando ſanctiſſimorum Sacramentorum fuit, ſed etiam contrariis, aut voluptatibus, aut perturbationibus conſtrictum tenetur, ei quod penitus ſacris initiatum non eſt, nec vlla ex parte eſt particeps diuinorum myſteriorum. Quin etiam
C ad eos ſacrorum aſpectus, & communio contrahitur; idque iure ac merito. Si enim verum eſt, virum qui omnino diuinus ſit, cui ad res diuinas aditus pateat, qui ad ſummum diuinæ ſimilitudinis ſpecieíque, quam quidem conſequi poſſit, gradum, abſolutis, ac perficiendi vim habentibus modis: quibus ad diuinitatem contendit, elatus ſit: ne ea quidem quæ carnis ſunt, niſi iis quæ natura neceſſitatem maximam afferunt, impulſum, quòd ſi vſu veniat, quaſi aliud agentem perfecturum eſſe: & templum præterea, aſſectatoréque fore diuini ſpiritus, in ſumma illa ſua diuinitatis imitatione, in ſimili ſimilem locantem: profectò qui eiuſmodi eſt, numquam à contrariis viſis, aut terroribus vexabitur, ſed eos videbit, & ſi incidant, expugnabit ac perſequetur; faciétque potiùs quam vim externam accipiet, & quaſi patietur eo animi ſui habitu, in quem nulla cadit perturD batio, & qui nulli ipſe ſuccumbit, aliíque eiuſmodi obſidionum medicus videbitur. Ego verò præterea exiſtimo, atque adeò certo ſcio eorum, qui hierarchici ordinis ſunt, ab omni admixtione liberam & ſecretam prudentiam, ante hos ſcire ſceleſtiſſima & maximè nefaria impulſione agitari, eos omnes qui deſerta diuina vita & ſententia, ac moribus, cum perniciosis dæmonibus conſentiunt; quòd ea quidem quæ vera ſunt, & immortaliter poſſidenda, & ſemper iucunda voluptatíſque plena, per ſummam ipſiſque exitioſam amentiam auerſentur: cum materia autem coniunctum plurimíſque perturbationibus implicatum, quod alienum eſt naturæ noſtræ, peccatum, pereuntéſque ac interitum afferentes voluptates, & inſtabiles in rebus alienis quæ non ſunt, ſed videntur, proſperitates oportet & ſequantur. Primi ergo hi, & aptiùs quàm illi, miniſtri Sacramenti huius prudenti
E voce ſecernuntur. Neque enim fas eſt, eis patere aditum ad vllum aliud factum, niſi ad doctrinam ſcriptorum diuinorum, quoad meliora perueniant. Si enim cœleſte diuinorum ſacrificium eos qui pœnitentiæ ſunt, etiam ſi ei aliquando interfuerint, arcet; quòd id non admittat, quod non eſt omni ex parte ſacroſanctum: idémque hoc pudicè pronunciat, ego nec aliis etiam, qui aliqua ex parte ad diuinæ ſimilitudinis cacumen euadere non poſſunt, videor, nec cum iis me communico: arcet enim hæc vox omnis admixtionis expers maximè, eos etiam qui vnà cum eis quibus ad diuinas res, vt dignis, patet aditus, precari non poſſunt, multo magis profana erit multitudo eorum, qui perturbationibus agitantur, carebítque ſacrorum & aſpectu & communione] hi ante conſecrationem recedere ab Eccleſia per diaconum iubebantur, hi communicare in Eccleſia non poterant, quare

non

non immeritò eorum nomen cum oblatione recitari hîc Episcopi nostri non permiserunt, cùm vt in canone superiori diximus, illi in Ecclesia offerrent qui sanctæ communionis futuri erant participes. A

COMMENTARII NOVI.

HVIusmodi energumenis à spiritibus immundis possessis ius communionis olim in Ecclesia non erat *can.37. infra*, probat Crespetius *in summ. verb. Energumeni, & arreptitij*, nisi ad tempus reperiantur liberati, ideſt, qui lucida intervalla habent, & interim satagunt piis votis, ac precibus pro sua emundatione impetranda, communionem petunt; Theophilus Episcopus ad Alexand. *si quis cum sit fidelis, à Dæmone corripiatur, debetne esse sanctorum mysteriorum particeps, an non? Respondeo si mysterium non enuntiet, nec vllo alio modo blasphemet, sit particeps, sed non singulis diebus, sufficit enim, si statis solum temporibus.* Iuxta quam distinctionem accipiendi sunt *text. in can* 14. Concil. Arausic. *Energumeni baptizati, si de purgatione sua curent, & se solicitudini clericorum tradant, monitisque obtemperent omnimodè communicent sacramenti ipsius virtute, vel muniendi ab incursu Dæmonum, quo infestantur, vel purgandi, quorum iam ostenditur vita purgatior.* Et in cap. *communiter* 3. *dist.*33 & casus à Prospero Aquitano & Cassiano relati, quos *seq. t.* transcripsit Mendoza. Energumeni ergo dum in obsessione erant, non communicabant, sed inter hyemantes orabant, ideſt; in secundo gradu pœnitentium, Acroasi videlicet, vt volunt Balsam. *in can* 17 *Synod. Ancyr.* Lantmet. *l.*2. *de veter. cler. c.*60. l. Dartis *in c.*3 33. *dist.* Vel, vt recèntiùs docuerunt Cyronius *ad tit. de pœnit. & remiss.* Gibal. *de claus. disquisit.* 3. *c.*2. §.6. *n.*32. in primo gradu, GONZALEZ. B

HVIVS NOMEN NEC AD ALTARE cum oblatione esse recitandum. C

CAPVT QVINQVAGESIMVM-OCTAVVM.

Antiquum esse in Ecclesia, offerentium nomina recitari, & an energumeni sanctæ communionis debeant esse participes.

VEtus Ecclesiæ consuetudo, vt eorum nomina, qui pia numera Ecclesiæ obtulissent per diaconum ex sacris tabulis recitarentur, vt docet diuus Isidorus [p] ad Ludifredum Episcopum Cordubensem. [Ad ipsum (inquit agens de diacono) pertinet officium precum & recitatio nominum.] Concilium Emeritense. [Proinde salubri deliberatione censemus, vt pro singulis quibusque Ecclesiis in quibus Presbyter iussus fuerit, per sui Episcopi ordinationem, præesse, pro singulis diebus Dominicis sacrificium Deo procuret offerre, & eorum nomina à quibus eas Ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his sanctis Ecclesiis videntur, aut visi sunt contulisse, si viuentes in corpore sunt, ante altare recitentur, tempore missæ; quòd si ab hac discesserunt, vel discesserint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur, suo in ordine.] Diuus Hieronymus [q] [Publice diaconus in Ecclesia recitat offerentium nomina, tantum offert illa, tantum ille pollicitus, placentque sibi ad plausum populi, torquente eos iustitia, damúsque materiam miseris, vt gaudeant ad ea quæ tribuunt, & non lugeant ad ea quæ rapuerint.] Do his nominibus recitandis ante Hieronymum ratio constat ex diuo Cypriano [r]: cùm conquereretur enim ad Clerum de illis qui lapsos absque canonica pœnitentia ad sacrorum communionem reciperent; sic ait, [Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam, iusto tempore & secundum disciplinæ ordines, ad exomologesim veniant, & per manus impositionem Episcopi & cleri ius communicationis accipiant; nunc crudo tempore, persecutione adhuc perseuerante, nondum restitutæ Ecclesiæ ipsius pace ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum.] Ante Cyprianum, beatus Dionysius Areopagita [s]. [Et cum se (ait) omnes mutuò salutauerint, mystica sacrarum tabularum recitatio fiat:] Cùm ante preces celebraturi fieret per diaconum, non satis consentaneum videbatur, illius rationem haberi, cuius munus adhuc oblatum non fuisset: qua ratione Innocentius I. [t] statuit vt post preces sacerdotum recitatio nominum offerentium fieret. [De nominibus (inquit ad Decentium Eugubinum Episcopum) recitandis, antequam preces sacerdos D E

[p] *D. Isidor. in epist. ad Ludifredum Episcopum Cordubensem. Exstat apud Grat. in c. perfectis* 26. *dist. Concil. Emeritense can* 19.

[q] *D. Hieronym. in commentar. super Ezech. c.*18.

[r] *D. Cyprian. epist.* 10. *ad clerum.*

[s] *Dionys. Areopag. lib.*3. *de Eccles. hierarc. c. de communione.*

[t] *Innoc. I. in epist. ad Decentium Episcopum Eugubinum* 2. *exstat apud Grat. in c. de nominibus &c consecrationis &c fin.* 1.

A cerdotes faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda ſunt, ſua oratione commendat, quàm ſuperfluum ſit, & ipſe pro tua prudentia recognoſcis: vt cuius hoſtiam necdum Deo offeras, eius ante nomen inſinues: quamuis illi incognitum ſit nihil; priùs ergo oblationes ſunt commendandæ, ac tum eorum nomina quorum ſunt oblationes, edicenda: vt inter ſacra myſteria nominentur, non inter alia quæ ante præmittimus, vt ipſis myſteriis viam futuris precibus aperiamus.] Sacras tabulas ideò vocauit beatus Dionyſius, quia duæ tabulæ erant, altera in qua viuorum, Epiſcoporum & offerentium; altera, in qua mortuorum nomina ſcripta erant; & ex illis recitabantur, vt indicat citatus canon Concilij Emeritenſis. Dypticha dicebant, tranſlato vocabulo ab oſtreorum dypticho, de quibus alibi vberior tractatio.

B Hinc conſtare videtur energumenos, non ſolùm non admittendos ad ſanctam Euchariſtiæ communionem, ſed nec eorum nomina cum oblatione recitanda.

Sed aduerſatur huic ſententiæ altera Concilij Arauſicani [u] primi, qua energumenos à ſacra communione percipienda, non ſolùm non repelli, ſed expreſſo decreto admitti iubet his verbis. [Energumeni iam baptizati ſi de purgatione ſua curent, & ſe ſolicitudini clericorum tradant, monitiſque obtemperent, omnimodo communicent, ſacramenti ipſius virtute, vel muniendi ab incurſu dæmonum, quo infeſtantur, vel purgandi, quorum iam oſtenditur vita purgatior;] idque vſitatum fuiſſe olim in Eccleſia ex Proſpero Aquitanico [x] didici, qui refert miraculum, quo dæmoniacus ſumptione Euchariſtiæ liberatus eſt. Sic enim inquit: [Quædam iuuencula Araba natione, ancilla Dei habitum geſtans, cum in balneo lauans, ſimulachrum quoddam Veneris impudicè reſpiceret, & ſeipſam, eique ſe conſimulans, domicilium ſe diabolo præbuit. Statim ille Leo, qui rugiens circuit quem quærebat, inuenit. Meatus igitur gutturis ipſius occupans, nullum cibum nullumque potum traiiciens, per ſeptuaginta ferme dies totidémque noctes, ieiunium ſibi diabolus ex capto poſſeſſoque vaſe exhibuit. Hoc monſtrum parentes puellæ per tot dierum ſpatium auferri poſſe ſperantes, dum iuge malum vlterius tolerare non poſſent, ſimul cum filia ſeſe ingeſſerunt Sacerdoti, quæ acta erant fideliter intimantes. Hoc tantum puella fatebatur; auem quandam noctis medio apparere, quæ ſibi ore neſcio quid infunderet; ſtupor tunc inerat cunctis, videre puellam nullis indiciis diuturnij ieiunij fœdatam; nullo pallore ſeu tabe, vel debilitate confectam; quin potiùs robuſtam, ſucco viſcerum, mole membrorum: cùmque incredibilia viderentur, quæ dicebantur, habito conſilio in monaſterio puellarum, in quo reliquiæ ſancti
D Stephani ſitæ ſunt, ſacerdos puellam ſimul præpoſito commendauit. Illic prima tantùm die apparuiſſe illam auem aſſerit, ſibíque increpaſſe, quod neque fame, neque ſiti compulſa illum appeteret locum, quo ſibi accedere non liceret. Per duas ſanè hebdomadas, nihil cibi, vel poculi ſumens, in monaſterio manſit. Accidit autem vt quintus decimus Dominicus illuceſceret dies, aſcendente nobiſcum ſacerdote, vt matutinum illic ſacrificium ſolitò offerretur, puellam præpoſitus ad altare perduxit, eo inceſſu & habitu, quo ſolent rubore perfuſæ, ex epulis mulieres aduenire: ſed vt ſe illa proſtrauit altari, clamore fletus ſui, cunctis aſtantibus, gemitus, lacrymáſque induxit; quibus tantum malum auferendum præſens plebs Dominum exorabat; erat enim indecens murmur in populo. Peracto itaque ſacrificio, cum eadem inter cæteras breuem particulam corporis Dominici tinctam à ſacerdote perciperet, ſemihora mandens traiicere non valuit; nondum illo fugato, de quo dicit Apoſto-
E lus: Quæ conſonantia Chriſti ad Belial? manu igitur faciem eius ſuſtentante ſacerdote, ne Sanctum proiiceret, à quodam diacono ſuggeſtum eſt, vt calicem ſalutarem gutturi eius Pontifex applicaret. Quod vt factum eſt, ſtatim, vt locum illum, quem diabolus obſederat, Saluatoris imperio reliquit; ſacramentum quod ore geſtabat, cum laude Redemptoris tranſglutiſſe puella clamauit. Hinc lætitia, hinc voces in gloriam Dei; quod poſt octoginta & duos dies diabolo expulſo, puella de poteſtate fuerat erepta inimici: oblatio itaque rurſum gratiarum actionis pro ea fit, ſacrificiique percipiens certam partem, priſco eſt reddita vſui.]

Verum eſt olim energumenis Sacramentum Euchariſtiæ porrigi & amentibus,

[u] *Concil. Arauſic. can. 14.*

[x] *Proſper Aquit. vicar. lib. 4. pradictionum c. 6.*

vt

non immeritò eorum nomen cum oblatione recitari hîc Episcopi nostri non permiserunt, cùm vt in canone superiori diximus, illi in Ecclesia offerrent qui sanctæ communionis futuri erant participes.

COMMENTARII NOVI.

HVIusmodi energumenis à spiritibus immundis possessis ius communionis olim in Ecclesia non erat *can.37. infra*, probat Crespetius *in summ. verb. Energumeni, & arreptitij*, nisi ad tempus reperiantur liberati, ideſt, qui lucida intervalla habent, & interim satagunt piis votis, ac precibus pro sua emundatione impetranda, communionem petunt; Theophilus Episcopus ad Alexand. *si quis cum sit fidelis, à Dæmone corripiatur, debetne esse sanctorum mysteriorum particeps, an non? Respondeo si mysterium non enuntiet, nec vllo alio modo blasphemet, sit particeps, sed non singulis diebus, sufficit enim, si statis solum temporibus.* Iuxta quam distinctionem accipiendi sunt *text. in can* 14. Concil. Arausic. *Energumeni baptizati, si de purgatione sua curent, & se solicitudini clericorum tradant, monitisque obtemperent omnimodè communicent sacramenti ipsius virtute, vel muniendi ab incursu Dæmonum, quo infestantur, vel purgandi, quorum iam ostenditur vita purgatior.* Et in cap. *communiter* 3. *dist.*33. & casus à Prospero Aquitano & Cassiano relati, quos *seq.* c. transcripsit Mendoza. Energumeni ergo dum in obsessione erant, non communicabant, sed inter hyemantes orabant, ideſt; in secundo gradu pœnitentium, Aeroasi videlicet, vt volunt Balsam. *in can.* 17 *Synod. Ancyr.* Lantmer. *l.*2. *de veter. cler. c.*60. l. Dartis *in c.*3 33. *dist.* Vel, vt rectiùs docuerunt Cyronius *ad tit. de pœnit. & remiss.* Gibal. *de claus. disquisit.*3. *c.*2. §.6. *n.*32. in primo gradu, GONZALEZ.

HVIVS NOMEN NEC AD ALTARE cum oblatione esse recitandum.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-OCTAVVM.

Antiquum esse in Ecclesia, offerentium nomina recitari, & an energumeni sanctæ communionis debeant esse participes.

VEtus Ecclesiæ consuetudo, vt eorum nomina, qui pia numera Ecclesiæ obtulissent per diaconum ex sacris tabulis recitarentur, vt docet diuus Isidorus [p] ad Ludifredum Episcopum Cordubensem. [Ad ipsum (inquit agens de diacono) pertinet officium precum & recitatio nominum.] Concilium Emeritense. [Proinde salubri deliberatione censemus, vt pro singulis quibusque Ecclesiis in quibus Presbyter iussus fuerit, per sui Episcopi ordinationem, præesse, pro singulis diebus Dominicis sacrificium Deo procuret offerre, & eorum nomina à quibus eas Ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his sanctis Ecclesiis videntur, aut visi sunt contulisse, si viuentes in corpore sunt, ante altare recitentur, tempore missæ; quòd si ab hac discesserunt, vel discesserint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur, suo in ordine.] Diuus Hieronymus [q] [Publice diaconus in Ecclesia recitat offerentium nomina, tantum offert illa, tantum ille pollicitus, placentquè sibi ad plausum populi, torquente eos iustitia, damúsque materiam miseris, vt gaudeant ad ea quæ tribuunt, & non lugeant ad ea quæ rapuerint.] De his nominibus recitandis ante Hieronymum ratio constat ex diuo Cypriano [r]: cùm conquereretur enim ad Clerum de illis qui lapsos absque canonica pœnitentia ad sacrorum communionem reciperent; sic ait, [Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam, iusto tempore & secundum disciplinæ ordines, ad exomologesim veniant, & per manus impositionem Episcopi & cleri ius communicationis accipiant; nunc crudo tempore, persecutione adhuc perseuerante, nondum restituta Ecclesiæ ipsius pace ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum.] Ante Cyprianum, beatus Dionysius Areopagita [s]. [Et cum se (ait) omnes mutuò salutauerint, mystica sacrarum tabularum recitatio fiat:] Cùm ante preces celebraturi fierent per diaconum, non satis consentaneum videbatur, illius rationem haberi, cuius munus adhuc oblatum non fuisset: qua ratione Innocentius I. [t] statuit vt post preces sacerdotum recitatio nominum offerentium fieret. [De nominibus (inquit ad Decentium Eugubinum Episcopum) recitandis, antequam preces sacerdos

[p] *D. Isidor. in epist. ad Ludifredum Episcopum Corduben'em. Exstat apud Grat. in c. perrectis* 16. *dist. Concil. Emeritense can* 19.

[q] *D. Hieronym. in commentar. super Ezech. c.*18.

[r] *D. Cyprian. epist.* 10. *ad clerum.*

[s] *Dionys. Areopag. lib.*3. *de Ecclesia. hierarc. c. de communione.*

[t] *Innoc. I. in epist. ad Decentium Episcopum Eugubinum ea exstat apud Grat. in c. de nominibus. de consecratione dist.*1.

A cerdotes faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda ſunt, ſua oratione commendat, quàm ſuperfluum ſit, & ipſe pro tua prudentia recognoſcis: vt cuius hoſtiam necdum Deo offeras, eius ante nomen inſinues: quamuis illi incognitum ſit nihil; priùs ergo oblationes ſunt commendandæ, ac tum eorum nomina quorum ſunt oblationes, edicenda: vt inter ſacra myſteria nominentur, non inter alia quæ ante præmittimus, vt ipſis myſteriis viam futuris precibus aperiamus.] Sacras tabulas ideò vocauit beatus Dionyſius, quia duæ tabulæ erant, altera in qua viuorum, Epiſcoporum & offerentium; altera, in qua mortuorum nomina ſcripta erant; & ex illis recitabantur, vt indicat citatus canon Concilij Emeritenſis. Dypticha dicebant, tranſlato vocabulo ab oſtreorum dypticho, de quibus alibi vberior tractatio.

B Hinc conſtare videtur energumenos, non ſolùm non admittendos ad ſanctam Euchariſtiæ communionem, ſed nec eorum nomina cum oblatione recitanda.

Sed aduerſatur huic ſententiæ altera Concilij Arauſicani [u] primi, qua energumenos à ſacra communione percipienda, non ſolùm non repelli, ſed expreſſo decreto admitti iubet his verbis. [Energumeni iam baptizati ſi de purgatione ſua curent, & ſe ſolicitudini clericorum tradant, monitiſque obtemperent, omnimodo communicent, ſacramenti ipſius virtute, vel muniendi ab incurſu dæmonum, quo infeſtantur, vel purgandi, quorum iam oſtenditur vita purgatior;] idque vſitatum fuiſſe olim in Eccleſia ex Proſpero Aquitanico [x] didici, qui refert miraculum, quo dæmoniacus ſumptione Euchariſtiæ liberatus eſt. Sic enim inquit: [Quædam iuuencula Araba natione, ancilla Dei habitum geſtans, cum in balneo lauans, ſimulachrum quoddam Veneris impudicè reſpiceret, & ſe ipſam, eique ſe conſimulans, domicilium ſe diabolo præbuit. Statim ille Leo, qui rugiens circuit quem quærebat, inuenit. Meatus igitur gutturis ipſius occupans, nullum cibum nullumque potum traiiciens, per ſeptuaginta ferme dies totidémque noctes, ieiunium ſibi diabolus ex capto poſſeſſoque vaſe exhibuit. Hoc monſtrum parentes puellæ per tot dierum ſpatium auferri poſſe ſperantes, dum iuge malum vlterius tolerare non poſſent, ſimul cum filia ſeſe ingeſſerunt Sacerdoti, quæ acta erant fideliter intimantes. Hoc tantum puella fatebatur; auem quandam noctis medio apparere, quæ ſibi ore neſcio quid infunderet; ſtupor tunc inerat cunctis, videre puellam nullis indiciis diuturnij ieiunij fœdatam; nullo pallore ſeu tabe, vel debilitate confectam; quin potiùs robuſtam, ſucco viſcerum, mole membrorum: cùmque incredibilia viderentur, quæ dicebantur, habito conſilio in monaſterio puellarum, in quo reliquiæ ſancti

D Stephani ſitæ ſunt, ſacerdos puellam ſimul præpoſito commendauit. Illic prima tantùm die apparuiſſe illam auem aſſerit, ſibique increpaſſe, quod neque fame, neque ſiti compulſa illum appeteret locum, quo ſibi accedere non liceret. Per duas ſanè hebdomadas, nihil cibi, vel poculi ſumens, in monaſterio manſit. Accidit autem vt quintus decimus Dominicus illuceſceret dies, aſcendente nobiſcum ſacerdote, vt matutinum illic ſacrificium ſolitò offerretur, puellam præpoſitus ad altare perduxit, eo inceſſu & habitu, quo ſolent rubore perfuſæ, ex epulis mulieres aduenire: ſed vt ſe illa proſtrauit altari, clamore fletus ſui, cunctis aſtantibus, gemitus, lacrymáſque induxit; quibus tantum malum auferendum præſens plebs Dominum exorabat; erat enim indecens murmur in populo. Peracto itaque ſacrificio, cum eadem inter cæteras breuem particulam corporis Dominici tinctam à ſacerdote perciperet, ſemihora mandens traiicere non valuit; nondum illo fugato, de quo dicit Apoſto-

E lus: Quæ conſenantia Chriſti ad Belial? manu igitur faciem eius ſuſtentante ſacerdote, ne Sanctum proiiceret, à quodam diacono ſuggeſtum eſt, vt calicem ſalutarem gutturi eius Pontifex applicaret. Quod vt factum eſt, ſtatim, vt locum illum, quem diabolus obſederat, Saluatoris imperio reliquit; ſacramentum quod ore geſtabat, cum laude Redemptoris tranſglutiſſe puella clamauit. Hinc lætitia, hinc voces in gloriam Dei; quod poſt octoginta & duos dies diabolo expulſo, puella de poteſtate fuerat erepta inimici: oblatio itaque rurſum gratiarum actionis pro ea fit, ſacrificiíque percipiens certam partem, priſco eſt reddita vſui.]

Verum eſt olim energumenis Sacramentum Euchariſtiæ porrigi & amentibus,

vt

[u] *Concil. Araſic. can. can. 14.*

[x] *Proſper Aquitanicus lib. 4. predictionum c. 6.*

vt teſtatum facit canon Concilij Arauſicani I. [y] Sed multo clariùs Ioannes Caſſianus. Cùm enim Germanus eandem quæſtionem propoſuiſſet, Serenus reſpondit. Germanus autem ſic interrogat: [Et quomodo eos non ſolum deſpici (egerat paulò antea de energumenis) ab hominibus vel horreri, ſed etiam à Communione Dominica in noſtris prouinciis perpetuò vidimus abſtinere, ſecundum illam Euangelij ſententiam; [z] Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos; cum de illis quemadmodum dicis, ita credendum ſit, quod eis purgationis vel vtilitatis obtentu, huius tentationis humiliatio tribuatur.

Serenus. Si habuerimus hanc ſententiam, immo fidem, quam ſuperius comprehendi, vt & omnia per Deum fieri, & pro vtilitate animarum diſpenſare vniuerſa credamus: non ſolum nequaquam deſpiciemus eos, ſed etiam pro ipſis tamquam pro membris noſtris, inceſſanter orabimus, eiſque totis viſceribus ac pleno compatiemur affectu ([a] cùm enim patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra) ſcientes nos, abſque illis, vtpote membris noſtris, omnimodis conſummari non poſſe: quemadmodum legimus ne anteriores quidem noſtros ſine nobis repromiſſionis ſummam conſequi potuiſſe; ita de illis Apoſtolo pronunciante: Et [b] hi omnes teſtimonio fidei comprobati non acceperunt repromiſſiones, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, ne ſine nobis conſummarentur, communionem vero eis ſacroſanctam à ſemoribus noſtris numquam meminimus interdictam: quinimo ſi poſſible eſſet, etiam quotidie eis impertiri eam debere cenſebant; nec enim ſecundum Euangelij ſententiam, quam congruè huic ſenſui coaptatis: Nolite ſanctum dare canibus, ad Dæmonis eſcam ſacroſancta communio, & non potius ad purgationem ac tutelam corporis, animæque peruenire credenda eſt: quæ ab homine percepta, eum qui in membris eius inſidet ſpiritum, ſeu in ipſis latitare conatur, velut exurens fugat incendio. Hoc namque modo curatum & Abbatem Andronicum nuper aſpeximus, alióſque quamplures. Magis namque, ac magis inimicus inſultabit obſeſſo, cum eum à cœleſti medicina viderit ſegregatum; tantóque diriùs ac frequentiùs attentabit, quanto eum ab ſpirituali remedio longiùs ſenſerit abdicatum.] Nec id mirum ei videbitur, qui mortuis Euchariſtiam tradi, ad fugandos dæmones, apud antiquos legerit, quod [c] in Occidente Concilium Altiſiodorenſe, in Oriente autem Sextam Synodum interdixiſſe ferunt: quod ad eandem Synodum à Theodoro Balſamone notatum eſt. Hodie autem huius Illiberritani canonis decretum (omiſſo Arauſicano) obſeruandum eſt: nec licebit communionem corporis Domini dæmoniacis (dum eo ſpiritu exagitantur) vel furioſis impartiri; nec eorum nomina ſingulatim & publicè in ſacrificio recitare: & ſi generali oratione pro energumenis orare ſacerdos poſſit: vt diuina ſacrificij & orationis virtute fouente, ceſſet peruerſa tentatio: quod edocuit nos D. Clemens [d], ipſius orationis formulam tradens.

[y] *Concilium Arauſicanum, can. 13. Ioannes Caſſianus collat. 7. cap. 29. & 30.*

[z] *Matth. 17.*

[a] *1. Cor. 12.*

[b] *Hebr. 11.*

[c] *Concil. Altiſiodorenſe can 13. Sexta Synodus Conſtantinop. can 83.*

[d] *S. Clemens lib. 8. conſtit. Apoſtolic. c. 7. & 8.*

COMMENTARII NOVI.

EOs, qui ab Eccleſia præciſi, & ſegregati erant, aut ius communionis cum cæteris fidelibus non habebant, oblationes ad altare facere non poſſe ſuperiori Canone PP. ſtatuerunt. Vndè cum Energumeni, nec in Eccleſia conſiſterent, aut Miſſæ ſacrificiis adeſſent, oblationes facere non poterant, nec per conſequens eorum nomina à Sacerdotibus referri, aut recitari valebant. Eorum enim nomina olim inter Miſſarum ſolemnia recitabantur, quorum oblationes recipiebantur, quia in communione fidelium erant, aut iam in pace Eccleſiæ deceſſerant. Et ſi priſcam Eccleſiæ diſciplinam perquiramus, aliud nomen recitare erat, ab oblatione nominis; nam nomina recitare erat legere nomina ex ſactis diptychis tam viuorum, quam mortuorum; vbi ſuo ordine ſcripta erant nomina eorum, quæ recitari debebant, de quibus diptychis & eorum forma latè agunt P. Higuera *poſt notas ad Luitpr.* Viuar. *in not. ad M. Max. in fine*, Vicecomes *de ritib. Miſſa. lib. 7. cap. 17.* Meurſius *in gloſſar. verb. diptycha*, Sauſay *in apparatu ad Martyrol. Gallic. cap. 8. & 9.* Haller. *de hierarch. iuridic. fol. 819.* Cironius *in c. 3. de el. eſt. in 5. Compil.* Nomen autem offerre eſt, cum alicuius viui, aut defuncti nomen, in orationibus, quibus Miſſæ ſacrificium celebratur, enunciabatur, & commendabatur: nulluſque vnquàm oblationes, & munera ſacerdoti in Eccleſia obtulit, quin Sacerdos eiuſdem nomen cum ipſis muneribus propria, & priuata quadam oratione Deo in ipſis Miſſæ ſactis commendaret. Alcuinus de diuinis officiis, illic. *Cum dicitur*: memento Domine famulorum, famularúmque tuarum *& ſic deinde ſubiungitur*, & omnium circumſtantium, *manifeſtum eſt quod quaſi quidam locus ſit, vbi aliquibus ſpecialiter nominatis, etiam cæterorum, qui aſſiſtunt, in Eccleſia commemoratio adiungatur. In quo loco, aut liberum eſt ſacerdoti, quos deſiderauerit peculiariter nominare, & nominatim Deo commendare, aut certè illud, ab antiquis eſt obſeruatum, vt ibi offerentium nomina recitarentur. Priùs ergo oblationes ſunt commendandæ, ac tum eorum nomina ſunt dicenda*, &c. Illuſtrant Cerda

A Cerda *in aduerſ. cap.* 143. Albapin. *lib.* 1. *obſer. cap.* 7. Lindembr. *in gloſſar. verb. nominum recitatio*, de qua nominis cum oblationis recitatione accipiendus eſt præſens Canon. Pœnitentium enim, & Energumenorum, quorum oblationes non recipiebantur in Eccleſia, neque nomina offerri poterant, quia Eccleſia nulla alia re magis demonſtrare valebat ſocietatem, & communionem alicui indulſiſſe, niſi cum eius nomen priuata quadam oratione totius Eccleſiæ nomine, & per Sacerdotem eius miniſtrum cõmendabat. At verò huiuſmodi Energumeni perfecta Eccleſiæ communione non fruebantur, ideóque eorum nomina non poterant offerri in ſacrificio nomine totius Eccleſiæ, non autem hoc Canone negatur poſſe orari pro Energumenis, vt aliqui docti viri voluerunt. Vndè illis rigidior viſus fuit hic Canon, vt refert Sauſay, *in Panop. Sacerd. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 5. *art.* 2. GONZALEZ.

NEQVE PERMITTENDVM, VT SVA B manu in Eccleſia miniſtret.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-NONVM.

Dæmoniacos à ſacris Eccleſiæ functionibus ſemper repulſos.

GRatianus in decretorum collectione, antiquum eſſe in Eccleſia dæmoniacos miniſtrare nec debere, nec poſſe docuit: quod vt confirmaret, decretum Pij Papæ retulit in cap. communiter definimus XXXIII. diſtinctione, vbi Pius ſic ait: [Communiter definimus, vt nullus de his, qui aut in terram arrepti à dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferuntur, vel ſacris audeant altaribus miniſtrare, vel indiſcuſſe ſe ingerant Sacramentis diuinis, exceptis illis qui corporis incommoditatibus dediti, ſine huiuſmodi paſſionibus, in terram probantur eliſi; qui tamen & ipſi tam diu erunt ab officij ſui ordine & loco ſuſpenſi, quouſque vnius anni ſpatio, per diſcretionem Epiſcopi, inueniantur ab incurſu dæmonum liberati. Sed Gratianus decretum hoc Pio PP. non rectè tribuit, cum Pij non ſit, ſed Concilij Toletani XI. can. XIII. multis annis poſt Pium habiti; cui ea inſcriptio etiam in decreto Gregoriano reſtituenda eſt.

Si autem Pontificum antiquas conſtitutiones quæramus, omiſſo canone Apoſtolorum [e], exſtat epiſtola Pelagij PP. [f] ad vniuerſos Epiſcopos per Lucaniam conſtitutos, in qua ait: [Vſque adeò ſanè comperimus, illicita quæque prorumpere, vt dæmonibus, ſimilibúſque paſſionibus irretitis, miniſteria ſacroſancta tractare tribuatur: quibus ſi in hoc opere poſitis, aliquid propriæ neceſſitatis occurrat, quis fidelium de ſua ſalute confidat, vbi miniſtros ipſos curationis humanæ tanta proſpexerit calamitate vexari? Atque ideo neceſſariò remouendi ſunt, ne quibuſlibet pro quibus Chriſtus eſt mortuus, ſcandalum generetur infirmis. Poſtremò, ſi corpore ſauciatum fortaſſis aut debilem, nequaquam ſancta contingere lex diuina permiſit, quantò magis doni cœleſtis diſpenſatores eſſe non conuenit; quod eſt deterius mente perculſos?] Nicolaus PP. [g] [Clerici qui in adoleſcentia à dæmonibus cognoſcuntur obſeſſi, ad ſuperiorem ſacri regiminis gradum aſcendere non poſſunt.] Idem decreuit Gregorius, vt voluit Gratianus [h], ſiue quod veriùs videtur, auctor libelli de Eccleſiaſticis dogmatibus, qui inter opera D. Auguſtini exſtat. Tritemius Alcuinum fuiſſe voluit, alij Iſidorum; at plures & maiori auctoritate præſtantes, Gennadium, vt dicemus poſtea: ſed D. Gregorium eiuſdem ſententiæ fuiſſe ipſemet his verbis edocuit. [Eodem quoque tempore quidam Aquipenſis Eccleſiæ clericus, dæmonio vexabatur, qui à venerabili viro Conſtantio eiuſdem Eccleſiæ antiſtite per multa fuerat Martyrum loca tranſmiſſus, vt ſanari potuiſſet: ſed ſancti Dei Martyres noluerunt ei ſanitatis donum tribuere, vt quanta eſſet in Benedicto gratia demonſtrarent. Ductus itaque eſt ad omnipotentis Dei famulum Benedictum, qui Ieſu Chriſto Domino preces fundens, antiquum hoſtem de obſeſſo homine protinus expulit. Cui ſanato præcepit, dicens: Vade & poſt hac, carnem ne comedas, & ad ſacrum ordinem nunquam accedere præſumas. Quacumque autem die ad ſacrum ordinem accedere præſumpſeris, ſtatim iuri diaboli iterum mancipaueris. Diſceſſit igitur clericus ſanus, & ſicut terrere ſolet animum pœna recens, ea quæ vir Dei præceperat, interim cuſtodiuit. Cùm verò poſt annos plurimos omnes priores illius, de hac luce migraſſent, & minores ſuos ſibimet ſuperponi in ſacris ordinibus cerneret, verba viri Dei, quaſi ex longo tem-

Corrected inſcriptio canonis communiter definimus 33. diſt.

[e] *Can.* 78. *Apoſt.*
[f] *Pelagius PP. in epiſtola ad vniuerſos Epiſcopos per Lucan. conſtitutos c.* 21 *apud Grat. i c. vſque adeo* 33.

[g] *Nicolao tribuit decretum hoc Gratianus & Ino, alter in c. clerici* 3. *diſt. alter part.* 11. *decretorum c.* 104.
[h] *Gratianus in c. meritum* 33. *diſt. Lib.* 3 *c.* 60. *D. Gregor. lib* 2. *dialogor. cap.* 16.

pore oblitus poſtpoſuit, atque ad ſacrum ordinem acceſſit, quem mox is qui reliquerat diabolus tenuit, eúmque vexare, quouſque animam eius excuteret, non ceſſauit.] A

[i] *Conc. Nican. can. 1. apud Alfonſum Piſanum. lib. 3.*

In eadem cauſa non deſunt etiam Concilia, Nicænum I. [i] [Iubemus vt inſanus non fiat clericus, niſi cum ægrotauit, & opus fuit calidam medicinam facere, vnde in melancholiam incidit, cuius inſaniæ cùm non ſit cauſa in ipſo, neque ſit ex dæmone habitante in eo, non prohibet ingredi in clerum, neque cogit exire; quare iubemus, vt dæmoniacus non poſſit admitti ad clerum.] Arauſicanum [k] autem non ſolum clericum fieri vetat, ſed iam factum deponi, iubet. [Energumeni (ait) non ſolùm non aſſumendi ſunt ad vllum ordinem clericatus, ſed & illi qui ordinati iam ſunt, ab impoſito officio ſunt repellendi.] Quem canonem hodie obſeruat Eccleſia, tempore quo energumenus erratico ſpiritu exagitatur: quod ſi eo malo liberetur, & ad ordines Eccleſiæ & communionem admitti poſſe, ex Apoſtolis Clemens retulit [l]. [Si quis dæmonem habeat clericus non efficitor, ſed nec cum fidelibus preces fundito, mundatus verò recipitor, & ſi dignus fuerit, efficitor.] Olim autem in Eccleſia Africana, etſi non poſſent miniſtri eſſe rerum ſacrarum, cogebantur pauimenta Eccleſiæ verrere, decreto Concilij Carthaginenſis IV. [m] in quo & illud additum [n], vt victus quotidianus illis ab Eccleſia per exorciſtas tribueretur. B

[k] *Conc. Arauſicanum can. 16.*

[l] *Can. 78. Apoſt.*

[m] *Conc. Carthag. 4. can. 91.*

[n] *Can. 92. eiuſdem*

COMMENTARII NOVI.

OBſeſſos à Dæmonibus, ſeu arreptitios, quos vulgò Dæmoniacos dicimus, ob vitium animi ordinari non poſſe conſtat ex Concil. Arauſic. 1. can. 16. *Qui palàm aliquando arrepti ſunt non ſolum non aſſumendi ad vllum Ordinem clericatus, ſed etſi iam aliqui ordinati ſunt, ab impoſito officio repellendi.* Concil. Arelat. 2. *Can.* 41. probant Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 148. *& de poteſt. Epiſc. allegat.* 42. *num.* 51. Balſam. Zonaras, & Coriolanus *in can.* 78. *Apoſtolor.* Sauſay *in Panopl. Cleric. p.* 1. *lib.* 6. *cap.* 2. §. 3. Gibalin. *de irregul. cap.* 3. *conſect.* 9. Suarez *de Cenſur. diſp.* 51. *numer.* 94. Creſpetius *in ſumm. verb. arreptitij* Valenzuel. *Conſil.* 25. *num.* 2. Huius prohibitionis rationem reddunt Balſam. & Zonaras vbi ſupra: quia iſti inſani ſunt, & immundi, & magnum ſcandalum in Eccleſia oriretur, ſi plebs, quem ſcit à Dæmone vexari, videat ſacra perficere, & tractare, vt ratiocinatur Gelaſius *in epiſt. ad Epiſc. Lucanie cap.* 21. Accedit, quòd Sacerdotium contumelia afficeretur, & diuinum numen blaſphemiis proſcinderetur. Vnde ſi ab huiuſmodi obſeſſione liberati ſint, promoueri poſſunt ad ordines, niſi ex memoria recentis morbi maneant aliquæ infamiæ notæ, & occaſio offenſionis d. *can.* 78. *Apoſt.* ibi: *Siquis Dæmonem habeat, ne fiat Clericus, ſed neque cum fidelibus precetur: purgatus autem recipiatur, & ſi ſit dignus fiat.* Docent, & defendunt Gibal. *de irregul. c.* 3. *quæſt.* 2. *conſect.* 8. *num.* 22. Diana *p.* 11. *tract.* 2. *reſol.* 68. quorum ſententia firmatur; ex eo nam ratio propter quam arcetur à Clero Dæmoniacus eſt, ne furoris tempore ſacerdotium contumelia afficiatur, & diuinũ numen blaſphemetur, ſed hęc ratio ceſſat in eo qui liberatus omninò eſt, ergo & miniſtrare in ſuſceptis, & ad altiores gradus aſcendere valet accedente Epiſcopi licentia, cuius arbitrio relinquitur, an plenè liberatus ſit nec ne: hoc tamen arbitriũ in Epiſcopo non habetur pro diſpenſatione, ſed pro declaratione, vt notarunt Barboſ. *d. alleg.* 42. Valenzuel. *Concil.* 25. Vndè qui poſt ſuſceptos ordines vexantur, ſi liberati fuerint tranſacto anno, miniſtrare poſſunt *cap. communiter* 33. *diſt.* Neque pro contraria ſententia, quam defendunt Gratianus *in cap. fin. verſ. nec enim* 25. *quæſt.* 1. Hugolin. *de irregul. cap.* 55. §. 1. *numero* 4. Maiolus *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 17. Sayrus *eod. tract. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 14. faciunt text. in *cap. querundam* 34. *diſt. cap. clerici* 33. *diſt.* vbi aſſeritur, quod clerici, qui in adoleſcentia fuerint à Dæmonibus obſeſſi ad ſuperiorem ſacri regiminis gradum non poſſunt promoueri, igitur ſemel vexati, etſi poſtea liberati ſint, nullo modo poſſunt ordinari. Turriſcremata, & Archidiacon. ibi accipiunt verba illa, ita vt obſeſſi prohibeantur aſcendere ad ſacros ordines: in minoribus autem miniſtrare non prohibeantur; ſed hæc ſolutio conuincitur ex abſoluta prohibitione huius Canonis ibi: *nec propria manu*, & d. *can.* 16. Concil. Arauſic. ibi: *ad clerum*; iunctis traditis à Sauſay *vbi ſupra*. Quare hac ſolutione omiſſa dicendum eſt in *d. cap. clerici* non negari, quod ſi clerici in ipſa adoleſcentia liberati eſſent, poſſent ad gradus omnes promoueri; tantum enim cum conſultus fuiſſet Nicolaus de adoleſcentibus vexatis; reſpondit, ipſos ita in adoleſcentia vexatos ordinari non poſſe, videlibet quandiu vexantur. Dictio enim illa, *in*, ſi adiungatur Ablatiuo accipitur pro intra illud tempus, vnde idem eſt in anno quod intra annum, *l. ſi ita* 41. §. *Labeo ff. de manumiſ. teſtam.* Barboſa *de diction. cap.* 21. Vnde in *d. cap. clerici* verba illa: *in adoleſcentia obſeſſi*; idem important ac *intra adoleſcentiam*, ita vt ſi liberati ſint etiam in ipſa adoleſcentia, vel poſtea, poſſint ad ordines promoueri. Nec etiam obſtat text. in *cap. maritum* 33. *diſt.* qui falsò tribuitur Gregorio cum deductus ſit ex *cap.* 22. *libelli de Eccleſiaſt. offic.* qui ab aliquibus tribuitur D. Auguſtino: ab aliis Alcuino, ab aliis tandem Iſidoro. Sed verius eſt eſſe Gennadij, vt docent D. Thom. *quodlibet.* 12. *art.* 16. Platina *in vita Symmachi*, Strabo *de reb. Eccleſ.* vbi cum agatur de irregularibus

C D E

A tribus ex variis cauſis, hæc adiiciuntur verba *neque illum, qui in furiam aliquando verſus inſaniit, vel afflictione Diaboli vexatus eſt*; quæ verba, cum ſint præteriti temporis, præteritam non præſentem ſignificant vexationem, igitur ſufficit aliquando fuiſſe vexatum, etſi poſteà liberatus reperiatur; ſed omiſſa prima ſolutione Gibalini, qui textum illum, vt auctoris incerti, nec legiſlatoris Eccleſiaſtici reiicit, dicendum eſt prædicta verba eſſe accipienda quando ex ipſa vexatione præterita aliqua infamiæ nota remanebat, vel offenſionis ſuſpicio, tunc enim iuxta ſupradicta obſeſſi ita liberati ordinari non valent. GONZALEZ.

B

De his qui poſt lauacrum mœchati fuerint, ne ſubdiaconi fiant.	*De his, qui poſt lauacrum mœchati fuerint, ne ſubdiacones fiant.*

Canon XXX.	*Canon XXX.*
Subdiaconum eum ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerit mœchatus; eo quòd poſtmodùm, per ſubreptionem, ad altiorem gradum non ſit promouendus: ſi autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoueantur.	Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerint mœchati; eo quòd poſtmodùm per ſubreptionem, ad altiorem gradum promouebantur: ſi autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoueantur.

C Retulit hunc canonem Rabanus in ſuo pœnitentium libro cap. 4.

CAPVT SEXAGESIMVM.

Mœchia crimen in adoleſcentia commiſſum ſubdiaconum impedit.

MOEchiæ crimine vel deuinctos vel notatos, tanquam damnatos irremiſſibili peccato nec ad pœnitentiam admittendos contendit Tertullianus [o]. Sed eum errorem in quem nimio zelotypiæ furore lapſus eſt, iam diu Catholica Eccleſia improbauit, nec probauit vnquam Hiſpanicæ Eccleſiæ Senatus, cùm poſt pœnitentiam abſolui & communioni reconciliari [p] ſuperiùs edixerit. Nunc autem ad criminis deteſtationem & retinendam ſacri ordinis dignitatem, decernit eos, qui ad ſacros ordines eligerentur, ea morum & vitæ integritate præſtare debere, vt qui in adoleſcentia ſua fuiſſent mœchati, ſubdiaconi non ordinarentur (videant hæretici quam ſit antiquus ordo ſubdiaconatus) quia cum detecto flagitio, pœnitentiã agere debuiſſent, & pœnitentes ad ordines promoueri non poſſent, vt Innocentius [q] ſcribit ad Epiſcopos Macedoniæ, ſuperuacuum erat, eum ordine ſubdiaconatus inſigniri, cuius functionem non eſſet poſtea habiturus.

Sed cur ob crimen ante ordinationem commiſſum, quis ab ordinibus repellatur, etiam poſtea ſuſceptis, Rabanus [r] Archiepiſcopus Moguntinus ſcribit ad Heribaldum. [De his verò viſum eſt nobis ſcribendum, qui ſacros ordines habent, & ante, vel poſt ordinationem, contaminatos in capitalibus criminibus ſe eſſe profitentur: in quibus (vt mihi videtur) hæc diſtantia eſſe debet, vt hi qui deprehenſi vel capti fuerint publicè in periurio, furto, atque fornicatione, & cæteris huiuſmodi criminibus, ſecundum ſacrorum canonum inſtituta, à gradu proprio deponantur: quia ſcandalum eſt populo Dei, tales perſonas ſuper ſe poſitas habere, quas vltra modum vitioſas eſſe conſtat. Nempe inde detrahunt homines ſacrificio Dei & rebelles hinc atque contrarij exiſtentes, eorum prauis exemplis quotidie peiores fiunt, ſicut quondam filiis Heli peccantibus feciſſe, leguntur. Qui autem de prædictis, abſconditè à ſe admiſſis, per occultam confeſſionem, coram oculis Dei, præſente etiam ſacerdote, qui eis inductus eſt pœnitentiam, confitentur, & ſemetipſos grauiter deliquiſſe queruntur, ſi ſe per ieiunia & eleemoſynas vigiliáſque & ſacras orationes cum lachrymis purgare certauerint, his etiam gradu ſeruato, ſpes vnica de miſericordia Dei promittenda eſt.]

[o] *Tertull. lib. de pudicitia.*

[p] *Can. 7.*

[q] *Innocent. I. in epiſt. 22. ad Epiſcopos Macedon. c. 5.*

[r] *Rabanus Maurus lib. pœnitentium. cap. 1.*

Refert illud Burch. lib. 19. decr. c. 190. Iuo p. 6. c. 400. eſt parum veſte vterque illud Concilii Herdenſis can. 10. tribuerit: vt tribuit etiam pœnit. Rom. tit. 8. c. 1. Grat citat. in c. de his 50. diſt.

COMMENTARII NOVI.

OMnia fermè ea crimina, quorum cauſa clerici honore, & gradu poterant priuari, iiſdem erant impedimento, quo minùs ad eoſdem gradus, & honores allegerentur, quamuis ea multò antequam promouerentur, admiſiſſent. Præterea in hoc canone illud aduertas, vt in pluribus aliis Canonibus ad ſubdiaconos, & cæteros minores ordines ſeueras prioris illius diſciplinæ leges, quæ in clericos ſancitæ eſſent non pertinuiſſe: ſed ad maiores ordines Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos, quibus cum ſacroſanctum Chriſti corpus poſſent tangere, interdictæ eſſent nuptiæ, & cum fœminis conſueſcere. Porrò ex pœnitentibus, ex neophytis, ex peregrè baptizatis, non poterant adſumi, neque in iiſdem dignitatibus collocari, ſi poſt baptiſmum ſe aliquo crimine, vel occultò ſele inquinaſſent: lege canonem nonum Concilij Neocæſariani. ALBASPINÆVS.

Inter illa peccata ob quæ primis Eccleſiæ ſæculis eorum patratores perpetuam excommunicationem incurrebant eo modo, quo expoſui in *cap.* 1. huius Concilij adulterium præcipuè numerabatur, quod apertè probatur ex D. Cypriano epiſt. ad Anton. in illis verb. *Et quidem apud anteceſſores noſtros quidam de Epiſcopis iſtîs in Prouincia noſtra dandam pacem mœchis non putarunt, & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt, non tamen a Coepiſcoporum ſuorum collegio receſſerunt.* Ex quibus duo liquent, primum priſcis temporibus ante D. Cyprianum adulteris pœnitentiam fuiſſe denegatam. Secundum paulò ante Cyprianum veniam illis fuiſſe conceſſam, vt expendit, & probat Albaſpin. *lib.* 2. *obſeru. cap.* 17. *per totum*, quæ ſeueritas in Eccleſia durauit vſque ad tempora Zephyrini, qui decreto ſuo pacem pœnitentiâ peracta illis conceſſit: in quod decretum acerrimè Tertull. inſurgit *lib. de pudicit.* & plurimi Epiſcopi id ſibi ferendum non indicarunt, ratì adulteros ex veteri PP. diſciplina perpetuæ pœnitentiæ mancipandos vt conſtat ex D. Cypriano ſupra relato, quem & Tertull. expendit Albaſpin. *d. lib.* 2. *cap.* 18. per totum. Vnde cœpit in Eccleſia mœchis pœnitentia imponi ſeptem annorum, Concil. Ancyr. *canone vigeſimo, ſiquis adulterium commiſerit, ſeptem annis in pœnitentia' completis perfectioni reddatur ſecundum priſtinos gradus. Canone quadrageſimo ſeptimo*, 64. 65. & 69. huius Concilij vbi notabimus. GONZALEZ.

EO QVOD, POSTMODVM, PER ſubreptionem, ad aliorum gradum non ſit promouendus.

CAPVT SEXAGESIMVM-PRIMVM.

Cur qui in adoleſcentia fuit mœchus, ſubdiaconus ordinari prohibeatur.

NOn ſatis conſonant verba ſenſúſque huius canonis in reddenda decreti ratione. Nam ſi mœchum in adoleſcentia, ante ordinem ſubdiaconatus ſuſceptum, vellent Patres huius Concilij ſubdiaconum non fieri; quòd mœchi ſubdiaconi eſſe non poſſent: quid addi opus eſſet, eò quòd per ſubreptionem ad altiorem gradum non ſit promouendus? Sat enim erat, ſi dixiſſent: Placuit nec ſubdiaconem fieri, nec ad altiores gradus promouendum: ſi autem ſubdiaconum fieri vellent, feciſſent etiam ſatis, ſi dixiſſent: Placuit eum diaconem fieri, nec ad altiores gradus prouehi: ſæpè enim in inferioribus gradibus vel pœnitentiæ cauſa miniſtrare permiſſos, demonſtrat Concilium Arelatenſe II. [s] difficultatem hanc diluit Archiepiſcopus Moguntinus Rabanus [t] in ſuo pœnitentium libro, in quo, diuerſis canonem hunc verbis conceptum retulit: [Subdiaconos (ait) eos ordinari non debere qui in adoleſcentia ſua fuerint mœchati, eò quòd per ſubreptionem, ad altiorem gradum promouebantur.] Rabano conſentiunt CC. MS. in quibus vel promouentur, vel promouebantur ſine negatione editorum legitur. Olim enim non tanta in ſubdiaconis eligendis, quanta in diaconis & presbyteris (quod & hodie obſeruatur) adhibebatur cura, etſi enim mœchum in adoleſcentia videri poſſet quibuſdam ordinari ſubdiaconum poſſe; ne tamen is, gradu ſuſcepto, per ſubreptionem poſtea, tacito vitæ ante actæ crimine ad altiores conſcenderet, qui ſanctiorem poſcebant vitæ integritatem: ideo viſum eſt Patribus, aditum etiam ad hunc gradum mœchis præcludere, vt cautiùs adoleſcentes viuerent, & ſanctiùs.

[s] *Conc. Arelat. II. can.* 26.
[t] *Rabanus in pœnitentium lib.* 2. *cap.* 4.

COMMEN

COMMENTARII NOVI.

QVædam peccata lethalia, notoriam inducunt irregularitatem ob infamiam, quæ ex eis oritur, quædam propter pœnitentiam, quæ eorum authoribus iniungitur, vt probaui latè in *cap. ex tenore cap. fin. de tempor. ordin.* Interea præcipuè à SS. PP. enumeratur adulterium quod non solum impedit ordinandum, verum & deiicit iam ordinatum: Concil. Roman. *cap.* 19. ibi: *adulter non ordinetur*: Can. 60. alias 61. Apostol. *Siquis accusetur de fornicatione, vel de adulterio, vel de alio crimine conuictus in clerum non introducatur*: *cap.* 128. *dist. cap.* 1. *dist.* 31. Zacharias epistol. 1. ante medium; *Meminit tua reuerenda fraternitas, quod tribus iam vicibus scripsimus, vt nullus adulter, nullus fornicator sacrum ministerium debeat attrectare.* Taurinatense can. 7. *Ij qui contra interdictum sunt ordinati, vel in ministerio genuerunt filios, ne ad maiores gradus ordinum permittantur ascendere*: iuncto can. 14. Concil. Arausic. *De his, qui priusquam ordinati fuerint in hoc ipsum inciderint (& incontinentes erga vxores sint) Taurinatis Synodi sequendam esse sententiam, qua iubetur non vlterius promoueri*, Turon. cap. 2. *A patribus nostris fuit constitutum, vt quicumque sacerdos, vel leuita filiorum procreationi operam dare fuisset conuictus, à communione dominica abstineret: nos tamen decreuimus, vt ad altiorem gradum non ascendat, neque sacrificia Deo offerre, vel plebi ministrare præsumat, à communione tamen non efficiatur alienus.* Tùm quia ipsi adulteri infames sunt *cap. infames* 17. 6. *quæst.* 1. tùm quia solemnis pœnitentia illis iniungebatur, vt proximè probaui, quæ inducit irregularitatem, vt latè illustraui *in cap.* 1. *de Bigamis non ordin.* Prohibentur autem ipsi in subdiaconos ordinari in præsenti, ne postea per subreptionem ad altiores sacros gradus ascendant inscientibus Episcopis, qui ante actæ vitæ inscij erant, quod aliquando contigisse testantur PP. Concil. Arelat. 3. can. 9. *De his, qui ex concubinis filios habent, & vxores legitimas habuerunt, aut defunctis vxoribus sibi concubinas publicè crediderint sociandas, id obseruandum esse censuimus, vt sicut eos, qui iam sunt clerici per ignorantiam ordinati, non remouemus, ita statuimus, ne vlteriùs ordinentur.* GONZALEZ.

SI AVTEM ALIQVI SVNT IN PRÆTERITVM ordinati, amoueantur.

CAPVT SEXAGESIMVM-SECVNDVM.

Mœchiæ crimen impedit clericum ordinari, & ordinatum deponit.

VEre in hoc dixit Tertullianus [u], mœchos cum idololatris sæpe [x] comparari. Quemadmodum enim ex hæresi venientes, postea ordinatos deponi voluerunt Hispani Patres, in hoc ipso Concilio, sic & mœchiæ sordibus fœdatos hic. Simile in presbyteris constituit Concilium Neocæsariense [y]. [Qui admiserit corporale peccatum, & hic postea presbyter ordinatus est, si confessus fuerit, quòd ante ordinationem suam peccauerit, non quidem offerat, maneat tamen in aliis officiis propter eius studij vtilitatem; nam cætera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione priuari. Quòd si de his, non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifestè conuinci, huic ipsi de se potestas est committenda.] Et mox [z], idem definiuit de diaconis. [Similiter & diaconus si in eodem culpæ genere fuerit inuolutus, se se à ministerio cohibebit.] Hodie autem peccatum mœchiæ ante ordinis susceptionem commissum, non video impedire clericum ordine postea susceptio perfungi, & si posset impedire & suscipiendum, obseruatis primitiuæ Ecclesiæ moribus.

[u] *Tertull. lib. de pudicitia.*
[x] *Huius Concil. canone* 51.
[y] *Concil. Neocæs.*
[z] *Idem can.* 10.

De adolescentibus, qui post lauacrum mœchati fuerint.	*De adolescentibus, qui post lauacrum mœchati fuerint.*
Canon XXXI.	*Canon XXXI.*
Adolescentes, qui post fidem lauacri salutaris fuerint mœchati, cùm duxerint vxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti debere. Ferd. de Mendoza.	Adolescentes, qui post fidem lauacri salutaris, fuerint mœchati, cùm duxerint vxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad cõmunionem eos admitti debere.

EXstat hic canon apud Rabanum Maurum, in suo pœnitentium lib. cap. 4. in principio.

CAPVT SEXAGESIMVM-TERTIVM.

Mœchiæ pœnam, castitate initi coniugij solui.

ADolescentes, vt calorem feruentis ætatis, coniugali lege præuenirent; rectè decernunt Hispani Patres, vt si post admissum concupiscentiæ crimen vagandi animum dimiserint, & certum, stabile & castum connubium contraxerint, acta legitima pœnitentia, arbitrio Episcoporum, ad communionem admittantur, remissa priorum canonum seueritate. Simile est quod canone [a] qui præcessit in virgines mœchantes, si postea matrimonium cum eisdem inirent, iidem statuerunt Episcopi. Nec hanc pudicitiæ curam in viduis adolescentibus neglexerunt, inferius [b]; pœnam enim crimini impositam, in aliam leniorem commutarunt, si peccati commissi sordes, coniugij contracti honestate eluerentur. Pari de causa ab Imperatoribus Christianis postea constitutum est vt filij antea ex turpi concubitu suscepti, si pater cum eorum matre connubium celebrauerit, filij efficiantur legitimi; quod vt adolescentes ex turpi vita ad castitatem coniugij reuocarentur, & vt matrimonij dignitas extolleretur, veteres edixisse Alexander III. [c] rescripsit.

[a] *Can. 14.*

[b] *Canon. 72.*

[c] *Alexand. 3 in c. tanta qui filij si. t legitimi.*

COMMENTARII NOVI.

PRopter adolescentiam, & periculum incontinentiæ, & ne iuuenes ad Venerem proiecti vana libidine diffluerent, Ecclesiæ PP. statuerunt, vt iuuenes matrimonio iungerentur, Clemens epist. ad Iacobum Fratrem: *Sacerdotes ante omnia vt pudicitiæ studentes adolescentes nuptiis iungant, quo calorem feruentis ætatis coniugali lege præueniant*, nec abludit Apuleius, *Tollenda est omnis occasio, & luxuria puerilis nuptialibus pedicis colligenda*. & illis lapsis contra seueritatem plura indulserunt, *in cap. in adolescentia* 33. *quæst.* 2. Leo *epist.* 90. *cap.* 2. cuius meminerunt PP. Concil. Meld. *can.* 65. *in cap. si autem* 10. 36. *quæst.* 2. Concil. Tolet. 7. can. 8. *Antiqui, & sanctissimi est patris sententia Papæ Leonis, vt is, qui in ætate adolescentiæ positus, dum mortis formidat casum, peruenerit ad pœnitentiæ remedium, si coniugatus, & fortè fuerit incontinens, ne postea adulterij incurrat lapsum, redeat ad pristinum coniugium, quo vsque possit adipisci temporis maturitate continentiæ statum. Quod nos sicut de viris ita de fœminis æquo modo censemus, non quidem hoc generaliter, & canonicè præceptum; sed constat à nobis pro humanæ fragilitate indultum, ea duntaxat ratione, vt si is, qui pœnitentiæ non est legibus deditus, ante ab hac vita decesserit, quam ex consensu alter ad continentiam eat, vndè fuerit regressus, superstiti non liceat denuò ad vxoris transire amplexus. Si autem illius vita exiterit superstes, qui non accepit benedictionem pœnitentiæ, nubat, si se continere non potest, & alterius consortio fruatur vxoris. Quod de vtroque sexu pari modo à nobis manifestum est, decretum esse ita videlicet vt in his omnibus sacerdotis ordinatio expectetur, vt iuxta quod ætatem aptam prospexerit pœnitentiæ, absolutionis, vel districtionis tribuat legem.* Præcipue cum matrimonium contrahebant, quod tabula post naufragium dicitur à D. Hieronymo de suspecto contubernio vitand. *Secunda post naufragium tabula est, quod malè caperis salutem hoc remedio temperare*, Leo Papa epistol. 70. c. 6. *ancillam a toro adiicere, & vxorem certè ingenuitatis accipere non duplicatio coniugij, sed profectus est honestatis: culpanda est talium negligentia, sed non penitus discutienda.* Et pœnitentia his adolescentibus non nisi ex consensu vxoris iniungenda erat, vt iam supra notaui in can. GONZALEZ.

De excommunicatis presbyteris, vt in necessitate communionem dent.

De excommunicatis, vt eis presbyteri in necessitate communionem dent.

Canon XXXII.

Si quis graui lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœni-

Canon XXXII.

Apud presbyterum, si quis graui lapsu in ruinam mortis inciderit, *tentiam*

A

tentiam non debere, ſine Epiſcopi conſultu; ſed potiùs apud Epiſcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non eſt presbyterorum aut diaconorum communionem talibus præſtare debere, niſi eis iuſſerit Epiſcopus.

placuit agere pœnitentiam non debere, ſed potiùs apud Epiſcopum. Cogente tamen infirmitate, neceſſe eſt, presbyterum communionem præſtare debere, & diaconum, ſi ei iuſſerit ſacerdos.

CAPVT SEXAGESIMVM-QVARTVM.

B

Reconciliationem pœnitentium ad Epiſcopos ſolos ſpectare.

EX Eccleſiæ officiis, multa ſibi ſolis Epiſcopi, iuſtis de cauſis reſeruarunt, quæ temporis tractu, ad presbyteros poſtea redierunt. Inter illa autem, habita eſt reconciliatio pœnitentium; hanc enim ſolis Epiſcopis competere, vel huius Concilij & Carthaginenſis II. [d] canone admonemur. [Fortunatus Epiſcopus dixit, ſi iubet Sanctitas veſtra ſuggeri, nam memini præterito Concilio fuiſſe ſtatutum, vt chriſma, vel reconciliatio pœnitentium, nec non & puellarum conſecratio, à presbyteris non fiant: ſi quis autem emerſerit hoc faciens, quid de eo ſtatuendum ſit? Aurelius Epiſcopus dixit: Audiuit dignatio veſtra ſuggeſtionem fratris & Epiſcopi noſtri Fortunati; quid ad hæc dicitis? Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt, Chriſmatis confectio, & puellarum conſecratio à presbyteris non fiant, vel reconciliare quemquam in publica miſſa presbyteris non licere: hoc omnibus placet.] Ne autem quis reſeruationi huic reconciliandorum pœnitentium, Epiſcopis factæ, putaret tunc locum non eſſe, cùm pœnitentes graui lapſu in ruinam mortis incidiſſent, vt loquuntur Patres: ideo Aurelius Concilij Carthaginenſis Præſes, alterum Canonem [e] adiecit, in quo docet, nec in extremo morbi licere presbyteris, pœnitentiam abſoluere, Epiſcopo inconſulto. [Aurelius Epiſcopus dixit, ſi quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliare diuinis altaribus petierit, ſi Epiſcopus abſens fuerit, debet vtique presbyter conſulere Epiſcopum: & ſic periclitantem eius præcepto reconciliare: quam rem debemus ſalubri Concilio corroborare: ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt; Placet, quòd ſanctitas veſtra neceſſariò nos inſtruere dignata eſt.] Quod pluribus poſtea, Africam verbis promulgarunt, paucioribus antea in hoc canone Hiſpani Epiſcopi ſtatuerant; vt ſi quis videlicet, ex pœnitentibus

C

D graui valetudine premeretur, non reconciliaretur à presbytero, Epiſcopo inconſulto, quòd reconciliatio ſolis Epiſcopis tunc competeret: at pœnitentiam pro abſolutione ſiue reconciliatione veteres vſurpaſſe, obſeruo ex Concilio Carthaginenſi IV. [Is (ait) qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu dum ad eum ſacerdos inuitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phrenetim verſus fuerit; dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam, & ſi continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem; & infundatur ori eius Euchariſtia: ſi ſuperuixerit, admoneatur à ſuprà dictis teſtibus, petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quamdiu ſacerdos qui pœnitentiam dedit, probauerit.]

[d] *Conc. Carthag. II. can. 3.*

[e] *Idem can. 4. ſeq.*

[f] *Conc. Carthag. IV. can. 76.*

COMMENTARII NOVI.

E

PRohibentur omnino Presbyteri iſto Canone pœnitentiam excommunicatis impertire quod ſummæ poteſtatis ius eſſet, & quaſi ſupremæ iuriſdictionis munus impoſitione manuum peccatori alicui pœnitendi ius concedere: propterea quod hoc ipſo facto excommunicatio tolleretur, pœnitentiæ peragendæ facultas, & ius concederetur, peccatiſque certa quæ iam pœna, cruciatuſque decerneretur: atque ea cauſa eſt cur Canones hanc poteſtatem ad ſolos Epiſcopos reuocent, transferántque. Quæ enim maior poſſet permitti poteſtas, quam peccata æſtimandi? Priori igitur huiusce Canonis parte ſtatuitur, vt pœnitentia a ſolis Epiſcopis imponatur: poſteriori verò non ita lucida, & perſpicua eſt ſententia, multáque in eâ reperiuntur ita latebroſa, & obſcura, vt eius ſenſus niſi paulo fuſiùs ſingula quæque diſcutiantur, aperiri non poſſit. An huius extremæ partis ſenſus eſt, conceſſa ab Epiſcopo pœnitentia, pœnitentem à Presbytero, & Diacono abſolui poſſe, ſi periclitati cœperitian vetò excommunicato pœnitentiam concedendam eſſe à Presbyteris, &

Digitized by Google

Diaconis, si morte præueniatur antequam ab Episcopo eandem pœnitentiam potuerit accipere? Hæc enim in alium sensum non sunt dicta, neque ad Eucharistiam possunt referri, quod prioribus sæculis grauioribus delictis, de quibus in hoc Canone agitur, non facilè ea concederetur: propterea neque in Concilio Nicæno, neque tempore Concilij Carthaginensis 2. Presbyteri, vel cum vrgeret necessitas, poterant Eucharistiam pœnitenti absoluto porrigere, (vt ex illius 13. & huius 4. *can.* manifestum est) multo magis quo tempore Concilium istud est habitum, quando disciplina Eucharistica seuerior esset, & paulò, (vt ita loquar) acerbior. Superest illarum duarum explicationum, nunc vtra magis conueniat, exponere. Postremæ nil magis repugnare videtur, quam quod ius pœnitendi pœnitentia ipsa, re verâ nec esset, neq; à Patribus communio appelletur, quamuis eo nomine posset venire, cum ea pœnitentibus anathema leuaretur, possentque, dum in ea starent excommunicari, vt loquuntur Canones: quapropter si eo nomine quamuis minùs propriè à Patribus potuerit censeri, egregiè totius Canonis sensus cohæreret: nam in eumdem planè sensum vox illa, *communio*, accipienda videtur, atque prior illa, *pœnitentia*; Patresque sancire à solo Episcopo petendam esse pœnitentiam, non autem à Presbyteris, & Diaconis; nisi instante, & premente morte. Præterea Diaconi hoc officio fungi poterant, & ab excommunicatione, si eis iussisset Episcopus, absoluere, quæ sola in hoc Canone explicando sese obtrudit difficultas.

Ad peccatorum absolutionem, extremam huiusce Canonis partem nihil vetat referre, nisi quod Diaconi non eo iure absoluendi fruerentur, manusque non imponerent, vt absoluerent: si tamen is sensus magis probetur, de antiqua illa cæremonia res est accipienda, quæ in eo posita erat, vt cum Episcopus manuum impositione ad conferendos ordines, aut absolutionem dandam vteretur: alij Presbyteri, & Diaconi idem omninò facerent, & præeunte Episcopo manus imponerent: quisquis enim primis illis temporibus absolueretur, ei non solum ab Episcopo, sed à tota etiam cleri turba, & collegio manus imponebatur; qui ritus, manusque impositiones adeò religiosè obseruabantur, vt Cypriani nulla maior fuerit in Martyres, & lapsos, qui ab eis veniam peterent obiurgatio, quam quod lapsi communioni restituerentur, antequàm eis manus ab Episcopo, & Clero esset imposita. Pœnitentibus igitur instante obitu manus Presbyteri imponere iubentur, vt absoluant, Diaconi item non vt absoluant, id enim à Presbytero erant consecuti, sed vt multiplici illa manus impositione intelligeretur, in multorum etiam societatem (Christianorum scilicet) eos esse receptos. Canon igitur de illa absolutione, & manus impositione comitatiua loquitur, cum ait, & Diaconum, ita enim legendum est, & sequenda Garciæ correctio, quæ particula illa, & detracta, hanc *aut* reposuit.

Placuit agere pœnitentiam, hoc est, exhomologesin agere apud aliquem, & se meritum fateri, cui grauis imponatur pœnitentia.

Necesse est, hæc verba nec congruere, nec consentire videntur cum his, *si ei iusserit Episcopus*, nam si necessariò pœnitentem debent absoluere Presbyteri, aut excommunicato, si morte prematur pœnitentiam imponere; quamobrem iubentur huius rei copiam, & facultatem priùs accipere ab Episcopo, qui dum consulitur mors potest occupare pœnitentem, aut excommunicatum? quare necesse est concedamus statutum esse his verbis, vt nequidem morienti liceat Presbytero iniussu Episcopi veniam indulgere. At verò de pœnitentia si mauis illic agi, quam de absolutione, id ita accipiendum, si necessitas & excommunicati valetudo ferant, vti Episcopum consulat Presbyter, & ab eo ius concedendi pœnitentiam impetret, sin secùs metusque sit, ne morte præueniatur, licere Presbyteris pœnitentiam imponere, quæ in morte, ni fallor nunquàm denegabatur.

Vulgaris editio, quod ad hanc vltimam partem Canonis attinet, non omnino reiicienda videtur, *cogente tamen infirmitate non & Presbyterorum, & Diaconorum communionem talibus præstare debere, nisi eis iusserit Episcopus.* Olim enim interdictum docet Presbyteris, vel etiam in causa necessitatis absolutionem tribuere sine facultate Episcopi: quod si perabsurdum portentique simile videatur pœnitentes finere sine absolutione ex hac vita demigrare, sanctum Innocentium adeat & vltimum Canonem Arelat. Concil. 1. primum, & 2. Sardicens. 3. Valent. in Francia, & omnes huius Concilij Canones, qui hæc habent: *nec in fine accipiant communionem*, videturque vulgata editio, atque etiam emendata, si de absolutione accipiatur non discedere ab eius Concilij seueritate, & tempore, quo celebratum, & indictum est: eóque respexit Concil. Nicænum, cum præfinitum, stabilitumque ab eo est, vti premente necessitate liceat, vel sine Episcopi facultate absolutionem dare. Can. 13. *Vt si quis vita excedat vltimo, & necessario viatico* absolutione, *minimè priuetur.* Vnde argumento est ante Concilium Nicænum aliud fuisse factitatum, saltem non sine probabili coniectura id tueri possumus.

Cogente infirmitate, quia non cogente, à Presbyteris nunquàm absolui poterant, quod in Ecclesia palam absoluerentur pœnitentes, aut pœnitentiam acciperent excommunicati: officiáque omnia, quæ publicè fierent, fungerentur Episcopi.

Communionem, absolutionem, aut pœnitentiam: hanc rarò, illam frequentissimè hoc nomine vocatam reperies, vel etiam de vtraque simul in hoc canone potest explicari, moribundis enim eâdem benedictione ius pœnitendi vna cum pace relaxabatur.

Si ei iusserit Sacerdos, Episcopus: ex iis liquet pœnitentiam imponere, absoluere, & his similia ita alienа fuisse à Presbyteri, & præter eorum authoritatem, vt ea curare, atque iis sese immiscere, nisi iussis non liceret.

Totius Canonis is est sensus pœnitentia à solis Episcopis: eadem verò vel absolutio moribundo poterit à Presbyteris indulgeri, si ab Episcopo mittantur. ALBASPINÆVS.

In præsenti Canone agi de pœnitentibus solemniter in Ecclesia reconciliandis ab Episcopis,

A ſcopis, vel imminente periculo mortis à Presbyteris vel Diaconis omnes fatentur: licet enim ſumma eiuſdem Canonis concipiatur: de excommunicatis, vt eis Presbyteri in neceſſitate communionem dent, tamen iuxta veterem pœnitentiæ ſolemnis formam, & gradus pœnitentes, vt communione priuati excommunicati dicebantur *c. in actione* 84. *de pœnit. diſt.* 1. *c. cum aliquis* 108. 11. *q.* 3. D. Baſil. ad Amphilo. *can.* 7. vbi pœnitentes dicuntur ferè toto tempore pœnitentiæ Satanæ traditi, quod faciliùs probabit, qui ritus eiectionis pœnitentium ex Eccleſia, primum, ſecundum, tertium, quartumque gradum legerit apud Albaſpin. *lib.* 1. *obſerv. c.* 1. *& ferè per totum*, Gibalinum *de clauſ. Regul. diſquiſit.* 3. *c.* 2. §. 7. Cironium *ad tit. de pœnit. & remiſſ.* D. Ioan. Anton. à Otarola virum ſingulari eruditione præclarum *in tract. de irregul. ex pœnitent. ſolem. excurſ.* 1. *&* 2. Morinum *lib.* 2. *exercit. c.* 3. & 20 I. Dart. *de pœnit.*

B

Sed vt ad expoſitionem huius Canonis accedamus: in eius prima parte aiunt PP. *apud Presbyterum graui lapſu, ſiquis in mortis ruinam inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere, ſed potius apud Epiſcopum.* Quæ verba de reconciliatione pœnitentis nullo ſenſu accipi poſſunt, cum aperte agatur in eis de pœnitentia peragenda coram Epiſcopo non apud Presbyterum ab eo qui graui lapſu in mortis ruinam inciderat, placuit non debere agere pœnitentiam priuatam, ſeu publicam apud Presbyterum ſed potius ſolemnem apud Epiſcopum, quod expreſsè probatur ex littera C. Lucenſis, quæ ita habetur: *ſi quis graui lapſu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere ſine Epiſcopi conſultu, ſed potius apud Epiſcopum agat*: quæ verba ſigillatim expendamus; aiunt PP. *Si quis graui lapſu*, ideſt grauem reatum, culpam lethalem commiſerit; veluti blaſphemiam, fornicationem & ſimilia; Tertullian. de pudicit. c. 19. *Sunt*, inquit, *& contraria iſtis, vt grauiora & exitioſa, quæ veniam non capiunt, homicidium, idololatria, fraus, negatio, blaſphemia, vtique mœchia & fornicatio.* Vbi plura obſeruantur Georg. Ambian. Grauiora peccata priuatione communionis, & pœnitentia ſolemni expiabantur, & purgabantur, *c. in cœnitle conſecr. diſt.* 2. Concil. Tolet. 3. *can.* 11. niſi occultè, & ſecretò fuiſſent perpetrata, quia tunc Sacerdos veniam dare poterat *c. quem pœnites de pœnit. diſt.* 1. *& ſi peccatum occultum eſt ſufficiat referre in notitiam Sacerdotis, vt grata ſit oblatio muneris*: *c. ſi peccauerit* 19. 2. *q.* 1. *c. fin.* 15 *q.* 3. *c. ſiquis poteſtatem* 31. 23. *q.* 4. *c. Chriſtiana* 23. 32. *q.* 5. *c. quæſitum* 7. *de pœnit. & remiſſ.* ibi: *non tamen publica, niſi in publicum id veniat, pœnitentia debet imponi.* Publica autem peccata publica expiatione erant abſtergenda *d. c. ſi peccaueris*, ergo ipſa corripienda ſunt coràm omnibus, quæ peccantur coram omnibus *c.* 1. *de pœnit. & remiſſ.* manifeſta peccata non ſunt occultâ correctione purganda *c. ego de conſecr. diſt.* 2. notarunt Cironius *ad tit. de pœnit. & remiſſ.* Bellar. *tom.* 2. *controu. de pœnitent. c.* 21. *&* 22. Michael Rouſelius *lib.* 1. *hiſt. Pontif. iuris c.* 6. *num.* 15. Otarola *ſup. p.* 1. *excurſ* 1.

C

In mortis ruinam inciderit, proſequuntur PP. Vndè efflagitabat pœnitentiam ſibi concedi, & pœnitentiam ſuſcipere à Presbytero, vel Epiſcopo volebat. Plerumque enim vrgente mortis periculo ſuſcipiebatur pœnitentia ſolemnis vt conſtat ex Concil. Gerundenſ. *can.* 9. Tolet. 6. *can.* 7. *&* 8. Tolet. 13. *can.* 10. Leone *epiſt.* 92. *can.* 12. probat Gibalin. *d. c.* 2. §. 8. *num.* 40. Hinc ſubindè viſitatum, vt plerique in vitæ exitu pœnitentiæ habitum aſſumerent; & in illo mori vellent. Petrus Venerabilis *lib.* 1. *miracul. c.* 4. agens de obitu cuiuſdam Gilberti Presbyteri in monaſterio S. Ioannis Angeliacenſis conuerſi: *cumque*, inquit, *ſicut mos Chriſtianorum eſt, maximè Monachorum in ſubſtrato cilicio, & cinere à fratribus iaceret*, Author vitæ S. Ætigij Vapincenſis Epiſcopi eius obitū ſic deſcribit. *Nudato corpore ante altare S. Euſebij in cilicio, & cinere iacens, viaticum corporis, & ſanguinis Chriſti de manu Iſtlij Epiſcopi, & Irconij Presbyteri cum accepiſſet*, &c. Poſterioribus verò ſæculis induunt veſtem religioſam ſub exitu nonnulli in eaque ſepeliri volunt; quod ex antiquo illo more profitendi pœnitentiam vrgente periculo mortis fluxiſſe nemo dubitâ it.

D

Succedunt illa verba: *agere pœnitentiam non debere, ſed apud Epiſcopum.* In alio Codice *agere pœnitentiam non debere ſine Epiſcopi conſultu, ſed potius apud Epiſcopum agat*, in quibus ſtatuitur peccatorem grauem in culpam lapſum, & pœnitentiam efflagitantem ob mortis periculum pœnitentiam publicam apud Presbyterum agere non debere, ſed potiùs ſolemnem apud Epiſcopum, & eius conſultu. Inter alias enim differentias, quæ notantur inter pœnitentiam publicam & ſolemnem, ea præcipua eſt quod publica ob peccatum lethale, ſed non ita graue, vt ſolemni pœnitentia eſſet expiandum, iniungi poterat apud Presbyterum, & imponi à Sacerdote, c. miniſterium 2. ibi: *pœnitentiam cunctis aliis Sacerdotibus iniungere de officio Archipresbyteri. l.* 20. *tit.* 3. *partit.* 2. *eſta pœnitentia puede dar qualquiera Clerigo Miſacantano*; ſolemnem verò tantùm Epiſcopus dabat, & eius conſultu agebatur in Eccleſia *c. pœnitentes* 63. *diſt. c. in capite* 64. 50. *diſt. c. accedentibus de priuilegiis*, Concil. Auxitan. editum à Coriolan. in addition. *ſum. pag.* 94. *l.* 9. *tit.* 3. *partit.* 2. *oſſado no debe ſer ningun clerigo de dar penitentia ſolemne en la manera, que diximos en la Ley antes de eſta ca no pertenece eſto à otro de facer, ſino al Obiſpo.* Concil. Carthag. 3. can. 31. *placuit vt pœnitentibus ſecundum peccatorum differentias Epiſcopi arbitrio pœnitentia tempora decernantur*; locuetunt Fileſacus *in c. quoad ſedem* 15. §. 4 *de offic. ordinar.* Landmeter *lib.* 2. *de veteri monach. c.* 93.

E

Hucuſque PP. tantum egerunt de pœnitentia peragenda, & à quo imponi, iniungique poſſit: ſed tunc quia hæſitari poterat an vrgente mortis periculo ipſos pœnitentes ſolemniter ex diſpenſatione Epiſcopi reconciliari, atque communionem concedere Presbyter per ſe, vel iuſſu Epiſcopi poſſit; progrediuntur PP. & ſtatuunt adhuc cogente infirmitate Presbyterum non poſſe niſi iubente Epiſcopo illis communionem præſtare, ſed tantum ex iuſſu Epiſcopi communionem dare poſſe Presbyterum, vel Diaconum. Quæ vltima pars meritò omnibus difficilis viſa eſt,

cum

cum in ea concedatur Diacono reconciliatio, vel potius absolutio, cùm ipse ex defectu ordinis sacerdotalis absoluere à peccatis nequeat. Varia adduxerunt Mendoza, & Albaspin. pro huius partis interpretatione, quibus omissis existimo Canonem hunc esse accipiendum de communione Eucharistica pœnitenti concedenda, non verò de reconciliatione, aut absolutione. Quod vt suadeam, primo obseruo solemniter pœnitentibus in primo, secundo, aut tertio gradu consistentibus in periculum mortis incidentibus minimam tantum reconciliationem concedi, quam viaticum veteres Ecclesiæ PP. dixerunt, Concil. Nicæn. can. 13. *de his, qui vita excedunt, & Canonica lex nunc quoque seruabitur, vt si quis vita excedat, vltimo, & necessario viatico minimè priuetur.* Concil. Carthag. 4. can. 77. *Pœnitentes qui in infirmitate sunt viaticum accipiant, c. qui recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eos communicare, quod morientis sufficit reconciliationi c. si quis de corpore 26. q. 6 c. si verò 57. dist.* Concil. Matiscon. 1. *can.* 12. Tolet. 11. *can.* 12. Tolet. 12. *can.* 2. vbi viaticum non pro Eucharistia, sed pro hac minima reconciliatione accipi iam notarunt Albaspin. *lib* 2 *obser. c.* 52. Bosquetus in not. ad Innocent. *lib.* 1. *epist* 149. Otalora *de irregul. part.* 2. *excurs.* Illis autem, qui iam in quarto pœnitentiæ gradu consistebant extremo languore depressis maior reconciliatio præstabatur, & Eucharistia tradebatur vt iam gradibus transcursis cum perfecta communione decederent c. *Amelius c. is qui pœnitentiam 26. q. 6.* ibi: *reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia*; Concil. 4. Carth. can. 74. *pœnitentes, qui in infirmitate viaticum Eucharistiæ acceperunt non se credant absolutos sine manus impositione, si superuixerint.* Et *can.* 78. Concil. Vasensis 1. *can.* 2. docuerunt Bosquetus *in d. epist.* 149. Albaspin. *lib.* 1. *obseru. c.* 11. & *in not. ad Concil. Carth.* 2. *can.* 4. Otalora *vbi supra excurs.* 1. *num.* 1. Obseruo secundo, quod licet prædictam minimam reconciliationem Presbyter iure proprio absente Episcopo de vita periclitanti possit concedere vt ex Concil. Carth. 4. *can.* 22. *c. Presbyter.* 4. 26. *q.* 6. Concil. Vasensi 1. *can.* 2. Melden. *can.* 44. Pictauiens. sub Paschali. 2. *can.* 5. probat Albaspin. *lib. obseru. c.* 32. tamen vltimam, solemnemque reconciliationem, nisi consulto Episcopo, & eo iubente impertire non poterant, neque communionem Eucharisticam tradere, Concil. Nicæn. *can.* 13. Concil. Arelat. 1. *can.* 19. Arelat. 2. *can.* 8. Brachar. 2. *can.* 82. Carth. 2. *can.* 5. Agath. *can.* 44. Vormacien̄se *can.* 8. Salegust. *can.* 10. Regiaticinum *can.* 7. Carthag. 2. *can.* 4. apud Gratian. *in c. Presbyter* 14. 26. *q.* 6. In cuius Canonis nota hæc adiecit Albaspin. *Quod enim attinet ad minimam reconciliationem, id est, ad simplicem absolutionem, & communionem, eam omnes Presbyteri inconsulto Episcopo in necessitate conferre poterant: maximam verò, quæ in subministranda Eucharistia posita erat, vel in necessitate, solus Episcopus.* Et statim: *hoc est Presbyteri esse has partes, & officium, vt pœnitentis, qui Eucharistiam efflagitat, mentem, & animum, quo affectus sit aperiat Episcopo, quo in gradu pœnitentiæ consistat: quot annorum illi imposita, quasi instar pœnæ, mulcta: quo dolore de peccatis commissis tangatur, quo denique sensu, ac studio pietatis Eucharistiam concupiscat.* Tertiò tandem præmitto Diaconos licet non authoritate propria, ex delegatione tamen Episcopi, seu Sacerdotis solere olim Eucharistiam administrare, præcipuè ægrotantibus, si necessitas suggerebat, vt constat ex D. Clement. *lib. 6 constit. c.* 28. Iustino *in Apolog.* Cypriano *serm. de lapsis.* Vnde in Concil. Carth. 4. *can.* 38. cauetur vt Diaconus præsente Presbytero Eucharistiam Corporis Christi si necessitas cogat, iussus eroget, *c. Diaconi, c. peruenit* 93. *dist.* Concil. Arelat. 2. can. 15 *in Secretario Diaconis inter Presbyteros sedere non liceat, vel corpus Christi præsente Presbytero tradere*: illustrant Azor. *tom.* 1. *instit. mor. lib.* 10. *c.* 23. Menard. *in not. ad Sacrament.* D. Gregor. *fol.* 378. F. Hallerius *de hierarch. iurisdict. fol.* 373.

Quibus ita animaduersis apparet vera sententia huius Canonis, videlicet cogente infirmitate, & pœnitentibus vltimo languore depressis non esse proprium officium Presbyterorum, vel Diaconorum illis communionem Eucharisticam præstare, sed tantum posse Presbyterum illam dare, si Episcopus consultus de pœnitentis necessitate, & meritis, ac gradu iusserit eam impertiri, & tunc iubente Episcopo posse ipsum Presbyterum pœnitenti communionem Eucharistiæ præstare per se, vel per Diaconum, qui si illi iusserit Sacerdos, communionem ipsam virtute delegationis ritè administrare valet. Non me latet Diaconos aliquando reconciliasse ex delegatione pœnitentes non reconciliatione Sacramentali, sed Cæremoniali, & quæ tantum proderat ad agnoscendos fructus pœnitentiæ, & deuotionem pœnitentis, de qua reconciliatione accipiendi sunt textus in c. *cum aliquis* 11. *q.* 2. *c. placuit fin.* 50. *dist. c. furef.* 2. *de furtis* in illis verb. *Presbytero, vel Diacono confessi fuerint.* Concil. Eboracense sub Celestin. 3. ibi: *decreuimus vt nisi summa, & graui vrgente necessitate Diaconus baptizet, vel corpus Christi cuiquam eroget, vel pœnitentiam confitenti imponat, vt iuxta paternorum tenorem Canonum huic ordini Sacerdotali propriè conuenire decreuit authoritas* & quod legitur in ordine Romano c. *de reliquis totius anni officiis in* 4. *feria* Quadragesi. ibi: *si autem necessitas euenerit, & Presbyter non fuerit præsens, Diaconus suscipiat pœnitentes, ac det sanctam communionem*: docuerunt Pamel. *in not. ad D. Cyprian. d. epist.* 13. Basil. *de impedim. matrim. c.* 35. § 3 *fol.* 531. Barbosa in c. *verbum de pœnit. dist.* 1, & *in c.* 2. *de furtis* Sebast. Cæsar. *de Ecclesiast. hierarch.* 2. *p. disp.* 8. *num.* 8. Suarez *tom.* 4. *in tertiam partem disp.* 24. *sect.* 1. *num.* 11. Costa, *de remed. subsid. rem,* 127. *num.* 31. Alb. spin. *lib.* 2. *obser. c.* 77. vbi latè exponit *epist.* 13. D. Clement. in verbis relatis à Mendoza, cuius interpretationem sequitur Otalora *vbi supra* 2. *p. excurs.* 2. Gonzalez.

NON

A

NON EST PRESBYTERORVM AVT diaconorum talibus præstari debere, nisi eis iusserit Episcopus.

EX Codice Regio Lucensi diximus aliter & rectiùs legendum. [Cogente tamen infirmitate, necesse est presbyterum communionem præstare debere, & diaconum, si ei iusserit sacerdos.]

B

CAPVT SEXAGESIMVM-QVINTVM.

Absolutio pœnitentium an possit deferri diaconis, explicato in eam rem D. Cypriano.

SI de Dominica communione ministranda Illiberritani Patres solùm hîc agerent, nihil in his verbis esset difficile: sed cùm de reconciliatione pœnitentium siue absolutione ab Episcopis indulgenda, egerint priùs, & eandem nunc tractationem in presbyteris & diaconis videantur repetere, non est illud facile, cur non presbyteris modò, sed quod magis est, diaconis, eius impertiendæ non negent facultatem: cum ius ligandi atque soluendi solis sacerdotibus concessum doceant Ambrosius, [g] Hieronymus, Hilarius & alij. Hoc vt intelligi perpicique possit, duplicem in presbyteris & [h] episcopis, C cum Theologis, obserua potestatem: alteram ordinis; alteram iurisdictionis. Quæ ordinis sunt, inferioribus aliis vt vices suas agant, committere non possunt presbyteri; quale est Christi sacrificium peragere, confessionis sacramentalis munus mutuò præbere: quæ iurisdictionis sunt, posse, inter omnes conuenit: at pœnitentium reconciliationem magis ad hanc, quàm ad illam pertinere quis negauerit? Ideoque olim hæc diaconis in absentia Episcoporum & presbyterorum permittebatur. Quemadmodum enim, excommunicare diaconis licebat, vt auctor est Clemens, [h] sic & excommunicatum soluere vel reconciliare: cùm eiusdem sit soluere (vt dixi) cuius & ligare: pœnitentes autem excommunicatos esse, hoc est priuatos communione sacramentorum & orationum fidelium, in Ecclesia, omnibus in confesso est.

Hinc intelligendus D. Cyprianus [i] in epistola ad presbyteros & diaconos; cuius verba ni sano & vero hoc sensu interpretemur, in difficili sunt. [Quoniam tamen video D (ait) facultatem veniendi ad vos, non dum esse: & iam ætatem cœpisse, quod tempus infirmitatibus assiduis & grauibus infestat; occurrendum puto fratribus nostris, vt qui libellos à Martyribus acceperunt, & prærogatiua eorum apud Deum adiuuari possunt; si incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præsentia nostra, apud presbyterum quemcunque præsentem, vel si presbyter repertus non fuerit, & vrgere exitus cœperit, apud diaconum quoque exomologesim facere delicti sui possint; vt manu eis in pœnitentiam imposita veniant ad Dominum cum pace, quam dari Martyres literis ad nos factis desiderauerunt.] Lapsos enim, vt publicos pœnitentes, & excommunicatos reconciliari non potuisse, nisi ab Episcopis, antea dixi. Episcopis autem vel impeditis vel absentibus, curam hanc committi posse presbyteris diaconis Cyprianus docet: quòd illa magis esset absolutio à publicæ pœnitentiæ legibus, E quam sacramentalis. Sed si quis vrgeat verba illa Cypriani. [Exomologesim facere delicti sui possint.] Hoc est confessionem, actum supponere pœnitentis, non verò reconciliantis, illud non negabo: neque admittam, ad confessionem auricularem sacramentalem verba esse referenda, quòd ab antiquis Patribus didicerim in antiqua pœnitentis & excommunicati reconciliatione solitos fuisse ipsos reos delictum & peccatum publicum, propter quod à communione repulsi fuerant, publicè coram Episcopo reconciliante, & omni plebe palamque confiteri, illiusque indulgentiam supplices postulare: cuius antiquam formulam ne nimia desuetudine obliterata pereat, sed velut digna posteritatis memoria conseruetur, ex Concilio Arausicano [k] recitabo.

[Cùm aliquis excommunicatus (inquit) vel anathematizatus, pœnitentia ductus, veniam postulat, & emendationem promittit; Episcopus qui eum excommunicauit, ante

[g] *D. Ambros. lib. de pœnit. Hieronym. & Hilarius in illud Matth. Quodcunque ligaueris super terram.*

[h] *D. Clemens lib. 8. Constitut. Apost. cap. 34.*

[i] *D. Cyprianus in epist. 13. ad presbyteros & diaconos.*

Explicatur D. Cyprian. in epistola 13. ad presbyteros.

[k] *Refert decretum hoc ex Concilio Arausicano Fran-*

ciſcus Iouerius ad finem eiuſdem Concil. Exſtat & apud Gratian. in c. cum aliquis. 11. q. 2.

ante ianuam Eccleſiæ, venire debet, & duodecim presbyteri cum eo, qui eum hinc & inde circunſtare debent, vbi etiam eſſe debent illi, quibus iniuria, vel damnum commiſſum debet emendari, aut ſi iam emendatum eſt, eorum teſtimonio comprobari. Deinde interroget Epiſcopus, ſi pœnitentiam iuxta quod canones præcipiunt, pro perpetratis ſceleribus ſuſcipere velit: & ſi ille terræ proſtratus veniam poſtulat, CVLPAM CONFITETVR, pœnitentiam implorat, & de futuris cautelam ſpondet, tunc Epiſcopus apprehenſa manu eius dextra in Eccleſiam illum introducat, & ei communionem & ſocietatem Chriſtianam reddat, & ſeptem pſalmos pœnitentiales decantet, cum iſtis precibus, Kyrie eleiſon, Pater noſter. Et ne nos, Saluum fac ſeruum tuum, Deus meus ſperantem in te. Mitte eis Domine auxilium de ſancto, & de Sion tuere eum. Nihil proficiat inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponat nocere ei. Eſto ei domine turris fortitudinis, à facie inimici. Domine exaudi, &c. Dominus vobiſcum, &c.

Oratio.

PRæſta, quæſumus Domine, huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum: vt Eccleſiæ tuæ ſanctæ, à cuius integritate deuiauerat peccando, admiſſorum veniam conſequendo, reddatur innoxius, Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Alia Oratio.

MAieſtatem tuam, quæſumus Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui non mortem, ſed peccatorum vitam ſemper inquiris, reſpice flentem famulum tuum, attende proſtratum, eius planctum in gaudium tuæ miſerationis conuerte: ſcinde delictorum ſaccum, & indue eum lætitia ſalutari, vt poſt longam peregrinationis famem, de ſanctis altaribus ſatietur, ingreſſuſque cubiculum Regis, in ipſius aula benedicat nomen gloriæ tuæ ſemper, Amen.

Alia oratio.

DEvs miſericors, Deus clemens, qui ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remiſſionis euacuas, reſpice ſuper hunc famulum tuum N. & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum ſibi tota cordis confeſſione poſcentem, deprecatus exaudi: innoua in eo piiſsime Pater, quicquid terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabolica fraude violatum eſt, & vnitati corporis Eccleſiæ membris redemptionis annecte. Miſerere Domine gemituum, miſerere lacrymarum eius, & non habentem fiduciam niſi in tua magna miſericordia, ad tuæ Sacramentum reconciliationis admitte. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen. Poſt hæc ſecundum modum culpæ pœnitentiam ei iniungat, & literas per parochiam ſuam dirigat, vt omnes nouerint eum in ſocietate Chriſtiana receptum. Aliis etiam Epiſcopis hoc notum faciat. Nullus autem Epiſcopus alterius parochianum excommunicare vel reconciliare præſumat, ſine conſenſu vel conſcientia proprij Epiſcopi.] Non licebat ergo presbyteris, vel diaconis, etiam vrgente periculo, pœnitentes reconciliare, ſine Epiſcopi conſultatione: quòd ſi Epiſcopus abſens eſſet, vt conſulere illum temporis anguſtiæ minimè paterentur, poſſe presbyterum, vel diaconum illum reconciliare vnâ cum Hiſpanis Patribus D. Cyprianus [1] conſentit.

[1] *D. Cyprian. epiſt 13. ad presbyteros & diaconos.*

Eccleſiæ cauſas grauiores iure poſſe Romanos Pontifices ſibi reſeruare.

Ex eiſdem item colligitur. Epiſcopos in ſua diœceſi caſus ſibi poſſe reſeruare: cur igitur Tuæ Beatitudini, quæ cæteris diuinæ poteſtatis amplitudine longè præſtas, Epiſcoporum & fidelium grauiores caſus & cauſas tuo iudicio reſeruari hæretici queritantur?

De Epiſcopis & miniſtris, ab vxoribus abſtineant.

De Epiſcopis & miniſtris, vt ab vxoribus ſe abſtineant.

Canon XXXIII.

Placuit in totum prohiberi Epiſcopis, presbyteris, diaconibus, & ſub-

Canon XXXIII.

Placuit, in totum prohiberi Epiſcopis, presbyteris, diaconibus & ſub-

diaconibus

A

diaconibus positis in ministerio, abstinere se à coniugibus suis, & non generare filios: quod quicunque fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

diaconibus positis in ministerio, abstinere se à coniugibus suis, & non generare filios: quicumque verò fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

Retulit & probauit hunc canonem Concilium Vvormaciense can. 9.

B

CAPVT SEXAGESIMVM-SEXTVM.

Continentiæ legem semper ordinibus sacris annexam in Ecclesia, explicata Concilij Nicæni historia de Paphnutio.

QVoties Augustini [m] sententia illa in mentem venit, qua docet eas scripturas maxima esse obseruatione, & commendatione dignas, quæ confutandis hæreticorum erroribus prodesse possunt: quoties altera occurrit Tertulliani [n] monentis eis maximè deferendum, quarum vetustate aduersus hæreticos præscribitur: toties animo commoueor vehementiùs ad summam religiosorum horum patrum venerationem, qui tot armorum præsidia ad labefactandas hæreticorum machinas decretis his tam sanctissimis quàm vetustissimis reliquerunt: non conuenit ergo cum illi ad promerendum de Ecclesia & religione tam fuerint expediti, fidei & religionis studiosos ad referendam gratiam esse tardiores. Inter reliqua enim quæ ad retundenda hæreticorum tela appositè sanxerunt, hoc vnum ad pudicitiæ, & continentiæ sacræ propugnationem aduersus Lutherum, Caluinum, & reliquos antiquos & recentiores sectarios magni momenti est, quo ab initio Ecclesiæ decernunt, sacros homines, vt diuino cultui mancipati diligentiùs inuigilent, matrimonio abstinere. Antea enim, quemadmodum ab ipso humani generis initio inter sorores & fratres coniugia contrahebantur, quia alij non erant, inter quos illa contrahi possent, quæ consuetudo diu permansit, quoysque fœcunda iam ipsius humani generis propagatione illa interdicta est; sic & à principio nascentis Ecclesiæ & religionis, quia alij ætate, virtute & prudentia prædíti non erant, qui tanto officio fungi possent, opus fuit ex maritis diaconos, sacerdotes & Episcopos eligere; quorum vxores quamuis nullo sacro munere fungi possent, Episcopissas, presbyterissas, diaconissas & subdiaconissas vocaras, quòd his sacerdotibus nuptæ essent, (exemplo nostro, quo Marchionissæ, Comitissæ & Ducissæ illæ dicuntur, quæ Ducibus, Comitibus & Marchionibus nuptæ sunt) ex Concilio Altissiodorensi, [o] Turonensi, [p] & aliis didicimus. Maritos autem iam electos à suscipiendis liberis temperantiæ lege, & præclara Apostolorum imitatione, & traditione semper abstinuisse in Ecclesia Occidentali, Hieronymi, [q] Epiphanij & aliorum auctoritate non ambigo: eo præsertim tempore, quo missæ sacrificium aut offerre, aut ministrare debuissent. Sed cùm ex aliorum incontinentium vel non continentium experimento agnouissent postea, multa redundare incommoda ex mutua illa coniugum caritate, dum recenti carnis voluptate resoluti, marcidique toti, ad tractandum & consummandum immaculatum Christi corpus accederent, & in medio forsan sacrificio, se occasio offerret cogitandi, quomodo vxoribus placere debuissent; & illo finito, sanctificatas prius manus Christi corpore, statim illas ad tractandam fœminarum turpitudinem turpiùs admouerent, diuino spiritu afflati decreuerunt, in totum prohibere, vt qui iam mariti, vel Episcopi, vel presbyteri, vel diaconi aut subdiaconi ordinati sint (hoc enim significat poni in ministerio, vel positos esse in ministerio) vxorios post hac amplexus recusarent, congruentem sancto ministerio quod gerebant, mentis & corporis integritatem seruantes. Hanc ergo continentiæ legem (sic enim malo, quàm cælibatus illam nuncupare, vt trito magis, quàm latino & proprio sermone vsurpant nostri, cum sciant cælibes eos in iure nuncupari, qui neque sunt, neque fuerunt vnquam mariti, quod ad hanc causam non rectè accommodatur, cùm mariti, iam defunctis vxoribus

[m] *D. Aug. in epistola tom. 2. tractatu. 2. in principio.*

[n] *Tertull. de præscrip. aduersus hæres. cap 33.*

Antiquorum flaminum vxores flaminicas vocatas Sextus Pompeius tradit.

[o] *Con. Altissiodorense can. 21.* [p] *Turonense II. can. 20.* [q] *Hieron. epist. 50. in fin. & lib. 1. aduersus Iouinianum.* [r] *D. Epiphan. ilib. 1. tomo. 1 hæres. 56.*

& viuentibus conuersis & continentes esse & ad sacerdotium possint admitti.) Hanc igitur continentiæ legem ab Hispania primùm edito hoc canone à Gallis postea renouatam in Concilio Arelatensi II. [s] legimus. [Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in vinculo coniugij constitutum, nisi fuerit promissa conuersio, non oportet.] Ab Afris deinde repetitam Carthaginenses [t] Patres demonstrant, nec nouiter à se stabilitam dixerunt, sed antiquissima Apostolorum traditione sanctam [Ita placuit (inquiunt) & condecet sacrosanctos antistites, & Dei sacerdotes, nec non leuitas, vel qui sacramentis diuinis inseruiunt, continentes esse in omnibus, quò possint, simpliciter quod à Deo postulant, impetrare; vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab vniuersis Episcopis dictum est. Omnibus placet, vt Episcopi, presbyteri vel Diaconi, & qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes etiam ab vxoribus se abstineant.] Quod grauiori pœna proposita constituerunt Hispani Episcopi in Concilio Toletano I. [u] vt diaconi videlicet, vel presbyteri liberis operam dantes, ad altiorem gradum non ascenderent. [Placuit vt diacones, si vel integri vel casti sint, & continentis vitæ, etiamsi vxores habeant, in ministerio constituantur: ita tamen, vt si qui etiam ante interdictum, quod per priores ante nos Episcopos constitutum est, incontinenter cum vxoribus vixerint, presbyterij honore non cumulentur. Si quis verò ex presbyteris, ante interdictum, filios susceperit, de presbytero ad *Episcopatum* non admittatur.] Concilio Agathensi [x] placuit etiam, vt si presbyteri vel diaconi coniugati, ad totum vxorum suarum redire voluerint, Papæ Innocentij ordinatio vel Syricij Episcopi auctoritas, quæ est his canonibus inserta seruetur. Quod si ad aliquos formula illa Ecclesiastica vitæ, pariter & disciplinæ, quæ à Syricio Episcopo ad prouincias commeauit, non probabitur peruenisse, eis ignorationis venia remittatur: ita vt de cætero penitus incipiant abstinere. & ita gradus suos in quibus inuenti fuerint, sic retineant, vt ad potiora eis non liceat ascendere. Quibus in beneficio esse debet, quod locum ipsum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem scisse formam viuendi missam à sancto Syricio Episcopo deteguntur; neque statim cupiditates libidinis abiecisse, illi sunt modis omnibus submouendi, eò quòd post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem] Et rursus [y]. [Sanè si coniugati iuuenes consenserint ordinari, etiam vxorum voluntas ita inquirenda est, vt sequestrato mansionis cubiculo, religione promissa, postea quàm pariter conuersi fuerint, ordinentur. Idem decreuit postea, Taurinensis [a] Synodus, Arausicana [b], Turonensis I. [c] Aurelianensis III. Altisiodorensis [c], Matisconensis I. [f] Toletana [g] II. III. IV. VIII. IX. & aliæ quibus libenter abstineo, sed tandem Lateranensis Generalis sub Innocentio III. & Tridentina.

Ex Pontificibus autem Clemens Papa primus in epistola secunda (si illius epistola est) Lucius & Stephanus PP. Clariùs & seueriùs multo Syricius [h] ad Himerium Tarraconensem & Innocentius [i] Papa I. ad Victricium siue Victorinum, vt Gratianus legit, aut Vitricum, (vt ex Rothomagensium præsulum catalogo Robertus Cœnalis Episcopus Abruicensis refert) in altera epistola ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem, & in altera ad Rusticum Episcopum Narbonensem, item Pelagius [k] siue Gelasius Papa ad Cætegum Patricium.

Illud tamen hîc prætermitti nec licet, nec expedit; quod Concilium Nicænum decreuisse, Paphnutij suasione, Socrates, [l] Sozomenus [m] & Cassiodorus [n] tradiderunt, apud Gratianum. [o] [Nicæna Synodus (ait) corrigere volens hominum vitam, in Ecclesiis commorantium, posuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu, videbatur aliquibus, introducere legem, vt Episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi, cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerant, dormirent; surgens autem in medio Paphnutius Confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens, cum propria coniuge concubitum, suasitque Concilio, ne talem poneret legem, grauem esse asserens causam, quæ in ipsis, aut eorum coniugibus occasio fornicationis existeret: & hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarum esset inexpertus) exposuit: Synodusque laudauit sententiam eius, nihil ex hac parte sanciuit, sed hoc in vniuscuiusque voluntate non in necessitate dimisit: Graue nimis visum est Francisco Turriano vtriusque literaturæ, tum diuinæ, tum humanæ laude digno, Nicæni Concilij decretum & Paphnutij Monachi & Episcopi consilium indignumque censuit vtrumque, & tanto Concilio, & tanto Confessore, ideóque filum disputationis, non ad interpretandum Concilium, sed ad infringendam Ecclesiasticorum scriptorum, qui id literis tradiderunt, auctoritatem conuertit; illos in tota hac Paphnutij historia impudenter & impiè

[s] *Conc. Arelat. II. can. 2.*
[t] *Conc. Carthag. II. can. 2.*
[u] *Conc. Tolet. I. can. 1.*
[x] *Conc. Agathens. can. 9.*
[y] *Idem can. 16.*
[a] *Conc. Taurinens. can. 5.*
[b] *Arausic. can. 23 & 24.*
[c] *Turonens. I. can. 1.*
[d] *Aurelian. III. can. 2. Altisiodor.*
[e] *Can. 20. Matisc.*
[f] *Can. 11.*
[g] *Tolet. II. can. 1. III. can. 5. IV. can. 43. VIII. can. 5. & IX. can. 10.*
[h] *Syricius in epist. 2. ad Himerium Episcopum Tarraconensem.*
[i] *Innocentius I. in epistola ad Victricium Episcopum Rothomagensium.*
[k] *Pelagius siue Gelasius Papa apud Gratian. in c. Nicæna Synodus 28. distinct. Item.*
[l] *Socrates lib. 1. hist. Eccles. c. 8.*
[m] *Sozomenus lib. 1. c. 22.*
[n] *Cassiod. in Tripart. tit. lib. 2. c. 14.*
[o] *Extat apud Grat. in c. Nicæna Synodus 31. distinct. Item.*
[p] *Franciscus Turrianus lib. de sexta & septima Synodo.*

A B C D E

A impiè mentitos aſſeuerans, Sozomenum dicit Theodori Mopſueſtiæ Epiſcopi & hæretici laudatorem, eáque de cauſa illius hiſtoriam omni fide, auctoritate & probabilitate carere, nec à ſede Apoſtolica receptam, vt teſtatur D. Gregorius [q] ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum. In hiſtoria autem Sozomeni (inquit) de quodam Eudoxio, qui Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopatum arripuiſſe dicitur, aliqua narrantur: ſed ipſam quoque hiſtoriam Sedes Apoſtolica recipere recuſat, quoniam multa mentitur, & Theodorum Mopſueſtiæ nimium laudat, atque vſque ad diem obitus ſui, magnum doctorem Eccleſiæ fuiſſe perhibet. Reſtat ergo, vt ſi quis illam hiſtoriam recipit, Synodo, quæ piæ memoriæ Iuſtiniani temporibus de tribus capitulis facta eſt, contradicat: qui vero contradicere non valet, illam hiſtoriam neceſſe eſt, vt repellat. Quibus & illud adiicere potuiſſet Turrianus, minorem fidem & auctoritatem in hiſtoria Nicæni Concilij Sozomeno tribui poſſe, quod lapſum illum in tempore eiuſdem Con-

B cilij & confirmatione legámus: refert enim illud habitum fuiſſe ſub Iulio, cùm abſolutum fuerit tempore Syluestri, prædeceſſoris non ſolum Iulij, ſed & Marci, cui Iulius ſucceſſit, vt demonſtrat epiſtola præſidum Oſij & Viti, ac Vincentij [r] Legatorum ad eundem Syluestrum. Socratem autem Nouatianis fuiſſe beneuolum & Romanæ Eccleſiæ parum amicum aſſerit, aliáque in hiſtoria Nicæni Concilij fuiſſe mentitum, vt quod Paſcha numquam celebraretur, niſi ex vetere conſuetudine cuiuſque regionis, nihilque Nicænam Synodum (vt nonnulli, ſicut idem ait, vulgò iactarent) de hoc feſto Paſcha immutaſſe: quod perinde eſſe videtur, ſi vtrumque comparetur, atque dicere, nullum de Paſcha canonem ſanxiſſe: cum contrà ſint grauiſſimi Eccleſiæ ſcriptores Epiphanius, [s] Theodoretus, [t] Ambroſius, [u] Gregorius Cappadox [x] in encomio CCCXVIII. Epiſcoporum & alij quos dicit ſe præterire: idem

C quoque Socratem auſum fuiſſe mentiri, aut certè quod ignorabat pro certo affirmare, Eccleſiam Romanam in Quadrageſima tres tantùm hebdomadas exceptis ſabbatho & Dominico ieiunare: iam quæ fides habeatur in veteri hiſtoria, mentienti in præſenti. Hæc Turrianus contra Socratem: in quo etiam & alio adminiculo ille poſſit iuuari. Socratem enim multa ex ſuis libris præcipuè quæ duobus complexus eſt, ab ſcriptis Rufini presbyteri ſe accepiſſe, ipſemet narrat, eodem libro: [y] at Rufinum & eius opera Gelaſium PP. D. Hieronymum ſecutum vt apocrypha damnaſſe, & reiecisſe in Concilio Romano [z] comperio, ſicque videtur hiſtoria hæc de Paphnutij conſilio & Nicæni Concilij decreto, his duobus ſuffulta auctoribus, minus ponderis habitura: cùm præſertim, nec Euſebius Cæſarienſis, qui interfuit Concilio Nicæno, nec poſt illum Theodoretus, nec Theophanes, nec Georgius Cydrenus, de ea hiſtoria mentionem fecerint. Et quia in canone III. eiuſdem Concilij Nicæni, ſubintroductas habere Epiſcopis, presbyteris, & diaconis interdictum fuit. Tanti habita eſt, non ſo-

D lùm caſtitatis & continentiæ, ſed honeſtatis à Concilio ratio, cui non congruit de matrimonio permittendo tanta licentia. Hæc Turrianus & qui illius partes ſuſceperunt, ingerunt nobis, vt credamus totam de Paphnutij Confeſſoris conſilio, & Nicæni Concilij decreto, confictam eſſe hiſtoriam vel fabellam.

Sed cum attenta animi cogitatione conſidero, quæ ſanctus Confeſſor Epiſcopúſque Paphnutius conſuluit, & Nicænum Concilium decreuit, non poſſum non ſatis mirari, quæ cauſa fuerit, quæve tanta in canone difficultas, qua Turrianus commotus in tam antiquos & graues Eccleſiæ ſcriptores, tam acres ſermonis & diſputationis aculeos contorſerit. Si vt Caluinum [a] confutaret, qui huius Concilij Nicæni & Paphnutij auctoritate contendit, licere iam ordinatis, nuptias contrahere, attentiùs conſiderare ille potuiſſet, quòd Paphnutius Confeſſor, non conſuluit Concilio, vt ſacerdotes cælibes matrimonium inirent: vt impiè ex eadem hiſtoria collegit Caluinus (hoc

E enim nec in Occidentali nec in Orientali Eccleſia eſt vnquam receptum) ſed id tantum, vt iuxta Romanæ & Hiſpanicæ Eccleſiæ conſuetudinem (propoſuerat forſan obſeruandum id Oſius) Græci omnes & Orientales matriti ad ſacerdotium promoti, ab vxoribus antea ductis, tali præcepto non abſtraherentur: his enim verbis eam hiſtoriam Socrates [b] complectitur. [Verum, de vna re à Paphnutio geſta hactenus: alteram etiam narrabo, eius conſilio confectam, quæ & Eccleſiæ vtilitati, & omnibus qui ſacris ſunt initiati, ornamento eſſe poſſit. Viſum erat Epiſcopis, legem nouam in Eccleſiã introducere: vt qui eſſent ſacris initiati (ſicut Epiſcopi, presbyteri, & diaconi) cum vxoribus, quas cum erant laici, in matrimonium duxiſſent, minimè dormirent. Et quoniam illis erat propoſitum, de hac re conſilium inire, in medio eorum conſeſſu ſurrexit Paphnutius, ac vehementer vociferatus eſt; non graue iugum ceruicibus illorum

[q] *D. Greg. lib. 6. epiſt. indictione 15. epiſt 195. ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum.*

[r] *Oſij Viri & Vincentij legatorum epiſt ad Syluestrum reperitur ad finem Concilij Nicæni.*

[s] *D. Epiph aduerſus Audianos.*
[t] *Theodoretus in vita Marciani.*
[u] *Ambroſ. lib. 10. epiſtol.*
[x] *Greg. Cappadox in encomio 318. Epiſcoporum.*

[y] *Socrat. l. 1. c. 8.*

[z] *Concilium Romanum apud Gratianum in canone ſancta. Romana 15. diſt.*

[a] *Lib. de inſt. Chriſtiana c. 3 §. 70.*

[b] *Socrates lib. 1. c. 18.*

imponendum esse, qui erant sacris initiati, honorabile esse coniugium inter omnes, & A
& torum immaculatum: videndum, ne nimis exquisita præscriptione, Ecclesiam graui incommodo afficerent. Omnes enim non posse ferre tam austeram disciplinam, tamque ab omni animi perturbatione vacuam: neque à singulorum vxoribus fortasse eam castimoniæ normam posse seruari. Viri autem cum vxore legitima concubitum, castimoniam appellauit; illudque satis esse, vt qui in clerum ante ascripti erant, quàm duxissent vxorem, hi secundum veterem Ecclesiæ traditionem deinceps à nuptiis se abstinerent, non tamen quemquam ab illa, quam iam pridem cum laicus erat, vxorem duxisset, seiungi debere. Istam in Episcoporum conuentu orationem habuit Paphnutius, cum ipse non modo nuptias non expertus esset, sed etiam (verè dixerim) mulierem non aliquando attigisset. Nam à puero in monasterio seipsum seuero vitæ disciplinæque generi totum dediderat: qui quidem propter singularem castimoniam, præ cæteris planè in magna famæ celebritate vixit. Itaque cùm totus Episcoporum, presbyterorum & diaconorum conuentus verbis Paphnutij assensisset, controuersia de hoc exorta penitus sedata est, potestasque permissa cuique pro arbitratu ab vxorum consuetudine abstinendi.] Hæc Socrates; cui in omnibus penè etiam verbis consentit Sozomenus. [c] Nec Socrates & Sozomenus solùm historiam hanc literis tradiderunt, sed & Aurelius Cassiodorus, & Nicephorus. At vtrumque Cassiodorum [d] & Nicephorum [e] à Socrate & Sozomeno desumpsisse, ille respondebit: desumpsisse non diffiteor; sed in illos, nec Nouatianorum hæresis, nec Theodori Mopsuestani amicitia, nec Romanæ Ecclesiæ odium, aut concepta à Gregorio Magno suspicio, vt in alios retorquebitur: quinimò cum Gregorius Magnus Sozomeni fidem auctoritatemque eleuasset, quod à Theodori partibus stetisset, retulisset profectò, quæ errore tanto (vt voluit Turrianus) de Paphnutio Confessore & Concilio Nicæno impudenter ille confinxerat; cum tanti videri possit ad eorum causæ confirmationem. Facit tandem ad stabiliendam historiæ fidem quod ex Codice vetusto Bibliothecæ Vaticanæ, in quo illa iisdem penè verbis continentur Alfonsus Pisanus refert. [f] [Has leges scripsit (inquit) ipse sanctus eorum Confessor, in præsentia Deo dilectissimi & laudatissimi Regis Constantini, de Ecclesiastica gubernatione. Statuerant autem & aliam legem Episcopis proponere, quam diuinus prohibuit Paphnutius, de qua necessarium existimaui narrare admiratione maxima dignam historiam. Placebat quibusdam Episcopis in Concilio, nouam legem in Ecclesiam introducere, & vt de aliis ad Ecclesiam pertinentibus, ita & eam legem definire, de eo quòd non oporteat clericos sacri ordinis suam quamlibet vxorem eiicere. Statuerant igitur de eo, quòd non oportet clericos sacri ordinis siue Episcopos, siue hypodiaconos, siue aliquem ex sacro catalogo, dormire cum vxoribus; quas adhuc laici duxerant. His ita dispositis, surgens in medio turbæ Episcoporum diuinus Paphnutius, magna voce clamauit, dicens: Ne grauetis iugum clericorum sacri ordinis: honorabile enim (inquit) connubium in omnibus, & torus immaculatus, ne perfectionis excessu Ecclesiam magis lædatis; neque enim omnes ferre posse, ait, vacuam affectibus exercitationem, nemo (vt opinor) in castitate conseruatur. Si maritorum quilibet vxore priuetur; pulchram dico esse castitatem vniuscuiusque cum sua vxore conuentum; imo separari hac lege dico eam quam Deus coniunxit, & quam semel dum lector esset, aut cantor, aut laicus vxorem duxit. Et hoc quidem dixit Paphnutius, cum esset omnis coniugij expers, propterea, quòd in monasteriis à pueritia fuerat educatus, ideoque huius viri consilio persuasa tota Episcoporum concio, de hac quæstione tacuit, iudicio volentium relinquens continentiam ex consensu à propriis vxoribus.] Quod si Eusebius, & qui illum sæpe sequuntur Rufinus & Theodoretus, siluerunt; ea causa fuit, quod Nicæni Concilij historiam, vel ætate, vel negotiis aliis impeditus Eusebius omiserit, vel vt ex Gelasio [g] & Zonara colligitur, quod eius fides cum ea quæ in Nicæno Concilio prodita est, non satis conueniret, satiùsque duxit & meritò, historiam Concilij Nicæni præterire, quàm in eam quid graue & reprehensione dignum scribere. B C D E

Sed exquiramus à reliquis, quibus est rationibus persuasus sanctissimus Episcopus & Confessor Paphnutius, vt tam sanctam de continentia sacerdotali legem Nicæno Concilio dissuaserit? [Surgens in medio Paphnutius Confessor (aiunt Socrates & Sozomenus) honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens, cum propria coniuge concubitum; suasitque Concilio ne talem poneret legem, grauemque

[c] *Sozomenus. lib. 1. c. 22.*
[d] *Cassiodorus in epist. Ecclesiastica tripartita. lib. 2. c. 14.*
[e] *Nicephorus lib. 8 cap. 19.*
[f] *Conc. Nicænum apud Alfonsum Pisanum. lib. 3. de actis eiusdem ad finem.*
[g] *Gelasius in Concilio Romano in causa sanctæ Romanæ. 15. dist.*

Digitized by Google

A uemque asserens causam, quæ in ipsis aut eorum coniugibus occasio fornicationis existeret.] Duplex ergo (ni fallor) causa ex his verbis Paphnutij elici potest: altera quæ matrimonium ipsum; altera quæ coniuges respicit Quæ matrimonium, grauissima fuit, ne quis putet perfunctorie illum dixisse; honorabiles esse nuptias, & castitatem cum propria coniuge concubitum. Surrexerat paulò antè Eustachius monachus, qui posteà Sebastæ factus est Episcopus, qui, vt Socrates [h] refert, nuptias fieri prohibuit, à cibis abstinendum docuit, vnde nonnullos qui nuptias contraxerant à connubio segregauit, tantóque, tam crudeli, tam impio, tam nefario in nuptias irruit odio, vt in ædibus coniugatorum, precationes fieri vetuerit, benedictionemque presbyteri habentis vxorem, quam laicus duxisset, tanquam scelus declinandam præceperit; quem quidem, cùm alia plura his similia fecisset, docuissetque, Gangris in Paphlagonia coactum Concilium gradu Episcopali dimouit, eiusque dogmata anathemate damnauit, vt præter Socratem, ipsa Synodus Gangrensis [i] docet ad Episcopos Armeniæ. [Nam ex eo (inquit) quod illi (Eustachius videlicet & sui sectatores) nuptias damnarent, & docerent, quòd nullus eorum qui sunt in coniugio, habet in Deo spem, seductæ mulieres multæ, suis subditæ maritis, ab ipsis maritis discesserunt, & à propriis vxoribus viri; sed hoc interim medio, dum continere non valent, adulterium commiserunt, eáque de causa diffamati sunt, & probris insimulati.] Et post alia: [Et qui nolunt in ædibus coniugatorum (odio scilicet coniugij) facere preces factasque despiciunt, ac sæpenumero, de oblatis in illis coniugatorum domibus non participant; & qui presbyteros coniugatos contemnunt, eorumdemque liturgias non attrectant.] Vt hinc pariter aliqua canoni IV. eiusdem Concilij Gangrensis lux præferatur. [Si quis existimat de presbytero coniugato, quod eo sacrificante, non oporteat ipsius oblationi vel sacrificio communicare, anathema esto.] Non enim id definiuit Concilium (vt hæretici nostri temporis impiè contendunt, canonis sententiam vel ignorantia non assequentes, vel quod probabilius est, impietate labefactantes) quòd voluerit Concilium omnes presbyteros & sacerdotes vxorum vinculis ligari: sed vt damnaret Eustachij errorem, qui odio vxorum vel sacramenti matrimonij, presbyteros in Græcia maritos, vt impios & execrabiles damnabat. Cùm hoc autem (vt eò vnde egressi sumus reuertamur) cognitum haberet & exploratum Paphnutius, superioris Thebaidæ Episcopus & Confessor, diuino potiùs spiritu afflatus, quàm humano aliquo consilio innixus, castas nuptias esse dixit; & castitatem cum propria coniuge concubitum; ne si forsan in tanto Concilio, quantum erat Nicænum, nuptiæ clericorum in laico habitu & statu initæ reiicerentur, rudes quidam & imperiti, nuptias vt quid turpe damnari falso existimarent, altioresque radices ageret excitata iam Eustachij monachi hæresis, ad quam confutandam necesse fuit illud Concilium Gangrense conuocari; cui Osius Cordubensis, paulò post Nicænum, interfuit.

B

C

D Quæ coniuges ratio respicit, illa fuit. Omnes enim ferre non posse tam austeram disciplinam, tamque ab omni animi perturbatione vacuam, neque à singulorum vxoribus fortasse eam castimoniæ normam tutò posse seruari: propositum enim erat priùs in Concilio vt [k] Socrates refert, nouam legem in Ecclesiam introducere, vt qui essent sacris initiati, cum vxoribus, quas laici iure in matrimonium duxissent, minimè dormirent: hoc enim generaliter constitui volebant, præcipuè in Oriente, in quo Concilium agebatur, & cuius ea consuetudo longiùs erat progressa; nam in pluribus Occidentis partibus ea vel traditione, vel decreto ablata fuerat, vt antea animaduerti. Illud autem graue visum est Paphnutio, cùm propter hæresim Eustachij; tum ob vxorum pericula incontinentiæ: ipsæ enim cùm nullo voto essent deuinctæ, si castitatem cogerentur seruare, quam non vouerant, cùm se continere non possent,

E maritorum fide & caritate fraudatæ, in periculo erant labendi in deteriora: à quo etiam periculo, efferuescentes maritorum iuuenum animi ætatis ardore non multum aberant: quos aliquando eligi sacerdotes, exiguus, qui tunc erat Catholicorum Christianorum numerus, & Ecclesiæ necessitas postulabant. Quæ ratio non solum Paphnutium, ne illum vt parum castitatis amicum repellant nostri, vel suspectum habeant sanctissimi Concilij Nicæni decretum; mirificique pastoris & confessoris Paphnutij consilium; sed multo ante Paphnutium, Dionysium Corinthiorum Episcopum commouit; vt ad Pinytum Gnosiæ Ecclesiæ Episcopum scriberet, commonefaciens illum, ne graue seruandæ, imo compulsæ castitatis onus, ac necessitatem fratrum, ac discipulorum animis imponeret, in quo, multorum periclitaretur infirmitas; cuius rationem habere, & suorum imbecillitati se attemperare erat necesse,

[h] *Socrates. lib. 2. c. 33.*

[i] *Concil. Gangrense in præfatione seu epist. ad Epis. Armenia.*

Explicatur can. 4. Concil. Gangrensis.

[k] *Socratis. lib. 2. cap. 33.*

quod consilium laudauit, amplexúsque est Pinytus, vt Eusebius [l], & Nicephorus tradiderunt. A

[l] *Eusseb. lib. 4 hist. Eccles. c 22. Nicepho. lib. 4. c. 8.*

Nec noui quid consuluit Paphnutius, & decreuit Concilium, cùm semper in Oriente ea impunitas & licentia permissa fuerit. Qui volebant enim altioris vitæ fastigium conscendere, continenter se gerebant; nec post sacerdotium acceptum sicut in Occidente, vxorum amplexibus implicabantur. Hi autem quibus hanc sanctam continentiæ traditionem sequi displicebat, vxores antea ductas, domi retinebant, & liberis tamquam seculares operam dabant, vt idem Socrates [m] asserit, & Nicephorus: in quo statu legem continentiæ relinquendam Paphnutius consuluit, & Concilium decreuit; cuius sententia, omissio fuit potiùs, quàm decretum, cum nihil noui decreuerit.

[m] *Socrates lib. 5. c 22. Nicepho. l. 12. cap. 34.*

Sed progrediamur, disquiramúsque, an Paphnutius si primus non fuit huius continentiæ dissuasor, an vltimus. At non fuisse vltimum rescriptum indicat Catholicorum Principum Honorij & Theodosij [n] ad Palladium P. V. hæc post alia dicentium. [Illas autem non relinqui castitatis hortatur affectio, quæ ante sacerdotium maritorum legitimum meruêre coniugium; nec enim clericis in competenti adiunctæ sunt, quæ dignos sacerdotio viros sua conuersatione fecerunt.] His accedit Stephanus [o] PP. Aliter (inquit) se orientalium traditio habet Ecclesiarum, aliter huius sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Nam earum sacerdotes diaconi & subdiaconi, matrimonio copulantur; istius autem Ecclesiæ, vel Occidentalium, nullus sacerdotum à subdiacono vsque ad Episcopum licentiam habet coniugium sortiendi.] Cùm autem vtriusque Ecclesiæ consuetudinem retulisset, neutram, vt Euangelicis Apostolicisque institutis repugnantem reprobauit, quod facturus non esset Pontifex, si Orientalium traditionem Christianæ doctrinæ agnouisset aduersam. In qua epistola, quia verbum vnum, duriusculum quibusdam visum est, ex illo siniſtrè admodum elicientibus, sacerdotes Orientis, iam sacratos ordinibus, matrimonia posse contrahere; oportet vt interpretatione molliatur. Matrimonio enim sacerdotes copulari, idem est prorsus, quòd matrimonij vsum siue concubitum exercere; vt præter alia, Beda [p] demonstrat. [In tribus (ait) quadragesimis anni, & in die Dominico, & in quarta feria, & in sexta feria coniugales continere se debent, nec illis diebus copulari, quamdiu grauata fuerit vxor, vsque ad partum, à partu post XXXIII. dies si filius est, si autem filia post LVI.] Eodem sensu verbum copulari vsurpauit vetus translatio canonum Sextæ Synodi [q]: [Quamuis in Romani (inquit) canonis ordine traditum nouimus, eos qui ordinati sunt, diaconi vel Presbyteri profiteri: quod non suis iam copulentur vxoribus.] Copulari igitur verbum, pro maris & fœminæ corporum coniunctione intelligendum est, nam iam semel sacratos in Oriente, vt in Occidente celebrare connubia non potuisse, iidem qui historiam Paphnutij retulerunt, literis comprobarunt, Socrates [r], Sozomenus & Nicephorus; & præter hos Concilij Neocæsarientis [s] Patres. B C D

[n] *Honor. & Theodos. in l. eum qui C. Theodos. & Iustin. de Episcopis & clericis.*

[o] *Stephanus PP. apud Grat. in c aliter 31. dist.*

Explicatur Stephani PP. decretum de matrimonis Orientalium.

[p] *Beda in l. de remedio peccatorum.*

[q] *Sexta Synodus, canon 3.*

[r] *Socrates, Sozomenus & Nicephorus, in locis superius citatis.*

[s] *Conc. Neocæsari. can 1.*

Sed ad historiam Paphnutij redeamus, videamúsque an illius consilium reliqui post Stephanum Pontifices improbauerint. Gregorius Magnus [t] (cum paulò ante Pelagius Secundus, qui illum in ea dignitate præcessit, subdiaconos Siciliæ vxoribus suis permiscri Romanæ Ecclesiæ legibus prohibuisset) duram eius constitutionem existimans substulit, decernens, vt qui iam matrimonio coniuncti erant, ab eo minimè separentur; sed permitterentur copulari: [Ante triennium (inquit) omnium Ecclesiarum subdiaconi Siciliæ prohibiti fuerant, vt more Romanæ Ecclesiæ, suis vxoribus nullatenus miscerentur, quod mihi durum atque incompetens videtur, vt qui vsum continentiæ non inuenit, neque castitatem promisit, compellatur à sua vxore separari; atque per hoc, quod absit, in deterius cadat.] Est ne aliud quod Paphnutius consuluit, ab eo, quod Gregorius in Sicilia præcepit? nisi quod *ille* generaliter in Græcia in omnibus ordinibus sacris, quia de omnibus oblata fuerat disceptatio, Gregorius autem peculiariter de subdiaconis Siciliæ, quia de his solùm institutus sermo & quæstio orta in Sicilia erat; illud solùm additum à Gregorio, quòd subdiaconi in posterum in Sicilia non ordinarentur, ni prius castitatis legibus se diserte verbis addixissent [u]. [Vnde videtur mihi (inquit) vt à præsenti die Episcopis omnibus dicatur, vt nullum facere subdiaconum præsumant, nisi qui se victurum castè promiserit; quatenus & præterita mala, quæ proposito mentis appetita non sunt violenter non exigantur, & futura mala cautè caueantur.] Nec Gregorius solùm consuetudinem Græcorum improbauit, sed nec Innocentius III. [x] Cùm enim E

[t] *Exstat apud Grat. in c. anne triennium 31. dist.*

[u] *Idem in eadem epistola.*

[x] *Innoc. 3. in c. cum olim de Clericis coniugat.*

ab

A ab eo quæreretur, per Archierontinum Archiepiſcopum: an filius ſacerdotis Græci, ad Epiſcopatum Anglorienſem poſſet promoueri (filios enim ſacerdotum, ad Eccleſiaſticas dignitates Eccleſia vix vnquam admiſit) elegerant enim illum canonici Anglorienſes: Reſpondit Archiepiſcopo Innocentius, vt ad confirmationem illius, & conſecrationem, ſine dubio, procedat: [Nos igitur attendentes (ſcribit) quòd Orientalis Eccleſia votum continentiæ, non admiſit: quoniam Orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in ſuperioribus vtuntur matrimonio iam contracto: mandamus, quatenus niſi pro eo quòd inter Latinos Græci huiuſmodi conuerſantur, regionis conſuetudo repugnet, & ſi aliud canonicum non obſtat, ad confirmationem & conſecrationem ſine dubitatione procedas.] Quod & Clemens III. [y] Papa docuit, dum ait: [Quæſitum eſt vtrùm ſacerdotibus Græ-

B cis, quibus legitimo matrimonio licet vti, pœnitentia publica ſit imponenda, ſi eam poſtulent ſibi pro filiis oppreſſis iniungi, &c.] Si illis enim in Græcia matrimonio vti non liceret, non vtique id Pontifex affirmaſſet, oppreſſionémque infantis maiori ſeueritate damnaſſet: nec in Concilio Lateranenſi Generali ſub Innocentio III. ea conſuetudo improbata eſt: nam cùm Latinis Clericis, omnium fœminarum commercium pœnis grauiſſimis interdiceretur, de Græcis hæc Patres decernunt. [Cum autem ſecundum regionis ſuæ morem, non abdicarunt copulam coniugalem, ſi lapſi fuerint, grauiùs puniantur, cùm legitimo matrimonio vti poſſint.] Hæc longiùs ad defenſionem Paphnutij, magis quàm Græcorum, deducere adduceréque placuit, ne tanta Patri tanto, Epiſcopo, & Confeſſori impudicitiæ, vel incontinentiæ nota imponatur, neue Concilio Nicæno hæretici falsò putent leges omnes quas ipſi impudentiæ ſanciunt confirmari, cum

C illud non decernat, nec approbet Græcorum conſuetudinem, ſed ne ob hæreſim Euſtachij, tunc recenter exortam, impingerent ad eundem ſcopulum, erroris anſam ex Concilio ſiniſtrè ſumentes, ideò ſuperſederunt continentiæ legi in Græcia ſolùm & Oriente; nam de eius ſacerdotibus ſolum nata fuerat diſceptatio, & in eis ſolùm, opus erat nouæ illius legis conſtitutione: cum in reliquis Occidentis prouinciis ſiue traditione, ſiue lata conſtitutione id iam obſeruaretur: quod & conſuluiſſet ipſe Turrianus, ſi in Concilio Græco & Græcorum Epiſcoporum maiori ex parte coacto interfuiſſet, vidiſſétque Concilij taciturnitate & cònniuentia, hæreſeos & errorum periculis (quæ ex prohibitione redundabant) aditum intercludi. Illa autem ſi abfuiſſent, non Latini modò, ſed & ipſi Græci continentiæ legem peculiari decreto proculdubio indixiſſent: nam in eam ſententiam ſat fuiſſe propenſos Epiſcopos omnes, Socrates & Sozomenus ſcripſerunt: at prudentes legiſlatores temporum viciſſitudini cedere & poſſe & de-

D bere, Philoſophorum placitis, experimentiſque multis edocti ſumus.

Quod autem de ſubintroductis ad refellendam Paphnutij hiſtoriam alij referunt leuiſſimum eſt; quia ſubintroductas habere illis ſolùm interdictum fuit, qui vxores numquam duxerant, vel ductis carebant, vt teſtantur Concilij Troſleiani [z] Patres. [Quique (aiunt) clericatus vtuntur officio, extranearum mulierum familiaritatem habere prohibentur, matrum, ſororum, aut filiarum ſibi ſolatia intra domum ſuam nouerint tantùm eſſe conceſſa: ſed quia ſub occaſione iſtarum perſonarum, aliæ mulieres ſubintroduci cœperunt, ſancti Africani canones decreuerunt, vt nec ipſi Epiſcopi, aut Presbyteri ſoli habeant acceſſum ad viduas, vel virgines, vel quaſcumque fœminas; ſed vbi aut clerici præſentes ſint, aut graues aliqui Chriſtiani, &c.] Hinc Iuſtinianus [a] Imperator, eiuſdem

E Concilij Nicæni probans decretum [Presbyteris (ait) diaconis & ſubdiaconis & aliis in clero ſcriptis non habentibus vxores, ſecundum regulas diuinas, interdicimus & nos, mulierem habere in ſua domo, &c.]

Illud autem poſtremo loco reſeruari, incertum eſſe, an hic Paphnutius idem ſit cum eo, quem tandem in hæreſim Meletianorum lapſum admonuit D. Epiphanius [b]: eundem enim indicant Paphnutij nomen, Ægypti locus, Conſtantini imperium; alium verò, maturitas ætatis huius quietè, purè, piè, & ſapienter peractæ, ſpectata prudentia, ſingularis morum integritas, clara literarum cognitio, inſignis præteritæ confeſſionis gloria, ac tandem diuina illa edendi miracula virtus: in re dubia pietatis & religionis conſideratio, æquiorem tueri partem ſuadet.

[y] *Clemens 3. PP. in c. quæſitum de pœnitent. & remiſſ.*

[z] *Conc. Troſleian. can. 9.*

[a] *Iuſtin. in authent. de ſanctiſſim. Epiſc. §. Presbyteris collat. 9.*

[b] *D. Epiphanius adnectens hæreſi 68. hæreſi.*

COMMENTARII NOVI.

RIdiculè hunc ita quidam interpretantur, quasi eo prohibitos clericos, ne ab vxoribus abstinerent, & verba accipienda essent. Sonant *prohibere, abstinere se à coniugibus*, sed tanta, & tam antiqua ea de re decreta reperiuntur, vt nihil ambigui in hoc esse possit.

In totum, omnibus omninò clericis: non verò *omnino*, quasi ante hoc interdictum aliquo tempore cum vxoribus consuescere potuissent. ALBAPINÆVS.

Plura de cœlibatu Sacerdotum, & ministrorum Ecclesiæ in vtraque Ecclesia tam Occidentali, quam Orientali congesserunt Anton. Aug. in epist. *iuris lib.* 28 *tit.* 15. Bellarm. *tom.* 1. *Controu. lib. de clericis c.* 18. P. Greg. *lib.* 9. *Syntag. c.* 14. *& de beneficiis c.* 25. *& in c.* 1 *de sponsa. n.* 70. Barbosa *lib.* 3. *de iure Eccles. c.* 14. *n.* 7. Landmet. *lib.* 2. *de veteri mon. c.* 80. Crespetius *in summa verb. clerici cœlibatus*, Cæsar. *de Ecclesiast. hierarch. disp.* 8. §. 7. *& disput.* 18 §. 2. Lemaistre, *de instit. Episc. lib.* 4. *de cœlibatu c.* 3. *&* 4. Spencæus *lib.* 1. *de voto Contin. fere per totum*, Georg. Ambian. *ad Tertull. de monog. c.* 8. *obseru.* 2. Duaren. *lib.* 4. *de sacr. cap.* 7. Torreblanc. *de magia lib.* 2. *c* 15. *sect.* 1. Turrian. *lib.* 1. *contra Magdeburg. c.* 1. *& de dogmat. lib.* 2. Cresolius *lib.* 2. *Mystag. c.* 9. Iodochus Coccius *lib.* 8 *thesaur. art.* 6. *& nos in c.* 1. *de clericis coning.* Quibus omnibus meritò difficilis visus est præfatus canon, tùm quatenus etiam subdiaconos continentiæ legi subiectos esse supponit. Tum quia in totum PP. Episcopis, Presbyteris, & subdiaconis abstinere ab vxoribus iubent, cum in *can.* 5. *Apost.* expressè interdicatur Episcopis, & aliis ministris Ecclesiæ vxores prætextu religionis abiicere, & infra in *can.* 65. tantum prætextu adulterij iubetur clericis vxores dimittere: pro vera ergo huius Canonis sententia capescenda duo necessario præmittenda duxi. Primum prioribus Ecclesiæ sæculis assúptos fuisse, & cooptatos ad sacros ordines tam in Ecclesia Latina, quàm Græca, non solum cœlibes, verum & coniugatos iuxta illud D. Pauli ad Tit. c. 1. *si quis sine crimine est vnius vxoris vir filios habens fideles*, quæ verba doctè exponit Baron. *tom.* 1. *ann.* 58. *n.* 14. probat Basil. Legion. *lib.* 7. *de matrim. c.* 23 *in.* 1. Sed illis iam adlectis, & sacro ordine decoratis semper in Ecclesia Latina prohibitus fuit coniugij vsus, ita vt licet retinerent vxores sequestrato tamen mansionis cubiculo castè viuerent D. Clem. *epist.* 2. *colum.* 2. *c. aliquanti* 82. *dist. c. quicumque* 27. *dist.* Siricius epist. 4. n. 9. *Præterea quod dignum, & pudicum, & honestum est, suademus vt Sacerdotes, & leuitæ cum vxoribus suis non coëant, quia in ministerio diuino quotidianis necessitatibus occupantur.* Cõcil. Telens. vbi probatur hæc epistola Siricij *c. Maximilianus* 81. *dist.* Concil. Tolet. 2. *can.* 1. Turon. 1. *can.* 1. *&* 2. Agath. *can.* 9. *&* 16. Aurel. 3. *can.* 2. vbi statuitur, ne misceantur etiam subdiaconi vxoribus antea ductis, aliàs non ministrent; Aruern. *can.* 12. vbi cauetur, ne subdiaconi copulentur vxoribus antea ductis, sed vt fratres, & sorores viuant aliàs nec ministrent, nec promoueantur. Aurel. 4. *can.* 17. *&* 5. *can.* 4. Turon. 2. *can.* 20. vbi etiam Subdiaconis iniungitur ne misceantur vxoribus Marisc. 1. *can.* 11. Lugdun. 2. *can.* 1. Tolet. 3. *can.* 3. vbi optant PP. ne subdiaconi viuant in eodem conclaui cum vxore; Greg. Magn. sæpè sæpiùs iubet Subdiaconis, vt se abstineant ab vxoribus *lib.* 1. *epistol.* 42. *& lib.* 3 *epist.* 5. *&* 34. Secundò obseruandum est, quod licet gradus subdiaconatus in vniuersali Ecclesia, vt sacer non haberetur, & ita Subdiaconi continentiæ lege non tenerentur vsque ad tempora Vrbani II. vt probaui in *c. à multis de ætate, & qualit.* tamen in Ecclesia Hispana iam à temporibus huius Concilij vt ordini sacro insigniti subdiaconi castitatem seruare debebant, vt iam docuerunt Landmeter *lib.* 2. *de veter. cler. c.* 80. Bosquetus *in not. ad epist. Innoc.* 3. *lib.* 4. *Regest.* 16. *epist.* 148. Cironius *in paratitl. ad tit. de custod. Euchariſt. & ad tit. de clerico coniugat.* Garcia Loaisa *in not. ad Concil. Tolet.* 8. *can.* 5. rem illustrant, & plures adducunt Sebastian. Cæsar. *select. Ecclesiast. Hierarch.* 2. *p. disp.* 10. §. 1. 2. *&* 3. August. Barbosa *de officio, & potestate Episcopi p.* 2. *alleg.* 14. *n.* 3. *& de vniuerso iure Ecclesiast. lib.* 1. *c.* 37. Gibalin. *disquisit. canonic. d. disquisit.* 3. *c.* 2. §. *n.* 7. Basil. Legion. *lib.* 7. *de matrim. c.* 24. Georg. Ambian. *ad Tertull. de monog. c.* 8. *obser.* 2. Non me latet posteà etiam apud Hispanos votum castitatis tantum iunctum fuisse Presbyteris, & Diaconis Concil. Toletan. 1. *can.* 1. vbi tantum Diaconis vxores habentibus prohibetur ad altiores gradus ascendere nulla de subdiaconis facta mentione, quod etiam cauetur in Concil. Tolet. 3. *can.* 5. *c. quicumque dist.* 58. eo quod non semper pro gradu sacro habitus fuit. Vnde ad illum gradum trigamis permittitur ascendere Tolet. 1. *can.* 3. *Item constituit sancta Synodus, vt lector fidelis, si viduam alterius vxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper lector habeatur, aut fortè subdiaconus.*

Quibus ita præiactis facile deprehenditur huius Canonis vera sententia, cum enim quidam ex coniugatis fuissent in Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & subdiaconos cooptati, valebant nõ solum retinere vxores iuxta *can.* 5. *Apost.* verùm & coniugij vsum, ab vxoribúsq; non abstinere, imò filios generare, quod PP. fieri in totum prohibent, non quia huius Concilij tempore hæc disciplina Ecclesiastica circa continentiam ab Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus in Hispania negligeretur, vt voluit Vasquez *vbi supra disp.* 248. *c.* 2. Sed quia cum subdiaconi assererent se per manus impositionem ordinatos non fuisse, & ita sacro ordine non reperiri consecratos, volebant vti matrimonio antea contracto, quod PP. vt inhiberẽt, in totum prohibuerunt vsum coniugij non solùm Episcopis, Presbyteris, Diaconis, verum & subdiaconis, quod antea statutum in Ecclesia non legimus, & ideo vsi fuerunt PP. illis verbis: *in totum*, id est, omnibus ministris maioribus ordinibus decoratis, & renouata continentiæ lege erga Episcopos, presbyteros, & Diaconos ad subdiaconos illam porrexerunt, vt in totum ministri maiores, idest, in ministerio altaris positi à coniugibus se abstinerent. GONZALEZ.

DE

DE CONCILIO ILLIBERRITANO CONFIRMANDO, AD CLEMENTEM VIII.

LIBER TERTIVS.

Ne cerei in cœmeteriis incendantur.	*Ne cerei in cœmeteriis incendantur.*
Canon XXXIV.	*Canon XXXIV.*
Cereos per diem placuit, in cœmeterio non incendi: inquietandi enim Sanctorum ſpiritus non ſunt. Qui hæc non obſeruauerint, arceantur ab Eccleſiæ communione.	Cereos per diem placuit, in cœmeteriis non incendi: inquietandi enim Sanctorum ſpiritus non ſunt. Qui hæc non obſeruauerint, arceantur ab Eccleſiæ communione.

CAPVT PRIMVM.

Cereos in cœmeteriis incendi prohibitum ad inquietandos Sanctorum ſpiritus: & quid ſit ſpiritus inquietare.

SI Catholici ſcriptores [c], Beatiſſime Pater, ingenij & doctrinæ laude præſtantes, tam audacter, & acerbè carpunt, quam plenè non capiunt Concilij ſententiam; & propriam erroris culpam in ſanctiſſimos Eccleſiæ Patres Conciliorum auctores reiiciunt: non adeò mirum, ſi hæretici, pietatis & religionis Chriſtianæ, vel ignari, vel hoſtes, in eadem ignorantiæ, vel temeritatis veſtigia incurrant. Aſſeuerant nonnulli, canonis ſententiam à Chriſtianæ doctrinæ, & antiquæ Eccleſiæ moribus alienam, quòd cereos in defunctorum, vel Sanctorum monumentis accendi, prohibitos iudicarint; ſed ſi paulò altiùs, Patrum mentem pleniſſimam religionis perpendiſſent, reperiſſent profectò, non hoc pietatis documentum; ſed antiquæ ſuperſtitionis radices conuellere voluiſſe. Pertinet enim ad Epiſcopos, non minus in ſuperſtitione ex hominum animis euellenda, curam, ac diligentiam impendere, ac in religione ſtabilienda, & augenda induſtria laboréque inuigilare. Quocirca præſenti conſtitutione non prohibent generaliter, cereos in cœmeteriis accendi; id enim cùm ex natura ſua (vt Philoſophi docent) indifferens ſit, ſi iuſto & pio religionis zelo accendantur, pium & religioſum erit; ſin minùs, profanum & impium: quod huius canonis ſanctione prohibuiſſe Patres, ratio conſtitutionis reddita perſpicuis verbis demonſtrat. [Inquietandi enim

[c] *Citati ſuprà lib. 1. c. 4.*

enim (ait) Sanctorum ſpiritus non ſint.] Cùm enim hæc ſit præcipua ferendæ & latæ legis ratio, perinde eſt, ac ſi dixiſſent Patres: Cereos placuit in cœmeteriis non incendi, ad inquietandos Sanctorum ſpiritus; non quòd verè inquietari poſſe animas crediderint Hiſpani Patres; quinimo vt plenum ſuperſtitionis crimen illud interdixerunt, & anathemate damnarunt, ſed quòd inquietari poſſe putarent, & vellent hi, qui animas euocare cæreis contendebant: quorum errorem Epiſcopi conantur euellere, decernentes ne cerei incenderentur ad eam euocationis ſuperſtitionem, quæ verè ad Magiam, ſeu Necromantiam ſpectabat. Inquietare enim, ſeu inquietare velle Sanctorum ſpiritus, idem eſt prorſus, quod velle è quiete, in qua morantur, educere, & ad præſentis vſuram lucis reuocare: quod alij ſolicitare, elicere, educere, euocare, euellere, inclamare, ciere manes dicunt. Olim enim euocare, & inquietare piorum manes, ad conſulendum eos de futurarum rerum euentu & veritate ſe velle & poſſe, Magi quidam, ſeu Necromantici iactabant pernicioſo dæmonum aſtu, vt dum hanc ſibi rerum futurarum diuinationem vſurparent, ſupernam Dei potentiam & diuinitatem æmulari viderentur; quo & facilius poſſent primos Chriſtianæ religionis ſectatores à vero Dei cultu, ad inanes & falſas illorum ſuperſtitiones falſis præſtigiis traducere. Qua ratione eorum artem ſecundam idololatriam rectè Tertullianus [d] nuncupauit. Qui eam exercebant, manes inclamando, inquietare ſpiritus vel animas dicebantur: idque non probabili modò coniectura, ſed grauiſſimo omnium teſtimonio, ſancti videlicet Spiritus doctrina confirmabo. Cùm enim mortuo Samuele viro ſancto, & Propheta, Saul in expeditione eſſet belli aduerſus Philiſtæos, veniſſetque in Gelboë, & vidiſſet caſtra Philiſtæorum, graui illum terrore fuiſſe commotum ſacri Codices ferunt; eáque de cauſa conſuluiſſe Dominum: & cùm ab eo reſponſum non accepiſſet, nec per ſomnia, neque per ſacerdotes, neque per Prophetas, ſeruis ſuis ſic præcepiſſe [Quærite mihi mulierem habentem Pythonem, & vadam ad eam, & ſciſcitabor per illam: & dixerunt ſerui eius ad eum, eſt mulier Pythonem habens in Endor. Mutauit ergo habitum ſuum, veſtitúſque eſt aliis veſtimentis, & abiit ipſe, & duo viri cum eo, venerúntque ad mulierem nocte, & ait illi: Diuina mihi in Pythone, & ſuſcita mihi, quem dixero tibi & ait mulier ad eum: Ecce tu noſti, quanta fecerit Saul, & quomodo eraſerit Magos, & hariolos de terra: quare ergo inſidiaris animæ, vt occidar: iurauit ei Saul in Domino dicens: Viuit Dominus, quia non eueniet tibi quidquam mali propter hanc rem. Dixítque ei mulier: Quem ſuſcitabo tibi? Qui ait: Samuelem. Exclamauit voce magna, & dixit ad Saul. Quare impoſuiſti mihi? tu es enim Saul. Dixítque ei Rex: Noli timere. Quid vidiſti? Et ait mulier ad Saul: Deos vidi aſcendentes de terra. Dixítque ei: qualis eſt forma eius? Quæ ait: Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio. Et intellexit Saul, quòd Samuel eſſet, & inclinauit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adorauit. Dixit autem Samuel ad Saul. Quare inquietaſti me, vt ſuſcitarer? Et ait Saul: Coarctor nimis, ſi quidem Philiſtiim pugnant aduerſus me, & Deus receſſit à me, & exaudire me noluit, neque in manu Prophetarum, neque per ſomnia. Vocaui ergo te, vt oſtenderes mihi quid faciam. Et ait Samuel: Quid interrogas me, cum Dominus receſſerit à te & tranſierit ad æmulum tuum? faciet enim tibi Dominus, ſicut locutus eſt in manu mea, & ſcindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid: quia non obediſti voci Domini, neque feciſti iram furoris eius in Amalech. Idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie.] Ecce quomodo verbum, Inquietare, pro educere è quiete, vel ſuſcitare, vſurpat Scriptura. Quæ euocandi manes profeſſio, & ars, quam Necromantiam vocabant, apud Romanos, Hiſpanos & alias nationes erat frequentiſſima: eiuſque error tanto altiùs illorum animis inhæſerat, quanto maior de admirabili eiuſdem auctoris ſapientia concepta erat opinio & exiſtimatio. Mercurium Triſmegiſtum fuiſſe, Prudentius [e] his verbis cecinit.

Succeſſit Iouis imperio corruptior ætas.
Quæ docuit rigidos vitiis ſeruire colonos,
Expertis furandi homines hac imbuit arte.
Mercurius, Maia genitus: nunc magnus habetur
Ille Deus, cuius dedit experientia fures.
Nec non Theſſalicæ doctiſſimus ille Magiæ
Traditur extinctas ſumptæ moderamine virgæ.
In lucem reuocaſſe animas, Cocytia lethi.
Iura reſignaſſe ſurſum reuolantibus Vmbris.

[d] *Tertull. lib. de anima c. 57.*

1. *Reg.* 28.

1. *Reg.* 28.

[e] *Prudentius lib. 1. contra Symmachum.*

Aſt

A *Aſt alias damnaſſe neci, penituſque latenti*
Immerſiſſe Chao facit hoc ad vtrumque peritus
Vt fuerit, geminóque armarit crimine vitam.
Murmure nam Magico tenues excire figuras,
Atque ſepulchralcis ſcitè incantare fauillas,
Vita itidem ſpoliare alios ars noxia nouit.
Artificem ſcelerum ſimplex mirata veſtutas
Supra hominem coluit, ſimulans per nubila ferri,
Aligeríſque leues pedibus tranſcurrere ventos.

Cum enim inter alios huius ſuperſtitionis errores putarent, mortuorum animas circa tumulos, & corporum ſuorum reliquias oberrare, vt tradit Lactan-
B tius [f], perſuaſi etiam erant, verborum quorundam virtute educi, facilè adducíque poſſe. De Appione ſcribit Plinius [g] manes Homeri euocaſſe, vt ſciret qua patria, quibuſve parentibus genitus eſſet; non tamen auſum fuiſſe profiteri, quid ſibi reſpondiſſet. De C. Vatinio Cicero [h]: [Et quoniam omnium rerum magnarum (ait) à diis immortalibus principia ducuntur, volo vt mihi reſpondeas. Tu qui te Pythagoricum ſoles dicere, & hominis doctiſſimi nomen tuis immanibus, & barbaris moribus prætendere; quæ te tanta prauitas mentis tenuerit, qui tantus furor, vt cùm inaudita, & nefaria ſacra ſuſceperis, cùm inferorum animas elicere, cùm puerorum extis deos manes mactare ſoleas: auſpicia, quibus hæc vrbs condita eſt, quibus omnis reſpublica, atque imperium tenetur, contempſeris.] De Cannidiæ, & Saganæ veneficiis Horatius. [i]

[f] *Lactantius Lib. diuinarum c. 2.*

[g] *Plin. lib. 30. c. 2.*

[h] *Cicero oratione in Vatinium.*

[i] *Horatius lib. 1. Satyra 8.*

C *Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla*
Canidiam pedibus nudis, paſſóque capillo,
Cum Sagana maiore vlulantem (pallor vtraſque
Fecerat horrendas aſpectu) ſcalpere terram
Vnguibus, & pullam diuellere mordicus agnam
Cœperunt: cruor in ſoſſam confuſus, vt inde
Manes elicerent animas reſponſa daturas,
Lanea & effigies erat; altera cerea: maior
Lanea, quæ pœnis compeſceret inferiorem:
Cerea ſuppliciter ſtabat ſeruilibus, vtque
Iam peritura, modis Hecaten vocat altera ſæuam
Altera Teſiphonen, ſerpenteis, atque videres
Infernas errare canes; lunámque rubentem,
Ne foret his teſtis, poſt magna latére ſepulchra.

Canidia venefica Neapolitana.

D De Apollonio Tyaneo Philoſtratus [k] commemorat, quòd cùm veniſſet ad ſepulchrum Achillis, obteſtatus eſt illius manes, vt ſibi antiquam illius imaginem demònſtrarent; tunc autem tumulus leuiter intremuit, mox iuuenis quidam apparuit, primo ſtatura cubitorum quinque, paulò poſt duodecim, pulchrior quàm dici poſſit, interrogauit autem quædam friuola, videns autem adoleſcentem nimium laſciuientem, cognouit eum à dæmone occupatum eſſe, compulitque dæmonem corpus eius relinquere.] De Nerone autem prodit Suetonius cùm matris à ſe occiſæ ſpecie exagitaretur, verberibus furiarum, ac tædis ardentibus, illius manes educere, & exorare facto per Magos ſacro tentaſſe. Quod & ætate poſteriori fieri conſueuiſſe, colligi videtur ex Auguſtino [m], dum
E nec certum ſibi eſſe tunc reſpondit ad Simplicianum, an animæ defunctorum ſic euocatæ magicis carminibus ſuſcitari poſſent, profundiorémque & perplexiorem eſſe inquiſitionem, quàm à ſe tunc inueſtigari poſſet: idque videtur etiam ſenſiſſe Lactantius, dum probans animæ immortalitatem contra Gentes: [Falſa eſt ergo (ait) Democriti, & Epicuri, & Dicæarchi de animæ diſſolutione ſententia; qui profectò non auderent de interitu animarum, Mago aliquo præſente diſſerere; quòd ſciret certis carminibus ciere ab inferis animas, & præbere ſe humanis oculis videndas, & loqui, & futura prædicere: & ſi auderent, re ipſa, & documentis præſentibus vincerentur.] Audaciùs multo Simon ille, ob excellentiam huius artis Magus nuncupatus, qui euocare manes, ſuſcitare mortuos, & alia mira efficere ſe poſſe diuina virtute, iactitabat. Cuius hæretici ſectatores, adeò ſe extollebant, vt non ſimplicium tantùm hominum, ſed & Sanctorum, & Prophetarum animas ſe educere poſſe gloriarentur, vt

[k] *Philoſtratus in vita Apollonij.*

[l] *Suetonius in vita Neronis c. 34.*

[m] *D. Auguſt. in reſponſo ad 3. quæſtionem Symplicianí lib. 2.*

[n] *Lactant. lib. 6. diuin. inſtit. c. 13.*

auctor

enim (ait) Sanctorum ſpiritus non ſint.] Cùm enim hæc ſit præcipua ferendæ & latæ legis ratio, perinde eſt, ac ſi dixiſſent Patres: Cereos placuit in cœmeteriis non incendi, ad inquietandos Sanctorum ſpiritus; non quòd verè inquietari poſſe animas crediderint Hiſpani Patres; quinimo vt plenum ſuperſtitionis crimen illud interdixerunt, & anathemate damnarunt, ſed quòd inquietari poſſe putarent, & vellent hi, qui animas euocare cæreis contendebant: quorum errorem Epiſcopi conantur euellere, decernentes ne cerei incenderentur ad eam euocationis ſuperſtitionem, quæ verè ad Magiam, ſeu Necromantiam ſpectabat. Inquietare enim, ſeu inquietare velle Sanctorum ſpiritus, idem eſt prorſus, quod velle è quiete, in qua morantur, educere, & ad præſentis vſuram lucis reuocare: quod alij ſolicitare, elicere, educere, euocare, euellere, inclamare, ciere manes dicunt. Olim enim euocare, & inquietare piorum manes, ad conſulendum eos de futurarum rerum euentu & veritate ſe velle & poſſe, Magi quidam, ſeu Necromantici iactabant pernicioſo dæmonum aſtu, vt dum hanc ſibi rerum futurarum diuinationem vſurparent, ſupernam Dei potentiam & diuinitatem æmulari viderentur; quo & facilius poſſent primos Chriſtianæ religionis ſectatores à vero Dei cultu, ad inanes & falſas illorum ſuperſtitiones falſis præſtigiis traducere. Qua ratione eorum artem ſecundam idololatriam rectè Tertullianus [d] nuncupauit. Qui eam exercebant, manes inclamando, inquietare ſpiritus vel animas dicebantur: idque non probabili modò coniectura, ſed grauiſſimo omnium teſtimonio, ſancti videlicet Spiritus doctrina confirmabo. Cùm enim mortuo Samuele viro ſancto, & Propheta, Saul in expeditione eſſet belli aduerſus Philiſtæos, veniſſetque in Gelboë, & vidiſſet caſtra Philiſtæorum, graui illum terrore fuiſſe commotum ſacri Codices ferunt; eáque de cauſa conſuluiſſe Dominum: & cùm ab eo reſponſum non accepiſſet, nec per ſomnia, neque per ſacerdotes, neque per Prophetas, ſeruis ſuis ſic præcepiſſe [Quærite mihi mulierem habentem Pythonem, & vadam ad eam, & ſciſcitabor per illam: & dixerunt ſerui eius ad eum, eſt mulier Pythonem habens in Endor. Mutauit ergo habitum ſuum, veſtitúſque eſt aliis veſtimentis, & abiit ipſe, & duo viri cum eo, venerúntque ad mulierem nocte, & ait illi: Diuina mihi in Pythone, & ſuſcita mihi, quem dixero tibi & ait mulier ad eum: Ecce tu noſti, quanta fecerit Saul, & quomodo eraſerit Magos, & hariolos de terra: quare ergo inſidiaris animæ, vt occidar: iurauit ei Saul in Domino dicens: Viuit Dominus, quia non eueniet tibi quidquam mali propter hanc rem. Dixítque ei mulier: Quem ſuſcitabo tibi? Qui ait: Samuelem. Exclamauit voce magna, & dixit ad Saul. Quare impoſuiſti mihi? tu es enim Saul. Dixítque ei Rex: Noli timere. Quid vidiſti? Et ait mulier ad Saul: Deos vidi aſcendentes de terra. Dixítque ei: qualis eſt forma eius? Quæ ait: Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio. Et intellexit Saul, quòd Samuel eſſet, & inclinauit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adorauit. Dixit autem Samuel ad Saul. Quare inquietaſti me, vt ſuſcitarer? Et ait Saul: Coarctor nimis, ſi quidem Philiſtiim pugnant aduerſus me, & Deus receſſit à me, & exaudire me noluit, neque in manu Prophetarum, neque per ſomnia. Vocaui ergo te, vt oſtenderes mihi quid faciam. Et ait Samuel: Quid interrogas me, cum Dominus receſſerit à te & tranſierit ad æmulum tuum? faciet enim tibi Dominus, ſicut locutus eſt in manu mea, & ſcindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid: quia non obediſti voci Domini, neque feciſti iram furoris eius in Amalech. Idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie.] Ecce quomodo verbum, Inquietare, pro educere è quiete, vel ſuſcitare, vſurpat Scriptura. Quæ euocandi manes profeſſio, & ars, quam Necromantiam vocabant, apud Romanos, Hiſpanos & alias nationes erat frequentiſſima: eiuſque error tanto altiùs illorum animis inhæſerat, quanto maior de admirabili eiuſdem auctoris ſapientia concepta erat opinio & exiſtimatio. Mercurium Triſmegiſtum fuiſſe, Prudentius [e] his verbis cecinit.

Succeſſit Iouis imperio corruptior ætas.
Quæ docuit rigidos vitiis ſeruire colonos,
Expertis furandi homines hac imbuit arte.
Mercurius, Maia genitus: nunc magnus habetur
Ille Deus, cuius dedit experientia fures.
Nec non Theſſalicæ doctiſſimus ille Magiæ
Traditur extinctas ſumptæ moderamine virgæ.
In lucem reuocaſſe animas, Cocytia lethi.
Iura reſignaſſe ſurſum reuolantibus Vmbris.

[d] Tertull. lib. de anima c. 57.

1. Reg. 28.

1. Reg. 28.

[e] Prudentius lib. 1. contra Symmachum.

Aſt

A *Aſt alias damnaſſe neci, penituſque latenti*
Immerſiſſe Chao facit hoc ad vtrumque peritus
Vt fuerit, geminóque armarit crimine vitam.
Murmure nam Magico tenues excire figuras,
Atque ſepulchrales ſcitè incantare fauillas,
Vita itidem ſpoliare alios ars noxia nouit.
Artificem ſcelerum ſimplex mirata veſtutas
Supra hominem coluit, ſimulans per nubila ferri,
Aligeríſque leues pedibus tranſcurrere ventos.

Cum enim inter alios huius ſuperſtitionis errores putarent, mortuorum animas circa tumulos, & corporum ſuorum reliquias oberrare, vt tradit Lactan-
B tius [f], perſuaſi etiam erant, verborum quorundam virtute educi, facilè adducíque poſſe. De Appione ſcribit Plinius [g] manes Homeri euocaſſe, vt ſciret qua patria, quibuſve parentibus genitus eſſet; non tamen auſum fuiſſe profiteri, quid ſibi reſpondiſſet. De C. Vatinio Cicero [h]: [Et quoniam omnium rerum magnarum (ait) à diis immortalibus principia ducuntur, volo vt mihi reſpondeas. Tu qui te Pythagoricum ſoles dicere, & hominis doctiſſimi nomen tuis immanibus, & barbaris moribus prætendere; quæ te tanta prauitas mentis tenuerit, qui tantus furor, vt cùm inaudita, & nefaria ſacra ſuſceperis, cùm inferorum animas elicere, cùm puerorum extis deos manes mactare ſoleas? auſpicia, quibus hæc vrbs condita eſt, quibus omnis reſpublica, atque imperium tenetur, contempſeris.] De Cannidiæ, & Saganæ veneficiis Horatius [i]

Vtdi egomet nigra ſuccinctam vadere palla.
C *Canidiam pedibus nudis, paſſóque capillo,*
Cum Sagana maiore vlulantem (pallor vtraſque
Fecerat horrendas aſpectu) ſcalpere terram
Vnguibus, & pullam diuellere mordicus agnam
Cæperunt: cruor in foſſam confuſus, vt inde.
Manes elicerent animas reſponſa daturas,
Lanea & effigies erat; altera cerea: maior
Lanea, quæ pœnis compeſceret inferiorem:
Cerea ſupplicíter ſtabat ſeruilibus, vtque
Iam peritura, modis Hecaten vocat altera ſæuam
Altera Teſiphonen, ſerpenteis, atque videres
Infernas errare canes; lunámque rubentem,
Ne foret his teſtis, poſt magna latêre ſepulchra.

D De Apollonio Tyaneo Philoſtratus [k] commemorat, quòd cùm veniſſet ad ſepulchrum Achillis, obteſtatus eſt illius manes, vt ſibi antiquam illius imaginem demònſtrarent; tunc autem tumulus leuiter intremuit, mox iuuenis quidam apparuit, primo ſtatura cubitorum quinque, paulò poſt duodecim, pulchrior quàm dici poſſit, interrogauit autem quædam friuola, videns autem adoleſcentem nimium laſciuientem, cognouit eum à dæmone occupatum eſſe, compulítque dæmonem corpus eius relinquere.] De Nerone autem prodit Suetonius cùm matris à ſe occiſæ ſpecie exagitaretur, verberibus furiarum, ac tædis ardentibus, illius manes educere, & exorare facto per Magos ſacro tentaſſe. Quod & ætate poſteriori fieri conſueuiſſe, colligi videtur ex Auguſtino [m], dum
E nec certum ſibi eſſe tunc reſpondit ad Simplicianum, an animæ defunctorum ſic euocatæ magicis carminibus ſuſcitari poſſent, profundiorémque & perplexiorem eſſe inquiſitionem, quàm à ſe tunc inueſtigari poſſet: idque videtur etiam ſenſiſſe Lactantius, dum probans animæ immortalitatem contra Gentes: [Falſa eſt ergo (ait) Democriti, & Epicuri, & Dicæarchi de animæ diſſolutione ſententia; qui profectò non auderent de interitu animarum, Mago aliquo præſente diſſerere; quòd ſciret certis carminibus ciere ab inferis animas, & præbere ſe humanis oculis videndas, & loqui, & futura prædicere: & ſi auderent, re ipſa, & documentis præſentibus vincerentur.] Audaciùs multo Simon ille, ob excellentiam huius artis Magus nuncupatus, qui euocare manes, ſuſcitare mortuos, & alia mira efficere ſe poſſe diuina virtute, iactitabat. Cuius hæretici ſectatores, adeò ſe extollebant, vt non ſimplicium tantùm hominum, ſed & Sanctorum, & Prophetarum animas ſe educere poſſe gloriarentur, vt

auctor

[f] *Lactantius Lib. diuinarum c. 2.*

[g] *Plin. lib. 30. c. 2.*

[h] *Cicero oratione in Vatinium.*

[i] *Horatius lib. 1. Satyra 8.*

Hæc erat Cannidia veneficа Neapolitana.

[k] *Philoſtratus in vita Apollonij.*

[l] *Suetonius in vita Neronis c. 34.*

[m] *D. Auguſt in reſponſo ad 3. quæſtionem Symplitiani lib. 2.*

[n] *Lactant. lib. 6. diuinarum inſtit. c. 13.*

auctor est Tertullianus [o], à quo illi grauissimè refutantur. [Sic & illa (ait) alia specie Magiæ, quæ iam quiescentes animas euellere ab inferis creditur, & conspectui exhibere, non alia fallaciæ vis est operatior planè, quia & phantasma præstatur, quia & corpus adfingitur; nec magnum illi exteriores oculos circunscribere, cui interiorem mentis aciem excæcare perfacilè est. Corpora denique videbantur Pharaoni, & Ægyptiis, magicarum Virgarum Dracones; sed Mosei veritas mendacium deuorauit. Exod. 7. Multa vtique & aduersus Apostolos Simon dedit, & Elimas magi; sed plaga cæcitatis de præstigiis non fuit; quid noui æmulatio veritatis ab spiritu immundo. Act. 13. Ecce hodie eiusdem Simonis hæreticos, tanta præsumptio artis extollit; vt etiam Prophetarum animas ab inferis mouere se spondeant: & credo, quia mendacio possunt: nec enim Pythonico tunc spiritui minùs licuit animam Samuelis effingere, post Deum, mortuos consulente Saule. 1. Reg. 28. Absit, alioquin vt animam cuiuslibet Sancti, ne dum 2. Cor. 11. Prophetæ à dæmonio credamus extractam; edocti quòd ipse Sathanas transfiguretur in angelum lucis, ne dum in hominem lucis, etiam Deum se asseueraturus, signáque portentosiora editurus, ad euertendos (si fieri possit) electos dubitauit, si forte tunc Prophetam se Dei asseuerare, & vtique Sauli, in quo iam ipse morabatur, ne putes alium fuisse, qui phantasma administrabat, alium qui commendabat; sed eundem spiritum, & in pseudoprophetide, & in apostata facilè mentiri, quod fecerat credi, per quem Saulis thesaurus illic erat, vbi & cor ipsius, vbi scilicet Deus non erat, & ideò per quem visurum se credidit, vidit; quia per quem vidit & credidit: si & de nocturnis imaginibus opponitur, sæpe non frustrari mortuos viuos: nam & Nasamonas propria oracula, apud parentum sepulchra mansitando captare, vt Heraclides scribit, vel Nymphodorus, vel Herodotus: & Celtas, apud virorum fortium busta eâdem de causa abnoctare, vt Nicander adfirmat: non magis mortuos verè patimur in somnis, quàm viuos: sed eadem ratione mortuos, qua & viuos: a somnia quæ videntur, vera sunt. Non enim videntur, quia vera sunt, sed quia adimplentur: fides somniorum de effectu, non de conspectu renunciatur. Nulli autem animæ omnino inferos patere satis Dominus in argumento illo pauperis requiescentis, & diuitis ingemiscentis ex persona Abrahæ sanxit; non posse relegari renuntiatorem dispositionis infernæ; quod vel tunc licere potuisset. Vt Moysi & Prophetis crederetur; sed & si quasdam reuocauit in corpora Dei virtus in documenta iuris sui; non idcirco communicabitur fidei, & audaciæ Magorum, & fallaciæ somniorum; & licentiæ poëtarum. Atqui in resurrectionis exemplis, cùm Dei virtus siue per Prophetas, siue per Christum, siue per Apostolos in corpora animas repræsentat, solida, & contrectabili & satiata veritate, præiudicatum est, hanc esse formam veritatis, vt omnem mortuorum exhibitionem incorporalem præstigias iudices.] Hæc Tertullianus aduersus Simonis Magi, & eius sectatorum præstigias; qui non rudioribus tantùm, sed omnibus generaliter persuadere contendebant, se animas Sanctorum, & Prophetarum è quiete, qua fruebantur, educere posse. Quem errorem ab antiqua, & vana Gentium superstitione hauserunt; quas solitas deorum, vel dæmonum potiùs manes euocare præstigiis multis, Plinius [p] docet. Herba enim Aglaophoti illos euocasse manes, Gemma Ananchitide, & aliis multis testatur. Quorum omnium impio errori, ne in Hispania inualesceret, aditum intercludere volentes sanctissimi Hispaniæ Patres, prohibuerunt accendi cereos; non in Ecclesiis, vt nonnulli parum rectè scripserunt: (quia de luminaribus Ecclesiæ ad celebranda diuina non agunt, nec in Ecclesiis tunc sepeliebantur mortui) sed in cœmeteriis, in quibus Sanctorum, & defunctorum corpora reposita erant. In his solùm incendi cereos ad inquietandos Sanctorum spiritus noluerunt: hoc enim, non significant modò, sed explicant, dum rationem constitutionis addentes, aiunt: [Inquietandi enim Sanctorum spiritus non sunt.] Fuit namque vsitatum his Patribus, quod principaliter constituere volebant, vt breuiori contextu canones conciperent, in vim rationis referre: quod disertis huius & aliorum canonum verbis comprobabo, XXXVI. præsertim, in quo aiunt: [Placuit picturas in Ecclesia esse non debere; ne quod colitur & adoratur, in parietibus depingitur.] Non enim generaliter sacras omnes picturas placuit illis prohiberi, sed eas solùm, quæ coli & adorari debent, ne pingerentur in parietibus, vt in eius canonis interpretatione pluribus posteà differemus. Ceteos autem in omnibus sacris adhiberi, & in his quæ ad eliciendas mortuorum animas fieri consueuerant, notius est, quàm vt à nobis fusiùs debeat comprobari: ne tamen testes desint, Plinium [q] adferam, qui de sanguine Hyænæ loquens

[o] *Tertull. lib. de anima c. 57.*

[p] *Plinius lib. 24. cap. 17. Idem lib 37. c 11. Idem lib. 28. c. 8.*

[q] *Plin. d. 28. c. 8.*

[Eodem

A [Eodem (inquit) tactis postibus vbicumque Magorum infestari artes, non elici deos, nec colloqui, siue lucernis, siue pelui, siue aqua, siue pila, siue quo alio genere tententur.] Et postea loquens de Magia [t]. [Vt narrauit Osthanes, species eius plures sunt. Namque & ex aqua, & ex sphæris, & ex aëre, & stellis, & lucernis, ac peluibus, securibúsque, & multis aliis modis diuina promittit; præterea vmbrarum inferorúmque colloquia.] Posteriori etiam ætate cereos accendere consueuisse Magos, ad exercendam eandem superstitionis vanitatem, ex libris Honorij Necromantici, qui Thesaurus Necromantiæ appellabantur, quos ipse legerat, tradit Eymericus [s]: neque ab eadem hodie superstitione destitisse, sed eosdem accendere solitos, ad euocandos dæmones, ex ipsorummet confessione testatũ facit [t] Franciscus Peña, ad eundem Eymericum. Per diem autem ideò adiecerunt, ne cereos ad celebrandas nocturnas vigilias (quæ tunc erant frequentissimæ) sustuliſſe viderentur, de quibus in canone sequenti. Et quia sacrificia, quibus ad solicitandos Sanctorum & B defunctorum omnium spiritus abutebantur, vt tradit Suetonius [u], per diem, non autem per noctem fieri solebant: nam post prandium non licebat sine causa necessaria celebrare, vt Augustinus [x] testatur: per noctem enim vigiliæ tantùm, Psalmorum cantus, sacrorum librorum lectiones & interpretationes frequentabantur.

[t] *Idem lib. 30. c. 2.*

[s] *Eymericus 2. p. director. q 43.*

[t] *Franciscus Penna ad Eymericum 3. p. directory. commentario 26. n. 115*

[u] *Suetonius in Neronem. 34.*

[x] *D. Aug. in epist. 118. c. 5.*

Sanctorum autem nuncupatio olim Christianis fidelibus tribuebatur, vt Paulus scribit ad Corinthios. [Paulus (ait) Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis, qui sunt in vniuersa Achaia] Et ad Philippenses. [Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis & diaconibus.] Quare Sanctorum nomen pro fidelibus Patres huius Concilij vsurpasse intelligi posset: quasi decernerent, quorumcumque fidelium manes è quiete, qua fruebantur, educi non debere; quia in cœmeteriis iuxta sanctos Martyres, & Confessores solebant quondam fideles sepeliri. Illicitum enim C semper putarunt Hispani in profanis Gentium sepulchris recondi: nam vt viuorum, sic & mortuorum Gentilium communicationem, vt nefariam nostros deuitasse memorat D. Cyprianus [y] ad Clerum & plebem in Hispania consistentes De Martiale enim Episcopo Astoricensi lapso hæc scribit. [Martialis quoque præter Gentilium turpia, & lutulenta conuiuia, & collegia diu frequentata, & filios in eodem collegio exterarum gentiũ more apud profana sepulchra depositos, & alienigenis consepultos, actis etiam publicè habitis, apud procuratorum Ducenariorum, obtemperasse se idololatriæ, & Christum negasse contestatus sit.] Vt hinc etiam obseruemus, quanta olim ab Hispanis in electione sepulturæ, pietatis & religionis cura sit habita; aduersus grauem illorum hæreticorum errorem & impietatem, qui nullam terræ sacræ, aut profanæ in sepulturis Christianorum habendam rationem impudenter contendunt. Corporis enim quamquam nihil interſit, an humus illud sacra vel profana contegat, an feræ diripiant, an maria consumant, an D flamma subducat, (cùm cadaueribus omnis sepultura, si sentiunt, pœna sit; si non sentiunt, ipsa conficiendi celeritate medicina) spiritus tamen & æternitatis si ratio habenda est, si pietatis fidelium non negligenda cura, si suffragiorum Ecclesiæ iura non despicienda, si totius tandem religionis arcana non contemnenda & conculcanda; magni interesse non in profanis Gentium, sed in locis Christianorum sacris sepeliri, ad quæ fideles conueniant, orationes, & preces supplices Deo porrecturi, nisi insanus, aut hæreticus non negauerit. Quinimo Ecclesiæ, & fidelium suffragiis omissis, curam sepulturæ, & funerum à Catholicis fidelibus, quibus tanquam organis & vasis ad omnia bona opera Spiritus sanctus est vsus, spernendam non esse, ipsius humanæ naturæ, & gratiæ diuinæ consideratio suadet, vt sapienter & piè docuit Aug. [z] [Nec ideò tamen contemnenda & abiicienda sunt corpora defunctorum (ait) maximéque iustorum atque fidelium, quibus tanquam organis, & vasis ad omnia bona opera sanctus vsus est spiritus: si enim paterna vestis, & annulus, ac si quid huiusmodi tantò cariùs est posteris, quantò erga parentes E maior affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtique multo familiariùs atque coniunctiùs, quàm quælibet indumenta gestamus. Hæc enim non ad ornamentum vel adiutorium, quod adhibetur extrinsecus; sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ: & sepultura prouisa: ipsíque dum viuerent, de sepeliendis, vel etiam tranferendis suis corporibus filiis mandauerunt: & Tobias sepeliendo mortuos Deum promeruisse, teste angelo, commendatur: ipse quoque Dominus die tertio resurrecturus religiosæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandúmque commendat, quòd vnguentum pretiosum super membra eius effuderit, atque hoc ad eum sepeliẽdum fecerit: & laudabiliter commemorantur in Euangelio, qui corpus eius de cruce acceptum diligenter, atque honorifi-

[y] *D. Cyprian. epist. 68. ad Clerum & plebem in Hispani consistentes c. 3.* Semper in Hispania sepulturæ sacræ à fidelibus maximam curam habitam.

[z] *D. Aug. lib. 1 de ciuit Dei c. 13.*

Tob. 2. & 12.

Ioann. 19.

cè tegendum, sepeliendúmque curarunt. Verum istæ auctoritates, non hoc admoneant, quòd in sit vllus cadaueribus sensus; sed ad Dei prouidentiam, cui placent etiam talia pietatis officia; ad corpora quoq; mortuorum pertinere significant, propter fidem resurrectionis astruendã: vbi & illud salubriter discitur, quanta possit esse remuneratio pro eleemosynis, quas viuentibus & sentiẽtibus exhibemus, si neque hoc apud Deum perit, quod exanimis hominum membris, officij diligentiæq; persoluitur, &c.] Probabilius tamen est nomen sanctorum hos Patres Martyribus & Confessoribus accommodasse; quorum animas vt beatiores, & æterna felicitate gaudẽtes, se inquietare & educere posse ad futurarum rerũ prænotionẽ gloriabantur ineptissimè Simoniani, impio & superstitioso Gentiũ errore; cui occurrere Hispanos Episcopos præsenti hoc decreto voluisse, lubens repeto. A

Hodie autem tantum abest, vt huius decreti sententia erroris censura notari possit; vt nihil pietati, religioni, & communi sancti Senatus Inquisitorum praxi sit magis consentaneum: à quibus omnes Magos, Necromanticos, Astrologos, vel quouis alio nomine nuncupatos, qui accitis mortuorum, vel dæmonum potiùs manibus, rerum naturalium occultarum vel supernaturalium causas, curiosè, aut superstitiosè potiùs exquirunt, velut hæreticos puniri scimus: quod præter alia recenti Ioannis XXII. constitutione (quam extrauagantem vocant) Eymericus [a] comprobat. B

[a] *Eymericus 2 p. directorij q 43 & 3. p. n. 115.*

COMMENTARII NOVI.

ABsit vt intelligas de diuorum spiritibus, qui Deo fruuntur, qui cum non magis per diem inquietentur cereis accensis, quam per noctem, quin potiùs de cultu Ecclesiæ lætantur, ridiculum est, vt de illis canonem hunc intelligamus: Sanctorum quippè nomine accipiendi sunt fideles, quorum spiritus (dum orationis causa ad Ecclesiam veniunt) inquietantur frequentia, & cura immodica cereorum ardẽtium. Sic Psalm. 49. credentium Ecclesia appellatur *Ecclesia Sanctorum*: Sic Paul. ad Ephes. 4. ait: *ipse dedit quosdam quidem Apostolos*, &c. *ad consummationem sanctorum*, idest fidelium, & 6. iubet orate pro sanctis. Et ad Philipp. 1. describit: *Omnibus sanctis, qui sunt Philippis.* Et 1. Cor. 7. *sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem.* Sic Petrus omnibus fidelibus scribit 1. Pet. 2. *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gẽs sancta*, &c. sic Iudas in Canonica deprecans *supercertari semel traditæ sanctis fidei.* Sed dices: cur modo Ecclesia cereos per diem accẽdi probat? Nam non defuêre, qui candelarum vsum improbent testimonio huius Concilij ducti; & Lactantij lib. 6. c. 2. Hæreticus Vigilantius dolẽs hunc honorem martyrum reliquis exhiberi, calumniabatur gentilitium ritum introductum in Ecclesias, vt fulgente sole moles cereorũ accenderetur. Huic obiectioni his verbis respondet D. Hieronymus. *Cereos autem non clara luce accendimus, sicut frustra calumniaris, sed vt nostris tenebras hoc solatio comparemus, & vigilemus ad lumen, ne caci tecum dormiamus in tenebris. Quod si aliqui propter imperitiam, & simplicitatem sæcularium hominum, vel certè religiosarum fæminarum (de quibus verè possumus dicere: Confiteor zelum Dei habent, sed non secundum scientiam) hoc pro honore Martyrum faciunt, quid inde perdit? Cauebantur quondam Apostoli, quod periret vnguentum, sed Domini voce correpti sunt: Nec enim Christus vnguento indigebat, nec Martyres lumine cereorum, & tamen illa mulier in honorem Christi hoc fecit, deuotióque mentis eius recipitur, & quicumque accendunt cereos secundum fidem suam, habẽt mercedem*, &c. Et post pauca: *& absq; Martyrum reliquiis per totas Orientis Ecclesias, quando legendum est Euangelium, accendantur luminaria, cum sole rutilante; non vtique ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum.* Hactenus D. Hieronym. idem *in epist. ad Riparium* Vt ergo fideles erroré Vigilantij, aduersum cultum Martyrum detestarentur, & aliorum hæreticorum, cereos per diem accendere consueuerunt, non solum in cœmeteriis, verum in Ecclesiis: quamuis id Hieronymi ætate non erat vbique receptum. Lactantius arguit eos, qui Deo hac mente offerrent lumen, quasi Deus egeat lumine, Concilium verò hoc Eliberitanum agit de neophytis, qui more Gentilium lucernas publicè accendebant, non verò de iis, qui ad cultum, & gloriam Dei lucernas, & cereos publicè accendunt. LOAYSA. C

Ita hunc Canonẽ in suis notis Garcias Loaisa hic interpretatur, estque eius interpretatio, vel ex hoc maximè probabilis, quod Beatorum animæ, siue in cœlo, siue in purgatorio sint, nihilominus cereis perturbari possint. Neq; enim verisimile est Patres illius Concilij tam crassa ignorantia laborasse, vt sanctas animas nostris actibus perturbari existimarẽt. Probabile igitur est, quod Garcias, inquit, canonẽ hunc de spiritibus fidelium adhuc viuentium, intelligendum esse, quorum spiritus seu mentes hac cœremonia eo tempore perturbabantur, & scandalũ patiebantur propter quemdam subreptitiũ ritus superstitiosi, & gentilis abusum (Nam Gentiles ad sepulchra defunctorũ faces accẽdere solitos esse testatur Sueton. in Tyberio c. 98.) aut certè propterea scãdalo inquietabãtur, quod animas Martyrum cereis accensis iuuari putantes in errorẽ inducerentur. Verior tamen, & probabilior est interpretatio Baron. *an. Christi* 34 *n.* 318. vbi per Sanctorũ spiritus mortuorũ animas intelligit, quæ quidẽ non propriè, sed methaphoricè dũtaxat perturbari, & inquietari dicuntur, quod valdè displiceant ipsis ritus superstitiosi, quos à quibusdã in sui honorẽ, aut vtilitatem vanã fieri, & exerceri cognoscũt: vel quod carminibus magicis, aliisue superstitionibus adhibitis animas suas ritu gẽtilitio aduocari, solicitari, & inquietari doleant. Gentiles defunctorum animas accensis facibus, & incantationibus aduocari, & vt illi loquuntur solicitare, ac inquietare consueuisse constat ex Plin. *lib.* 28. *c.* 2. vbi hæc ait: *Cur ad mentionem defunctorum testamur memoriã eorum à nobis non solicitari?* Quæ de ritu, & errore gentilium in sanctorum defunctorum inuocationem D E

Digitized by Google

A uocationem, ſuperſtitioſa facum accenſio, ad animas defunctorum ſolicitandas in Eccleſiam irrepſerat à Patribus Concilij rectè eſt prohibita. Et ſicut 1. Reg. c. 28. anima Samuëlis huiuſmodi ſuperſtitionibus euocata, & inquietata dixit: *Quare inquietaſti me vt ſuſcitarer?* ita Patres huius Concilij locuti ſunt, qui ne animæ ſanctorum inquietentur, ſuperſtitioſam cereorum accenſionem prohibuerunt: ita Baron. *prædicto loco*, quem ſequitur Suarez *to.* 1. *diſp.* ...addens ibidem certum eſſe ſuperſtitione, omi[t]; illius occaſione ac periculo ceſſãte, cœremoniã hanc non malam, ſed potiùs honeſtam, ac religioſam eſſe, vt potè quæ ad diuinum amorem, ad fidelium animos in ſpem gloriæ & æternæ
B vitæ futuræ excitandos ordinatur; qua de re latè, & copiosè Hieronym. *ep. ad Rip. & lib. contra Vigilantium.* Sicut igitur luxuriosè apud ſepulchra Martyrum conuiuari teſte Auguſt. *lib. 1. de morib. Eccleſ. c.* 34. malum eſt, & reprehenſione dignum: contra verò moderatè, religiosè, & recta fide, & intentione ibidem cum fidelibus cibum ſumere eod. Auguſt. atteſtante *lib. 8. de ciu. c.* 27. honeſtum eſt; ita cereos apud ſepulchra Martyrum citra omnem ſuperſtitionem accendere non modo licitum, ſed & pium eſt, ac religioſum. VINNIVS.

Hic Canon illius Concilij difficillimus ſanè crucem fixit Interpretibus, vix vt aut ne vix
C quidem explicari, euoluíque poſſit, quo factum eſt, vt perridiculas, & valde abſurdas explicationes Interpretes excogitarint: ideoque mihi magnoperè metuendum; ne mea deterior ſententia exiſtimetur: id autem omninò ſtatuendũ eſt, quod refelli à quoquam non poſſit, Chriſtianos priſcis tẽporibus in cœmeteriis verſari, & commorari ſolitos: ibique dies, noctéſque præconiis perſoluendis tranſigere, canone qui ſequitur id comprobante, adeoque reiici non poſſe, quod dicimus, ob eam maximè cauſam, quod tam multa, tamque inſignia ederentur miracula, Deo id confirmante, quòd ibi reliquiæ
D ſanctorum in illis cœmeteriis ſub altaribus cõ quieſcerent. Ego autem facilè adducor, vt credam Concilij illius Patres opinionem mentemque Tertull. D. Cypriani, & eorum qui ea ætate floreret ſequutos, qui animas martyrum ſub altaribus hærere, & habitare, ibique dum eorũ mortem Deus vlciſceretur, expectare ſenſerunt: atque adeò verba illa *c.* 6. Apocalyp. ad verbum tueri, ac recipere, D. Cypriani de lapſis, *Sub ara Dei animæ occiſorum Martyrum clamant magna voce dicentes: quouſque Domine ſanctus, & verus non indicas, & vindicas ſanguinem noſtrum de iis, qui in terrã inhabitant? & requieſcere, ac patientiã adhuc tenere inbentur, & quemquam poſſe aliquis exiſtimat remittendis paſſim, donandiſque peccatis bonum fieri contra iudicem velle, aut priuſquàm vindicetur ipſe alios poſſe defendere.* Quibus credere videtur Martyrum animas ſub aris quieſcere: idem de bono patientiæ, *Vndè etiam clamantes Martyres, & ad vindictam ſuam dolore erumpente properantes expectare adhuc inbentur, & temporibus conſummãdis, implendiſque Martyribus prebere patientiam; Et cum aperuiſſet*, inquit, *agnus quintum ſigillum, vidi ſub ara Dei animas occiſorum propter verbum Dei, & martyrium ſuũ, & clamauerunt voce magna dicentes.* Idem ad. Quirinũ lib. 3. *Et cum aperuiſſem quintum ſignũ, vidi ſub ara Dei animas occiſorum propter verbũ Dei, & Martyrium ſuum.* Tertull. de reſurrect. carnis c. 25. *Etiam in Apocalypſi Ioannis ordo tẽporum ſternitur, quem Martyrum quoq; anima ſub altari vltionem, & iudicium flagitantes ſuſtinere didicerunt, vt prius, & orbis de pœnis Angelorum plagas ſuas ebibat, & proſtituta illa ciuitas decem Regibus dignos exitus referat, & beſtia Antichriſtus cum ſuo pſeudopropheta certamen Eccleſiæ Dei inferat, atque ita Diabolo in abyſſum interim relegato prima reſurrectionis prærogatiua de ſuis ordinetur: debinc & igni dato vniuerſalis reſurrectionis cenſura, dẽ libris iudicetur.* Idem de anima c. 8. *Sol enim corpus ſiquidem ignis, ſed quod aquila confiteatur, negat noctua, non tamen præiudicans aquilæ, tantundẽ & anima corpus inuiſibile carni, ſi fortè ſpiritui verò viſibile. ſic Ioannes in ſpiritu Dei factus, animas Martyrum conſpicit.* Idẽ aduerſus Gnoſticos c. 11. *Sed & interim ſub altari Martyrum animæ placidum quieſcunt, & fiducia vltionis candidum claritatis vſurpant, donec & alij conſortium illarum gloriæ impleant.* Quoniam autẽ cereis ardẽtibus, igni, fumigationibus, ſpiritus diuexari experientia ipſa animaduerterent, atque in eos magnam virtutẽ habere vim ignis: haud ſcio an illi Patres vetuerint admoueri cereos ardentes, ne animæ ſanctorum, quæ ſub altari permanerent, admoto igne inquietarentur: non alia mihi explicatio occurrit, quæ poteſt vel inde refelli, quod huic Concilio errorem affingat. Sed huic obiectioni reſpondetur in Concilio totius Africæ, Numidiæ, Mauritaniæ, Patres decreuiſſe Hæreticos eſſe rebaptizandos.

Quid in hunc Canonem ſcripſerit Mendoza mihi non eſt compertum, ſed Garciæ interpretatio poteſt admitti: Sanctorum quippè nomine accipiendi ſunt fideles, quorum ſpiritus dum orationis cauſa ad Eccleſiam aduenient, inquietantur frequentia, & cura immodica cereorum ardentium. ALB ASPINÆVS.

Canon iſte merito Crucem fixit Interpretibus, tùm ob eius prohibitionem, tùm ob prohibitionis rationem. Prohibitio aduerſari videtur generali totius Eccleſiæ præcipuè Hiſpaniæ vſui accendendi cereos ad ſepulcra Martyrum, vel fidelium defũctorum mos tot Eccleſiæ legibus commendatus, quarum nuſquã finis eſſet, ſi ſingulas referre vellem. Prætereo authoritates hic congeſtas à Mendoza, & Loaiſa, vt de monumentis quorumuis defunctorum agam, expendo magni Athanaſij elegantem orationem, quã de iis, qui è vita diſceſſerunt, edidit referente Damaſceno his verbis in oration. de fidelibus defunct. *Etiam ſi in aere collocatus ſit ille, qui cum pietate diem vitæ extremum egit tamen implorata Chriſti Dei ope, oleum ac ceram ad ipſius ſepulchrũ accendere ne recuſes.* Grata enim, & accepta hæc Deo ſunt, ingenſq; ab eo præmiũ referunt. Oleũ enim, ac cera holocauſti inſtar ſunt; incrementum autem ſacrificium Deum placat; beneficentia denique erga pauperes bonæ omnis remunerationis incrementum eſt. Hunc morem miraculo diuinitus comprobatum legimus apud Greg. Turon. *de gloria confeſſ. c.* 104. dum agens de tranſitu Pelagiæ Matronæ B. Aredi Abbatis matris ait: *cum poſtquam ſepulta eſſet, poſuiſſent cereum ad caput eius dicentes, parum nobis eſt ceræ, & iam nox prolixior habetur; cum ad matutinum conſurgimus, tunc accendatur cereus iſte; & clauſo oſtio abiiſſent: expleto ſomno ingreſſos baſilicam inueniſſe cereum ardentem, quem extinctum*

reliquerant. De cereis etiam ad Martyrum tumulos accensis celebris est locus S. Paulin. in Natali 3. S. Felicis *tom. 3. biblioth. veter. Patr.*

Namq; suo meritum in gremio sacrauit honorẽ,
Ducit odorifero pia conditus ossa sepulchro:
Aurea nunc niueis ornantur limina velis;
Clara coronantur densis altaria lychnis;
Limina ceratis adolentur odora papyris.
Nocte dieque micant, sic nox splendórque diei
Fulget; & ipsa die cœlesti illustris honore,
Plus micat innumeris lux exornata lucernis.

Et lampadum, cereorumque vsum in Ecclesia semper inoleuisse tam in diuinis officiis, quã in funeribus, probant Baronius *anno* 34. *num.* 311. *& 58. n. 70. & anno* 233. *n.* 2. Ayala *de Eccles. tradit. fol.* 222. Sauarus ad Sidon. *lib.* 5. *epist.* 17. Quare in antiquis cœmeteriis Christianorum passim lucernas repertas fuisse refert Spondanus *de cœmeteriis sacris p. 3. lib. 1. c. 20.* Sed profectò maior difficultas hæret in prohibitionis ratione his verbis expressa: *inquietandi enim spiritus sanctorum non sunt*: quo enim modo inquietari possunt spiritus fidelium defunctorum, siue sint in cœlo, siue sint in purgatorio? vbique enim illi propter possessionem, isti propter spem summa gaudent pace agnoscentes se in amicitia, & gratia Dei esse. Agnouerunt difficultatem huius canonis iam plures Catholici scriptores, Baron. *an.* 34. *num* 312. existimat PP. in præsenti vetuisse non simplicem luminum accensionem, quæ ad significandum animas viuere, & suo tempore etiam corpora resurrecturia, & Christianos defunctos esse filios lucis, non tenebrarum, sed illam, quæ fiebat ex superstitione Gentilium, ad euocandas per incantamenta, & carmina magica defunctorum animas, vt apud Lucanum Erichtho Maga rogatu Pompeij animam militis nuper occisi in corpus reuocauit non sine *lumine, carmine facto*, vt euentum belli cognosceret: *quando.*

Aspicit adstantem proiecti corporis vmbram,
Examines artus, inuisáque claustra timentem
Carceris antiqui: pauet ire in pectus apertum,
Visceráque & ruptas lethali vulnere fibras.
Ah miser, extremum cui mortis munus iniquæ
Eripitur, non posse mori!

Virgil. lib. 3 Æneid.

— Manúque vocabat
Hectoreum ad tumulum

Seneca trag. in Octau. vers. 270.

Renouare luctus parce cum fletu, pios
Manes paremis neue felicita tua.

Quâ nectomantiæ magia vsi fuerunt Vlysses apud Homerum *in Odyss.* Canidia, & Sagana apud Horatium 1. *Satyr.* 8. Tiresias apud Senecam *in Oedip.* & Statium *Theb* 4. Scipio apud Siluium *lib.* 15. apud Flaccum *in Argon.* Æsons apud Dionem *in Caracal.* apud alios alij. Baronij interpretationem sequuntur Mendoza, & Vinn. *in præsent.* Seraphinus Freitas *de solicit. q. 1. n. 17.* Spondan. *de cœmeter. d. c. 20.* Nicolaus Lemaistre *de iuib. Eccles. lib. 1. c. 16.* D. Sancius De Auila Episcopus Gien. *lib. 3. de venerat. relig. c. 2. n. 4.* Viuar. *in not. ad Flau. Dextr. ann.* 311. Duualius *de quatuor nouissimis q. 1. art. 9. pag.* 593. Sed eam impugnarunt Pat. Vazquez 3. *p. disp.* 112. *c. 7. n* 5. Basil. Legion. *q. 2. Scholast. c. 1.* tùm ex eo quia illa Manium magica euocatio nocturno tempore potius, quam diurno fiebat; vnde non erat ratio quare signanter per diem cereos accendi PP. prohiberent. Tùm quia magicis his incantationibus animæ inquietari non possunt etiam si in phantasmate ope Dæmonis appareant. Vnde Samuëlis anima iuxta communem sententiam non verè mota fuit de loco suo, sed in phantasmate, vt ex D. Augustin. *lib. 2. de simplic. q. 3. in 2 solut. tradis* D. Thom. 2. 2. *q. 95. art. 4. ad secund. & p. 1. q. 89. art. 8. ad secund.* ex Isidor. *lib. 8. & etymolog. c. 9.* Tertulliano *lib. de anim. c. 57.* Cyrillo Alex. *lib. 1. de adoratio. in spiritu.* Anastas. Nicænóque 37. *in scripr.* Iustino *q. 57. ad gentes.* Authore *de mirab. sacræ scriptur. lib 2. c. 2. & lib. qq. veteris testam. q. 27.* Basilio 8 *c. in Isaia.* Eucherio, Beda, Salisberg. *lib. 2. de nugis curia, c. 27.* Quare omissa hac interpretatione Vazquez *vbi supra*, Bellarm. *lib. 2. de pug. c. 19. in fin.* Suarez *tom. 1. in 3. p. disp. 55. sect. 1.* Azor. *tom. 1. instit. lib. 9. c. 8. q. 3.* perdoctus P. Gabriel Henao *in Empyr. tom. 1. lib. 6. exercit. 21. sect. 14. n. 112.* docuerunt PP. prohibuisse cereos in cœmeteriis incendi ritu videlicet, & more Gentilium, qui putabant defunctorum corpora in tenebris sepulchrorum *inclusa* iuuari luminibus accensis, quibus ibi *illustrabantur*, qui cultus, cum esset Deo ingratus, vtpote superstitiosus sanctis animabus displicebat, quæ displicentia inquietudo quædam dici potest, sicut apud D. Paul. *ad Ephes. c. 4. v. 7.* dicitur Spiritum sanctum peccatis nostris contristari, quia illi displicent, & apud D. Ambr. *lib. 2. epist. 8.* legitur non debere mœstificari lacrymis animam sororis defuncti; sed hanc interpretationem refellit Hurtado *de vero martyrio resol. 34. digres. 1. sect. 6.* qui suppresso nomine amplectitur vltimam Mendozæ interpretationem, dum docet, Sãctorum nomen in præsenti, nec ad sanctos vita fœlici defunctos, nec ad fideles in pace quiescentes esse referendum, sed ad Episcopos, Presbyteros, & reliquos Ecclesiæ ministros, quorum animos in Ecclesia nimia cereorum ardentium multitudine, impediri, & inquietari, & per ingressum, & egressum nimium aliorum, qui ad accendenda luminaria egrediebantur, vel regrediebantur, diuerti facile poterant. Vnde per diem prohiberi cereos in cœmeteriis incendi, vt non inquietentur spiritus ministrantium in Ecclesia. Huic interpretationi etiam consentit Barbos. *lib. 3. not. 103. dub. 2. n. 96* sed vtinam ita facile esset veram assignare, ac istam refellere, nam etsi admittamus, *per diem*, tantum intelligi eam diei partem, quæ in celebrandis diuinis officiis absumebatur; constat tunc omnes fideles iuxta gradum proprium intra Ecclesiam fuisse, nec ante benedictionem Sacerdotis ab ea exire licere *c. missus de consec. dist. 2.* Vndè nulla ex cereorum accensione turbatio in Ecclesia timeri poterat.

Subiungamus iam, quæ nostri Salmantini Præceptores pro huius canonis expositione nouiter, & eruditè excogitarunt: Basil. Legion. *variar. disput. q. 2. Scholast.* tantum transcripsit Mendozã, eiusque secundæ interpretationi libenter subscribit. D. Ioseph. de Retes academiæ nostræ oraculum, quem nil fugit, aut quæ fuerunt, aut quæ sunt *lib. 8. opusc. c. 27.* supponit etiam extra magiam consuetisse Gentiles, licet non absque Idolorum suorum superstitione, non solum inferiis, ac parentalibus faces, ac lucernas accendere, Ouid. *lib. 2. fast.* Sueton. *in Octau. cap. 98.* Verum

etiam

Digitized by Google

A etiam continuò accenſas in ipſis ſepulchris retinere *l. Mauia 44. ff. de manumiſſ. teſtam.* quam illuſtrarunt Forner. *lib. 3. rerum quotid. cap.19.* I.Guther. *lib.2,de iur. man.c.32.* Vuolphang. Lazius *lib.3. de repub.Rom. c.18.* Marc. Zuerius *quæſtion. Roman. quæſt.11.* Præter lucernas illas, quas intra ipſa monumenta vnà cum corporibus ſepelire moris fuit, quæ in omnibus ferè ſepulchris, quæ Romæ aperta fuerunt, reperiebantur, vt ex *tom.2.* Romæ ſubterran. conſtat, & notarunt Gutherus, & Lazius *vbi ſup.* Supponit etiam eximius vir defunctorum animas circa corporum ſuorum reliquias, & tumulos oberrare Gentiles exiſtimaſſe, quod & latè probat Spondan. *lib.1.* B *de cœmeter. p.3. c.15.* ideoque ſepulchra ipſa luminibus illuſtraſſe, floribuſque ornaſſe, vt etiam probat Tamaius à Salazar. *tom.2. Martyrol. die 17. Martij.* Quibus obſeruatis ita præſentis Canonis interpretationem aggreditur: ſuperſtitionem hanc vt ego exiſtimo, voluerunt exterminare PP. Concil. Illiberitani can.34.prohibentes Cereos in cœmeteriis incendi,ideſt ad ſepulchra fidelium:nihil tamen detrahentes de Eccleſiæ veteri inſtituto, quoad Martyrum ſepulchra. Sed hic canon difficilis habitus eſt, quia ex ſcriptorum incuria menda leuis irrepſit in eum, & quod C peius eſt, tranſpoſitus eſt, & ante præcedentem ſequens apponi debet, niſi me vehementer fallit coniectura, vt qui nunc eſt can. 35. ſit 34. & ſic legendum.

34. *Ne fœminæ in cœmeteris peruigilent.*

Placuit prohiberi ne fœminæ in cœmeteriis peruigilent,eo quod ſæpè ſub obtentu orationis ſcelera latenter committant.

35. *Ne cerei in cœmeteriis incendantur.*

Cereos per diem:(lego) *perinde placuit in cœmeteriis non incendi;inquietandi enim ſanctorum ſpiritus non ſunt. Qui hæc non obſeruauerint,arceantur ab Eccleſiæ communione.* Si notas ad graue ſcelus non infligi vllam pœnam in primo horum Canonum; & in poſtremo de vna tantum ſanctione dici: *qui hæc non obſeruauerit*;non dubito,quin rectam agnoſcas noſtram tranſmutationem. Hæc enim ſanctio reſpicit proculdubio vtramque prohibitionem de peruigiliis non faciendis, & de cereis non accendendis.Deinde quod poſui *perinde*,loco illorum verborum,*per diem*,habet rationem.Quia in titulo Canonis, vbi eius materia ſummatur, nihil de die dicitur, nec de diutnis lucernis,aut cereis agitur. Ergo ſuperfluũt in textu *per diem* verba:quarè cum conſequenter tranſeat ſecundus canon,rectè dicitur *cereos perinde:* &c. Supereſt vt explicem verba illa:*inquietandi enim Sanctorum ſpiritus non ſunt.* Spiritus Sanctorum,ideſt quorumcumque fidelium,vt E exponunt duo ſummates viri Loayſa,& Mendoza. Senſus ergo ex noſtro idiotiſmo patet, inquietandi non ſunt, ideſt non inquietabuntur ſpiritus defunctorum, quamuis cerei ad eorum ſepulchra non accendantur, hoc enim Gentiles metuebant.

Sed hunc interpretandi modum ægrè tulit P.Gabriel Henao *de ſacrific. Miſſæ tom.3. diſput.28.ſect.43.n.753.*quia in ſacris Eccleſiæ canonibus,non vt in Apuleio,Plinio,aut Modeſtino huiuſmodi criticæ emendationes admittuntur, & ſi hæc mutatio dictionis *per diem* in *perinde* admittatur, alius etiam emendabit Sanctorum vocem in ſatellitum,& leget *hoc* pro *hæc*; miror certè virum apprimè doctum, & in Conciliis verſatiſſimum ita ægrè, fere ingenioſum, nec violentum mendum, cum apud litteratiſſimos viros huiuſmodi mutationes, & emendationes canonum legamus, & libenti animo amplectamur, vt apud Fileſacum, Loayſam, Balſamonem, Zonaram, & Fuſtellum,qui plures fœliciter,& ingenioſè Canonum emendationes notarunt, & probarunt, ex quibus nos non paucas in noſtris commentariis inſeruimus.

Adducam iam pro coronide huius notæ imò & ex M. S. referam, tranſcribámque interpretationem, quam nobis audientibus Salmanticæ ex ſuggeſtu dictauit, docuitque Præceptor meus D.D. Martin. Lopez de Ontiueros tunc Decreti Cathedræ mirabili omnium plauſu Moderator, vbi varia rei antiquariæ monumenta & veteris diſciplinæ Eccleſiaſticæ veſtigia reſeruit & illuſtrauit, quæ poſt modum in Primaria I.P. Cathedra proſecutus in diuerſis commentariis plura de temporum ſerie, locorum deſcriptione obſeruanda attulit, quare non impropriè de hoc ſæculi noſtri magno Præceptore referam quod de D. Iſidoro alebat Braulius: *Tu autem patria, tu deſcriptiones temporum tu ſacrorum iura, tu Sacerdotum munera, tu domeſticam, publicamque diſciplinam,tu ſedem Regionum,& locorum aperuiſti,plurimumque doctis hominibus attuliſti.* Is ergo mihi ſemper colendus Magiſter de Sacram.ordinis *tract.4. n.14.* ita canonem hunc interpretatur: Sed omiſſis eorum ſententiis dicendum exiſtimo Patres illius Concilij, qui primitiuæ Eccleſiæ temporibus floruerunt vſum luminarium abſolutè non prohibuiſſe, ſed dũtaxat interdiu cereos cœmeteriis Martyrum à fidelibus piis incendi, ne ſcilicet lucentibus luminibus gentes fidé Chriſti,Chriſtianóſque perſequentes de Martyrum ſepulchris redderentur certiores, indeque Sanctorum corpora adlucerent, & in ea ſæuirent Tertull.*in Apolog. c.37.* miram in modum rabiem Gentilium explicat his verbis: *nec mortuis parcunt Chriſtianis, quin illos de requie ſepulturæ* de aſylo quodam mortis iam alios,iam nec totos auellunt,diſtrahunt, & Lactantius *lib.5.diuina c.11.* ſimilem huic tribulationem præ oculis habens,Zachar. *epiſt.9. ad Bonifacium* circa medium,quæ extat 3.*tom. Conc.* Seuerin,*pag.206.*ita ſcribit: *dum Dominus donauerit requiem,augebuntur,& luminaria Sanctorũ.* Quæ verba extant apud Anton. Aug. *in epit. iuris Pontificij veteris 2.tom.lib.1.tit.7.c.1.*mendosè accepto feruntur epiſt.4 Zachariæ.Quo loci verb.requiem accipi poteſt pro requie ſepulturæ ex Caſſiod.lib.6.var.c.8.ibi defũctorum,*quin etiam ſacram requiem* Apulei *lib.2.de ſepult.*inquit,*& requiem deſinere iam precor,deſine,ac me in meam requiem permitte:* hinc iam aptè intelligenda ſunt verba illa Concilij:*inquietandi enim Sanctorum ſpiritus non ſunt*, vbi *Spiritus ſanctorum*,accipio pro Martyrum corporibus. Corpora enim Martyrum ſub altaribus ſepeliebantur, *c.habemus 26.22.q.1.*atque id circo ritus introductus eſt in Eccleſias, vt Epiſcopus in conſecratione altaris dicat: *ſub altare Dei ſedes accepiſti,intercedite pro nobis*,nec

non introductum est, vt ipsa Martyrum corpora sub altari existentia verbo animæ denotentur Ioan. cap. 6. Apocal. Vers. 9. *In apertione sigil. 5. vidi subtùs altare animas interfectorum propter verbum Dei*, explicat August. *serm. 11. de sanctis* ibi: *rectè sub altari Sanctorum anima requiescunt, quia super altare Domino corpus offertur: conuenienter itaque, & quasi pro bono consortio illic sepultura Martyribus decreta est, vbi mors Domini quotidie celebratur*, consentiunt ita docentes plures PP. quos sequitur, Concil. *in comment. ad cap. 6. Apocal.* vbi Rupertus eleganter oſtēdit reliquias martyrum vocari animas ipsorum, non quia ibi: ait: *morentur animæ vsque ad generalem resurrectionem, sed quia cum ibi iacent, illorum corpora, & ad ipsorum præsentiam, aut contactum quotidiè efficiantur miracula potiùs animæ, de quibus illa virtus manat, quam corpora, & reliquiæ ab Apostolo censentur.* Hucusque Rupertus: facit quod notat Abulens. *num. cap. 10. q. 1. ad v. 5.* ecce autem quidam immundi super animas hominum I. de Paiua *de locis sacræ scripturæ lib. 1. 5. cap 25 num. 7.* quod cum ita sit, mirum non est in d. *can.* 34 Concil. Illiber. corpora sanctorum denotare spiritus. Verbum quidem *Spiritus* pro anima etiam apponi solet apud PP. vt obseruat ipse Cornel *ad Hebræos cap. 1. vers. 7.* & apud Iurisconsultos in *l. sed in alio 18. ff. de reb. dub. & in authent. vt defunct. seu funera eorum in princ. collat. 5.* & apud prophanos authores Ouid. ū *lib. 3. trist. eleg. 3.*

Nam si morte carens volat altus in auras.

Spiritus. At quæ nam durior interpretatio? hic Sigalion, & Harpocrates sunt, aut si fari quid cogar, extemplo cum Virgiliano Palæmone inclamem eclog. 3.

Non nostrum inter vos tantas componere lites.

Addamque cum Thyrside Calpurniano apud Virg. eglog. 2.

Este pares, & ob hoc concordes viuite, nã vos. Vna fides pietas, & amor sociauit.

Sed si liceret discipulo cum suis Præceptoribus omni affectu colendis iudicium prodere, existimarem mutationem, & collocationem D. Ioseph. de Retes esse substinendam, & retenta lectione *perinde* mirè conuenire solutionem D. Martini Lopez de Ontiueros. Interea etiam illud non omittam temporibus huius Concilij sæuas fuisse Gentilium persequutiones in fideles iam sepultos. B. Ambros. *ep. 31.* qua respondet Symmacho his verbis: *Vbi tunc erat ista sententia cum direptis Christianorum omnium facultatibus ipsos vitales anhelitus spiritus inuiderent, & nullis vsquam negata defunctis inhiberent suprema commercia sepultura? Quos Gentiles præcipitarunt, maria reddiderunt.* Optatus Mileuit. *lib. 6.* ita suo sæculo conquerebatur: *Quid referam etiam illam impietatem de vestra coniuratione venientem, quia ad hoc Basilicas inuadere voluistis, vt vobis solis interea vindicetis, non permittentes sepeliri corpora catholica, vt terretis vivos, malè tractatis, & mortuos, negantes funeribus locum. Si inter viuentes fuerat certamen, odia vestra, vel mors aliena compescat. Iam tacet cum quo paulò ante litigabas. Quid insultas funeri? quid impedis sepulturam? quid cum mortuis litigas? perdidisti malitiæ fructum.* Et hæc vexatio, seu mutatio cadaueris propriè inquietatio dicitur *l. diui ff. de Religios.* ibi *diui fratres edicto admonuerunt ne iuste sepultura traditum, ideſt, terra conditum corpus inquietetur.* Valentinian. nouel. de sepulchr. *Quis enim nescit quietos sollicitari funestis ausibus manes.* Cadaueribus enim omnis pax, securitásque debetur: Valerius Probus H. R. I. P. S. *Hic requiescit in pace securus:* P. Diaconus de not. D. M. S. *dormiant mortui securi:* illustrat Sauarus ad Sidonium *lib 3. epist. 12. verb. mortuorum securitate.*

GONZALEZ.

CEREOS IN COEMETERIIS NON INCENDI.

CAPVT SECVNDVM.

Cereos rebus Eccl siæ sacris adhibitos, semper in Hispania probatos.

HInc liquet, nusquam in Hispania (vt calumniantur hæretici) Ecclesiarum luminaria interdicta: quinimo Concilium Tarraconense [b], grauiter in eos sacerdotes, & diaconos inuehitur, qui singulis diebus vesperas & matutinas omittunt: nam ex illorum desidia & negligentia, illud incommodum redundare ait, vt in Ecclesiis luminaria non ministrentur. [Diœcesanis Ecclesiis vel clero id placuit definiri, vt presbyteri, vel diaconi, qui inibi constituti sunt, cum clericis septimanas obseruent, id est vt presbyter vnam faciat hebdomadam, qua expleta, succedat ei diaconus similiter, ea scilicet conditione seruata, vt omnis clerus die sabbathi, ad vesperam sit paratus, quò facilius die Dominico solemnitas cum omnium præsentia celebretur; ita vt hi omnibus diebus vesperas & matutinas celebrent, quia desistente clero (quod est pessimum) comperimus in basilicis nec luminaria ministrari. Si qui sanè negligentiæ vitio hæc implere nouerint se secundùm statuta canonum, pro modo personarum canonicæ disciplinæ subdendos.] Grauem etiam pœnam proponit Concilium

[b] *Conc. Tarra. can 7.*

A Concilium Toletanum XIII. [c] in eos, qui odio fratrum, Eccleſiæ luminaria vel extinguerent, vel ſubtraherent. Nec cereos ſolum & luminaria accendi in Eccleſiis Hiſpani Epiſcopi voluerunt, ſed redditus Eccleſiaſticos his ſuſtinendis aſſignari: tertiam enim partem oblationum luminaribus Eccleſiæ præſcripſerunt in Concilio Bracarenſi II. [d] in quo etiam decernunt, nullam Eccleſiam ab Epiſcopis conſecrari, inſtituique, ni priùs à fundatore (vt vocat) luminaribus neceſſaria miniſtrarentur. Ad ſanctarum etiam reliquiarum venerationem ſingulis noctibus luminaria accendi, ſidem facit Concilium Toletanum [e] ſub Reccaredo. [Id etiam placuit (ait) Dei ſacerdotibus, ne quiſquam Antiſtes infra ſuam parochiam Dei aulam inquirat; & munificus ille, qui ſanctam Dei ædificauerit Eccleſiam, quod ibidem, pro ſuo hærede largitus eſt] Eodem loco: [Presbyter ſecundùm priorum canonum ſtatuta deſeruiens habeat. Et ſi presbyterum ea facultas habere non permittit, vel diaconus inſtituatur. B Certè ſi minor eſt cenſus, oſtiarius à ſacerdote ſit electus, qui nitorem infra ſinus ſanctæ Eccleſiæ faciat; qui & ſanctarum reliquiarum luminaria omni ſubſequenti nocte accendat.] Nota eſt etiam apud eruditos antiqui lucernarij memoria, de qua in Concilio Toletano. I. [f] Lucernarium vocabant veſpertinum officium, quòd eo tempore lucernæ accenderentur. Diuus Chryſoſtomus [g] ad Solis occaſum (ait) quod etiam lucernarium appellamus, orandum, ſcilicet, quia tum ob Dei tranſitum Deo gratias agimus. Iſidorus. [h] [Poſt Tertiam, Sextam, Nonam, in veſpertinis officiis, primo lucernarium, deinde pſalmi duo, reſponſorius vnus, & laudes, & hymnus, atque oratio dicenda eſt.] Hinc horam vndecimam & vltimam diei vocat lucernariam Ioannes Caſſianus: [i] lucernalem gratiarum actionem D. Baſilius, [k] quæ ea hora Deo reddebatur: pſalmos lucernales D. Epiphanius: quòd ſanè Patres Hiſpani minimè decreuiſſent ſine aliqua ſaltem antiqui iuris reuocatione, ſi Concilium Hiſpanicum Illiberitanum luminaria Eccleſiæ interdixiſſet: à quo non interdicta modò, ſed tacito, quinimo expreſſo conſenſu approbata, ex canone [l] inſequenti conabor adſtruere: in quo ſpecialiter energumeni prohibentur accendere in Eccleſia publicè luminaria: quæ ſanè peculiaris energumenorum interdictio, contrarium Hiſpanicæ Eccleſiæ vſum, & generalem luminariorum facultatem ac pietatem probat. Nec Eccleſiæ modò cerei huius Concilij decreto non prohibentur, ſed nec cœmeteriorum, ſi cultus & pietatis ergo accendantur. Vigilantius enim hæreticus, etſi natione Gallus ex prouincia Narbonenſi, teſte Gennadio, [m] presbyter tamen Barcinonenſis, cum cereorum vſum ad cultum Martyrum adeò impugnare vellet, vt referente Hieronymo, [n] idololatras appellaret qui ad cultum Martyrum lumina accenderent; incredibile eſt, cùm machinas omnes vndecumque conquireret & huius canonis telum ad manum eſſet, illud tamen non auidè arripuiſſe, in quo tam erat firmum ſuæ cauſæ præſidium: conſcientia tamen dictante & ſtimulante, non aliam ob cauſam quam ob conſentientem cum orthodoxa fide doctrinam penitus ab eo abſtinuit. Non erit igitur pij & Chriſtiani hominis officium, calumniam imponere immerentibus, & de præclara hac Patrum noſtrorum religione peius Vigilantio velle mereri.

[c] *Concil. Toleta. 1 can 7.*

[d] *Conc. Bracaren can. 2. idem can.*

[e] *Conc. Toleta. 3 Reccaredo Anno 1 can. 2.*

[f] *Conc. Toletan. can. 9. Explicatur quid lucerna tum, quo in Conc. Tolet. 1. can. 9.*

[g] *D. Chryſo. in pſ 118.*

[h] *D. Iſido in regi monacher. cap. 6.*

[i] *Caſſian. lib. 3. inſtit cœnob. c. 3.*

[k] *D Baſil. de Spiritu ſancto ad Amphilo.*

[l] *Canone 37.*

[m] *Gennadius c.*

[n] *Hieron. cont Vigilantium.*

INQVIETANDI ENIM SANCTORVM ſpiritus non ſunt.

CAPVT TERTIVM.

E *Inquietari Sanctorum ſpiritus, quo alio ſenſu poßit intelligi.*

SI omnia mentis noſtræ, & cogitationis ſenſa liceat exprimere, fateor me aliquando excogitaſſe, illud ſolùm hic ab Hiſpanis Epiſcopis prohiberi, ne interdiu cerei in cœmeteriis à piis fidelibus incenderentur; ne lucentibus tot luminibus, Gentes de Martyrum ſepulchris redderentur certiores, indéque ſanctorum corpora abducerent, & clericorum ſpiritus maiori cuſtodiæ periculo & ſolicitudine vrgerentur, & inquietarentur, vt priſco Concilij verbo vtar. Olim enim ad conſeruandam Martyrum memoriam, & cuſtodiendas beatorum corporum reliquias, prudentia & pietate ſingulari maiores noſtri ſtatuerunt, vt clerici, antequam presbyteratus & diaconatus ordine inſignirentur, per aliquod tempus cœmeteriis Martyrum adhærerent, cuſtodeſque efficerentur ſanctorum corporum: quæ gentes illæ idololatræ non immanitate mi-

nùs, quàm religione barbaræ, assidua cura exquirebant, vt perderent, illustremque illorum memoriam (si fieri posset) aut obliuione obtuerent, aut flamma extinguerent, aut aquarum inundatione delerent. [o] Quinque annos huic sanctæ curæ & custodiæ præscripsisse Syluestrum Papam in Concilio Romano [p] refertur. [Hic (ait) inter cætera prædicta omnium consultu constituit in Synodo, vt sacrificium altaris non in serico panno, aut tincto quisquam celebrare præsumeret: sed in puro lineo ab Episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato atque contexto, sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone munda sepultum fuit; & si quis desideraret in Ecclesia militare, aut proficere: vt esset primùs ostiarius, deinde lector, & postea exorcista per tempora, quæ Episcopus constituerit; deinde acolytus annis quinque, custos Martyrum annis quinque, diaconus annis quinque, presbyter annis tribus, probatus ex omni parte.] Idem adnotauit Damasus [q] loquens de Syluestro. [Constituit (ait) nihilominus, vt si quis desideraret in Ecclesia militare, proficere, vt esset ostiarius annis decem, lector annis 10. (pro quo reponendum puto 3.) exorcista dies XXX. acolytus annis quinque, subdiaconus annis quinque, Martyrum custos annis quinque, diaconus annis septem.] Si ergo ostiarij, lectores, exorcistæ, subdiaconi, vt ad diaconatus & presbyteratus ordinem promoueri possent, custodes Martyrum in cœmeteriis esse debebant, & piam hanc custodiæ curam quinquennio impendere: meritò equidem fidelibus interdiu cereos in cœmeteriis incendere interdictum est, ne pietatis honorem, quem Martyribus fideles exhibere volebant, in sacrilegij contumeliam gentes conuerterent; vel sanctis Martyribus, vel sanctis custodibus vim iniuriamque inferentes. Hanc autem consuetudinem incendendi cereos noctu, ob metum Tyrannorum ad honorem Martyrum, & inibi sacra peragendi, olim obseruatam Prudentius [r] Hispanus docet in persona Præfecti tyranni ad Laurentium loquentis.

Soletis (inquit) conqueri,
Sæuire nos iusto amplius,
Cùm Christiana corpora
Plusquam cruentè scindimus.
Abest atrocioribus,
Censura feruens motibus
Blandè, & quietè efflagito,
Quod sponte obire debeas.
Hunc esse vestris orgiis
Morem, & artem proditum est,
Hanc disciplinam fœderis,
Libent vt auro antistites.
Argenteis scyphis ferunt
Famare sacrum sanguinem,
Auroque nocturnis sacris
Adstare fixos cereos.

Tum summa est cura fratribus
Vt sermo testacur loquax,
Offerre fundis venditis
Sextertiorum millia.
Addicta auorum prædia
Fœdis sub auctionibus,
Successor hæres gemit
Sanctis egens parentibus.
Hæc occuluntur abditis
Ecclesiarum in angulis,
Et summa pietas creditur
Nudare dulces liberos.

Non dissimili etiam proposito idola Gentilium infringere, canone LX. pœna proposita prohibuêre; quòd tametsi qui ea diruissent, heroicæ fortitudinis documentum darent, quia à Gentibus tamen occasio sumebatur, vel fideles maiori crudelitate persequendi, vel irruendi in templa sanctorum, ideo Christianis rem per se laudatissimam exequendi aditus intercluſus est.

Absoluto autem iam hoc opere, aliud ad me mittit Garcias Loaysa, & diligentiæ &

[o] *Theodoretus lib. 1. Restaur. lib. 3. hist. Eccles. c. 6.*
[p] *Cone. Rom. cuius epitome exstat 1. tomo Conciliorum*
[q] *Damasus in Pontificali in vita Syluestri PP.*
[r] *Prudentius in hymno de sancto Laurentio.*

Q1. Ms Lim bought 3 kg of sugar and 2 kg of flour for a total of $11. Mr Tan bought 2 kg of sugar and 3 kg of flour for a total of $12. Find the cost of 1 kg of sugar and the cost of 1 kg of flour.

Q2. Mrs Goh bought 4 pens and 3 pencils for a total of $9. Mr Ong bought 3 pens and 4 pencils for a total of $8.50. Find the cost of 1 pen and the cost of 1 pencil.

Q3. Ali bought 5 notebooks and 2 erasers for a total of $14. Ben bought 3 notebooks and 4 erasers for a total of $13. Find the cost of 1 notebook and the cost of 1 eraser.

Q4. Mrs Chua bought 2 kg of rice and 3 kg of noodles for a total of $15. Mr Lee bought 3 kg of rice and 2 kg of noodles for a total of $15.50. Find the cost of 1 kg of rice and the cost of 1 kg of noodles.

Q5. Mr Ong bought 4 kg of apples and 3 kg of oranges for a total of $22. Mrs Tan bought 3 kg of apples and 4 kg of oranges for a total of $21. Find the cost of 1 kg of apples and the cost of 1 kg of oranges.

Q6. Mrs Goh bought 4 pens and 3 pencils for a total of $9. Mr Ong bought 3 pens and 4 pencils for a total of $8.50. Find the cost of 1 pen and the cost of 1 pencil.

Q7. Ali bought 5 notebooks and 2 erasers for a total of $14. Ben bought 3 notebooks and 4 erasers for a total of $13. Find the cost of 1 notebook and the cost of 1 eraser.

Q8. Mrs Chua bought 2 kg of rice and 3 kg of noodles for a total of $15. Mr Lee bought 3 kg of rice and 2 kg of noodles for a total of $15.50. Find the cost of 1 kg of rice and the cost of 1 kg of noodles.

Q9. Mr Ong bought 4 kg of apples and 3 kg of oranges for a total of $22. Mrs Tan bought 3 kg of apples and 4 kg of oranges for a total of $21. Find the cost of 1 kg of apples and the cost of 1 kg of oranges.

Q10. Mrs Goh bought 4 pens and 3 pencils for a total of $9. Mr Ong bought 3 pens and 4 pencils for a total of $8.50. Find the cost of 1 pen and the cost of 1 pencil.

Q11. Ali bought 5 notebooks and 2 erasers for a total of $14. Ben bought 3 notebooks and 4 erasers for a total of $13. Find the cost of 1 notebook and the cost of 1 eraser.

Q12. Mrs Chua bought 2 kg of rice and 3 kg of noodles for a total of $15. Mr Lee bought 3 kg of rice and 2 kg of noodles for a total of $15.50. Find the cost of 1 kg of rice and the cost of 1 kg of noodles.

Q13. Mr Ong bought 4 kg of apples and 3 kg of oranges for a total of $22. Mrs Tan bought 3 kg of apples and 4 kg of oranges for a total of $21. Find the cost of 1 kg of apples and the cost of 1 kg of oranges.

Q14. Mrs Goh bought 4 pens and 3 pencils for a total of $9. Mr Ong bought 3 pens and 4 pencils for a total of $8.50. Find the cost of 1 pen and the cost of 1 pencil.

Q15. Ali bought 5 notebooks and 2 erasers for a total of $14. Ben bought 3 notebooks and 4 erasers for a total of $13. Find the cost of 1 notebook and the cost of 1 eraser.

Q16. Mrs Chua bought 2 kg of rice and 3 kg of noodles for a total of $15. Mr Lee bought 3 kg of rice and 2 kg of noodles for a total of $15.50. Find the cost of 1 kg of rice and the cost of 1 kg of noodles.

Q17. Mr Ong bought 4 kg of apples and 3 kg of oranges for a total of $22. Mrs Tan bought 3 kg of apples and 4 kg of oranges for a total of $21. Find the cost of 1 kg of apples and the cost of 1 kg of oranges.

Q18. Mrs Goh bought 4 pens and 3 pencils for a total of $9. Mr Ong bought 3 pens and 4 pencils for a total of $8.50. Find the cost of 1 pen and the cost of 1 pencil.

Q19. Ali bought 5 notebooks and 2 erasers for a total of $14. Ben bought 3 notebooks and 4 erasers for a total of $13. Find the cost of 1 notebook and the cost of 1 eraser.

Q20. Mrs Chua bought 2 kg of rice and 3 kg of noodles for a total of $15. Mr Lee bought 3 kg of rice and 2 kg of noodles for a total of $15.50. Find the cost of 1 kg of rice and the cost of 1 kg of noodles.

Q21. Mr Ong bought 4 kg of apples and 3 kg of oranges for a total of $22. Mrs Tan bought 3 kg of apples and 4 kg of oranges for a total of $21. Find the cost of 1 kg of apples and the cost of 1 kg of oranges.

Q22. Mrs Goh bought 4 pens and 3 pencils for a total of $9. Mr Ong bought 3 pens and 4 pencils for a total of $8.50. Find the cost of 1 pen and the cost of 1 pencil.

Q23. Ali bought 5 notebooks and 2 erasers for a total of $14. Ben bought 3 notebooks and 4 erasers for a total of $13. Find the cost of 1 notebook and the cost of 1 eraser.

Q24. Mrs Chua bought 2 kg of rice and 3 kg of noodles for a total of $15. Mr Lee bought 3 kg of rice and 2 kg of noodles for a total of $15.50. Find the cost of 1 kg of rice and the cost of 1 kg of noodles.

Q25. Mr Ong bought 4 kg of apples and 3 kg of oranges for a total of $22. Mrs Tan bought 3 kg of apples and 4 kg of oranges for a total of $21. Find the cost of 1 kg of apples and the cost of 1 kg of oranges.

Q26. Mrs Goh bought 4 pens and 3 pencils for a total of $9. Mr Ong bought 3 pens and 4 pencils for a total of $8.50. Find the cost of 1 pen and the cost of 1 pencil.

Q27. Ali bought 5 notebooks and 2 erasers for a total of $14. Ben bought 3 notebooks and 4 erasers for a total of $13. Find the cost of 1 notebook and the cost of 1 eraser.

Q28. Mrs Chua bought 2 kg of rice and 3 kg of noodles for a total of $15. Mr Lee bought 3 kg of rice and 2 kg of noodles for a total of $15.50. Find the cost of 1 kg of rice and the cost of 1 kg of noodles.

Q29. Mr Ong bought 4 kg of apples and 3 kg of oranges for a total of $22. Mrs Tan bought 3 kg of apples and 4 kg of oranges for a total of $21. Find the cost of 1 kg of apples and the cost of 1 kg of oranges.

Q30. Mrs Goh bought 4 pens and 3 pencils for a total of $9. Mr Ong bought 3 pens and 4 pencils for a total of $8.50. Find the cost of 1 pen and the cost of 1 pencil.

Q31. Ali bought 5 notebooks and 2 erasers for a total of $14. Ben bought 3 notebooks and 4 erasers for a total of $13. Find the cost of 1 notebook and the cost of 1 eraser.

Q32. Mrs Chua bought 2 kg of rice and 3 kg of noodles for a total of $15. Mr Lee bought 3 kg of rice and 2 kg of noodles for a total of $15.50. Find the cost of 1 kg of rice and the cost of 1 kg of noodles.

Q33. Mr Ong bought 4 kg of apples and 3 kg of oranges for a total of $22. Mrs Tan bought 3 kg of apples and 4 kg of oranges for a total of $21. Find the cost of 1 kg of apples and the cost of 1 kg of oranges.

Q34. Mrs Goh bought 4 pens and 3 pencils for a total of $9. Mr Ong bought 3 pens and 4 pencils for a total of $8.50. Find the cost of 1 pen and the cost of 1 pencil.

Q35. Ali bought 5 notebooks and 2 erasers for a total of $14. Ben bought 3 notebooks and 4 erasers for a total of $13. Find the cost of 1 notebook and the cost of 1 eraser.

Q36. Mrs Chua bought 2 kg of rice and 3 kg of noodles for a total of $15. Mr Lee bought 3 kg of rice and 2 kg of noodles for a total of $15.50. Find the cost of 1 kg of rice and the cost of 1 kg of noodles.

Q37. Mr Ong bought 4 kg of apples and 3 kg of oranges for a total of $22. Mrs Tan bought 3 kg of apples and 4 kg of oranges for a total of $21. Find the cost of 1 kg of apples and the cost of 1 kg of oranges.

Q38. Mrs Goh bought 4 pens and 3 pencils for a total of $9. Mr Ong bought 3 pens and 4 pencils for a total of $8.50. Find the cost of 1 pen and the cost of 1 pencil.

Q39. Ali bought 5 notebooks and 2 erasers for a total of $14. Ben bought 3 notebooks and 4 erasers for a total of $13. Find the cost of 1 notebook and the cost of 1 eraser.

Q40. Mrs Chua bought 2 kg of rice and 3 kg of noodles for a total of $15. Mr Lee bought 3 kg of rice and 2 kg of noodles for a total of $15.50. Find the cost of 1 kg of rice and the cost of 1 kg of noodles.

carnaſſeus. [c] Solebant primi Chriſtiani (quemadmodum hodie in vigilia Natiuitatis Dominicæ) veſpera dici feſti, in orationibus pernoctare. D. Baſilius [u] Magnus. [Iam inde ex media nocte venientes ad ſacrum Martyrum templum, Deum ipſum Martyrum per hymnos laudantes, ſuſtinuiſtis vſque ad hanc diem noſtrum aduentum exſpectantes: vobis quidem igitur, & ſomni & quietis, quæ in honorem Martyrum & Dei adorationem impendiſtis, præſto eſt merces.] Et ad clericos ſcribens Eccleſiæ Neocæſarianæ, formulam hanc vigilandi & ſurgendi antelucano tempore, & eundi ad Eccleſias & inibi pſallendi, communem fuiſſe Ægyptiis, Libyis, Thebæis, Paleſtinis, Arabibus, Phœnicibus, Syris & his qui ad Euphratem habitant, tradit. Ante Baſilium Tertullianus [y] huius conſuetudinis meminit: [Quis enim ſinat coniugem ſuam viſitandorum fratrum gratia vicatim aliena & quidem pauperiora quæque tuguria circuire? quis nocturnis conuocationibus (ſi ita oportuerit) à latere ſuo libenter feret?] Et poſt alia: [Latebis ne tu cùm lectulum, cùm corpuſculum tuum ſignas, cùm aliquid immundum flatu expuis, cùm etiam per noctem exurgis oratum?] Ab initio naſcentis Eccleſiæ eundem quoque morem diſertè Plinius Iunior [z] adnotauit, ſcribens ad Traianum Imp. [Affirmabant autem (inquit loquens de Chriſtianis) hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ vel erroris, quòd eſſent ſoliti ſtato die ante lucem conuenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere, ſecum inuicem, ſéque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere.] Cyrillus Hieroſolymitanus, [a] [Nocte (ait) ad ſapientiam nihil commodius, hac enim perſæpe, de Deo cogitamus, lectioni, contemplationi diuinarum ſcripturarum vacamus, pſallitur, oratur,] huius nocturnæ orationis ſiue vigiliarum fructus nemo doctiùs & elegantiùs Ambroſio [b] in Pſalmo CXVIII. verſiculo media nocte ſurgebam. [Addidit (inquit) media nocte ſurgebam, docens te, ſurgendum eſſe media nocte. Nec ocioſum eſt, quod adiunxit: Ad confitendum tibi, hoc eſt, vt illo maximè tempore deprecari Deum, & propria debeamus deflere peccata: nec ſolùm præteritis veniam poſtulare ſed etiam præſentia declinare, futura cauere. Multa enim illo in tempore tentamenta proſerpunt. Tunc feruet carnis illecebra, tunc tentator illudit, concoquitur cibus, potuſque digeritur, ſtomachus æger, mens ſomnolenta, animus occupatus eſt. Itaque aut quieſcenti calor corporis augetur, aut vigilanti non dum plenior refuſus eſt vigor, qui errorem cauere poſſit incurſus. Tunc igitur tentator aſſiſtit, tunc retia iacit, quibus turbare poſſit mentem improuidam. Tunc ſpirituales nequitiæ tenebras offundunt, tunc omne nefas ſuadere contendunt, quando nullus arbiter culpæ, nullus criminis conſcius, nullus poteſt eſſe erroris teſtis. Tunc varias diſceptationes pectori dormitantis infundunt, vt primo de ſtatu mentis deiiciant reluctantem, & aliquorum qui ſancti habentur, proponatur exemplum, quod illi aliquando deliquerint, ſed poſteà veniam ſint adepti, & texerint ſuperiora delicta. Nam etſi omnem emendationem noſtri inimicus exoſus ſit, tamen ad tempus, vt ſobriæ mentis virum poſſit elidere prætendit futuram indulgentiam: vt præſentia peccata perſuadeat: & cùm impulerit aliquem ad erroris aſſenſum, ſi viderit eum iam non amore virtutis à culpa, ſed pœnæ contemplatione reuocari, inſerit varias diſceptationes, vt dicat ſibi. Quis me videt? & tenebræ circundant me, & parietes: quem vereor? non videt Altiſſimus, non ad eum peccata noſtra perueniunt; non dignatur ſpectare quæ turpia ſunt. Hæc vtique vſu exemploque cognoſcimus. Nemo enim poteſt eſſe expers tentationis. Itaque vt tempus habile hoc tentamentis, ita etiam tempus eſt pœnæ, quod ex lectione diuina poſſumus edoceri. Non enim ocioſe Dominus Deus noſter, cum poſſet quocunque momento primitiua Ægyptiorum extinguere, hoc tamen tempus dolore & luctui peccatoribus opportunius indicauit. Sic enim ſcriptum eſt: Quia media nocte primogeniti Ægyptiorum ab exterminatore ſint interempti. Ideóque ſanctus Moyſes Propheta, vt hoc præueniret tempus, ac ſine Hebræorum fraude tranſiret, agnum ante immolauit: hoc eſt veſperi, vt manducantes eum, & Paſcha Domini celebrantes, non occuparentur exterminatoris inſidiis, ne inermes & vacuos ſpiritalis alimenti nocturna ſpicula tenebroſi hoſtis opprimerent.]

Harum originem in nouo teſtamento à Chriſto repetit Concilium Aquiſgranenſe, [c] etſi in veteri Teſtamento, fuiſſe in vſu, his verbis demonſtret. Antiqua eſt vigiliarum deuotio, familiare bonum omnibus ſanctis, Eſaias denique Propheta exclamat ad Dominum dicens: De nocte vigilat ſpiritus meus ad te Deus, quia lux præcepta tua ſunt ſuper terram. Item Dauid & regio & prophetico ſanctificatus vnguento, ita canit: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Hoc namque tempore vaſtator angelus tranſiens, primogenita Ægyptiorum percuſſit: vnde & nos vigilare

[x] *Halicarnaſſeus lib. 2. Rom. antiqu. c.*
[u] *D. Baſilius in pſal. 114.*
[y] *Idem in epiſt. 63. ad Clericos Eccleſiæ Neocæſar.*
[z] *Tertull lib. 2. ad uxorem cap. 4.*
[a] *Plinius Iunior in epiſt. ad Traian. lib. 10. epiſtolar.*
[b] *D. Cyril Hieroſo. Catechеſi. 9.*
[b] *D. Amb. in Pſal 118. in 8. ver. in media nocte ſurgebam.*
[c] *Conc. Aquiſgran. ſub Ludouico. ca. 130.*
Eſai. 26.
Pſal. 118

Digitized by Google

A vigilare oportet, ne periculo Ægyptiorum admiſceamur. Iiſdem etiam horis venturum ſe eſſe in Euangelio Saluator aſſeruit: vnde & ad vigilandum auditores ſuos exſuſcitans, dicit: Beati ſerui, illi quos, cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Et ſi veſpertina (inquit) hora venerit, & ſi media nocte, & ſi in galli cantu, & inuenerit eos vigilantes, beati ſunt ſerui illi. Itaque & vos eſtote parati, quia neſcitis, qua hora filius hominis venturus eſt. Siquidem nec verbis ſolùm docuit vigilias, ſed etiam confirmauit exemplo. Nam teſtatur Euangelium quia erat Ieſus pernoctans in oratione Dei. Paulus quoque & Silas in cuſtodia publica circa medium noctis orantes, hymnum audientibus cunctis, vincti dixiſſe memorantur: vbi repente terræmotu facto, & concuſſis carceris fundamentis, & ianuæ ſponte apertæ, & omnium vincula ſunt ſoluta. Vnde oportet his horis pſallendi, orandique frequentiam nos in ſanctis habere officiis, finemque noſtrum, vel ſi aduenerit ſub tali actu, expectare ſecuri. Eſt autem

B quoddam genus hæreticorum, ſuperfluas exiſtimantium ſacras vigilias, & ſpiritali opere infructuoſas, dicentium iura temerare diuina, qui noctem fecit ad requiem, ſicut diem ad laborem. Qui hæretici Græco ſermone Nyctazontes, hoc eſt ſomniculoſi vocantur.] Quæ accepit Concilium à D. Iſidoro [c] in libro de officiis Eccleſiæ, inquo hæc nocturna ſacra in vſu fuiſſe, poſterioribus temporibus ex Macrobio [f] conſtat. Cum verò plenam religionis inſtitutionem vt pleraque alia, hominum audacia, libido & impudicitia contaminaſſet, ideo Patres Hiſpani definierunt, ne fœminæ vnà cum viris noctu ad nocturnas preces dicendas conuenirent, ne cœmeteria, quæ Dei & ſanctorum Martyrum domus erant, in turpiſſima luſtra & lupanaria conuerterentur.

Quod quia pietatis regulis aduerſari cauſantur quidam, [g] illud obſeruabo, defunctorum corpora olim, non modò in Eccleſiis, ſed nec intra vrbem ſepeliri licuiſſe: quod primum à Solone inſtitutum, poſteaque in leges XII. tabularum tranſlatum refert Cicero: [r] idque Romæ obſeruatum ſemper eſt, his ſolum exceptis, qui triumphum

C egiſſent, vt eſt auctor Plutarchus: [s] quod ad reliquas ciuitates & prouincias conſtitutione Adriani extenſum ſcribit Vlpian. [t] Similem Antonini Pij conſtitutionem (forſan quòd ab Adriano eſſet adoptatus) refert Capitolinus: Intra vrbes (inquit) ſepeliri vetuit. Cùm autem tempore huius Concilij, Hiſpania Romanorum legibus ſubderetur, cogebantur Chriſtiani non modò alios Chriſtianos, ſed & Martyres etiam extra mœnia vrbis in cœmeteriis ſepelire: illa autem fuiſſe in locis ſubterraneis & loci natura ſubobſcuris refert D. Hieronymus. [u] [Dum eſſem (inquit) Romæ puer, & liberalibus ſtudiis erudirer, ſolebam cum cæteris eiuſdem ætatis & propoſiti, diebus Dominicis ſepulchra Apoſtolorum & Martyrum circumire: crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defoſſæ, ex vtraque parte ingredientium per parietes habent corpora ſepultorum; & ita obſcura ſunt omnia, vt propemodum, illud propheticum

D compleatur: Deſcendant in infernum viuentes, & rarò deſuper lumen admiſſum horrorem temperet tenebrarum: vt non tam feneſtram, quàm foramen demiſſi luminis putes, rurſumque pedetentim acceditur, & cæca nocte circundatis illud Virgilianum proponitur.

Horror vbique, animos ſimul ipſa ſilentia terrent.]

Hæc Hieronymus. Similia de cœmeterio Cyriacæ in agro Verano poſito, hæc refert Prudentius. [x]

Haud procul extremo culta ad pomeria vallo,
Merſa latebroſis crypta patet foueis.
Huius in occultum gradibus via prona reflexis
Ire per anfractus, luce latente docet.
Primas namque fores ſummo tenus intrat biatu,
Illuſtratque dies limina veſtibuli.
Inde vbi progreſſu facili nigreſcere viſa eſt
Nox obſcura loci per ſpecus ambiguum:
Decurrunt celſis immenſa foramina tectis
Quæ iaciunt claros antra ſuper radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde receſſus
Arcta ſub vmbroſis atria porticibus.
Attamen exciſi ſubter caua viſcera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur abſentis per ſubterranea Solis
Cernere fulgorem, luminibuſque frui.

Si

Exod. 12.

Matt. 12.

Actor. 16.

[c] D. Iſidor. lib. 1. de officiis Eccleſiæ. cap. 22.

[f] Macrob. lib. 1 Saturnaliorum. c. 3.

[g] Quos ſupra retulimus. lib. 1. c. 4.

[r] Cicer. lib. 2. de legibus.

[s] Plutarch. in Problemat. Roman. quæſt. 79.

[t] Vlpianus in l. 3. §. diuus 2. de ſepulchro violato. Capitolinus in vita Antonini

[u] D. Hieron. ſuper Ezech. cap. 40.

Pſal. 50.

[x] Prudent. hym. 11

Si hominum improborum licentia, tempore intempeſtæ noctis, offuſa tenebrarum caligine, loci ſubterranei natura fauentibus ad ſolicitandos fœminarum animos, ad tentandam pudicitiam, ad vim quandoque inferendam audacior fit, non immeritò Epiſcopi noſtri diligentes, præclari & ſeueri honeſtatis pudicitiæque vindices, his virorum & fœminarum conuentibus aditum intercluſerunt, volentes mulierum pudicitiam & famam, & multorum oculis & clara Solis dieique luce cuſtodiri: quod multo antea prudenter ſatis à Romulo Romanæ reipublicæ inſtitutore & legiſlatore cautum eſt, dum nocturnas has mulierum cum viris non modo in agris, ſed intra vrbes ipſas in templis peruigilationes fieri vetuit, auctore Halicarnaſſeo: [7] quod non diplicuit Tullio, dum eandem Romuli legem inter ſuas retulit & probauit. In media Græcia Diagonda Thebanum lege perpetua hæc ſacra nocturna ſuſtuliſſe ibidem commemorat, ſubindicans Senatus conſultum quo anno ab vrbe condita D. LXVIII. COSS. SP. Poſthumio Albino, & Q. Martio Philippo ſacra nocturna nefandaque illa Bacchanalia, quæ in vrbe irrepſerant referentes, ſapientiſſimo Conſule SP. Poſthumio ſublata omnino fuiſſe; poſtea autem cum Magnentius Tyrannus illa reſtituiſſet, indigna viſa ſunt ſuo Imperio Conſtantio Imperatori à quo illa abolita ſunt. [2] [Aboleantur (ait in edicto ad Cerealem P. V.) ſacrificia nocturna Magnentio auctore permiſſa, & nefaria deinceps licentia repellatur. Dat. IX. Kalen. Decemb Conſtantio Auguſto VI. & Conſtat. Cæſ. II. COSS.] Quam conſtitutionem, etſi plerique ad nocturnas noſtras vigilias ſacras accommodauerint, veriùs eſt (vt indicat titulus Codicis, Theodoſiani de paganis ſacrificiis & templis, in quo exſtat) de paganorum ſacris intellexiſſe Magnentius enim impius ethnicuſque Tyrannus; qui victus à Conſtantij ducibus primùm eius matrem, deinde fratrem, poſtea vero ſeipſum occidit, eodem anno quo data eſt hæc Conſtantij lex, Conſtantino Auguſto VI. & Gallo Cæſa. II. COSS. vt traditum eſt à Nicephoro, [a] illa in gratiam Gentium impiè renouauit, ſed ſubſtulit religioſè Conſtantius Imperator citata ſuperiùs conſtitutione.

Difficile eſt tamen quod Altiſiodorenſis [b] Concilij canon decernit, vigilias enim omnes ſuſtuliſſe videtur, dum ait: [Omnino & inter ſupra dictas conditiones, vigilias quas in honore Domini obſeruant, omnibus prohibemus.] Cuius canonis ſententiam, vt difficultate expediamus, emendati vetuſti Codices MS. auxilium ferent, In editis Franciſci Iouerij & Carranzæ legitur, [in honore Domini obſeruant;] ſed in MS. (quod & retulit ex aliis Laurentius Surius in ſua collectione) nomen Martini additur, hoc autem ſi reliquis (vt par eſt) reſtituamus, agnoſcemus profectò illis non omnes vigilias ſimpliciter, nec vigilias Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſed Domini tantum Martini ſublatas: quòd veſpere illius dici, feſtiuitatis ſolemnibus inſolentiùs abuterentur, choreis, cantu, ludis & comeſſationibus turpiùs, quàm religioſiùs feſtum celebrantes, in vigiliis præcipuè nocturnis, quibus diſſoluti iuuenes ad Eccleſias accedentes honeſtatem & pudicitiam fœminarum tentarent, vanè & turpiter colloquerentur, ſtrepitus excitarent, occaſionemque tandem offerrent hi vt religionis cultus, qui Deo & ſancto eius tribuebatur, in graue ſcandalum & animarum pernicie m conuerteretur. Cui ſimilem tulit conſtitutionem Clemens Papa V. in Concilio Viennenſi, [c] [Nonnulli etiam (inquit) tam clerici, quàm laici, præſertim in feſtorum certorum vigiliis, dum in Eccleſiis deberent orationi inſiſtere, non verentur in ipſis earumque cœmeteriis choreas facere diſſolutas, & interdum canere cantilenas, ac multas inſolentias perpetrare, ex quibus Eccleſiarum & cœmeteriorum violationes, inhoneſta variaque delicta quandoque ſequuntur, & Eccleſiaſticum plerumque perturbatur officium, in diuinæ Maieſtatis offenſam, & aſtantium ſcandalum populorum.] Lectionem autem canonis Altiſiodorenſis addito verbo Martini, germanam eſſe, inde etiam coniicio, quòd canone XI. ſequenti forma exprimatur, quæ in celebranda Paſchæ vigilia obſeruari deberet. [Non licet (ait) in vigilia Paſchæ ante horam ſecundam noctis vigilias expediri; quia in illa nocte non licet poſt mediam noctem bibere; nec in Natali Domini, nec in reliquis ſolemnitatibus.] Quod Concilium decernere non potuerat, ſi iam canone V. qui præceſſerat, omnes generaliter vigilias Domini ſuſtuliſſet. At diuum Martinum, Dominum Martinum vocari in Gallia & Germania, obſeruo ex Concilio Turonenſi I. in principio. [Seuerino (inquit) viro clariſſimo Conſule ſub die XVIII. Kal. Decembris, cum ad ſacratiſſimam feſtiuitatem, qua Domini Martini receptio celebratur in ciuitate Turonorum, &c.] Et in canone XIII. poſt alia. [Et humilitatis noſtræ conſtitutio, vt adiuuante Domini miſericordia valeat cuſtodiri, ſancti ac Beatiſſimi ſacerdotis Domini Martini, quæ Deo accepta

[7] *Halicarnaſſ. li. 2. Roma. antiquit. Cicer. li. 2. de leg.*

[2] *Conſtant. Imper. in l. 5. C. Theod. ſ de ſacrificiis Paganorum.*

[a] *Nicephli. 9. c. 32.*

[b] *Concil. Altiſiod. can. 5.*

Explicatur can. 5. Conc. Altiſio.

[c] *Conc. Viennenſe in Clementina grauí de celebratione miſſarum.*

Diuum Martinum Dominum Martinum vocari in Gallia & Germania.

A accepta est obtinebit intercessio.] Et in Concilio Turonensi II. [d] [Item (inquit) pro reuerentia Domini Martini, vel cultu ac virtute id statuimus obseruandum.]

[d] *Conc. Turonsi. II can.* 19.

Sed aduersus hæc vrget canon III. eiusdem Concilij Altisiodorensis, quo generaliter, si non Christi, Sanctorum saltem vigiliæ omnes videntur sublatæ [Non licet(ait) compensas in domibus propriis, nec vigilias in festiuitatibus Sanctorum facere.]Eo tamen decreto, eius Concilij Patres aliò respexerunt,voluerunt enim non vigilias interdici Sanctorum,sed ne in domibus propriis eas fideles celebrarent, vt Galli tunc agere solebant, vetustum Eustachij monachi & Episcopi Sebastenæ errorem sectantes damnatum in Concilio Gangrensi, [c] vel antiquam Gentium vanitatem; quæ sacrificia & sacra apud arbores vel fontes exoluebãt:ad auferendam enim eã idololatriæ, hæreseos, & superstitionis omnis materiã,voluit vt conuentus(sic enim legi debet,nõ compensas) non faciant in domibus propriis Nec in eisdem domibus vigilias in Sanctorum celebritatibus agant,neque inter sentes aut arbores,ac riuos vel ad fontes vota exsoluant.Hanc autem fuisse eius Concilij mentem eo magis putarim, quòd statim subiunxerit, hæc omnia in Ecclesia solui, seu fieri debere: sed quicumque (ait) votum habuerit, in Ecclesia vigilet,& matriculæ ipsum votum aut pauperibus reddat. Antiquam autem hanc Galliæ siue consuetudinem siue corruptelam peragendi sacra extra Ecclesias in hortis vel domibus secularium Patres Concilij Parisiensis [f] docent, affirmantes Missam ipsam nedum vigilias satius esse non audire, quàm eam audire vbi non licet, nec oportet

[c] *Conc. Gangrensi can.* 5. *&* 6.

[f] *Conc. Parisiensi lib.* 1. *cap.* 47.

Antiquam autem hanc, vigilias agendi consuetudinem, monachi tantùm retinent. clerici autem in quibusdam solùm Ecclesiis Cathedralibus, quarum nonnullæ tentarunt aliquando, vt mediæ noctis tempus in matutinum transferretur, sed maior pars capituli, ne id constitueretur impedimento fuit, vt de Ecclesia Parisiensi refert Philippus Probus. [g] Quod si totius cleri & capituli consensus accederet, nec id iure effici posse, grauibus nostri temporis auctoribus placuit, quod Conciliorum decretis statutum sit, singula officia suis temporibus peragenda decernentibus: quibus Conciliorum decretis minores prælatos & capitula derogare posse negant: ni antiqua consuetudine Pontificum consensu vel taciturnitate adprobata receptum sit. Hac enim potissimùm de causa improbandum non videtur, quod vel Pontificum gratia, vel inueterata consuetudine apud pleraſque Ecclesias receptum est, vt vigiliæ quarta vigilia dicantur, diluculum est: id enim tempus ad orandum commodissimum esse inter pios omnes conuenit, quòd necessè non sit, post orationem finitam iterum cubitum ire, vt Cassianus [h] docet Idem esto de his horis dicendis, cùm adueſperascit, iudicium: quod moniales pleræque facere solent. Cùm verò hæ causæ non subsint, tempus præscriptum, præterire non licebit: quod olim à clericis adeò strictè obseruari voluerunt Patres, vt si infensa corporis illi valetudine non impedirentur, septem dierum excommunicatione feriendos, decreuerint, si his horis abessent. [Clericus(ait Concilium Veneticum [i]) quem intra muros ciuitatis suæ manere constiterit, & matutinis hymnis, sine probabili excusatione ægritu linis inuentus fuerit desiisse, septem diebus à communione habeatur extraneus; quia ministrum sacrorum, eo tempore quo non potest ab officio suo, vlla honesta necessitas occupare, fas non est à salubri cessare.] Huic aliam pœnam adiecerat antea Concilium Carthaginense [k] IV. [Clericus(ait)qui absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendiis priuatus excommunicetur: stipendia(vt id obiter notemus ad probandam earum distributionum, quæ hodie in Ecclesiæ vsu sunt, antiquitatem) clericis vel canonicis residentibus olim tribui hinc liquet: à laicis autem vigilias has minimè celebrari, sed earum loco ieiunium institui, pridie cuiuscumque festi celebris, antiquis Patribus placuit; indeque manauit, vt vigiliarum, ideſt huius officij nomen ipsi diei & ieiunio inderetur; quod perinde ac quadragesimale obseruatur: solam sanctæ Christi natiuitatis noctem excipio, in qua fideles omnes ad vigilias celebrandas, in Ecclesiam conuenire, antiquum est; sed vtinam antiqua religione & reuerentia.

[g] *Philippus Probus in Pragmatica Sanctione. c.* 1. *de celebratione missarum. Clementina* 1. *eiusdem tit.*

[h] *Cassianus de institut. cœnobiorum lib.* 2. *c.* 12.

[i] *Conc. Venetense can.* 14.

[k] *Conc. Carthag.* 4. *can.* 49. *& Gelasius Pap. in Eleutherium* 92. *distinctione.*

Distributiones quotidianas qu canonicis residentibus solent antiquas in re pre bari.

COMMENTARII NOVI.

MVlierum vigilias prohibet. Idem nostris temporibus,propter eamdem rationem, in Tolet. Conc. primo post Trident. decretum fuit,ficuti ab ea ratione in Concilio Altisiod. *can.* 5. prohibentur. GARCIAS LOAYSA.

Multi in sepulchris Martyrum curabantur, multaque alia fiebant miracula quorum causa ad eadem sepulchra dies, noctesque

Ferd de Mendoza.

ctesque morabantur. Tertulliani quoque ætate, velante Tertullianum tantus ad ipsa Martyrum sepulchra Christianorum fiebat concursus, vt ea re indignati Gentiles, areas Christianis eriperent, hoc est loca vbi corpora Martyrum deponerentur, *areæ Christianorum non sint, areæ earum non fuerunt, merces enim suas non egerunt* ad Scapulam. ALBASPINÆVS

Vigilias, & pernoctationes orandi gratia fuisse vsitatas etiam in lege veteri aliqui probant ex *lib.*1. Reg. *c.*15. *v.*25. *cap.*26. Isaiæ *vers.*12. Psalm.101. *num.*10. & in lege gratiæ ex *cap.*2. Lucæ *vers.*16. *& c.*6. *vers.*8. *ex* D. Paul.2. *ad Corint. cap.*6. *v.* 17. Cæterum hæc omnia Sacræ Paginæ testimonia, etsi probent vigilias particulares in propriis domibus, & cubiculis non tamen suadent vigilias publicas in Ecclesia faciendas conuenientibus fidelibus, vt tota nocte vel maiori ex parte peruigilent in Oratione, & Canticis: earum vestigium apparet *cap.*6. Iudith *vers.*20. in illis verb. *conuocatus est populus per totam noctem ad Ecclesiam.* Propriè igitur vsus vigiliarum à primis Ecclesiæ sæculis repetendus est, cum enim illis temporibus ardor fidei, & spiritus feruor corda Christianorum incenderent, non solum clericos, sed etiam laïcos, vtriusque sexus ad vigilias pariter surrexisse, & ferè per totam noctem Martyrum memoriam orationibus, vigiliis, & canticis celebrasse, & in eorum venerationem antelucano tempore torpore lecti spreto exurgentes stationes in Ecclesiis tenuisse, vsque dum corpus Domini sacrificio Missæ peracto sumerent id facile constat, siquidem de his vigiliis crebra mentio extat in *c.Clericus c. Eleutherius c. fin.* 61. *dist.c. de his* 50. *dist. c. statuimus de consecr. dist.*4. *c.*1 *c.Consilium de obseru. ieiun.* Concil. Salegust. sub Benedict.8.*c.*1. Senonensi *decret.* 7. *de ieiun.* Gregor. Nysseno de vita S. Macrinæ: *cum nocturna vigilatio, vt in Martyrum celebritate canendi Psalmos perfecta esset ad crepusculum, multitudo Psalmorum decantationem fletibus interpellabat*, & oratione 40. in Martyres, & cum peruigilium obiretur in horto vbi etiam Sanctorum reliquiæ honorabantur Psalmis ex D. Cypriano *tract. de oration. Domin.* qui eas probat exemplo Annæ Prophetissæ, & Christi ex Nazianzeno *orat.* 31. *de Pasch.* D. Hilario in *Psalm* 118. D. Ambros. *in eumdem Psalm. & serm.*60. *& epist.*82. *&* 85. *& lib.*7. *in Lucam cap.* 1. *& de Abraham. C. vult.* qui S. Doctor eas non sustulit vt falso asseruit author sermonum ad Patres in eremo, qui perperam tribuuntur D. August. vt constat ex *lib.*9. *confession. ipsius cap.*7. vbi refertur sanctam Monicam matrem ipsius Doctoris cum D. Ambros. Mediolani eas celebrasse. Ex Cassiodor. lib.5. tripart. *erat*, inquit, *iam nox, & aliqui populorum ad vigilias venerãt, expectabatur futura diei collectio*, Chrysostomo *homil.* 19. *in Genes. Et idcirco fideles, & ieiunium intendunt, & vigilias, & pernoctationes sacras & eleemosynas faciunt.* Eas piè, & deuotè obseruarunt, & exemplo commendarunt Leo primus *serm.* 1. 2. cum sequentibus Gregor. Magn. vt patet ex *lib.*4. *epistol. ipsius c.*12. S. Paulinus *natal.*7. S. *Felicis.*

Ex illa modo nocte diem cadit annus in istam:
Nostis enim mores vt ieiunare solemus
Ante diem, & serò libatis vespere sacris
Quisque suas remeare domos, tunc ergo solutos
Cœtibus à templo Domini postquam data fessis
Corporib. requies, sũpta dape capimus hymnos
Exultare Deo, & Psalmis producere noctem.

Et adhuc temporibus Sidonij vigilias in vsu fuisse constat ex eius *epist.*17. *lib.*5. vbi agit de vigiliis factis ad sepulchrum S. Iusti: *conueneramus*, ait, *ad S. Iusti sepulchrum, sed tibi infirmitas impedimento ne tunc adesses, processio fuerat antelucana, solemnitas anniuersaria, populus ingens sexu ex vtroque, quem capacissima Basilica non caperet, & quamlibet cincta diffusis cryptæ porticibus: cultu peracto vigiliarum, quas alternante multitudine monachi, clericique Psalmicines concelebrauerant, quisque in diuersa secessimus, non procul tamen, vt potè ad tertiam præsto futuri cum Sacerdotibus res diuina faciendæ.* Aliorum Patrum testimonia referunt, plura de his vigiliis adducentes Crespecius *in summ. verb. vigilia*, Francol. *de horis canon. c.*2. Baron. *anno* 51. *&* 590. *& in martyrol. die* 5. *Ianuar.* Couar. *lib.*4. *var. c.*19. *num.*10. Barbos. *lib.*2 *iuri. Eccles. c.*12. *num.* 23. Landmet. *lib.*2. *de veteri mon. c.*181. A. August. *lib.*21. *tit.*27. Vicecomes *de vitibus Missæ lib.*1. *c.*26. Kochier *in fast. hist. cent.*2. *c.*75. cum duobus sequent. Pamel. *in not. ad Cyprian. epist.*41. Georg. Ambian. ad Tertull. *de ieiun. c.*10. *obser* 1. & 2. Dorleans *in not. ad Tacitum lib.*15. *fol.*799. Valesius *in not. ad Marcel. lib.*14. *fol.*10. D F. de Amaya *in l.*2. *C. ne fiscus lib.* 10. I. Dart. *de pœnis. cap.*22. Vigiliæ autem diuidebantur in quatuor partes æquales, quæ communi nomine dicebantur vigiliæ, ita vt quælibet pars per tres horas duraret, & prima pars, prima vigilia dicebatur, & sic deinceps D. Hieronym. *epist.*139 D. Isidorus *lib.*1. *de Eccles. offic. cap.*19. quæ partitio vigiliarum à militaribus excubiis originem, & nomen habuit, nam in militia Castrensi ita vigilias diuidi constat ex Cicer. *lib* 3. *epist.*7. Cæsare *lib.*1. *de bello Gallico*, Vegetio *lib.*3. de re milit. *c.*8. ibi: *de singulis centuriis quaterni equites, & quaterni pedites, qui excubitu noctibus faciunt eliguntur, & quia impossibile videbatur in speculis per totam noctem vigilantes singulos permanere, ideo in partes ad clepsydram sunt diuisæ vigiliæ, vt non amplius, quam tribus horis nocturnis necesse sit vigilare*: licet enim fideles ad vigilias in Ecclesia consisterent, non tamen omnes simul, sed diuisim secundum vigilias noctis, vt exponunt D. Thomas *in epist.*1. *ad Corinth. cap.*14. *lect.*6. I. Veletus *in ration. diuin. officior. cap.* 20. Durantius *eod. tract. lib.*5. *cap.*3. vltimæ autem vigiliæ, vbi preces antelucanæ recitabantur, omnes adesse debebant, vt refert Francolinus *supra c.* 1.

Etiam sciendum est, eam fuisse erga cœmeteria veterum pietatem, vt statos illic conuentus haberẽt, & noctes aliquando integras, decantandis Martyrum laudibus, Deóque in eorum memoriam adorando transigerent. Vndè mysteria sacramentorum, & quæcumque sacræ functiones in eis celebrarentur, Clemens in constitut. lib. 6. cap. vltim. *Conuenite in cœmeteria ad legendum sacros libros, & psallendum, hymnos pro mortuis Martyribus, & sanctis omnibus, qui sunt à sæculo*

A B C D E

A *le defuncti.* Ac *pro fratribus veſtris, qui in Domino mortui ſunt, & Euchariſtiam Deo acceptam antitypon, id eſt ſacramentum regalis corporis veſtri, offerte in Eccleſiis veſtris, & in cœmeteriis*, Caſſiodor. lib. 5. tripart. c. 3. *Populus ieiunans eſt egreſſus ad cœmeterium orationis cauſa.* Quarè cum Imperatores noſcerent conuentus Chriſtianorum in cœmeteriis fieri, ſolemnibus edictis prohibuerunt, ne cœmeteria à Chriſtianis adirentur, Pontius Paulinus *in actis paſſionis Cypriani* de Valeriani edicto contra Chriſtianos loquens, *iuſſum eſt, vt nulla conciliabula faciant, neque cœmeteria ingrediantur.* Euſebius *lib. 7. hiſt. c.* 10. ſcribit, inter cætera ab Æmiliano Præfecto Alexandriæ interdictum fuiſſe Dionyſio Epiſcopo, Fauſto, Marcello Chœremoni, ne cœmeteria

B ingrederentur: ſic enim habet ſententia in eos prolata: *in hac ciuitate non erit liberum vobis verſari: ſed eritis relegati in parte Libya in locum videlicet, qui Cephro nuncupatur, neque vſquàm omninò, vel vobis, vel aliis quibuſque poteſtas erit, aut celebrandi conuentus, aut in ea, quæ appellantur cœmeteria ingrediendi.* Ita etiam Tertull. ereptam Chriſtianis ſepulchrorum libertatem queritur, ſed eius ſæuitiæ vltorem Deum adfuiſſe immiſſa nempè ſterilitate. *Doleamus*, inquit, *neceſſe eſt quod nulla ciuitas impunè latura ſit ſanguinis noſtri effuſionem, ſicut ſub Hilariano Præſide, cùm de arcis ſepulturarum noſtrarum acclamaſſent, Areæ non*

C *ſint; Areæ eorum non fuerunt, Meſſes enim ſuas non egerunt.* Vbi alludit Tertullianus ad nomen *Areæ* quod & locum vbi teruntur frumenta, fruges verberantur, & ſepulchra etiam Chriſtianorum ſignificat, cœmeteria enim dicuntur *Areæ*, tumbæ, Catatumbæ, Cryptæ, Arenariæ, &c. notarunt Spondanus *de cœmeter. lib. 1. p. 3. c. 13.* Fuſtelus *in not.* ad *Canones Eccl. vniuerſ. fol.* 200. Lemaiſtre *de bonis Eccleſiaſt. lib. 1. c. 15.*

D His ita prælibatis inſurgit præſentis Canonis difficultas, cuius ſententiæ aperto Marte opponitur *D. Hieron.* aduerſ. Vigil. *c.* 4. in illis verb. *Error autem iuuenum, & viliſſimarum mulierum non eſt religioſis hominibus imputandus, quia & in vigiliis Paſchæ tale quid fieri plerumque conuincitur, & tamen pauperum culpa non præiudicat religioni, quia & abſque vigiliis poſſunt errare, vel in ſuis, vel in alienis domibus. Apoſtolorum fidem Iudæ proditio non deſtruxit, & noſtras ergo vigilias malè aliorum vigilia non deſtruunt*; & licet in *can.* 5. Concil. Altiſiod. prohibeãtur vigiliæ in honorem D. Martini, quia cum choreis, & comeſſationibus fiebant,

E vt exponit Mendoza hic, & nos infra dicemus, non tamen in eodem Concilio vigiliæ abſolutæ damnantur, imò etiam indicuntur in *can. 3. & 11.* eiuſd. Concil. igitur non rectè PP. Hiſpanici abſolutè inhibent fœminis in cœmeteriis peruigilare: huius Canonis ſententia facile percipitur, ſi obſeruetur PP. non prohibere fœminas peruigilare in Eccleſiis, ſed in cœmeteriis, in quibus facilè latenter ſcelera inhoneſta committebantur, cœmeteria enim erant ſubterranea, & valdè obſcura, vt conſtat ex Iconibus exaratis ad Antonio Boſio *tom. 2. Rom. ſubterranea* per totum, ideo cum propter loci opportunitatem latenter ſcelera cum fœminis perpetrarentur, vt ex D. Hieronymo relato à Mendoza conſtat, ideo PP. vetuerunt fœminas in cœmeteriis peruigilare, rationem reddẽtes, quia ſæpè ſub obtẽtu orationis ſcelera latenter committebantur, quo etiam ſpectat admonitio Chryſoſtomi lib. 3. de Sacerdot. *Virginibus interdici debere pompas funebres, & publica peruigilia: quoniam nouit ingenioſiſſimus Diabolus, per bona opera ſuum virus diſſeminare.* Vndè Eccleſia ſequentibus ſæculis honeſtatis cauſa in totum ſuſtulit vigilias ieiuniis inſtitutis ac ſubrogatis, quæ ſanctorum vigilias appellamus, antiquarum vigiliarum nomine tantum retento, quod teſtatur Bapt. Mantuan. in Febr. ſequentib. verſ.

Id quoq; nam ſcitu locus eſt digniſſimus addam
Quod noſtri in templis atauı vigilare ſolebant
Excubiaſq; pati, ſolemnia manè ſequenti
Feſta recepturi; morem noua ſuſtulit ætas.
Nã quia nox ſceleri ſolet eſſe occaſio, & illud
Obſeruant, qui furta volunt committere, tẽpus,
Ieiunare diem, viſum eſt ſapientius, illam
Quæ prait, & clauſo noctem dormire cubili.

Docuerunt Onufrius, Spondanus, & alij apud Barboſ *lib. 3. vot.* 103. *n* 40. Quæ interpretatio lepidè probatur, & illuſtratur ex vſu, & legibus Romanorum, apud quos vigiliæ etiam, & nocturna ſacrificia in vſu fuerunt Dionyſ. *lib.* 2. Heraclitus *epiſt. 2. ad Ennodorum*; ſed cũ fœminæ plerumque in eis vitiarentur teſtantibus Gellio lib. 2. noct. c. 23. ibi: *filias hominis pauperis in peruigilio vitiata eſt*, Plauto in prol. Aulular. *ibi: qui illam ſtupranit noctu Cereris peruigiliis*; & in Curcul. Veneri peruigilare nouiſti: prohibita fuerunt huiuſmodi nocturna ſacrificia l. duodecim tabul. his verb. concepta: *nocturna mulierem ſacrificia ne ſunto*, vbi Dion. Gothofred. litt. P. ex Dione interpretatur, ideſt nocturnas vigilias: nec hæc ſacrificia nocturna fœminarum reſtituit Magnentius Tyrannus in *l. 5. C. Theod. de pagan.* ſed alia ſacrificia paganorũ, quæ à Magis noctu fiebant, vt quem incantarent, interficerent, vel obnecterent, quæ iam S.C. ad legem Corneliam de Siccariis facto prohibita erant, Paulus *lib. 5. ſentent. tit. 23. qui ſacra impia, nocturnaue vt aliquem obcantarent, deſigerent, fecerint, faciẽda ve curauerint, aut cruci ſuffigãtur, aut beſtiis obiiciantur l. ex S.C. 13. ff ad l. Cor. de ſicar.* De his ſacrificiis nocturnis agunt Imperatores in *l. 7.* C. Theodoſ. de pagan. in illis verbis: *ſi qui vetitis ſacrificiis diurnis, nocturniſque, vel vt veſanus, ac ſacrilegus, infernorum Conſultor* (Sic legendum eſt non *conſultorum*, vt in excuſis) &c. *l. 7.* C. de malef. & Mathem. *Ne quis deinceps nocturnis tẽporibus, aut nefarias preces, aut Magicos apparatus, aut ſacrificia funeſta celebrare conetur, delectum, atque conuictũ competenti animaduerſione mactare perenni auctoritate, cenſemus.* Plinius lib. 2. nat. hiſt. c. 28. *diras precationes, & ſceleratas preces.* Tacitus lib. 2. annal. *Carmina, & deuotiones, aliaque maleficia, quibus creditur animas Manibus infernis ſacrari*: quæ ſacrificia cum iam prohibita eſſent, Magnentius qui ſimulatè potiùs quam verè religioné Chriſtianam colebat, ſimul ac liberas nactus eſt habenas Imperij, proſcripta hæc ſacrificia reſtituit, vt referunt Baronius *anno* 350. Merillus *libro ſecundo cap.* 4. qui rectè de funeſtis ſacrificiis, ideſt Miſſis

defunctorum pro viuis dictis, vt ipsi èvita discebant, accepit Concil. Tolet. 17. can. 5. *Sacerdotes Missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro viuis studeant celebrare non ob aliud, nisi vt is, pro quo id ipsum offertur sacrificium ipsius sacrosancto libaminis interuentu mortis incurrat periculum: & quod cunctis datum est in salutis remedium, illi hoc peruerso instinctu quibusdam esse expetunt in interitum.*

Etiam huic pio, religioſoque vigiliarum vſui opponi ſolet text. in can. 5. Concil. Altiſiod. in illis verb. *Omninò, & inter ſupradictas conditiones vigilias, quas in honorem Domini obſeruant, omnibus prohibemus.* Sed reſtituto *Martini* nomine, quod vetuſtioribus in Codicibus reperitur, conſtat in eo canone non prohiberi vigilias in honorem Domini noſtri, quas obſeruare iubent PP. ipſius Concilij *in can.* 11. ſed tantum prohiberi vigilias Domini Martini. In veſpere enim illius feſtiuitatis fideles Galliæ choreis obſcœnis, & commenſationibus turpibus potiùs quam religioſis feſtum celebrantes, ebrietatibuſque tradebantur, iuueneſque cum fœminis turpiter colloquebantur; qui abuſus habuit ex pietate originem; contingit enim quandoque apud ſepulchrum S. Martini Turonenſis Epiſcopi vinum in vaſe quodam poſitum mirum in modum augeri mixtâ vnicâ gutta collecta ex ſepulchro ipſo, quo miraculo latè vulgato factum videtur, vt nomen S. Martini ſuper vinum inuocaretur, eoque modo benedictum ad inuicem in honorem ipſius ſancti propinatum potaretur. Vndè quod tunc pietas docuit, vſus prauus labefactauit, vt ſic non ex vino miracula, ſed ex luxu ebrietates prouenirent, referunt Gregor. Turon. *lib.* 5. *hiſt. Francor. c.* 21. Baronius *anno* 580. Vndè in d. *can.* 5. non abſolutè vigiliæ improbantur, ſed illæ tantum, quæ ex abuſu introductæ erant in honorem Domini Martini, ita ob eius magnam venerationem per vniuerſam Galliam appellati, quam interpretationem probarunt Yepes *tom.* 4. *chron. D. Benedict. anno Chriſti* 910. *c.* 2. Baſil. Legion. *q.* 2. *Scholaſt. c.* 2. *in expoſit. ipſius canon.* Lantmet. *lib.* 2. *de veter. Mon. c.* 61. Narbon. *in horograph. hor.* 11. *num.* 16.

Tandèm opponit, & exponit Mendoza canonem 3. ipſius Concil. Altiſiod. difficillimum: ſanè ideò rem non iucundam me facturum exiſtimaui, ſi eius ſingula verba, licet breuiter perſtringam, & veram interpretationem afferam: aiunt PP. *Non licet compenſas in domibus propriis, nec vigilias in feſtiuitates Sanctorum facere, nec inter ſentes, aut arbores ſacrinos, vel ad fontes vota exſoluere: ſed quicunque votum habuerit, in Eccleſia vigilet, & matricolæ ipſum votum, aut pauperibus reddat, nec ſubtilia aut pede, aut hominem lineo fieri penitus præſumat.* Sirmondus in eius notis *compenſas facere* legit A. Auguſt. *commeatus* vel *menſas*, quia moris erat olim Kalendis Ianuar. menſas erigere, Amianus Marcell. *lib.* 26. Alcuinus *c. de Kalend. Ianuar.* ibi: *nec non etiam menſulas plenas ad manducandum tota nocte paratas habebant, credentes quod Kalendis Ianuar. per totum annum præſtare poſſint.* Vndè cum *in can.* 1. ipſius Concilij improbarent PP. ſuperſtitioſas obſeruationes Kalendarum Ianuarij, & in hoc *can.* 3. hanc menſarum compoſitionem prohibuerunt. Aliter Baſil. Legionenſ. *q.* 2. *Scholaſt. c.* 2. verbum *compenſas* accipit, ideſt conuentus: adhuc tamen retinent lectionem *compenſos ſeu compenſas facere* Nicolaus Lemaiſtre *lib.* 1. *de decim. c.* 13. Ciron. *lib.* 2. *obſer. c.* 8. ſed in expoſitione verborum, & ſententiæ interpretatione non conueniunt, Lemaiſtre docet compenſas facere nihil aliud eſſe, quam ſerotinos cœtus habere, in quibus mulieres certum lanæ, aut ſtaminis penſum in votum ſancti alicuius nendo, texendove conficiunt, quod penſum ſubindè ſacris altaribus offertur, & hunc morem adhuc in aliquibus partibus Galliæ duraret, ipſe teſtatur. Cironius verò compenſos pro oblationibus recipit, quæ in domibus priuatis fiebant alicuius voti redimendi cauſa, in quibus de relictis Eccleſiis vigilias etiam ſanctorum tenebant; & oblationem, per quam votum redimebatur dici compenſam probat ex *c.* 58. *capitul. Ærald. Papiæ in lexico*, qui facere compenſam interpretatur, vicem reddere; qua vocis compenſæ acceptione retenta facile percipitur ſenſus illorum verborum *non licet compenſas in domibus propriis, nec vigilias in feſtiuitatibus Sanctorum facere*, ideſt non licet de relictis Eccleſiis vbi, vota ſoluenda erant, aut redimēda vel cōpenſanda, & vigiliæ in feſtiuitatibus ſanctorū obſeruandæ in domibus priuatis ea facere, vt Galli tunc agere ſolebāt, ve tuſtū Euſtachij monachi, & Epiſcopi Sauaſthæ ſectantes errorem, quē iam damnauerant PP. Concil. Gangrenſ. his verb. *Si quis docet domum Dei contemptibilem eſſe, & conuentus, qui in ea celebrantur, anathema ſit.* Et can. 6. *ſi quis extra Eccleſiam ſeorſim conuentus celebrat, & deſpiciens Eccleſiam, ea, quæ ſunt Eccleſiæ, voluerit vſurpare non conueniente Presbytero iuxta decretum Epiſcopi, anathema ſit.* Laodicen. c. 58. *Quod non oportet in domibus oblationem celebrare.* Concil. Pariſ. 1. can. 47. *ibi ſatius eſſe Miſſam ipſam, ne dum vigilias non audire, quam vbi non licet, nec oportet.* Anthiocheno ſub Iulio 1. *can.* 5. Carthag. 2. *can* 9 Matiſcon. 2. ſub Pelagio II. *can.* 10. Aquiſgran. 1. ſub Stephano 5. *can.* 84 Vormat. *can.* 65. Metenſ. ſub Arnulf. *can.* 5. Vndè vt hunc errorem à Græcis acceptum conueniendi intra domos proprias ad vota perſoluenda, & vigilias ſanctorum peragendas euellerent PP. ſtatuerunt, non licere compenſas nec vigilias ſanctorum in domibus facere; ſed quicunque votum habuerit in Eccleſia, vigilet, & ibi votum exſoluat. In hac igitur prima parte Canonis non prohibetur aliqua ſpecies idololatriæ, vt Baſilius *vbi ſupra* volebat, accipiens prædicta verba de conuentibus, & vigiliis intra domum propriam factis in obſequium, & venerationem idolorum: expreſsè enim agunt PP. de vigiliis SS. & de compenſis, quæ in Eccleſia ſolui, & reddi poterant, igitur nulla in his caſibus aderat idololatriæ ſuſpicio, ſed tantum contemptus Eccleſiarum, ſiquidem illis derelictis intra domum propriam vigilias ſanctorum tenebant, votaque exſoluebant.

Succedunt illa verba: *nec inter ſentes, aut arbores*

A *arbores ſacriuas, vel ad fontes vota exſolnere.* Quæ non ſolum redolent priſcam Gentilium ſuperſtitionem, verum, & antiquam Gallorum religionem, idololatriamque exprimunt. Solebant enim arbores ſublimi faſtigio in cœlum euectas quaſi venerandas diuinæ maieſtatis imagines ſacris honoribus colere. Solebant etiam tres candelas ad arbores, ſeu ad fontes ſuccendere, quo facto ſe numinis gratiam, ac fauorem emereri arbitrabantur, vbi etiam vota ſua exſoluebant, Concil. Agath. can. 6. ibi: *perſcrutandum eſt ſi aliquis vota ad arbores, vel ad fontes, vel ad lapides quoſdam, quaſi ad altaria faciat, aut ibi candelam, ſeu quodlibet munus deferat, veluti ibi quoddam numen ſit, quod bonum, aut malum poſſit inferre*; Arelat. 2. can. 3. *ſi in alicuius Epiſcopi territorio infidelis, aut facula accenderit, aut arbores, fontes, ſaxa veneretur, ſi hac eruere neglexerit, ſacrilegij ſe eſſe reum agnoſcat*, Concil. Brachar. 2. *can.* 21. Nannet. ſub Formoſ. *can.* 20. cuius verba refert Iuo Carnot. p. 1. decret. c. 38. *ſummo ſtudio decertare debent Epiſcopi, & eorum miniſtri, vt arbores Damonibus conſecratas, quas vulgus colit, & in tanta veneratione habet, vt nec ramum, vel ſurculum inde audeat amputare, radicitus exſcindantur, atque comburantur: lapides quoque, quos in ruinoſis locis, & ſylueſtribus, dæmonum ludificationibus decepti, venerantur, vbi & vota vouent, & deferunt, funditus effodiantur, atque in tali loco proiiciantur, vbi nunquam à cultoribus ſuis venerari* (aliàs *inueniri*) *poſſint.* In capitularib. Carol. *lib.* 1. *tit.* 64. ita cauetur; *item de arboribus, vel petris, vel fontibus vbi aliqui ſtulti luminaria, & alias obſeruationes faciunt*, & lib. 7. capitul. 236. *aut arbores, aut fontes, aut ſaxa venerantur*, & in legibus Longobar. lib. 2. tit. 38. legitur *ſimili modo ad arborem, quam ruſtici ſanguineum vocant, atque ad fontanas adoranerint*, vbi Lindembrogius legit *ſacriuum*, vt in d. *can.* 3. Concil. Altiſiod. Et Gallos magnoperè deditos fuiſſe huic lucorum cultui, conſtat ex Cæſare *lib.* 6. *de bello Gallic. c.* 5. quod Græcos etiam, præcipuè in Antiochenſi Prouincia, vbi erat celebris lucus Damnenſis eamdem ſuperſtitionem inualuiſſe conſtat ex Concil. Carthag. 5. *can. vlt.* ibi: *placuit ab Imperatoribus glorioſiſſimis peti, vt reliquiæ Gentilium non ſolum in ſimulacris, ſed in quibuſcumque locis, vel lucis, vel arboribus omninò deleantur.* D. Auguſt. ſerm. 241. de tempor. *quicumque in agro ſuo, aut in villa, aut iuxta villam aliquas arbores aut aras, vel qualibet fana habuerit, vbi miſeri homines ſoleant aliqua vota reddere*: de Germanis idem refert Tacitus de moribus German. *Lucos, ac nemora conſecrant, Deorumque nominibus appellant ſecretum illud, quod ſola reuerentia vident*, & lib. 14. annal. *luci ſacri ſuperſtitionibus ſacri.* Apuleius Apol. lib. 1. *nullum in villa eius delubrum, nullus locus, aut lucus conſecratus.* Tanta enim ſuperſtitione, præſertim Athenienſes lucos colebant, vt ſi quis, vel paruam ilicem exciditſet, vltimo ſupplicio damnaretur: l. 12. tabularum ita cauebatur de lucis: *conſtructa à parentibus delubra habento. Lucos in agris habento*, & nulla alia ratione, quam propter Lucorum religionem exſciſſionem arborum, ex luco Damnenſi prohibuerunt Imperatores in *l.* 1. *C. de cupreſ. ex luco lib.* 11. de quo accipiunt *text. in l. id quod 7. ff. de pericul. & commod.* Forcatul. *in tract. dial.* 1. *num.* 7. Plura de lucis & eorum ſuperſtitioſa veneratione congerunt Cerda ad Virgil. *lib.* 3. *Æneid.* ibi: *Auri ſacra fames.* Gutherus *lib.* 3. *de iur. Pontif. c.* 1. Cuiac. *lib.* 2. *obſer. c.* 13. Dempſterus ad Roſinum lib. 1. *antiquitat. Roman. de balneo Daphnidis fol.* 41. & Couar. *lib.* 4. *variar. c.* 7. & *de veter. num. collat. c.* 4. *num.* 3. Gregor. *lib.* 37. *ſyntagm. c.* 6. *num.* 12. & *lib.* 3. *c.* 20. Briſſon. *verb. Daphnes*, Cæſar. Coſta *var. iur. ambig. lib.* 1. *c.* 5. Rendella *de paſcuis c.* 1. Iſaac. Caſaubon. *in not. ad Capitolin. pag.* 140. *num.* 16. *verſ. in deliciis*; Stuchius *li.* 1. *antiq. conuiual. c.* 1. Salcedo *ad leges nouas recopil. in l.* 34. *tit.* 7. *lib.* 1. *recopil. anno* 71. Solorzano *lib.* 2. *de iure Indiar. lib.* 2. *c.* 4. *num.* 79. qui alios de more congeſſit, P. Fab. *lib.* 3. *ſemeſtr. c.* 4. F. Hierony. Roman. *in Repub. Gentil. lib.* 9. *c.* 20. Guido Pancir. *lib.* 2. *Theſ. var. c.* 218. Cuiac. *in l.* 1. *verſ. duodecima ff. de iure fiſci* Anton. Nebriſ. *in quinquax.* 3. *c.* 14. iterum Dempſter ad Roſin. *lib.* 1. *antiquit. ad c.* 13. Pancirol. *in notit. Imper. Or. c.* 5. & 53. & 54. & *c.* 104. Pineda in *Monarch. Eccleſ.* 1. *p. c.* 17. §. 2. Faber. *lib.* 3. *ſem. c.* 1. Stracca *tract. de mercatur. c.* 4. *num.* 42. P. Surdus *deciſ.* 52. *num.* 5. Franciſc. Bencius *conſil.* 49. *num.* 28. F. Franciſc. Quareſmius *in elucidat. terræ ſanctæ lib.* 7. *c.* 10. & Chriſtianus Adricomius *in Theatro terræ ſanctæ in Nepthalim num.* 39. & 80. Rutgerus *lib.* 3. *aduerſ. c.* 2. Narbona *in horograph. hora* 11. *num.* 18. Lemaiſtre *vbi ſupra*, Dorleans *ad Tacitum fol.* 50. Baſil. Legion. *in d. can.* 3. Culmus, & calamus extant apud D. Didacum Deſcalſ. & Salcedo vrbis noſtræ Salmantinæ Proprætorem in comment. *ad d. l.* 1. *C. de cupreſ.* quem paganiſmum, & ſuperſtitionum ritum vt euelleret PP. in d. can. 3. prohibuerunt ne inter ſentes, aut arbores ſacriuas quis vota exſolueret, notauit Fuſtel. *in not. ad Can.* 84. *Eccleſ. Afric.*

Proſequuntur PP. *ſed quicumque votum habuerit, in Eccleſia vigilet, & matricolæ ipſum votum, aut pauperibus reddat*, ideſt qui votum fecerit peregrinationis, vel ſimile, & voluerit compenſare in vigilias, & orationes, vt poteſt *c. magna de voto.* Vnde titulus *de voto* concipitur in priotibus collection. *de voto, & voti compenſatione* in 6. autem *de voto, & voti redemptione* non in domo, ſed in Eccleſia vigilet, & ſi pecunia, vel eleemoſynis redimere voluerit, matricolæ ipſum votum, aut pauperibus reddat, vt Metell. apud Caniſ. *tom.* 2. *de miraculis Sancti Quirini* aiebat.

Quòd puerilia corpora morbida
Si fuerint, ibi cum prece ſedula
Penſa ſubſequitur deprecatio.

Matricula propriè eſt nominum indiculus, ſiue catalogus, varia perſonarum nomina complectens. In Academiis matriculam appellamus Codicem, in quo referuntur nomina omnium, qui Academiæ priuilegiis fruuntur. Eſt quoque matricula Catalogus eorum, qui militiæ nomen dederunt *l. vnic. ff. de honor. poſſeſſ. ex teſtament. milit. Vexetius libro primo de re milit.*

Digitized by Google

milit. q.26. & lib.2.c.6. in ſacris canonibus matricula accipitur pro Catalogo, vbi clericorum, & pauperum, & aliarum perſonarum miſerabilium, quas Eccleſia illa alerer, nomina deſcribebantur, Concil. Agath. can. 2. *contumaces Clerici provt dignitatis ordo promiſerit ab Epiſcopis corrigantur. ita vt cum eos pœnitentia correxerit, recepti in matricula gradum ſuum, dignitatemque ſuſcipiant.* Concil. Aurel. 4. can. 13. ibi: *de matricula Eccleſiæ in qua clericorum nomina inſcripta &c.* Hincmarus epiſt. 7. c. 35. *ne Presbyteri pro loci matricula xenia accipiant ne ſuos parentes ſanos, & robuſtos in ead. matricula collocent nec opera ab ipſis matricularijs exigant, non de matricularijs bubulcos, aut porcarios faciant, ſed pauperes, aut debiles, & de eadem villa, de qua decimam accipiunt matricularios faciant:* Matricularij hoc loco vocantur pauperes illa matricula contenti, quos alebat Eccleſia, vndè emendenda eſt verſio Latina can. 11. Concil. Laodic. quæ apud Gratian. *in c. mulieres diſt. 32.* ita habetur *mulieres, quæ apud Græcos Presbyteræ appellantur, apud nos viduæ ſeniores, vniviræ, & matricuriæ appellantur:* Legendum eſt *matricularia*, vtpote quæ in Eccleſiæ matricula inſcriptæ erant. Plura congerunt de his matricul. Boſſius *de vit. ferm. lib. 3. c. 24.* Bignonius *in not. ad veter. form. c. 11.* Fricfacius *in c. 13. 6. t. de offic. ordin.* vnde rectè aiunt PP. *in d. con. 3.* vt qui votum fecerit, & ſoluere vult, aut redimere, ſi in vigiliis illud compenſat, non in domo, ſed in Eccleſia vigilet, etſi redimere, & compenſare velit, ſecus ſi verò non ipſam compenſam in domo faciat, vel inter ſentes, & arbores factiuas votum ſoluat: ſed matriculæ Eccleſiæ, vbi pauperum nomina deſcripta erant, reddat, aut ipſis pauperibus, vt Marcellus fecit ſupra relatus, non verò ad fana, vel ad petras, vt ait Eligius Nouiomenſ. apud S. Auguſt. tom. 9. tract. 20. ibi: *nullus ad fana, vel ad petras, vel ad arbores, aut ad Ocellos, vel per trina luminaria votum faciat, vel votum reddere præſumat.*

Inhibent tandem PP. *nec ſubtilia, aut pedem, aut hominem lineo fieri penitus præſumas:* Quæ verba valde difficilia ſunt, ſed ne difficultati ſuccumbere videar adducam ea, quæ circa eius expoſitionem aliqui dixerunt: in his ergo verbis PP. vanos ritus Gallorum increpant, qui in vibiis ac compitis hominum membra, pedeſve ex lino plicatili conflatos collocabant, & putabant hoc pacto morbos, & ægritudines, quibus angebantur fœlicissimè perſanari, id verò inquet ex eodem Nouiomenſi. *Nulli*, inquit, *creaturæ præter Deum, & ſanctos eius venerationem exhibeatis, fontes, vel arbores, quas ſacriuas vocat ſuccidite, plantas ſiue vngulas pedum, quas per vibia ponunt, fieri vetate, & vbi inueneritis, igni cremate, per nullam aliam artem, vos ſaluari credatis, niſi per inuocationem & crucem Chriſti,* docet Lemaiſtre *d. c. 13.* licet aliter verba illa exponat Baſilius *d. q. 2. Scholaſt. pag. 125.* qui doctè obſeruat canonem illum corruptum eſſe, & hoc modo emendandum *ne ſubtilia pedum, aut hominum linea, vel homine laneo fieri penitus præſumat*, nam apud veteres nemo ignorat pedum omina fuiſſe ſi, cum ad res nouas quis pararetur, pedem offendiſſet, vt de Tiberio Graccho refert Valer. *lib. 1. c. 4.* Vnde Tibullus *lib. 1. eleg. 3.*

Hoc quoties ingreſſus iter mihi triſtia dixit,
Offenſum in porta ſigna dediſſe pedem.

Ouid. in epiſt. Laodam ad Proteſil.

Hunc faceor, volui reuocare animuſque ferebat
Suſtinuit auſpicij linguatimore mali.
Cum foribus velles ad Troiam exire paternis,
Pes tunc offenſo limine ſigna dedit.
Vt vidi, ingemui.

Quam ſuperſtitionem damnauit D. Auguſt. relatus à Gratiano in *c. illud 26 q. 6.* linea quoque ominoſa fuiſſe teſtatur Alex. ab Alex. *lib. 4 dier. genial. c. 9. p. 558.* & laneis effigiebus in diuinatione veteres vti ſolitos probatur ex *Horat. ſat 8.*

Lanea, & effigies erat altera cerea.

Et vt totum vno loco probemus, tam ſuperſtitionem circa fontes, quam circa lintea, audiamus G. Turon. *de glor. Confeſſ. c. 2.* dum de miracul. S. Hilarij agens ait: *mos erat in Gabalitano territorio cognomento elanus, lacum habens magnum, ad quem certo tempore multitudo ruſticorum, quaſi libamina lacui illi exhibens, linteamina proiiciebat, ac pannos, qui ad vſum veſtimenti virilis præbentur; nonnulli lana vellera, plurimi etiam formas caſei ac cerę, vel panis* diuerſaſque ſpecies vnuſquiſque iuxta vires ſuas, *quæ dinumerare per longum puto. Veniebant autem cum plauſtris, potum, cibumque de ferętes, mactantes animalia, & per triduum epulantes. Quarta autem die, cum diſcedere deberent, anticipabat eos tempeſtas cum tonitruo, & coruſcatione valida, & in tantum imber ingens cum lapidum violentia deſcendebat, vt vix ſe quiſquam eorum putaret euadere: ſic fiebat per ſingulos annos, & inuoluebatur inſipiens populus in errore.* Ex quibus omnibus apparet in vltima parte ipſius Canonis agi de ſuperſtitione apud Gallos recepta, & extirpanda. GONZALEZ.

Ne picturæ in Eccleſia fiant.

Ne picturæ in Eccleſia fiant.

Canon XXXVII.

Placuit, picturas in Eccleſia eſſe non debere, ne quod colitur aut adoratur, in parietibus depingatur.

Canon XXXVII.

Placuit, picturas in Eccleſia eſſe non debere, ne quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur.

A

BVrchardus *lib.* 3. *decretorum c.* 35. iisdem verbis canonem retulit, & Iuo. *p.*3. *decretorum cap.*40. & in Panormia *lib.*2. *cap.*55. quibus consentiunt vetusti CC. MS. iuxta quos vulgata lectio Surij, & Carranzæ emendanda est, quæ pro, *Et*, *Aut*, habet.

CAPVT QVINTVM.

Imagines sacras ab Apostolorum temporibus fuisse in Ecclesia: & cur eas pingi hoc canone interdictum sit.

B

CVm multæ res in hoc Concilio non satis adhuc explicatæ sunt; tum perdifficilis est, Clemens sanctissime, & perobscura quæstio de sanctarum imaginum picturis; quæ & ad pernicioſos hæreticorum errores confutandos, vtilis est: & ad colendam diuinæ religionis sanctitatem necessaria. Has autem cùm Hispani Patres hìc è Christianorum templis sustulisse videantur, vt contendunt Caluinus [l], & Balthasar Hiemayrus [m]: nec Caluinus solùm & hæretici alij, sed, quod magis miremur, Catholici plures, acres nimis & acerbi huius Concilij censores, asseuerantes canonem vt falsò confictum, & grauissimi erroris labe contaminatum à Concilio expungendum, vel Patres canonis auctores, turpiori ignorantiæ, & impietatis crimine damnandos; veniam sanè illi dabunt, si quam ipsi ab Hispanis Patribus, eandem & nos ab ipsis vicissim

C

dissentiendi libertatem aucupantes, Concilij auctoritatem, canonis doctrinam, doctrinæ religionem, cum religiosorum Episcoporum pietate coniunctam non modò ab obiecta calumnia vindicemus, sed eandem cum sanctorum Patrum sententiis, cùm Summorum Pontificum constitutionibus, cùm præclaro, & publico totius Christianæ religionis consensu mirificè conuenire adstruamus. Ea fuit olim Gentium de diuina natura, aut vana religio, aut stulta ignoratio, vt Deum ipsum, vel Deos, quorum consilio mente, atque ratione vniuersam mundi machinam regi & administrari censebant, naturalibus humanorum corporum & membrorum lineamentis formarent, Arnobius [o]. [At verò vos Deos parum est formarum quod amplectimur mensione, filo etiam atterminatis humano, & quod indignius multo est, terrenorum corporum circumcisura finitis. Quòd ergo dicemus caput Deos gestare tereti rotunditate collectum, &c.]Nec

D

humanæ tantùm formæ similitudine eorum naturam repræsentabant; sed quod ineptius est, leonum, canum, caprarum, arietum, hircorum, serpentum etiam nonnumquam, & alitum formam exprimentes. Tertullianus [p]. [Sed illi debebant adorare statim biforme numen, quia & canino, & leonino capite commixtos, & de capro & de ariete cornutos, & à lumbis hircos, & à cruribus serpentes. & planta vel tergo alites Deos receperunt.] Minutius Felix [q], [Item boum capita, & capita veruecum & immolatis & colitis. De capra etiam & homine mixtos Deos, & leonum & canum vultu Deos dedicatis. Nonne & Apim bouem cum Ægyptiis adoratis?] Nec Deos suos hominum & animalium vel alitum figura solùm depingebant, sed, quo absurdius nihil vel fingi vel excogitari potest, rudem palum, & informe lignum, vt Deos venerabantur. Ita

E

Tertullianus [r], [Et tamen quanto distinguitur à crucis stipite Pallas Attica? & Ceres farrea, quæ sine effigie, rudi palo, & informi ligno prostant?] Palladem enim siue Mineruam & Cererem inter duodecim rusticorum Deos numerat Vatro [s], quorum simulacra solebant sine effigie in fude quapiam, aut informi ligno, cùm in domorum limitibus, tum in agris erigere, & vt Deos adorare: quod Lucanus [t] significasse videtur, dum scripsit.

——*Simulacráque mœsta deorum*
Arte carent, cæsisque exstant informia truncis.

Nec ergo vesano hoc ethnicorum errore putarent vel ipsæ Gentes, vel Catholici simpliciores, Deum nostrum verum, æternum, & inuisibilem, vt quid corporeum, idolorum stulta imitatione pingi debere, aut posse; ideò imagines inuisibilis Dei in Ecclesiis pingi, Hispani Episcopi interdixerunt: de his enim

[l] *Robertus Bellarminus refert ex Caluino tom.*1. *de controuersiis Christianæ fidei lib.*2.

[m] *ex Balthasare Hiemayri hæretico pertinaciam Viennæ combusti libro aduersus imagines refert Sixtus Senensis lib.*5. *Bibliothecæ Sanctæ annotatione CC. XLVIII.*

[o] *Arnobius lib.*4. *aduers. Gentes.*

[p] *Tertull. in apolog. c.*16.

[q] *Minutius Felix in Octauio.*

[r] *Tert. in apolog. cap.*16.

[s] *Varro lib.*1. *de rustica.*

[t] *Lucan lib.*3.

Digitized by Google

intellexiſſe Concilium, qui rationem ab eo redditam legerit perattentè, profectò non inficiabitur. [Ne (inquit) quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur.] Adorationis enim nomen non diffiteor, pro duliæ cultu (vt Græci vocant) ſæpè in Scriptura vſurpari. Sic Balaam pronus in terra adoraſſe Angelum legitur. Ioſue etiam Angelum, Saul animam Samuelis, Abdias Heliam, & ſic aliàs: Sed ad latriæ cultum, qui ſoli Deo debetur, illud frequentiùs referri, ex aliis ſacræ Scripturæ locis comprobauerim. Primò enim narratur Mardochæum Amano genu flectere noluiſſe: & rurſus, ad Deum idem Mardochæus ait: [Scis, quia non ſuperbia, & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Aman ſuperbiſſimum, (libenter enim pro ſalute Iſraël veſtigia pedum eius deoſculari paratus eſſem) ſed timui, ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorem excepto Deo meo.] Cùm Cornelius etiam adoraret Petrum: Surge (inquit) & ego ipſe homo ſum. Et poſtea Paulus & Barnabas à Licaonibus adorari recuſarunt. Angelus Domini Ioanni ipſum adoranti dixit: [Vide ne feceris; conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum, Deum adora.] In qua ſignificatione ſolum Deum eſſe adorandum docent Eccleſiæ doctores, Iuſtinus [u] Martyr, Hieronymus [x], Auguſtinus [y], Fulgentius [z], Gregorius [a], Tharaſius [b] grauiſſimus Patriarcha Conſtantinopolitanus. [Si verò ſæpius (ait) in Scriptura & elegantibus noſtris Patribus adorationem quis dixerit, pro cultu ſiue latria, quæ in ſpiritu fit, ſumi, non negamus, &c.] In hac adorationis acceptione docuerunt nec homines, nec Angelos eſſe adorandos, diuus Athanaſius [c], Ambroſius [d], Auguſtinus [e], & Leo [f] PP. I. Sic D. Epiphanius [g] beatam Virginem non eſſe adorandam aſſerit, & Ambroſius. [Ac ne quis (ait loquens de adoratione Spiritus ſancti) deriuet ad Virginem Mariam, erat templum Dei, non Deus templi; & ideo ille ſolus adorandus, qui operabatur in templo.] Ioannes etiam Aurelianenſis [h] cum de cultu ageret imaginum aduerſus Claudium Taurinenſem: [Virginem quæ peperit Chriſtum, non adoramus, ſed ſanctam Dei genitricem congruo honore veneramur. Nec immeritò quippe, quoniam per eam, auctorem vitæ ſuſcipere meruimus, & proſ eo quod eadem ſancta & intemerata Virgo Maria, quæ vtique nobis Deum & hominem edidit, Dominum videlicet Ieſum à cunctis fidelibus, pio cultu amore, & debito veneratur honore.] Quinimo eodem ſenſu Damaſcenus humanitatem Chriſti, ſi cogitatione à Verbo ſeparetur, eſſe inadorabilem tradit, & Concilium Antiochenum [i] in confeſſione fidei, quæ exſtat in Concilio Epheſino ait: [Totum rurſus adorabilem etiam cum corpore, ſed non ſecundum corpus adorabilem.] Item Auguſtinus [k]. [Ego Dominicam carnem (ait) imò perfectam in Chriſto humanitatem propterea adoro, quòd à diuinitate ſuſcepta, atque deitati vnita eſt; denique ſi hominem ſeparaueris à Deo, vt Photinus, vel Paulus Samoſatenus; illi ego numquam credo, nec ſeruio: velut ſi quis veſtrum, aut purpuram, aut diadema regale iacens inueniat, nunquam conabitur ea adorare; cùm verò ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, ſi ea ſimul cum Rege adorare quis contempſerit.] Quare cùm Conſtantinus Conſtantiæ Epiſcopus hæreſim abiuraſſet, quam contra imagines ſequutus fuerat in pſeudo quadam Synodo, poſtea in Nicæna II. actione III. hanc loquendi formulam vſurpauit: [Suſcipio & complector veneranda imagines; adorationem autem quæ ſit ſecundùm latriam, hoc eſt, Dei cultu ram, tantummodò Trinitati conſeruo.] Quod etiam docuit diuus Gregorius [l] Serenum Maſſilienſium Epiſcopum: [Et ſi quis imagines facere voluerit, minimè prohibet adorare vero imagines, omnibus modis deuita. Sed hoc ſolicitè fraternitatis tua admoneat, vt ex viſione rei geſtæ ardorem compunctionis percipiant & in adoratione omnipotentis ſanctæ Trinitatis humiliter proſternantur.]

Quod ſi verbum, Adorare, apud ſanctos Patres pro cultu latriæ, frequentiùs accipitur, multò magis eandem latriæ adorationem verbum, Coli, quod in hoc canone cum altero, Adorari, coniungitur, ſignificabit; vt Auguſtinus [m] docet: [Latria verò (ait) ſecundùm conſuetudinem, qua locuti ſunt, qui nobis diuina eloquia condiderunt, aut ſemper, aut tam frequenter, aut penè ſemper dicitur ea ſeruitus, quæ pertinet ad colendum Deum. Proinde ſi tantummodo cultus ipſe dicatur, non ſoli Deo deberi videtur, dicimus enim etiam colere homines, quos honorifica vel recordatione, vel præſentia frequentamus. Nec ſolùm ea, quibus nos religioſa humilitate ſubiicimur, ſed quædam etiam, quæ ſubiecta ſunt nobis, coli perhibentur. Nam ex hoc verbo agricolæ, & coloni, & incolæ vocantur: & ipſos Deos non ob aliud

Num. 22. Ioſue c. 5. 1. Reg. 28. 3. Reg. 18. Eſther. 3. Ibid. c. 13.

1. Act. 10. 3. Act. c. 14. 4. Apoc. 9.

[u] *Iuſtin. Mar. 2. apolog.*
[x] *Hier. epiſt. 53. ad Riparium.*
[y] *Aug. de vera & falſa religione c. 55. & lib. 20 contra Fauſtum Manichæum c. 21.*
[z] *Fulgen. lib. 4. ad Donat.*
[a] *D. Greg. epiſc. ad Serm. Maſſi. in Epiſc. quæ exſtat lib. 9. indict. 4. epiſt. 9.*
[b] *Tharaſ. epiſt. ad Conſtant. & ren. relata in VII. Synodo actio. 7.*
[c] *D. Athan. ſerm. 3. contra Arianos.*
D. Ambroſ. in c. 1. epiſt. ad Roman.
[d] *Ambr. lib. 3 de Spiritu ſancto c. 12.*
[e] *D. Leo PP. ſer. 2. de Natiuitate.*
[f] *D. Epiphan. hæreſi 79.*
[g] *Ioann. Aurelian. lib. de cultu imaginum, contra Claudium Taurinenſ.*
[h] *Concilium Antiochenum probatum ab Epheſino tom. 6.*
[i] *D. Aug. ſerm. 68. de verbis Domini.*

[l] *Greg. lib. 9. indict. 4. epiſt. 9.*

[m] *Aug. lib. 1. de ciuitate Dei c. 1.*

Digitized by Google

A aliud appellant cœlicolas, niſi quòd cœlum colant; non vtique venerando, ſed inhabitando, tanquam cœli quoſdam colonos: non ſicut appellantur coloni, qui conditionem debent genitali ſolo propter agriculturam, ſub dominio poſſeſſorum: ſed ſicut ait quidam Latini eloquij magnus auctor.

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuêre coloni.

Ab incolendo enim colonos vocauit, non ab agricultura. Hinc & ciuitates à maioribus ciuitatibus velut populorum examinibus conditæ, coloniæ nuncupantur: ac per hoc cultum quidem non deberi niſi Deo, propria quadam notione verbi huius omnino veriſſimum eſt.] Id etiam docet diuus Cyprianus [n]: & Tharaſius [o] in epiſtola ad Conſtantinum & Irenen, interpretans in hunc ſenſum, locum illum Deuteronomij VI. [Hinc diuina (ait) Scriptura dicens: Deum tuum adorabis; & illi ſoli cultum exhibebis. Adorabis abſolutè ponit, neque adiicit ſoli: vt ſignificetur vox diuerſæ notionis, & æquiuoca: cultum autem exhibebis, ſiue ſeruies, ſoli, dixit. Quam ob cauſam latriam vni Deo tribuimus, atque ad illum referimus.] Hæc Tharaſius. Quòd ſi colere verbum ſeu inſeruire (idem enim vtrumque ſignificat) vt in eadem Synodo Nicæna Tharaſius [q] explicauit, ad ſolam diuinitatem referri debet, & ſolet, vt Tharaſius approbatus Synodo Generali Nicæna aſſeuerat; probabile eſt, Concilio noſtro imagines, quæ coli & adorari debent, interdicente, ſolas Dei imagines prohiberi: quod liquidò videtur oſtendere canonis, & verborum ipſius contextus. Cùm enim prius materiam conſtitutionis exprimeret, picturas multitudinis voce, ſiue pluralis numeri vſu prohibuit: cùm verò formam conſtitutionis expoſuit, decernens, quorum, aut cuius picturæ vetarentur, breuioribus ſingularis numeri eam finibus circumſcripſit: [Ne (inquit) quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur.] Aliter enim ſi Martyrum & Confeſſorum imagines interdicerentur, quorſum tam generali præcepto, tam breuem ſtrictámque rationem addidiſſet?

[n] *Cyprian. lib. Quòd idola non ſint dij. cap. 2.*

[o] *Tharaſij epiſt. ad Conſtant. exſtat in VII Synodo actione 7. Damaſcen. 6.*

[q] *Tharaſium ibi eadem epiſt. ad Conſtantinum, quæ exſtat actio. 7.*

Confirmat hanc interpretationem, quòd ſæuiſſimis his temporibus de ſanctorum imaginibus nec cogitarint Epiſcopi; non quòd putarent cum honoris & religionis cultum ſanctis & electis Dei deferendum non eſſe: ſciebant quippe ſe non ſtudiosè ſolùm, ſed piè, religiosè & ſanctè, eos colere; & auguſtè venerari debere, vt venerabantur continuò, non interiori tantùm, ſed exteriori, & publico cultu, dum graſſantis perſecutionis aberat periculum. De quo præclarum exemplum præbuit Sabinus [r] Epiſcopus Hiſpalenſis, qui huic Concilio interfuit, dum paulo poſt huius Concilij exitum, egregiam nauauit operam, vt luſtræ & Rufinæ Martyrum corpora & reliquiæ partim ex puteo; partim ex amphiteatro Hiſpalenſi colligerentur, & honorificè ſepelirentur, cuſtodiréntque: à quo par non eſt, vt credamus, eorundem Martyrum & aliorum cœlitum imagines irreuerenter tractari, prohiberique: ſed abſtinebant (vt dixi) ad tempus, ne picturas ſanctorum hominum, quos aliquando agnouiſſent, contemptui Gentes haberent, reputantes religionum eſſe ludibria; vel ſibi falsò perſuaderent, illos à noſtris, vt veros Deos latriæ veneratione coli. Euſebius [s] enim recenſet, quòd cùm tempore Diocletiani grauiſſima in Chriſtianos exerceretur perſecutio, pagani Martyrum reliquias proiiciebant in mare, dicentes: Ne fortè dij efficiantur Chriſtianorum, & illi, qui Deos adorare nolunt, ſeruos noſtros incipiant adorare. Ex quo duo plane conſequuntur; alterum, Sanctos tunc, & electos Dei à Chriſtianis coli receptum; alterum, ne in ſanctas Martyrum reliquias impij deſæuirent, non minori religionis, quàm prudentiæ laude, inter eoſdem Chriſtianos conueniſſe, vt in locis publicis (cuiuſmodi erant Eccleſiæ) non ſolùm imagines Martyrum & Sanctorum non depingerentur; ſed, neque eorum corpora ſepulchris, & monumentis publicis reconderentur. De his autem (vt dixi) Epiſcopi noſtri non meminerunt, quòd de his etiam nec Gentes meminiſſent; ſed de Dei noſtri imaginibus: quia ſermo & diſputatio aduerſus hæreticos ſacras Sanctorum imagines impugnantes (vt impugnant hodie) non inſtituebatur, nec tunc illi extiterunt; ſed aduerſus Gentes, quarum aſſidua, & impia obiurgatione quidam forſan Catholici ineptam erant Dei formaturi picturam, ſi id decreto huius Concilij non prohiberetur, & eorum religioſa vel ſuperſtitioſa potiùs ſimplicitate, forſan Gentes, vel alij Catholici ſimpliciores arbitrati eſſent Deum noſtrum quid corporeum eſſe, ideóque lineamentis, vel hominum, vel animalium, vel alitum, vel aliarum rerum corporalium figurari poſſe, vt pingebantur, & dolabantur quotidie vaniſſimè ſuorum deorum vel dæmonum imagines & ſimulacra. Quod aliquando tentaſſe Gentes in religionis

[r] *De Sabino id refert Breuiarium antiquum Eborenſe.*

[s] *Euſeb. lib. 8. Hiſt. Eccleſ. c. 8.*

Digitized by Google

gionis noſtræ ludibrium, Tertullianus [c] teſtatur: [Sed noua iam Dei, (inquit) num in iſta ciuitate, proxime editio publicata eſt; ex quo quidem in fruſtrandis beſtiis mercenarius noxius picturam propoſuit cum huiuſmodi inſcriptione DEVS CHRISTIANORVM ONONYCHITES: is erat auribus aſininis, altero pede vngulatus, librum geſtans & togatus.] Cuius picturæ occaſionem paulo antea his verbis retulit: [Nam vt quidam ſomniaſtis, caput aſininum eſſe Deum noſtrum: hanc Cornelius Tacitus [u] ſuſpicionem eiuſmodi inſeruit. Is enim bellum Iudaïcum exorſus ab origine gentis, & etiam de ipſa tam origine, quam de nomine & religione gentis, quæ voluit argumentatus, Iudæos refert Ægypto expeditos, ſiue vt putauit extorres, in vaſtis Arabiæ locis, aquarum egentiſſimis, cùm ſiti macerarentur, Onagris, qui forte de paſtu potum petituri æſtimabantur indicibus fontibus vſos, ob eam gratiam conſimilis beſtiæ ſuperficiem conſecraſſe. Atque ita inde opinor præſumptum nos quoque vt Iudaïcæ religionis propinquos, eidem ſimulacro initiari.] Eandem Aſininæ ſuperſtitionis vanitatem nobis falsò obiectam confutat Minutius [x]. Ne igitur his & aliis vaniſſimis imaginum Dei noſtri ſuperſtitionibus (vt iam dixi) locus daretur, nevè Gentes ſtolide arbitrarentur Deum noſtrum æternum & inuiſibilem ſuorum idolorum & ſimulacrorum corporea ſimilitudine æquandum, iuſtiſſimè prohibitæ ſunt Dei imagines: illo enim errore non Gentes ſolùm, ſed & Chriſtiani doctrina & auctoritate graues, imbutos aliquando reperimus. Tertullianus [y] enim, [Cum autem ſit, habeat neceſſe eſt aliquid per quod eſt; ſi habet aliquid per quod eſt, hoc erit corpus eius. Quod eſt corpus, eſt ſui generis, nil eſt incorporale, niſi quod non eſt.] Alibi [z]. [Nam & dexteram (inquit) & oculos, & pedes Dei legimus.] Quem errorem illi tribuunt diuus Auguſtinus [a], diuus Fulgentius [b], Gennadius [c], & alij, tametſi ab eodem Auguſtino [d] extenuari veriùs multo, quàm excuſari errorem legamus. Ille autem ne longiùs ſerperet, hoc decreto ab Hiſpanis Epiſcopis prouiſum eſt, interdicentibus hîc, ne Dei imagines in Eccleſia pingerentur: quod ſanè non ab eo tempore tantùm, ſed ab ipſa Apoſtolorum ætate Hiſpanicam, Africanam Eccleſiam & Catholicam obſeruaſſe ſcimus, nullam enim Dei imaginem (vt Deus eſt) pingi ſinebat.

Quare cum Adrianus Imperator (attendant Caluinus, Hiemayrus & reliqui præſentis ſeculi Iconomachi) atrociſſima poſt Neronem, Domitianum & Traianũ perſecutione excitata Chriſtianos exagitaſſet; ad extremum poſt Quadrati Epiſcopi Athenienſis dictatam ei pro Chriſtianæ religionis defenſione apologiam; poſt ornatam & grauem, quam pro Chriſtianis habuit præſente Imperatore orationem Ariſtides vir ſingularis eloquentiæ; poſt Serennij Granniani legati literas, quibus clamitabat, iniquum videri Chriſtianos nullo obiecto crimine indictàque cauſa, quo inſani populi acclamationibus ſatisfieret, neci dari, ſoláque Chriſtianæ religionis profeſſione reos fieri, perſecutionem remiſit, Minutio Fundano Aſiæ Proconſuli reſcribens, Chriſtianorum neminem abſque iuſto crimine intentato, & accuſatione ritè peracta, morte multandum; ſolamque Chriſtianiſmi profeſſionem pœnæ obnoxiam eſſe noluit, vt Euſebius [e] refert, & Nicephorus. Nec eo ſolùm Chriſtianos beneficio deuinxit, ſed cùm intelligeret eos nihil hoſtiliter contra Rempublicam moliri, & à ſeditionis Iudaïcæ principe Barchochaba immanes potiùs cruciatus paſſos, quàm vt cum eo ſeditionem contra Romanos cõcitarent, cœpit in eos magis propendere, ac cogitare, quibus poſſet illorum innocentiam & ſanctitatem compenſare beneficiis: cumque agnouiſſet demum eos ſpretis Gentilium diis vel idolis, Soli, Vni, Vero, Optimo & Maximo honorem habere, templáque ad eius cultum deſiderare; Chriſtianis templa, Chriſtianæ tunc religionis vſu & forma, ſine ſimulacris Dei veri, & incorporei, ne ſimile ſuis profanè Gentes arbitrarentur, & ſine aliqua etiam deorum ſuorum effigie & forma, quibus referta & contaminata erant delubra Gentilium, ne Chriſtianis pro gratia exhiberet moleſtiam, extrui iuſſit, vt in eius vita teſtatur Lampridius [f]. Qua ratione illa, quòd numina non haberent, vſque ad tempus Conſtantini Magni templa Adriani nuncupata ſunt. Nec Romæ tantùm & in Italia hoc Catholici viri obſeruabant, ſed & in reliquis prouinciis. Quod ridebant Gentes, obiicientes nobis, quòd nullam Dei formaremus picturam, occultare quod colebamus. Minutius Felix [g] ſic Gentes inducit aduerſus religionem noſtram loquentes. [Multa prætereo conſultò, nam & hæc nimis multa ſunt, quæ aut omnia, aut pleráque omnium vera declarat ipſius prauæ religionis obſcuritas. Cur etenim occultare, & abſcondere quidquid illud colunt, magnopere nituntur; cum honeſta ſemper publico gaudeant, ſcelera ſecreta ſint?

[c] *Tertull. in Apolog. c.16. ad finem.*

[u] *Cornel. Tacit. l.5. hiſtor.*

[x] *Minutius Felix in Octauio.*

[y] *Tertull. lib de carne Chriſti.*

[z] *Idem lib.2. aduerſus Marcionem.*

[a] *D. Aug. l b.10. de Geneſi ad literam c.fin. & lib. de hæreſib. ad Quod vultdeum c 86.*

[b] *D. Fulgentius l 2. de fide ad Petrum.*

[c] *Gennadius de dogmatibus Eccleſ. & alij.*

[d] *Aug. d. lib. de hæreſib. ad Quod vultdeum c.86.*

[e] *Euſeb. lib. 4 c 8. Niceph. lib. 4. c. 5.*

[f] *Lampridius in vita Adriani.*

[g] *Minutius Felix in Octauio.*

Digitized by Google

A sint? Cur nullas aras habent? templa nulla? nulla nota simulacra? nunquam palàm loqui? nunquam liberè congregari? nisi illud quod colunt, & interprimunt, aut puniendum est, aut pudendum? Vnde autem, vel quis ille, aut vbi Deus, vnicus, solitarius, destitutus, quem non gens libera, non regna, non saltem Romana superstitio nouerat, Iudæorum sola & misera Gentilitas, vnum & ipsum Deum, sed palàm, sed templis, aris, victimis, cæremoniisque coluerunt: cuius adeò nulla vis, nec potestas est, vt sit Romanis hominibus cum sua sibi natione captiuus. At etiam Christiani, quænam monstra, quæ portenta confingunt? Deum illum suum, quem nec ostendere possunt, nec videre, in omnium mores, actus omnium, verba denique, & occultas cogitationes diligenter inquirere.] Et his ipsis respondens [b]. [Putatis autem nos (ait) occultare quod colimus, si delubra & aras non habemus? quod enim simulacrum Deo fingam; cùm si rectè existimes, sit Dei homo ipse simulacrum?] Et mox. [At enim quem colimus Deum, nec ostendimus, nec videmus, imò ex hoc Deum credimus, quòd eum sentire possumus, videre non possumus: in operibus enim eius & in mundis omnibus virtutẽ eius semper præsentem aspicimus: cum tonat, fulgurat, cum serenat. Nec mireris, si Deum non vides, vento & flatibus omnia impelluntur, vibrantur, agitantur, & sub oculis tamen non venit ventus & flatus. Solem adeò, qui videndi omnibus causa est, videre non possumus, radiis acies submouetur; obtutus intuentis hebetatur; & si diutius inspicias, omnis visus extinguitur. Quid ipsum Solis artificem, illum luminis fontem possis sustinere? cùm te ab eius fulgoribus auertas? à fulminibus abscondas? Deum oculis carnalibus vis videre, cum ipsam animam tuam qua viuificaris, & loqueris, nec aspicere possis, nec tenere? Sed enim Deus, &c.] Arnobius [i] aduersus eosdem. [De sexu hactenus, nunc ad speciem veniamus, & formas quibus esse descriptos Deos superos creditis, quibus imò formatis, & templorum amplissimis collocatis in sedibus, neque quisquam Iudaïcus in hoc loco nobis opponat, & Saducæi generis fabulas tanquam formas tribuamus, & nos Deos; hoc enim putatur in eorum literis dici, & lege certaque auctoritate firmari; quæ aut nihil ad nos attinet, nec ex aliqua portione quidquam habent commune nobiscum; aut si sunt creditæ sociæ, quærendi sunt vobis altioris intelligentiæ doctores, per quos possitis addiscere, quibus modis conueniat literarum illarum nubes atque inuolucra relaxare; nostra de hoc sententia talis est. Naturam omnium diuinam, quæ neque cœperit aliquando, nec vitalem ad terminum sit aliquando ventura, lineamentis carere corporeis, neque vllas formarum effigies possidere, quibus extima circunscriptio membrorum solet coagmenta finire: quidquid enim tale est, mortale esse arbitramur & labile, nec obtinere perpetuam credimus æuitatem: quod extremis coërcitum finibus, necessaria circuncludit extremitas. At verò vos Deos parum est formarum quòd amplectimur mensione, filo etiam atterminatis humano, & quod indignius multo est, terrenorum corporum circunciſura finitis. Quod ergo dicemus caput Deos gestare, tereti rotunditate collectum, &c.] Quæ latè continenti sermone prosequitur agens de reliquis membris, quæ secundùm Gentium vanitatem & errorem Deo inesse deberent; nullo tamen modo posse competere probat, ad finem addens: [Si nostri animi motum non recusatis audire, tantum abest, vt nos Deo corporalia lineamenta tribuamus, vt animorum etiam decora, ipsasque virtutes (quibus eminere vix concessum est paucis) tantæ rei vereamur ascribere. Quis Deum enim dixerit fortem, constantem, frugi, sapientem? quis probum? quis sobrium? quis imò aliquid nosse? quis intelligere? quis prouidere? quis ad fines officiorum certos actionum suarum decreta dirigentem? Humana sunt hæc bona, & ex oppositione vitiorum, existimationem meruerunt habere laudabilem. Quis est autem tam obtusi pectoris, tam bruti, qui humanis bonis Deum dicat esse magnum? aut ideò nominis maiestate præcellere, quòd vitiorum careat fœditate. Quidquid de Deo dixeris, quidquid tacitæ mentis cogitatione conceperis, in humanum transilit, & corrumpitur sensum, nec habet propriæ significationis notam, quod nostris dicitur verbis, atque ad negotia humana compositis. Vnus est hominis intellectus de Dei natura certissimus, si scias & sentias nihil de illo posse mortali oratione depromi. Et hæc prima est vestrorum nominum

[b] *Idem in eodem.*

[i] *Arnobius lib. aduersus Gentes*

contume

A esse non possunt, qui quoniam diuini sunt, in quacumque parte mundi fuerint, vident, & audiunt vniuersa: superuacua ergo sunt simulacra illis vbique præsentibus; cùm satis sit audientium nomina precibus aduocare. At enim præsentes non nisi ad imagines suas adsunt. Ita plane, quemadmodum vulgus existimat, mortuorum animas circa tumulos & corporum suorum reliquias obberrare. Sed tamen postquam Deus ille præsto esse cœpit, iam simulacro eius opus non est. Quæro enim, si quis imaginem hominis peregrè constituti contempletur sæpius, & ex ea solatium capiat absentis; num idem sanus esse videatur, si eo reuerso atque præsente in contemplanda imagine perseueret, eáque potiùs quam ipsius hominis aspectu frui velit? Minimè profectò. Etenim hominis imago necessaria tum videtur, cum procul abest, superuacua futura, cùm præsto est. Dei autem cuius spiritus, ac numen vbique diffusum abesse nunquam potest, semper vtique imago superuacua est. Sed verentur, ne omnis eorum religio inanis sit & vana, si nil in præsenti videant, quod adorent: & ideò simulacra constituunt, quæ quia mortuorum sunt imagines, similia mortuis sunt; omni enim sensu carent. Dei autem in æternum viuentis viuum & sensibile debet esse simulacrum: quod si à similitudine id nomen accepit, qui possunt ista simulacra Deo similia iudicari, quæ nec sentiunt, nec mouentur? Itaque simulacris Dei non illud est, quod digitis hominis ex lapide, aut aëre aliáve materia fabricatur, sed ipse homo, quoniam & sentit, & mouetur, & multas magnásque actiones habet.] Hac ergo de causa à Gentibus non solùm irrisi, sed vt athei, id est sine Deo criminis postulati & damnati sunt, vt testatur Arnobius [p] Iustinus Martyr [q], Dion [r], Nicephorus [s] & alij. Quare cùm Donatistarum strages in Ecclesias in cœmeteria, in templa Christianorum, Optatus Mileuitanus [t] ideò minutatim exprimeret, vt non solùm de incensis libris sacris, de templis destructis, de confractis calicibus, de aris, & altaribus rasis, sed & de parietibus lotis, quòd illos aspexissent Christiani, & testes cultus Deo Christo adhibiti, literis proderet contra Parmenianum: numquam tamen mentionem fecit de imaginibus Dei, vel pictis, vel fabrefactis, confractis, deletis ve, quas si vidissent Donatistæ, corrumpere in odium Christianorum non erubuissent neque id omisisset Optatus, qui reliqua retulit minutiora. Sic Ioannes Damascenus [u] & illi D. Thomas [x] consentiens, Christianos docent, nullam imaginem Dei habere, quòd summæ esse dementiæ, & extremæ impietatis ducunt, diuinitatem (quam nulla ratio, nullumque ingenium consequi potest) effingere velle, & figurare. Sic D. Augustinus [y] nefas esse ducit in Christiano templo imagines Dei collocare. Alibi. [z] autem refert Varronem dicentem, qui primi deorum simulacra induxerunt, eos & timorem dempsisse, & errorem auxisse. Rursus [a] etiam Senecæ querimoniam refert, dolentis inuiolabiles Deos in materia vilissima, atque ignobili dedicari: quod ad Fortunatianum [b] Episcopum Siccensem grauissimo verborum & sententiarum pondere scribit, ipso errore confutato. Idem Eusebius [c]. [Quod enim corpus (inquit) intellectui diuino similitudinem habebit, cùm nec mentis humanæ imaginem habere posse cognoscatur? humana enim mens incorporea est, atque simplex, corpus omne corruptible, atque compositum. Quare iure rationalis, atque immortalis anima & intellectus eius imaginẽ & similitudinem Dei habere dicitur: immaterialis enim & incorporea, intellectualis rationalisque per essentiã est virtutis, atq; sapientiæ capax. Quod si humanæ animæ, atq; mentis formam, atque effigiem fingere impossibile est, quoniam nec sensu percipitur; quis adeò stultus sit, vt ligneum simulacrũ ac effigiem, Dei creatoris omniũ similitudinẽ habere arbitraretur? natura enim diuina omnẽ materiã & omnia quæ percipimus excedit.] Sic Constantinus Magnus [d] in oratione ad Sanctorũ cœtum: [Nam quod potest (inquit) intelligentia solùm percipi, & cõprehendi mente, nec appetit formã qua cognoscatur nec figuram admittit vt imaginem & effigiem.] D. Leo Papa: [Quamuis autem, dilectissimi (inquit) valde fuerit ipsa rei gestæ forma mirabilis, nec dubium sit in illo omnium humanarum vocum exultante conuentu maiestatẽ Spiritus sancti fuisse præsentẽ; nemo tamen existimet in his quæ corporeis visa sunt oculis, diuinã eius apparuisse substantiã. Natura enim inuisibilis, & Patri, Filióq; cõmunis, qualitatem muneris, atq; operis sui qua voluit significatione monstrauit. Proprietatẽ verò essentiæ suæ in sua Deitate continuit; quia sicut nec Patrẽ, nec Filium, ita nec Spiritũ sanctũ humanus potest visus attingere.] Quare cùm in Sexta & Septima Synodo omniũ hæreticorum tam antiqui, quã illius seculi sectæ, opiniones, rationes, & auctoritates proferrẽtur; nusquã videmus eos huius canonis antiquissimi decretũ in sui confirmationẽ recitasse; quòd ratione cõuicti agnoscerẽt illu] de sola Dei increati & inuisibilis imagine intellexisse; quàm

[p] *Arnob. lib. 1. aduersus Gentes.*
[q] *Iustin. Apolog. 2. pro Christianis.*
[r] *Dion. Cass. in Nerua.*
[s] *Niceph. lib. 3. hist. Eccles. c. 32.*
[t] *Optatus Mileuitanus lib 6. contra Parmenianum.*
[u] *Ioann. Damasc. lib. 4. de fide orthodoxa, c. 17.*
[x] *D. Thom. 3. p. q. 25 artic. 3. in solutione ad 1.*
[y] *D. Aug. lib de fide & Symbolo. c. 17.*
[z] *Idem lib. 4 de ciuitate Dei c. 31.*
[a] *Idem lib 6. c. 10.*
[b] *Idem epist. 111. ad Fortunatianum Episcopum Siccensem & epist 112. ad Paulinum.*
[c] *Eusebius lib. 3 de præparatione Euangelica c. 3.*
[d] *Constantin. apud Eusebium in oratione ad Sanctorum cœtum c. 4 D Leo P. ser 1. de Pentecost. c. 3.*

A Deum?]Et in Leuitico. [Non facietis vobis idolum & ſculptile, neque titulos erigetis, neque inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum; ego enim ſum Dominus Deus veſter; cuſtodite Sabbatha mea, & pauete ad Sanctuarium meum: Ego Dominus.] Voluit ergò Dominus prohibere filiis Iſraël, qui ad idololatriam propenſi erant, ne vllum diuinæ maieſtatis ſimulacrum facerent, ſed ante tabernaculum, quod ipſis Dei gloriam repræſentabat, pauerent omnes. Quod planiùs expoſuit, cùm reddens huius præcepti rationem, ſic ait: [Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem, in die qua locutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis; ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem maſculi, vel fœminæ.] Sic Deuter. V. refertur Dominum de medio caliginis locutum fuiſſe ad filios Iſraël: nihilque eos præter ignem, nubem, atque caliginem inſpectare vnquam potuiſſe; vt animaduerterent, & B intelligerent, Deum non eſſe talem, qui humano ingenio, vel arte pingi poſſet, vel figurari; nam ſi aliquam formam vidiſſent Dei, cùm eos alloquebatur, tali eum præditum vtique arbitrarentur. Quam ignorantiam, vel inſaniam potiùs, notat, reprehenditque in Romanis D. Paulus, qui mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, vel volucrum, & quadrupedum & ſerpentum: illi enim, vt Iuſtinus Martyr [l] tradit, diuinitatis ſe formam exprimere, talique Deum effigie præditum eſſe arbitrabantur, qualem ſpectra ipſa præ ſe ferebant. Nullam ergo imaginem Dei in veteri teſtamento effictam, vel formatam fuiſſe, vt ſacris, ſic & profanis etiam auctoribus liquet. Ioſephus [m] enim contra Apionem ex Hecatæo antiquiſſimo hiſtorico de templi Hieroſolymitani deſcriptione refert, nullum in eo ſimulacrum, aut aliquod anathema fuiſſe: poſteà [n] pluribus, eidem reſpondet Apioni, obiicienti, quòd Iudæi Imperatoribus ſtatuas non erigerent, eum admirari C potius debere ait, magnitudinem modeſtiámque Romanorum, quòd ſubiectos non cogerent patria iura violare. Cornelius etiam Tacitus Cneium Pompeium refert, cum expugnatis Hieroſolymis templum adiiſſet ſpeculaturus Iudaicæ religionis arcana, nullum illic reperiſſe ſimulacrum, & vtique ſi id coleretur, vt Tertullianus [o] animad uertit aduerſus Gentes, Cornelij auctoritatem illis obiiciens, quod aliqua effigie repræſentabatur; nuſquam magis atque in ſacrario ſuo exhiberetur; eo magis, quia verebatur extraneos arbitros vana cultura. Idque affirmat Origenes [p] contra Celſum. Nec id ſolùm politiua conſtitutione ſiue noua, ſiue antiqua cauetur, ſed iure ipſo naturæ æquiſſimaque ratione: nam cùm corporea figura, non niſi rem corpoream repræſentet, impoſſibile erat Dei veritatem, prout in ſe eſt exprimi poſſe; ſed neceſſe erat illam in mendacium (vt diuus Paulus ait) commutari.

Quibus ſatis conſtat, imaginem Dei, prout in ſe eſt, tam in veteri quàm in nouo teſtamento prohiberi. Cuius maiori veneratione & cultu, ipſum adhuc Dei nomen D apud Patriarchas & Prophetas erat ineffabile: exiſtimantes, non ſine magno conſilio, abſtruſiſſima diuinitatis myſteria, ſe & reliquos ſilentio reuereri debere, potiùs quam enuntiare: idque comprehendit ipſius Dei vocabulum, quod vt Iuſtinus martyr [q] interpretatur, non tam Dei nomen eſt, quàm inenarrabilis rei hominibus innata opinio: eáque de cauſa, illum quandoque ſeipſum ſine nomine nuncupaſſe, & dixiſſe Moyſi: Ego ſum ens ille. Idem Iuſtinus [r] Martyr tradit. [Deus autem neque ſuperiorem quemquam habuit à quo nomen acciperet, neque ſeipſe nominare voluit, cum vnus & ſolus eſſet, ſicut de ſeipſo per Prophetas teſtatur: Ego Deus primus, & ego deinceps, nec eſt præter me Deus alius. Ideo ſicut anteà dicebam, cùm Moyſem ad Hebræos mitteret, non nomine vſus eſt, ſed participio quodam, quo ſe vnum, ſolumque Deum eſſe ſignificat.] Hæc ille.

E Eandem hanc Hebræorum & Chriſtianorum Catholicorum veram ſententiam Ethnicorum plures auctoritate & ſapientia præſtantiores ſectati ſunt. De Numa enim Clemens Alexandrinus [s] hæc refert. [Numa Rex Romanorum erat quidem Pythagoreus, ex his quæ à Moyſe tradita ſunt adiutus, prohibuit Romanis, ne animali ſimilem Dei facerent imaginem, docens id quod eſt optimum, non licere vlli alia ratione, quàm ſola mente attingere; idque centum & ſeptuaginta annis obſeruatũ fuiſſe, templa quæ ædificata abſque imagine, nec afficta nec depicta: cuius Tertullianus [t] quoque meminit. [Nam etſi à Numa (inquit) concepta eſt curioſitas ſuperſtitioſa, nondum tamẽ aut ſimulacris aut templis res diuina apud Romanos conſtabat, frugi religio, pauperes ritus, & nulla Capitolia certãtia cœlo; ſed temeraria de ceſpite altaria, & vaſa adhuc Samia, & nidor ex illis, & Deus ipſe nuſquam: nondum enim tunc in Gente Græcorum atque Tuſcorum fingendis ſimulacris vrbẽ inundauerãt.] Et alibi. [u] [Idolum aliquando

Leuit. 26.

Deut. 4.

Paul. ad Rom. 1.

l Iuſtinus Martyr 2. apologia.

m Ioſeph. lib. 1. contra Apionem.

n Idem lib. 2.

o Tertull. in apologet. c. 16.

p Origenes contra Celſum lib. 4.

Actuum 17.

q Iuſtinus martyr 2. apolog. pro Chriſtianis.

r Idem in ſermon exhortatorio ad Gentes.

s Clemens Alex. lib. 1 ſtromat.

t Tertull. in apologet. c. 25.

u Idem lib. de idolatria c. 3.

retro non erat, priusquam huius monstri artifices ebullissent, sola templa & vacuæ ædes erant, sicut in hodiernum quibusdam locis vetustatis vestigia permanent.] Nec illud omisit Plutarchus [x]: [In prioribus (inquit) centum septuaginta annis, templa quidem ædificabant, sacráque tuguria erigebant: simulacrum verò nullum corporeum dedicabant.] Nec tacuit Dionysius Halicarnasseus, addens Tarquinium Priscum vanitate & stultitia Græcarum religionum Hetruscarúmque domi imbutum, Romanos docuisse simulacra diis ponere. Quod ex sententia Varronis pronunciat & comprobat D. Augustinus [y] ad Marcellinum, his verbis: [Dicit etiam antiquos Romanos, plusquam annos centum & septuaginta, Deos sine simulacro coluisse, quod si adhuc (inquit) mansisset, castiùs dij obseruarentur. Cuius sententiæ suæ testem adhibet, inter cætera etiam Gentem Iudæam; nec dubitat eum locum ita concludere, vt dicat, qui primi simulacra deorum populis posuerunt, eos ciuitatibus suis & metum dempsisse, & errorem addidisse; prudenter existimans Deos facilè posse in simulacrorum stoliditate contemni. Quòd verò non ait, errorem tradiderunt, sed addiderunt, iam vtique fuisse etiam sine simulacris intelligi vult errorem. Quapropter cùm solos dicit animaduertisse, quid esset Deus, qui eum crederent animam mundum gubernantem, castiúsque existimat, sine simulacris obseruari religionem, quis non videat, quantum propinquauerit veritati? Si enim aliquid contra vetustatem tanti posset erroris, profectò & vnum Deum, à quo mundum crederet gubernari, & sine simulacro colendum esse censeret; atque in tam proximo inuentus facilè fortasse de animæ mutabilitate commoneretur, vt naturam potiùs immutabilem, quæ ipsam quoque animam condidisset, Deum verum esse sentiret.] Multis ætatibus antèà Græci & Lacedæmonij, à quibus hæc & alia Romani acceperant eiusdem sententiæ fuerunt. Lycurgus enim Lacedæmoniorum legislator, etiamsi multarum cæremoniarum apud Gentiles institutor esset, nulla tamen apud eum ficta deorum imago fuit; quippe hominum aut animalium species diis tribui nefarium putauit. Persas nec statuas, nec templa, nec aras extruxisse diis, proditum est, putantes deos ex hominibus ortos non esse, vt Græci, Herodoto [z] auctore; & mundum vniuersum templum ilius asserunt. Socraticus Xenophon formam Dei veri negat videri posse, & ideo quæri non posse, vt refert Minutius [a]. Plato etiam id videtur sensisse in Timæo, dum ait vniuersi huius patrem & effectorem inuenire, esse difficile, & cùm inueneris, fieri non posse vt eum enunties. Si enim lingua exprimi non potest, quomodo penicillo & coloribus, vel alia vili materia exprimetur? Id quoque symbolicè docuit idem Plato, dum omnem materiam ad effingendos deos minùs aptam dixit: [Nam aurum & argentum (inquit) & in aliis ciuitatibus priuatim, & in sacris res est inuidiosa; ebur autem & æs sunt instrumenta bellorum, &c.] Quæ refert Clemens [b] Alexandrinus. Hanc autem veritatem ab Hebræis mutuatum Platonem adstruit idem Clemens. Aristoteles item Dei formam nec intelligi posse censuit auctore Tullio. Assentitur Antisthenes Socratis familiaris, dicens nulli esse similem, sicque neminem eum posse discere ex imagine. Neque discrepat Xenophon Athemensis [Qui (inquit) omnia mouet, & quieta efficit, magnus quidem est, & apertè potens, sed cuiusmodi nam sit formæ, non apparet: sed nec Sol qui omni parte videtur esse lucidus, & conspicuus, ipse seipsum videre permittit; sed si quis ipsum impudenter fuerit contemplatus, visu oculorum priuatur. Hæc Clemens eodē loco, insuper illud addens: [Vnde nam igitur eruditur Grilli filius nuper ab Hebræorum Prophetissa, scilicet, quæ hoc modo vaticinatur? (Sibyllam intelligit.)

Quæ caro cælestem poterit, verúmque tueri.
Humana sortis, qui expers in vertice cæli?
Est Deus aduersos radios neque cernere Solis
Mortales possunt homines, lucemque micantem.]

Pythagoras hoc dicto, non esse gestandos annulos, symbolicè docuit; ne, vt idem Clemens [c] obseruat, deorum effigies (vt moris tunc erat) in eis insculperent. [Vt Dei (inquit) maiestas vilis, & contempta reddatur, efficit quæ est in promptu videndi consuetudo, & quæ intelligentia percipitur, essentiam colere per materiam, est eam per sensum vilipendere.] Quocirca Ægyptiorum sapientissimi Mineruæ ædem sub dio esse constituerunt. Zeno [d] autem Stoicorum sectæ princeps & auctor, nec templa, nec deorum imagines haberi voluit, nihil compositum diis dignum ratus. Orpheus autem Theologus de Deo hæc ait:

——— Nullus & ipsum
Mortalis cernit, verùm omnes aspicit ipse.

Xenophanis Colophonij de Deo hæc etiam sententia:

Maximus

[x] *Plutarchus in vita Numæ.*

[y] *D. Aug. lib. 4. de ciuitate Dei ad Marcellinum c. 31.*

[z] *Herodo lib. 1. Pluribus Alexand. ab Alexandro lib. 2. genialium dierum. cap. 22.*

[a] *Minutius Felix in Octauio.*

[b] *Platonis sententiam refert Clemens Alex. lib. 5. stromatum. Idem in orat. adhortat. ad Gentes. Tullius ex Arist. refert lib. 1. de natura deorum.*

[c] *Clemens Alex. lib. 5. stromat.*

[d] *Zeno in lib. de republica.*

A *Maximus in genere eſt diuum atque hominum Deus vnus.*
Qui nec corpore, nec mente eſt mortalibus vllis
Aſſimilis.

Quæ omnia & alia id genus fusè perſequitur Clemens [c] Alexandrinus. Qua de cauſa Empedocles Homerum & Heſiodum reprehendit, quòd ſpeciem hominis diis affinxiſſent, quæ, vt ipſe docet, illis minimè congruebat. Pythagoram præterea tradunt, cùm ad inferos deſcendiſſet, Heſiodi quidem animam æneæ columnæ alligatam ſtridentem, Homerum verò ex arbore pendentem ſerpente circundatum vidiſſe: quòd hæc & alia de diis finxiſſent, vt Suidas refert. Nec Græci, Ægyptij & Romani ſolùm de Deos ſed & Saxones id cenſuerunt de diis, cùm Mercurium ea gens coleret, & alios templis includere Deos, & humanæ ſpecici aſſimilare pro diuinitatis magnitudine, &

B dignitate, numquam in animum induxerint: teſte Ioanne Bohemo [f], & VVitichindo [g]. Idem de Perſis memoriæ mandauit Herodotus [h], & Strabo [i], à quibus diuinitatem nulla humana ſpecie repræſentari poſſe, creditum ſemper eſt.

Leuioris autem ponderis ſunt, quàm referri debuiſſent, confutari, quæ Audius hæreticus attulit teſte Epiphanio [k], vt probaret Deum corporeum eſſe figura hominis formatum. Ex verbis enim illis, quæ Deus locutus eſt dicens: Faciamus hominem ſecundùm imaginem noſtram, & ſecundùm ſimilitudinem (quæ ad intellectus & rectæ voluntatis rationem ſunt referenda, vt diuus Athanaſius [l] docet, Baſilius Magnus [m]; Auguſtinus [n] & alij,) & ex his quæ adiecit Moyſes: Et fecit Deus hominem luto accepto de terra, ſubintulit, Deum corporeum eſſe, quòd homo ad eius imaginem & ſimilitudinem formatus corporeus ſit. Confirmabat ipſe & eius ſectatores errorem ex aliis

C ſacræ Scripturæ locis, nimirum: Oculi Domini ſuper pauperem reſpiciunt, & aures ipſius ad preces illius. Et: Manus Domini fecit hæc omnia, Vos duræ ceruicis: Et: Cœlum mihi thronus, & terra ſcabellum pedum meorum, & quæcumque talia de eo ſcriptura ſunt. Et videbam Dominum Sabaoth ſedentem in thróno alto, & erat caput ipſius velut lana alba, & amiculum ipſius ſicut nix. Ex his aſſerebant eſſe corpus, id eſt ſecundum imaginem Dei. Addebant à Prophetis viſum eſſe Deum; quod ſine corpore percipi non poterat. Audij ſectam ſecuti ſunt multi, à ſuo principe & auctore Audiani nuncupati, Chriſtianorum nomen ſpernentes, vt illis obiicit diuus Epiphanius, & ex eiſdem ſacræ Scripturæ locis eiuſdem impietatis errori pertinaciter adhæſerunt, vt latiſſimè refert diuus Auguſtinus [o] ad Fortunatianum Epiſcopum Siccenſem, de videndo Deo, & ad Paulinam. Ad hæc autem & alia, quæ ex ſacræ Scripturæ locis Audiani ſiue Anthropomorphitæ (iidem enim ſunt) repetebant, audiamus Nouatianum docta & polita oratione reſpondentem [p]. [Et licet (inquit)

D Scriptura cœleſtis ad humanam formam faciem diuinam ſæpe conuertat, dum dicit: Oculi Domini ſuper iuſtos: aut dum: Odoratus eſt Dominus odorem bonæ fragrantiæ: aut dum traduntur Moyſi tabulæ ſcriptæ digito Dei: aut dum populus filiorum Iſraël, de terra Ægypti manu valida & brachio excelſo liberatur: aut dum dicit; Os enim Domini locutum eſt hæc; aut dum terra ſcabellum pedum Dei eſſe perhibetur: aut dum dicit: Inclina aurem tuam & audi; ſed nos qui dicimus, quia lex ſpiritalis eſt, non intra hæc noſtri corporis lineamenta modum, aut figuram diuinæ maieſtatis includimus, ſed ſuis illam interminatæ magnitudinis (vt ita dixerim) campis, ſine vllo fine diffundimus. Scriptum eſt enim: Si aſcendero in cœlum, tu ibi es: ſi deſcendero ad inferos, ades; Et ſi aſſumpſero alas meas, & abiero trans mare, ibi manus tua apprehendet me, & dextera tua detinebit me. Rationem enim diuinæ Scripturæ de

E temperamento diſpoſitionis cognoſcimus. Parabolis enim adhuc ſecundum fidei tempus, de Deo Prophetes tunc loquebatur, non quomodo Deus erat, ſed quomodo populus capere poterat. Vt igitur hæc ſic de Deo dicantur, non Deo, ſed populo potiùs imputetur, ſic & tabernaculum erigere populo permittitur, nec tamen Deus intra templi anguſtias omnino ſepitur: non igitur mediocris eſt Deus, ſed populi mediocris eſt ſenſus; nec anguſtus Deus, ſed rationis populi anguſtus eſt intellectus habitus. Denique in Euangelio veniet hora; Dominus aiebant; quum neque in monte iſto, neque in Hieruſalem adorabitis Patrem, & cauſas reddidit, dicens: Spiritus eſt Deus, & eos ergo qui adorant, in ſpiritu & veritate adorare oportet. Efficaciæ igitur ibi diuinæ per membra monſtrantur, non habitus Dei, nec corporalia lineamenta ponuntur. Nam & cùm oculi deſcribuntur, quòd omnia videat, exprimitur. Et quando auris, quòd omnia audiat, proponitur. Et cùm digitus, ſignificantia quædam voluntatis aperitur. Et cùm nares, precum quaſi odorum perceptio oſtenditur. Et cùm manus, quòd creaturæ

[c] *Idem Clemens dict. lib. 5. Stromatum paulò ad finem.*

[f] *Ioann. Bohemus lib. 3. de moribus Gentium.*
[g] *VVitichindus rebus geſtis Saxonum.*
[h] *Herod. lib. 1.*
[i] *Strabo lib. 15.*
[k] *D. Epiph. lib. 3. aduerſ. hær. 70. hæreſi.*
[l] *D. Athan. in oratione contra idola*
[m] *D. Baſil. in hexameron. homil. 1.*
[n] *D. Aug. lib. 1. de Geneſi contra Manichæos c. 17.*

[o] *D. Aug. in epiſt. 3. ad Fortunatianum, & altera 112. ad Paulinam*
[p] *Tertull. ſeu Nouatianus de Trinitate c. 6. & 7.*

Pſalm. 33. *Gen. 8.* *Exod 31.* *Deut. 31.* *Iſai. 6.* *Iſai. 66.* *4 Reg. 19.* *Rom. 7.* *Pſalm. 138.* *Exod. 26.* *3. Reg. 6.* *Ioan. 4.* *Pſam 33.* *4. Reg. 19.*

Exod. 31. Gen. 8. Deut. 5. Isai. 66.

sit omnis auctor probatur. Et quando brachium, quòd nulla natura contra robur ipsius repugnare possit, edicitur. Et quando pedes, quòd impleat omnia, nec sit quidquam vbi non sit Deus, explicatur. Neque enim sunt ei, aut membra, aut membrorum officia necessaria: ad cuius solùm etiam tacitum arbitrium & seruiunt, & adsunt omnia. Cur enim requirat oculos, qui lux est? Aut cur quærat pedes, qui vbique est? Aut cur ingredi velit, cum non sit quò extra se progredi possit? Aut cur manus expetat, cuius ad omnia instituenda artifex est, & silens voluntas? Nec auA

Isai. 50.

ribus eget, qui etiam tacitas nouit voluntates. Aut propter quam causam, linguam quærat, cui cogitare iussisse est? Necessaria enim hæc membra hominibus fuerunt, non Deo; quia inefficax hominis consilium fuisset, nisi cogitamen corpus implesset: Deo autem non necessaria, cuius voluntatem non tantùm sine aliqua molitio- opera subsequuntur, sed ipsa statim opera cum voluntate procedunt. Cæterum ipse pe totus oculus: quia totus videt; & totus auris, quia totus audit: & totus B manus, quia totus operatur: & totus pes, quia totus vbique est, idem enim, quidquid illud est, totus æqualis est, & totus vbique est. Non enim habet in se diuersitatem sui quidquid est simplex. Ea enim demum in diuersitatem membrorum recidunt, quæ veniunt ex natiuitate in dissolutionem. Sed hæc quæ concreta non sunt, sentire non possunt, quod enim immortale est quidquid est, illud ipsum vnũ & simplex & semper est, & ideo quia vnum est, dissolui non potest: quoniã quid est *illud ipsum* extra ius dissolutionis positum, legibus est mortis solutum Sed illud, quod *dicit* Dominus

Ioan. 4.

Spiritum Deum, puto ego sic locutum Christum de Patre, vt adhuc aliquid plus intelligi velit, quàm Spiritum Deum. Hominibus enim licet in Euangelio suo intelligendi incrementa facientibus disputet; sed tamen & ipse sic adhuc de Deo loquitur hominibus, quomodo possunt adhuc audire vel capere; licet vt diximus, in

Ioan 4. 1. Ioan. 1. Ioan 4.

C agnitionem Dei religiosa iam facere incrementa nitatur. Inuenimus enim scriptum esse, quòd Deus charitas dictus sit, nec ex hoc tamen Dei substantia charitas expressa est, & quod lux dictus est, nec tamen in hoc substantia Dei est, sed totum hoc de Deo dictum est, quantum dici potest, vt meritò, & quando spiritus dictus est, non omne id quod est dictus sit, sed vt dum mens hominum intelligendo vsque ad ipsum proficit spiritum, conuersa iam ipsa in spiritu, aliud quid ampliùs per spiritum coniicere Deum esse possit. Id enim quod est secundum id quod est, nec humano sermone edici, nec humanis auribus percipi, nec humanis sensibus colligi potest.

1. Cor. 2.

Nam si quæ præparauit Deus his qui diligunt illum, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis, aut mens ipsa percepit, qualis & quantus est ille ipse, qui hæc repromittit, ad quæ intelligenda & mens hominis & natura defecit? Denique si acceperis, Spiritum, substantiam Dei, creaturam feceris Deum. Omnis enim spi-

Deut. 4.

D ritus creatura est. Erit ergo iam factus Deus. Quomodo & si secundum Moysen, ignem acceperis Deum, creaturam illum esse dicendo, institutum expresseris, non institutorem docueris; sed hæc figurantur potiùs, quam ita sunt. Nam & in veteri

Ioan. 4.

testamento, ideo Deus ignis dicitur, vt peccatori populo metus incutiatur, dum iudex ostenditur. Et in nouo testamento spiritus esse profertur, vt refector & creator in delictis suis mortuorum per hanc bonitatem collatæ credentibus indulgentiæ comprobetur.] Hæc Tertullianus siue Nouatianus, quibus similia adfert Clemens Ale-

Ioan. 4.

[c] Clemens Alex. lib 7 Stromat. paulo post principium.

xandrinus [c], quæ ne longior excurrat oratio, libentius faciemus missa; tum & illa, quæ D. Augustinus [b] & ex se, & ex aliis Patribus congerit, illis duabus epistolis ad Fortunatianum Episcopum Siccensem & ad Paulinum in quarum postrema copiosè explicat, quomodo viderint Deum Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, Micheas, Esaias & si qui sunt alij, qui Deum in Scriptura vidisse dicantur: eos enim di-

[b] D. Aug. epist. 111. & 112.

E cit Deum vidisse, non sicut ista natura videtur, sed voluntate visus est specie, qua voluit apparens, latente natura atque in se incommutabiliter permanente. Eadem ferè Isidorus [d].

[d] D. Isidorus lib. 1. de summo bono c. 5. 6. & 7.

Diuinarum igitur personarum siue Deitatis imagines pingere non licebit, licebit tamen quas Deus ipse Pater, vel Filius, vel Spiritus sanctus suscipere aliquando dignatus est Quidquid repugnent impiè huius seculi hæretici. Nam si verbis eam quam Dominus formam induit, narrare possumus, cur non & imaginibus aut figuris, quas ipse voluit suscipere, cùm sacrarum rerum imagines non minus Dei verba sunt, quàm voces, quibus illæ explicantur, aut ipsæ quibus conscriptæ sunt, literarum notæ, vt docuerunt Augustinus [u], & Theodosius [x] religiosissimus Amorij Episcopus in Synodo Nicæna II. imagines vocans compendiosam scripturarum narrationem.

[u] D Aug. lib. 2. de doctrina Christiana.

[x] Theodosius Nicæna Synodo 2. actione 1.

Digitized by Google

narrationem & eruditionem populi, maximè ſimplicioris. D. Gregorius [y] ad Serenum Maſſilienſium Epiſcopum: [Quod legentibus ſcriptura (ait) hoc idiotis pictura præſtat cernentibus: quia in ipſa ignorantes vident quid ſequi debeant, in ipſa legunt qui literas neſciunt: vnde & præcipuè Gentibus pro lectione pictura eſt.] Alias autem vt (dixi) diuinarum perſonarum imagine, nulla Eccleſiæ traditione vel decreto receptas, publicè priuatimque proponi ſummopere cauendum eſt. In quo tamen Eccleſiæ Paſtoribus ea cura demandanda foret, vt diligentiſſimè inquirant, ne pictores, qua ſolent licentia ſua, ad res indignas figurandas abuſi, animos rudium à debito cultu & veneratione eorum quæ repræſentantur, ad errores & ſuperſtitiones traducant.

[y] *D. Greg. lib. 9 epiſt. 9. ad Maſſilienſem Epiſcopum*

De picturis autem harum imaginum in parietibus expreſſis, ideò hîc mentio iniecta eſt, quòd olim primi Chriſtiani, cùm ad euitandum Gentium errorem, quo Deos ſuos, ſiue idola ſimulacris & ſtatuis repræſentare ſolebant; tum etiam ne oſtiariorum negligentia à Gentilibus ſimulacra extraherentur, vel infringerentur, picturis ipſi frequentiùs, quàm ſtatuis vti ſolebant: cùm Chriſti humanitatem, cùm Dei Patris, vel, Spiritus ſancti in hiſtoriis antiquis aſſumptas formas, cùm ſanctorum Martyrum & Confeſſorum actos de Tyrannorum immanitate triumphos vellent deſcribere; & cùm pictarum imaginum vſus eſſet frequentior (quod hodie Græcorum moribus receptum eſt) ideò de picturis ſolùm, non de ſtatuis meminerunt.

Sed ſi decreti verbis (Ne in parietibus depingatur) Hæretici vel Catholici nos acriùs vrgeant, volentes, non generaliter Dei, ſine Deitatis picturas; ſed ſpecialiter, ne in parietibus vllæ imagines effingerentur, hoc decreto prohiberi, non repugnabo; dum illud mecum conſentientes agnoſcant, imagines eius, qui coli & adorari debet, ſolùm interdictas; quod canon ipſe conſequentibus verbis rationem decreti reddens, aperuit: [Ne (inquit) quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur;] id eſt, ne, vel Patris, vel Verbi, vel Spiritus ſancti forma ab ipſis aliquando ſuſcepta ad eam repræſentandam hominibus, in parietibus depingatur. Cuius conſtitutionis non vna ratio eſſe potuit. In primis enim, quia cum omnes Eccleſiæ naſcentis imagines picturis, non ſtatuis frequentiùs efformarentur, ad conſeruandam diuini numinis maieſtatem, illud Hiſpani Epiſcopi ſatis piè excogitaſſe videntur, ne in parietibus Eccleſiæ Chriſti imagines vel diuinarum perſonarum pingerentur; vt intelligerent Chriſtiani omnes, tam docti, quàm ſimpliciores, & honoratiori loco, & auguſtiori veneratione diuinas perſonas, quàm humanas Sanctorum diſcerni, diſtinguique oportere. Et hinc fit probabile, antiquitatem & originem eorum altarium (quæ Hiſpani Retablos vocant) Hiſpaniæ deberi, cum tabulis potiùs quàm parietibus Epiſcopi noſtri ſacras imagines religionis ergò pingi voluiſſe, hoc ipſo decreto videantur.

Fuit & alia (quæ Gentes reſpicit) idonea ſatis, & conſentanea ratio: vt vel Chriſti humanitatem, vel Patris & Spiritus ſancti aſſumptam formam in parietibus depingi eo tempore Hiſpani Epiſcopi interdixerint: quod tunc nefas putarent, abſtruſiora Trinitatis myſteria publicari, vt nunc fit paſſim, in his præſertim prouinciis, in quibus veterum illa religio in premendis myſteriis irreuerenter ſublata eſt. Sed ſapienter & religiosè voluerunt, eas in altaribus ex tabulis compactis depingi, vt commodè velis obductis, vt hodie, tegi poſſent, & ad cultum ſtatis temporibus à Chriſtianis exhibendum reuerenter detegi. Summa enim cura cauebant Epiſcopi, ne Religionis noſtræ myſteria ludibrio cum auctore haberentur, & irriderentur à Gentibus. Sciebant quippe huius Concilij tempore, quo maior populi pars erat Ethnicorum, nomen Chriſti aduerſis auribus Gentes excipere; quinimo memoriam eius, moleſto & iniquo ferre animo, nefandóque & ſacrilego errore, aut extrema potiùs dementia irridere & damnare Chriſtianos, quod audirent illos hominem quendam (vt aiebant) pœnæ cauſa affixum cruci colere & adorare, vt Arnobius [z] & Minutius [a] Felix pluribus teſtantur.

[z] *Arnobius. lib. 1 aduerſus Gentes*

[a] *Minutius Fel in Octauio.*

Ne igitur huic periculo graui & pernicioſo exponerentur Chriſti imagines parietibus Eccleſiæ depictæ, ideò ab Hiſpanis Patribus hoc canone interdictę ſunt. Nec abſtruſiora ſolùm humanitatis Chriſti, & diuinitatis myſteria publicè in Eccleſiæ parietibus pingi, diſplicuit olim Epiſcopis, verùm nec alia Chriſtianæ doctrinæ arcana literis conſignari, vel palàm publicéque doceri, fas eſſe cenſebant: ne inſanis Ethnicorum ludibrijs & riſui illa (vt dixi) exciperentur. Sozomenus [b] cùm Concilij Nicæni hiſtoriam

[b] *Sozomen. lib. 1 hiſtor. Eccleſ. c. 1*

riam texeret, & formulam fidei inibi expreſſam continuò addere eſſet neceſſe, illam ſe prætermittere, tam propria, quàm communi amicorum pietate & hortatu, his verbis narrat. [Cæterum (ait) quamquam neceſſum putaui, quo ſymbolum fidei tum approbatæ de cetero poſteritati cùm ratum maneret; tum exploratè cognitum eſſet, ipſam illius formulam ad veritatem planiùs declarandam hoc loco citare: tamen eum pij viri, iiquè amici, & rerum eius generis periti me docerent, res eiuſmodi à ſacerdotibus ſolum & Epiſcopis debere, tum dici, tum audiri; eorum ſanè approbaui conſilium. Nam veriſimile eſt nonnullos, qui non ſunt initiati myſteriis, hunc librum perlecturos.] B. Dionyſius [c] Areopagita. [Et mihi (ait) nemo profanus obſtrepat: nullus qui rudimentis cœleſtibus careat, pergat ad videndum. Nam nec infirmis pupillis, aduerſam Solaribus radiis aciem intendere tutum eſt; ita ne nobis quidem ea, quæ ſupra nos ſunt, tentare velle, innocuum fuerit: ſiquidem verè legalis ſanctáque inſtitutio, Oziam quidem, quod ſibi ſacerdotale munus aſſumeret, Core autem quòd celſiora ſe ſacroſancta munera vſurpare præſumeret, Nadab verò & Abiud, quòd ſuo munere indignè abuterentur, abiecit, repulit, perdidit.] Præter Gentiles, eis quoque myſteria recondita eſſe volebant, qui baptiſmo recipiendo nomen recens dediſſent. D Iſidorus [d] eſt auctor catechumenis Symbolum fidei tradi non ſolitum, niſi in ipſo ferè baptiſterij limine conſiſtentibus, eo nimirum tempore quo dicebantur competentes, & tunc ait. [Quaſi communicatorium fidei & ſanctæ confeſſionis indicium, quo inſtructi agnoſcant quales iam ad gratiam Chriſti exhibere ſe debeant.] D. Ambroſius [e] ad Marcellinam ſororem referens quid in cauſa de baſilicis tradendis actum eſſet. [Sequenti die (ait) erat autem Dominica, poſt lectiones atque tractatum dimiſſis catechumenis, Symbolum aliquibus competentibus in baptiſteriis tradebam: baſilicæ, &c.] Quare ſui temporis hæreticis Tertullianus [f] velut pudendum obiicit, quod Ethnicis & catechumenis catholicæ religionis myſteria quemadmodum & fidelibus communia facerent. [Non omittam (inquit) ipſius etiam conuerſationis hæreticæ deſcriptionem, quàm futilis, quàm terrena, quàm humana ſit, ſine grauitate, ſine auctoritate, ſine diſciplina, vt fidei ſuæ congruens. In primis quis catechumenus, quis fidelis incertum eſt. Pariter audiunt, pariter orant, etiam Ethnici ſi ſuperuenerint; ſanctum canibus & porcis margaritas, licèt non veras iactabunt, ſimplicitatem volunt eſſe proſtrationem diſciplinæ, cuius penes nos cura lenocinium vocant.] Voluerunt ſemper primi Chriſtiani, catechumenos à penitiori rerum ſacrarum intelligentia ſtudioſè arceri; cùm enim recipiebantur ad catecheſim, quædam duntaxat ſacramentorum ſumma velut per tranſennam illis ſuppeditabatur, exactiori tractatione prouectioribus initiatis reſeruata, quod D. Cyrillus Hieroſolymorum Epiſcopus ſæpiſſime docet. Initio enim operis adiurat ſanctiſſimè ne quis infidelibus & catechumenis ſuas tradat catecheſes. Quod de his catechumenis vellem intelligi, qui primoribus tantum labris rudimenta Chriſtianæ diſciplinæ guſtarant; non autem de adultis iam ætate multa in Chriſto & eius doctrina progreſſis. Hos tamen poſtea (competentes intelligo) docet, ne audita proferant in vulgus: [Fueras (inquit) tu aliquando catechumenus, nec tamen propoſita tibi myſteria enarrabantur.] Poſteà verò baptizatum alloquens: [Conſidera (ait) quantam Deus dederit tibi dignitatem: catechumenus vocabaris, foris ſubſiſtens; audiebas ſpeciem, & neſciebas; audiebas myſteria, & non intelligebas; audiebas ſcripturas, & ignorabas.] Chryſoſtomus [g]. [Dùm enim diaconus dicit (ait) pro catechumenis inſtanter oremus, nihil aliud, quàm vniuerſum fidelium populum hortatur, vt pro illis oret, licèt tunc adhuc alieni ſint catechumeni; nondum enim pertinent ad corpus Chriſti, nondum myſteriorum participes facti ſunt; ſed adhuc à ſpirituali grege diuiſi ſunt; quod ſi pro his obſecrandum eſt, longè magis faciendum eſt pro membris noſtris. Ob hoc autem, ait, inſtanter oremus, ne velut alienos auerſeris; ne velut peregrinos pro ignotis habeas non enim habent precationem legitimam, atque à Chriſto inductam; nondum orandi fiduciam ſortiti ſunt; ſed egent interuentu aliorum qui ſacris initiati ſunt; adhuc ſtant extra atria regalia; procul à ſacris cancellis.] Et paulo poſt ſubiungit: [Poſt hæc præit deprecationis modum, quis autem eſt ille? vt Deus aperiat aures cordium illorum, adhuc enim obturatæ ſunt & occluſæ. Cæterùm aures non has dicit externas, ſed animi, vt audire poſſint, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt; nondum audierunt myſteria quæ fas non eſt efferre; ſed vtcumque procul & eminus ſtant; iam vero vt audiunt, non percipiunt tamen quæ dicuntur; quod ea multam deſiderant intelligentiam, nec ſatis eſt vt audiantur, at iſti nondum intus habent

[c] D. Dionyſ. Areopagit. de Eccleſiaſt. hierar. p. 1. c. 11.

[d] D. Iſidor. lib. 2. de officiis Eccleſiaſt. cap. 21.

[e] D. Ambr. epiſt. 33.

[f] Tertull. lib. de præſcript. aduerſus hæret. c. 41.

[g] D. Chryſoſt. homil. 2. in epiſtola poſteriore ad Corinth. 1.

habent aures, eóque Deus dat mihi linguam auditam; vt sciam quando oporteat proferre sermonem, quoniam ipse mihi aperit os, dedit mihi manus, addidit mihi aurem audientem: quemadmodum etiam Prophetæ secùs audiunt, quàm vulgus; & fideles aliter audiunt, quàm catechumeni, &c.] Eâdem ratione eos ab Ecclesia, absoluta lectione sacra, per diaconum dimissos, veteres tradiderunt: nec Sacramento Eucharistiæ conficiendo, aut iam confecto inspiciendo interesse poterant, vt testantur D. Basilius, [h] Augustinus [i], & Isidorus [k] & ante hos Dionysius Areopagita. [l] [Porrò catechumenos & energumenos, & eos qui in pœnitentia sunt, sacrosancta sacerdotalis institutio psalmodiam quidem piam & diuinam sanctarum Scripturarum lectionem audire permittit: ad ea verò quæ deinceps in hostiæ salutaris oblatione geruntur contuenda, non hos planè, sed perfectos & tantæ rei dignorum admittit obtutus. Est enim diuinus sacer ordo, sanctæ iustitiæ plenus, & vnicuique pro meritis digna salubriter diuidit, congruam singulis diuinarum rerum participationem (iuxta illorum modum & rationem) suo tempore sacratius largiens. Extremus igitur catechumenis ordo tribuitur. Sunt enim nullius perficientis mysterij participes aut eruditi: carentque diuinæ formationis pia substantia, patrumque adhuc solis fouentur eloquiis: formisque viuificis ad diuinam illam vitæ ac lucis auctorem & beatam (quæ ex diuina regeneratione prouenit) effinguntur vitam. Quemadmodum igitur carnales infantes prius quàm perficiantur, atque formentur (si cura sua destituantur, & absque obstetricum manibus excidant) vt abortiui & emortui casum illum ingenitum, & vita lucequè carentem in terra habituri sunt. Neque profectò quispiam rectè sentiens dixerit (ad id quod videtur intendens) in lucem illos è tenebris emergere. Obiiciet enim perita corporum seruatrix medicina; lucem in iis solum operari, quæ lucis capacia sint, ita & sanctarum rerum sapientissima disciplina rudes primo atque informes animos in cunabulis fidei & tenero alimento sermonum Dei (quibus & illuminandi & viuificandi vis adest) curat, fouet, ac nutrit. Vbi verò illorum substantiam ad id perfectionis adduxerit, vt ad diuinam regenerationem idonei sint: tum demum suo ordine salubriter illis consortium ad ea quæ sunt lucis ac perfectionis indulget.] Nec Sacramento solum Eucharistiæ conficiendo interesse non poterant, sed nec orare simul cum fidelibus licebat, Conc. Laodicenum, [m] [Quoniam catechumeno orationem separatim & priùs prostratis eis, Episcopum oportet celebrare quibus egressis, orent etiam hi, qui in pœnitentia sunt constituti, & post manus impositionem his quoque abscedentibus, tunc fideles orare debebunt. D. etiam Chrysostomus. [n] [Quid hac igitur (ait) sit oratione potentius, quæ columnam & Ecclesiæ turrim adiuuat? Et catechumenis quidem permissum hoc nondum est, quoniam nondum ad hanc peruenère fiduciam, &c.] Manus impositionem super ordinandos fieri illis adstantibus Concilium Laodicenum [o] vetuit; Euangelium illis legi in Ecclesia; benedictionem cum fidelibus simul suscipere noluit, sed separatim, Concilium Arausicanum. [p] Iustis defunctorum exequiis, orationibus & sepulturæ non interesse, Dionysius [q] Areopagita. Quinimo tanta erat in cœlandis Sacramentis religio, vt in concionibus publicis, à quibus catechumeni & Gentiles non arcebantur, nunquam propriis nominibus sacramenta coram ipsis exprimerentur; sed eam formulam vsurpabant qui concionabantur, (per hoc aut illud sacramentum quod norunt fideles) quasi illis tantùm diuinitatis & religionis arcana pandenda forent, ethnicis autem & catechumenis occultanda & reticenda: qua forsan ratione huius Concilij Patres ab exprimenda imagine Christi in hoc canone abstinuisse, tamen Christianis latente illorum verborum sensu (Ne quod colitur & adoratur in parietibus depingatur) verosimile est, vt si decreta forsan in ethnicorum manus incidissent; quid ob eorundem errores & ignorantiam de Christo, religionis auctore, & eius imaginibus in parietibus olim depictis, & denuò prohibitis Christiani & religiosi Episcopi constituissent, compertum non haberent. Nec à sacramentis solùm, & imaginibus Christi sacris inspiciendis reiectos ethnicos & catechumenos olim accepimus; sed & ab aspectu etiam illius spiritualis lauacri, quod votis omnibus exoptare debebant, Concilij Arausicani [r] decreto accepimus, ne forsan cœlestis luminis, & Ecclesiasticæ disciplinæ cognitione destituti, Naamani vecordiam imitarentur, & consueta Gentium balnea esse cogitantes, talem illic corporis ablutionem parari sibi & aliis impiissimè persuaderent; quod sane cum hac parietum pictura Concilio nostro prohibita decreti similitudine consonare videtur: eas enim in parietibus Ecclesiæ pingi noluerunt ne ethnici vel catechumeni simpliciores, vel qui ad intima Christianæ religionis non adhuc penetrarant (omnes enim tam infideles, quam catechumenos Ecclesiam

[h] *D. Basilius de Spiritu sancto c. 27*
[i] *D. Aug. tract. 1. & 16. in Ioan.*
[k] *D. Isidor. l. 6. etymolog. c. 19. Areopagita de Ecclesiastica hierar. p. 1 c. 3.*
[m] *Conc. Laodicen. can. 19.*
[n] *D. Chrysostom. homilia 79. de Oratione.*
[o] *Conc. Laod. can. 1 conc.*
[p] *Arausica. 1. can. 13. & 15.*
[q] *B. Dionys. Areop. de Ecclesiastica hierar. p. 2. c. 7.*
[r] *Conc. Arausican. can. 4.*

Digitized by Google

[s] *Concil. Carthag. 4. can. 84.*

siam ingredi potuisse vsque ad missam catechumenorum, Concilium Carthaginense [s] docet) hominem mortuum & cruci affixum, à Dei inuisibilis, & impassibilis natura longe alienissimum esse crederent, auctoremque Christianæ religionis spernentes, ipsam etiam religionem contemnerent, quod Arnobij & Minutij testimonio diximus superiùs: non tamen negat Concilium imagines Christi depingi in altari posse, vt suo tempore & loco debita adoratione à Christianis colerentur, vt & anteà, & posteà vsurpasse Christianos veteres, recentiores pij & eruditi viri copiosè annotarunt. Hanc autem piam & Christianam religionis traditionem pingendi imagines in altari, ab ipso Apostolorum tempore deductam decreto confirmare omiserunt, pari qua diximus ratione, ne videlicet ethnicis & catechumenis exploratū foret, quid à Christianis quoquo loco & tempore fieret, & celebraretur: neue catechumeni Iudaicæ proditionis crimen incurrentes, mysteria fidei, & religionis arcana, maximo fidelium dispendio & religionis iactura ethnicis aliis profanissimè euulgarent. Neque ab imagine Christi inspicienda catechumenos olim prohibitos mirabitur, qui legerit, antiquorum Conciliorum Arausicani [t] & Moguntini [u] decretis cautum fuisse, catechumenos ab initiatorum baptismo inspiciendo, à communi conuictu, ab osculo & aliis eius generis ciuilis salutationis officiis non secus repulsos fuisse, ac si adhuc essent Gentiles. Nec ethnicis solum & catechumenis, sed Christianis iam perfectis, mysteria disciplinæ Ecclesiasticæ occultabant veteres, ni Episcopi essent, vel sacerdotes iudicio & auctoritate graues; vt B. Dionysius [x] Areopagita docuit. [Sed obserua diligentiùs: ne sancta sanctorum efferas, neu prophanis luminibus violanda permittas verùm reuereberis magis: occultique Dei mysteria spiritalibus inuisibilibusque notionibus honorabis, atque intemerata seruabis: nequaquam ea passim rudibus tradens, sed sanctis solis sanctarum rerum intelligentias sacratiùs pandens. Sic enim (vt theologia nobis suis studiosis cultoribus tradidit) ipse quoque IESVS diuina profectò, atque omni substantia superior mens, & hierarchiæ omnis, & expiationis, ac diuinæ actionis initium & substantia, augustissimaque virtus, beatissimis illis spiritibus & nobis naturali dignitate longè præstantibus, manifestius simul atque spiritualius lucet: cósque pro viribus ad lucis suæ similitudinem transfert. Nostros item vanos & inconstantes motus honestarum amore rerum in eum intento, nosque intendente, constringit & complicat & in vnam ac diuinam perficit vitam.] Constat ergo (vt opinior) Hispanos Episcopos, non simplici tantùm, sed gemina pietatis laude decorandos; altera quòd imagines sacras ab initio Ecclesiæ venerationis ergò in parietibus etiam Ecclesiæ depinxerint: altera quòd pari posteà animi probitate, simili cultu, & eadem religione, vt his quæ diximus & periculis & erroribus occurrerent easdem pingendas recentiori constitutione interdixerint; quod ad insignem Hispaniæ commendationem pertinere vel Hæreticos ipsos fateri necesse est.

Ex Conc. Arausi. can 17. vt fert Burc. lib. 4. decret. c. 18 Et ex.

[t] *Concil Mogunt. can. 3. eadem lib. 4. c. 95.*

[x] *B Dion. de Eccleſiaſt hierarch. in. principio.*

Hodie verò propagata iam religione; & consuetudine & constitutione Ecclesiæ receptum est, imagines Christi & Sanctorum in parietibus depingi posse. Concilium enim Nicænum II. [y] sic decernit: [His sic se habentibus regiam viam incedentes & sanctorum nostrorum & diuinorum Patrum doctrinæ insistentes, & Catholicæ Ecclesiæ, in qua sanctus Spiritus inhabitat, traditionem obseruantes, definimus, cùm omni diligentia & cura, venerandas & sanctas imagines, ad modum & formam venerandæ & viuificantis Crucis, è coloribus & tessellis, aut alia quauis materia com modè paratas, dedicandas, & in templis sanctis Dei collocandas, habendasque tum in sacris vasis & vestibus: tum in parietibus & tabulis; in ædibus priuatis, in viis publicis, maximè autem imaginem Domini & Dei Seruatoris nostri Iesu Christi, deinde intemeratæ Dominæ nostræ Deiparæ, venerandorum Angelorum, & omnium deinde sanctorum virorum, &c.] Quod & Tharasius etiam ad Constantinum & Irenen dilucidè expressit dum scripsit: [z] [Quamobrem modis omnibus recipiendæ sunt venerandæ imagines Domini nostri Iesu Christi, quatenus scilicet perfectus homo fuit, & hæ quoque omnes, quæ historica & sacra Euangeliorum narratione depinguntur, nempe intemeratæ Dominæ nostræ Deiparæ, sanctorum quoque Angelorum; nam hominibus ipsi quoque in forma hominis visi sunt: item Sanctorum omnium quorum prælia & certamina tabulis & parietibus, sacris item vestibus & vasis insculpta amari debent, quemadmodum Catholica Ecclesia multis retrò seculis in hisce est instructa.]

[y] *Conc Nicænum II. actione. 7.*

[z] *Extat in eadem actione VII. Concilij Nicani. II.*

D. autem Iuo, [a] imaginum picturas in Ecclesiis, canone hoc non fuisse interdictas, censuit, sed pictorum parietum siue materiæ ipsarum imaginum cultum & adorationem. Illiberritanos enim Patres ad prototypa respiciendum in cultu imaginum, decreuisse,

[a] *D. Iuo. p. 3. decretorum c. 40.*

A creuiſſe, non ad materiam ipſarum imaginum interpretatur, his verbis: [b] [Picturas in Eccleſia non eſſe adorandas, ſed quod adorandum eſt mentibus fidelium, per eas ad memoriam reuocandum ex Concilio Illiberritano cap. XXXVI.] Id ipſum docuit Serenum Maſſilienſium Epiſcopum D. Gregorius: [c] [Atque eis dicendum (ait) ſi hanc inſtructionem, ad quam imagines antiquitùs factæ ſunt, habere vultis in Eccleſia, eas modis omnibus & fieri, haberique permitto. Atque indica, quòd non tibi ipſa viſio hiſtoriæ, quæ pictura teſte pandebatur, diſplicuerit, ſed illa adoratio quæ picturis fuerat incompetenter exhibita: atque in his verbis eorum mentes demulcens, eos ad concordiam tuam reuoca. Et ſi quis imagines facere voluerit, minimè prohibe, adorare verò imagines, omnibus modis deuita.

[b] *Canone 60.*

[c] *D. Gregorius l. 9. indict. 4. epiſt. 9. idem lib. 6 epiſt. 3.*

Laudo etiam aliorum doctrinam, & pietatem, quâ canoni huic plurimum lucis attulerunt. Sanctorum enim & Martyrum picturas (aiunt) hoc canone ſolùm prohiberi, ne parietum decruſtatione, debita Sanctorum imaginibus reuerentia detraheretur. Alij vero vt imminente perſecutione Chriſtiani illas ſecum deferre poſſent, ne ludibrio Ethnicorum & ludæorum expoſitæ relinquerentur; portatiles voluiſſe Epiſcopos Hiſpaniæ, non parietibus pictas contendunt: quibus ſanè præclaram (quam merentur) pietatis laudem impertior lubentiſſimè.

B

Cùm tot igitur catholicis & commodiſſimis interpretationibus huius canonis verba locum relinquant commodiſſimum, cur erronea potiùs & acerba, à qua longiſſimè abfuerunt, quàm ſana ſententia & benigna, ad quam ſine dubio reſpexerunt Epiſcopi noſtri, Caluinus, Hiemayrus & reliqui hæretici non leniunt illa, ſed exaſperant? cur ſanctam Epiſcoporum doctrinam non illorum propria religione, ſed veſana ipſorum impietate metiri volunt? cur antiquum Chriſti cultum cùm ipſo Chriſto in Hiſpania feliciter naſcentem, hoc canone ſanctiſſimo feliciùs excultum, impiè contendunt antiquari? cur altas fidei radices adeò temerè conuelli? cur diuinum religionis noſtræ ſemen vitiari, corrumpi? cur Martyrum & Confeſſorum egregia facta, dicta, edicta, & placita peruerti? cur Hiſpaniarum ſplendorem tam impudenti mendacio inquinari? O ſi Felix ille Martyr Valerius, cœleſti ſede ad tempus relicta, rediuiuus iterum vitales auras carperet, Caluinum & reliquos hæreticos tanquam falſarios, falſæ doctrinæ impoſtores his Tertulliani [d] verbis, cauſæ huic ſatis iudicio noſtro conſentaneis alloqueretur (omitto lubentiſſimè catholicos, ſi negligentiæ culpa non omnino vacuos, impietatis tamen crimine omnino liberos) Qui eſtis hæretici? quando, & vnde veniſtis? quid in meo agitis non mei? quo denique Caluine iure ſyluam meam cædis? qua licentia Balthaſar Hiemayre fontes meos tranſuertis? qua poteſtate limites meos commoues? mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, prior poſſideo, habeo origines firmas, ab ipſis auctoribus, quorum fuit: ego ſum hæres Iacobi, Flauius Cæcilij, Melanthius, Eugenij & Dionyſij Areopagitæ, Felix Torquati, Quintianus Mantij Chriſti diſcipuli: ſicut cauerunt Chriſtus & Apoſtoli teſtamento ſuo, ſicut fideicommiſerunt, ſicut adiuraueruntita teneo, ita tenemus; vos certè exhæredauerunt ſemper & abdicauerunt vt extraneos & inimicos. Vnde autem extranei & inimici Apoſtolis hæretici, niſi ex diuerſitate doctrinæ, quam vnuſquiſque de ſuo arbitrio aduerſus Apoſtolos aut protulit aut recepit? Illic igitur & Scripturæ & expoſitionum adulteratio deputanda eſt, vbi diuerſitas inuenitur doctrinæ. Si Dominus Ieſus Chriſtus Apoſtolos miſit ad prædicandum, alios non eſſe reſpiciendos prædicatores, quam quos Chriſtus inſtituit, quia nec alius Patrem nouit niſi Filius, & cui Filius reuelauit, nec aliis videtur reuelaſſe Filius, quàm Apoſtolis, quos miſit ad prædicandum, vtique quod illis Chriſtus reuelauit, & hic præſcribam, non aliter probari debere, niſi per eaſdem Eccleſias, quas ipſi Apoſtoli condiderunt, ipſi eis prædicando, tam viua (quod aiunt) voce, quàm per epiſtolas poſtea: ſi hæc ita ſint, conſtat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Eccleſiis Apoſtolicis matricibus & originalibus fidei conſpiret, veritate deputandam; id ſine dubio tenentem, quod Eccleſiæ ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus à Deo ſuſcepit, reliquam verò omnem doctrinam de mendacio præiudicandam quæ ſapiat contra veritatem Eccleſiarum, & Apoſtolorum & Chriſti, & Dei.] Quòd ſi doctrinæ, aut verborum potiùs ambiguitate premantur hæretici, hanc regulam obſeruandam tradit idem Tertullianus. [e] [Vbi enim apparuerit (inquit) eſſe veritatem diſciplinæ & fidei Chriſtianæ, illic erit veritas, non ſolùm ſcripturarum, ſed & expoſitionum, & omnium traditionum Chriſtianarum.] quia ſicut Apoſtoli non diuerſa inter ſe docuiſſent, ita & Apoſtolici non contraria ediderunt Apoſtolis; ipſi autem nec Apoſtolis nec Chriſto, nec Deo conſonam vel doctrinam, vel interpretationem

C

D

E

[d] *Tertull. de præſcriptio aduerſus hæreticos cap. 3*

[e] *Tertull. de præſcript. 20.*

Idem in eodem. 32.

Digitized by Google

nem ediderunt ; quia nec Apoſtolorum conſilium, nec Chriſti doctrinam, nec Dei iudicium reuerentur, vbi autem Deus non timetur, niſi vbi non eſt ? vbi Deus non eſt, nec veritas vlla eſt ; vbi veritas nulla eſt, meritò & talis diſciplina eſt : at vbi Deus, ibi metus in Deum, qui eſt initium ſapientiæ, vbi metus in Deum, ibi grauitas honeſta, & diligentia attonita, & cura ſolicita, & adlectio explorata, & communicatio deliberata, & promotio emerita, & ſubiectio religioſa, & apparitio deuota, & proceſſio modeſta & Eccleſia vnita, & Dei omnia. | Sed omittamus hos teſtes & iuſtitiæ cultu, & vitæ integritate, & veritate doctrinæ, & fidei religione vt ſanctiores, ſic abſque dubio meliores : nec ſtrictis ſanctorum Patrum regulis, ſed vel Paganorum teſtimoniis rem adhuc ipſam attentiùs expendamus. Nonne Vlpianus [i] docet vel in Ethnicorum contractibus & ſtipulationibus, quoties ambigua ſit oratio, id eſt quoties idem ſermo duas exprimat ſententias, commodiſſimum eſſe id accipi, quo res de qua agitur, in tuto ſit ? nonne generaliùs ſcripſit Paulus [k] in dubiis, id ſemper agendum eſſe, vt res bona fide contracta, quàm tutiſſimo loco conſtituatur ? nonne Vlpianus [l] commodiſſimum eſſe id accipi, quo res de qua agitur magis valeat quàm pereat ? nonne volunt Metianus [m] in ambiguis orationibus id ſpectari debere quod ſenſerit is, qui orationem protulit ; Nonne ſcripſit Paulus [n] in obſcuris illud inſpici debere, quod verſimilius eſt ? | Quæ lex (ait recte Cicero) quod Senatus Conſultum, quod magiſtratuum edictum, quod fœdus aut pactio, quod (vt ad priuatas res redeam) teſtamentum, quæ iudicia, aut ſtipulationes, aut pacti & conuenti formula non infirmari aut conuelli poteſt, ſi ad verba rem deflectere velimus, conſilium autem eorum qui ſcripſerunt, & rationem & auctoritatem relinquamus ? ſermo herculè familiaris & quotidianus non cohærebit, ſi verba inter nos aucupabimur. | Rectè etiam Seneca [m] monet, ſemper cum quid dubium eſt, humanitatem in melius inclinandam : ne fraudem innocentiæ dolus faciat, hæreſis religioni ; veritati mendacium : quo impudentiſſimè ſanctiora huius Concilij decreta hæretici hoc tempore ſingulari impietate debilitare, contaminare & corrumpere conantur. Sed veriſſimum tandem illud eſſe comperio, quod Tertullianus [n] ſcripſit, hoc inter ethnicos & hæreticos intereſſe, quòd ethnici non credendo credunt ; hæretici verò credendo non credunt : quinimo audiendo non audiunt, intelligendo non intelligunt, dum ſanctam & Catholicam Epiſcoporum Hiſpaniæ doctrinam & Conciliorum decretis & antiquis Patrum inſtitutis, & Summorum Pontificum ſanctionibus conſentantem pro erronea & impia interpretantur.

| Nec minùs ſtulta eſt, procax, & impia aliorum quorundam hæreticorum petulantia, qui omnem huic ſacro Concilio, alio Concilio ſacro auctoritatem contendunt ſublatam : ridiculo ſanè & impudenti quodam mendacio, indignóque vt in eo detegendo vel leuiſſima à nobis opera ponatur : ponenda tamen eſt, ne aut illi ſibi videantur dum profana verba depromunt, magnum aliquid dicere, aut ſi talibus nos contemnemus à litibus, obtinuiſſe ſe cauſam putent, victam ſui vitio, non aſſertorum ſilentio deſtitutam, quod de Gentibus olim dixit Arnobius. [o] Aiunt enim vel effutiunt potius impudenter, Concilium hoc Hiſpanicum paulò ante Francfordienſe peractum, & in eo (ob ſublatum ſcilicet ſacrarum imaginum cultum) hoc noſtrum fuiſſe damnatum ; vt ex illis refert Arnaldus [p] Pontachus Epiſcopus Vaſſetenſis Sed tantum eximiis his Eccleſiæ doctoribus in aperienda huius Concilij & Francfordienſis doctrina fidei nunc tribuendum, quantum maximis iiſdem (vt ſe iactant) Eccleſiæ antiquariis in exploranda Concilij antiquitate indulgendum antea probauimus. In primis enim in Concilio Francfordienſi nihil actum reperio de ſacrarum cultu imaginum ; nec in epiſtola Adriani Papæ ad Epiſcopos Hiſpaniæ, nec in libro Sacroſyllabo Paulini Aquileienſis, eiuſdem Concilij auctoritate edito probatoque, nec in actis tandem reliquis eiuſdem Concilij Francfordienſis : in his enim de errore ſolùm Elipandi Archiepiſcopi Toletani, & Felicis Vrgeitani de adoptione Chriſti, & ſeruitute decretum eſt ; quod ea ſolum cauſa eſſet tunc in Hiſpania inter Epiſcopos controuerſa. Sed permittamus interim in Francfordienſi actum de imaginum cultu : quibus argumentis aut conuincturis (rogo ab eiſdem hiſce antiquariis) probare poterunt Concilij decretum ſacris imaginibus derogaſſe, & in illo, huius auctoritatem fuiſſe abrogatam ? Si Theophilus & Stephanus Epiſcopi, Adriani PP. Legati in Francfordienſi præfuerunt, & auctoritate Adriani, Illiberritanum (vt ipſi aiunt) improbarunt : cur Adrianus [q] ipſe mox oblata propria cauſa canones Illiberritanos non laudauit modò, ſed his ipſis vt ſanctiſſimis rem grauiſſimam firmari & ſtabiliri voluit, in eo opere quod ex diuerſis Græcæ & Latinæ Eccleſiæ Conciliis collegit, & Ingilramno Mediomatricis verbis Epiſcopo tradidit ?

[i] *Vlpianus l. quoties in ſtipulationibus, de rebus dubiis.*
[k] *Paulus l. vbi eſt verborum, de rebus dubiis.*
[l] *Vlpianus l. quoties de rebus dub.*
[m] *Metianus l. in ambiguis. 96. de reg. iur.*
[n] *Paul. l. in obſcuris 114. de reg. iur.*
[i] *Cicero pro Cecina.*
[m] *Seneca lib. epiſt 11.*
[n] *Tertul lib. de carne Chriſti. c 15.*
[o] *Arnobius lib 1. aduerſus Gentes.*
Arnaldus Pon. in chronographia.
Lib. 1. cap. 1.
[q] *Adrianus PP. 1. cap 60. ex 6. eius collectionis, quam ad ſua cauſa defenſionem compi-*

Digitized by Google

A tradidit ? At dicent, Felicem Vrgellitanum Episcopum in Concilio Francfordiensi damnatum, quem sacris imaginibus bellum graue intendisse ferunt Platina [r], Sabellicus [s] & Concilium Senonense. [t] Damnatum Felicem Vrgellitanum [u] assentior, sed ob bellum indictum sacris imaginibus dissentior omnino, quod nec in epistola Adriani, nec in libro Sacrosyllabo, [x] nec in actis eiusdem Concilij mentio extet, de eo errore Felicis: quinimo in libro Sacrosyllabo à Concilio approbato dicitur, quòd si ab eo errore adoptionis & seruitutis Christi relipiscerẽt Elipandus & Felix, admitterentur ad Ecclesiæ communionem: quod vtique Concilium non permisisset, si alio graui iconomachiæ errore essent infecti. [Elipandum namque (ait) & Felicem nouos hostes Ecclesiæ, sed veternos à fece perfidiæ pollutos, nisi ab hac stultitia resipiscant, & per rectæ fidei satisfactionem, lamentis se abluant pœnitentiæ, indignos & ingratos eos à consortio Catholicorum perpetua animaduersione eliminare decernimus: & à gremio orthodoxæ Ecclesiæ censemus alienos. Optamus tamen, & B omni adnisu mentis immensæ pietatis boni Pastoris (qui animam suam posuit pro ouibus suis, & neminem vult perire) clementiam imprecamur, vt perfidiæ relicto errore, ad viam veritatis, quæ Christus est, & ipso redeant, perducente: quatenus in sinu matris Ecclesiæ dilectionis susceptí amplexu, tranquilla suauiter fidei pace quiescentes, largissima sugant vbera bonitatis Dei, ac per hoc perpetuæ felicitatis gaudia, gratia Dei (qui pro omnibus mortem gustauit) largiente, sine fine valeant adipisci.] Hactenus liber Sacrosyllabus, qui Felicem perspicuè admitti vult, deposito errore adoptionis & seruitutis, & pertinacem in illo damnari: nulla vel absolutionis vel damnationis propter imagines mentione iniecta. Qui putarunt itaque in Concilio Francfordiensi actum de imaginibus, falsò & temerè adiicientes (vt Hispaniæ vel Ecclesiæ potius Catholicæ conflarent inuidiam) in eo damnatum esse hoc Illiberritanum, C tanquam si in ipso damnatus esset sacrarum imaginum cultus, causam dederunt aliis, vt dicerent Felicem in Concilio damnatum, vt eiusdem erroris imaginum auctorem: cum certum sit, nec in Concilio Francfordiensi actum de Illiberritano, nec Felicem imaginum cultum sustulisse. Qui primus eo tempore, eius erroris venenum disseminauit, non Felix Vrgellitanus in Hispania, sed Claudius fuit Taurinensis in Italia & Gallia (in Hispania enim numquam est ausus) Felicis discipulus, cuius impietate effectum est, vt à discipulo in magistrum aliorum errorum auctorem, crimen alterum referretur. Sed vtinam qui Claudij impietatem imitantur, sacris imaginibus obsistentes, ingenij saltem in hoc, similitudine, eisdem vestigiis insisterent, efficerent sanè, vt sacrosancta haberi semper debuisset, non modò apud Catholicos, sed apud hæreticos quoque huius Concilij doctrina: cum eius religione Claudius impeditus ab ea citanda semper abstinuerit: prudenter scilicet, aut callidè potius, subolfaciens sacri D Concilij sententiam, in ipsum grauioribus aculeis potuisse retorqueri. Quod indicant Ionæ Aurelianensis libri, quos Caroli Magni iussu aduersus Claudium Taurinensem paulo post Concilium Francfordiense, tempore quo ipsa hæresis in Gallia orta est, scripsit; in quibus vel Claudium proposuisse, vel Ionam respondisse obiecto huius Concilij decreto, mirum aut necessarium potiùs silentium.

Postremò tandem, ad eximiam Hispanicæ religionis laudem illud maximè pertinere animaduerto, quod summa Dei benignitate euenisse credi par est: nulla videlicet hæreseos vel erroris iconomachiæ macula, à principio nascentis Ecclesiæ, ad hanc vsque diem Ecclesias Hispanicas vel leuiter notatas, nedum pollutas & contaminatas fuisse: si antiquiora & recentiora Concilia, si traditiones maiorum, si vetustos regni annales, attentiori studio consulamus. Quid enim si tam præclaro hoc & singulari religionis cultu & obseruantia, diuina Hispanos elegit Sapientia, vt sanctam E eius fidem, vt religionem Catholicam, vt sacrarum imaginum cultum, quem Galli, Germani & Angli tam pertinaci & obstinato oppugnant animo adeò felicibus auspiciis ad extremum Orientẽ & Occidentem Hispani propagarint? Quis enim ipsos, nõ ipsos dico, sed æternã erga ipsos Dei Optimi & Maximi beneficentiã non admiretur, nõ suspiciat, nõ colat & sempiternis efferat laudibus, quòd pio ipsorũ studio, quòd religiosa solicitudine, quòd zelo Christiano tot oppida, tot vrbes, tot populi, tot gentes, tot nationes, quæ à Christo vel improbitate summa, aut ignorantia abertrabant, depulsis tenebris, errore deposito, abiecta superstitione, confractis idôlis, ad veram Euangelij lucem adhuc conuertantur; & Christum verum Deum & hominem sanctissimæ nostræ religionis auctorem agnoscant, venerentur, & reuerenter adorent ipsiusque præcepta studiosissimè complectantur? Faxit ergo ob æternam & summam

Ferd. de Mendoza. Hh ipsius

lanit, huius Concily duos citans canones, vt postea propriis locis ad notabo.

[r] Platina in Adriano.

[s] Sabel. Æne. 8.

[t] Concilium Senon. can. 14. in fine.

[u] Felicem Vrgellitanum non fuisse Iconomachum, defendit etiã Alanus Copus. dial. 5. c. 15.

[x] Liber Sacrosyllabus in Conc. Frãcfordiensi adprobatus.

Hispanicas Ecclesias de Iconomachiæ errore numquam iure notari potuisse.

ipſius benignitatem Deus, vt conſeruata pura & puta tam antiqua & orthodoxa religione, retentáque tam Chriſtiana hac ſacri erga imagines cultus felicitate, diu poſſit & ſemper Hiſpania in ipſo ſanctiſmè gloriari. A

COMMENTARII NOVI.

HVius Canonis variæ traduntur interpretationes à viris doctis ad aſſerendum ſanctarum imaginum cultum, & debitum honorem. Prima, hoc Concilio reiectas eſſe imagines pictas, non ſculptas ob idololatriæ metum, vt de Saluatore in forma Iouis picto tradit Nicephor. *lib. 5. c. 23.* Secunda, ne imminente perſecutione Chriſtiani auferre ſecum, aut occultare non poſſent, & ita pictæ eſſent ludibrio Iudæis, & paganis. Hæc ex Sandero *lib. 2. c. 4. de cultu imaginum*, idem Turrian. *lib. 1. de hierar. ordin. c. 12.* Tertia, ne picturæ facilè deformentur, parietum cruſtis deiectis, & inde amiſſa venerabili forma potiùs contemptui ſint, quam veneration. Ita interpretatur hunc Canonem D. P. Martinez inſignis Theologus, Canonicus Conchenſis, & apud Complutenſes Magiſter meus, *in comment. epiſt. Iudæ loco 18. de imaginum debito cultu.* Quarta, pro temporum varietate ſtatuta variari humana: Vnde Eliberitana Synodo non eſſe imaginibus negatum honorem; quin potiùs in ſanctarum imaginum veneratione eſſe interdictũ, ne in parietibus depingerentur. Verum Concil. Nicæni 2. act 7. id modis omnib. permittitur *Definimus cum omni diligentia, & cura, venerandas, & ſanctas imagines ad modũ, & formã venerandæ, & vinificantis crucis, & coloribus, & teſtulis, aut alia quauis materia commodè paratas, dedicandas, & in templis ſanctis Dei collocandas, habendaſque tum in ſacris vaſibus, & veſtibus, tum in parietibus, & tabulis, in adibus priuatis, in viis publicis maximè autem imaginem Domini, & Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, deinde intemerata Domina noſtra Deipara, venerandorum Angelorum, & omnium deinde ſanctorum virorum* LOAYSA.

Secundam, ac tertiam interpretationem ſequuntur Bellar. *lib. 2. de imag. c. 9.* Suarez *tom. 1. diſp. Theolog. diſp. 53 ſect. 1.* eamque vtiliter latam, ac promulgatam eſſe illo tempore, quo idololatria maximè vigebat, quoque facilè accidere poterat, vt in parietibus depictæ, vel ab infidelibus irreuerenter tractarentur, vel etiam, quod ſupra indicat Garcias, parietum cruſtis deformarentur, quia verò hoc incommodum diligentia mutari poteſt, & antiqua illa neceſſitas iam ceſſauit, ideo hoc decretum Synodi Eliberitani vſu abrogatum eſt, & in ſeptima Synodo generali, quæ eſt Nicæna ſecunda, huiuſmodi imagines in parietibus depictæ, admittuntur, vt ſupra benè etiam à Garcia notatum eſt. Vide quæ notauimus ſupra in notis ad Synodum Apoſt. Antioch. VINNIVS.

De picturis, & tabulis, non verò de ſignis, aut ſtatuis hic agitur, & de picturis quidem, non quibus ſancti, & Martyres, ſed quibus Deus ipſe, ipſaque Trinitas repræſentaretur, illi ſiquidem non adorantur: vetant igitur Deum in parietibus depingi, ne ſcilicet, quem Gentilibus, & Catechumenis immẽſum, omnipotentem, inuiſibilem, æternum, incomprehenſibilem, ſpiritualem, corporis & materiæ expertem, & immunem prædicarent, eum ipſi Gentiles, & Catechumeni in ipſorum Eccleſiis lineis, & coloribus circunſcriptum, & comprehenſum cernerent: ne igitur diuini numinis maieſtas minueretur, & aliud deo depingeretur, quam prædicarent, & quẽ ſupra homines extollerent, humana ſpecie depictum oculis obiicerent, verant ne in Eccleſiis Dei imagines ſuſpendantur. Hæc ad ſanctorum imagines nullatenus pertinent. Ad hæc ex Apologet. pro Chriſtianis ex Tertull. & Minutio diſcimus, varios Deos, Deorumque formas Chriſtianis Gentiles finxiſſe, vt quiſque ex eorum ritibus aliquid auxiſſet, aut aliquid in eorum Eccleſiis adnotaſſet, ita vulgatum ſolem eos adoraſſe, quod diebus ſolis frequenter in Eccleſias conuenirent: res turpes eoſdem colere ſuſpitio fuit, quod ad pedes Epiſcoporum volueretur pœnitentes. Ne igitur in mentem Gentilibus veniret Chriſtianos hominem, aut Deum humanæ ſpeciei ſimilem adorare, ſi humanas facies in eorum Eccleſiis intuerentur, Deum vetant in eis depingi. ALBASPINÆVS. B C

Suppoſito ex Canonibus Apoſtolorum licito imaginum vſu, videndum eſt quare in hoc Concilio prohibeatur ne imagines in parietibus Eccleſiæ depingantur. Baronius *tom. 1. annal.* multis argumentis ſuſpicatur hunc Canonem ſuppoſitum eſſe, nec à Concilio Elibertino latum, neque enim potuit, aut debuit decem, & nouem Epiſcoporum conuentus in orbis angulo congregatus, aliud ſtatuiſſe, quam quod vbique locorum profiteretur Eccleſia. Bellarm. *lib. 2. de imag. capit. 9.* dicit hoc determinatum eſſe, ne ſanctæ imagines humore parietum facile corrumperentur, aut alia de cauſa ſplendorem, & pulchritudinem amitterent: verior reſponſio eſt, quod tempore huius Concilij adhuc Gentilium in Chriſtianorum Eccleſias perſecutio ingrueret, ſiquidem Elibertinum hoc Concilia in Hiſpania ante Nicæneum 1. Concil. celebratum eſt ab Epiſcopis illius regionis, vt multis placet, quam ob rem ne ſanctorum imagines, quæ in parietibus depictæ à perſequutoribus inuentæ eſſent, & contumelia afficerentur, ibi decretum fuit; ne quod adoratur, in parietibus depingeretur, ne Gentilibus ludibrio fierent: ſed tantum in tabulis, quæ aſportari, & in tutiorem locum reponi poſſent, effingerentur. CORIOLANVS. D E

Omnes DD. qui huius Canonis explicationem aggreſſi ſunt, eius verba nihil à veritate Catholica diſſonum continere demonſtrarunt; quod vt & nos oſtendamus ſupponimus ſacratũ imaginum vſum ab Apoſtolis duxiſſe originem, vt probatur in Synodo Nicæna, & à S. Ioanne Damaſceno *in oratione de imaginibus*

A *bus* Certum etiam eſt, vſum, & venerationem ipſarum non minus in Hiſpania, quam in aliis prouinciis ab Apoſtolis introductum fuiſſe, cum vbique eoldem cultus, & mores per omnia ſimiles prædicauerint, Synodus Nicæna 2. *can.7.* Vſque adeo venerandarum imaginum demonſtratio in Eccleſia obtinuit, vt ab eo tẽpore, quo Euangelium prædicari cæptum eſt, ad hæc vſque tempora receptæ fuerint. Vnde Dext. anno Chriſti 50. ita refert: *Petrus vt Chriſti Vicarius Hiſpanias adiit, imagines Antiochia delatas affert.* Vbi notarunt Viuar & Caro: eius rei perſeuerat Matriti teſtimonium non leue in ſacra, & miraculoſa imagine B. Virginis vulgò nuncupata *de la Atocha*, de cuius antiquitate multi exiſtimant à tempore Apoſtolorum ibidem; quandoquidem ante 500. annos tempore S. Iſidori Agricolæ erat celebris, & cum inde certum ſit ſuperaſſe vetuſtate Maurorum dominium in Hiſpania; & ex characteribus quibuſdam ipſi affixis, conſtat Apoſtolicam redolere ætatem. In tanta autem vetuſtate nulla nomenclaturæ ſuæ ratio conueniens aſſignari poteſt, niſi quod prius dicta ſit de Antiochia, paulatimque vox illa aliquatenus alterata, de *Atocha* nuncupata ſit, atque ita à D. Petro illam accepimus ab Antiochia delatam, vt referunt M. Egidius Gonzalez in ſua hiſtor. Matritenſi. Vſitatæ, enim fuerunt ſacræ imagines à tempore quo Eccleſiæ conſtrui cæperunt ad Chriſtianorum ſolatium, & vt illiterati agnoſcant, quod ex lectione librorum aſſequi nequeunt S. I. Damaſcen. orat. 2. de SS. imaginibus: *etenim illiteratis hominibus hoc ſunt imagines, quod litteratis libri, & quod auribus oratio eſt, idem eſt oculis imago, cui tamen imagini intelligentia coniungitur.*

Segniùs irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Idcircò imagines inuentæ ſunt, quæ nobis ad rerum occultarum demonſtrationem atque notitiam tamquam itineris duces aditum patefaciunt. Prorsùs autem ad vtilitatem, & beneficium, ac ſalutem noſtram pertinet, vt rebus notatis, atque deſcriptis, ea, quæ latent, intelligamus. Gregor. Magnus lib. 7. epiſt. 19. *idcirco imagines in Eccleſiis adhibentur, vt qui litteras neſciunt ſaltim in parietibus videndo legant, quæ legere in Codicibus non valent.* Paulin. *natal 9 de S. Felic.* Vnde PP. Eccleſiæ Gallicanæ in Concil. Prouinciali Senonenſi relato à Rochel. *lib. 4. decret. Eccleſ. Gallic. tit. 4 c. 17.* ſacras picturas *idiotarum libros* vocitarunt. Plura pro imaginum vſu vtilitate, & antiquitate in omnibus Prouinciis contra Iconoclaſtas, & Iconomachos congeſſerunt Baron. *ann Chriſt. 31. n. 61. & anno 34. n. 175. anno 42. num. 17. anno 57. n. 111. anno 124. n. vlt.* Bolduch. *in Eccleſia poſt legem c. 13.* Vaſquez *in 3. p.* D. Thom. *diſput. 112. q. 25. art. 13.* Carria *tom. 1. fidei fol. 1013.* Torreblanca *de iure ſpirituali lib. 1. c. 11.* Agricola *tract. de imagin.* Creſpetius *in ſum. verb. imagines*, Aiala *de Eccleſiaſt. tradit 3. p.* Turrianus *lib. 4. dogmat. fol. 135. & in not. paru ad Clement. lib. 5. c. 7.* Suar. *in defenſione fidei lib. 2. c. 10. & 11.* Faber. *lib. 2. Agoniſt. c. 21.* Georg. Ambian. *ad Tertull. 3. tom. de Idololat. c. 3.* Coquæus *in not. ad D. Auguſt. de ciuitate Dei c. 9.* Loayſa *in not. ad Concil. Tolet. 12. can. 6.* Balleng. *aduerſus Ca-*

B

C

D

E

ſaub. diatr. 1. Ferrandus *in diſquiſit. relig. lib. 2. cap. 1. art. 6.*

His ſuppoſitis ingentem præbet difficultatem præſens Canon, dum picturas, imaginéſq; iamdiù obſeruatus, & veneratas in Eccleſia prohibet in parietibus depingi ex ratione illa generali, *ne quod colitur, & adoratur, in parietibus depingatur.* Difficultate oppreſſus Baron. *anno 57. pag. 763.* exiſtimauit, canonem hunc ſuppoſitum eſſe à quodam Diſcipulo Claudij Epiſcopi Hiſpani Hæretici Iconoclaſtæ, qui fuit fautor Fœlicis Vrgelitani etiam hæretici, Neſtoriani damnati in Concilio Francoford. Mouetur Baronius quia Ferrandus Diaconus, Dionyſius Exiguus, & Creſconius diligentiſſimi canonum Latinorum collectores huius Canonis nullam fecerunt mentionẽ, & ſi eſſet Canon huius Concilij, non lateret Vigilantiũ, & Claudium vtrumque Hiſpanũ, & impugnatorem ſacrarum imaginũ. Sed nimis leuia ſunt hæc nam Ferrand. Creſcon. & Dionyſ. alios plures tam Eccleſiæ Latinæ, quam Græcæ canones in ſuis collectionibus omiſerunt. Vndè cum præſens Canon reperiatur, non ſolum in hoc Concilio, verùm apud Decretiſtas Burchardum videlicet, & Iuonem non eſt cur vt ſuppoſititius reiiciatur. Similiter quod Claudius, & Vigilantius imaginum euerſores nunquam ad probationem ſui erroris Canonem iſtum aduocauerint, apertè demonſtrat nihil in eo contineri, quod illorum ſententiæ faueret, ſiquidem PP. Hiſpaniæ non abſolutè prohibent imagines ſacras depingi, ſed tantum in parietibus: vndè poſteà rectè re perpenſa idem Baronius pro iſto Canone decertauit *an. 305. pag. 764.* nec durum Spondani calamũ *in epit. ipſius anni n. 35.* ſuſtinere poſſum, dum ait, quod ſi abſit à canone iſto fraus, & impoſtura, nec placeat aliquorum interpretatio; nemo feret, potuiſſe vel debuiſſe decem, & nouem Epiſcoporum conuentum in orbis angulo congregatorum aliud ſtatuere, quam vbique locorum vniuerſalis obſeruaſſet Eccleſia. Rectiùs quidem Spondanus ageret, ſi decretum Concilij ab Eccleſiaſticis ſanctionibus nullatenus diſſidere, maturius penſitaret, (vt cum ſuo Baron. fecit canonem difficillimum Concil. Laodiceni, de cultu Angelorum exponens *an. 60. n. 11.*) præſertim cum ferè omnes huius ſynodi PP. ſanctitate & doctrina illo æuo præfulſerint, & ferè omnes Martyrij palmam aſſequerentur. Alij exiſtimarunt PP. in præſenti Canone ſolũ prohibuiſſe in parietibus picturas fieri imaginum Dei, vt in ſe eſt, ne veſano Gentilium, & ethnicorum errore ducti putarent Catholici, aut Gentiles Deum noſtrum verum, & inuiſibilem, vt quid corporeum Idolorum ſtulta imitatione pingi debere, aut poſſe: ita docuerunt Alanus Coppus *dial. 5. c. 16.* Ayala *de trad. c. 3.* propè finem, Sixtus Senenſis *lib. 5. bibliot. annot. 247.* Cerda *in aduerſ. c. 143 n. 9* Placeret hæc interpretatio, niſi ſignanter PP. prohibuiſſent in parietibus depingi id quod colitur, & adoratur, quaſi pictas tantum in parietibus imagines, non verò aut ſculptas, aut tabulis delineatas interdicerent. Deinde quia Illiberrini PP. de omnibus imaginibus indiſtinctè in parietibus non pingẽdis agunt, quare non ſunt reſtringendi ad picturas, & imagines Dei, vt in ſe eſt: aliter Canon. hũc accipiunt

Martinus de Ayala vbi ſupra P. Martinez in *epiſt. ind. loc.* 18. *de imaginum debito cultu*, Vaſquez *lib.* 2. *de adorat. diſp.* 3. *c.* 2 Hurtado *de vero Martyrio reſol.* 24 *ſect.* 5. Videlicet imagines in parietibus depingi non debere ne ſanctorum imagines facile decruſtatione deformentur, & inde amiſsâ venerabili forma contemptui potiùs eſſent, quam veneration: vnde Synodus non in tabulis quas vulgò dicimus *Retablos*, ſed in ipſis parietibus picturas fieri prohibuit. Tandem Sanderus *lib.* 7. *de cultu imaginum c.* 4. Turrian. *lib.* 1. *de Hierarch. ordin. c.* 22. Durantius *de ritibus Eccleſ. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 11. docent PP. non prohibere imagines depictas in tabulis, aut ſculptas in lignis in Eccleſiis habere, ſed tantum pingi in parietibus, ne imminente perſecutione non poſſent Chriſtiani ſecum imagines portare, & cum in parietibus depictæ remanerent ludibrio, & irriſioni perſecutorum ſubiacerent. Sequitur eos Orantius *lib.* 2. *de locis cap* 26 qui addit in 6. Synodo in Trul. *can.* 73. & *in l. cum ſit C. nemini licere*; prohiberi crucem depingere, aut apponere in pauimento, ſimili certe ratione ne incidentium calcatione iniuria afficiatur. Impugnat hanc interpretationem P. Vaſquez *d. c.* 2. *de adorat.* quia iuxta eam Illiberim PP. illam rationem ſuæ conſtitutionis reddere debebant, ne imagines perſequutorum ludibrio eſſe poſſint, ſed ſi ita non expreſſerunt, ſimilem aduxerunt rationem illis verb. *ne quod colitur, & adoratur in parietibus depingatur*, id eſt quia id quod colitur, & adoratur adſeruari, & coli debet magna reuerentia, & deuotione, nec exponendum ludibrio Gentilium ne ab inimicis fidei vilipendatur, abradatur, & pollundetur, quæ interpretatio maximè conuenit æuo huius magni Concilij, & PP. voto, quod fait fideles munire, & præmunire aduerſus perſecutionem ingruentem, & quam citò venturam præuidebant. Igitur maiori plauſu meritò recepta eſt hæc interpretatio, videlicet in hoc Canone non prohiberi imagines depingi in velis, ſeu tabulis, ſed tantum in paricte, quia quacumque vrgente perſecutione tabulas, aut vela ſecum poterant Chriſtiani ferre & occultare; pictas verò in pariete imagines deriſioni Gentilium expoſitas remanere, quãdocumque illi Eccleſiam inuaderent. Huic interpretationi libenter adhærco, etſi aliam A non inſubtiliter excogitatam acceperim ab illo perdocto P. Petro à Quiros Cleric. regul. minor. fauſta prole, cuius opera bono reip. litterariæ quotidie ſperamus. Exiſtimabat ergò litteratiſſimus Vir duplex decretum in hoc Canone contineri primum ſub prioribus verbis ſcilicet *placuit picturas in Eccleſia eſſe non debere*: ſecundum autem ſub reliquis mox ſequutis, nempè *ne quod colitur, & adoratur in parietibus depingatur.* In primo omnes quaſcunque profanas imagines, aut picturas in Eccleſia haberi, prohiberi: quia irrepſerat fortè abuſus, quem validiſſimum etiam nunc certimus, minutum ſacras ædes hominum pictatis ornandi, quod liquet ex Epiphanio epiſt. apud Hieronym. 60. *c.* 5. *Præterea audiui quoſdam murmurare contra me, quia quando pergebamus ad Sanctum locum, qui vocatur Bethel, vt ibi collectam tecum & more Eccleſiaſtico faceremus, & veniſſem ad villam, quæ dicitur Anabiata, vidiſſemque ibi præteriens lucernam ardentem & interrogaſſem quis locus eſſet, didiciſſemque eſſe Eccleſiam, & intraſſem vt orarem, inueni ibi velum pendere in foribus eiuſdem Eccleſiæ tinctum, atque depictum, & habens imaginem (quaſi Chriſti vel ſancti) cuiuſdam, non enim ſatis memini cuius imago fuerit. Cum ergo hoc vidiſſem in Eccleſia Chriſti contra authoritatem ſcripturarum hominis pendere imaginem, ſcidi indaſſe.* Vbi dum Epiphanius aut velum hu- B iuſmodi, in quo erat hominis imago depicta contra authoritatem ſcripturarum in Eccleſia pendere, forte reſpexit ad hunc Illiberitanum Canonem: nulla enim expreſſior huius rei prohibitio ante Epiphanij tempora fuit, quam quæ ab ipſo Concilio lata eſt. Igitur PP. cum in Eccleſias introduci imagines hominum viderent, zelo animi honoris acce- ſi pernicioſiſſimum expellere morem ex Eccleſia curarunt ſtatuendo picturas hominum in Eccleſia eſſe non decere. In prima parte huius Concilij, & vt ſecunda rectiùs ſequatur leue mendum it repſiſſe author animaduertit in particulam *ne*, & legendum putat, *nec*, vt duo diuerſa ſint quantum ita: *placuit picturas in Eccleſia eſſe non debere, neque quod colitur, & adoratur in parietibus depingatur.* Hæc attulit eruditus quidem vir; ego lector, vt priuſquam notitiam culpes, ferio penſites interpretationem hanc. C GONZALEZ.

De energumenis baptizandis.

De energumenis baptizandis

Canon XXXXII.

Eos qui à ſpiritibus immundis vexantur, ſi in fine mortis fuerint conſtituti, baptizari placet: ſi verò fideles fuerint, dandam eis eſſe communionem. Prohibendum etiam, ne lucernas publicè accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abſtineant à communione.

Canon XXXVII.

Eos qui ab ſpiritibus immundis vexantur, ſi in fine mortis fuerint conſtituti, baptizari placet: ſi verò fideles fuerint, dandam eis eſſe communionem. Prohibendum etiam, ne lucernas hi publicè accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abſtineant à communione. E

Energume

A

CAPVT SEXTVM.

Energumenos baptizandos, ſi extremo vrgeantur periculo.

ADulti catechumeni, ſuſcepturi baptiſmum, cùm omnibus Fidei interrogationibus reſpondere deberent, vt docet Auguſtinus [a]: dubium erat, an ſi maligni ſpiritus poſſeſſione correpti, experres eſſent rationis, ad ſuſcipiendum baptiſmum forent admittendi. Augebat & illud dubitandi occaſionem, nam cùm per baptiſmum Spiritus ſanctus daretur, indecens, & indecorum videbatur: vt in maligni ſpiritus habitaculo, Spiritus ſanctus deſcendere quodammodo cogeretur. Sed obtinuit apud Patres clementiæ & benignitatis ratio, neue religioſa illa & ſancta cogitatio, & deſiderium quo primùm catechumenus voluit eſſe Chriſtianus, præmio ſuo fraudaretur, placuit, vt ad

B

fidem ſuſcipiendam catechumeni admitterentur, ſi extremo vitæ vrgerentur periculo. Quod primum hîc Hiſpani Patres, Africani poſteà Concilio Carthaginenſi. III. [b] definierunt. [Vt ægrotantes (aiunt) ſi pro ſe reſpondere non poſſunt, cùm voluntatis eorum teſtimonium ſui dixerint, baptizentur.] Idem conſtituit Concilium Arauſicanum. [c] [Subitò obmutescens (prout ſtatutum eſt) baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo motu.] Et poſteà [d] [Energumenis catechumenis in quantum, vel neceſſitas exegerit, vel opportunitas permiſerit, de baptiſmate eſt conſulendum.] In hoc autem canone duplex concedunt Hiſpani Patres priuilegium. Alterum eſt, quòd qui rationis capaces non ſunt, fiant Sacramentorum participes. Alterum, vt extra tempora canonibus diffinita baptiſmum accipiant: quòd inſequentium temporum Patres perpetua

C

obſeruantia coluerunt. Timotheus [e] ſanctiſſimus Alexandrinus Epiſcopus, his verbis reſpondit. [Si catechumenus à dæmone corripiatur, & voluerit ipſe, vel ſui, vt ſanctum baptiſmum accipiat, debet ne accipere, an non? & maximè ſi morti propinquus fuerit? Reſpon. Si is qui à dæmone corripitur, non fuerit ab immundo ſpiritu mundatus, non poteſt ſanctum baptiſmum accipere: ſed in exitu à vita, baptizetur.] Tanta enim erat olim in baptiſmo ſuſcipiendo religio, vt non dæmoniaci ſolùm, ſed nec mulieres menſtruatæ ad baptiſmum ob ſingularem eius ſacramenti reuerentiam admitterentur, vt idem Timotheus reſpondit. [f] [Si mulier catechumena (ait) dedit nomen ſuum, vt illuminaretur, & die baptiſmatis illi accidit, quòd ſolet mulieribus, debet ne eo die baptizari, an differre, & quantum differre? Reſpond. debet differre, donec purgata fuerit.] Ad quem Theodorus Balſamon hæc adiecit. [Qui diuino baptiſmate digni erant habendi, deſcribebantur ab his qui munus Eccleſiaſticum exercebant, ſi

D

ergo inquit, deſcripta mulier tanquam baptizanda, in fluxum menſtruorum inciderit, quando debet baptizari? Hic autem diuinus Pater reſpondit, quod quando purgata fuerit: donec enim præſtituti dies præterierint, impura eſſe iudicabitur, & nec baptizabitur, nec diuinis myſteriis digna habebitur.]

[a] *D. Auguſt. lib. de fide & operib. c.*

[b] *Concilium Carthaginenſe III. can. 34. apud Gra. in cap. ægrotantes. de conſecrat. diſtin. 4.*

[c] *Concil. Araus. can. 12.*

[d] *Canon. 13. ainſi Concilij.*

[e] *Timotheus Epiſcopus Alexandrinus ad interrogationem ſecund.*

[f] *Idem ad int. erro. gationem. 6.*

COMMENTARII NOVI.

SIcut Timotheus Alexand. *in ſuis reſponſion. c. 3.* dicit obſeſſos à Dæmone communicandos eſſe non ſingulis diebus, ſed ſtatis duntaxat temporibus; ita Patres huius Concilij ſtatuerunt, eiſdem ſi in fine mortis conſtituti fideles fuerint communionem non eſſe denegandam, ſi nimirum id ſine irreuerentiæ

E

periculo fieri poſſit. Vide quæ notauimus *ſupra can. 19.* VINNIVS.

Eorum qui ab immundis ſpiritibus infeſtarentur duo erant genera, quidam perpetuo agitabantur, alij lucidis intervallis gaudebant: in prima Canonis parte dandum illis baptiſmum, aut communionem, ſi mori eos contingeret: hi à communione, ſi contra diſciplinam quiquam faciunt, aut lucernas accendunt, pelluntur. Sed quorſum hæc verba, aut quamobrem de lucernis potius, quam de quauis alia re meminerint? Scimus Chriſtianis interdictum in feſtis Gentilium lucernas accendere; ſed neſcio cur hoc Canone id energumenis potius, quam aliis prohibetur, neque id coniectura vlla, aut diuinatione aſſequi poſſimus.

Ad eos etiam qui perpetuo vexarentur extrema Canonis referri poſſunt, qui etſi neque Euchariſtiam adirent, neque in communionem precum vocarentur, excommunicari tamen poterãt, hoc eſt funditus ab Eccleſiæ aditu repelli, neque ad preces, & ſupplicationes fundendas adhiberi, neque vt expiarentur admoueri: neque enim communione ſiquis precum, aut altaris priuabatur, propterea eum excommunicatione percuſſum fuiſſe exiſtimandum eſt: vt de Energumenis dici poteſt, in quos anathema non contorquebatur: quid enim tali pœna, aut excommunicatione dignum præſtiterant, aut quo ſe peccato polluerant? ij tamen à communionibus ſecernebantur. ALBASPINÆVS.

Ferd. de Mendoza.

Licet in Ecclesiæ primordiis Baptismus quolibet die celebraretur propter baptizandorum magnum numerum, D. Ambrosius *in epist. ad Ephes. c.4.* ità scribit: *postquam omnibus locis Ecclesiæ sunt constitutæ, & officia ordinata aliter composita res est, quam cœperat; primum enim omnes docebant, & omnes baptizabant, quibuscumque diebus, vel temporibus fuisset occasio: nec enim Philippus tempus quæsiuit, aut diem, quo Eunuchum baptizaret; neque ieiunium interposuit, neque Paulus, & Silas tempus distulerunt, quo Optionem carceris baptizarent cum omnibus eius; neque Petrus Diaconos habuit, aut diem quæsiuit, quando Cornelium cum omni domo eius baptizauit.* Tamen ipso Apostolorũ tempore iam cœpit ministrari tantum hoc sacramentũ Paschate die Resurrectionis, & Pentecostes Leo P. *epist 4 ad vniuersos Siciliæ Episcopos c.3.* Tertull de Baptism. c.19. *diẽ Baptismo solemnem Pascha præbet cum & passio Domini, in qua tingimur, adimpleta est, nec incongruenter ad figuram interpretabitur, quod, cum vltimum Pascha Dominus esset actorus, missis discipulis ad præparandum, Inuenietis, inquit, hominem aquam baiulantem, Pascha celebrandæ loci signo aquæ ostendit, exinde Pentecoste ordinandis Lauacris longissimum spatium est.* Siricius P. *epist* 1. ad Himmer. Tarracon. c. 2. *sequitur de diuersis baptizandorum temporibus, prout vnicuique tibitum fuerit imprimis ut & emẽdanda confessio, quæ à nobis conficienda est, non ratione authoritatis alicuius, sed fiducia temeritate præsumitur, vt passim, ac liberè Natalitiis Christi, seu apparitionis, nec non & Apostolorum, seu Martyrum, festiuitatibus innumeræ plebes Baptismi sacramentum consequantur: cum hoc sibi priuilegium, & apud nos, & apud omnes Ecclesias Dominicum specialiter cum Pentecoste sua Pascha defendat, quibus solis per annum diebus ad fidem confluentibus generalia Baptismatis tradi conuenit sacramenta.* Concil. Tolet. 17. *can.* 2. Plura congruunt rationem huius cæremoniæ adducentes Panel ad Cyprian. *tract. de Baptismo*, Coquæus *in not. ad D. August de ciuit. Dei lib.* 22 c 9 Menard. *in not. ad sacram.* D. Greg *fol* 160 Diana *p.8. tract.* 2. *resol.* 2. Ant. Aug. *in epit. lib.* 22. *tit.* 19. Ioseph. Vicecomes *de ritib. Baptismi lib.* 1. *c.* 19. 20. & 21. Si tamen immineret mortis periculum extra prædictas dierum solemnitates Catechumeni ægroti baptizabantur; Siluester in Synod. Rom. c. 12. *Baptismum date omnibus infirmis; sanis autem in Paschate, & Pentecoste, c. Catechumenis* 15. *c. siqui* 16. *c. baptizandi* 18. *c. ægrotantes* 75. *c. Iudæi* 93. *c... siqua* 116 *c. baptizari* 3. *de consec. dist.* 5. Concil. Meldens. *c.* 18. Tribur. *cap.* 12. Altissiodor. c. 18. *non licet absque Paschæ solemnitate vllo tempore baptizare nisi illos, quibus mors vicina est, quos grabatarios dicunt*, vbi notauit Menardus *grabatarios* dici eos, qui in lecto, seu grabato per aspersionem, aut profusionem aquæ ob mortis periculum baptizabantur. Illi etiam dicebantur *clinici* D. Cyprian. *epist. 7. lib.* 4. & ipsi ad sacros ordines non admittebantur *c. vnic. dist.* 57. Concil. Paris. sub Ludouic. *lib.* 1. *cap.* 8. A. August. *in epit. lib.* 28. *tit.* 25. quia credebatur eos necessitate potius, quàm voluntate accessisse ad baptismum. Vndè de ipso Baptismo aliquando dubitauit Cornel. P. *in epist. ad Fabium Episc. Antioch.* apud Eusebium *lib.* 6. *hist. Eccles. c.* 35. Thessalorum autem seuerior, quam par erat, disciplina fuit, qui extra solemnitatẽ Paschalem neminem prorsùs baptizabant, & ita plures sine baptismate è viuis excedebant, vt referunt Socrates lib. 1. hist. c. 21. *Aliam præterea consuetudinem in Thessalia esse cognoui; nimirum vt diebus festis Paschatis duntaxat baptizarẽt, ob quam causam omnes, paucis admodum exceptis, absque baptismate moriuntur.* Nicephor. Calist. lib. 12. hist. Eccles. c. 34. *Alius item in Thessalia mos fuit, vt Paschalibus tantum diebus Baptismus perageretur; qua propter multi etiam eo Sacramento nõ initiati decesserunt.* Fuerunt è contrario primis prædicationis Euangelicæ temporibus quidam tanti feruoris in diuina credulitate, vt pro charissimis ante susceptionem Baptismi defunctis baptizari studerent, quorum meminit D. Paulus 1. ad Corinth. c. 15. in illis verb. *Quid facient ij, qui baptizantur pro mortuis?* & statim, *quia nisi crederentur resurrecturi studium eis, pro eis qui iam non existerent laborare.* Quæ verba exponens D Ambros. *ait: exemplum eorum subiicit, qui tam securi erant de futura resurrectione, vt etiam pro mortuis baptizarentur, siquem fortè mors præuenisset; timentes ne aut malè, aut non resurgeret, qui baptizatus non fuerat, vinus nomine mortui tangebatur.* Qui pius vsus, aut ex ignorantia acceptus postea in errorem quorumdam hæreticorũ transiit: de Corinthianis loquens Epiphan. *hæres.* 18. ita ait: *Et traditione res quædam ad nos deuenit, quod quidam apud ipsos decesserunt morte præoccupati citra baptismum, alij verò pro ipsis in nomen ipsorum baptizentur, ne vbi resurrexerint, illi in resurrectione pœnas dent, eo quod non acceperint baptismum.* A quibus acceperunt Martionistæ de quibus Chrysostom. in epist. 1. ad Corinth. cap. 15. homil. 40. *Postquam Catechumenus quispiam apud eos excesserit, sub lecto mortui absconso aliquo, qui viuit, accedunt ad mortuum, & alloquuntur, & rogant velitne baptismum accipere. Deinde illo nihil respondente is, qui est absconsus inferius pro illo dicit, se velle baptizari, & sic eum baptizant pro eo, qui decessit.* Quorum baptisma Vicarium vocat Tertul. lib. de resurrect. Carnis. *Si autem & baptizantur quidam pro mortuis, videbis in ratione certa illa præsumptione hoc eos instituisse portendi, qua alij etiam carni vt Vicarium baptismum profuturum existimarent ad spem resurrectionis. Quæ nisi corporalis non alias sic baptismate corporali obligaretur.* Et illud prohibuerunt administrare PP. Concil. Carthag. 3. *can.* 6. in illis verbis; *Item placuit vt corporibus defunctorum Eucharistia non detur: dictum est enim à Domino, accipite, & edite. Cadauera autem nec accipere possunt, nec edere. Cauendum est etiam, ne mortuos baptizari posse, Patrum infirmitas credat, quibus nec Eucharistia dari licitum est.* Vnde duo specialiter indulgent PP. Energumenis in periculum mortis incidentibus, primum videlicet vt extra tempus, & non completo Catecheſis spatio baptizentur. Secundum vt illis communio concedatur, quam secundam partem iam notaui in *can.* 29.

GONZALEZ.

A

SI VERO FIDELES FVERINT, DANDAM esse eis communionem

DE antiqua Ecclesiæ consuetudine, tribuendi communionem energumenis fidelibus, actum latè superiùs, & de eius obseruatione. *Lib.2. cap.50*

PROHIBENDVM ETIAM, NE LVCERNAS publicè accendant.

B

CAPVT SEPTIMVM.

Luminaria accendi consueuisse in Ecclesia huius Concilij tempore eaque probata ab his Patribus, non prohibita, & cur ea accendere energumeni prohibeantur.

PRimo huius canonis versiculo actum est de infidelibus, qui extremo vitæ periculo constituti, baptizari cupiunt. II. verò de fidelibus, quibus energumenis factis communionem concedit: hoc autem postremo, de clericis agitur quos acolythos dicimus; ad hos enim pertinebat olim, Ecclesiæ luminaria accendere, vt ex Concilio Carthaginensi IV.[g] accepimus. [Acolytus (ait) quum ordinatur ab Episcopo, doceatur, qualiter in officio suo agere debeat: sed ab Archidiacono accipiat cereoferarium cum cereo, vt sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari.] Quare illos volunt Patres, si dæmoniaci sint, ab officio illo esse suspensos. Nec id tantum olim in vsu erat, sed inter audientes constituebantur, vt ex canone VI. Concilij Aurelianensis refert Burchardus[h] & Iuo[i]. [Si quis clericus (ait vexatus fuerit à dæmonio, decem annos pœniteat, & inter audientes stet, & ad sacros ordines non adducatur. Si benè egerit, & per Dei gratiam liberatus fuerit, sit in reliquis officiis Ecclesiasticis.] Simile ex decretis Nicolai retulit Iuo. Idem decreuit Concilium Arausicanum[k]. [Energumeni (ait) non solùm non assumèndi sunt ad vllum ordinem clericatus, sed & illi qui ordinati iam sunt, ab impositio officio sunt repellendi.]

C

[g] *Concilium Carthaginense 4. can.*

[h] *Burchard. lib. decret. c. 93.*
[i] *Iuo p. 15. decret cap. 105.*

[k] *Idem p. 11. c. 1 can. 16.*

Constat etiam ex hoc canone, Hispanos Episcopos Ecclesiæ luminaria, in hoc Concilio aprobasse, non interdixisse.

D

COMMENTARII NOVI.

LIbenter adhæreo interpretationi Mendozæ, cum certum sit Energumenis prohiberi, dum obsidentur à Dæmonibus in Ecclesia propria manu ministrare, vt probaui *supra can.19* & similiter notum sit officium accendendi publicè luminaria in Ecclesia spectasse ad Acolytum, vt constat ex *cap. cleros v. Acolytus 21. dist. cap. perlectis v. ad Acolytum 25 dist.* probant fusè P. Gregor. *lib.15. syntag. cap.6.* Claud. Spencæus *ad D. Paulum lib 1. digres. cap.8.* Cerda *in aduers. cap.94.* Menard. *in not. ad Sacram.* D. Gregor. *fol.272.* Vicecomes *volum.3. de ritib. Missæ cap.25.* Aliter Durantius *lib.1. de diuin. offic. cap.8. num.5.* quem sequitur P. Gabriel Henao *3. p. disp.3. p. disp.28. sect.36. num.755.* canonem hunc accipit: docet enim in eo agi de energumenis Neophytis, quibus prohibetur lucernas accendere non in Ecclesia, sed in sacrificiis Gentilium, nondum plenè abolita in eis gentilicâ superstitione, quod etiam prohibetur Christianis omnibus in *can.70. Apost.* Sed iuxta receptam disciplinam huius Concilij non potest sustineri, hæc Durantij interpretatio, siquidem in eo communio denegatur non solum sacrificantibus *supra in can. 2. & 3.* verùm & deferentes tantum coronas sacrificantium per biennium, à communione arcentur, *can.55. infra.* Vnde non ita leuis priuatio communionis imponeretur à Patribus accendentibus Cereos ad sacra Gentilium. GONZALEZ.

E

Vt in neceſſitate & fideles baptizent.	*Vt in neceſsitate & fideles baptizent.*
Canon XXXVIII.	*Canon XXXVIII.*
Peregrè nauigantes, aut ſi Eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem (qui lauacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus) baptizare in neceſſitate, ita vt ſi ſuperuixerit, ad Epiſcopum eum perducat, vt per manus impoſitionem perfici poſſit.	Peregrè nauigantes, aut ſi Eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem (qui lauacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus) baptizare in neceſſitate, ita vt ſi ſuperuixerit ad Epiſcopum eum perducat, vt per manus impoſitionem perfici poſſit.

CAPVT OCTAVVM.

In neceſsitate omnes poſſe baptizare obſeruata Eccleſiæ forma: & quæ ſit hæc manus impoſitio, qua fideles perfici dicuntur.

EPiſcopos primùm olim baptiſmi dandi ius habuiſſe; presbyteris verò & diaconis, poſteà id conceſſum, auctor Clemens [l]. [Sed neque laicos (inquit) concedimus, aliquod ſacerdotale munus exercere, veluti ſacrificium, baptiſmum, manus impoſitionem, vel benedictionem magnam, ſiue paruam. Non enim ſibi quiſquis ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo. Nam per Epiſcopi manus datur hæc dignitas, qui verò ad eam promotus non eſt, ſed eam ſibi vſurpat, Oziæ pœnam ſuſtinebit.] Et mox [Sed neque reliquos baptizare permittimus, veluti lectores, cantores, oſtiarios, miniſtros; ſed ſolos Epiſcopos, & presbyteros, miniſtrantibus illis diaconis: qui hoc auſi fuerint, Coritarum ſupplicium patientur.] Id etiam docuit Tertullianus [m]: [Supereſt (inquit) ad concludendam materiolam, de obſeruatione quoque dandi, & accipiendi baptiſmum, commonefacere. Dandi quidem habet ius ſummus ſacerdos, qui eſt Epiſcopus: dehinc presbyteri, & diaconi; non tamen ſine Epiſcopi auctoritate, propter Eccleſiæ honorem, quo ſaluo ſalua pax eſt.] Diuus etiam Hieronymus in dialogo aduerſus Luciferianos, in perſona Orthodoxi [n]. [Primùm quidem (dicit) inde venit, vt ſine Epiſcopi iuſſione, neque presbyter, neque diaconus, ius habeant baptizandi.] Hæc eadem diuus Ambroſius [o], Iſidorus [p], & Theodoretus [q], dum mentionem facit cuiuſdam ſtolæ ex aureis filis contextæ, quam Imperator Conſtantinus ad Eccleſiam Hieroſolymitanam cohoneſtandam, Macario illius vrbis Epiſcopo donauerat, vt ea amictus ſacroſancti baptiſmatis miniſterium obiret. Id tamen ſic intelligendum eſt, ſi neceſſitas abſit; nam ſi ea adſtringamur, non ſolùm presbyteris, & diaconis, ſed & laicis hominibus competere ius baptizandi, vt in hoc canone decernitur, Tertullianus anteà etiam admonuit [r]. [Sufficiat ſcilicet (inquit loquens cum laico) in neceſſitatibus, vt vtaris, ſicubi, aut loci, aut temporis, aut perſonæ conditio compellit. Tunc enim conſtantia ſuccurrentis excipitur, cùm vrget circumſtantia periclitantis.] Gelaſius [s] Papa in epiſtola ad vniuerſos Epiſcopos per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam conſtitutos. [Abſque Epiſcopo (ait poſt alia) vel presbytero baptizare non præſumat diaconus, niſi prædictis fortaſſe officiis longiùs conſtitutis, neceſſitas extrema compellat: quod & laicis Chriſtianis facere, plerumque conceditur.] Ex diuo Auguſtino ad Fortunatum [t], retulit ſententiam eandem Gratianus [u]. Poſt Auguſtinum, Iſidorus [x]: [Vnde conſtat baptiſma ſolis ſacerdotibus eſſe traditum, cuiuſque myſterium, nec ipſis diaconibus explere eſt licitum, abſque Epiſcopis, vel presbyteris, niſi illis procul abſentibus, vltima languoris cogat neceſſitas: quod & laicis fidelibus plerúmque permittitur; ne quiſquam ſine remedio ſalutari de ſeculo euocetur.]

Sed ſi perfectus eſt baptiſmus à laicis collatus; quid velint huius Concilij Patres, dum

[l] D. Clemens lib 3. Conſtit. Apoſt. c. 10. & 11. Hebr. 5.

2. Paralip. 26. Idem in eodem c. 11.

[m] Tertull lib de baptiſmo c. 17.

[n] D. Hieron. in dialogo ad uerſus Luciferianos.

[o] D. Ambr. lib. 3. de ſacramentis c. 1.

[p] D. Iſidor. lib. 2. de offic. Eccleſ. c. 24.

[q] Theodoret. lib. 2. hiſt. Eccleſ. c. 27.

[r] Tertull. c. 17. de baptiſmo.

[s] Gelaſius Papa in epiſt. ad uniuerſos Epiſcopos c. 9.

[t] D. Aug. ad Fortunatum.

[u] Grat. Can in neceſſitate de conſecrat diſt. 4.

[x] D. Iſidorus lib. 2. de offic. Eccl. c. 24.

A dum addunt; Ita vt si superuixerit, ad Episcopum eum perducat, vt per manus impositionem perfici possit: in difficili est, nisi animaduertamus priùs, hîc non intelligi de manus impositione, quæ fit à presbytero, dum exorcizat baptizandum: de qua intellexit [y] Vincentius à Thibari in Concilio Carthaginensi sub Cypriano, dicens. [Ergò primò per manus impositionem in exorcismo, secundo per baptismi regenerationem, tunc possunt ad Christi regenerationem, venire.] [z] [Imponit etiam manus (inquit B. Gregorius) presbyter in frontibus eorum (scilicet baptizandorum) dicendo signaculum Saluatoris Domini nostri Iesu Christi in frontem tuam pono; & similiter in pectus;] Quod & faciebant olim exorcistæ, vt tradunt Concilij Carthaginensis IV. Patres [a]. [Omni die exorcistæ energumenis manus imponant.] Quare cùm exorcista ordinatur, hanc formam obseruatam idem testantur [b]. [Exorcista (aiunt) cùm ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo: Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, siue baptizatum, siue catechumenum:] De longè diuersa manus impositione intelligendus est hic canon, de illa videlicet quæ vocatur confirmatio: statim enim cum ipso baptismo, eam administrari, idonei affirmant testes. In primis Hieronymus [c]. [Quòd si hoc loco quæris, quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi non accipiat Spiritum sanctum, quem nos asserimus in vero baptismate tribui? disce hanc obseruationem, ex ea auctoritate descendere, quòd post ascensum Domini Spiritus sanctus ad Apostolos descendit.] Ambrosius [d]. [Sequitur spirituale signaculum, quod auditis hodie legi, quia post fontem superest, vt perfectio fiat, quando ad inuocationem sacerdotis Spiritus sanctus infunditur, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij, atque virtutis, spiritus cognitionis, atque pietatis. Spiritus sancti timoris. Septem quasi virtutes spiritus.] Ante vtrumque Tertullianus [e] de baptismo [Exinde (inquit) egressi de lauacro, perungimur benedicta vnctione, de pristina disciplina] Et mox [De hinc manus imponitur, per benedictionem aduocans & inuitans Spiritum sanctum. Sanè humano ingenio licebit Spiritum in aquam arcessere, & concorporationem eorum, accommodatis desuper manibus, alio spiritu tantæ claritatis animare: Deo autem in suo organo non licebit per manus sanctas sublimitatem modulari spiritualem? Sed est hoc quoque de veteri Sacramento, quo nepotes suos ex Ioseph, Efrem, & Manassem, Iacob capitibus impositis, & intermutatis manibus, benedixerit; & quidem ita transuersim obliquatis in se, vt Christum deformantes, iam tunc portenderent benedictionem in Christum futuram. Tunc ille sanctissimus Spiritus super emundata & benedicta corpora, libens à Patre descendit, super baptismi aquas tanquam pristinam sedem recognoscens, conquieuit, columbæ figura delapsus in Dominum, vt natura Spiritus sancti declaretur per animal simplicitatis & innocentiæ: quòd etiam corporaliter ipso felle careat columba. Ideóque estote (inquit) simplices sicut columbæ, nec hoc quidem sine argumento præcedentis figuræ. Quemadmodum enim post aquas diluuii, quibus iniquitas antiqua purgata est, post baptismum, vt ita dixerim, mundi, pacem, cœlestis iræ præco columba terris adnuntiauit dimissa ex arca, & cum olea reuersa; quod signum etiam apud nationes pacis prætenditur: eâdem dispositione spiritualis effectus terræ, id est carni nostræ, emergenti de lauacro, post vetera delicta, columba sancti Spiritus aduolat, pacem Dei adferens, emissa de cœlis, vbi Ecclesia est, arca figurata] Ante Tertullianum, Beatus Dionysius [f] Areopagita [Sed & ipsi (ait) qui sacratissimo regenerationis mysterio consecratur, aduentum sancti Spiritus consummans inunctio largitur vnguenti: subsignificante (quantum arbitror) sacra descriptione signorum ab ipso, qui propter nos in assumpta carne diuino Spiritu sanctificatus est, immutabili substantialis Deitatis habitu sanctissimum Spiritum dari. D. etiam Cyprianus [g] ad Iubaianum: [Quod nunc quoque apud nos geritur, vt qui in Ecclesia baptizantur præpositis Ecclesiæ offerantur, & per nostram orationem: ac manus impositionem, Spiritum sanctum consequantur, & signaculo Dominico consummentur.] Et in epistola ad Ianuarium, Saturninum, & alios [h]. [Vngi quoque necesse est, eum qui baptizatus sit, vt accepto chrismate, id est vnctione, esse vnctus Dei, & habere in se gratiam Christi

[y] *Vincent. Thibari in Concil. Carthagin. sub Cypriano sententia 37.*

[z] *B. Gregorius in Sacramentario.*

[a] *Conc. Carthag. 4. in can. 90.*

[b] *Conc. Carthag. 4. can. 7.*

[c] *D. Hieron. aduersus Luciferian.*

Act. 2.

[d] *D. Ambr. lib 3. de Sacramentis, c. vlt. Esai. 11.*

[e] *Tertull. de baptismo c. 7.*
Idem c. 8.

Gen. 49.

Matth. 3.

Matth. 10.

Gen. 8.

[f] *D. Dionys. Areopag. de Eccles. hierarch p. 3. c. 4.*

[g] *D. Cyprianus in epistol. 73. ad Iubaianum c. 3.*

[h] *Idem in epist. ad Ianuarium, Saturninum & alios c. 2.*
D. Isidor. c. 24. lib 2. de Eccles. offic.

Christi possit.] Post hos omnes latiùs, & clariùs D. Isidorus [a] differens de manus impositione, vel confirmatione: [Sed quoniam post baptismum (egerat enim anteà in eodem capite de baptismo) per Episcopos, datur Spiritus sanctus, cùm manuum impositione hoc in actibus Apostolorum feciſſe meminimus Apostolos: Sic enim legitur: Factum est, dum Apollo esset Corinthi, Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, ibique, cùm inuenisset quosdam discipulos, dixit ad illos: Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: sed neque si Spiritus sanctus est audiuimus. Ille verò ait: In quo ergo baptizati estis? qui dixerunt: In Ioannis baptismate. Ait autem Paulus: Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ plebem, dicens in eum qui post eum venturus erat, vt crederent, hoc est in Iesum Christum. Quod cum audissent, baptizati sunt in nomine Domini Iesu, & cum imposuisset illis manum Paulus, venit Spiritus sanctus super illos, & loquebantur linguis, & prophetabant.] Etiam in alio loco: [Cùm audissent hi qui erant Hierosolymis Apostoli, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad illos Petrum & Ioannem: qui cùm venissent, orauerunt pro eis, vt Spiritum sanctum acciperent: nondum enim in vllum eorum descenderat, sed tantùm baptizati erant in nomine Domini nostri Iesu Christi Tunc imponebant illis manus, & accipiebant Spiritum sanctum: Spiritum autem sanctum accipere possumus, dare autem non possumus: sed vt detur, Deum inuocamus. Hoc autem quod post baptisma fiat, quemadmodum Papa sanctus Innocentius [k] scribit, subiiciam: dicit enim, non ab alio, quàm ab Episcopo fieri licere: nam presbyteri, licèt sint sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem solis Pontificibus deberi, vt vel consignent, vel vt paracletum Spiritum sanctum tradant, non solùm Ecclesiastica consuetudo demonstrat, verùm & illa lectio Apostolorum, quæ asserit, Petrum & Ioannem esse directos, qui iam baptizatis traderent Spiritum sanctum.] Eusebius etiam Emissenus homilia de Pentecoste. [Quod nunc in neophytis manus impositio tribuit singulis: hoc tunc Spiritus sancti descensio in credentium populo donauit vniuersis. Quo loco de manus impositione, & confirmatione gratiæ, quam regeneratis per baptismum inde conferri dicit, copiosè tractat B. Pacianus [m] sermone de baptismo [Hæc (inquit) compleri aliàs nequeunt, nisi lauacri, & chrismatis, & antistitis sacramento: lauacro enim peccata purgantur: chrismate, Spiritus sanctus superfunditur: vtraque vero, ista manu, & ore antistitis, impetramus.] Idem Rabanus Maurus [n]. Ex Pontificibus, Miltiades [o] Papa ad omnes Hispaniæ Episcopos scribit: [De his verò super quibus rogitastis vos informari, ideſt, vtrùm maius esset Sacramentum, manus impositio Episcoporum, aut baptismus? scitote, vtrumque magnum esse Sacramentum, & sicut vnum à maioribus fit, ideſt à summis Pontificibus, quod à minoribus perfici non potest, ita & maiori veneratione venerandum & tenendum est: sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, vt ab inuicem, nisi morte præueniente, nullatenus possint segregari: & vnum sine altero rite perfici non potest.] Id ipsum docuit Fabianus [p] Papa ad omnes Orientales Episcopos [In illa die (inquit) Dominus Iesus postquam cœnauit cum discipulis suis, & lauit eorum pedes (sicut à sanctis Apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt, chrisma conficere docuit: ipsa enim lauatio pedum nostrorum, significat baptismum, quando sancti chrismatis vnctione perficitur, atque confirmatur.] Yrbanus [q] Papa ad omnes Christianos. [Omnes enim fideles, (inquit) per manus impositionem Episcoporum, Spiritum sanctum, post baptismum accipere debent, vt plenè Christiani inueniantur: quia cùm Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & constantiam dilatatur.] Ioannes [r] etiam Papa III. epistola vnica in principio: [Donum (ait) sancti Spiritus per impositionem manuum chorepiscopi non tradant, nec presbyteri, sed Episcopi, quia non LXX. sed Apostoli tantùm manus imponebant.] His omnibus antiquior diuus Clemens [s]. [Tu ergò Episcope (inquit) illa figura vnges caput illorum, qui baptizantur, siue hi viri sunt, siue mulieres, oleo sancto, in figuram spiritualis baptismi. Deinde vel tu Episcopus, vel tibi subiectus presbyter, sacram super ipsos dicens ac nominans inuocationem, Patris, & Filij, & Spiritus sancti baptizabis eos, in aqua: ac virum suscipiat diaconus, mulierem diaconissa, vt decore traditio infrangibilis sigilli administretur. Posteà Episcopus liniat baptizatos vnguento.

Ex Concilis, Parisiense [t], [Emersit quidam reprehensibilis, & valde iam inolitus vsus, eò quòd, quidam chorepiscopi vltra modum suum progredientes, & donum

tificibus

A

B

C

D

E

[a] Ad. 8.

[b] Ad. 8.

[k] Innocentius 1. in epist. 1. ad Decentium c. 7.

[l] Eusebius homilia de Pentecoste.

[m] Beatus Pacianus sermone de baptismo.

[n] Rabanus Maurus de institutione clericorum lib. 1. cap. 31.

[o] Miltiades Papa in epist. 1. ad omnes Hispania Episcopos cap. 2.

[p] Fabianus Papa epist. 2. ad omnes Orientales Episcopos.

[q] Vrbanus Papa in epistol. ad omnes Christianos c. vlt.

[r] Refertur à Grat. in cap. omnes de consecrat. dist. 5.

[s] D. Clemens l. 3. c. 16. constit. Apost.

[t] Conc. Parisiense, sub Ludouico, & Lothario l. 1. c. 27.

A ſancti Spiritus, per impoſitionem manuum tradant, & alia quæque, quæ ſolis Pontificibus debentur, contra fas peragant: præſertim cùm nullus ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum ſpeciem in Eccleſia gerunt, legatur donum ſancti Spiritus, per manus impoſitionem tradidiſſe. Quod autem ſolis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, proprij ſit officij, tradere Spiritum ſanctum, liber Apoſtolorum docet, in quo legitur: Cum Apollo eſſet Corinthi, &c.] Item in eodem. [Cum audiſſent Apoſtoli qui erant Hieroſolymis, &c.] Ecce apertè demonſtratur, quòd non ſeptuaginta diſcipuli, quorum formam tenent chorepiſcopi, ſed Apoſtoli quorum ſucceſſores ſunt Epiſcopi, tradebant Spiritum ſanctum, &c.] Laodicenum [u], [Oportet (inquit) baptizatos, poſt baptiſmum, ſacratiſſimum chriſma percipere, & cœleſtis regni participes fieri.] Clarius multò id apparet ex canone LXXVII. huius Concilij: [Si quis diaconus (ait) regens plebem ſine Epiſcopo, vel presbytero aliB quos baptizauerit, Epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit, quòd ſi ante de ſeculo receſſerit, ſub fide, qua quis crediderit, poterit eſſe iuſtus.] His ſuffragatur Nouati hiſtoria, quam ex epiſtola Cornelij Papæ recenſet Euſebius [x]. [Non eſt certè (ait) eius generis ille quidem qui ex Sathana, qui ingreſſus in illum, diu eſt in intimo pectore commoratus. Primùm data fuit credendi occaſio, qui quidem, vbi exorciſtarum præſidio, ſpiritu illo malo eſſet liberatus, & poſt in tam grauem morbum, vt iam ferè mori putaretur, incidiſſet, in lecto in quo decumbebat, aqua circumfuſus, baptiſmum accepit: ſi modò talem hominem, baptiſmum accepiſſe dicendum ſit: verùm, morbo tandem elapſus, neque cætera, quibus poſt baptiſmum ſecundùm Eccleſiæ canonem imbui oportuerat, acquiſiuit, neque Domini ſigillo ab Epiſcopo obſignatus fuit; quo quidem neutiquam potitus quomodo quæſo Spiritum ſanctum adeptus eſt?] Huius Nouati, aut Nouatiani ſectatores, vt Theodoretus [y] eſt auctor, ſacroſanctum hoc chriſma non tradebant, quare qui ex illa C hæreſi ad Eccleſiæ vnitatem reuertebantur, hoc illo vngi erat neceſſe, vt vel hinc Concilij Nicæni [z] decretum interpretemur.

Cùm commune ergò eſſet olim, vt baptizatis ſtatim à baptiſmo, manus impoſitione Epiſcoporum, Confirmatio tribueretur, rectè addita ſunt ab his Patribus ea verba [a]: [Ita vt ſi ſuperuixerit, ad Epiſcopum eum perducat, vt per manus impoſitionem perfici poſſet;] non quòd putarent, ſolum baptiſmum, ad ſalutem æternam non prodeſſe: (nam prodeſſe iam declararunt inferiùs): ſed quòd plenum & perfectum, in robore, & virtute, aduerſus diaboli tentationes, Chriſtianum fieri non putarent: & rectè, niſi ſuſcepto eo Sacramento, quòd ad eam præſtandam diuinitus inſtitutum eſt, & confirmatio vocatur, olim verò manus impoſitio. Concilium Aurelianenſe [b]. [Vt ieiuni (inquit) ad confirmationem veniant, perfectæ ætatis, vt moneantur confeſſionem facere priùs, vt mundi donum ſancti Spiritus D valeant accipere. Et quia nunquam erit Chriſtianus, niſi confirmatione Epiſcopali fuerit chriſmatus.] Vrbanus Papa [c]. [Omnes fideles (inquit) per manus impoſitionem Epiſcoporum, Spiritum ſanctum poſt baptiſmum accipere debent, vt pleni Chriſtiani inueniantur: quia cùm Spiritus ſanctus infunditur, cor fidele, ad prudentiam, & conſtantiam dilatatur.] Hieronymus aduerſus Luciferianos [d]. [Non quidem abnuo (inquit) hanc eſſe Eccleſiarum conſuetudinem, vt ad eos qui longè in minoribus vrbibus, per presbyteros, & diaconos, baptizati ſunt, Epiſcopos ad inuocationem Spiritus ſancti, manus impoſiturus excurrat.] Illud igitur Hiſpani Epiſcopi ſanxerunt hoc canone, vt quod catechumeni, ſimul cum generationis lauacro impetrare debuerant: & ob loci, temporiſque neceſſitatem, & Epiſcopi abſentiam, vel mortem, omiſſum eſt, quaſi poſthuma hac, ſed ſecura & certa diligentia compenſetur. E Hac ipſa de cauſa, graui ægritudine periclitantibus, & baptiſmum flagitantibus, concedi iuſſit Concilium Laodicenum, ita tamen addit, vt ſi ſuperuixerint, fidei Symbolum addiſcant, quod catechumenis perdiſcere, memoriæ mandare, & ſabbathis ante baptiſmum repetere erat neceſſe, vt Auguſtinus [e] docet, & eiuſdem Concilij Laodiceni Patres [f]. De penitentibus, quid ſimile definierunt Africani Epiſcopi, in Concilio Carthaginenſi [g]. [Si pœnitentes (aiunt) in infirmitate viaticum Euchariſtiæ acceperint, non ſe credant abſolutos, ſine manus impoſitione, ſi ſuperuixerint] adeo ſtrictè, baptiſmi, confirmationis, & pœnitentiæ leges omnes obſeruari, hiſque teneri omnes priſci Patres voluerunt.

Act. 19.

Act. 8.

[u] *Concil. Laod. can. 48.*

[x] *Euſebius lib. 6. c. 35 hiſt. Eccleſ.*

[y] *Theodor. lib. 3.*

[z] *Concil. Nicæn. can. 8.* (ur in Concilio Nicæno per manus impoſitionem Nouatiani reconciliarentur Eccleſiæ.

[a] *Can. 77. huius Concily.*

[b] *Concil. Aurelianen. can. 3.*

[c] *Vrbanus PP. in epiſt. 1. ad omnes Chriſtianos c. 7. Refert Grat. c. omnes e iisque de conſecrat. diſt. 5.*

[d] *D. Hieron. aduerſus Luciferianos. Conc. Laod. can. 47*

[e] *D. Aug. hom. 42 de oratione Dominica.*

[f] *Concil. Laod. can. 47*

[g] *Conc. Carthag. 3. can. 76.*

COMMEN

COMMENTARII NOVI.

HVius Canonis sensus est, sicui Catechumeno terra, vel mari certo occumbendum sit: posse eum à laico sacro fonte ablui, si copia sacerdotis non sit: neque verò Canon iste, nisi sola Catechumeni necessitate commouetur; hoc est, non ait, si in morte Catechumeni, vnus laicus tantum adesse videatur, imò contra subintelligi vult, si plures laici tali tempore non defuerint, tum statui omninò vult, vnus, vt è laicis, qui nondum pœnitentiam exoluerit, neque bigamus fuerit, baptizet: idque ob eam rem, quòd neque Sacerdotes pœnitentiam peragere, neque ea perfecta, absolutáque ad id eligi, neque bigami esse poterant, quas quidem conditiones in vno laico, qui baptizet, requirit ille Canon, quòd eo modo sit Sacerdotis partes acturus; si tamen tunc temporis interuenisset bigamus, vnus tantum, idémque pœnitens, canon ille decreuisset, vel si illa omnia impedimenta sese obtulissent ab eo potuisset sacrum Baptisma conferri.

Qui lauacrum sacrum integrum habet, putarim ista verba id indicare, qui post lauacrum non peccarit, neque pœnitentiam vllam subierit; quòd peccato post Baptismum compisso, omnium, vt ita loquar gratiarum, ac beneficiorum, quæ acceperat, iacturam faceret; ideóque Baptismum eius, qui deliquisset, non integrum, aut incorruptum videri amplius, quòd ex illo diuinæ gratiæ, qua instructus erat, quasi gradu excidisset: Patres autem iisdem propemodùm loquendi formulis abundant, asserúntque, qui lauacro inito non peccant, eodem omninò candore vitæ, & sanctitatis eos conspicuos esse, quem baptismi beneficio acceperant: peccato autem intromisso candorem illum penitus inolescere, & abstergi.

Vt per manus impositionem, vt confirmetur: Confirmatio enim perfectio vocatur Christianorum. ALBASPINÆVS.

Triplicem ministrum Baptismi omnes de hoc sacramento agentes agnouerunt, & assignarunt: primum ordinarium, siue solemnitatis, secundum extraordinarium, seu ex delegatione, tertium necessitatis; ministri ordinarij ad conferendum baptismum solemniter sunt Episcopi, & Presbyteri, qui ex vi suæ consecrationis sacramentum hoc conferunt, Clemens Romanus *lib. 3. constit. cap. 11. & lib. 8. cap. 52. cap. Diaconus 93. dist. cap. constat. de consecrat. dist. 4.* licet primis Ecclesiæ temporibus baptismi dispensatio quo ad actum, & vsum Episcopis competeret. D. Hieronym. *in dial. contra Luciferian. num. 20.* in illis verbis: *Vndè venit vt sine chrismate, & Episcopi iussione Presbyteri, neque Diaconi ius habeant baptizandi.* Tertull. de baptismo cap. 17. *Superest ad concludendam materiolam de obseruatione dandi, & accipiendi baptismum, commonefacere: dandi quidem habet summus Sacerdos, qui est Episcopus; deinde Presbyteri, & Diaconi, non tamen sine Episcopi authoritate cap. cum hi 16. quæst. 1. ibi sine Episcopi iussu Presbyter non baptizet c. 1. de Religios. dom.* Vnde Episcopos Patres regeneratorum appellat Prosper Aquitan. *lib. 1. capite 2.* & in veter. ordin. Roman. de Sabbato sancto legitur: *deinde Pontifex baptizat vnum, aut duos, vel quantum ei placuerit, vel subinde cæteri regenerandi, à presbyteris baptizantur* & S. Paulinus *in Sancti Ambrosij vita* inter eius laudes refert tanta corporis, animique fortitudine in Episcopalibus muneribus obeundis, ipsum præditum fuisse, vt quod ipse solus circa baptizandos cumulatissimè præstabat, quinque posteà Episcopi post eius obitum vix implere sufficerent. Huius prærogatiuæ rationem assignant Vasquez *3. tom. in 3. p disp. 147.* Bellarminus *tom. 2. controu. tit. de sacram confirm. cap. 12.* Sausay *in Panop. sacerd. lib. 5. cap. 3.* quia is solus rectè, & iure admittere potest ad corpus Ecclesiæ, qui corpori ipsi tanquàm caput præest, atqui Episcopus caput est propriæ diœcesis, ergo is debet admittere catechumenos ad Ecclesiam. Illustrant Vicecomes *lib. 1. de ritib. Baptism. cap. 28.* Cæsar *de Ecclesiast. Hierarch. disp. 8. §. 3. num. 24.* Aloix in *vita S. Abruzij tom. 2 cap. 18.* Sed statim ac Parochiæ diuisæ fuerunt, & in eis constituti Parochi, ipsi per se independenter ab Episcopo baptismum conferebant: D. Clemens lib. 3. constit. cap. 10. ibi: *neque Diaconum iubemus ordinare ex laicis Clericos, sed Presbyterum tantum docere, offerre, & baptizare*, can. 50. Apost. *Siquis Episcopus, vel Presbyter non tria vnius mysteria baptismata perfecerit, deponatur.* Palladius in vita sancti Ioann. Chrysostom. *Ioannis ipsius Presbyteri, quibus Dei aderat timor, in publico lauacro, quod Constantianum appellatur coactis populis vigilias inchoarunt: partim diuina eloquia legentes, partim eos, qui instructi erant in fide baptizantes, vt est moris in Pascha.* Prosequuntur Sausay *d. lib. 5. cap. 64.* Barbos. *de offic. Paroch. p. 2. cap. 18.* Secundus Minister extraordinarius, seu ex delegatione est Diaconus, qui ex consensu Episcopi, vel Presbyteri potest solemniter baptizare, vt notauimus *infra can. 77.* tandem minister necessitatis est quilibet viator cuiuscumque sexus, & religionis sit; dummodo debitam formam proferre possit, qui cum intentione faciendi quod Ecclesia facit validè, & licitè in necessitatis tempore confert Baptismum *cap. firmiter de summa Trinitate cap. in necessitate 11. cap. Romanus 23. cap. à quadam 24. cap. siquis 28. cap. quamuis 29. de consec. distinct. 4. cap. ad limina 30. quæst. 1. cap. super quibus 30. quæst. 3.* Trident. *sect. 7. can. 4.* Florentin. *in decreto fidei*: plura congerunt Anton. Augustin. *lib. 22. titul. 14.* Suarez *3. p. disput. 23. sect. 1. & disput. 31. sect. 5.* Vasquez *in ead. 3. p. disp. 147. cap. 1.* Bellarm. *tom. 2. controu. lib. 1. de baptism. cap. 7.* Nisi paganus, vel Iudæus non legitima forma baptismum contulerit: quo casu procedunt *in cap. quos à paganis de consec. dist. 4. cap. siquis confugerit 52. cap. Paulianista 1. quæst. 1.* Circa hæreticos tamen baptizantes Schisma olim in Ecclesia Carthaginensi

A ginenſi fuit, cuius Epiſcopus Agripinus prætextu quodam pictoris, quod quæcumque hæreticorum eſſent, deberet Eccleſia conuellere, & reſpuere collecto Epiſcoporum Africæ, atque Numidiæ Concilio de iterando baptiſmate, ſtatuit baptiſmum ab hæreticis collatum reiterandum eſſe. Eandem ſententiam acerrimo odio hæreticos proſequentes docuerunt Diuus Cyprian. *epiſtol.* 72. & 73. Tertull. *de baptiſmo*, quæ doctrina oratione Caraphrygum, & Nouatianorum exagitata fuit temporibus Stephani Papæ anno 258. & tandem ſtatutum fuit, vt ab hæreticis baptizatus reciperetur ad pœnitentiam, non tamen rebaptizaretur: fusè narrat Baronius, *anno* 258. Paulianiſtarum tamen Cataphrygum, & ſimilium baptiſma reprobatum fuit in Synodo Nicæna 1. *can.* 19. 2. *can.* 7. Laodicæna *can.* 8. 6. general. *can.* 95. Martionis autem, & Nouatianorum baptiſmum recipit Synodus Laodic. *can.* 7. quia iſti ſeruata Eccleſiæ forma baptiſmum conferebant, non autem illi, vt ex Diuo Auguſtin. refert Pamel. ad Diuum Cyprian. *epiſtol.* 72. *numero.* 27.

B

His ſuppoſitis difficultas huius canonis iam facilè percipitur, nam ſi quilibet quantumuis infidelis tempore neceſſitatis ritè, & validè confert baptiſmum, quare in præſenti deſideratur, vt qui baptizat, integrum lauacrum habeat, ampliuſque vt baptiſmus ab eo collatus perficiatur ab Epiſcopo. Vtramque difficultatem agnouit Magnus Præcept. numquam pro meritis ſatis laudandus D. D. Martin. Lopez de Ontineros, Valentinus Archipræſul. *in tract. de bapt. articul. quinto, numero decimo octauo*, qui *numero decimo nono*, hoc modo ſatisfacit. Cui difficultati perſtiores Interpretes tam Theologi, quam iuriſperiti variis dicendi modis reſpondent; præcipuè Bellarm. *qui dicto cap.* 7. *col.* 2. dicit Concilium *in d. can.* 38. aſſeruiſſe, quod erat certum, nempè laicum iam baptizatum poſſe in neceſſitate licitè baptizare: contrarium autem non negaſſe, ſed intactum, & irreſolutum reliquiſſe; Suarez *verò d. ſect.* 2. propè finem ait illam qualitatem, vt Miniſter neceſſitatis ſit baptizatus, & non bigamus, requiri à Concilio non tanquam ſimpliciter neceſſariam, ſed tanquam magis conuenientem. Vaſquez *autem d. diſput.* 147. *cap.* 1. *num* 5. eadem ferè obſeruatione reſpondet ex illa æquiparatione de non baptizato, & de bigamo, quæ fit in præcitato *can.* apertè deduci, quod ſicut bigamus verè, & validè baptizat, ita & ille, qui integrum baptiſmum non ſuſceperat; attamen vtrumque ideò excepiſſe Concilium, vt denotaret etiam in caſu neceſſitatis, ſi inueniatur fidelis baptizatus, qui bigamus non ſit, præferendum eſſe non baptizato, & baptizatum bigamo, cuius rei ratio eſſe poteſt; nam cum laicus miniſter

C

D

E

neceſſitatis in baptiſmo acturus ſit partes Sacerdotis, conuenit vt inter cæteros concurrentes baptiſmum conferat, qui baptizatus fuerit, & non bigamus qualis requiritur ad Sacerdotium: quæ interpretatio vera eſt, eamque ſequitur Gabriel Albaſpinæus *in not. ad Concil. Iliberit. in eo Canone*, vbi non inſubtiliter conſiderat, verba illa: qui lauacrum ſuum integrum habet, poſſe intelligi de fideli baptizato, qui poſt ſacrum lauacrum non peccauit; Nam qui poſt baptiſmum deliquit non amplius integrum, aut incorruptum lauacrum habere videtur eo quod ex gradu diuinæ gratiæ, qua inſtructus erat excidiſſet. Vtcunque ergo illa verba accipiantur, conſtat ex illis Concilium nequaquam negare, validè, & legitimè conferri baptiſmum tempore neceſſitatis à miniſtro laico, atque ideo doctrinæ certæ & Catholicæ *ſupra* traditæ non obſtare.

Sed adhuc ſupereſt in eo Canone remouenda difficultas, quam continent hæc finalia verba, quibus iuberur, vt ſic in neceſſitate baptizatus, ſi ſuperuixerit ad Epiſcopum perducatur, vt per manus impoſitionem perficere poſſit. Si enim ille validè, legitimè, & perfectè baptizatus fuit à laico in neceſſitate opus non erat eum perducere ad Epiſcopum, vt per manus impoſitionem perficeret, quod perfectum erat: pro expoſitione ipſius Canonis adhuc dicendum eſt baptiſmum in illa ſpecie proculdubio valere, & perfectum eſſe, neque contrarium probare prædicta canonis verba, nam intelligenda ſunt non de manus impoſitione, quæ fit à Presbytero, dum exorcizat baptizandum; de qua in Concil. Carthag. 4. *can.* 7. neque de manus impoſitione reconciliatiua; de qua in *cap. ſiqui* 51., *cap. hanc regulam* 57. 1. *quæſt.* 1. & in textu ita interpretando *in cap. ſignem quadrageſimo*, in finem ſecundum litteram, quæ habet: *illi prodeſſe ſacramentum*, ſcilicet mediante reconciliatione 24. *quæſtione prima*, neque de aliis ſpeciebus impoſitionis manus, quarum meminere Gloſſa, Turrecremat. & D. D. *per text. in cap. ab antiqua quadrageſima quarta, de conſec. diſtinct. quarta*, ſed ea, quæ vocatur Confirmatio, & de qua Tertull. *de baptiſm. capite ſeptimo*, ſic ait: exinde regreſſi de lauacro perungimur benedicta vnctione Diuus Ambroſ. *libro tertio de ſacram. capite vltim.* ibi: Sequitur ſpirituale ſignaculum, quia poſt fontem ſupereſt, vt perfectio fiat, ideſt, vt baptizati per Epiſcopalem confirmationem accipiant donum Spiritus ſancti, robur, & virturem aduerſus Diaboli tentationem, ex qua plenè Chriſtiani dicuntur effecti *capite primo, cap. vt ieiunij conſec. diſtinct.* ita Mendoza, & Albaſpinæus *ad d. canon. trigeſimum octauum.* Baſil. Legion. *de confirmat. prima, part. capite primo, numero ſexto*, Hactenus Præceptor. GONZALEZ.

AVT ECCLESIA IN PROXIMO non fuerit.

CAPVT NONVM.

Extra Eccleſiam poſſe conferri baptiſmum in neceſſitate.

IN omnibus vicis aut oppidis Hiſpaniæ, Eccleſias tempore huius Concilij non fuiſſe, ſed in maximis & nobilioribus vrbibus non mirandum: quòd illas ad promulgationem Euangelij, & propagationem Chriſtianæ doctrinæ, non minori pietatis, quàm prudentiæ laude, Epiſcopi noſtri elegiſſent, nec in aliqua orbis prouincia, tot gentes conuerſas, tot extructas Eccleſias, tot Epiſcopatus inſtitutos accepimus quot eo tempore in Hiſpania leginus extitiſſe: ſi vrgeret tamen periculum, poſſe extra Eccleſias baptiſmum conferri hic decernitur.

COMMENTARII NOVI.

LIcet ipſo naſcentis Eccleſiæ æuo Baptiſmus in flumenibus, fontibus atque, ac plerumque in carceribus adminiſtraretur, Strabo. de reb. Eccleſ. cap. 23. *Sciendum autem primo fonte liceriter in fluuio, vel fontibus baptizatos credentes: ipſe enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ex in nobis idem confirmauit lauacrum, in Iordane baptizatus eſt a Ioanne, & ſicut ſcriptum legitur: erat Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant ibi.* Hinc Auguſtin. *in gemma animæ* lib. 3. capite 106. *Sciendum eſt quod Apoſtoli, & eorum diſcipuli in fluuiis, vel ſtagnis, vel in fontibus baptizabant.* Nec baptiſteria in vſu erant tam propter Eccleſiæ inſectantis paupertatem, tùm propter cruentorum in Chriſtianos debachantium furorem, & crudelitatem, donec auctu Eccleſiæ cultu, ſplendoréque baptiſteria conſtructa fuerunt, in quibus Chriſti ac Antiſtites tuto fidelem populum aquæ ſalutaris ſacramento expiarent, Gregor. Turon. lib. 10. hiſt. Franc. cap. 28. ibi: *Rex poſt prælium conualuit, acceſſit Pariſios, extinctæ Rotomagenſem vrbem ipſius vrbis properans, euocato puero infra baptiſterium præparari in vico Neuſtrodoro.* Et c. 31. *baptiſterium ad ipſam baſilicam ædificari præcepit, in quo S. Ioannis, cum Sergij Martyris, reliquias poſuit, & in illo priori baptiſterio S. Benigni Martyris pignora condidit.* Sed adhuc infeſtiſſimi hoſtes vrbes non ſinebant publicè baptiſteria conſtrui, quare in priuatis ædibus plerumque ædificabantur, vt conſtat ex vita S. Marcelli P. quæ in antiquiſſimis martyrol. citatur, & refert Vicecomes lib. 1. de ritib. baptiſm. cap. 6. ibi: *Cum introiſſet in eandem domum, quam donauerat B. Cyriaco Diocletianus Auguſtus, inuenit locum vbi S. Cyriacus fontem ædificauit, quem conſecrauit B. Marcellus Epiſcopus; vbi frequenter baptizabat S. Cyriacus venientes ad fidem.* Et cum adhuc fideles licari non eſſent cæperunt ædificare baptiſteria extra vrbem in locis abditis Gregor. Turon. lib. 5. hiſt. Franc. cap. 11. *Gauiſus autem nuncio Pontifex, nocte ſancta Pentecoſtes vigilias celebratus, ad baptiſterium foras muranenm egreſſus eſt: ibique omnis multitudo coram eo proſtrata, baptiſmum flagitauit.* Demùm pace Eccleſiæ data cæperunt baptiſteria ædificari intra vrbem, non verò intra Eccleſiam, ſed iuxta eam in porticu conſtrui Cyrillus catechet. 1. myſtag. *Primum ingreſſi eſtis in porticum domus baptiſterij, & ſtantes verſus Occidentem mandari vobis audiſtis, vt protenſa manu tanquàm præſenti Satanæ renunciaretis.* Poſt. a intra Eccleſiam ædificata fuerunt: vnde in Concil. Illiberit. relato in c. omnes 106. de conſecr. diſt. 4 legitur *Omnis Presbyter, qui fontem lapideum habere nequiuerit, vas conueniens ad hoc ſolummodo baptizandi officium habeat, quod extra Eccleſiam non deperatur.* A quo tempore non licuit baptiſmum extra Eccleſiam adminiſtrare in primis addubitatione 6. Synod. canon. 59. *In æde oratoria, quæ eſt intra domum, baptiſmus ne quidquam peragatur; ſed qui ab omnibus ſordibus animæ illuminationi digni habendi ſunt, ad Catholicæ Eccleſiæ accedant, & hoc illic munere perfruantur.* Concil. Milenſe can. 48. ibi: *Nemo Presbyter baptizare præſumat, niſi in vicis, & Eccleſiis baptiſmalibus, atque temporibus conſtitutis.* Concil. Altiſſiod. can. 18. *Non licet abſque Paſcha ſolemnitate vllo tempore baptizare, niſi illos, quibus mors vicina eſt, quos grauis ægritudo vexat. Quod ſi quis in alio pago, contumelia faciente, poſt interdictum hoc infantes ſuos ad baptiſmum detulerit, in Eccleſiis noſtris non recipiantur, & quicunque Presbyter ipſos extra noſtrum permiſſum recipere præſumpſerit, tribus menſibus à communione Eccleſiæ ſequeſtratus ſit.* Clement. vnic. de baptiſm. ad quæ tempora referendi ſunt textus in can. 5. Concil. Hiſpal. 2. *Sed neque coram Epiſcopo licet Chorepiſcopis in baptiſterium introire, nec præſente Antiſtite infantem tingere, aut ſignare:* & in can. 14. Concil. Altiſſiod. *Non licet in baptiſterio corpora ſepeliri:* & in can. 7. Concil. Rhemenſ. *baptiſteriorum & catechumenorum ventilata eſt ratio, vt ſacerdotes plenius intelligerent, condignis ordinibus officerent Chriſtianum.* Baptiſteria autem non in pagis, & oppidis primum erant, ſed tantum in ciuitatibus Cyrill. Tolet 17. can. 2. *Licet in initio Quadrageſimæ baptizandi generaliter claudatur myſterium, tamen ſicut Eccleſiaſtica conſuetudinis ordo depoſcit, neceſſe eſt vt oſtia baptiſterij in eodem die Pontificali manu aſſignata claudantur, & vſque in cœnæ Domini ſolemnitate nullatenus reſerentur:* poſt. a in

A in omnibus Eccleſiis, & plebaniis conſtrui cæperunt, ita vt in eis tantum baptiſmus daretur. Concilium apud palatium Vernis can. 7. b: *Vt publicum baptiſterium in nulla parochia eſſe debeat, niſi vbi Epiſcopus conſtituerit, cuius Parochia eſt; niſi tantum ſi neceſſitas euenerit pro infirmitate, aut pro aliqua neceſſitate, illi Presbyteri, quos Epiſcopus in ſua parochia conſtituerit, in qualicunque euenerit, licentiam habeant baptizandi, vt omninò ſine baptiſmo non moriantur.* Synodus Meldenſ. can. 48. *Vt nemo Presbyter baptizare præſumat, niſi in vicu, & Eccleſiis, atque temporibus conſtitutis, niſi cauſa ægritudinis,*
B *vel certæ neceſſitatis, ſicut ſacra canonum docet auctoritas, & vici authoritatem, & priuilegia debita, & antiqua retineant.* Niſi ægritudinis, vel longi itineris cauſa aliud poſtularet, tunc enim etiam extra Eccleſiam baptiſmus conferri poterat, vt in hoc Canone docetur, & in Concil. Tribur. *can.* 12. ibi: *Quos à die Paſchæ, aut moleſtia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas intercluſit,* Gregor. Nazian. *orat.* 40. vbi cum varia impedimenta retuliſſet, quibus alij à baptiſmo reuocabantur de itineris longinquitate hæc habet; *Ne via longinquitatem reformides, nec maris ſpatia, nec ignem, nec aliud quodcunque impedimentum, quo gratiam conſequaris.* Excuſabantur enim à baptiſmo recipiendo aliqui ex eo quod Ciuitates, in quibus baptiſmi ſacramentum miniſtrabatur, longo terrarum, mariſve ſpatio ſeiunctæ erant. Plura de baptiſter. Eccleſiiſque baptiſmalibus congeſſerunt Vicecomes *de ritib. baptiſm. lib. 1. c. 2. cum ſeqq.* F. Ioſeph Sanctæ Mariæ *eod tract. c. 5. & 6.* Iodocus Coccius *tom. 2. theſauri lib. 5. tit. 21.* Bullengerus *lib. 3. opuſc. c. 35.* Grangeu. *in not. ad Prudent. fol. 130.* GONZALEZ.

QVI LAVACRVM SVVM INTEGRVM HABET CAPVT DECIMVM.

Ab infidelibus poſſe conferri baptiſmum, obſeruata Eccleſiæ forma.

C QVi docet, poſſe fidelem, qui lauacrum ſuum integrum habeat, baptizare catechumenos, neceſſitatis tempore, non negat, infidelem id facere poſſe, ſed cupit eſſe fidelem. Nam & ſi de hoc olim controuerſum fuiſſe referat D. Auguſtinus [h]: [Et hæc quidem (inquit) alia quæſtio eſt, vtrùm & ab his, qui nunquam fuerunt Chriſtiani poſſit baptiſmus dari. Nec aliquid temerè, inde affirmandum eſt, ſine auctoritate tanti Concilij, quantum tantæ rei ſufficit. De his verò qui ab Eccleſiæ vnitate ſeparati ſunt, nulla iam quæſtio eſt.] Poſteà tamen reſponſione Nicolai ad Bulgaros, res adeò perſpicua facta eſt, vt nullus tergiuerſandi locus relinquatur, quin verus ſit baptiſmus, ſi eam formam, quam Eccleſia tenet, Iudæus, vel Paganus, in eius adminiſtratione obſeruarit: ad conſulta enim Bulgarorum, hæc docet. [A quodam Iudæo, neſcitis vtrùm Chriſtiano, an pagano, multos in patria veſtra baptizatos aſſeritis, & quid de his ſit agendum conſulitis. Hi profectò, ſi in nomine ſanctæ Trinitatis, vel tantum in Chriſti nomine, ſicut in Actibus Apoſtolorum legimus, baptizati ſunt, (vnum quippè & idem eſt, vt ſanctus Ambroſius exponit,) conſtat eos
D non eſſe denuò baptizandos.]

[h] *D. Aug. lib. 2. c. 13. contra epiſt. Parmeniani.*

Nicolaus PP. cap 104. ad Conſult. Bulgarorum, relatus à Gratiano c. à quodam, de conſecr. diſt. 4.

COMMENTARII NOVI.

HÆc verba rectè exponit Georg. Ambian. *ad Tertull. de exhort. caſtit. c. 7. obſerv. 2. in fin.* id eſt, qui nullum ſcelus admiſit, qui gratiam in baptiſmo ſignatam nullo crimine mortali violauit. Petunt ergo Patres integrum in laico baptizante lauacrum, id eſt, nullo crimine fœdatum, & ſi lacrymis abluerit, quia & ea innocentia in ſacerdote baptiſmi miniſtro exigitur; ideò addunt Patres ne ſit bigamus, quia bigamia remouet Sacerdotem
E promouendum, & non ſunt permittenda (ſi alij exiſtant puriores vitæ) laicis propter neceſſitatem miniſteria, & munia obire Eccleſiaſtica, niſi ipſis diſciplinam, & innocentiam Sacerdotum ſeruent: eleganter ad rem Tertull. d. cap. 7. illis verb. *Inde igitur apud nos plenius, atque inſtructius præſcribitur vnius matrimonij eſſe oportere, qui alleguntur in ordinem Sacerdotalem. Vſque adeo quædam memini bigamos loco deiectos. Sed dices: Ergo cæteris licet, cum quibus non liceat, excipit. Vani erimus, ſi putauerimus, quod ſacerdotibus non liceat, laicis licere. Nonne & laici Sacerdotes ſumus? ſcriptum eſt, Regnum quoque nos, & Sacerdotes Deo, & Patri ſuo fecit. Differentiam inter ordinem, & plebem conſtituit Eccleſiæ authoritas, & honor per ordinis conceſſum ſanctificatus. Adeò vbi Eccleſiaſtici ordinis non eſt conceſſus, & offers, & tinguis, & Sacerdos es tibi ſolus. Sed vbi tres, Eccleſia eſt, licet laici: vnuſquiſque enim ſua fide viuit; nec eſt perſonarum acceptio apud Deum: quoniam non auditores legis iuſtificantur à Deo, ſed factores, ſecundum quod & Apoſtolus dicit. Igitur ſi habes ius ſacerdotis in te metipſo, vbi neceſſe ſit habere ius Sacerdotis. Bigamus tinguis? Bigamus offers? Quantò magis laico bigamo capitale eſt agere pro Sacerdote, cum ipſi ſacerdoti bigamo facto auferatur agere Sacerdotem? Sed neceſſitati, inquis, indulgetur. Nulla neceſſitas excuſatur, qua poteſt non eſſe. Noli bigamus deprehendi, & non committis in neceſſitatem adminiſtrandi, quod non licet bigamo.* GONZALEZ.

Digitized by Google

NEC SIT BIGAMVS.

CAPVT DECIMVM-PRIMVM.

Baptizare posse bigamos : in Ecclesia Romana bigamos non sedisse, nec aliam irregularitatis notam habent.

BIgamos à multorum Sacramentorum ordine, & administratione repulit semper vetustas : non tamen negauit hîc, baptismum administratum à bigamo, vim suam integram obtinuisse : etsi canonis verba indicent, voluisse Patres, vt bigami ab illius administratione se temperarent. Illud autem hîc, Clemens sanctissime, singulari Dei prouidentia, (vt credi par est) Romanæ Tuæ Sedi concessum animaduerto : bigamos nimirum, in isto tuo augustissimo Thrôno nunquam sedisse, nec vlla alia irregularitatis nota vera impeditos, cum in aliis Ecclesiis plurimis vsu veniisse videamus, & bigamos, & aliis corporis vitiis deformatos, ad Episcopales Sedes concessa pro tempore gratia, euectos fuisse.

Vt Gentilibus desiderantibus manus imponatur.	*Vt Gentilibus desiderantibus manus imponatur.*
Canon XXXIX.	*Canon XXXIX.*
Gentiles, si in infirmitate desiderauerint sibi manus imponi; si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit, eis manus imponi, & fieri Christianos.	Gentiles si in infirmitate desiderauerint sibi manus imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit, eis manus imponi, & fieri Christianos.

BVrchardus *lib.4. decretorum cap.* 30. citat hunc canonem ex Concilio Agathensi *c.*3. quæ citatio nostro restituenda est.

CAPVT DECIMVM-SECVNDVM.

Gentilibus in extremo periculo cupientibus baptizari, nec baptismum, nec confirmationem negandam.

CVm plenus, perfectus, & omnibus numeris absolutus Christianus quis non efficiatur, nisi accepta manus impositione Episcopali, quæ cum baptismo coniuncta olim dabatur : (confirmatio nunc dicitur, vt antea [i] dicebam :) merito tradiderunt Patres, quòd si Gentiles in infirmitate desiderauerint sibi manus imponi: hoc est, effici veros, & perfectos Christianos, (retulerunt enim posterioris sacramenti memoriam, quòd supponat prioris) si fuerit ex aliqua parte honesta vita, eis manus imponatur, & Christiani efficiantur. Confirmatione enim dici perfectos Christianos, iam suprà Pontificum & Conciliorum decretis confirmauimus: in fauorem enim Gentilium editus hic canon est ; vt videlicet, non expectetur tempus Baptismo recipiendo præscriptum, si fortè illi morbi necessitate adstringantur: vt si casu antè lucis vsura prius uentur, præteritorum delictorũ culpa, & pœna remissa, ad æterna possint conscendere tabernacula D. August. [k]. [Sed priùs (inquit) baptizetur, deinde doceatur, quid ad bonam vitam, moréque pertineat. Fit hoc vbi quemquam fortè dies vrget extremus, vt aduersa paucissima, quibus tamen omnia continentur, credat : sacramentúmque percipiat, vt si ex hac vita migrauerit, liberatus exeat à reatu præteritorum omnium peccatorum Si autem sanus petit spatium dicendi, quæ dicenda sunt, quod aliud opportunius tempus reperiri potest, quo audiat, quemadmodum fideles fieri, ac

[i] *In can. prec. c* 8.

[k] *D. Aug. de fid. & operib. cap.* 6.

A ac viuere debeant quàm illud, cum attentiore animo, atque ipſa religione ſuſpenſo ſaluberrimæ fidei ſacramentum petit ?]

COMMENTARII NOVI.

GEntilibus, qui mortis diſcrimine baptizari eſſent manus ab Epiſcopis imponendæ, & confirmationis ſacramento ſignandi, ſi probi fuerint, moréſque conſimiles fidei Chriſtianæ habuerint. Nam ſi ex more turpiſſimorum hominum anteactam vitam duxerint, non ſunt confirmatione perficiendi, quantumuis omnibus vitiis, & flagitiis caterent, & omnem extra noxam cenſerentur. Hunc ego ſenſum, & explicationem confido Patres ipſos Eliberitanos agnituros pro legitima, & pro nata, contra verò quam de baptiſmo nonnulli aſſerunt, tanquam ſuppoſititiam repudiaturos, ſi vtramque aſpiciunt. Quis enim vnquam potuit dubitare, an Gentiles eſſent in morte baptizandi ? Quis vnquam docuit baptiſmum iis in morte denegandum eſſe, quorum vita non fuiſſet honeſta ? Porrò vbinam reperient baptiſmum manus impoſitionem nominari, & iſto nomine à Patribus appellari ? Sed aiunt monere titulum ita hunc Canonem eſſe accipiendum, *Gentilibus, ſi in diſcrimine baptizari expetunt*, mouere quoque, & ſuadere hæc verba, *& fieri Chriſtianos*, Gentiliſque nomen, quo qui eſſent confirmandi nunquam appellarentur. Hæc aduerſus noſtram explicationem non magnopere faciunt.

Nam non conſtat à quo, aut quando tituli appoſiti ſint : Chriſtianique nomen, & ſi baptizatis datum, propriam tamen huiuſce vocis vim, & ſignificationem confirmatos indicare alibi obſeruauimus, quod Spiritu ſancto, eiuſque charitate in confirmatione vngantur, & illiniantur, Chriſtóque ſimiles efficiantur, qui à Spiritus ſancti vnctione Chriſtus appellatur : Gentiles autem hoſce vocarunt Patres, quamuis eſſent baptizati, vt de Catechumenis, qui in infirmitate baptizarentur non agi docerent. Et quemadmodum *canone quadrageſimo ſexto* vocant Apoſtatas fideles in hoc loco nominant baptizatos Gentiles : non quod eſſent Gentiles, ſed cum in catechumenatu non ſtetiſſent, fideique elementa non eſſent edocti, ideo Gentiles vocantur, nam alio nomine non poterant nominare, & appellare eiuſmodi Gentiles, qui extra ordinem, & ſine catechumenatu eſſent baptizati. Quamobrem autem ſtatuerint Patres Eliberitani vt Gentiles, qui in infirmitate baptizati eſſent, confirmarentur ; ea potuit eſſe cauſa quod poſt confirmationem ſubinde, nullaque interiecta mora Euchariſtia confirmatis tribueretur. Quidam igitur non exiſtimabant eam ſatis tutò, & conſulto eius fidei credi, & committi poſſe, qui in rebus Chriſtianæ religionis, & eiuſmodi myſteriis parum eſſet eruditus, nam ad vanitatem eâ acceptâ poterat redire, eiuſque myſteria, & arcana diuulgare. Præterea myſteriorum participes hos eſſe nolebant, qui turpem vitam exegerant, ne recuperata ſanitate, animus praua conſuetudine, & cupiditate detentus ad eadem vitia faciliùs relaberetur, & indumentum Spiritus ſancti, ipſumque Chriſtum exueret.

Gentiles, Pagani, qui ne morte interciperentur, extra ordinem baptizati eſſent, & antequam in catechumenatu eruditi poſſent.

Si in infirmitate, nam, ſi mortis metus non vrgeret, erudiendi erant antequàm confirmarentur, aut baptizarentur.

Deſiderauerint, non petentibus manus non erat imponenda, quòd baptiſmo ſatis ad ſalutem præſidij conſecuti eſſent.

Manum imponi, confirmari, nam de ea manus impoſitione, quæ pro ritu, & cæremonia in baptiſmo vſurparetur, næ illi egregie hallucinantur, qui interpretantur, quaſi ea indignus ille videri potuiſſet, cui ipſemet baptiſmus collatus eſſet.

Fieri Chriſtianos, vnctione ſcilicet, & ſancti ſpiritus infuſione, vt loquitur D. Cyrill. Hieroſolym.

Cæterum in Concilio Arelat. 1. can. 6. idem omninò ſtatuitur. *De his qui in infirmitate credere volunt, placuit debere iis manum imponi.* Hoc eſt iis qui in infirmitate volunt baptizari, Confirmatio quoque tribuendi. ALBASPINÆVS.

Licet confirmationis ſacramentum perfectio baptiſmi dicatur, & qui illud accipiunt pleni Chriſtiani appellentur Cypr. Epiſt. 70. *Vngi quoque neceſſe eſt eum qui baptizatus eſt, vt accepto Chriſmate habere in ſe gratiam Chriſti melius poſſit.* Concil. Arauſic. 1. *can.* 1. Laodic. *can.* 48. *cap. omnis de conſec. diſtinct. quinto*, non tamen eſt ratio cur præſentem Canonem accipiamus de confirmatione, ſed de baptiſmo, primò quia baptiſmus dicitur manus impoſitio, quia per manus impoſitionem confertur. Concil. Hiſpal. 1. can. 7. ibi : *nec per impoſitiones manus fidelibus baptizandis, vel conuerſis ex hæreſi Spiritum ſanctum tradere, nec chriſma conficere, neque Chriſmate baptizatorum fronte ſignare* ; Concil. Carthag. quartus can. 85. ibi : *Hac manus impoſitione crebra examinatione baptiſmum percipiant. C. baptizandi de conſec. diſt.* 4. Vnde illa verba huius canonis : *manus imponi, & fieri Chriſtianos* : exaudienda credo de baptiſmo, non de confirmatione. Secundò facit pro hac ſententia ſummarium huius canonis, quod in aliquibus Codicibus ita habetur *de Gentilibus, ſi in diſcrimine baptizari expetunt*, vbi innuitur in canone agi de Gentilibus, qui nulla catecheſi præcedente in fine baptizari expetunt. Nec nouum eſt vt propter periculum mortis imminens tempus Catecheſis relaxetur, & infirmis baptiſmus concedatur, vt conſtat ex *can.* 11. 37 & 42. huius Concilij vt perperam exiſtimauit Albaſpinæus à quo libenter quæterem, in quo Canone huius Concilij legit fideles iam baptizatos appellari Gentiles, cum Chriſtiani Gentilibus

bus oppoſitantur, can. 59. ibi: *ne quis Chriſtianus, aut Gentilis.* Facit] etiam pro noſtra ſententia, ſeries, ſeu continuatio Canonum; nam in *can. anteced.* actum fuit de baptiſmo ob ingruentem infirmitatem à quolibet fideli præſtandum. Vndè conjectari poteſt ſtatim PP. eodem retento themate de baptiſmo etiam in mortis periculo imminente Gentilibus præſtando agere. Tandem adſtruitur hæc interpretatio ex vſu Eccleſiæ his prioribus ſæculis, tunc enim baptiſmus ſimul conferebatur cum ſacramento confirmationis; Iſidorus Hiſpal. *lib. 2. de Eccleſiaſt. offic. cap. 26.* quia ea de re ſic ſcribit: *quoniam poſt baptiſmum per Epiſcopos datur ſpiritus ſanctus cum manuum impoſitione*, &c. Ex Amalario quoque Fortunato eandem conſuetudinem collegi; cùm *lib. 4. de Eccleſ. offic. cap. 29.* in hunc modum loquitur: *Nos verò præſente Epiſcopo ſimul baptizamur, & per impoſitionem manus Epiſcopi Spiritum ſanctum accipimus.* Quid eſt enim accipere Spiritum ſanctum, niſi confirmationis ſacramento, quo Spiritus ſanctus in nos infunditur donari? & ſi aliud teſtimonium requiris; audi, quid ſcribat Rabanus Maurus lib. 1. de inſtitut. clericor. cap. 30. *Noviſſimè autem à ſummo ſacerdote per impoſitionem manus paraclytus traditur illi Spiritus ſanctus, vt roboretur per Spiritum ſanctum ad prædicandum aliis idem donum, quod ipſe in baptiſmate conſecutus eſt.* Vndè ſi Gentiles de quibus in præſenti, iam erant baptizati, vt ſupponit Albaſpin. etiam confirmati reperiebantur iuxta veterem Eccleſiæ vſum. Vltimò expendo illa verba, *& fieri Chriſtianos*: non enim dicitur, fieri plenè, vel perfectè Chriſtianos, vt in authoritatibus ſupra congeſtis, ſed ſimpliciter per illam manus impoſitionem Chriſtianos fieri, igitur exaudiendæ ſunt de Baptiſmi ſacramento, per quod Gentiles Chriſtiani efficerentur. GONZALEZ.

Ne de hoc, quod idolis datum eſt, fideles accipiant.	*Ne id quod idolothytum eſt, fideles accipiant.*

Canon XL.

Placuit prohiberi, vt cùm rationes ſuas accipiunt poſſeſſores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non inferant; ſi verò poſt interdictum fecerint, per quinquenny ſpatia temporis à communione eſſe arcendos.

Canon XL.

Placuit prohiberi, vt cùm rationes ſuas accipiunt poſſeſſores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non ferant; ſi verò poſt interdictum fecerint, per quinquennij ſpatia temporis à communione eſſe arcendos.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Oblatum idolis ab œconomis non eſſe acceptum ferendum à poſſeſſoribus: & qui poſſeſſores dicantur.

VT hodie primitias & decimas ad Eccleſiarum inſtitutionem, ad ſacrificiorum ſumptus, ad miniſtrorum alimenta, præcipi percipique videmus: ſic & olim in ethnicorum republica ad ſacrorum adminiſtrationem, ad ſacerdotum victum, ad cereorum, & ſacrificiorum ſumptus, conſtituta vectigalia, tradit Tertullianus [l] [Credamus (inquit) itaque ſuccedere alicui poſſe, vt in quoquo honore, vt in ſolo honoris nomine incedat, neque ſacrificet, neque ſacrificiis auctoritatem ſuam accommodet, non hoſtias locet, non curas templorum deleget, non vectigalia eorum procuret, non ſpectacula edat.] Ad ſua vſque tempora perduraſſe teſtantur Arcadius & Honorius, [m] dum ea hac lege ſubſtulerunt.

[l] *Tertul. lib. de idolatria cap. 17.*

[m] *Arcad. & Honor. in l. 19. Cod. Theodor. de Pagan. ſacrif.*

Imppp. Arcad. Hono. & The. AA. Curtio PF. P. Poſt alia.

[Templorum detrahantur annonæ, & rem annonariam iuuent expenſis deuotiſſimorum militum profuturæ. Simulacra, ſi qua etiam nunc in templis fanisque conſiſtũt, & quæ alicubi ritu, vel acceperint, vel accipiunt paganorum, ſuis ſedibus euellantur, cum hoc repetita ſciamus ſæpius ſanctione decretum. Ædificia ipſa templorum, quæ in ciuitatibus, vel oppidis, vel extra oppida ſunt, ad vſum publicum vindicentur, aræ locis omnibus deſtruantur, omniaque templa in poſſeſſionibus noſtris ad vſus accommodos transferantur, domini deſtruere cogantur. Non liceat omnino in

Digitized by Google

A in honorem ſacrilegi ritus, funeſtioribus locis exercere conuiuia, vel quidquam ſolemnitatis agitare. Epiſcopis quoque locorum hac ipſa prohibendi Eccleſiaſticæ manus tribuimus facultatem: iudices autem XX. librarum auri pœna conſtringimus, & pariforma officia eorum, ſi hæc eorum fuerint diſſimulatione neglecta.] Ab his ſumptibus præſtandis non ſolum abſtinere debuiſſe fideles, ſed & catechumenos etiam docet D. Ambroſius [n] ad Eugenium Auguſtum. Quod ergo hîc prohibent Patres, illud eſt, ne videlicet domini (hos poſſeſſores vocari alio canone [o] conſtat,) cum accipiunt rationes ab œconomis ſuis, ſiue patrimonij adminiſtratoribus, (ad quos olim hæc ſacrificiorum cura ſpectabat, vt ex Columella [p] colligitur,) illud acceptum habeant, quod illi ſine eorum præcepto ad idôla dederint, ſiue ad ſacrificia externa, ſiue domeſtica, ſiue ad conuiuia, & feſta Gentilium, ſiue ad aliud, quod idololatriam redoleat; B ne ſi acceptum illud habeant domini, videantur tacitè idololatriæ ſeruorum, ſiue adminiſtratorum conſenſiſſe. Tantoperè enim ab ea fideles abſtinere voluerunt primi Eccleſiæ Patres, vt ſi agnoſcerent carnes, quibus ob neceſſitatem vitæ eſſet veſcendum, idôlis oblatas, eſſe potius moriendum, quàm illis veſcendum iudicauerint, vti D. Auguſtinus [q] docet ad Publicolam. [Reſtat ni fallor (inquit) vt dicamus aliquid de illo viatore Chriſtiano, quem commemoraſti victum famis neceſſitate, ſi nihil vſpiam inuenerit, niſi cibum in idolio poſitum, vbi nullus alius eſt hominum, vtrùm ei ſatius ſit fame emori, quàm illud in alimentum ſumere? In qua quæſtione, quoniam non eſt conſequens, vt cibus ille idolothytum ſit; potuit enim vel ab eis, qui ibi ab itinere diuertentes corpus refecerant, obliuione, ſeu voluntate dimitti, vel illic ob aliam cauſam quamlibet poni, breuiter reſpondeo: aut certum eſt eſſe idolothytum, aut certum eſt non eſſe; aut ignoratur: Si ergo certum eſt eſſe, meliùs Chriſtiana virtute reſpuitur; ſi autem vel non eſſe ſcitur, vel ignoratur, ſine vllo conſcientiæ ſcrupulo, in vſum C neceſſitatis aſſumitur.]

Vel intelligi poteſt canon de his quæ idôlis ab aliis data, vel oblata ſunt: carnes enim idolothytæ poſteà in macello venundabâtur, teſte Paulo [r] ad Romanos & Auguſtino [s] in expoſitione eiuſdem epiſtolæ, à quibus emendis, & vendendis primi Chriſtiani abſtinebant, ne viderentur quem honorem diis illorum habere. Si ergò ad familiæ alimenta œconomi has carnes immolatitias emerint (vt delicatiores, & pinguiores, emebant multi, nam tales ad ſacrificia offerebant Gentiles) ſumptus in his comparandis factos, non eſſe acceptos ferendos à dominis, hoc canone decernitur; ne quem honorem (vt dixi) diis falſis vt eorum ſacrificiis tribuiſſe viderentur.

[n] *D. Ambro in epiſtol. 88. ad Eugenium Auguſt.*

[o] *Can. 49. huius Concilij.*

[p] *Columella lib. 1. de re ruſtica. c. 8.*

[q] *D. Auguſt. in epiſtola 154. ad Publicolam ad finem.*

[r] *Paul ad Rom.*

[s] *D. Augu. expoſitione eiuſdē epiſtolæ, c. 78.*

ACCEPTVM NON INFERANT.

D EX mſ rectiùs *acceptum non ferant.* Aſconius Pædianus [t] quid ſit *acceptum ferre* his verbis explicat. [Moris autem fuit vnumquemque domeſticam rationem ſibi totius vitæ ſuæ per dies ſingulos ſcribere, in quo appareret, quid quiſque de redditibus ſuis, quid de arte, fœnore, lucroue ſepoſuiſſet; quo die, & quid item ſumptus, damnive feciſſet.] Optimum autem villicum docet Columella [u] à ſumptibus ſacrificiorum & aliis ſine voluntate domini abſtinere debuiſſe. [Sacrificia (inquit) niſi ex præcepto domini ne fecerit: Aruſpices, ſagaſque quæ vtraque genera vana ſuperſtitione rudes animos ad impenſas, ac deinceps ad flagitia compellunt, ne admiſerit, &c.]

[t] *Aſconius Pædianus actione 3. in Verrem.*

[u] *Columella lib. 1. de re ruſtica, c. 8.*

COMMENTARII NOVI.

E EX Poëtis illud haurias è terræ frugibus diis ſuis libare, & offerre ſolitos Ethnicos, quod per Canonem Chriſtianis facere non licet. ALBASPINÆVS.

In ſacrificiis Gentilium idolis faciendis non ſolum hoſtiæ emebantur, & immolabantur, verum & magno ſumptu ornabantur, vt quo clariùs, & gratiùs ſacrificium Diis crederetur, vndè auratis cornibus maiores victimæ immolabantur. Plinius *lib. 33. cap. 3.* Gutherus *lib. 4 de iure Pontif. cap. 21.* & poſt ſacrificium ex ipſis idolothytis epulum, quod ſacrificale dicebatur parabant. Iuuenal. Satyr. 5.

——*Poſitis ad templa, & compita menſis.*

De his, qui ſacrificauerunt, & poſteà ad idola pranſi ſunt, agitur in *can.* 4. & 7. Concil. Ancyran. vbi Zonaras in *can.* 7. retinet lectionem recumbentes in idoliis accipiendo *idolium* pro loco, in quo epulabantur, de quo Apoſtol. 1. ad Corinth. 8. *ſi quis habet ſcientiam in idolio recumbentem:* Prudentius contra Vnionitas.

Et quis in Idolio recubans inter ſacra mille.

Et lib. 1. aduerſus Symmach.

Turpis ab Idolij vaſto emerſiſſe profundo,
A Diaboli aris reuertentes ad ſanctum Domini.

Cyprian. ſerm. de lapſis: *Sordidis, & infectis penè reuertentes, exhalantibus etiam nunc ſcelus ſuum faucibus, & contagia funeſta redolentibus*

ni corpus inuadunt, de quibus epulis aliqui accipiunt *text. in l. 17. ff. pro socio.* Vndè audenter putabam legendum esse in hoc canone *ad Idolium, non ad idolum*: nam si ageretur de sumptibus Idolis præstitis diceret PP. in plurali ad Idola, vt in can. 55. ibi: *aliquid Idolis præstant*; sed vnde hi sumptus, peterentur videamus, & certum est in sacris publicis & cerario sumptus impendi: Liuius *lib.* 31. & sub Imperatoribus à Præfecto ærarij pecuniam decerni. Vopiscus *in Aureliano*, & cum Numæ temporibus inops respublica magnos sumptus ferre non posset, sacrorumque multitudo creuisset in casu cuiusdam homicidij, patrimonium occisoris sacratum fuit: Festus Pompeius verb. *supplicia*, & pecunia in litibus depositа, quæ dicebatur *sacramentum*, *l. 1. ff. de variis*, & *extraordin.* Varro *lib.* 4. *de lingua lat.* notauit Pichæus *lib. 1. aduers. cap.* 18. propter inopiam ærarij in sacrificiis consumebatur, Gutherus vbi *supra*: sequentibus sæculis etiam Imperatorum Catholicorum non solum magistratus tributa extorquebant ad prædicta sacrificia, & conuiuia Idolis facienda, verum & ipsos possessores ad Deorum festa celebranda cogebant. can. 27. Concil. Afric. qui est 63. Concil. Carthag. *Ab Imperatoribus petendum, vt quæ contra præcepta diuina, conuiuia multis in locis exercentur, quæ ab errore gentili abstracta sunt, ita vt nunc à paganis Christiani ad hæc celebranda cogantur, ex qua re temporibus Christianorum Imperatorum persequutio altera fieri occultè videatur vetari talia iubeant, & de ciuitatibus, & de possessionibus imposita pœna prohiberi, maximè cum etiam in natalibus beatissimorũ Martyrum per nonnullas ciuitates, & in ipsis locis sacris, talia committere non reformident, quibus diebus etiam (quod pudoris est dicere) saltationes sceleratissimas per vicos, atque plateas exerceant, vt matronalis honor, & innumerabilium fœminarum pudor deuotè venientium ad sacratissimum diem iniuriis lasciuientibus appetatur, vt etiam ipsius sanctæ religionis penè fugiatur accessus.* Notarunt Fabricius *lib. 1. select. c. 6.* Gutherus *lib. 4. de iur. Pontif. cap. 23.* Vnde PP. Illiberini vt omnem suspitionem idololatriæ à Christianis radicitus euellerent, statuerunt vt cum possessores tationes accipiunt, ne quod impensum, seu datum est ad Idoli sacrificium, & conuiuium acceptum ferant, alias per quinquennium a Communione arceantur tanquam consentientes huiusmodi sacrificiis. GONZALEZ.

Vt prohibeant domini idôla colere seruis.	*Vt prohibeant domini idôla colere seruis.*

Canon XLI.

Admonere placuit fideles, vt quantum possint, prohibeant, ne idôla in domibus suis habeant: si verò vim metuunt seruorum, vel se ipsos puros conseruent: si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur.

Canon XLI.

Admoneri placuit fideles, vt quantum possint, prohibeant, ne idôla in domibus suis habeant: si verò vim metuunt seruorum, vel se ipsos puros conseruent: si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

De priuatis sacris antiquorum fusè tractatum: explicato Modestino, & Gordiani Imp. rescripto.

[x] *Tertull. lib. de spectaculis c. 8.*

VErum est quod Tertullianus [x] scripsit. [Cæterum & plateæ, & forum & balneæ, & stabula, & ipsæ domus nostræ, sine idolis omnino non sunt: totum seculum Satanas, & angeli eius repleuerunt.] Nec domus tantùm, sed & omnes partes domus diis, & eorum simulacris replebantur. De ianuis, hæc idem Tertullianus. [y] [At enim Christianus nec ianuam suam laureis infamabit, si norit quantos deos etiam hostiis diabolus affinxerit, Ianum à ianua, Limentinum à limine, Forculũ, & Cardeam à foribus, & cardinibus & apud Græcos, Thyræum Apollinẽ, & Antelios dæmones] Et aduersus Gnosticos, [z] [Quas mihi (inquit) potestates ianitrices adfirmas iuxta Romanam superstitionem, Cardeam quandam, & Forculum, & Limentinum, quas à cancellis, ordinas potestates.] Et alibi. [a] [Certi enim esse debemus, si quos latet per ignorantiam literaturæ secularis, etiam ostiorum deos apud Romanos, Cardeam à cardinibus appellatam, & Forculum à foribus, & Limentinum à limine, & ipsum Ianum à ianua; & vtique

[y] *Tertull. de corona militis c. 13.*

[z] *Idem aduersus Gnosticos. cap. 10.*

[a] *Tertull. libro de idololatria cap. 15.*

Digitized by Google

A vtique ſcimus, licet nomina inania atque conficta ſint, cùm tamen in ſuperſtitionem deducuntur, rapere ad ſe dæmonia, & omnem ſpiritum immundum per conſecrationis obligamentum. Alioquin dæmonia nullum habent nomen ſingulatim, ſed ibi nomen inueniunt, vbi & pignus. Etiam apud Græcos Apollinem, θυραῖον & Antelios dæmonas oſtiorum præſides legimus. Hæc igitur ab initio præuidens Spiritus ſanctus, etiam oſtia in ſuperſtitionem ventura præcecinit per antiquiſſimum Prophetem Enoch. Nam & alia oſtia in balneis adorari videmus.] Eadem ferè retulit D. Cyprianus, [b] Auguſtinus [c] quoque, & Arnobius. [d] Deum Scanſum ab aſcenſibus dictum idem Cyprianus [e] teſtatur. Hos domeſticos deos, & Lares vocaſſe antiquos, Tertullianus [f] adfirmat. Idem Iſidorus [h]. [Penares (inquit) Gentiles dicebant omnes deos, quos domi colebant, & penates dicti quòd eſſent in penetralibus, id eſt in ſecretis. Sicut diis omnibus & publica erant ſacra.] Sic & his diis priuatis ſacra priuata erant, vt Sextus B Pompeius [h] tradit. [Saera (inquit) omnia, vel publica ſunt, vel priuata. Publica, quæ publico ſumptu, pro populo fierent, quæque pro montibus, pagis, curiis, & ſacellis; Priuata, quæ pro ſingulis hominibus, & familiis.] De his ſenſit D. Clemens, [i] dum ait, ſingulos homines, ſingulos deos venerari.

Cùm autem hæc feſta, ſeu ſacra priuata celebrarentur, omnes illius familiæ conueniebant. Macrobius [k] [Sic (inquit) prætereà feriæ propriæ familiarum, vt Claudiæ familiæ, vel Æmiliæ, ſeu Iuliæ, ſiue Corneliæ, & ſi quas ferias proprias quæque familiæ ex eſu domeſticæ celebritatis obſeruant.] Quòd vnius eſſent gentis, gentilitia aliquando vocantur. Cicero. [l] [Multi ſunt (ait) in hoc ordine, qui ſacrificia gentilitia in illo ipſo ſacello ſtatuto loco anniuerſaria factitarint.] Liuius. [Quàm par veſtrum factum eſt, quod in obſidione nuper in egregio adoleſcente C. Fabio non minore hoſtium admiratione, quàm veſtra conſpectum eſt? cùm inter Gallica tela digreſſus, ex arce ſolemne Fabiæ Gentis in colle Quirinali obiit. An Gentilitia ſacra ne in bello quidem intermitti, publica ſacra & Romanos deos etiam in pace deſeri placet, & Pontifices Flamineſque negligentiores publicarum religionum eſſe, quàm priuatus in ſolemni Gentis fuerit.] Hos deos aliquando extra domum in priuato ſacello, aliquando domi in focis, in penu (vnde penates) in larario reconditos habebant. Cicero. [m] [Nihil ſanctius, nihil omni religione munitius, quàm domus vniuſcuiuſque ciuium, hîc aræ ſunt, hîc foci, hîc dij penates, hîc ſacræ religionis ceremoniæ continentur.] Vnde Columella [n] optimum Patrem familias domo egreſſum, cùm regrederetur, deos penates viſitare iubet. Hinc veteres cum ad bellum proficiſcerentur, hoc ſibi primum proponere ſolebant, eſſe pro aris & focis pugnandum, vt eos ad arma impellere. non tam amor patriæ, patrimonij, poſſeſſionumque conſeruatio, quàm quædam erga Deos, & publicos & priuatos, religio concepta videretur. Sic Alexandrum Seuerum domi ſuæ, in Larario, Apollonium, Abraham, & Orpheum habuiſſe, teſtis eſt Lampridius. [o] D Nec ſolùm hos, ſed & Chriſtum Ieſum, Deum, in Larario ſuo coluiſſe refert his verbis. [Primùm (inquit) vt ſi facultas eſſet, id eſt, ſi non cum vxore cubuiſſet, matutinis horis in Larario ſuo, in quo & diuos principes, ſed optimos electos & animas ſanctiores, in queis & Apollonium, & quantum ſcriptor ſuorum temporum dicit, Chriſtum, Abraham, & Orpheum, & huiuſcemodi deos habebat, ac maiorum effigies, rem diuinam faciebat.] Plura autem Lararia veteres habuiſſe, inde elici poteſt, quòd idem Lampridius paulo poſt referat, eundem Alexandrum Seuerum inter diuos & optimos in Larario maiori Alexandrum Magnum conſecraſſe. Hic pertinent quæ Tertullianus [p] refert. Cùm enim de diis Gentium, tam publicis quàm priuatis ageret, vt illorum vanitatem, ſuperſtitionemque refelleret, ſic inquit. [Sed nobis Dei ſunt, inquitis, & quomodò vos è contrario impij & ſacrilegi, & irreligioſi erga deos veſtros deprehendimini, qui quos præſumitis eſſe, negligitis: quos timetis, deſtruitis: quos etiam vindicatis, illuditis. Recognoſcite ſi mentiar. Primò, quia cum aliis alios colitis, vtique quos non colitis offenditis: prælatio alterius ſine alterius contumelia nõ poteſt procedere, quia nec electio ſine reprobatione. Iam ergo contemnitis quos reprobatis, quos reprobando, offendere non timetis. Nam vt ſupra præſtruximus, ſtatus Dei cuiuſque in Senatus æſtimatione pendebat. Deus non erat, quem homo conſultus noluiſſet, & nolẽdo damnaſſet. Domeſticos deos, quos Lares dicitis, domeſtica poteſtate tractatis, pignorando, venditando, demutando, aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerua, vt quiſque contritus, atque contuſus eſt, dum diu colitur, vt quiſque dominus ſanctiorem expertus eſt domeſticam neceſſitatem. Publicos æquè publico iure fœdatis, quos in haſtario vectigales habetis: ſi capitolium, ſi olitorium forum

[b] *D. Cyprianus libro, Quòd idola non ſint dij.*
[c] *D. Auguſt. lib. 4 de ciuit. Dei cap. 8*
[d] *Arnobius lib. 2 aduerſus Gentes.*
[e] *D. Cyprianus lib Quod idola non ſunt dij. cap. 2.*
[f] *Tertull. in Apologetico.*
[g] *Iſidorus lib. 8 Etymologiarũ cap vlt.*
[h] *Sextus Pompeius*
[i] *D. Clem. lib 10 recognitionum.*
[k] *Macrobius Saturnal.*
[l] *Cicero de Aruſpicum reſponſis. Liuius lib. 5.*
[m] *Cicero pro domo ſua.*
[n] *Columella de re ruſtica lib. 1. cap 8*
[o] *Lampridius in Alexan. Seuero.*
[p] *Tertull in Apologetico cap. 23.*

Digitized by Google

forum petitur. ſub eâdẽ voce præconis, ſub eâdẽ haſta ſub eadem annotatione quæſtoris, diuinitas addicta condicitur.] Irridet hic Gentiliũ deos, tam publicos, quàm priuatos, quòd eos in ſupellectilis ratione computarent: nam perinde ab illis oppignorabantur, & vendebãtur, ac reliqua inſtrumẽta domeſtica, inſtante neceſſitate. Quòd ſi illa numina eſſent diuina, potius exoranda eſſent, vt vrgentem inopiam defenderent, quàm commutanda pro re vili, & pecuniaria. Nec commutabantur ſolùm, ſed frangebantur, & conterebantur, adeò vt quod priùs domi Saturnus erat (verbi gratia) vel Minerua, vas poſteà conflatum deſeruiret culinæ. Nec de priuatis diis hoc tantùm efficiebatur, ſed & de publicis: victigales enim, & tributariæ gentes, cùm præſentem pecuniam non haberent, publicanis, aut quæſtoribus, argenteos, aureoſque deos addicebant, vt ſæpenumerò haſtario, venditionique auctionariæ, à præcone vænirent. Habebant ergò patres familias domi ſuæ, ſacra priuata, quæ perpetua voluit Cicero [9] in ea, quam ipſe formauit, Republica: [Sacra (inquit) priuata perpetua manento.] Et adeò perpetua, vt morte patris familias ſacrorum memoriam perire noluerit, ſed Pontificum auctoritate effici, vt illis ea eſſent adiuncta, ad quos eiuſdem morte pecunia peruenisſet. Quòd ſi mortui eſſent hæredes, ſacra eum conſeruare voluit, qui de bonis mortui, legati cauſa accepiſſet plurimum, ſi verò nemo eſſet, qui vllam rem teſtamento cepiſſet, de creditoribus eius, qui plurimum ſeruaſſet: ac tandem perſonam illam, quæ ei qui mortuus ſit, pecuniam debuerit, neminique eam perſoluerit, vt extremam ponit, ad hoc vt teneatur ſacra eius conſeruare; quaſi eam pecuniam ceperit; ne videlicet interiret priuatorum ſacrorum memoria. Quod pluribus Cicero eleganter proſecutus eſt.

[9] *Cicero lib. 2. de legibus.*

Hæc autem priuata ſacra, etſi à priuatis, ad quos pertinebant, eodem honore & reuerentia quo & publica colerentur, à reliquis vero non ſic. Qua ratione illorum ſtultitiam coarguit Tertullianus, [1] quòd ex cuiuſque voluntate penderet, an hic vel ille vt Deus conſecrari, & coli debuiſſet. Ex quo petendus eſt intellectus ad Paulum dum ait: [Sacrilegi capite puniuntur. Sunt autem ſacrilegi, qui publica ſacra compilauerint. At qui priuata ſacra, vel ædiculas incuſtoditas tentauerint, amplius quàm fures, minùs quàm ſacrilegi merentur.] Hoc autem ideò Paulus ſcripſit, quia cùm ſacrilegij crimen publicum eſſet, & de re ſacra latum non poterat ad priuatas res ſacras extendi: etſi fateatur, magis quàm rerum ſolùm priuatarum fures eſſe puniendos. In cuius expoſitione mirum eſt quantoperè laborarit Accurſius, vt intelligeret quæ ſacra priuata Paulus dixerit. Nunc ea eſſe putat, quæ per principem conſecrata ſunt: nunc ſepulchra, quæ per illationem mortuorum fiunt religioſa: poſtremò res ſacerdotum, quas pro ſe, & Eccleſia habent. Quaſi Paulus homo ethnicus, de rebus ſacerdotum Chriſti, & Eccleſiæ noſtræ meminiſſet; in libro de publicis Romani imperij iudiciis.

[1] *Tertullianus in Apologetico c. 13.*

Explicatur Paulus in l. ſcarilegi ad l. Iuliam peculat.

Nec minùs laborat, in expoſitione illius verſiculi: [Vel ædiculas incuſtoditas tentauerint.] Putat enim ædiculas illas eſſe domunculas, non ſacras, ſed ſacerdotibus relictas, & propter vtilitatem incuſtoditas, vt domunculas quæ ſunt extra Eccleſiam, in quibus ſacerdotes morantur, quas vocamus canonicas (ſic ait Accurſius) vel illas, in quibus ſacra vaſa reponuntur. Semper cum ex antiquitate, Accurſio, & ſuis ſectatoribus quid petendum eſt, illud ex ſui temporis moribus & inſtitutis interpretantur quaſi de illis veteres Iuriſconſulti cogitauerint; de rebus præcipuè Eccleſiæ, quarum illos vt Gentiles, & idololatras minus curæ habuiſſe, nullus niſi antiquitatis ignarus inficiabatur. Sacra ergò priuata, ea ſunt quæ diximus, ſacra propria alicuius domus, vel gentis vel familiæ. Ædiculæ incuſtoditæ, templa erant priuata, ſeu domus priuatæ in quibus ſacra hæc priuata celebrari ſolebant; non enim ſolùm in proprio habitationis domicilio, ſacra hæc celebrabant, ſed extra domum in alio ſacello eius familiæ proprio, cui honor ſacrorum publicorum tribueretur, non ſacellum, vel templum, ſed ædiculas vocabant, vt conſtat ex Tertulliano, [5] [Non enim ſolùm (ait) idololatria committitur cùm quis immolat, incendit, quæ ſacris aliquibus vel ſacerdotiis obligatur, nec cum ædiculas aut ſigna fabricat, ſed & cùm templum exornatur.] Et poſtea. [t] [Sunt complurium artium ſpecies, quæ etſi non contingunt idolorum fabricationem, tamen ea ſine quibus idola nihil poſſunt, eodem crimine expediunt, nec enim intereſt, an extruas vel exornes, ſi templum, ſi aram, ſi ædiculam eius inſtruxeris; ſi bracteam expreſſeris, aut inſignia, aut etiam domum fabricaueris,] Has ergo ædiculas qui tentauerint, magis quàm fures, minus verò quàm ſacrilegos eſſe puniendos, Paulus, docuit.

[5] *Tertull. de idololat. cap. 4.*

[t] *Et cap. 8.*

Cùm ergò paterfamilias ſacra haberet priuata, qui illius familiæ, & poteſtati ſubditi erant,

A erant tam filij quàm ſeruſ, ſacra illa venerari, & colere tenebantur. Quò pertinent frequentes illæ iuriſconſultorum, & Imperatorum loquendi formulæ: [x] In ſacris paternis eſſe, in ſacris paternis conſtitui: hoc eſt, manere in ſacris patris vel patria poteſtate. Cùm ab hac verò per emancipationem liberabantur, ſacris paternis dicebantur abſolui, quia iam egreſſi ex familia patris, ſacra priuata patris colere non tenebantur; quaſi iam alterius familiæ eſſent, & propria ſacra arbitratu ſuo conſtituere & & colere potuiſſent. Vnde qui adoptabantur, cum in adoptantis patris tranſirent poteſtatem, in familiam, & ſacra illius tranſire dicebantur. Valerius Maximus [y] cùm de filio Marci Anci Carſeolani adoptato à Suffenate auunculo loqueretur, ſic ait: [Et ſi aliquantulum adiuuabat hæredes, quòd Marci Anci filius in Suffenatis familiam, ac ſacra tranſierat: graue erat hoc ſacrorum venerandorum onus, vnde rectè apud Plautum [z] teſtatur ille, ſe hæreditatem adeptum eſſe ſine ſacris opulentiſſimam.

B Ex his pendet vera interpretatio reſcripti Imp. Gordiani ad Baſſum: [a] dum mulierem nuptam refert eſſe diuinæ & humanæ domus ſociam cum marito: & alterius, Modeſtini, [b] dum matrimonium definit eſſe conſortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicationem, ad cuius expoſitionem, Accurſius & illius ſectatores offendunt. Nam virum & vxorem, diuini & humani iuris participes, interpretantur, eſſe eiuſdem ſectæ, ſiue religionis, vt Iudæa nubat Iudæo: Chriſtiana, Chriſtiano: iuxta l. ne quis C. de Iudæis: quaſi Gordianus, & Modeſtinus, de conſtitutione Valentiniani Theodoſij, & Arcadij, quæ in ea lege refertur, & quæ maximo temporis interuallo, poſteà lata eſt, cogitare potuerint, vel cogitantes potuerint diuinare. Sed verius eſt,

C vxorem fieri ſociam diuinæ & humanæ domus: & matrimonium, diuini & humani iuris communicationem vocari: quia vxor per matrimonium, in poteſtatem & in familiam mariti tranſibat: ſicque efficiebatur particeps omnium ſacrorum mariti: & ideo ſocia diuinæ & humanæ domus nuncupatur. Eadem cauſa Plutarchus [c] iubet, vt vxor, in religione ſit mariti, neùe aliam peregrinam admittat. [Nam nulli Deo (inquit) ſacra occulta & abſcondita grata ſunt] Quare vxor noue nupta, poſtridiè nuptiarum libertatem auſpicans vxoriam, rem diuinam ſacris mariti faciebat, vt à Macrobio [d] proditum eſt. Origo autem, & antiquitas huius ſacræ ſocietatis inter virum & vxorẽ, & cõmunis vtriuſque iuris ab ipſo Romulo eſt: ipſum enim conſtituiſſe, vt mulierem participes eſſent iurium maritorum, tradit Halicarnaſſeus. [e] [Mulierem nuptam (inquit, cùm de legibus Romuli ageret) quæ extra ſacratas leges conueniſſet cum viro, ei participem eſſe poſſeſſionum, & ſacrorum omnium.] Et poſt alia: [Si pater filio conceſſerit, vxorem ducere, futuram ſacrorum ac bonorum iuxta leges participem,

D patri poſt hac nullum ius eſto vendendi filium.] Et quia diximus vxorem eſſe ſociam diuinæ & humanæ domus: expoſita communicatione domus diuinæ, quid ſit ſociam eſſe domus humanæ, aperiendum eſt. Fœmina per coëmptionem, in ius, poteſtatem, & familiam viri tranſibat, adeò vt filiæ loco haberetur, vt ait Boethius: [f] Coëmptio autem (inquit) fiebat hoc modo. Rogabat vir, an ſibi mulier mater familias eſſe vellet. Illa reſpondebat velle. Itaque mulier conueniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ per coëmptionem, & erat mater familias viro, loco filiæ.] Idem tradit Gellius, [g] matrem familias appellatam eam eſſe ſolam, quæ in mariti manu, mancipioque, aut in eius in cuius maritus manu, mancipióque eſſet: quoniam non in matrimonium tantùm, ſed & in familiam quoque mariti, & in ſui hæredis locum veniſſet. Suum hæredem dicit matri familias eſſe, quòd filij familias loco ſit, qui & ſuus hæres dicitur. Vnde quemadmodum filij nomina, & quæ nunc cognomina patris, ſiue gentilia vocamus, aſſumebant, ſic & vxores: filiabus enim patres cognomina non imponebant antequam nuberent, vt ex Quinto Scæuola Titus Probus, [h] refert. Nuptæ verò non patris, ſed mariti cognomen, & eius familiæ ſumebant: quod hodie in nonnullis prouinciis vſitatum eſt.

E Erat ergo vxor olim particeps non ſolùm diuinorum, ſed & familiæ cognominis, tum etiam & bonorum. Columella [i] [Nil enim (inquit) in domo coniugali apud priſcos diuiduum conſpiciebatur, nihil quod aut maritus, aut fœmina proprium ſui iuris eſſe diceret, ſed in commune conſpirabatur ab vtroque:] vnde hæc verba erant nuptæ, cum viri domum primùm ingrederetur: Vbi tu Caius, ego Caia? quaſi paciſcebatur, commune ſibi cum viro rerum omniũ dominium, & æquale domi imperium: vt ſcripſit Plutarchus: [k] ac ſi diceret: Vbi tu Dominus & familiæ princeps, ego ſum hera, & familiæ etiã domina: nã in omnib. nuptiis his nominibus vtebantur: vt

Iuriſcon

[x] *L. vlt. C. de inoff. cioſo. L. vlt. de curato furioſi. l. vlt. C. a ſenatuſc. Tertull. l. 2 C. de ſuis. & legitim. hared. l. C. de bon. mat. L. 1. §. vlt. de ann. except. l. 31. a fideicommiſſ. l. 1: de collat.*

[y] *Valerius Max. lib. 7. cap. 7.*

[z] *Plaut. in trinum Gordianus Imp.*

[a] *ad Baſſum in L. 3. C. de crimin. expilat. hareditat.*

[b] *Modeſtinus in L. 1. de ritu nup tiar.*

[c] *Plutarch in præceptis connubialibus.*

[d] *Macrob. lib. 1. ſaturnal. cap. 15.*

[e] *Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 2. Romanarum antiquitatum.*

[f] *Boethius in Topic. Cicer.*

[g] *Gellius noctium Atticarum lib. 18 cap. 6.*

[h] *Titus Prob. lib. 20 epitom. Valer. Max. in princ.*

[i] *Columella in præfatione libri de re ruſt.*

[k] *Plutarchus in problemat. cap. 28*

Iurisconsulti, Sempronij, Caij, Lucij Titij: & Philosophi Dionis, & Theonis, ad omnia, quæ docendi causa proponerent. Qua ratione Cicero [1] irridet Iurisconsultos: [Quia in alicuius (liquit) libris, exempli causa, id nomen inuenerunt, putarunt runt omnes mulieres, quæ coëmptionem facerent, Caias vocari. Sed vera nominis ratio est, vt bono auspicio inciperet matrimonium. Cùm Tanaquil (hæc enim sic vocabatur, antequam Romam ingrederetur, Romam verò ingressa, Caia Cæcilia, vxor Tarquinij Prisci, Romanorum Regis) tantæ fuisset industriæ, tantæ probitatis & virtutis, vt illi statuam æream in templo Marci Anci constituerint, auctore Plinio, [m] cum lana, colo & fuso, pudicitiæ suæ, & industriæ monumento: Inde boni ominis causa, Caiæ nomẽ acceperunt fœminæ nubentes, vt Titus Probus [n] refert, addẽs, ideò institutum fuisse, vt noua nupta ante ianuam mariti interrogata quænam vocaretur, Caiam se esse diceret. Ex quo intelligitur in his matrimoniis quæ coëmptione fiebant, nomina hæc Caij, & Caiæ, vsurpari: verámque esse Plutarchi coniecturam, eo verborum vsu parem vtriusque dominationem significari: quod à Romulo tam in sacris, quàm in bonis, & possessionibus fuisse constitutum scribit Halicarnasseus. [o] Si maritus præterea vir clarissimus est, fœmina nomen clarissimæ, & auctoritatem consequitur. Quòd si diuersa habeant domicilia, propter conditionem matrimonij, domicilij mariti illa efficitur. Vxor adeò in potestate erat mariti, & communione bonorum, vt illi tanquam suus hæres succederet, æque instituenda *esset*, vel exhæredanda, vt Vlpianus [p] tradit. [Sui hæredes (inquit) *instituendi* sunt, vel exhæredandi. Sui autem hæredes sunt liberi, quos in potestate habemus, tam naturales, quàm adoptiui: item vxor, quæ in manu est, & nurus, quæ in manu est filij, quem in potestate habemus.] A. Gellus [q] [Matrem familias (ait) appellant eam esse solam, quæ in mariti manu, mancipioque, aut in eius, in cuius maritus manu, mancipioque esset, quoniam non in matrimonium tantùm, sed & in familiam quoquè mariti & in sui hæredis locum veniisset.] Idem retulit Boethius [r]. Ex quibus sanè dilucidè constat, quid indicarit Modestinus, cùm dixit, matrimonium esse consortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicationem; quidvè Gordianus Imperator, cùm scripsit, vxorem esse rei humanæ & diuinæ sociam; priuata enim sacra fuisse, quorum participes erant vxores.

[1] *Cicero in oratione pro Murena.*

[m] *Plinius lib. 8. cap. 48.*

[n] *Titus Probus in epitome lib. 10. Valerii Maximi.*

[o] *Halicarnasseus lib. 2. antiquitatũ Romanarum.*

[p] *l. fœmina. de senatoribus. L. exigere de iudiciis l. vltima. §. scripserint. ad municipal.*

[p] *Vlpian. in fragmentis tit. 22. qui hæredes instituendi sunt.*

[q] *Aulus Gellius lib. 18 noct. Atticarum, cap. 6.*

[r] *Boethius in Topi. Ciceron.*

Cæterum quando hæc priuatorum sacrorum ratio in desuetudinem abierit, vel contraria lege fuerit sublata, queri audio, & affirmare nonnullos, eam primùm hac Imperatoris Constantini lege [s] interdictam.

[s] *L. 1. de pagan. sacrific. in C. Theodosiano.*

Imp. Constantinus A. ad Maximum.

SI quid de palatio nostro, aut cæteris operibus publicis, degustatum fulgore esse constiterit, retento more veteris obseruantiæ, quid portendat ab aruspicibus requiratur, & diligentissimè scriptura collecta, ad nostram scientiam referatur: cæteris etiam vsurpandæ huius consuetudinis licentia tribuenda, dummodò sacrificiis domesticis abstineant, quæ specialiter prohibita sunt.] Sed magis puto antea multò Hispanos Patres hoc genus idololatriæ præsentis canonis decreto sustulisse: probabiléque est, Osio Episcopo Cordubensi suggerente (quem singulari amore & reuerentia, Constantinus Magnus, semper prosecutus) imperatoriam hanc constitutionem stabiliisse Cùm autem sola excommunicationis pœna ab Episcopis lata, nec simplex Constantini Imperatoris constitutio, errorem hunc, in omnium animis radicitus *insidentem*, euellere potuisset: grauiori, acriorique remedio, improbis opus fuit: eáque ratione, Theodosius & Arcadius Impp. sub pœna domus priuatæ confiscationis, *hæc priuata* sacra interdixerunt in rescripto ad Ruffinum Præf. Præt. [t]

[t] *12. de pagan. sacrific. C. Theodos.*

[Nullus omnino ex quolibet genere, ordine hominum, dignitatum, vel in potestate positus, vel honore perfunctus, siue potens forte nascendi, seu humilis genere, conditione, fortuna, in nullo penitus loco, in nulla vrbe, sensu carentibus simulacris, vel insontem victimam cædat, vel secretiore piaculo, larem, ignem erogenium, penates, nidore veneratus, accendat luminas imponat thuras ferta suspendat.] Et post alia. [Si qui verò mortali opere facta, & æuũ passura simulacra impositio thure venerabitur, ac ridiculo exẽplo metuens subitóque ipse vel redimita vitis arbore, vel erecta effossis ara cespitibus, vanas imagines, humiliore licet muneris præmio, tamẽ plena religionis iniuria, honorare tentauerit, is vtpote violatæ religionis reus, ea domo seu possessione mulctabitur, in qua eum gentilitia constiterit superstitione famulatum. Namque omnia, loca

A loca, quæ thuris constiterit vapore fumasse, (si tamen ea in iure fuisse thurificantium probabuntur) fisco nostro adsocianda censemus. Sin verò in templis fanisvè publicis, aut in ædibus, agrisvè alienis, tale quispiam sacrificandi genus exercere tentauerit, si ignorante domino vsurpata constiterit, XXV. libras auri multæ nomine cogetur inferre: conniuentem verò huic sceleri par ac sacrificantem, pœna retinebit.] Sed nec his pœnis, Hispanos omnes fuisse coactos, vt antiquæ idololatriæ obliuiscerentur, (tam pertinaces in deserenda semel suscepta antiquæ superstitionis secta fuere, vt constantes adhuc in vera religione retinenda) constat ex Concilio Toletano III. [u] in quo hæc Episcopi decreuerunt.

[u] *Conc. Tolet. 3. can. 16.*

[Quoniam penè per omnem Hispaniam, siue Galliam, idololatriæ sacrilegium inolcuit, hoc cum consensu glorioſissimi Principis, sancta Synodus ordinauit, vt omnis sacerdos in loco suo, vnà cum iudice territorij, sacrilegium memoratum stu-
B diosè perquirat, & exterminare inuentum non differat: omnes verò qui ad talem errorem concurrunt, saluo discrimine animæ, qua potuerint animaduersione, coërceant. Quòd si neglexerint, sciant se vtique excommunicationis periculum esse subituros. Si qui verò domini extirpare hoc malum à possessione sua neglexerint, vel familiæ suæ prohibere noluerint, ab Episcopo & ipsi à communione pellantur.] Sed multò post adhuc eundem errorem perduratsse intelligitur ex Concilio Toletano XVI. [x] in quo, grauissimis pœnis præceptum est Episcopis, presbyteris, & omnibus causarum ciuilium præfectis, vt idololatriæ & superstitionis radices euellerent, renouato antiquo huius Concilij decreto.

[x] *Conc. Tol. 16. can. 1.*

COMMENTARII NOVI.

C PRiuatos domi deos, & parua simulacra colebant. Suetonius in Domitiano, *Puer cui cura Larium cubiculi ex consuetudine assistens*; hoc igitur canone admonentur Patresfamilias ne domi à seruis, aut liberis hæc haberi, & coli sinant, si verò id præstare nequeunt, ne ab eis deferantur, & accusentur, nihil illis immolent.

Si vim metuunt seruorum, verba ista non dubitanter affruunt, Concilium illud difficillimis persecutionum temporibus, atque adeò ante Constantinum conuocatum: nam nominis delationem perferuos suos fieri non exhorruissent, si impunitate proposita potuissent ad arbitrium religionem quamlibet amplecti, & tueri. ALBASPINÆVS.

D Concilium Elibertinum can. 1. & 41. Vide Concilium Carthaginense V. Concilium Africanum sub Bonifacio *I. can* 25. & 51. Toletan XII. *can.* Gregorium II. *epist.* 4. & 5. missi ad populum Turingiæ, vbi eum populum laudat, quòd constanter idola adorare renuerit, petens, vt fideliter perseueret: idem & *epist.* 6. ad Saxones, Gregorium III. *epist.* 2. ad populum Germaniæ, *epist.* 3. ad populum Baioariorum Memaniæ, Clemen. 1. lib. 2. constit. Apost. c. 27. *Nullum* ait, *peccatū idololatriâ reperitur granius, ea est enim contra Deum impietas.* Iustin *serm. exhortatorio ad gentes, ad calcem, & Apol. 2. ad Anton. Pium.* Id enim quoque lib. vnic. de Monarchia ostendit, qualiter inuecta sit in mundum idololatria, veterum Philosophorum, & Patrum scriptis: quod & facit Anastasius Alexandrinus excellentissima illa oratione, quam habuit contra Idola, vbi & originem, & progressum, & abolitionem describit. Tertullianus multis in locis, sed præcipuè in lib. de idolol. vbi sic exordiuit: *Principale crimen generis humani summus sæculi reatus tota causa iudicij, idololatria.* Sic etiã eam vocat Cypri. *lib. contr. Demetrian. circa medium*, vbi eam dicit esse causam omnium, quæ in hoc mundo patimur. Edidit quoque idem libellum contra idola. CORIOLAN.

Non solùm Principes olim Lararia habebãt id est priuata sacraria, in quibus idola, cubicularesque imagines reponebantur, verum, & priuati: Principibus tamen duo erant Lararia, vnum quod maius, alterum quod minus dicebatur. De Alexand. Seuero refert Lampridius, quod Virgilij & Ciceronis imagines in Larario secundo posuit, cum Alexandrum Magn. in maiori haberet, & qui Larario præfectus erat Magister Larium vocabatur vt constat ex illo vetusto lapide exarato à Guthero.

E

MARTI AVGVSTO
L. IVNIVS. MAVRVS. LARVM. AVG.
MAGISTER. DEDIT.
IVLIA. MAVRINA. F. DEDICAVIT.

Licèt aliis etiam committetur cura Larium, de quibus Suetonius *in Domit. cap.* 17. Priuati diuites Lararium etiam habebant, vbi deos suos priuatim colebant, de his Cesus in *l. infundo ff. de R. V. finge pauperem, qui si reddere id cogatur Laribus, sepulchrisque auitis carendum sit l.* 1. §. 2. *ff. de liber. agnosc.* Lares enim *auiti* à Maioribus tradebantur, Marc. Tull. act. 9. in Verrem: *erat apud Hetium sacrarium magna cum dignitate in ædibus a maioribus traditum perantiquum, in quo signa pulcherrima erant.* Tenuiores vero Ciues Lares

suos in foris habebant Plautus in prol. aulular. de Lare. loquens.

——*in medio foco.*

Defodit, venerans me vt id seruarem sibi.

Vnde aliqui accipiunt *can.* 35. Concil. Laodic. & legunt; *Non oportet Christianos derelicta Ecclesia Dei abire, & ad angulos abominanda Idololatria &c.* sed veram ipsius Canonis interpretationem iam dedi in *cap. fin. de feriis.* Hæc priuata Lararia sancta erant, & religiosa, sed non sacra, quare interdictum, ne quid in loco sacro fieret, de sacrariis illis non competebat *l.* 1. §. 1. *ff. ne quid in loco publico.* Ab his tamen Laribus priuatarum ædium sanctitas dicebatur, quia in illis aræ, foci, Dij, Penates continebantur, & illis Diis priuatis Patresfamilias sacra faciebant, quæ sacrificia dicebantur. Cicero 4. *in Verrem.* Festus Pom. *verb. penetrali.* Et Laribus sacrificabatur igne, Virgilius eclog. 5.

Ante focum, si frigus erit; si messis in umbra
Vina nouum fundant calathis aruisia nectar.

Cato de re rust. cap. 143. *Festus* inquit *dies cum erit coronam in focum indat, perque eos dies Lari familiari pro copia supplicet,* Genio verò mero vino libabatur. Persius Satyr.

——*Funde merum Genio.*

Vndè restituenda est littera legis *nullus* 12. *C. Theodos. de pagan.* vbi dum legitur. *Larem ignem erogenium Penates odore veneratus accendat.* Restituit castigat. Ilmus vir D. Ioseph. de Retes *lib.* 8. *opusc. c.* 28. *Larem igne, mero Genium.*

His animaduersis, apparet vetus sensus huius Canonis. Licet enim tempore huius Concilij omnes Hispani, præcipuèque Illiberritani ciues orthodoxam fidē colerent, ac profiterentur, vnde in exordio huius Concil. refertur fuisse celebratum coram omni plebe, tamen adhuc serui, & similes humilioris conditionis idololatriam penitùs non deseruerant: imò Idola retinebant, quorum simulacra quatuor Apollinis videlicet, Veneris Bacchi, & Æsculapij hodie seruantur in Regali Palatio Granatensi, vulgò *del Alhambra*, & ita iubent PP. vt Domini in quantum possint idola è domibus eiiciant, nisi metuant vim seruorum. Illis enim temporibus serui, & familiares Domestici, qui in idololatria remanebant, plerumque ipsos dominos Magistratibus Gentilium tradebant, vt Idolis sacrificare cogerentur Concil. Ancyr. can. 3. ibi: *Qui fugientes timore persecutionis comprehensi sunt, vel à familiaribus, seu à domesticis traditi, & vel bona propria amiserunt, vel sustinuerunt tormenta, vel etiam carceribus inclusi sunt, & tamen proclamauerunt se esse Christianos: quin etiam perseuerante violentia ad id vsque perducti sunt, vt manus eorum apprehensas, & violenter attractas, super sacrificia imponerent, illis licet perseuerantibus in fide, & Christianos se esse vociferantibus: hoc ergo, quod eis inuitis, & aliis cogentibus, comigit, si luctu, & mœrore animi acerbè se ferre demonstrent, ipsique humili per bonam conuersationem habitu incedentes, dolore se quod inuiti coacti sunt, doceant: hos tanquam inculpatos à communione non vetari.* Quarè PP. indulgentes, & temporis procellis, & violentiæ seruorum tantum monēt Dominos vim seruorum metuentes, vt si Idola è domibus proicere non possint, se puros conseruari curent. GONZALEZ.

SI VERO VIM METVVNT SERVORVM, vel seipsos puros conseruent.

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

Quando seruorum idôla domini debeant diruere.

[y] *Athenæus. li. 6. cap. 7.*

QVi legerit [y] olim Romanorum nonnullos, decem, alios verò, viginti millia seruorum possedisse, non in compedibus (vt solebant Græci) metallisvè effodiendis damnatos, sed ex illis plurimos secum degentes, & qui, quò proficiscebantur domini, assiduè subsequerentur: non mirabitur, quòd in hoc canone definiunt Patres, dominos videlicet, qui cogentes seruos, vt ab idololatriæ erroribus ad Christianæ religionis disciplinam reuocarentur, si vim eorum extimescant, saltem ipsi se puros ab idololatria conseruent. Seuerius multò, & ergà seruos, & ergà dominos se gessit Concilium Toletanum XII. [z] postquam enim idololatriæ crimen grauissimis verbis exaggerasset, hæc addidit. [Ac proinde omnes sacrilegium idololatriæ, vel quidquid illud est, contra sanctam fidem, in quo insipientes homines captiuati, diabolicis cultūris inseruiunt, sacerdotis, vel iūdicis instantia inuentum, vt sacrilegia eradantur, & exterminata truncentur. Eos verò, qui ad talem errorem occurrunt, & verberibus coërceant, & onustos ferro dominis suis tradant. Si tamen domini eorum, per iuris iurandi attestationem promittant, se eos tam solicitè custodire, vt vltra eis non liceat tale nefas cōmittere. Quòd si domini eorum nolint huiusmodi reos, in fide sua suscipere, tunc ab eis coërciti sunt, regis aspectibus præsententur, vt principalis auctoritas, liberā de talibus donandi potestatem obtineat. Domini tamen eorum, qui nunciatos sibi talium errores vlcisci noluerint, & excommunicationis sententiam perferant, & iura serui illius quem coërcere noluerunt, se amisisse cognoscant. Quòd si ingenuorum personæ his erroribus fuerint implicatæ, & perpetua excommunicationis sententia feriantur,

[z] *Concil. Tolet. 12. can. 11.*

&

& arctiori exilio vleiſcantur.] Hæc de dominis ſecularibus, vt vocant. De Eccleſiaſticis aliam legem non diſpari pietate tulit Africa: [a] decreuit enim, vt Epiſcopi, presbyteri, & diaconi, non ordinarentur, priuſquam omnes qui in domo eorum erant, Chriſtianos Catholicos facerent: in quo aſſequendo cùm omnes neruos contenderent, Eccleſiaſticis muneribus adſcripti, nec ſpe fruſtrarentur; graui, & iniquo animo tuliſſe, Iulianum Imp. apoſtatam, Sozomenus [b] refert. [Maximè autem (inquit) omnium eum angebat, quòd audiret vxores etiam, liberos, & ſeruos multorum ſacerdotum, fidem Chriſti profiteri.] Sed, quantò præſtantius, & melius, qui illi ſucceſſit in imperio Iouinianus. Cum enim in Perſide, ad imperium raperetur, clamabat nolle ſe infidelibus imperare, cum ipſe eſſet Chriſtianus. Cui reſponſum à militibus omnibus eſt, ſeſe quoque Chriſti fidei eſſe obnoxios.

[a] Conc. Carthag. 3. can. 17.

[b] Sozom. lib. 5. hiſt. Eccleſ. cap. 15.

Nicephorus, c. 34. Eutropius lib. 2. Soer. lib. 3. cap. 21.

SI NON FECERINT, ALIENI AB Eccleſia habeantur.

SI tot ſeruos domini non habent, vt vim illorum meritò perhorreſcant, ab idololatriæ cultu illos reuocare debent; quod ſi non fecerint, diris vouendos decernitur. Hinc obſeruare licet, quanto ſtudio & diligentia patres familiàs in domeſticos, vel ſeruos, vel famulos inuigilare debeant: quanta cura eniti, vt ab erroribus illi reſipiſcant religionis & morum. Eſt enim magnificum, quemquam ſe ab omni contagione vitiorum reprimi & reuocari: ſed magnificentius & ſuos. Quanto enim magis arduum eſt, alios præſtare quàm ſe, tanto & laudabilius, cum ipſe ſit optimus, ſui ſimiles & ſuos quoque reddidiſſe. Aliter vero, eximia quæque propriæ virtutis laus, nimia familiæ vitiorum patientia lædit: & nimia ſeruorum communio Dominicæ communionis interdictione coërceatur.

De his, qui ad fidem veniunt, quomodo baptizentur.

De his, qui ad fidem veniunt, quando baptizentur.

Canon XLII.

Eos qui ad primam credulitatis fidem accedunt, (ſi bonæ fuerint conuerſationis,) intra biennium temporis placuit ad baptiſmi gratiam admitti debere: niſi infirmitate compellente coëgerit ratio, vel ſocio ſubuenire periclitanti, vel gratiam poſtulanti.

Canon XLII.

Eos qui ad primam credulitatis fidem accedunt, ſi (bonæ fuerint conuerſationis) intra biennij tempus placuit ad baptiſmi grafirtiam admitti debere: niſi inmitate compellente coërit ragetio, vel ſocio ſubuenire periclitanti, vel gratiam poſtulanti.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

Quando catechumeni baptizandi, & quibus informandi.

VAria tempora catechumenis adultis baptizandis præſcripta in hoc Concilio [c] legimus: flaminibus triennij tempus: fœminis peccantibus quinquennij: omnibus autem communiter biennij hîc. Quod & confirmauit poſteà Inſtinianus.

[c] Can. 3. huius Concilij. Can. 11. huius Concil.

bus opponantur, can. 59. ibi: *ne quis Christianus, aut Gentilis.* Facit etiam pro nostra sententia, series, seu continuatio Canonum; nam in *can. anteced.* actum fuit de baptismo ob ingruentem infirmitatem à quolibet fideli præstandum. Vndè coniectari potest statim PP. eodem retento themate de baptismo etiam in mortis periculo imminente Gentilibus præstando agere. Tandem adstruitur hæc interpretatio ex vsu Ecclesiæ his prioribus sæculis, tunc enim baptismus simul conferebatur cum sacramento confirmationis; Isidorus Hispal. *lib. 2. de Ecclesiast. offic. cap. 26.* quia ea de re sic scribit: *quoniam post baptismum per Episcopos datur spiritus sanctus cum manuum impositione*, &c. Ex Amalario quoque Fortunato eandem consuetudinem collegi; cùm *lib. 4. de Eccles. offic. cap. 29.* in hunc modum loquitur: *Nos verò præsente Episcopo simul baptizamur, & per impositionem manus Episcopi Spiritum sanctum accipimus.* Quid est enim accipere Spiritum sanctum, nisi confirmationis sacramento, quo Spiritus sanctus in nos infunditur donari? & si aliud testimonium requiris; audi, quid scribat Rabanus Maurus lib. 1. de institut. clericor. cap. 30. *Nouissimè autem à summo sacerdote per impositionem manus paraclytus traditur illi Spiritus sanctus, vt roboretur per Spiritum sanctum ad prædicandum aliis idem donum, quod ipse in baptismate consecutus est.* Vndè si Gentiles de quibus in præsenti, iam erant baptizati, vt supponit Albaspin. etiam confirmati reperiebantur iuxta veterem Ecclesiæ vsum. Vltimò expendo illa verba, *& fieri Christianos:* non enim dicitur, fieri plenè, vel perfectè Christianos, vt in authoritatibus supra congestis, sed simpliciter per illam manus impositionem Christianos fieri, igitur exaudiendæ sunt de Baptismi sacramento, per quod Gentiles Christiani efficerentur. GONZALEZ.

Ne de hoc, quod idôlis datum est, fideles accipiant.	*Ne id quod idolothytum est, fideles accipiant.*

Canon XL.	*Canon XL.*
Placuit prohiberi, vt cùm rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idôlum datum fuerit, acceptum non inferant; si verò post interdictum fecerint, per quinquennij spatia temporis à communione esse arcendos.	Placuit prohiberi, vt cùm rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idôlum datum fuerit, acceptum non ferant; si verò post interdictum fecerint, per quinquennij spatia temporis à communione esse arcendos.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Oblatum idôlis ab œconomis non esse acceptum ferendum à possessoribus: & qui possessores dicantur.

VT hodie primitias & decimas ad Ecclesiarum institutionem, ad sacrificiorum sumptus, ad ministrorum alimenta, præcipi percipique videmus: sic & olim in ethnicorum republica ad sacrorum administrationem, ad sacerdotum victum, ad cereorum, & sacrificiorum sumptus, constituta vectigalia, tradit Tertullianus [1]. [Credamus (inquit) itaque succedere alicui posse, vt in quoquo honore, vt in solo honoris nomine incedat, neque sacrificet, neque sacrificiis auctoritatem suam accommodet, non hostias locet, non curas templorum deleget, non vectigalia eorum procuret, non spectacula edat.] Ad sua vsque tempora perduraſſe testantur Arcadius & Honorius, [m] dum ea hac lege substulerunt.

[1] *Tertul. lib. de idolatria cap. 17.*

[m] *Arcad. & Honor. in l. 19. Cod. Theodor. de Pagan. sacrif.*

Imppp. Arcad. Hono. & The. AA. Curtio PF. P. Post alia.

[Templorum detrahantur annonæ, & rem annonariam iuuent expensis deuotissimorum militum profuturæ. Simulacra, si qua etiam nunc in templis fanisque consistũt, & quæ alicubi ritu, vel acceperint, vel accipiunt paganorum, suis sedibus euellantur, cum hoc repetita sciamus sæpius sanctione decretum. Ædificia ipsa templorum, quæ in ciuitatibus, vel oppidis, vel extra oppida sunt, ad vsum publicum vindicentur, aræ locis omnibus destruantur, omniaque templa in possessionibus nostris ad vsus accommodos transferantur, domini destruere cogantur. Non liceat omnino in

A in honorem ſacrilegi ritus, funeſtioribus locis exercere conuiuia, vel quidquam ſolemnitatis agitare. Epiſcopis quoque locorum hac ipſa prohibendi Eccleſiaſticæ manus tribuimus facultatem : iudices autem XX. librarum auri pœna conſtringimus, & pariforma officia eorum, ſi hæc eorum fuerint diſſimulatione neglecta.] Ab his ſumptibus præſtandis non ſolum abſtinere debuiſſe fideles, ſed & catechumenos etiam docet D. Ambroſius [n] ad Eugenium Auguſtum. Quod ergo hîc prohibent Patres, illud eſt, ne videlicet domini (hos poſſeſſores vocari alio canone [o] conſtat,) cum accipiunt rationes ab œconomis ſuis, ſiue patrimonij adminiſtratoribus, (ad quos olim hæc ſacrificiorum cura ſpectabat, vt ex Columella [p] colligitur,) illud acceptum habeant, quod illi ſine eorum præcepto ad idôla dederint, ſiue ad ſacrificia externa, ſiue domeſtica, ſiue ad conuiuia, & feſta Gentilium, ſiue ad aliud, quod idololatriam redoleat;

B ne ſi acceptum illud habeant domini, videantur tacitè idololatriæ ſeruorum, ſiue adminiſtratorum conſenſiſſe. Tantoperè enim ab ea fideles abſtinere voluerunt primi Eccleſiæ Patres, vt ſi agnoſcerent carnes, quibus ob neceſſitatem vitæ eſſet veſcendum, idôlis oblatas, eſſe potius moriendum, quàm illis veſcendum iudicauerint, vti D. Auguſtinus [q] docet ad Publicolam. [Reſtat ni fallor (inquit) vt dicamus aliquid de illo viatore Chriſtiano, quem commemoraſti victum famis neceſſitate, ſi nihil vſpiam inuenerit, niſi cibum in idolio poſitum, vbi nullus alius eſt hominum, vtrùm ei ſatius ſit fame emori, quàm illud in alimentum ſumere? In qua quæſtione, quoniam non eſt conſequens, vt cibus ille idolothytum ſit; potuit enim vel ab eis, qui ibi ab itinere diuertentes corpus refecerant, obliuione, ſeu voluntate dimitti, vel illic ob aliam cauſam quamlibet poni, breuiter reſpondeo : aut certum eſt eſſe idolothytum, aut certum eſt non eſſe; aut ignoratur : Si ergo certum eſt eſſe, meliùs Chriſtiana virtute reſpuitur; ſi autem vel non eſſe ſcitur, vel ignoratur, ſine vllo conſcientiæ ſcrupulo, in vſum

C neceſſitatis aſſumitur.]

Vel intelligi poteſt canon de his quæ idôlis ab aliis data, vel oblata ſunt : carnes enim idolothytæ poſteà in macello venundabãtur, teſte Paulo [r] ad Romanos & Auguſtino [s] in expoſitione eiuſdem epiſtolæ, à quibus emendis, & vendendis primi Chriſtiani abſtinebant, ne viderentur quem honorem diis illorum habere. Si ergò ad familiæ alimenta œconomi has carnes immolatitias emerint (vt delicatiores, & pinguiores, emebant multi, nam tales ad ſacrificia offerebant Gentiles) ſumptus in his comparandis factos, non eſſe acceptos ferendos à dominis, hoc canone decernitur; ne quem honorem (vt dixi) diis falſis vt eorum ſacrificiis tribuiſſe viderentur.

[n] D. Ambro in ep ſtol. 88. ad Eug nium Auguſt.
[o] Can. 49. huiu Concilij.
[p] Columella lib. de re ruſtica c. 8
[q] D. Auguſt. in ep ſtola 154. ad Pu blicolam ad finem
[r] Paul ad Rom.
[s] D. Augu in expoſ tione eiuſdē epiſt la, c. 78.

ACCEPTVM NON INFERANT.

D EX mſ rectiùs *acceptum non ferant.* Aſconius Pædianus [t] quid ſit *acceptum ferre* his verbis explicat. [Moris autem fuit vnumquemque domeſticam rationem ſibi totius vitæ ſuæ per dies ſingulos ſcribere, in quo appareret, quid quiſque de redditibus ſuis, quid de arte, fœnore, lucroue ſepoſuiſſet; quo die, & quid item ſumptus, damnive feciſſet.] Optimum autem villicum docet Columella [u] à ſumptibus ſacrificiorum & aliis ſine voluntate domini abſtinere debuiſſe. [Sacrificia (inquit) niſi ex præcepto domini ne fecerit : Aruſpices, ſagaſque quæ vtraque genera vana ſuperſtitione rudes animos ad impenſas, ac deinceps ad flagitia compellunt, ne admiſerit, &c.]

[t] Aſconius Pædi nus actione 3. Verrem.
[u] Columella lib. de re ruſtica, c. 1

COMMENTARII NOVI.

E EX Poëtis illud haurias è terræ frugibus diis ſuis libare, & offerre ſolitos Ethnicos, quod per Canonem Chriſtianis facere non licet. ALBASPINÆVS.

In ſacrificiis Gentilium idolis faciendis non ſolum hoſtiæ emebantur, & immolabantur, verum & magno ſumptu ornabantur, vt quo clariùs, & gratiùs ſacrificium Diis crederetur, vndè auratis cornibus maiores victimæ immolabantur. Plinius *lib.* 33. *cap.* 3. Gutherus *lib.* 4 *de iure Pontif. cap.* 21. & poſt ſacrificium ex ipſis idolothytis epulum, quod ſacrificale dicebatur parabant. Iuuenal. Satyr. 5.

——*Poſitis ad templa, & compita menſis.*

De his, qui ſacrificauerunt, & poſteà ad idola pranſi ſunt, agitur in *can* 4. & 7. Concil. Ancyran. vbi Zonaras in *can.* 7. retinet lectionem recumbentes in idoliis accipiendo *idolium* pro loco, in quo epulabantur, de quo Apoſtol. 1. ad Corinth. 8. *ſi quis habet ſcientiam in idolio recumbentem* : Prudentius contra Vnionitas.

Et quis in Idolio recubans inter ſacra mille.

Et lib. 1. aduerſus Symmach.

Turpis ab Idolij vaſto emerſiſſe profundo,
A Diaboli aris reuertentes ad ſanctum Domini.

Cyprian. ſerm. de lapſis : *Sordidis, & infectis penè reuertentes, exhalantibus etiam nunc ſcelus ſuum faucibus, & contagia funeſta redolentibus*

ni corpus inuadunt, de quibus epulis aliqui accipiunt *text. in l. 17. ff. pro socio.* Vndè audenter putabam legendum esse in hoc canone *ad Idolium, non ad idolum*: nam si ageretur de sumptibus Idolis præstitis diceret PP. in plurali ad Idola, vt in can. 55. ibi: *aliquid Idolis præstant*; sed vnde hi sumptus, peterentur videamus, & certum est in sacris publicis & cerario sumptus impendi: Liuius *lib.* 31. & sub Imperatoribus à Præfecto ærarij pecuniam decerni. Vopiscus *in Aureliano*, & cum Numæ temporibus inops respublica magnos sumptus ferre non posset, sacrorumque multitudo creuisset in casu cuiusdam homicidij, patrimonium occisoris sacratum fuit: Festus Pompeius verb. *supplicia*, & pecunia in litibus depositа, quæ dicebatur *sacramentum*, *l. 1. ff. de variis*, & *extraordin.* Varro *lib.* 4. *de lingua lat.* notauit Pichæus *lib. 1. aduers. cap.* 18. propter inopiam ærarij in sacrificiis consumebatur, Gutherus vbi *supra*: sequentibus sæculis etiam Imperatorum Catholicorum non solum magistratus tributa extorquebant ad prædicta sacrificia, & conuiuia Idolis facienda, verum & ipsos possessores ad Deorum festa celebranda cogebant. can. 27. Concil. Afric. qui est 63. Concil. Carthag. *Ab Imperatoribus petendum, vt quæ contra præcepta diuina, conuiuia multis in locis exercentur, quæ ab errore gentili abstracta sunt, ita vt nunc a paganis Christiani ad hæc celebranda cogantur, ex qua re temporibus Christianorum Imperatorum persequutio altera fieri occultè videatur veteri talia iubeant, & de ciuitatibus, & de possessionibus impositа pœna prohiberi, maximè cum etiam in natalibus beatissimorũ Martyrum per nonnullas ciuitates, & in ipsis locis sacris, talia committere non reformident, quibus diebus etiam (quod pudoris est dicere) saltationes sceleratissimas per vicos, atque plateas exerceant, vt matronalis honor, & innumerabilium fœminarum pudor denotè venientium ad sacratissimum diem iniuriis lasciuientibus appetatur, vt etiam ipsius sanctæ religionis penè fugiatur accessus.* Notarunt Fulcius *lib. 1. select. c. 6.* Gutherus *lib. 4. de inr. Pontif. cap. 23.* Vnde PP. Illiberini vt omnem suspicionem idololatriæ à Christianis radicitus euellerent, statuerunt vt cum possessores rationes accipiunt, ne quod impensum, seu datum est ad Idoli sacrificium, & conuiuium acceptum ferant, aliàs per quinquennium à Communione arceantur tanquam consentientes huiusmodi sacrificiis. GONZALEZ.

Vt prohibeant domini idôla colere seruis.

Vt prohibeant domini idôla colere seruis.

Canon XLI.

Admonere placuit fideles, vt quantum possint, prohibeant, ne idôla in domibus suis habeant: si verò vim metuunt seruorum, vel se ipsos puros conseruent: si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur.

Canon XLI.

Admoneri placuit fideles, vt quantum possunt, prohibeant, ne idôla in domibus suis habeant: si verò vim metuunt seruorum, vel se ipsos puros conseruent: si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

De priuatis sacris antiquorum fusè tractatum: explicato Modestino, & Gordiani Imp. rescripto.

[x] *Tertull. lib. de spectaculis c. 8.*

VErum est quod Tertullianus [x] scripsit. [Cæterum & plateæ, & forum & balneæ, & stabula, & ipsæ domus nostræ, sine idolis omnino non sunt: totum seculum Satanas, & angeli eius repleuerunt.] Nec domus tantùm, sed & omnes partes domus diis, & eorum simulacris replebantur. De ianuis, hæc idem Tertullianus. [y]. [At enim Christianus nec ianuam suam laureis infamabit, si norit quantos deos etiam hostiis diabolus affinxerit, Ianum à ianua, Limentinum à limine, Forculũ, & Cardeam à foribus, & cardinibus & apud Græcos, Thyræum Apollinẽ, & Antelios dæmones] Et aduersus Gnosticos, [z] [Quas mihi (inquit) potestates ianitrices adfirmas iuxta Romanam superstitionem, Cardeam quandam, & Forculum, & Limentinum, quas à cancellis, ordinas potestates.] Et alibi. [a] [Certi enim esse debemus, si quos latet per ignorantiam literaturæ secularis, etiam ostiorum deos apud Romanos, Cardeam à cardinibus appellatam, & Forculum à foribus, & Limentinum à limine, & ipsum Ianum à ianua; & vtique

[y] *Tertull. de corona militis c. 13.*

[z] *Idem aduersus Gnosticos. cap. 10.*

[a] *Tertull. libro de idolatria cap. 15.*

A vtique ſcimus, licet nomina inania atque conficta ſint, cùm tamen in ſuperſtitionem deducuntur, rapere ad ſe dæmonia, & omnem ſpiritum immundum per conſecrationis obligamentum. Alioquin dæmonia nullum habent nomen ſingulatim, ſed ibi nomen inueniunt, vbi & pignus. Etiam apud Græcos Apollinem, θυραῖον & Antelios dæmonas oſtiorum præſides legimus. Hæc igitur ab initio præuidens Spiritus ſanctus, etiam oſtia in ſuperſtitionem ventura præcecinit per antiquiſſimum Prophetem Enoch. Nam & alia oſtia in balneis adorari videmus.] Eadem ferè retulit D. Cyprianus, [b] Auguſtinus [c] quoque, & Arnobius. [d] Deum Scanſum ab aſcenſibus dictum idem Cyprianus [e] teſtatur. Hos domeſticos deos, & Lares vocaſſe antiquos, Tertullianus [f] adfirmat. Idem Iſidorus [g]. [Penares (inquit) Gentiles dicebant omnes deos, quos domi colebant, & penates dicti quòd eſſent in penetralibus, id eſt in ſecretis. Sicut diis omnibus & publica erant ſacra.] Sic & his diis priuatis ſacra priuata erant, vt Sextus B Pompeius [h] tradit. [Saera (inquit) omnia, vel publica ſunt, vel priuata. Publica, quæ publico ſumptu, pro populo fierent, quæque pro montibus, pagis, curiis, & ſacellis: Priuata, quæ pro ſingulis hominibus, & familiis.] De his ſenſit D. Clemens, [i] dum ait, ſingulos homines, ſingulos deos venerari.

Cùm autem hæc feſta, ſeu ſacra priuata celebrarentur, omnes illius familiæ conueniebant. Macrobius [k] [Sic (inquit) prætereà feriæ propriæ familiarum, vt Claudiæ familiæ, vel Æmiliæ, ſeu Iuliæ, ſiue Corneliæ, & ſi quas ferias proprias quæque familiæ ex eſu domeſticæ celebritatis obſeruant.] Quòd vnius eſſent gentis, gentilitia aliquando vocantur. Cicero. [l] [Multi ſunt (ait) in hoc ordine, qui ſacrificia gentilitia in illo ipſo ſacello ſtatuto loco anniuerſaria factitarint.] Liuius. [Quàm par veſtrum factum eſt, quod in obſidione nuper in egregio adoleſcente C Fabio non minore hoſtium admiratione, quàm veſtra conſpectum eſt? cùm inter Gallica tela digreſſus, ex arce ſolemne Fabiæ Gentis in colle Quirinali obiit. An Gentilitia ſacra ne in bello quidem intermitti, publica ſacra & Romanos deos etiam in pace deſeri placet, & Pontifices Flamineſque negligentiores publicarum religionum eſſe, quàm priuatus in ſolemni Gentis fuerit.] Hos deos aliquando extra domum in priuato ſacello, aliquando domi in focis, in penu (vnde penates) in larario reconditos habebant. Cicero. [m] [Nihil ſanctius, nihil omni religione munitius, quàm domus vniuſcuiuſque ciuium, hîc aræ ſunt, hîc foci, hîc dij penates, hîc ſacræ religionis ceremoniæ continentur.] Vnde Columella [n] optimum Patrem familias domo egreſſum, cùm regrederetur, deos penates viſitare iubet. Hinc veteres cum ad bellum proficiſcerentur hoc ſibi primum proponere ſolebant, eſſe pro aris & focis pugnandum, vt eos ad arma impellere. non tam amor patriæ, patrimonij, poſſeſſionumque conſeruatio, quàm quædam erga Deos, & publicos & priuatos, religio concepta videretur. Sic Alexandrum Seuerum domi ſuæ, in Larario, Apollonium, Abraham, & Orpheum habuiſſe, teſtis eſt Lampridius. [o] D Nec ſolùm hos, ſed & Chriſtum Ieſum, Deum, in Larario ſuo coluiſſe refert his verbis. [Primùm (inquit) vt ſi facultas eſſet, id eſt, ſi non eum vxore cubuiſſet, matutinis horis in Larario ſuo, in quo & diuos principes, ſed optimos electos & animas ſanctiores, in queis & Apollonium, & quantum ſcriptor ſuorum temporum dicit, Chriſtum, Abraham, & Orpheum, & huiuſcemodi deos habebat, ac maiorum effigies, rem diuinam faciebat.] Plura autem Lararia veteres habuiſſe, inde elici poteſt, quòd idem Lampridius paulo poſt referat, eundem Alexandrum Seuerum inter diuos & optimos in Larario maiori Alexandrum Magnum conſecraſſe. Hic pertinent quæ Tertullianus [p] refert. Cùm enim de diis Gentium, tam publicis quàm priuatis ageret, vt illorum vanitatem, ſuperſtitionemque refelleret, ſic inquit. [Sed nobis Dei ſunt, inquitis, & quomodò vos è contrario impij & ſacrilegi, & irreligioſi erga deos veſtros deprehendimini, qui quos præſumitis eſſe, negligitis: quos timetis, deſtruitis: quos etiam vindicatis, illuditis. Recognoſcite ſi mentiar. Primò, quia cum aliis alios colitis, vtique quos non colitis offenditis: prælatio alterius ſine alterius contumelia nõ poteſt procedere, quia nec electio ſine reprobatione. Iam ergo contemnitis quos reprobatis, quos reprobando, offendere non timetis. Nam vt ſupra præſtruximus, ſtatus Dei cuiuſque in Senatus æſtimatione pendebat. Deus non erat, quem homo conſultus noluiſſet, & nolẽdo damnaſſet. Domeſticos deos, quos Lares dicitis, domeſtica poteſtate tractatis, pignorando, venditando, demutando, aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerua, vt quiſque contritus, atque contuſus eſt, dum diu colitur, vt quiſque dominus ſanctiorem expertus eſt domeſticam neceſſitatem. Publicos æquè publico iure fœdatis, quos in haſtario vectigales habetis: ſi capitolium, ſi olitorium forum

[b] D. Cyprianus libro, Quòd idola non ſint dij.
[c] D. Auguſt. lib. 4. de ciuit. Dei cap. 8.
[d] Arnobius lib. 2. aduerſus Gentes.
[e] D. Cyprianus lib. Quod idola non ſunt dij. cap. 2.
[f] Tertull. in Apologetico.
[g] Iſidorus lib. 8 Etymologiarũ cap vlt.
[h] Sextus Pompeius.
[i] D. Clem. lib 10 recognitionum.
[k] Macrobius Saturnal.
[l] Cicero de Aruſpicum reſponſis. Liuius lib. 5.
[m] Cicero pro domo ſua.
[n] Columella de re ruſtica lib. 1. cap 8
[o] Lampridius in Alexan. Seuero.
[p] Tertull in Apologetico cap. 13.

forum petitur, ſub eâdē voce præconis, ſub eâdē haſta, ſub eadem annotatione quæſtoris, diuinitas addicta condicitur.] Irridet hic Gentiliū deos, tam publicos, quàm priuatos, quòd eos in ſupellectilis ratione computarent: nam perinde ab illis oppignorabantur, & vendebātur, ac reliqua inſtrumēta domeſtica, inſtante neceſſitate. Quòd ſi illa numina eſſent diuina, potius exoranda eſſent, vt vrgentem inopiam defenderent, quàm commutanda pro re vili, & pecuniaria. Nec commutabantur ſolùm, ſed frangebantur, & conterebantur, adeò vt quod priùs domi Saturnus erat (verbi gratia) vel Minerua, vas poſteà conflatum deſeruiret culinæ. Nec de priuatis diis hoc tantùm efficiebatur, ſed & de publicis: victigales enim, & tributariæ gentes, cùm præſentem pecuniam non haberent, publicanis, aut quæſtoribus, argenteos, aureoſque deos addicebant, vt fæpenumerò haſtario, venditionique auctionariæ, à præcone vænirent. Habebant ergò patres familias domi ſuæ, ſacra priuata, quæ perpetua voluit Cicero [9] in ea, quam ipſe formauit, Republica: [Sacra (inquit) priuata perpetua manento.] Et adeò perpetua, vt morte patris familias ſacrorum memoriam perire noluerit, ſed Pontificum auctoritate effici, vt illis ea eſſent adiuncta, ad quos eiuſdem morte pecunia peruenisſet. Quòd ſi mortui eſſent hæredes, ſacra eum conſeruare voluit, qui de bonis mortui, legati cauſa accepiſſet plurimum, ſi verò nemo eſſet, qui vllam rem teſtamento cepiſſet, de creditoribus eius, qui plurimum ſeruaſſet: ac tandem perſonam illam, quæ ei qui mortuus ſit, pecuniam debuerit, neminique eam perſoluerit, vt extremam ponit, ad hoc vt teneatur ſacra eius conſeruare; quaſi eam pecuniam ceperit; ne videlicet interiret priuatorum ſacrorum memoria. Quod pluribus Cicero eleganter proſecutus eſt.

[9] *Cicero lib. 2. de legibus.*

Hæc autem priuata ſacra, etſi à priuatis, ad quos pertinebant, eodem honore & reuerentia quo & publica colerentur, à reliquis verò non ſic. Qua ratione illorum ſtultitiam coarguit Tertullianus, [1] quòd ex cuiuſque voluntate penderet, an hic vel ille vt Deus conſecrari, & coli debuiſſet. Ex quo petendus eſt intellectus ad Paulum dum ait: [Sacrilegi capite puniuntur. Sunt autem ſacrilegi, qui publica ſacra compilauerint. At qui priuata ſacra, vel ædiculas incuſtoditas tentauerint, amplius quàm fures, minùs quàm ſacrilegi merentur.] Hoc autem ideò Paulus ſcripſit, quia cùm ſacrilegij crimen publicum eſſet, & de re ſacra latum non poterat ad priuatas res ſacras extendi: etſi fateatur, magis quàm rerum ſolùm priuatarum fures eſſe puniendos. In cuius expoſitione mirum eſt quantoperè laborarit Accurſius, vt intelligeret quæ ſacra priuata Paulus dixerit. Nunc ea eſſe putat, quæ per principem conſecrata ſunt: nunc ſepulchra, quæ per illationem mortuorum fiunt religioſa: poſtremò res ſacerdotum, quas pro ſe, & Eccleſia habent. Quaſi Paulus homo ethnicus, de rebus ſacerdotum Chriſti, & Eccleſiæ noſtræ meminiſſet; in libro de publicis Romani imperij iudiciis.

[1] *Tertullianus in Apologetico c. 13.*

Expiicatur Paulus in l. ſacrilegi ad ll. Iuliam peculat.

Nec minùs laborat, in expoſitione illius verſiculi: [Vel ædiculas incuſtoditas tentauerint.] Putat enim ædiculas illas eſſe domunculas, non ſacras, ſed ſacerdotibus relictas, & propter vtilitatem incuſtoditas, vt domunculas quæ ſunt extra Eccleſiam, in quibus ſacerdotes morantur, quas vocamus canonicas (ſic ait Accurſius) vel illas, in quibus ſacra vaſa reponuntur. Semper cum ex antiquitate, Accurſio, & ſuis ſectatoribus quid petendum eſt, illud ex ſui temporis moribus & inſtitutis interpretantur quaſi de illis veteres Iuriſconſulti cogitauerint; de rebus præcipuè Eccleſiæ, quarum illos vt Gentiles, & idololatras minus curæ habuiſſe, nullus niſi antiquitatis ignarus inficiabatur. Sacra ergò priuata, ea ſunt quæ diximus, ſacra propria alicuius domus, vel gentis vel familiæ. Ædiculæ incuſtoditæ, templa erant priuata, ſeu domus priuatæ in quibus ſacra hæc priuata celebrari ſolebant; non enim ſolùm in proprio habitationis domicilio, ſacra hæc celebrabant, ſed extra domum in alio ſacello eius familiæ proprio, cui honor ſacrorum publicorum tribueretur, non ſacellum, vel templum, ſed ædiculas vocabant, vt conſtat ex Tertulliano, [2] [Non enim ſolùm (ait) idololatria committitur cùm quis immolat, incendit, quæ ſacris aliquibus vel ſacerdotiis obligatur, nec cum ædiculas aut ſigna fabricat, ſed & cùm templum exornatur.] Et poſtea. [3] [Sunt complurium artium ſpecies, quæ etſi non contingunt idolorum fabricationem, tamen ea ſine quibus idola nihil poſſunt, eodem crimine expediunt, nec enim intereſt, an extruas vel exornes, ſi templum, ſi aram, ſi ædiculam eius inſtruxeris; ſi bracteam expreſſeris, aut inſignia, aut etiam domum fabricaueris,] Has ergo ædiculas qui tentauerint, magis quàm fures, minus verò quàm ſacrilegos eſſe puniendos, Paulus, docuit.

[2] *Tertull. de idolol. cap. 4*

[3] *Et cap. 8.*

Cùm ergò paterfamilias ſacra haberet priuata, qui illius familiæ, & poteſtati ſubditi erant,

A erant tam filij quàm ſeruí, ſacra illa venerari, & colere tenebantur. Quò pertinent frequentes illæ iuriſconſultorum, & Imperatorum loquendi formulæ: [x] In ſacris paternis eſſe, in ſacris paternis conſtitui: hoc eſt, manere in ſacris patris vel patria poteſtate. Cùm ab hac verò per emancipationem liberabantur, ſacris paternis dicebantur abſolui, quia iam egreſſi ex familia patris, ſacra priuata patris colere non tenebantur; quaſi iam alterius familiæ eſſent, & propria ſacra arbitratu ſuo conſtituere & & colere potuiſſent. Vnde qui adoptabantur, cum in adoptantis patris tranſirent poteſtatem, in familiam, & ſacra illius tranſire dicebantur. Valerius Maximus [y] cùm de filio Marci Anci Carſeolani adoptato à Suffenate auunculo loqueretur, ſic ait: [Et ſi aliquantulum adiuuabat hæredes, quòd Marci Anci filius in Suffenatis familiam, ac ſacra tranſierat: graue erat hoc ſacrorum venerandorum onus, vnde rectè apud Plautum [z] teſtatur ille, ſe hæreditatem adeptum eſſe ſine ſacris opulentiſſimam.

B Ex his pendet vera interpretatio reſcripti Imp. Gordiani ad Baſſum: [a] dum mulierem nuptam refert eſſe diuinæ & humanæ domus ſociam cum marito: & alterius, Modeſtini, [b] dum matrimonium definit eſſe conſortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicationem, ad cuius expoſitionem, Accurſius & illius ſectatores offendunt. Nam virum & vxorem, diuini & humani iuris participes, interpretantur, eſſe eiuſdem ſectæ, ſiue religionis, vt Iudæa nubat Iudæo: Chriſtiana, Chriſtiano: iuxta l. ne quis C. de Iudæis: quaſi Gordianus, & Modeſtinus, de conſtitutione Valentiniani Theodoſij, & Arcadij, quæ in ea lege refertur, & quæ maximo temporis interuallo, poſteà lata eſt, cogitare potuerint, vel cogitantes potuerint diuinare. Sed verius eſt, vxorem fieri ſociam diuinæ & humanæ domus: & matrimonium, diuini & humani

C iuris communicationem vocari: quia vxor per matrimonium, in poteſtatem & in familiam mariti tranſibat: ſicque efficiebatur particeps omnium ſacrorum mariti: & ideo ſocia diuinæ & humanæ domus nuncupatur. Eadem cauſa Plutarchus [c] iubet, vt vxor, in religione ſit mariti, neùe aliam peregrinam admittat. [Nam nulli Deo (inquit) ſacra occulta & abſcondita grata ſunt] Quare vxor noue nupta, poſtridiè nuptiarum libertatem auſpicans vxoriam, rem diuinam ſacris mariti faciebat, vt à Macrobio [d] proditum eſt. Origo autem, & antiquitas huius ſacræ ſocietatis inter virum & vxorẽ, & cõmunis vtriuſque iuris ab ipſo Romulo eſt: ipſum enim conſtituiſſe, vt mulie-

re participes eſſent iurium maritorum, tradit Halicarnaſſeus. [e] [Mulierem nuptam (inquit, cùm de legibus Romuli ageret) quæ extra ſacratas leges conueniſſet cum viro, ei participem eſſe poſſeſſionum, & ſacrorum omnium.] Et poſt alia: [Si pater filio conceſſerit, vxorem ducere, futuram ſacrorum ac bonorum iuxta leges participem,

D patri poſt hæc nullum ius eſto vendendi filium.] Et quia diximus vxorem eſſe ſociam diuinæ & humanæ domus; expoſita communicatione domus diuinæ, quid ſit ſociam eſſe domus humanæ, aperiendum eſt. Fœmina per coëmptionem, in ius, poteſtatem, & familiam viri tranſibat, adeò vt filiæ loco haberetur, vt ait Boethius: [f] Coëmptio autem (inquit) fiebat hoc modo. Rogabat vir, an ſibi mulier mater familias eſſe vellet. Illa reſpondebat velle. Itaque mulier conueniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ per coëmptionem, & erat mater familias viro, loco filiæ.] Idem tradit Gellius, [g] matrem familias appellatam eam eſſe ſolam, quæ in mariti manu, mancipioque, aut in eius in cuius maritus manu, mancipióque eſſet: quoniam non in matrimonium tantùm, ſed & in familiam quoque mariti, & in ſui hæredis locum veniſſet. Suum hæredem dicit matri familias eſſe, quòd filij familias loco ſit, qui & ſuus hæres dicitur. Vnde quemadmodum filij nomina, & quæ nunc cognomina patris, ſiue gentilia vocamus, aſſumebant, ſic & vxores: filiabus enim patres cognomina non imponebant antequam nuberent, vt ex Quinto Scæuola Titus Probus, [h] refert. Nuptæ verò

E non patris, ſed mariti cognomen, & eius familiæ ſumebant: quod hodie in nonnullis prouinciis vſitatum eſt.

Erat ergo vxor olim particeps non ſolùm diuinorum, ſed & familiæ cognominis, tum etiam & bonorum. Columella [i] [Nil enim (inquit) in domo coniugali apud priſcos diuiduum conſpiciebatur, nihil quod aut maritus, aut fœmina proprium ſui iuris eſſe diceret, ſed in commune conſpirabatur ab vtroque:] vnde hæc verba erant nuptæ, cum viri domum primùm ingrederetur: Vbi tu Caius, ego Caia? quaſi paciſcebatur, commune ſibi cum viro rerum omniũ dominium, & æquale domi imperium: vt ſcripſit Plutarchus: [k] ac ſi diceret; Vbi tu Dominus & familiæ princeps, ego ſum hera, & familiæ etiã domina: nã in omnib. nuptiis his nominibus vtebantur: vt

[x] *L. vlt. C. de inoffi cioſo. L. vlt. de curator furioſi. l. vlt. C. a ſenatuſc. Tertull. l. 2 C. de ſuis. & legitim. hared. l. 3 C. de bon. matr. L. 1. §. vlt. de an nal. except. l. 31. d fideicommiſſ. l. 11 de collat.*

[y] *Valerius Max. lib. 7. cap. 7.*

[z] *Plaut. in trinum Gordianus Imp.*

[a] *ad Baſſum in L. 3. C. de crimine expilat. hæredit.*

[b] *Modeſtinus in L. 1. de ritu nuptiar.*

[c] *Plutarch. in præceptis connubialibus.*

[d] *Macrob. lib. 1. ſaturnal. cap. 15.*

[e] *Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 2. Romanarum antiquitatum.*

[f] *Boethius in Topic. Cicer.*

[g] *Gellius noctium Atticarum lib. 18 cap. 6.*

[h] *Titus Prob. lib. 20 epitom. Valer. Max. in princ.*

[i] *Columella in præfatione libri de re ruſt.*

[k] *Plutarchus in problemat. cap. 21*

Iuriſcon

Iurisconsulti, Sempronij, Caij, Lucij Titij: & Philosophi Dionis, & Theonis, ad omnia, quæ docendi causa proponerent. Qua ratione Cicero [1] irridet Iurisconsultos: [Quia in alicuius (liquit) libris, exempli causa, id nomen inuenerunt, putarunt omnes mulieres, quæ coëmptionem facerent, Caias vocari. Sed vera nominis ratio est, vt bono auspicio inciperet matrimonium. Cùm Tanaquil (hæc enim sic vocabatur, antequam Romam ingrederetur, Romam verò ingressa, Caia Cæcilia, vxor Tarquinij Prisci, Romanorum Regis) tantæ fuisset industriæ, tantæ probitatis & virtutis, vt illi statuam æream in templo Martis Anci constituerint, auctore Plinio, [m] cum lana, colo & fuso, pudicitiæ suæ, & industriæ monumento: Inde boni ominis causa, Caiæ nomẽ acceperunt fœminæ nubentes, vt Titus Probus [n] refert, addẽs, ideò institutum fuisse, vt noua nupta ante ianuam mariti interrogata quænam vocaretur, Caiam se esse diceret. Ex quo intelligitur in his matrimonijs quæ coëmptione fiebant, nomina hæc Caij, & Caiæ, vsurpari: verámque esse Plutarchi coniecturam, eo verborum vsu parem vtriusque dominationem significari: quod à Romulo tam in sacris, quàm in bonis, & possessionibus fuisse constitutum scribit Halicarnasseus. [o] Si maritus præterea vir clarissimus est, fœmina nomen clarissimæ, & auctoritatem consequitur. Quòd si diuersa habeant domicilia, propter conditionem matrimonij, domicilij mariti illa efficitur. Vxor adeò in potestate erat mariti, & communione bonorum, vt illi tanquam suus hæres succederet, æque instituenda esset, vel exhæredanda, vt Vlpianus [p] tradit. [Sui hæredes inquit) instituendi sunt, vel exhæredandi. Sui autem hæredes sunt liberi, quos in potestate habemus, tam naturales, quàm adoptiui: item vxor, quæ in manu est, & nurus, quæ in manu est filij, quem in potestate habemus.] A. Gellius [q] [Matrem familias (ait) appellant eam esse solam, quæ in matrimonio mariti, manuque, aut in eius, in cuius maritus manu, mancipioque esset, quoniam non in matrimonium tantùm, sed & in familiam quoque mariti & in sui hæredis locum venisset.] Idem retulit Boethius [r]. Ex quibus satis dilucidè constat, quod indicarit Modestinus, cùm dixit, matrimonium esse consortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicationem; quidvè Gordianus Imperator, cùm scripsit, vxorem esse rei humanæ & diuinæ sociam; prima enim sacra fuisse, quorum participes erant vxores.

Cæterum quam [s] hæc primatorum sacrorum ratio in desuetudinem abierit, vel contraria lege fuerit sublata, queri audio, & affirmare nonnullos, eam primum hac Imperatoris Constantini lege [t] interdictam.

Imp. Constantinus A. ad Maximum.

SI quid de palatio nostro, aut cæteris operibus publicis, degustatum fulgore esse constiterit, retento more veterum obseruantiæ, quid portendat ab aruspicibus requiratur, & diligentissimè scriptura collecta, ad nostram scientiam referatur: cæteris etiam vsurpandæ huius contemplationis licentia tribuenda dummodo sacrificijs domesticis abstineant, quæ specialiter prohibita sunt. [Sed magis puto antea multò Hispanos Patres hoc genus idolatriæ præsentis canonis decreto sustulisse: probabileque est, Osio Episcopo Cordubensi suggerente (quem singulari amore & reuerentia, Constantinus Magnus, semper prosecutus, imperatoriam hanc constitutionem stabilisse. Cùm autem sola excommunicationis pœna ab Episcopis lata, nec simplex Constantini Imperatoris constitutio, errorem hunc, in omnium animis radicitus insidentem, euellere potuisset: grauiori, actionique remedio, improbis opus fuit: eáque ratione, Theodosius & Arcadius Impp sub pœna domus priuatæ confiscationis, hæc priuata sacra interdixerunt in rescripto ad Rufinum Præf. Præt. [u]

[Nullus omnino ex quolibet genere, ordine hominum, dignitatum, vel in potestate positus, vel honore perfunctus, siue potens forte nascendi, seu humilis genere, conditione, fortuna, in nullo penitus loco, in nulla vrbe, sensu carentibus simulacris, vel insontem victimam cædat, vel secretiore piaculo, larem, ignem erogenium, penates, nidore veneratus, accendat luminas, imponat thuraue serta suspendat.] Et post alia. [Si qui verò mortali opere facta, & æuũ passura simulacra imposito thure venerabitur, ac ridiculo exẽplo metuens subitóque ipse vel redimita vitis arbore, vel erecta effossis ara cespitibus, vanas imagines, humiliore licet muneris præmio, tamẽ plena religionis iniuria, honorare tentauerit, is vtpote violatæ religionis reus, ea domo seu possessione mulctabitur, in qua cum gentilitia constiterit superstitione famulatum. Namque omnia, loca

[1] *Cicero in oratione pro Murena.*

[m] *Plinius lib. 8. cap. 48.*

[n] *Iunius Probus in epit. medit. ex Valerio Maximo.*

[o] *Halicarnasseus lib. 2. antiquitatum Romanarum.*

[p] *Vlpianus de fastis tenebat.*

[q] *Gellius lib. 18. cap. 6. § sed etiam ad omnium.*

[r] *Boethius in fragmenti, tit. xx. qui hæredes instituendi sunt.*

[s] *Aulus Gellius lib. 18. cap. Atticarum, cap. 6.*

[t] *Boethius in Topi. Ciceron.*

[u] *Leg. de quo in fastis in C. Theod. de paganis.*

[x] *Ex lege de paganis sacrificiis. C. Theodos.*

Digitized by Google

A loca, quæ thuris conſtiterit vapore fumaſſe, (ſi tamen ea in iure fuiſſe thurificantium probabuntur) fiſco noſtro adſocianda cenſemus. Sin verò in templis faniſvè publicis, aut in ædibus, agriſvè alienis, tale quiſpiam ſacrificandi genus exercere tentauerit, ſi ignorante domino vſurpata conſtiterit, XXV. libras auri multæ nomine cogetur inferre: conniuentem verò huic ſceleri par ac ſacrificantem, pœna retinebit.] Sed nec his pœnis, Hiſpanos omnes fuiſſe coactos, vt antiquæ idololatriæ obliuiſcerentur, (tam pertinaces in deferenda ſemel ſuſcepta antiquæ ſuperſtitionis ſecta fuere, vt conſtantes adhuc in vera religione retinenda) conſtat ex Concilio Toletano III. [u] in quo hæc Epiſcopi decreuerunt.

[u] *Conc. Tolet. 3 can. 16.*

[Quoniam penè per omnem Hiſpaniam, ſiue Galliam, idololatriæ ſacrilegium inoleuit, hoc cum conſenſu glorioſiſſimi Principis, ſancta Synodus ordinauit, vt omnis ſacerdos in loco ſuo, vnà cum iudice territorij, ſacrilegium memoratum ſtu-
B diosè perquirat, & exterminare inuentum non differat: omnes verò qui ad talem errorem concurrunt, ſaluo diſcrimine animæ, qua potuerint animaduerſione, coërceant. Quòd ſi neglexerint, ſciant ſe vtique excommunicationis periculum eſſe ſubituros. Si qui verò domini extirpare hoc malum à poſſeſſione ſua neglexerint, vel familiæ ſuæ prohibere noluerint, ab Epiſcopo & ipſi à communione pellantur] Sed multò poſt adhuc eundem errorem perduraſſe intelligitur ex Concilio Toletano XVI. [x] in quo, grauiſſimis pœnis præceptum eſt Epiſcopis, presbyteris, & omnibus cauſarum ciuilium præfectis, vt idololatriæ & ſuperſtitionis radices euellerent, renouato antiquo huius Concilij decreto.

[x] *Conc. Tol. 16. can. 2.*

COMMENTARII NOVI.

C PRiuatos domi deos, & parua ſimulacra colebant. Suetonius in Domitiano, *Puer cui cura Larium cubiculi ex conſuetudine aſſiſtens*; hoc igitur canone admonentur Patresfamilias ne domi à ſeruis, aut liberis hæc haberi, & coli ſinant, ſi verò id præſtare nequeunt, ne ab eis deferantur, & accuſentur, nihil illis immolent.

Si vim metuunt ſeruorum, verba iſta non dubitanter aſſtruunt, Concilium illud difficillimis perſecutionum temporibus, atque adeò ante Conſtantinum conuocatum: nam nominis delationem perſeruos ſuos fieri non exhorruiſſent, ſi impunitate propoſita potuiſſent ad arbitrium religionem quamlibet amplecti, & tueri. ALBA SPINÆVS.

D Concilium Eliberitinum can. 1. & 41. Vide Concilium Carthaginenſe V. Concilium Africanum ſub Bonifacio *I. can.* 25. & 51. Toletan. XII. *can.* Gregorium II. *epiſt.* 4. & 5. miſſi ad populum Turingiæ, vbi eum populum laudat, quòd conſtanter idola adorare temnerit, petens, vt fideliter perſeueret: idem & *epiſt.* 6. ad Saxones, Gregorium III. *epiſt* 2. ad populum Germaniæ, *epiſt.* 3. ad populum Baioariorum Memaniæ, Clemen. 1. lib. 2. conſtit. Apoſt. c. 27. *Nullum* ait, *peccatũ idololatriâ reperitur grauius, ea eſt enim contra Deum impietas* Iuſtin *ſerm. exhortatorio ad gentes, ad calcem, & Apol. 2. ad Anton. Pium.* Id enim quoque lib. vnic. de Monarchia oſtendit, qualiter inuecta ſit in mundum idololatria, veterum Philoſophorum, & Poëtarum ſcriptis: quod & facit Anaſtaſius Alexandrinus excellentiſſima illa oratione, quam habuit contra Idola, vbi & originem, & progreſſum, & abolitionem deſcribit. Tertullianus multis in locis, ſed præcipuè in lib. de idololat. vbi ſic exorditur: *Principale crimen generis humani ſummus ſæculi reatus tota cauſa iudicij, idololatria.* Sic etiã eam vocat Cypri. *lib. contr. Demetrian. circa medium*, vbi eam dicit eſſe cauſam omnium, quæ in hoc mundo patimur. Edidit quoque idem libellum contra idola. CORIOLAN.

Non ſolùm Principes olim Lararia habebãt id eſt priuata ſacraria, in quibus idola, cubiculareſque imagines reponebantur, verum, & priuati: Principibus tamen duo erant Lararia, vnum quod maius, alterum quod minus dicebatur. De Alexand. Seuero refert Lampridius, quod Virgilij & Ciceronis imagines in Larario ſecundo poſuit, cum Alexandrum Magn. in maiori haberet, & qui Larario præfectus erat Magiſter Larium vocabatur vt conſtat ex illo vetuſto lapide exarato à Guthero.

E

MARTI AVGVSTO
L. IVNIVS. MAVRVS. LARVM. AVG.
MAGISTER. DEDIT.
IVLIA. MAVRINA. F. DEDICAVIT.

Licèt aliis etiam committetur cura Larium, de quibus Suetonius *in Domit. cap.* 17. Priuati diuites Lararium etiam habebant, vbi deos ſuos priuatim colebant, de his Ceſus in *l. infundo ff. de R. V. finge pauperem, qui ſi reddere id cogatur Laribus, ſepulchriſque auitis*

carendum ſit l. 1. §. 2. *ff. de liber. agneſc.* Lares enim *auiti* à Maioribus tradebantur, Marc. Tull. act. 9. in Verrem: *erat apud Hetium ſacrarium magna cum dignitate in ædibus a maioribus traditum perantiquum, in quo ſigna pulcherrima erant.* Tenuiores vero Ciues Lares

A & arctiori exilio vlciſcantur.] Hæc de dominis ſecularibus, vt vocant. De Eccleſiaſticis aliam legem non diſpari pietate tulit Africa: [a] decreuit enim, vt Epiſcopi, presbyteri, & diaconi, non ordinarentur, priuſquam omnes qui in domo eorum erant, Chriſtianos Catholicos facerent: in quo aſſequendo cùm omnes neruos contenderent, Eccleſiaſticis muneribus adſcripti, nec ſpe fruſtrarentur; graui, & iniquo animo tuliſſe, Iulianum Imp apoſtatam, Sozomenus [b] refert. [Maximè autem (inquit) omnium eum angebat, quòd audiret vxores etiam, liberos, & ſeruos multorum ſacerdotum, fidem Chriſti profiteri.] Sed, quantò præſtantius, & melius, qui illi ſucceſſit in imperio Iouinianus. Cum enim in Perſide, ad imperium raperetur, clamabat nolle ſe infidelibus imperare, cum ipſe eſſet Chriſtianus. Cui reſponſum à militibus omnibus eſt, ſeſe quoque Chriſti
B fidei eſſe obnoxios.

[a] Conc. Carth. 3. can. 17.

[b] Sozom. lib. 5. Eccleſ. cap. 15.

Nicephorus, e. Eutropius lib. 2 Soer. lib. 3. cap.

SI NON FECERINT, ALIENI AB Eccleſia habeantur.

SI tot ſeruos domini non habent, vt vim illorum meritò perhorreſcant, ab idololatriæ cultu illos reuocare debent; quod ſi non fecerint, diris vouendos decernitur. Hinc obſeruare licet, quanto ſtudio & diligentia patres familiàs in domeſticos, vel ſeruos, vel famulos inuigilare debeant: quanta cura eniti, vt ab erroribus illi reſipiſcant religionis & morum. Eſt enim magnificum, quemquam ſe ab omni contagione vitiorum reprimi & reuocari: ſed magnificentius & ſuos. Quanto enim magis arduum eſt, alios præſtare quàm ſe, tanto & laudabilius, cum ipſe ſit optimus, ſui ſimiles & ſuos quoque reddidiſſe. Aliter vero, eximia quæque propriæ virtutis laus, nimia familiæ vitiorum patientia læditur: & nimia ſeruorum communio Dominicæ communionis interdictione coërcetur.
C

D

De his, qui ad fidem veniunt, quomodo baptizentur.	*De his, qui ad fidem veniunt, quando baptizentur.*
Canon XLII.	*Canon XLII.*
Eos qui ad primam credulitatis fidem accedunt, (ſi bonæ fuerint conuerſationis,) intra biennium temporis placuit ad baptiſmi gratiam admitti debere: niſi infirmitate compellente coëgerit ratio, vel ſocio ſubuenire periclitanti, vel gratiam poſtulanti.	Eos qui ad primam credulitatis fidem accedunt, ſi (bonæ fuerint conuerſationis) intra biennij tempus placuit ad baptiſmi gratiam admitti debere: niſi infirmitate compellente coërcit ratio, vel ſocio ſubuenire periclitanti, vel gratiam poſtulanti.

E

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

Quando catechumeni baptizandi, & quibus informandi.

VAria tempora catechumenis adultis baptizandis præſcripta in hoc Concilio [c] legimus: flaminibus triennij tempus: fœminis peccantibus quinquennij: omnibus autem communiter biennij hîc. Quod & confirmauit poſteà Inſtinia-

[c] Can. 3. hu Concilij. Can. 11. huius cil.

Digitized by Google

nus. [a] Iudæis verò octo menſes præſcripſit Concilium Agathenſe, [c] niſi valetudinis neceſſitas breuius exegerit temporis ſpatium. Hodie autem iudicio Epiſcoporum, & eorum presbyterorum, in cuius regione aut parochia ſunt, reſeruatur: an doctrinæ Chriſtianæ myſteriis adeò imbuti ſint, & informati, vt meritò poſſint ſancto regenerari lauacro: [Sed intelligant Dei ſacerdotes, (monuit piè ſatis & prudenter Concilium Limenſe [f]) niſi in fide vt oportet inſtructos baptizent, vel à peccatis abſoluant: ſe, & grandi ſacrilegio commaculare, & animarum reos, apud diſtrictum Dei iudicium reddere, &c.] Maximè enim Chriſti Eccleſiam dedecet infideles multis idololatriæ & morum corruptelis contaminatos, antequam ſemicatechumenos, plenos fieri Chriſtianos.

Quæ autem vel Mauros, vel Turcas, vel Indos, aut reliquos infideles, Eccleſiarum præpoſiti docere nunc debeant, expreſſit olim B. Clemens [g] & latiſſimè D. Auguſtinus, [h] Sed illa breui retulit compendio Concilium Limenſe [i] his verbis. [Cum diuino præcepto omnes Chriſtiani adulti teneantur pro ſuo captu ſcire, quæ ad religionis Chriſtianæ, quam profitentur, ſubſtantiam pertinent; qualia ſunt myſteria fidei præcipua, quæ continentur in Symbolo, mandata Decalogi omnibus ſeruanda, ſacramenta quoque ea, quæ neceſſariò cuique ſuſcipienda ſunt: tum demum, quæ à Deo petere, & expectare debemus, iuxta Dominicæ orationis inſtitutionem, ſedulò in iis erudiendi ſunt à Paſtoribus, & miniſtris omnes, maximè rudiores, Indi, Æthiopes, pueri, pro cuiuſque ingenio, & opportunitate; ne grauiſſimo morbo ignorantiæ (vt fit paſſim) periclitentur. Omninò autem curandum eſt, vt quicunque neque ætate, neque valetudine impediuntur, memoriter diſcant elementa Chriſtiana, maximè Symbolum fidei, orationem Dominicam, præcepta Decalogi, Sacramenta Eccleſiæ. Id vt fiat, antiquorum canonum ſtatuta ſequens, præcipit ſtrictè ſancta Synodus, vt nullus adultus ad ſacramentum Baptiſmi admittatur, qui non priùs ſaltem Symbolum, & orationem Dominicam, memoriter reddiderit. Idemque in ſacramentis Pœnitentiæ, & Confirmationis conferendis omnino ſeruetur; excepto vel neceſſitatis articulo, vel nimiæ ſenectutis, aut ægritudinis, ſiue etiam profundæ alicuius hebetudinis impedimento; quod parochorum, ſeu confeſſariorum iudicio & conſcientiæ relinquatur. Qui verò iis tantis impedimentis grauati fuerint, vt copioſiorem catecheſim non admittant, doceantur demum pro ſuo modo præcipua fidei capita, ſcilicet vnum eſſe Deum, omnium rerum auctorem, qui accedentes ad ſe vita æterna remuneret, improbos & rebelles æternis ſuppliciis in alio ſeculo puniat. Deinde hunc ipſum Deum, eſſe Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, tres quidem perſonas, ſed vnum Deum, verum, præter quem nullus alius ſit verus Deus. Nam quæ adorant aliæ Gentes, præter Chriſtianam, non eſſe Deos, ſed dæmones potiùs, aut figmenta hominum. Præterea filium Dei, propter reparandam ſalutem hominum, factum hominem ex Virgine Maria, pro nobis paſſum, & mortuum, ac tandem reſurrexiſſe, & regnare in æternum. Hunc eſſe Ieſum Chriſtum, Dominum, & Saluatorem noſtrum. Poſtremò, nemine m poſſe eſſe ſaluum, niſi credat in Ieſum Chriſtum, & pœnitens de peccatis commiſſis, ſacramenta ipſius ſuſcipiat: Baptiſmatis quidem, ſi infidelis eſt, Confeſſionis autem, ſi lapſus poſt Baptiſmum: ac denique ſtatuat ea ſeruare, quæ Deus, & Eccleſia ſancta præcipiunt. Quorum ſumma eſt, vt Deum diligat ſuper omnia, & proximum, ſicut ſeipſum. Intelligant igitur Dei ſacerdotes, niſi in fide, vt oportet, inſtructos baptizent, vel à peccatis abſoluant, ſe & grandi ſacrilegio commaculare.] Lingua catechizandi propria & vulgari informandos catechumenos, ad intelligendam & retinendam tenaciùs doctrinam, ſatis appoſitè cauit idem Concilium Limenſe. [m]

[a] *Iuſtin. Imp. nouel. 144.*
[c] *Con. Agath. can. 25.*
[f] *Conc. Limenſe. actio. 2. can. 4.*
[g] *B. Cle. lib. 7. Apoſtolic. conſti. cap. 39.*
[h] *D. Aug. lib. de catechizandis rudibus.*
[i] *Conc. Lim. can. 4. actio. 2. Matth. 28. Marci. 16. 1. Pet. 3.*
De conſec. d. 4. Baptizandos. Et c. non liceat. Augu. lib. 50. homil 42. Conc. Ter Iulian. in præf. ad fin. Conc. Moguntia. ca. 45. Augu. in enchir. cap. 7. Conc. Lim. 2. ſeſſ 1. can. 16. Conc. Lim 2. ſeſ. 3. can. 33. & 34.

COMMENTARII NOVI.

Canone iſto patet Catechumenatus tempus biennij ſpatio contractum, & definitum.

Ad fidem primam credulitatis accedunt, ita loquuntur PP. & Canones Arelatenſes, qui credere volunt: in hoc Concilio *canon. 44.*

Si poſtmodum ad credulitatem venerit. Si ad Chriſti fidem venerit; ſi ſe in Chriſtum credere velle dixerit, ſi ſe eruditi rogauerit; hæc in eandem ſententiam accipienda, *ad fidem primam credulitatis*, qui de Chriſti fide doceri cupiunt: *qui primis fidei rudimentis* imbui cupiunt.

Si bonæ fuerint conuerſationis, ſi faciant in ipſo catechumenatu, quod fidei Chriſtianæ tyrone dignum ſit. ANASTASIVS.

Circa

A Circa tempus Catechiſmi, intra quod eruditi, & doceri baptizandi debeant, generalis regula tradi non poteſt, ſiquidem pro temporum varietate, & regionum vſu diuerſum ius obſeruatum reperio. In primordiis enim Eccleſiæ, & cùm neceſſitas poſtulabat, nullum tempus inchoandæ, aut perficiendæ catecheſi præfinitum erat, ſed quoſcunque de ſua ſalute verè ſolicitos eſſe conſtabat, & noſtræ religionis cognitione inſtructos Apoſtoli ſacrâ baptiſmatis ablutione regenerabant, vt de Cornelio Centurione, & aliis duodecim viris ab Apoſtolo inſtructis, & baptizatis
B refertur Actuum Apoſt. *c.10. num.44. & c.19. num.4.* Poſteà cum aliqui parum inſtructi in fidei myſteriis agnoſcerentur, viſum fuit Eccleſiæ Patribus, vt Catechumeni in religionis noſtræ rudimentis capeſcendis diù perſiſterent, & ab ipſis Apoſtolis triennij ſpatium aſſignatum fuit, D. Clemens, *lib.8. conſtit. c.32.* & cum propter ingruentes perſecutiones ab aliquibus Catecheſis tempus contractũ fuiſſet, ſtatutum fuit in Concil. Nicæno *1. can.2.* ne id deinceps fieret his verb. *Quoniam multa vel neceſſitate, vel vrgentibus alioqui hominibus præter canonem Eccleſiaſticum facta ſunt, vt homines, qui è vita gentili ad fidem nuper acceſſerunt, & exiguo tempore Catechumeni, id eſt initiati fuere, ſtatim ad lauacrum ſpiritale deducant, viſum eſt, vt nihil deinceps tale fiat.* Et in Concil. Conſtantinop. 1. can 7. *Quicunque ex his*
C *rectæ fidei adſcribi volunt, vt Græcos admittimus, & primo quidem die ipſos Chriſtianos facimus, ſecundo Catechumenos, deinde tertio exercizamus, ſine adiuramus ipſos, ter ſimul in faciem eorum, & aures inſufflando, & ſic eos catechizamus, & curamus, vt longo tempore verſentur in Eccleſijs, & audiant ſcripturas, & tunc ipſos baptizamus.* Et in Concil. Conſtantinop. 6. can. 99. *Omnes ex iis, qui ad rectam de fide ſententiam volunt accedere, vt Græcos recipimus; &*
D *primò quidem die eos Chriſtianos facimus: ſecundo autem catechumenos deinde tertio adiuramus; ſimul etiam ter in faciem, & aures inſpiramus, & ſic initiamus, & diu in Eccleſia verſari, & ſcripturas audire facimus, & tunc ipſos baptizamus* Exquibus omnibus conſtat, certum tempus fuiſſe ſtatutum tùm ordiendæ, tum abſolvendæ catecheſi; verum illud non idem fuit in omnibus nationibus; in Hiſpania fuiſſe biennium conſtat ex hoc canone, & apud Samaritanos per duos etiam annos duraſſe. liquet & Photij *nomocanonis. 4. c.4* dum inquit. *Tertia autem conſtitutio tertij tituli nouellarum,*
E *quæ eſt ſecunda de Samaritanis, ſita autem in ordine librorum, qui ſunt in Patriarcheio 133. decernit, ne Samaritani ad Sanctum baptiſma citò, ac breuiter recipiantur, ſed bonam quidem doctrinam ſentientes, biennio catechizentur, & ſic baptizentur:* vbi addit Balſam. 144. *autem, 1. Iuſtiniani nouell. ſita in lib. 1. Imper. ſtatuit, vt Samarita nihil; vel ex teſtamento, vel abinteſtato, vel ex donatione accipiant, catechizantur, autem ipſi biennio, ſi ſint Catechiſmi capaces.* In aliis Regionibus tã Orientalibus quàm Occidentalibus per ſres menſes Catecheſis durabat. Clement. 1. ep.3 de offic. Sacerdot. & Clericorum, vbi ait: *Accedat autem qui vult ad ſacerdotem ſuum, & ipſi det nomen ſuum, atque ab eo audiat myſterium regni cœlorum, iciuniis frequentibus, operam impendat, ac ſemetipſum in omnibus probet, vt tribus menſibus iam conſummatis in die feſto poſſit baptizari.* In aliis per quadraginta dies, quod erat tempus Quadrageſimæ. Hieronym. epiſt. ad Pammachium ſic ait: *Conſuetudo apud nos eiuſmodi eſt, vt iis qui baptizandi ſunt per quadraginta dies publicè tradamus ſanctam, & adorandam Trinitatem.* Et aliquantò ante Cyrillus Hieroſolymitan. memmerat catech. 1. Myſtag. *Relinque* (inquit) *præſentia, & crede futura. Tot annorum Circulos tranſegiſti mundo fruſtra operam nauans, & quadraginta diebus non vacabis pro anima tua.* Poſtea contractum fuit tempus ad viginti dies *cap. ante vigeſimum de conſec. diſt.4.* Demum ad 18. dies cum feria 4. hebdomadæ 4. Quadrageſimæ Catechiſmus inchoabatur, vt Sabbatho ſancto Catechumeni baptizarentur, Amalarius Fortun. de Eccleſiaſt. officiis capit.8. *Modo dicendum eſt, vt promiſimus, quare hoc officium agatur quarta feria quarta hebdomada quadrageſimæ, non immeritò eâdem die, & eadem hebdomada Catechumeni) ad nomen Chriſti accedunt, quæ præfigurata eſt à quarta ætate hominis, id eſt, iuuenili, quæ apta eſt gubernaculo Imperij, & ab eâdem ætate ſæculi, quæ innouata eſt, ex promiſſione regni Chriſti.* Carnotenſis in ſerm. de Sacrament. inquit: *Dehinc quarta ætate in illa terrena Hieruſalem claruit regnum Dauid, Chriſti, & Eccleſiæ regnum præfigurans; de cuius ſemine idem Chriſtus natus eſt in Eccleſia ſua ſpiritualiter regnans, & eam ſibi obtemperantem poſt tempora gloriosè coronans. Inde eſt quod qui ſabbatho ſancto ſunt baptizandi, quarta hebdomada, quadrageſimalis obſeruantiæ, quæ continentiæ nobis arma miniſtrat, & quarta eiuſdem hebdomadæ feria, catechizandi, & exorcizandi deferuntur ad Eccleſiam, ibi auditui, & inſtruendi, qualiter contra ſpirituales nequitias ſunt pugnaturi; ſed tamen vſque in Sabbathum Paſchale baptiſmus eorum differtur, hoc attendente Eccleſia, quia qui ad agonem in præſenti vita vocantur, in ſpe futuræ quietis baptizantur.* Rupert. Abbas libro 4. de diu. offic. cap. 18. *feria quarta ſacramenta quæ nouæ Eccleſiæ propria ſunt, inchoantur: hac enim die Catechumeni noſtri ex antiqua traditione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſignantur, vt ſacroſancta ſolemnitate noſtræ redemptionis ex aqua & ſpiritu ſancto renaſcantur.* Hugo Victorin. *de ſacram. cap.* 17. Sed quoniam Apoſtoli dum triennium ſtatuerunt, & præfixerunt, Catecheſi, adiecerunt apud Clement. *d. cap.* 38. quod ſi virtute præditus ſit Catechumenus, & erga ſactam ſcripturam ſtudium oſtendat, recipiatur ad baptiſmum: quia non tempus, ſed animus æſtimatur. Vnde Iudæis aliquando octo menſes ad Catecheſim aſſignabantur *c. Iudæi de conſec. diſt.4.* D. Tho. *3.p.q.68. art.3.* & apud Surium *to.3 die 11. Maij* legimus S. Antiuium baptizaſſe Pimanum Proconſulem Aſiæ 7. diè Catecheſis, & apud ipſum die 12. Maij inuenimus Pontificem baptizaſſe ſanctos Pancratium, & Dionyſium poſt 20. dies. Alia congerunt Vicecomes *de ritib. baptiſm. lib.2. c.8.* F. Ioſeph à S. Maria *eod. tract. c.9.* Inde rectè PP. in præſenti ſanxerũt, vt ſi Catechumeni bonæ fuerint cõuerſationis

tionis intra biennij tempus ad baptiſmum admittantur. Secùs verò ſi in idololatriam lapſi fuiſſent, vt notaui ſupra in *can.4.* niſi ob infirmitatis periculum aliud neceſſitas poſcat, vt etiam probaui ſup. *canon.37.* GONZALEZ. A

De celebratione Pentecoſtes. | *De celebratione Pentecoſtes.*

Canon XLIII.

Prauam inſtitutionem emendari placuit, iuxta auctoritatem ſcripturarum, vt cuncti diem Pentecoſtes celebremus: quod qui non fecerit, quaſi nouam hæreſim induxiſſe notetur.

Leuit.13. Deuter. 16. & Act.11.

Canon XLIII.

Prauam inſtitutionem emendari placuit, iuxta auctoritatem Scripturarum, vt cuncti diem Pentecoſtes poſt Paſcha celebremus, non quadrageſimam niſi quinquageſimam: quod qui non fecerit, quaſi nouam hæreſim induxiſſet, notetur. B

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM.

Feſtum Pentecoſtes ab ipſis fuiſſe Apoſtolorum temporibus.

FAceſſant iam qui feſtum hoc celebre inter Chriſtianos, ſe neſcire aiunt, an Apoſtolorum tempore, Gentium auribus notum fuiſſet: cùm præter expreſſum hoc ſanctorum Patrum Hiſpaniæ teſtimonium, ex Luca conſtet, cum refert maximè contendiſſe Paulum ſe ab Aſia expedire, vt ſi fieri poſſet, diem Pentecoſtes celebraret Hieroſolymis. Quorſum enim tanta in Paulo ſolicitudo, ſi diei celebritate non vrgeretur? Eandem ipſe inſinuat ad Corinthios, dum ait, ſe Epheſi moraturum vſque ad Pentecoſten, quam Hieroſolymis deſtinarat. Sed confirmat Caſſianus: [n] [Cuius feſtiuitatis traditio (inquit) per Apoſtolicos viros ad nos vſque tranſmiſſa, eodem tenore ſeruanda eſt.] D. Ambroſius [o] adeò celebrem prædicauit, vt à die Chriſti paſſionis, Iubilæum Chriſtianorum eſſe ſcripſerit: [Et in lege habes (inquit) quia Iubilæus dicitur numerus quinquaginta annorum recurſus, celebrabilis admodum, quo debita vacuantur, confirmantur Hebræorum libertates, poſſeſſionum refuſiones. Hunc numerum læti celebramus poſt Domini paſſionem, remiſſo culpæ totius debito, chirographo quoque vacuato, ab omni nexu liberi, & ſuſcipimus aduenientem in nos gratiam Spiritus ſancti, die Pentecoſtes, vacante ieiunio laus dicitur Deo, alleluia cantatur.] Id pluribus probauit D. Auguſtinus: [p] ea in breue compendium redegit D. Iſidorus, [q] quæ quia huius feſti initium originemque repetunt conſentaneum cenſui, hîc aduerſus contra prauè opinantes recitare. [Initium ſanè (inquit) & cauſa feſtiuitatis Pentecoſtes, paulo latius repetenda eſt. Pentecoſtes enim dies, hinc cœpit exordium, quando Dei vox, in Sina monte, deſuper intonantis audita eſt, & lex data Moyſi. In nouo autem teſtamento Pentecoſte cœpit, quando aduentum Sancti ſpiritus, quem Chriſtus promiſit, exhibuit: quem ait non eſſe venturum, niſi ipſe aſcenderet in cœlum: *denique* dum portam cœli Chriſtus intraſſet, decem diebus interpoſitis intremuit *ſubitò* orantibus Apoſtolis locus, & deſcendente Spiritu ſancto ſuper eos, inflammati ſunt, ita vt linguis omnium Gentium, Dei magnalia loquerentur. Aduentus itaque Sancti ſpiritus de cœlo, ſupra Apoſtolos, in varietate diffuſus linguarum, ſolemnitatem tranſmiſit in in poſteros, eáque de cauſa Pentecoſte celebratur, & dies ipſe proinde inſignis habetur. Concordat autem hæc feſtiuitas Euangelij, cum feſtiuitate legis. Illic enim, poſteà quàm agnus immolatus eſt, interpoſitis quinquaginta diebus, data eſt lex Moyſi, ſcripta digito Dei: hîc poſtquàm occiſus eſt Chriſtus, qui ſicut ouis ad immolandum ductus eſt, celebratur verum Paſcha: & interpoſitis quinquaginta diebus, datur Spiritus ſanctus, qui eſt digitus Dei ſuper CXX. diſcipulos, Moſaicæ ætatis numero conſtitutos. Siquidem & hæc feſtiuitas, aliud obtinet Sacramentum. Conſtat enim ex ſeptimana ſeptimanarum. Sed dierum quidem ſeptimanæ generant eandem Pentecoſten,

Luc. Act. Apoſt. cap.20.

Epiſt.1. ad Corin. cap.16.

[n] *Caſſian. coll.11. cap.20.*

[o] *D. Amb. in præfat. in Pſal. 50. Leuit.25.*

Coloſſ 2.

[p] *D. Aug. in epiſt. 119. ad Ianuar. c. 16. & 17.*

[q] *D. Iſid. lib 1. de offic. Eccleſ c.32. Exodi.20.*

Act. 2.

Eſai 53.

D E

Digitized by Google

A coſten, in qua fit peccati remiſſio per Spiritum ſanctum. Annorum verò ſeptimanæ, quinquageſimum annum faciunt: qui apud Hebræos Iubilæus dicitur, in quo ſimiliter terræ fit remiſſio, & ſeruorum libertas, & poſſeſſionum reſtitutio, quæ pretio erant comparata. Septies etenim ſeptem multiplicati, quinquagenarium ex ſe generant numerum, aſſumpta monade, quam ex futuri ſeculi figura præſumptam eſſe, maiorum auctoritas tradidit. Fit enim ipſa & octaua ſemper, & prima, imò ipſa eſt ſemper vna, quæ eſt Dominica dies. Neceſſe eſt enim Sabbatiſmum animarum, populi Dei illuc occurrere, atque ibi compleri, vbi datur pars his qui octo: ſicut quidam differens, Salomonis dicta ſapienter expoſuit: idcircò autem totius quinquageſimæ dies, poſt Domini reſurrectionem reſoluta abſtinentia, in ſola lætitia celebrantur, propter figuram futuræ reſurrectionis: vbi iam non labor, ſed requies erit lætitiæ. Ideoque his diebus, nec genua in oratione flectuntur: quia ſicut quidam ſapiens ait, inflexio genuum, pœnitentiæ & luctus indicium eſt: vnde etiam per omnia eandem in illis ſolemnitatem, quàm die Dominico cuſtodimus, in qua maiores noſtri, nec ieiunium agendum, nec genua eſſe flectenda, ob reuerentiam Dominicæ reſurrectionis tradiderunt.] Nec eum diem ſolum feſtiuum, & celebrem olim fuiſſe, in Eccleſia conſtat: in præcipuis enim Eccleſiæ feſtiuitatibus venerandam, & toto terrarum orbe venerabilem dixit Leo Papa [r]. Sed totos illos quadraginta dies, fuiſſe feriatos, teſtis eſt Tertullianus [s], omnes illos Pentecoſtes nomine, comprehendens: priùs enim his verbis, celebrem dixit. [O melior fides nationum in ſuam ſectam; quæ nullam ſolemnitatem Chriſtianorum ſibi vindicat, non Dominicum diem, non Pentecoſten. Etiam ſi noſſent, nobis cum non communicaſſent: timerent enim, ne Chriſtiani viderentur: nos ne ethnici pronuntiemur, non veremur. Si quid & carni indulgendum eſt, habes, non dicam tuos dies tantùm, ſed & plures. Nam ethnicis ſemel annuus dies quiſque feſtus eſt: tibi octauo quoque die. Excerpe ſingulas ſolemnitates nationum, & in ordinem texe, Pentecoſten implere non poterunt.] Quare quemadmodum diebus Dominicis ſtantes orabant fideles, in ſignum lætitiæ reſurrectionis, ſic etiam in his diebus, qui à Paſchate ſunt, vſque ad Pentecoſten. Tertullianus [t] [Die Dominico (inquit) ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eâdem immunitate à die Paſchæ in Pentecoſten vſque gaudemus.] Id ipſum confirmat Iuſtinus [u] Martyr, ſiue quicunque ille ſit auctor reſponſionum ad Orthodoxos: [Quoniam eaſdem vires (inquit) habet Pentecoſtes, quas Dominica, ſecundum cauſam de ea dictam.] Idem prorſus Concilium Nicænum [x], & Auguſtinus [y]: ſicque die Pentecoſtes, vt in diebus Paſchæ, baptiſmum olim ſolùm dari, conſtat ex Concilio Gerundenſi [z]. Et in Pentecoſte, vt in Paſchate, ſolitum Antonium veſtem Pauli primi eremitæ ferre, D. Hieronymus [a] commemorat. Qui autem tantum feſtum celebrare omitterent, de aduentu Sancti ſpiritus dubitare inſinuant Epiſcopi: eáque ratione, tanquam hæreſis nouæ auctores, notarij. En quàm ſolerti cura Hiſpani Patres hæreſum nouitatibus inducendis obſtiterint: quantumque Eccleſia Catholica in conſeruanda pura & integra ſinceræ fidei doctrina, Hiſpaniæ olim debuerit, debeat, & hodie.

In codicibus manuſcriptis, non vt celebretur feſtum Pentecoſtes, ſed vt intrà quinquageſimum diem à Paſchate ab omnibus celebretur, decernitur, iiſdem, quæ in textu noſtro retulimus, verbis: Prauam inſtitutionem emendari placuit, iuxta auctoritatem Scripturarum, vt cuncti diem Pentecoſtes poſt Paſcha celebremus: non quadrageſimam, ſed quinquageſimam: qui non fecerit, quaſi nouam hæreſim induxiſſet, notetur.] Graue enim, & meritò, exiſtimarunt, cùm omnes vnum corpus ſimus in Chriſto, vna omnium fides, vnum baptiſma, vnus Deus & Pater omnium, non vno eodémque tempore anniuerſariom aduentus Sancti ſpiritus feſtum celebrari, ſed per eoſdem dies, alios ſtantes, alios flexis genibus orare, alios feriari & conquieſcere, & vacare conuiuiis, alios ieiuniis & corporis aliis afflictionibus macerari. Rectè enim à Damaſo [a] Papa ſcriptum primùm, & à Leone [b] Magno repetitum poſteà eſt: aliter vnus grex vnúſque paſtor non ſumus, niſi quemadmodum Apoſtolus docet, id ipſum dicamus omnes, & perfecti ſimus in eodem ſenſu & eadem

Eccleſ.11.

Sapiens hic, vt Iſidorus vocat, Ioannes Caſſianus eſt collat.21. c.20.

[r] *Leo Papa in ſer. 1. & 2. Pentecoſt.*
[s] *Tertull. lib. de idolatria. c.14.*

[t] *Tertull. lib. de corona militis. c.3.*
[u] *Iuſtin. Mar. lib. reſponſionum ad Orthodoxos q. 115*

[x] *Concil. Nicænum can.20.*
[y] *D. Aug. in epiſt. 119. c.17. ianuar.*
[z] *Concil Gerundenſe can.4. Can. de catechumenis de conſec. diſt.3.*
[a] *D. Hieron in vita Pauli eremita.*

[a] *Damaſ. epiſt.4.*
[b] *Leo Papa epiſt.4. cap 2.*
1. Cor.1.

sententia : & nisi tandem vno eodémque tempore præcipua religionis nostræ mysteria celebremus. Quinquagesimo autem die post Pascha, Pentecostes festum agendum docet Ambrosius [k] : [In Dominica (inquit) resurgens Saluator, reuersus ad homines est : & post resurrectionem tota quinquagesima cum hominibus commoratus est.] Et paulò inferiùs, [Non igitur ieiunamus in quinquagesima, quia in his diebus nobiscum Dominus commoratur.] D. Hilarius [d] loquens de numero quinquagenario, qui ex septem conficitur septimanis : [Et hæc quidem (ait) Sabbatha Sabbathorum, ea ab Apostolis religione celebrata sunt, vt his quinquagesimæ diebus, nullus neque in terram strato corpore adoraret, neque ieiunio, festiuitatem spiritualis huius beatitudinis impediret: quod id ipsum extrinsecus etiam in diebus Dominicis est constitutum.] Cassianus [e]. [Hoc quoque (inquit) nosse debemus, à vespera Sabbathi, quæ lucescit in diem Dominicum vsque in vesperam sequentem, apud Ægyptios genua noncuruari, sed nec totis quidem quinquagesimæ diebus, nec custodiri in eis ieiuniorum regulam.]

Sed quæ fuerit illa ratio, quare quadragesimo die festum celebrandum quibusdam visum fuerit (quod improbat Concilium) & quinquagesimo, vt decernit, docte his verbis expressit Ioannes Cassianus [f] : [Quare igitur tota quinquagesima, abstinentiæ rigorem, prandiis relaxamus, cum vtique Christus quadraginta tantùm diebus, post resurrectionem cum discipulis fuerit commoratus.

Theonas. Non incongrua interrogatio vestra rationem integerrimæ veritatis meretur agnoscere. Post ascensionem Saluatoris nostri, quæ quadragesimo resurrectionis eius acta est die, Apostoli reuersi de monte Oliueti, in quo se ad Patrem pergens præbuit intuendum : sicut etiam Actuum Apostolorum lectio contestatur, ingressi Hierosolymam, decem diebus aduentum Spiritus sancti expectasse feruntur: quibus expletis, quinquagesima eum die cum gaudio susceperunt : & ita est per hæc, festiuitatis huius numerus euidenter impletus. Quem in veteri quoque testamento legimus figuraliter adumbratum : in quo consummatis hebdomadibus septem, primitiarum panis per sacerdotes Domino iubebatur offerri : qui verissimè per Apostolorum prædicationem, qua in illo die concionati leguntur ad populum, oblatus Domino comprobatur ; verus scilicet primitiarum panis, qui nouæ doctrinæ institutione prolatus, quinque millibus virorum escæ suæ munere satiatis, primitiuum de Iudæis Christianorum populum, Domino consecrauit Et idcircò hi quoque decem dies, cum superioribus quadraginta, pari solemnitate sunt, ac lætitia celebrandi. Cuius festiuitatis traditio per Apostolicos viros ad nos vsque transmissa, eodem tenore seruanda est. Ideò namque in ipsis diebus, nec genua in oratione curuantur, quia inflexio genuum, velut pœnitentiæ ac luctus indicium est : vnde etiam per omnia eandem in illis solemnitatem, quam die Dominica custodimus, in qua maiores nostri, nec ieiunium agendum, nec genu esse flectendum, ob reuerentiam resurrectionis Dominicæ tradiderunt.

Quare autem necessariò die præscripta esset festum celebrandum, Concilium Toletanum X. [g] exposuit : [Cum nihil (ait) fidei sinceritas per diuersitatem aduersum incurrat, & vnitatem Catholicæ regulæ, varietas nulla discerpat : est tamen, quod nisi temporum vnitate seruetur, & dissidium indiscissæ vnitati parturiat, & Sacramentorum vnitate constare non valeat. Hinc est, quòd Paschale festum, nisi vno die celebremus & tempore, in Iudaicum decidamus errorem. Hinc aduentum sancti Spiritus, post resurrectionem Dei, nisi expectemus : tempore definito dierum, simul & numero, non possumus impleri, eiusdem Spiritus dono, quoniam si caret plenitudinis numero, carere potest & mysterij Sacramento.]

[k] *D. Ambr. ser. 61.*

[d] *Hilarius in præfatione in Psalmos.*

[e] *Cassian. de instit. cœnobiorum lib. 2. cap. vlt.*

[f] *Cassia. collat. 21. cap. 20.*

Act. 1.

Act. 2. Exod. 23. & 34.

Act. 2.

[g] *Concil. Tolet. 10. can. 1.*

COMMENTARII NOVI.

NOn omninò liquet hoc Canone decretum diem duntaxat Pentecostes, an quinquaginta post Pascha dies celebrandos : vulgaris lectio de solo Pentecostes die, emendata totos quinquaginta dies festinos habendos statuisse videtur his adiectis, *Non quadragesimam, nisi quinquagesimam.* Præterea certum est superioribus temporibus Pentecostes non vnicum diem ; verùm à Paschate ad Pentecosten totos illos dies à Christianis celebratos, Tertullianus : *Excerpe singulas festiuitates nationum, vix Pentecosten implere poterunt.* Nicænum quoque Concilium eosdem quinquaginta dies solemnes fuisse indicat, vetitis adgeniculationibus. Quapropter in eam potiùs sententiam hunc

Digitized by Google

A hunc canonem acciperem, vt dies quinquaginta, quam vnicum Pentecostes diem obseruandum statuat; verum qua cæremonia quinquaginta illi dies traducerentur, non liquet; non cessatione operarum; neque enim credibile videtur tenuiorum sanè, & inopum causas quos ab intermissione laboris Pagani facilè internoscere potuissent: qua propter potiùs existimarim quantum ego coniicere possum, dies illos celebrari & agitari consueuisse, publicis de more missarum sacrificiis, Eucharistiæ quoque sumptione sanctissimè obita, aut elogiis recitandis. Addo etiam commune quoddam, & publicum gaudium, quo elati ieiunare desinerent, Deumque stantes omissa genuflectione, laudibus, & hymnis extollerent, & benedicerent, ALBASPINÆVS.

B Diem festum Pentecostes iam à temporibus Apostolorum in Ecclesia celebrari latè probarunt Bellarm. *tom.* 1. *de cultu sanctorum lib* 3. *cap.* 5. Carrier. *tom.* 2. *digest. fidei tit. de festis c.* 3. Herrer. *lib.* 2. *origin. offic. diu. cap.* 51. *& nos in c. Capellanus c. conquestus de feriis*, sed circa tempus, & diem huius celebritatis dubium olim erat aliis existimantibus Quadragesimo, vel quadragesimo nono die à Paschate resurrectionis esse colendum. Hispani tamen PP. iuxta scripturarum authoritatem rectè statuerunt die quinquagesimo à resurrectione esse celebrandum, & die 10. ab Ascensione Domini propter aduentum Spiritus Sancti, quem contigisse quinquagesima die post resurrectionem probarunt D. Clemens *lib.* 5. *constit. cap.* 21. August. *epist.* 109. Leo *in serm. de Pentecoste*, quo etiam die Iudæi celebrabant festum Hebdomadarum in memoriam acceptæ legis, vt sacræ paginæ locis, & SS. PP. testimoniis probant Bellar. & Carrier, *d. c.* 3. & sic vt hæresis circa huius festiuitatis celebritatē in Ecclesia non inuceretur, statuerunt PP. vt in quinquagesima die post Dominicam resurrectionem ab omnibus festiuitas Pentecostes coleretur, & hæc est vera huius Canonis mens, licet aliter non insubtiliter illum accipiat *Albasp.* quem transcripsit Cerda *in aduers. cap.* 146. *num.* 21. GONZALEZ.

De meretricibus paganis, si conuertantur.

De meretricibus paganis, si conuertantur.

C

Canon XLIV.

Meretrix quæ aliquando fuerit, & postea habuerit maritum, si postmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipiendam.

Canon XLIV.

Meretrix quæ aliquando fuerit, & posteà habuerit maritum, si postmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipiendam.

D

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

Quæ propriè dicatur meretrix: quæ olim ei pœnæ propositæ: quando baptizari debeat.

AMerendo meretricem dictam, eo quòd pretium libidinis mereatur; docuit D. Isidorus: [h] Illa autem mereri dicitur, quæ publicè corpore quæstum facit. Quæ autem dicantur publicè quæstum facere, nemo melius Vlpiano [i] id expressit: [Palàm (inquit) quæstum facere dicemus, non tantùm eam, quæ in lupanario se prostituit: verum etiam, si qua (vt assolet) in taberna, vel caupona, vel aliàs pudori suo non parcit. Palàm autem, sic accipimus, passim, hoc est sine delectu, non si qua adulteris, vel stupratoribus se committit, sed quæ vicem prostitutæ sustinet.] Ne autem quis intelligeret, eam, quæ cum vno, aut altero pecunia accepta se commiscuit, esse meretricem, addidit: [Item quæ, cum vno, aut altero se pecunia accepta commiscuit, non videtur palàm corpore quæstum facere.] Requiritur ergò ad hoc, vt quæ fœmina meretrix dicatur, vel quæstum corpore faciat, vt multorum pateat libidini: sic enim definit D. Hieronymus, [k] apud Gratianum: [Meretrix (inquit) est, quæ multorum libidini patet.] In cuius expositione, verbo, quæ multorum, mirum est, quàm turpiter, & à vero eorum iurium quæ citat, sensu abhorrentia retulerit glossa: volens vt meretrix, quæ multos admittit, iuxta sententiam Hieronymi, plures quàm XXIII. millia hominum admiserit: argumento [l] (vt ait) Capit. disciplina XLV. distinctione, vel saltem sexaginta: iuxta Cap. Latoes, de clerico excommunicato: quorum iurium rationes,

[h] *D. Isidor. lib.* 1. *etymol*

[i] *Vlpian. in l.* pa 43. *de ritu. nuptia*

[k] *D. Hieronym. epist. ad Fabiolam. Extat apud Gr in cap. vidua.* 3 *distin.*

[l] *Glos. in eiusdem capit. expositione verbo, quæ multorum.*

Digitized by Google

rationes, quàm sint alienæ ab ea D. Hieronymi, dubitabit nemo, qui alicuius sit in re literaria iudicij Multorum enim appellatione, pluralis numerus continetur: quod ad animi, & voluntatis rationem referri debet, vt excludatur singularis: quod est due propria ratione concubinæ, seu pellicis; non autem meretricis; cuius turpitudo venialis est; vt diuus Augustinus [m] docet. Si ergo fœmina vnum, vel duos receperit ob quæstum, cum hoc parata ad alios quoscunque recipiendos, meretrix dici potest, & debet; vt commodis, vel incommodis meretricibus à lege propositis frui, vel affici possit. Quòd si de animo hoc, in futurum recipiendi quemcunque non constiterit: eam quæ duos, tresvè, ob quæstum admisisse fuerit comprobatum, meretricem iudicasse parerit: quòd eos, multorum appellatione in eo actu comprehendi censuerim. Cuique suum esto iudicium. Meretricum initium & originem à Venere, repetit Lactantius, [n] eam enim, quam ex spuma maris procreatam Poëtæ testantur, omni lasciuia, impudentia, & turpitudine fuisse insignem notius est quàm à nobis explicari debeat, nam ex famoso Martis stupro, genuit Harmoniam, de qua Plutarchus: [o] ex Mercurio Hermaphroditum: ex Ioue Cupidinem: ex Anchisa Ænæam: & ex Bute Erycem: eáque de causa amorum, gratiarum, pulchritudinis, delitiarum, voluptatum, & omnis libidinis, illa dea habita est. Hæc autem, ne sola impudica videderetur, omnium prima, teste Lactantio [p], meretriciam artem instituit: auctorque mulieribus, in Cypro insula fuit, vti vulgò quæstum corpore facerent. Miserum, turpem, sordidum & infamem, harum meretricum statum, vt illæ desererent: multa aduersus eas, in diuersis prouinciis constituta prudenter, legimus. Apud Romanos mos fuit, auctore Tacito, [q] vt quæ corpore vellent quæstum facere, stupri licentiam apud Ædiles nuntiarent, vt eo pudore suffusæ, ab impudico meretricandi officio retraherentur. [Eodem anno (inquit) grauibus Senatus decretis, libido fœminarum coërcita: cautumque, ne quæstū corpore faceret, cui auus, aut pater aut maritus Eques Romanus fuisset. Nam Vestilia, prætoria familia genita, licentiam stupri, apud Ædiles vulgauerat: more inter veteres recepto, qui satis pœnarum, aduersus impudicos, in ipsa professione flagitij credebant.] Ad quem locum facit Tranquillus [r] in Tiberio, [Famosæ fœminæ (inquit) vt ad euitandas legum pœnas, iure, ac dignitate matronali exoluerentur, lenocinium profiteri cœperant, & ex iuuentute vtriusque ordinis, profligatissimus quisque, quo minus in opera scenæ, arenæque edenda Senatusconsulto ferirentur, famorum iudicij notam sponte subibant: eos easque omnes, ne refugium in tali fraude cuiquam esset, exilio affecit:] quòd si pudicitiam apud Ædiles non vulgarent, stupri pœna afficiebantur. Vt hinc intellectam obseruemus antiquam Marcelli [s] Iurisconsulti sententiam: [Stuprum (inquit) intelligitur, etiam in his mulieribus esse, quæ turpiter viuerent vulgóque quæstum facerent: etiamsi non palàm.] Acceptandi legata, & hæreditates, facultatem illis ademit Domitianus Cæsar lege perpetua, vt à Suetonio [t] traditur. Donationes in eas collatas, irritas fecit Constantinus [u] Imperator: facta reuocationis potestate legitimæ soboli donantis, aut fratri, sorori, vel aliis eius proximis. Vt legitima, iure naturæ debita à patre priuari possent; à Diocletiano, & Maximiano [x] decretum est in rescripto ad Apollinarem, probatum postea à Iustiniano [y] receptumque tandem apud VVisigothos, [z] lege antiqua, Vestibus matronarum seu honestarum fœminarum vti, illis interdictum indicant Tertullianus, [a] & Vlpianus: [b] sed confirmauit grauiuri pœna propostrà Iulius III. Papa, deinde Paulus IV. ac tandem seuerissima constitutione, [c] Pius IV. Trecentis fustium ictibus afficiebatur lege VVisigothorum primò, & exulabat ab vrbe: quòd si iterum eam ingrederetur, & in turpi officio perseueraret, in seruitutem redigebatur alicuius pauperis, cui Rex illam dono dedisset, lege Reccaredi. [c] Quod & Longobardorum [d] consuetudine receptum erat: si parens meretricis illam ab officio non retraheret, vel aliqua pœna puniret: ac tandem (vt alia omittamus) turpitudinis, & infamiæ nota, apud omnes fere nationes aspersæ sunt. Qua ratione apud Romanos lege Constantini, [e] & anteà, Senatori non licuit, non solùm cum his quæ sunt in lupanari, sed nec cum eis quæ quocunque modo corpore quæstum facerent, fecissentvè, in matrimonij fœdus transire. Apud Germanos non solùm Senatoribus, sed & plebeis hominibus, meretrices vxores ducendi ius denegabatur: cùm virgines solùm duci posse, sit auctor Tacitus. [f] Hæc eadem honestatis lex imposita est Vtopiensibus Insulanis: mulieribus enim perpetuò nuptiæ interdicuntur, quæ ante connubium conuictæ fuissent furtiuæ libidinis, teste Thoma Moro. [g] Quòd & à Constantino Paleologo [h] Orientis Imperatore, ne matrimonia vllam malam haberent causam,

[m] *D. Aug. inq Deuteron. 73. ad c. 23. Can. meretrices. 32. q. 4.*

[n] *Lactantius lib. 1. diuinar. institut.*

[o] *Plutarch. in vita Pelopida.*

[p] *Lactant. lib. 1. diuinar. institut. capit. 17.*

[q] *Tacitus lib. 2. Annalium.*

[r] *Tranquillus in Tiber.*

[s] *Marcellus in l. stuprum de vit nuptiar*

[t] *Suetonius in vita Domitiani.*

[u] *Constantius Imp. in l. 1. C. de natural. liber.*

[x] *Diocles. & Maximian. in l. si filiam C. de inoff. testam*

[y] *Iustinian in authent. vt cum de appell. cognoscit. §. si vero collat 8.*

[z] *In legibus Visigothorum lib 3. tit 4.*

[a] *Tertull. libro de pallio, & altero de cultu fœminarum.*

[b] *Litem apud Labeonem. §. si quis virgines, de iniurijs.*

[c] *Reccar. lex extat. lib 3. legum Visigot. tit. 4. l. 17.*

[d] *Lex Longobardor tit. 17.*

[e] *Constantinus l. 1. C. de naturalibus liber*

[f] *Tacitus de moribus Germanorum.*

[g] *Thomas Morus lib. 2. Vtopia*

[h] *Paleolog. constit. Referitur lib. 1. iuris Orientalis, nouella eiusdem, 2.*

Digitized by Google

A ſam, decretum fuit. Idem nuptiarum ius meretrici multo anteà negatum, in ſua republica à Moyſe, teſtis eſt Ioſephus, [i] vt cuius propter iniuriam ſuo corpori factam nuptiale ſacrum Deus non admittat. Idque obſeruari valde intereſt (inquit) vt proles naſcatur ingenua, & ad ſtudium veritatis erecta, ſi non è turpi, aut illiberali matrimonio naſcatur.] Deut. [Non erit meretrix de filialibus Iſraël, nec ſcortator de filiis Iſraël.] Ne autem in hominũ cognitionem veniret, expiari & redimi poſſe hoc peccatum, ſi quid in templo offerretur; ea de cauſa ſubſequitur: [Non offeres mercedem proſtibuli, quidquid vouerit; quia abominatio eſt apud Deum.] Quòd ſi rationem inueſtigare conemur, quare neceſſe fuit prohibere pretium illicito corporis vſu quæſitum, vel Deo, vel templo ſacro in-
B ferre, cùm nec eſſe, nec viuere meretrices, Moyſis leges permitterent: vt agnoſcit etiam Clemens Alexandrinus: [k] illud occurrit, legem hanc, ideò à Moyſe latam; cùm vt debitum officium & reuerentiam locis ſacris præſtandam exprimeret; tum etiam vt fœminæ hac ignominioſa pœna deterritæ, minori bono ducerent, lucroſæ & voluptuoſæ huic fœditati operam dare. Niſi quis dicat (quod & mihi magis placet) non publici, ſed priuati & ſecreti quæſtus oblationem etiam prohibere voluiſſe; vt aditus redimendi hoc carnis peccatum intercluderetur. Hanc pœnam in meretrices, ante Moyſis legem, vel vſu, vel conuentione, apud Hebræos receptam, erui poſſe videtur ex his quæ Philo [l] doctus Hebraicæ antiquitatis ſcriptor, de Ioſepho loquens retulit; illum enim ſollicitatum ab hera, fortiùs reſiſtentem, ac reſpondentem liberè ſic inducit;
C [Bonis moribus & legibus vtimur, nos Hebræorum poſteri. Aliæ gentes puberibus decimum quartum annum egreſſis, permittunt vſum ſcortorum, & fœminarum corpore quæſtum facientium: apud noſtrates nulla eſt meretrix; capitali ſupplicio propoſito, talem quæſtum exercentibus: ante legitimam copulam, alios congreſſus cum muliere neſcimus: caſti caſtis virginibus coniungimur. [Niſi quis dicat, attenta recentiori Philonis conſuetudine, illum finxiſſe orationem, vt efficta ſunt à Liuio multa, & finguntur quotidie ab hiſtoricis. Hoc etiam hodie Iudæorum praxi receptum audio: apud quos meretrices non permittuntur. Quod in nouo orbe, in regione Palmaria vſitatum eſt: quid ſit coire nemo intelligit, donec nubat, nefaſque, & morte piandum
D eſt, aliter accedere; vt Petrus [m] Martyr refert. Apud Perſas non ſolùm meretrices vxores ducere turpe, ſed illas humeris publicè deferre per vrbem, ſumma ignominia fuit. Scribit enim Plutarchus, [n] Artaxerxem iuſſiſſe, Arbacem deſertorem, & apud ſe transfugam delatum, pro pœna capitali, qua erat puniendus, humeris meretriculam in via publicè tota die deferre: quam fuiſſe apud illos grauiſſimam ignominiam teſtatur. Pœnæ etiam loco adulteræ fœminæ, in anguſtas quaſdam meretricum ædiculas, & proſtibula, (quæ ſiſtra vocabant) detrudebantur olim, & explendæ omnium libidini exponebantur: tintinnabulo etiam, ſub obſcœni operis tempus adhibito, vt illo commoto, quando flagitium committeretur, prærerentes non lateret; ſed potiùs illius ſonitu pœna illa cum ignominia coniuncta indicaretur: vt refert Nicephorus [o], Socrates [p], & Diaconus [q]. Tanta igitur ignominia notabantur olim fœminæ, quæ extra matrimonij iura turpiter viuebant,
E vt ante Conſtantini tempora, cum illis matrimonij fœdus inire, viris non permitteretur: vt refert Zeno Imperator. Nec poſt ipſius Zenonis [r] tempora, ſi quis illam turpiter agnouerat, poterat deinde cum ea matrimonium contrahere. Quod conſtitutum eſt ob luxurioſæ vitæ fœditatem. Si hæc Gentes, quaſdam natione, quaſdam lingua, quaſdam religione, quaſdam natura & moribus barbaras, aduerſus turpem, & miſerabilem meretricum ſtatum ſanxiſſe legimus: quid mirum ſi Hiſpanicæ Eccleſiæ Patres ſingulari morum probitate præſtantes, ab ipſarum ſordibus maximè abhorrentes, decreuerint, ne illæ ad primum diuinum, ac venerabile fidei Sacramentum, ad remiſſionem delictorum, ad abſolutionem mortis, ad conſecutionem Spiritus ſancti accederent, ni priùs eam vitæ turpitudinem abiurarent: hoc enim in primitiuæ Eccleſiæ cunabulis vſitatum teſtatur D. Auguſtinus [s]: [Hoc ſi ita eſt (inquit) fateamur, iſtos laudabili caritate conari, vt omnes indiſcretè admittantur ad baptiſmum, non ſolùm adulteri, & adulteræ, contra ſententiam Domini falſas nuptias prætendentes: verùm etiam publicæ meretrices, in turpiſſima profeſſione perſeuerantes: quas certè nulla etiam negligentiſſima Eccleſia conſueuit admittere, niſi ab illa primitus proſtitutione liberatas. Sed iſta ratione, cur non omni modo admittantur,

[i] *Ioſephus lib. 4. antiquitat. c. vlt.*

Deut. cap. 23.

Clement. Alexandrinus libro 3. Stromat.

[l] *Philo Iudæus.*

Gen. 34.

[m] *Petrus Martyr. lib. noui orbis, de populis nuper repertis.*

[n] *Plutarchus in vita Artaxerxis.*

[o] *Nicephor. lib. 11. cap. 22.*

[p] *Socrat. lib. 5. cap. 18. Caſſ. in tripartita lib. 9. c. 14.*

[q] *Diaconus rerum Romanarũ lib. 13.*

[r] *Zeno Imperator in l. D. Conſtantini 5. C. de natural. liber. D. l. 5. §. vlt.*

[s] *D. Aug. de octo Dulcitij quæſtionibus, ferè in principio.*

De catechumenis, qui Eccleſiam non frequentant.	*De catechumenis, qui Eccleſiam non frequentant.*
Canon XLV.	*Canon XLV.*
Qui aliquando fuerit catechumenus per infinita tempora, & nunquam Eccleſiam acceſſerit: ſi cum de Clero quiſquam agnouerit voluiſſe eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles; placuit, ei Baptiſmum non negari; eò quòd in veteri homine deliquiſſe videatur.	Qui aliquando fuerit catechumenus per infinita tempora, & nunquam ad Eccleſiam acceſſerit: ſi eum de Clero quiſquam agnouerit voluiſſe eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles; placuit, ei Baptiſmum non negari; eò quòd in veteri homine deliquiſſe videatur.

CAPVT DECIMVM-NONVM.

Catechumenos graui aliquo morbo obmutescentes baptizari posse: & quid de Pœnitentibus.

QVos Tertullianus, Cyprianus, Auguſtinus, & alij eius ætatis Latini ſcriptores, audientes, ab audiendo verbo Chriſtiano illos catechumenos Græci appellarunt. A Græcis enim, in exprimendis etiam fidei noſtræ myſteriis, ob verborum inopiam multa græca mutuamur. Catechumeni autem dicebantur adulti, qui dum baptiſmum expectabant, Chriſtianæ Fidei myſteriis erudiebantur. Non enim mox ac quis ſe Chriſtianæ religionis ſtudio teneri oſtentarat, baptiſmi gratiam recepiſſe docet Auguſtinus, [y] & anteà ſæpius Patres noſtri Illiberritani, ih decretis præcedentibus. [z] Cum autem Paſchatis tempus inſtaret (eo enim ſolebant ablui ſancto hoc regenerationis lauacro) competentes vocabantur, quaſi ſimul petentes. Hi ergo cathecumeni ad Eccleſiam tenebantur accedere, quemadmodum & fideles: ſed non omnibus ſacrificij myſteriis intereſſe, multoque minus participare: vt teſtatur D. Auguſtinus [a]: [Ad ſacramentum (inquit) ſanctæ menſæ, ritè nemo niſi baptizatus accedit.] [b] [Ipſa denique Eccleſia ſic traditum tenet, vt hominem ſine baptiſmo, ad altare prorſus non poſſit admittere.] Arnobius. [c] [Quid enim tam ſanctum, quam communionem Chriſti percipere? & quid tam iniquum, quam ſi non baptizatus eandem ſumat? Id ipſum docent Iuſtinus Martyr [d], Cyrillus [e], Beda [f] & alij. Nec à ſumptione tantum Euchariſtiæ, ſed & à conſpectu prohibiti ſunt: auctore Baſilio [g] & Auguſtino. [h] Quin ea erat in celebrando hoc ſacramento veterum Patrum religio, vt in publicis concionibus, à quibus nec pagani arcebantur, nec catechumeni, non niſi parciſſimè, tectiſſimèque de eo loquerentur. Hinc frequenter occurrit apud Auguſtinum [i] & alios, Sacramentum quod norunt fideles. Accedebant ergò catechumeni ad Eccleſiam, vt audirent Euangelium & eius interpretationem, vt conſtat ex Concilio Valentino [k]: poſteà verò diaconus exclamabat: Ite catechumeni. Egrediebantur tunc catechumeni Eccleſia, & ea pars ſacrificij ante oblationem, vocabatur Miſſa catechumenorum: de qua Concilium Carthaginenſe I V. [l] & pleraque alia. Cùmque ob delicta aliqui fideles pœnitentia afficerentur, illis iniungebatur, vt ſacrificiis Eccleſiæ non intereſſent, niſi vſque ad Miſſam catechumenorum, vel vt orarent cum ipſis. Quam inceſtuoſis, lapſis, & rebaptizatis impoſuit Concilium Ilerdenſe [m] & Agathenſe. [n] In Eccleſia enim priùs orationes catechumenorum dicebantur: poſteà his egreſſis, pœnitentium: his autem finitis, & illis abeuntibus, fidelium, & integra ſacrificia perageban-

y D. Aug. lib. de de & oper. & alia, de catech. dibus.
z Can. 4 11 & hnitur Conc.
a D. Aug. lib. 1 percat. merit. & miſſ. cap. 2.
b Idem Aug. lib de baptiſ. contra Donatiſt. c. 14
c Arn. in pſ. 11
d Iuſt. Mar. 2. Ap leg. pro Chriſtian
e Cyrill. lib. 12. Ioan.
f Beda lib. 2. cap. hiſt. Eccleſ.
g Baſil. de Spiritu ſancto. cap. 27.
h D. Aug. tr. 1 & 96. in Ioannem
i D. Auguſtinus, libro 10. de Ciuit Dei cap. 6. & Pſalm. 21. 34. 109.
k Concilium Valentinum Hiſpan can. 1.
l Concilium Carthaginēſe IV can
m Concilium Ilerdenſe can. 4. & 9
n Agath. can. 5 & 60.

tur. Concilium Laodicenum [o]: [Quoniam catechumeni (inquit) orationem A
seperatim , & priùs proſtratis eis , Epiſcopum oportet celebrare ; quibus egreſ-
ſis], orent etiam hi qui in pœnitentia ſunt conſtituti : & poſt manus impoſitio-
nem , his quoque abſcedentibus , tunc fideles orare debebant. Quorum tres
orationes fiant : vna quidem , id eſt prima , per ſilentium : ſecunda verò , &
tertia , per vocis pronuntiationem : & tunc demum oſculum pacis dari debe-
re : & poſteaquàm presbyteri Epiſcopo pacem dederint , tunc etiam laicis dare ,
& tunc oblatio offeratur.] Si catechumeni , qui ad eruditionem & doctrinam
Chriſti ſuſcipiendam , ad Eccleſiam tenebantur accedere , & ad legendum in
Eccleſia , (miniſterio lectorum fuiſſe præpoſitos in Eccleſia Alexandrina , cùm in
reliquis omnibus contra obſeruaretur , auctor eſt Socrates [p]) per infinita tempora,
hoc eſt , per longi temporis ſpacium , ad illam non acceſſerint , & morbo gra-
uiori correpti , vel phrænèſi obmutceſcentes , loqui non poſſint , nec ſacroſancti B
baptiſmatis remedium , ab Eccleſia expreſsè vel tacitè depoſcere : ſi clericus vnus,
vel fideles aliqui teſtes extiterint , aſſerentes illum antequam ad Eccleſiam ac-
ceſſum omitteret , & in morum incideret , Chriſtianum eſſe voluiſſe , non dene-
gandum fore illi baptiſmum , quòd in veteri homine deliquiſſe videatur. De
phræneſi enim , vel alio graui morbo impeditis , & obmutescentibus , tractaſſe
hos Patres mihi probabile eſt : nam quid opus erat teſtimonio clerici , vel alio-
rum fidelium , quòd ille aliquando voluerit eſſe Chriſtianus , ſi ipſe voce clara,
pium religionis Chriſtianæ deſiderium poſſet exprimere ? aut quæ eſſe poſſet ambi-
gendi ratio , an conferendus eſſet baptiſmus ſano catechumeno pœnitenti , & ba-
ptiſmum petenti ? Cùm autem catechumenus ad Eccleſiam accedere ſæpe omi-
ſiſſet , & morbi neceſſitate impeditus , animi ſui ſenſa non poſſet iam exprimere: C
dubium probabile oriebatur , an baptiſmo eſſet tinguendus ? nam Eccleſiæ frequen-
tatio , omiſſa , & petendi tunc baptiſmatis prætermiſſum officium ſilentio , Epiſco-
porum animos in contrariam poſſet inclinare ſententiam. Sed obtinuit apud illos
pietatis magis , quam ſtricti & ſummi iuris conſideratio , placuitque vt ad con-
ferendum baptiſmum non tam præſentis , quàm præteriti temporis ratio habe-
retur : quòd in hoc nulla , in illo autem aliqua fidei & religionis ſuſcipien-
dæ , non adumbrata , ſed expreſſa documenta dediſſent. Quod & Afros do-
cuit Auguſtinus [q] Hiſpanorum conſilium ſequutus : [Catechumenis ergo (ait) in
huius vitæ vltimo conſtitutis , ſi morbo ſeu caſu aliquo ſic oppreſſi ſint , vt
quamuis adhuc viuant , petere tamen ſibi baptiſmum vel ad interrogata re-
ſpondere non poſſint : proſit eis , quòd eorum in fide Chriſtiana iam nota vo-
luntas eſt , vt eo modo baptizentur , quo modo baptizantur infantes , quo- D
rum voluntas nulla adhuc patuit. Non tamen propterea damnare debemus
eos qui timidiùs agunt , quam nobis videtur agi oportere , de pecunia con-
ſeruo credita , improbius quam cautius iudicare voluiſſe iudicemur : ſatis quip-
pe in talibus reſpiciendum eſt illud Apoſtoli , vbi dicit : Vnuſquiſque noſtrum
pro ſe rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus , ſunt enim
qui vel in his , vel etiam in aliis obſeruandum putant , quod dixiſſe Dominum
legimus : Nolite ſanctum dare canibus , neque proiecceritis margaritas veſtras
ante porcos. Et iſta Saluatoris verba referentes , baptizare non audent eos , qui
pro ſe reſpondere nequiuerint , ne fortè gerant contrarium voluntatis arbi-
trium Quod de paruulis dici non poteſt , in quibus rationis adhuc nullus eſt
vſus. Sed non ſolum incredibile eſt , nec in fine vitæ huius , baptizari catechu-
menum velle , verum etiamſi voluntas eius incerta eſt , multo ſatius eſt nolenti
dare , quam volenti negare , vbi velit an nolit ſic non apparet , & tamen credi- E
bilius ſit eum , ſi poſſet , velle ſe potiùs fuiſſe dicturum eſſe ſacramenta percipe-
re , ſine quibus iam credidit , non ſe oportere de corpore exire.] Quod non ſo-
lum ad impetrandum aquæ baptiſmum ſufficere , ſed & ad conſequendam æter-
nam felicitatem prodeſſe : (quia flaminis baptiſmus erat) dicemus poſtea [r].
Quod autem Patres hic in baptiſmo , hoc idem in baptiſmo & pœnitentia , ſeu
abſolutione pœnitentis edixerunt Concilij Arauſicani [s] Epiſcopi. [Subitò ob-
mutescens , provt ſtatutum eſt (forſan huius Concilij decretum intellexerunt:
nam aliud tunc fuiſſe mihi non occurrit) baptizari , aut pœnitentiam ac-
cipere , ſi voluntatis præteritæ teſtimonium , aliorum verbis habet , aut præſen-
tis in ſuo nutu.] In pœnitentia , ſeu abſolutione & Euchariſtia obmutescenti

danda,

[o] *Concilium Laodicenum, can. 19.*

[p] *Socrat lib. 5 c. 22.*

[q] *D. Aug. ſuſt. lib. 2. ad. lit. contra.*

Rom 14.

Matth. 7.

[r] *Cap 60.*

[s] *Conc. Arau. can. 11.*

A danda, Concilij Carthaginensis IV.[c] est constitutio. [Is qui pœnitentiam (ait) in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos inuitatus venit oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrænesim versus fuerit, dent testimonium, qui eum audiêrunt, & accipiat pœnitentiam: & si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia. Si superuixerit, admoneatur à supradictis testibus, petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ regibus, quandiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probauerit.] Hoc ipsum docuit Pollentium D. Augustinus;[u] postquam enim catechumenos obmutescentes morbi grauitate, baptizari posse & debere scripserat, addit: [Quæ autem baptismatis, eadem reconciliationis est causa, si forte pœnitentem finiendæ vitæ periculum præoccupauerit. Nec ipsos tamen ex hac vita sine arra suæ pacis exire debet velle mater Ecclesia.] Quòd si lenitatis & pietatis Christianæ officia hæc Concilia & Patres pœnitentibus publicis, ob grauiora delicta à Christi & Ecclesiæ communione repulsis & graui ægritudine obmutescentibus impertiunt, vtramque illis in extremo vitæ spiritu restituentes; cur reliquis peccatoribus priuatis eâdem morbi & linguæ grauitate loqui impeditis, si aliqua vel signis, vel nutu, vel verbis paulo antè pœnitentiæ signa expresserunt, illa denegabitur? Retinendam enim firmiter censeo, quam paulo superiùs ex Augustino[x] sententiam citauimus. [Etiam cùm ægrotantis voluntas incerta sit, multo satiùs esse nolenti dare, quàm volenti negare, vbi velit, an nolit, sic non apparet, & tamen credibiliùs sit eum, si posset, velle se potiùs fuisse dicturum esse sacramenta percipere, sine quibus iam credidit non se oportere de corpore exire.]

[c] *Conc. Carthag. can. 75.*

[u] *D. Augu. lib. 1 adulter. coniug. Pollentium, c. fin*

[x] *August. vbi s.*

COMMENTARII NOVI.

QVæ tandem res illa, seu quæstio, quæ hoc canone disceptatur? vtrumne id in eo constituitur, Baptismus, vt Catechumeno Apostatæ, vt ita dicam, non denegetur simul, atque sese obtulerit, tametsi non se legibus Catechumenatus alligandum tradiderit, si testificationibus verissimis comprobarit aliàs se catechumenatus tempus præfinitum traduxisse? id sanè credibile non est, quo fidem faciat canon ille cum in eo de vno quodam, qui paganismum olebat (vetus inquam homo habebatur) disseritur, qui quod longo interuallo à Christiana fide defecerat, penitus paganus, & Ethnicus existimabatur, eratque. Neminem autem fugit non ante quemquam paganorum sacro fonte ablui solitum, quam institutus, instructúsque esset, & salutaribus Catechumenatus legibus eruditus perpurgaretur. Accedit eodem, quod si Catechumeno ob flagitia, & crimina in ipso catechumenatu perpetrata, catechumenatus tempus protraheretur, probatius multo futurum, vt catechumenus Apostata, qui idololatriæ sese scelere obstrinxisset & catechumenatū suum, ipsamque Ecclesiam per infinita tempora desiderasset, iterum catechumenatus curriculum, quod alias percurrisset conficere.

An verò præscriptum vti ad baptismum suscipiendum Cathecumenus, Apostata ipso priùs catechumenatus curriculo decurso recipiatur, ac si aliàs nunquam in ipsum ingressus esset? sed testimonium, seu argumentum, quod canone ipso desideratur, ei aduersatur penitus. Quorsū quæso vt inter catechumenos reponeretur, necesse & prius recognoscere, fuerit necesse aliquando è catechumenorum numero? Deinde nulla conditio, requirebatur in eo casu: siue enim id aliquo testimonio confirmari posset, siue nulla testificatio proferretur: nevitiis, atque flagitiis coopertus quisquam repelli poterat, aut excludi à catechumenatu, aut à Baptismo. Neque enim Ecclesia nunquam eo de facto dubitauit; quid, quod facile est videre, non aliam ob causam illam testimonij authoritatem comparari, quam vt Apostata ille subleuetur; & patrocinio quodam fulciatur. Quod tandem beneficium aut gratia illa dicit potest eiusmodi hominem inter Catechumenos reponi, eumque interim baptismo priuari, donec plenum, ac integrum catechumenatus temporis spatium, ac si in eo nunquam stetisset decurrerit?

Quidquid tandem afferatur non satis ad testes accommodari poterit; neque si dicas quorundam fuisse sententiam eiusmodi Apostatas diutiùs, quàm cæteros Catechumenos, in ipso catechumenatu detinendos, quod à fide defecerant, Patrésque hanc nimiam in

Ferd. de Mendoza.

eos acerbitatem ſuſtuliſſe Catechumenatúmque eis duorum annorum, & non ampliùs præſcripſiſſe: ſi modo teſtes inueniri poſſent, qui eos olim Catechumenos fuiſſe affirmarent. Sed quid opus erat teſtibus ad confirmandum eos olim fuiſſe Catechumenos, cum id ipſum in hoc canone ſupponatur, & detur, & de his agatur, qui fuiſſent Catechumeni. Nihil opus eſt probatione ad euincendum, quòd ita eſſe ponitur: imò vt leuiùs caſtigarentur, contrarium potiùs erat probandum, eos ſcilicet nunquam fuiſſe Catechumenos, qui ob hanc maximè cauſam erant inuiſi, & puniendi, quòd ab Eccleſia deſciuerant.

Quæ me res eò prorsùs pellicit, impellítque, vt nihil eorum, quæ dixi, in canonis illius ſenſum intelligentiámque quadrare putem, ſed exiſtimârim agi de Catechumeno Apoſtata, qui mortis inſperatæ diſcrimine interceptus Baptiſmum peteret, & cui ante vox intercluderetur, quam ad eum acceſſiſſet Preſbyter; id ſi ita ſit, omnia Canoni conſonant, conſentiúntque: omnibus quippe Canonibus paſſim legas deſiderari teſtimonium aliquod, quo ij baptizentur, quibus erepta vox eſt: non ſecus atque requiritur pœnitentium maximè cauſa, aut excommunicatorum, quibus hoc ipſum incommodum obtigiſſet, canon. 76. Conc. lium Carthaginenſ. 4. *Qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu dum ad eum Sacerdos innitatus venit, oppreſſus in infirmitate obmutuerit, vel in frameſim verſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam; & ſi continùò creditur moriturus, reconciliatur per manus impoſitionem, & infundatur ori eius Euchariſtia. Si ſuperuixerit, admoneatur à ſupradictis teſtibus petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quandiu Sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probauerit.* Can. 12. Araſic. 1. *Subitò obmutescens provt ſtatutum eſt baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu.* Leon. epiſt. 89. ad Theodor. Foroiul. Epiſcop. *Quod ſi aliqua ægritudine ita fuerint aggranati, vt quod paulò ante poſcebant ſub præſentia Sacerdotis ſignificare non valeant, teſtimonia eis fidelium circunſtantium prodeſſe debebunt, vt ſimul & pœnitentia, & reconciliationis beneficium conſequantur, ſeruata tamen regula Canonum paternorum circa eorum perſonas, qui in Deum à fide diſcedendo peccarunt.* Quibus locis, Patres eos eſſe baptizandos, quemadmodum ſtatuunt, qui morbo obmutuerant, ſi reperiantur, qui teſtimonium dicant iiſque verbis vtuntur: *Si teſtimonium aliorum verbis habet.* Item, *dent teſtimonium qui eum audierint.* Item, *Teſtimonia eis fidelium circunſtantium prodeſſe debebunt:* Non aliter hoc canone moribundi, & multi baptizari iubentur, *ſi eum de clero quiſquam agnouerit, voluiſſe eſſe Chriſtianum, ac teſtes aliqui exiſterint fideles*, quorum ſcilicet fide, & teſtimonio opus erat, ne inuito, & non petenti Chriſti ſacramenta præberentur.

Huic explicationi non minimum repugnare videntur hæc verba: *Eo quod in vetere homine deliquiſſe videatur*, quid enim attinebat eius culpam minuere; cuius nullum tam graue facinus ſtare poterat, quod baptiſmi gratiam impediret? ſed quidquid tandem in hunc canonem dixeris, ea ipſa verba nominus obſtare reperientur. Præterea magnum erat inter Catechumenos, & Gentiles diſcrimen, horum leuia ducebantur flagitia, *illorum* tametſi non omnino cenſerentur Chriſtiani grauiùs puniebantur, quam Gentilium, nec aliunde id potuit accidere, quod quidam dubitarent, an eſſent baptizandi, qui eiurata fide ad idololatriam rursùs, & deorum cultum animum applicârent: neque ita ratio dubitandi aliena erat ab auſtera, ſeueráque diſciplina temporis illius, quo Concilium indictum eſt: nam cum iiſdem temporibus, & ob eaſdem cauſas abſolutio Apoſtatis, qui immolarant, in morte denegaretur, iiſdem iudiciis hos Apoſtatas Catechumenos feriendos eſſe, erant, qui ſuſpicarentur: quod dubium tollitur hoc Canone, atque eodem docent PP. in Catechumenis Apoſtaſiam minus flagitioſam videri, quod non eſſent Chriſtiani, & errore, atque ignorantia ducerentur, & peccarent.

Nunquam ad Eccleſiam acceſſerit, deſierit eſſe Catechumenus.

Cognouerit eſſe Chriſtianum, voluiſſe eſſe Chriſtianum, ita legendum ex vulgari lectione: hoc eſt, ſi quiſquam audierit, Baptiſmum eum antequam obmutesceret, petiiſſe.

Eo quod in veterem hominem, vulgaris *in vetere homine*, & meliùs: nam quidquid peccárant antequam ad fidem accederent, Chriſtúmque agnoſcerent, Gentiles id in vetere homine, Adamo, & in ſtatu ignorantiæ factum, & admiſſum accipiatur, atque adeò eorum peccata inuoluntaria vocabantur. His igitur *vetus homo*, paganum deſignari putes. Ita loquuntur Scriptura, Patres, Concilia, Tertull. de pudicit. *Vt roque homine purgatus*, Pagano, & Hæretico: S. Leo epiſt. 91. *A conditione veteris hominis liberari.* Aiunt igitur Catechumenum, qui per infinita tempora militiam Chriſtianam, tyrociniúmque deſeruerit baptizandum eſſe, eiuſque Apoſtaſiæ peccatum, à Gentili, non à fideli commiſſum cenſeri debere. ALBASPINÆVS.

Olim adſulti qui Baptiſmum efflagitabant, diuerſis nominibus appellabantur, Chriſtiani ſtatim ac petebant Baptiſmum, Concilium Conſtantinop. 1. can. 7. *Quicunque ex his recta fidei adſcribi volunt, vt Græcos admittimus: & primo quidem die ipſos Chriſtianos facimus, ſecundo Catechumenos; denique tertio exorcizamus; ſiue adiuramus ipſos, ter ſimul in faciem eorum, & aures inſufflando, & ſic eos catechizamus, & curamus, vt longo tempore verſentur in Eccleſia, & audiant ſcripturas, & tunc eos baptizamus.* Et Conſtantinopolit. 6. canone 95. *Omnes ex iis, qui ad rectam de fide ſententiam volunt accedere, vt Græcos recipimus, & primo quidem die eos Chriſtianos facimus, ſecundo aures inſpiramus, & ſic initiamus, & diu in Eccleſia verſari, & ſcripturas audire facimus; & tunc ipſos baptizamus.* Poſtea audientes, ſeu auditores eo quod Chriſtianæ Religionis elementa, ſeu dogmata audirent Tertul. *de pœnit. d. cap.* 6. D. Cyprian. *epiſt.* 13. & 14. Beda *lib.* 2. *comment in Eſdram*, ibi. *Noua vita auditoribus Symbolum fidei tradimus, quod per* 12. *Apoſtolos ordinatum eſt.* Etiam dicebantur Nouitioli,

A tioli, Catulli, Tertull. *de pœnit. cap.* 6. Tyrones D. Hieronym. ep. 1. *Recordare tyrocinij tui diem.* D. Auguſtin. lib. 2. de fid. ad Catechum. cap. 1. *Nomina profitentium in libro excipiuntur vitæ, non à quolibet homine, ſed à ſuperiore cœlitus poteſtate optimi iam tyrones Dei.* Appellabantur etiam initiati Concil. Conſtant. *d. can.* 6. & 7. Competentes poſtquam iam probati erant in fide, & moribus D. Auguſt. *tom.* 10. *ſermone* 116. ad competentes Sanct. Patian. *ſerm. de Baptiſm.* D. Iſidor. de Eccleſiaſt. offic. cap. 22. *Electi*, ideſt, qui poſt ſcrutinia, de quibus egi *in cap. vnico de ſcrutinio in ordine*; deſtinati erant ad Baptiſmum S. Leo *epiſt.* 4. *c.* 5. & 6. licèt eam nominis rationem improbet Vaſquez *tertia parte, in* 3. *part. diſput.* 166. *c.* 3. § 22.

B

Catechumeni tempore catecheſis ad Eccleſiam accedebant, & ibi omnes Chriſtianorum ritus diligenter obſeruabant, ibique erudiebantur, & cum Euchariſtiæ Sacramentum recipere non poſſint, pane benedicto, vel ſale inſtar cœleſtis pabuli refici debantur, Concil. Carth. 1. can. 5. *Item placuit vt etiam poſt ſolemniſſimos Paſchales dies Sacramentum Catechumenis non detur; niſi ſolitum ſal: quia ſi fideles per illos dies Sacramentum non mutant, neque catechumenis oportet mutari*, D. Auguſt de peccat. merit. & remiſſ. c. 26. in illis verb. *Non huiuſmodi eſt ſanctificatio. Nam & Catechumenos ſecundum quendam modum ſuum per ſignum Chriſti, & orationem & manus impoſitionem puto ſanctificari: & quod accipiunt, quamuis non ſit corpus Chriſti, ſanctum eſt tamen & ſanctius, quam cibi, quibus alimur: quoniam Sacramentum eſt.* Etiam miſſæ interetant, vſque dum Euangelium legeretur, tunc Diaconus proclamat: *Ite Catechumeni in pace:* D. Clemens lib. 2. conſtit. cap. 61. in illis verb. *Poſt hæc omnes ſimul vſurpantes, & ad Orientem conuerſi poſt Catechumenorum, & pœnitentium exitum ſupplicent Deo, idque ad Orientem.* Iſidor. *lib.* 6. *etymol. cap.* 16. quia ad communionem non admittebantur, nec ad orandum cum cæteris fidelibus, Concil. Arauſic. *can.* 19. ibi: *Catechumeni nunquam admittendi ſunt etiam inter domeſticas orationes.*

C

His, & aliis peractis Catechumenus hominem probatæ vitæ, & virtutis quærebat, cuius ductu, atque auſpiciis ad Epiſcopum iret, vt expreſſit Dionyſius de Eccleſiaſt. Hierarch. *cap. de Baptiſm.* in hunc modum: *Qui autem horum, quæ verè cœleſtia ſunt, particeps fieri cupit, cum ad aliquem eorum, qui initiati ſunt, adyt, ſuadet ille quidem vt ſe ad Sacerdotem ducat: illum autem horror quidem repente, reique difficultas deterret, ad extremum tamen id, quod petiuit, benignè ſe facturum eſſe promittit, acceptúmque eum ducit ad Sacerdotem, hic vero latus manum eius capiti admonet, ſignóque edito, Sacerdotibus imperat, vt viri, atque ſponſoris nomina perſcribant.* Iuſtinus Martyr. *q* 56. ad orthodox. *Digni autem ſunt baptiſmi commodu fidé eorum, qui illos ad baptiſmum offerunt.* Tunc Epiſcopus ſuſceptorem, ſeu ductorem de moribus, ac poteſtate Catechumeni atteſtationem tequirebat D. Clemens *lib.* 8. *conſtit. capit.* 38. de baptiſmo loquens ait: *Iſqui adduxerunt teſtificentur, ſingulà diligenter exponentes; exquirantur autem eorum mores, & vita*: Dionyſius Areopag. *lib de Eccleſ. Hierarch. cap. de baptiſmo*, dum omnes baptiſmi ritus, & præcipuè fidei Chriſtianæ tyrocinia diligenter exequitur, ait: *Ad virum, qui adeſt, venit, eumque rogat, cur venerit. Ille, poſteaquam pro ſuo in Deum amore ex ijs, quæ ab eo qui illum accepit, tradita ſunt, Dei priuationémque veri boni, atque actionis diuinæ vitæ vacuitatem accuſauit, petiitque, vt eo quaſi ſequeſtrè Deo, & ijs, quæ ad Deum pertinent, patiatur: tum ei exponit rationem perfectam, qua ad Deum accedendum eſt, explanatáque eidem diuina vita, & vt ita dicam, conuerſatione; ex eo præterea quærit, num ita inſtituat viuere, cum promiſit manum eius capiti admouit*, &c.

D

Quibus ita præiactis exiſtimabam, in præſenti canone non agere PP. de Catechumeno ſubitò obmutéſcente, vel in mortis periculo poſito, ſed de eo, qui cum per infinita tempora, id eſt, incerta, *l. conditionum* 91. *ff. de condit. & demonſtr.* ad Eccleſiam non acceſſit cum cæteris Catechumenis, & tamen petit Baptiſmum, & eſt clericus ductor eius, aut alij fideles interrogati ab Epiſcopo, vt moris erat, atteſtantur illum Baptiſmum petiiſſe, ſed per multa tempora ad Eccleſiam non acceſſiſſe; admittendum eſſe ad Baptiſmum: quia in veteri homine deliquiſſe videtur: ſi enim PP. agerent de Catechumeno ægrotante, & ſubitò obmutéſcente, non erat ratio dubitandi cur Baptiſmus illi non eſſet conferendus; ſiquidem energumenis, & Gentilibus aduerſa valetudine cap. Baptiſmum efflagitantibus conceditur ſup. *in can.* 32. & 37. Circa Catechumenum autem ſanum petentem Baptiſmum poſt longam abſentiam ab Eccleſia magna erat dubitandi ratio, an videlicet iterum reducendus eſſet ad gradus Catecheſis, baptiſmúſque denegandus donec piè & deuote expleret tempus Catecheſis, & hoc indulgent PP. concedendo illi Baptiſmum, quia in veteri homine deliquiſſe videtur. GONZALEZ.

E

SI EVM DE CLERO QVISQVAM AGNOVERIT, voluiſſe eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles.

TAnta fuit iam inde à priſcis temporibus Sacerdotum apud graues viros auctoritas, tanta teſtimonij ipſorum fides, tantum aſſertæ ab his & confirmatæ veritatis pondus: & vnius ſententia (quod ex hoc canone apparet) multorum fidelium interpoſitam fidem adæquauerit.

COMMENTARII NOVI.

OB ſanctimoniam, & præclaram vitam miniſtrorum Eccleſiæ plerumque legimus vnius teſtimonio fidem adhiberi, vt Epiſcopo *in l. 1. C. Theodoſ. de Epiſcop. audient.* *omnes* 11. *q.* 1. Monacho, *in* priuilegio monachis Benedictinis conceſſo, quod retuli *in cap. veniens* 10. *de teſtibus*; vbi plura adduxi *de* vnico teſte. GONZALEZ.

QVOD IN VETERI HOMINE deliquiſſe videantur.

CAPVT VIGESIMVM.

Peccata ante Baptiſmum, cur leniùs caſtiganda, quàm quæ poſt Baptiſmum commiſſa.

PEccata ante Baptiſmum, faciliùs remitti debere cenſent Epiſcopi, quòd ipſa humanæ naturæ imbecillitas gratiâ Sacramentorum deſtituta, & primi parentis peccato debilitata, vt labendi habet facilitatem, ſic & veniæ promerendæ, & impetrandæ difficultate affici, premíque non debeat. Veterem hominem vocant Patres primum parentem: & delinquere in veteri homine, idem eſt prorſus, quod peccato orignis imbecillem labi: quod referunt ad crimen extenuandum. Ideo Auguſtinus [y] recenter natos, ante Baptiſmum membra primi hominis vocat: poſt Baptiſmum verò, membra Chriſti.

[y] *D. Aug. lib. 1. de nupt. & concupiſc. cap. 4.*

In codicibus manuſcriptis legitur, Quòd veterem hominem dereliquiſſe videantur: quæ lectio minus placet, quia quod Patres contendunt illud eſt, vt ad ſuſceptionem Baptiſmi, catechumenis non obſit negligentia illa & delictum, quòd ad Eccleſiam per infinita tempora non acceſſerint: quod eleuant, ad primi parentis peccatum, & naturæ debilitatem, culpæ rationem referentes. Cui non conſonat ratio verborum reddita in manuſcriptis, quòd veterem hominem dereliquiſſe videantur.

COMMENTARII NOVI.

GRauiores lapſus Eccleſiam cenſuiſſe, eorum, qui iam eruditi in præceptis diuinis, & intra præmium Eccleſiæ conſiſtentes à veritatis ſemita deflectebant, quàm eorum, qui nondum imbuti diuinis myſteriis ſcelera patrabant, conſtat ex *can. 2. & 5. huius Conc. cap. eam vero* 50. *diſt. can.* 11. *Concil. Nicæni*, vbi notauit *Albaſſin.* neque contrarium ſtatuitur infrà *in can.* 67. cuius veram interpretationem, in eius notis dabimus. GONZALEZ.

De fidelibus, ſi apoſtatauerint, quamdiu pœniteant.	*De fidelibus, ſi apoſtatauerint, quamdiu pœniteant.*
Canon XLVI.	*Canon XLVI.*
Si quis fidelis apoſtata per infinita tempora ad Eccleſiam non acceſſerit, ſi tamen aliquando fuerit reuerſus, nec fuerit idololatra, poſt decem annos placuit, eum communionem accipere.	Si quis fidelis apoſtata per infinita tempora ad Eccleſiam non acceſſerit, ſi tamen aliquando fuerit reuerſus, nec fuerit idololatra, poſt decem annos placuit, eum communionem accipere.

CAPVT

A

CAPVT VIGESIMVM-PRIMVM.

Qui apoſtatarum nomine hîc contineantur.

QVi deſerta, aut violata Chriſtianæ religionis profeſſione, quam ſemel emiſerant, ad errores Gentium, vel profana ſacrificia reuerterentur, apoſtatas olim nuncupatos, Theodoſius & Valentinianus [a] AA. teſtes. Cùm enim de eorum crimine puniendo agerent, qui apoſtatarum nomine comprehendi deberent; ſic explicarunt: [Sed nè huius interpretatio criminis latius in incerto vagetur errore eos præſentibus infectamur oraculis, qui nomine Chriſtianitatis imbuti, ſacrificia ſacrilega, vel fecerint, vel facienda mandauerint.] Id anteà probaſſe, & docuiſſe videtur Siricius [b] Papa: [Additum eſt etiam (inquit) quoſdam Chriſtianos, ad apoſtaſiam (quod dici nefas eſt) tranſeuntes, idolorum cultu, ac ſacrificiorum contaminatione eſſe profanatos, quos à Chriſti corpore, & ſanguine, quo dudum redempti fuerant renaſcendo, iubemus abſcindi.] De his tamen huius Concilij Patres non meminiſſe, illa verba indicant: [Nec fuerit idololatra] quòd iam prioribus canonibus de eiſdem ſub idololatrarum, & ſacrificatorum nomine latiùs egiſſent. Volunt tamen eos, qui velut Athæi Chriſtianam religionem deſeruerint, quam ſemel ſuſceperint, & ad Eccleſiam accedere recuſauerint, nec idolorum vanitatibus ſacrilegis ſe contaminauerint, poſt decennij tempora, communionem ſuſcipere, pœna (vt ita dixerim) omiſſioni potiùs, quàm commiſſioni impoſita, hoc eſt, deſertioni fidei potiùs, quàm Gentilis erroris admixtioni addita. Niſi apoſtatas hic pro hæreticis vſurpari quis dicat: quod facilè non improbarim, quòd ſciam apoſtatas, hæreticos eſſe, & hæreticorum pœnis coërcendos Bonifacij VIII. [c] conſtitutione Quare Tertullianus [d] [Perſecutio (ait) Martyres facit: hæreſis apoſtatas tantùm.] Vnde Anacletus, [e] ſiue quicunque illius Epiſtolæ ſit auctor [Accuſandi (inquit) vel teſtificandi licentia denegetur his, qui Chriſtianæ religionis, & nominis dignitatem, & ſuæ legis, vel propoſiti normam, aut regulariter prohibita neglexerunt. Tranſgreſſores enim ſponte legis ſuæ, eiuſque violatores, apoſtatæ nominantur. Omnis enim apoſtata refutandus eſt ante reuerſionem ſuã: non in accuſatione rectè agentium, aut teſtimonio ſuſcipiendus, ſiue aduerſus hos, ſiue aduerſus illos.] Grauiùs ſe geſſit Concilium Arelatenſe; [f] [De his, qui apoſtatant (ait) & antequam ad Eccleſiam ſe repræſentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & poſteà in infirmitate arrepti, petunt communionem; placuit, eis non dandam eſſe communionem, niſi reualuerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ.

B

C

D

Hodie autem apoſtatas omnes, ſiue vnius fidei dogmatis, ſiue totius Chriſtianæ religionis deſertores, Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis ſubiici, & pœnis hæreticorum coërceri ſcitum eſt: reſipiſcentes tamen admitti poſſe & debere ad Eccleſiæ vnitatem, omiſſa damnationis ſententia (quam traditionem ad curiam vocant (Eymericus [g] docet: cuius ſententiam pleniori (quòd aiunt) ſcriptorum ore laudatam aſſiduoque & frequenti Inquiſitorum vſu receptam Franciſcus Penna [h] eruditè refert, docte probat, piè confirmat. Si enim clementiæ & benignitati aditus ab Eccleſia erga Apoſtatas reſipiſcentes præluderetur, aut rarò aut nunquam ad ſeſe Chriſtianoſque mores redirent: cùm tamen interſit Eccleſiæ maximè, illos ad pacem manſuetudine & lenitate inuitari, non rigore & ſeueritate terreri.

Poſſemus etiam, apoſtatas hîc eos interpretari, qui longiſſimi ſolùm temporis ſpatio ab Eccleſia abfuiſſent & à frequenti ſacramentorum ſuſceptione.

E

[a] *Theod. & Valen. in reſcripto ad Baſſ. P. in l. 4. C. de apoſt.*

[b] *Siricius Papa epiſtola 1. ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum, cap. 3.*

[c] *Bonifacius VIII in c. contra Chriſtianos de hæreti. in 6.*

[d] *Tertul. de præſcriptione aduerſus Hæreticos.*

[e] *Anacletus epiſt. 1. ad omnes Epiſcopos, cap. 1.*

[f] *Conc. Arelatenſ. 1. can. vltimo.*

[g] *Eymericus 2. parte directorij quæſt. 49.*

[h] *Franciſcus Penna in commentariis ad Eymericum eadem 2. parte & quæſtione.*

COMMENTARII NOVI.

PRæcedenti, ſeu ſuperiori canone quid fieri, agique oporteat contra Apoſtatas Catechumenos, vt ita dicam actum, & diſputatum: hoc autem quid contra Apoſtatas fideles, atque hoc præcipuè, vt decem annorum pœnitentiam facere cogantur, ſi non Diis immolarint, alioquin Concilium illis, vel in ipſo exitu, ſeu morte abſolutionis ſpem eripit.

Si tamen aliquando fuerit reuerſus, ante mortem ſcilicet, nam ſi in infirmitate, & ſolo mortis metu veniam flagitaret, repellendi erant omninò *canone vltim.* Arelat. Concil. primi.

Nec fuerit idololatra, nam ſi ſcelus geminaſſet, vt loquuntur, ne in morte quidem erat in gratiam reſtituendus. ALBASPINÆVS.

Apoſtaſiam Gloſſa in c. 1. *de Apoſtatis*, triplicem conſtituit; Primam ſcilicet perfidiæ, cum quis recedit à fide *cap. non poteſt.* 2. q. 7.

Secundam inobedientiæ, quando quis transgreditur præceptum *c. siquis venerit, c. illud de maiorit. & obed.* Tertiam irregularitatis, cum quis recedit ab ordine suo, siue religione suscepta *c. vlt. 50. dist. c. 1. de Apostatis.* Theologi Scholastici rem aliter exponunt. D. Thom. eorum apex. 1. 2. *quæst.* 84. *art.* 2. ponit duntaxat duplicem Apostasiam, vt prior sit auersio à Deo; posterior nolle subdi Deo: sed 2. 2. *q.* 12. *art.* 1. disertè ait Apostasiam, quæ est discessio à Deo esse triplicem, videlicet defectum à Religione, à bona vitâ, à fide Dei, Du-Vallius *in tract de fid. quæst.* 8. ait, Apostasiam latine significare defectionem, seu recessum à re aliqua, siue bona, siue mala, ita vt nomen hoc ex se, & ex prima sui institutione sit quid indifferens; communiter tamen in Scriptura, & Patribus, atque secundum ordinarium loquendi modum significat recessum à Deo, cui anteà Apostata ipse contingebatur. Vnde quia priuatio, qualis videtur esse Apostasia, per habitum cognoscitur, & mensuratur, quot modis contingit aliquem Deo contungi, tot modis etiam ab eo delicere, seu recedere certũ est. Deo autem coniungimur. Primò, per fidem, quatenus veritatibus, quas nobis per Ecclesiam reuelauit, assentimur. Secundò, per obedientiam, seu obseruationem præceptorum eius. Tertiò, per statum Clericalem: hic enim status diuino obsequio clericos magis, quam laicos addicit, & mancipat. Quartò, per statum religionis, cum enim religio à religando deducatur, non est dubium, quin status religiosus arctiùs Deo nos coniungat, quam laicus. Tot ergo modis contingit aliquem a Deo recedere, quamuis tamen recessus a fide magis propriè appelletur Apostasia, quàm tres alij, qui in voluntate consistunt, vbi recessus à fide pertinet ad intellectum, & est propterea species infidelitatis. Sed de quibus Apostatis in præsenti Canon. agatur videamus: Et non agi de hæreticis patet; Tùm quia superfluitatis argueretur hic Canon, siquidem ferè eisdem verb. decennij pœnitentia illis iniuncta fuit supra in *can.* 22. Vndè ad quid eadem sanctio repetenda erat? Tùm quia hæretici, qui in aliquem fidei errorem inciderant, nunquàm hæresi adiungunt idololatriam, cum illi verum Deum in suo sensu, & sententia agnoscant: idololatræ verò cultum Deo exhibendum idolis impendunt. Vndè dum PP. in præsenti Canone agunt de Apostatis, qui non fuerunt idololatræ, manifestè excludunt hæreticos circa quos necessarium non erat illam exceptionem ad icere, *nec fuerit idololatra.* Hic igitur omissa sententia existimo in hoc canone agi de fidelibus Apostatis, qui à recto proposito recedentes eo vndè digressi fuerant, pedem referebant, ad Ecclesiam cum orthodoxis fidelibus non accedendo, imò potiùs cum Iudæis, Gentilibus, seu paganis communicando, qui si ex Iudæis baptizati erant, ad ritus Iudaicos redibant; si verò ex gentilitate conuersi, ad incredulitatem veniebant deserentes fidem amplexam, ad idolorum sacrificia reuertebantur. De his statuunt PP. vt si tantum Apostatæ sint, id est recesserint ab Ecclesia per infinita tempora, non tamen ad idololatriam, & sacrificia Gentilium redierint sed tantum inter Gentiles versentur non accedentes ad Ecclesiam per decennium agant pœnitentiam si reuertantur. GONZALEZ.

SI TAMEN ALIQVANDO FVERIT reuersus, nec fuerit idololatra: post decem annos, eum communionem suscipere.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

Expresso Hispaniæ decreto errorem Nouatiani improbari.

SEmel lapsos non esse ad communionem & pœnitentiam admittendos; antiqua fuit Nouatiani hæresis, quam nonnullos Episcopos Afros probasse, testis est D. Cyprianus. [1] Hanc tacitè quinimo expressè reprobant Episcopi Hispani in hoc canone, dum illis reuersis, post decennem annorum pœnitentiam, communionem indulgent: si idololatriæ crimine non se polluissent: nam his communionem Dominicam, etiam in vltimo vitæ spiritu, non pœnitentiam negauerunt, in canone primo & aliis huius Concilij.

Hinc etiam apparet, falsò huic Concilio errorem obiici Nouatiani veniam lapsis denegantis, cum apostatis hìc resipiscentibus non solùm veniam, post decennij cursum, sed & Eucharistiæ communionem concesserit, quam solùm aliis criminibus denegatam, non absolutionem, obseruaui superius. [k]

[1] *D. Cyprianus lib. de Lapsis.*

[k] *Lib. 1. cap. 9.*

COMMENTARII NOVI.

EX hoc canone facilè deprehenditur duo Apostatarum genera esse, quorum vnum à religione Christiana defecerat, ad Ecclesiam per infinita tempora non accedendo, non tamen se fallorum Deorum cultui mancipando, aut vila se idololatriæ polluentes; alterum eorum

Ille ratem celeri rapuit fugitivus ab ancla
Et tumidum movit velis aquilone secundo.
Ventus erat pelago, ventus non defuit urbi.
Ille sinum magno complevit carbasa flatu
Et cursum tenuit longe sibi lumine puppis
Ostendente viam. Quae postquam defuit illum,
Ut solum vidit fluctus, ut nulla videri
Iam tellus, ut nec possent discernere montes
Nubibus et caelo diversa in nocte tenentes,
Ut non ulla daret stellarum lucida signum
Nox, quae dirigeret cursum, quae monstraret euntem,
Ignarus regni, quae sit regio aspera frigore
Quae vergat zephyris, quae terra ferventior austro,
Quo tendat, qua lege meet, sic tramite recto
Labitur, ac medium tenuit non segnis Eoas
Et Libycas inter metas Hesperiasque profundum.
Sed postquam Phoebi flammis exustus aperti
Aetheris ardebat campus, cum Cancer in igne
Solis erat totus, non illum nubila caeli
Nec matutinae tenuerunt roscida nebulae,
Non Arctophylacis conversa sub axe iacentis
Parcarum prohibuit quicquam Bootes aquosus.
Ille dies primus, primus sub sole calores
Attulit et nullis exustum nubibus aethera
Vidit et arentes sine fine patescere campos.
Tum vero cupiens fessis occurrere membris
Corpore de nudo labentem detrahit undam
Perfundens avidum rapta cum veste laborem
Et quotiens tunicae conceptum hausere liquorem,
Tam toties ore premit expressumque remittit
Ad sua membra sinu. Non umquam gurgite tanto
Ille natans fessis optavit adesse carinis
Quam modo, ne quicquam spatio distare putaret
Quod tegeret terras. Ut vero lassata senectus
Deficere atque oculos nox alta premere coepit,
Ut vires nullae remis, ut languida toto
Corpore brachia sunt, ut nec iam sanguine aperto
Tinguere iam possit salsas manus, ut natet inter
Fluctus, ut ipsa sibi iam desit spesque salusque,
Tum demum fessum cupiens requiescere pontum
Ad Rhodon Haemoniam tendit. Sed fata negabant
Ille quidem ignarus, quae sit regio aspera frigore
Quae vergat zephyris, quae terra ferventior austro,
Quo tendat, qua lege meet, sic tramite recto
Labitur, ac medium tenuit non segnis Eoas
Et Libycas inter metas Hesperiasque profundum.
Sed postquam Phoebi flammis exustus aperti
Aetheris ardebat campus, cum Cancer in igne
Solis erat totus, non illum nubila caeli
Nec matutinae tenuerunt roscida nebulae,
Non Arctophylacis conversa sub axe iacentis
Parcarum prohibuit quicquam Bootes aquosus.
Ille dies primus, primus sub sole calores
Attulit et nullis exustum nubibus aethera
Vidit et arentes sine fine patescere campos.
Tum vero cupiens fessis occurrere membris
Corpore de nudo labentem detrahit undam
Perfundens avidum rapta cum veste laborem
Et quotiens tunicae conceptum hausere liquorem,
Tam toties ore premit expressumque remittit
Ad sua membra sinu. Non umquam gurgite tanto
Ille natans fessis optavit adesse carinis
Quam modo, ne quicquam spatio distare putaret
Quod tegeret terras. Ut vero lassata senectus
Deficere atque oculos nox alta premere coepit,
Ut vires nullae remis, ut languida toto
Corpore brachia sunt, ut nec iam sanguine aperto
Tinguere iam possit salsas manus, ut natet inter
Fluctus, ut ipsa sibi iam desit spesque salusque,
Tum demum fessum cupiens requiescere pontum
Ad Rhodon Haemoniam tendit. Sed fata negabant

A quennium imponebatur *can.*69, huius Concilij, vel per ſeptennium *can.*7. infrà Concil. Ancyr. *can.*20. ibi : *Si cuius vxor adulterium fecerit, aut vir in alienam vxorem irruerit ſeptem annis pœnitentiam agat*, & *can.* 7. Aliquandoque quindecim annorum pœnitentia imponebatur. D. Baſil. ad Amphiloc. *cap.*58. *Qui adulteravit in quindecim annis ſacramentis non communicabit. In his autem quindecim annis ſic quoque diſpenſabitur. Quatuor annis erit deflens, quinque audiens, quatuor ſubſtratus, in diebus conſiſtens ſine communione.* Sed ſi non ſemel imò ſæpè ſæpius in mœchiam fidelis incideret pœnitentia nec in fine ei concedebatur

B iuxta *canonem* 7. ſupra, & D. Cyprian. *epiſt. ad Anton. Epiſc.* in illis verbis : *Et quidem apud anteceſſores noſtros quidam de Epiſcopis iſtis in Provincia noſtra dandam pacem mœchis non putaverunt, & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt* : vſque dum Zephyrinus ſtatuit veniam illis eſſe indulgendam, pacemque concedendam, vt refert Tertull. *de pudicit.* ipſum decretum Zephyrini acerrimè impugnans, ad quid autem neceſſaria erat Zephyrini indulgentia, ſi iam mœchi relapſi admitterentur ad pœnitentiam, vt doctè probat Albaſpin. *lib.*2. *obſerv. cap* 17. & 18. Vndè iuxta hanc ſeueram Eccleſiæ diſciplinam PP. in præſenti ſtatuunt, vt ſi fidelis habens vxorem in quo exoſius eſt hoc delictum non ſemel, ſed ſæpiùs fuerit mœchatus perſiſtens in ipſo reatu in fine eſt conueniendus, ideſt iudicandus, vt ſi per totam vitam fuerit mœchatus, ad pœnitentiam non admittatur ex *canne* 64. huius Concilij. Si autem non continuo, ſed ſæpè fuerit mœchatus & in fine vitæ poſitus promiſerit, ſe ceſſaturum, detur ei communio, ſed ſi reſuſcitatus id eſt, conualeſcens ab ipſa infirmitate, vt in *c. ſiquis de corpore cap. qui recedunt, cap. is qui* 8. 34. *quæſt.*6. iterum fuerit mœchatus placuit vlterius non ludere de

D communione pacis, id eſt, de pœnitentia, quæ illi etiam in fine vitæ negatur ex d. *can.*7. *ſupra.* Quæ vltima pars canonis magnopere conuenit politiæ Eccleſiaſticæ, & ſæculari, nam licet ſemel peccanti indulgeatur, & pœna lenior ſit, iniungenda iuxta Tibullum ibi :

Parcite cæleſtes, aquum eſt impunè licere,
Numina formoſis cedere veſtra ſemel.

Et Ouid.

Dy faciles peccaſſe ſemel concedite iuuo,
Et ſatis eſt pœnam culpa ſecunda ferat.

Tamen geminatio criminis ſeuerioſſimam expetit pœnam, quæ iteratione delicti augetur.

E Vndè Quintilianus aiebat, *ſemel errare tolerabile eſt, in eadem verò incidere, neque damnatione compeſci.* Eoque ſpectat Caliſtratis reſponſum, in *l. capitali* §. *ſolent ff. de pœnis* ibi : *quod ſi ita correcti in eiſdem deprehendantur, exilio puniendi ſunt l.* 3. *C. de Epiſcopal. aud.* eandem diſtinctionem primi videlicet, & ſecundi delicti ſequentes Gothorum Reges circa Iudæos, qui damnatos ab Eccleſia Catholica libros domi cælarent, aut legere auſi fuiſſent, ita ſanxerint ; *Si poſt emiſſum placitum quodcunque tale repetere tentauit, & decalua-*

tus centenis flagellis ſubiaceat, & amiſſis rebus ſub perpetui exilij contereatur pruina, vt quia iam ſecundo viſus eſt erroris ſui iteraſſe veſtigium peremptis illis veſcorum deſeruiant, quibus principali fuerint collatione conceſſa: l. 11. *tit.* 3 *lib.* 12. *leg. Vuiſigot.* quod ſimiliter conſtitutum videre licet in furti delicto geminato apud Carolum Magnum lib.5. capitul. cap.135. *De latronibus ita præcipimus obſeruandum, vt pro prima culpa non moriatur, ſed vnum oculum perdat, de alia verò culpa naſus ipſius latronis truncetur, de tertia culpa, ſi non emendauerit, moriatur.* Si tamen in hac parte antiquorum perquiras monumenta, idem vſitatum inuenies apud Romanos, ſiquidem apud eos præſertim in caſtris, ſiquis ter ex eadem cauſa multatus eſſet à Duce, Præfecto, vel Tribuno, poſtcà fuſte non percuti modo, ſed & occidi ſolitum: Polybius *lib.*6. *hiſt.* His fretus monumentis exiſtimabam furem manifeſtum apud Romanos acerbiori pœna, quam nec manifeſtum punitum fuiſſe, eo quod reatum furti multoties geminaſſe creditur, quia ſicut, qui apertè furatur, nunc peccatum ſemel, vt bonus quiſque ſolicitus cauet, ita qui ingenio malus eſt, confidentius iterat, ac iam de cætero; quo ſæpiùs eo apertius delinquit, pudor enim veluti veſtis, quantò obſoletior eſt, tantò incuriosiùs habetur ; verba ſunt Apulei, *in apolog.*1. videtur, itaque ex frequenti vſu furandi, eum audaciam collegiſſe, vt apertè furetur, eademque fuit ratio cur Athenienſium leges confitentem furem morte puniunt, inficiantem pecunia teſte Æſchine *contra Cteſiph.* grauior enim pœna manifeſtò furi infligi debuit, cum iſtius modus furandi præ ſe ferat reatus furti iterationem, illius verò non geminati furti inducat coniecturam, contumaces enim æquũ eſt, cum admoniti præſertim à magiſtratibus, atque caſtigati verbis, aut verberibus : tamen ad bonam frugem redire nolunt, ſed in eiſdem criminbus perſeuerant. Proſequitur latè Simancas *de Catholic. inſtit. cap.*55. GONZALEZ.

De baptizandis, vt nihil accipiant clerici.

De baptizandis, vt nihil accipiant clerici.

Canon XLVIII.

Emendari placuit, vt hi qui baptizantur, vt fieri ſolebat, numos in concham non mittant, ne ſacer-

Canon XLVIII.

Emendari placuit, vt qui baptizantur, vt fieri ſolebat, numos in concham non mittant, ne ſacer-

dos

dos quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lauandi sunt à sacerdotibus, vel clericis.

dos quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lauandi sunt à sacerdotibus, vel clericis. A

Refert hunc canonem Gratianus in cap. emendari. 1. quæst. 1.

CAPVT VIGESIMVM-QVARTVM.

Pro baptismo nihil à sacerdotibus exigendum. B

QVoniam non solum malum cauere, verum etiam omnem mali suspicionem fugere oportet, eos præsertim, qui diuino cultui dicati sunt, & ministrandis Sacramentis præfecti: ideò Hispani Patres decreuerunt: vt qui baptizantur (vt anteà fieri solebat) non mitterent nummos in concham, (concham vocant vas aquæ baptismalis, sic nuncupatum, quòd conchæ speciem præ se ferret) ne ex hac fidelium pietate sacerdotes Spiritum sanctum, quem gratis acceperant, pretio distrahere viderentur. Cùm huius canonis decretum ad fideles tantùm retulerit Concilium, non ad Episcopos, & presbyteros; euenerat forsan, fideles pietate magis, quam necessitate adactos, solitos aliquid in baptismo semper offerre: audierant enim, ad conspectum Domini vacuos accedere non oportere: cum verò posteà propagata religione, non integræ ætatis tantùm viri, sed infantes etiam recenter nati ex Christianis parentibus ad baptismum adducerentur, solebant patres eorum aliquid religionis & pietatis Christianæ causa, sacerdotibus largiri. Quod principium natum ex religione primùm, in præceptum & necessitatem cùm nonnulli sacerdotes Ecclesiæ auarè nimis conuertissent: adeò vt si pecuniis carerent miseri & pauperes parentes, pignus ab illis exigerent: ex quo eueniebat, vt multi eorum à petendo baptismo retraherentur, commodius tempus expectantes: ideò sacerdotibus eum aditum Bracarense [n] Concilium secundum interdixit, quem solis fidelibus, nostrum Illiberritanum anteà præcluserat. [Placuit (ait) vt vnusquisque Episcopus per Ecclesias suas hoc præcipiat: vt hi qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntariè pro suo offerunt voto, suscipiatur ab eis: si verò per necessitatem paupertatis aliquid non habeant quod offerant, nullum eis pignus violenter tollatur à clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios à baptismo retrahunt: qui, si forte dum differuntur, sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est, vt ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes, à baptismi gratia se retraxerunt.] Eandem legem constituerat, antea Gelasius [o] PP. I. [Baptizandis (inquit,) consignandisque fidelibus pretia nulla præfigant: nec illationibus quibuslibet impositis, exagitare cupiant renascentes: quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamur, & ideò nihil à prædictis prorsus exigere moliantur, quò vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione reuocati, redemptionis suæ causam adire despiciant: certum habentes, quòd qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprij sint honoris.] Illud præterea, cùm praua & detestabili consuetudine receptum esset, baptizatos infantes in altari collocare, vt muneribus compatrum inde redimerentur, ab Illustrissimo Cardinali Borromæo, antiquæ probitatis & Ecclesiasticæ disciplinæ acerrimo assertore in Concilio Mediolanensi [p] sublatum est. E

[n] *Conc. Brac. 2. canone 7.*

[o] *Gelasius PP. I. in epist. ad vniuersos Episcopos, per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam constitutos cap. 7. Matth. 10.*

[p] *Concil. Mediol. p. 2.*

COMMENTARII NOVI.

DE huius lotionis ritu vide Ambrosium *lib. 3. de Sacram. cap. 2.* Quam consuetudinem ibi ait Ambrosius Ecclesiam Romanam non habere: & vbique abrogatam ait D. August. *epist. 199. cap. 18.* Eius etiam meminit Tertull. *lib. de Baptism.* Neque censeo in hoc Concilio interdictam, nisi tantum ne fiat à Sacerdotibus. LOAYSA.

[a] Primis Ecclesiæ sæculis consuetudo inualuerat, vt quod Baptismum accedebant, pecuniam, vel aliud munus sacerdotibus illum ministrantibus darent, siue diuites, siue pauperes baptismum acciperent: vnde dum Gregor. Nazienzen. *orat. 40. in sanctum baptism.* eos qui inopiæ causa baptismum differebant, monet non valdè laborandum esse quid

eos acerbitatem ſuſtuliſſe Catechumenatúmque eis duorum annorum, & non ampliùs præſcripſiſſe: ſi modo teſtes inueniri poſſent, qui eos olim Catechumenos fuiſſe affirmarent. Sed quid opus erat teſtibus ad confirmandum eos olim fuiſſe Catechumenos, cum id ipſum in hoc canone ſupponatur, & detur, & de his agatur, qui fuiſſent Catechumeni. Nihil opus eſt probatione ad euincendum, quòd ita eſſe ponitur: imò vt leuiùs caſtigarentur, contrarium potiùs erat probandum, eos ſcilicet nunquam fuiſſe Catechumenos, qui ob hanc maximè cauſam erant inuiſi, & puniendi, quòd ab Eccleſia deſciuerant.

Quæ me res eò prorsùs pellicit, impellítque, vt nihil eorum, quæ dixi, in canonis illius ſenſum intelligentiámque quadrare putem, ſed exiſtimârim agi de Catechumeno Apoſtata, qui mortis inſperatæ diſcrimine interceptus Baptiſmum peteret, & cui ante vox intercluderetur, quam ad eum acceſſiſſet Preſbyter; id ſi ita ſit, omnia Canoni conſonant, conſentiúntque: omnibus quippe Canonibus paſſim legas deſiderari teſtimonium aliquod, quo ij baptizentur, quibus erepta vox eſt: non ſecus atque requiritur pœnitentium maximè cauſa, aut excommunicatorum, quibus hoc ipſum incommodum obtigiſſet, canon. 76. Conc lium Carthaginenſ. 4. *Qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu dum ad eum Sacerdos inuitatus venit, oppreſſus in infirmitate obmutuerit, vel in franeſim verſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam; & ſi continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori eius Euchariſtia. Si ſupernixerit, admoneatur à ſupradictis teſtibus petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quandiu Sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probauerit.* Can. 12. Arauſic. 1. *Subitò obmutéſcens prout ſtatutum eſt baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu.* Leon. epiſt. 89. ad Theodor. Foroiul. Epiſcop. *Quod ſi aliqua ægritudine ita fuerint aggranati, vt quod paulò ante poſcebant ſub præſentia Sacerdotis ſignificare non valeant, teſtimonia eis fidelium circunſtantium prodeſſe debebunt, vt ſimul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium conſequantur, ſeruata tamen regula Canonum paternorum circa eorum perſonas, qui in Deum à fide diſcedendo peccarunt.* Quibus locis, Patres eos eſſe baptizandos, quemadmodum ſtatuunt, qui morbo obmutuerant, ſi reperiantur, qui teſtimonium dicant iiſque verbis vtuntur: *Si teſtimonium aliorum verbis habet.* Item, *dent teſtimonium qui eum audierint.* Item, *Teſtimonia eis fidelium circunſtantium prodeſſe debebunt:* Non aliter hoc canone moribundi, & multi baptizari iubentur, *ſi eum de clero quiſquam agnouerit, voluiſſe eſſe Chriſtianum, ac teſtes aliqui extiterint fideles*, quorum ſcilicet fide, & teſtimonio opus erat, ne inuito, & non petenti Chriſti ſacramenta præberentur.

Huic explicationi non minimum repugnare videntur hæc verba: *Eo quod in vetere homine deliquiſſe videatur*, quid enim attinebat eius culpam minuere; cuius nullum tam graue facinus ſtare poterat, quod baptiſmi gratiam impediret? ſed quidquid tandem in hunc canonem dixeris, ea ipſa verba nonminus obſtare reperientur. Præterea magnum erat inter Catechumenos, & Gentiles diſcrimen, horum lenia ducebantur flagitia, illorum tametſi non omnino cenſerentur Chriſtiani grauiùs puniebantur, quam Gentilium, nec aliunde id potuit accidere, quod quidam dubitarent, an eſſent baptizandi, qui eiurata fide ad idololatriam rursùs, & deorum cultum animum applicârent: neque ita ratio dubitandi aliena erat ab auſtera, ſeueráque diſciplina temporis illius, quo Concilium indictum eſt; nam cum iiſdem temporibus, & ob eaſdem cauſas abſolutio Apoſtatis, qui immolarant, in morte denegaretur, iiſdem iudiciis hos Apoſtatas Catechumenos feriendos eſſe, erant, qui ſuſpicarentur: quod dubium tollitur hoc Canone, atque eodem docent PP. in Catechumenis Apoſtaſiam minus flagitioſam videri, quod non eſſent Chriſtiani, & errore, atque ignorantia ducerentur, & peccarent.

Nunquam ad Eccleſiam acceſſerit, defierit eſſe Catechumenus.

Cognouerit eſſe Chriſtianum, voluiſſe eſſe Chriſtianum, ita legendum ex vulgari lectione: hoc eſt, ſi quiſquam audierit, Baptiſmum eum antequam obmuteſceret, petiiſſe.

Eo quod in veterem hominem, vulgaris *in vetere homine*, & meliùs: nam quidquid peccârant antequam ad fidem accederent, Chriſtúmque agnoſcerent, Gentiles id in vetere homine, Adamo, & in ſtatu ignorantiæ factum, & admiſſum accipiatis, atque adeò eorum peccata inuoluntaria vocabantur. His igitur *vetus homo*, paganum deſignari putes. Ita loquuntur Scriptura, Patres, Concilia, Tertull. de pudicit. *Vt roque homine purgatus*, Pagano, & Hæretico: S. Leo epiſt. 91. *A conditione veteris hominis liberari.* Aiunt igitur Catechumenum, qui per infinita tempora militiam Chriſtianam, tyrociniúmque deſeruerit baptizandum eſſe, eiuſque Apoſtaſiæ peccatum, à Gentili, non à fideli commiſſum cenſeri debere. ALBASPINÆVS.

Olim adulti qui Baptiſmum efflagitabant, diuerſis nominibus appellabantur, Chriſtiani ſtatim ac petebant Baptiſmum, Concilium Conſtantinop. 1. can. 7. *Quicunque ex his rectæ fidei adſcribi volunt, vt Græcos admittimus: & primo quidem die ipſos Chriſtianos facimus, ſecundo Catechumenos; denique tertio exorcizamus; ſine adiuramus ipſos, ter ſimul in faciem eorum, & aures inſufflando, & ſic eos catechizamus, & curamus, vt longo tempore verſentur in Eccleſia, & audiant ſcripturas, & tunc eos baptizamus.* Et Conſtantinopolit. 6. canone 95. *Omnes ex iis, qui ad rectam de fide ſententiam volunt accedere, vt Græcos recipimus, & primò quidem die eos Chriſtianos facimus, ſecundo aures inſufflamus, & ſic initiamus, & diu in Eccleſia verſari, & ſcripturas audire facimus; & tunc ipſos baptizamus.* Poſtea audientes, ſeu auditores eo quod Chriſtianæ Religionis elementa, ſeu dogmata audirent Tertul. *de pœnit. d. cap. 6.* D. Cyprian. *epiſt.* 13. & 14. Beda *lib. 2. comment. in Eſdram*, ibi. *Nouæ vitæ auditoribus Symbolum fidei tradimus, quod per 12. Apoſtolos ordinatum eſt.* Etiam dicebantur Nouitioli,

A tioli, Catulli, Tertull. *de pœnit. cap.* 6. Tyrones D. Hieronym. ep. 1. *Recordare tyrocinij tui diem.* D Auguſtin. lib. 2. de fid. ad Catechum. cap. 1. *Nomina profitentium in libro excipiuntur vitæ, non à quolibet homine, ſed à ſuperiore cœlitus poteſtate optimi iam tyrones Dei.* Appellabantur etiam initiati Concil. Conſtant. *d. can.* 6. *&* 7. Competentes poſtquam iam probati erant in fide, & moribus D. Auguſt. *tom.* 10. *ſermone* 116. ad competentes Sanct. Patian. *ſerm. de Baptiſm.* D. Iſidor. de Eccleſiaſt. offic. cap. 22. *Electi*, ideſt, qui poſt ſcrutinia, de quibus egi *in cap. vnico de ſcrutinio in ordine*; deſtinati erant ad Baptiſmum S. Leo *epiſt.* 4. *c.* 5. *&* 6. licèt eam nominis rationem improbet Vaſquez *tertia parte, in* 3. *part. diſput.* 166. *c.* 3. § 22.

B

Catechumeni tempore catecheſis ad Eccleſiam acced. bant, & ibi omnes Chriſtianorum ritus diligenter obſeruabant, ibique eruditebantur, & cum Euchariſtiæ Sacramentum recipere non poſſint, pane benedicto, vel ſale inſtar cœleſtis pabuli reficiebantur, Concil. Carth. 1. can. 5. *Item placuit vt etiam poſt ſolemniſſimos Paſchales dies Sacramentum Catechumenis non detur; niſi ſolitum ſal: quia ſi fideles per illos dies Sacramentum non mutant, neque catechumenis oportet mutari*, D. Auguſt de peccat. merit. & remiſſ. c. 26. in illis verb. *Non huiuſmodi eſt ſanctificatio. Nam & Catechumenos ſecundum quendam modum ſuum per ſignum Chriſti, & orationem & manus impoſitionem puto ſanctificari: & quod accipiunt, quamuis non ſit corpus Chriſti, ſanctum eſt tamen & ſanctius, quam cibi, quibus alimur: quoniam Sacramentum eſt.* Etiam miſſæ interetant, vſque dum Euangelium legeretur, tunc Diaconus proclamat: *Ite Catechumeni in pace:* D. Clemens lib. 2. conſtit. cap. 61. in illis verb. *Poſt hac omnes ſimul vſurpantes, & ad Orientem conuerſi poſt Catechumenorum, & pœnitentium exitum ſupplicent Deo, idque ad Orientem.* Iſidor. *lib. 6. etymol. cap.* 16. quia ad communionem non admittebantur, nec ad orandum cum cæteris fidelibus, Concil. Arauſic. *can.* 19. ibi: *Catechumeni nunquam admittendi ſunt etiam inter domeſticas orationes.*

C

His, & aliis peractis Catechumenus hominem probatæ vitæ, & virtutis quærebat, cuius ductu, atque auſpiciis ad Epiſcopum iret, vt expreſſit Dionyſius de Eccleſiaſt. Hierarch. *cap. de Baptiſm.* in hunc modum: *Qui autem horum, quæ verè cœleſtia ſunt, particeps fieri cupit, cum ad aliquem eorum, qui initiati ſunt, adiit, ſuadet ille quidem vt ſe ad Sacerdotem ducat: illum autem horror quidem repente, reſique difficultas deterret, ad extremum tamen id, quod petiuit, benignè ſe facturum eſſe promittit, acceptúmque eum ducit ad Sacerdotem, hic verò latus manum eius capiti admouet, ſignóque edito, Sacerdotibus imperat, vt viri, atque ſponſoris nomina perſcribant.* Iuſtinus Martyr. *q* 56. ad orthodox. *Digni autem fiunt baptiſmi commodo fidē eorum, qui illos ad baptiſmum offerunt.* Tunc Epiſcopus ſuſceptorem, ſeu ductorem de moribus, ac poteſtate Catechumeni atteſtationem requirebat D. Clemens *lib.* 8. *conſtit. capit.* 38. de baptiſmo loquens ait: *Ij qui adduxerunt teſtificentur, ſingula diligenter exponentes; exquirantur autem eorum mores, & vita*: Dionyſius Areopag. *lib de Eccleſ. Hierarch. cap. de baptiſmo*, dum omnes baptiſmi ritus, & præcipuè fidei Chriſtianæ tyrocinia diligenter exequitur, ait: *Ad virum, qui adeſt, venit, eumque rogat, cur venerit. Ille, poſteaquam pro ſuo in Deum amore ex ijs, quæ ab eo qui illum accepit, tradita ſunt, Dei priuationémque veri boni, atque actionis diuinæ vitæ vacuitatem accuſauit, petiitque, vt eo quaſi ſequeſtrè Deo, & ijs, quæ ad Deum pertinent, patiatur: tum ei exponit rationem perfectam, qua ad Deum accedendum eſt, explanatáque eidem diuina vita, & vt ita dicam, conuerſatione; ex eo præterea quærit, num ita inſtituat viuere, cum promiſit manum eius capiti admouet*, &c.

D

Quibus ita præiactis exiſtimabam, in præſenti canone non agere PP. de Catechumeno ſubitò obmutescente, vel in mortis periculo poſito, ſed de eo, qui cum per infinita tempora, id eſt, incerta, *l. conditionum* 91. *ff. de condit. & demonſtr.* ad Eccleſiam non acceſſit cum cæteris Catechumenis, & tamen petit Baptiſmum, & eſt clericus ductor eius, aut alij fideles interrogati ab Epiſcopo, vt moris erat, atteſtantur illum Baptiſmum petiiſſe, ſed per multa tempora ad Eccleſiam non acceſſiſſe; admittendum eſſe ad Baptiſmum: quia in veteri homine deliquiſſe videtur: ſi enim PP. agerent de Catechumeno ægrotante, & ſubitò obmutescente, non erat ratio dubitandi cur Baptiſmus illi non eſſet conferendus; ſiquidem energumenis, & Gentilibus aduerſa valetudine cap. Baptiſmum flagitantibus conceditur ſup. *in can.* 32. *&* 37. Circa Catechumenum autem ſanum petentem Baptiſmum poſt longam abſentiam ab Eccleſia magna erat dubitandi ratio, an videlicet iterum reducendus eſſet ad gradus Catecheſis, baptiſmúſque denegandus donec piè & deuote expleret tempus Catecheſis, & hoc indulgent PP. concedendo illi Baptiſmum, quia in veteri homine deliquiſſe videtur. GONZALEZ.

E

SI EVM DE CLERO QVISQVAM AGNOVERIT, voluiſſe eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles.

TAnta fuit iam inde à priſcis temporibus Sacerdotum apud graues viros auctoritas, tanta teſtimonij ipſorum fides, tantum aſſertæ ab his & confirmatæ veritatis pondus: & vnius ſententia (quod ex hoc canone apparet) multorum fidelium interpoſitam fidem adæquauerit.

COMMENTARII NOVI.

A

OB sanctimoniam, & præclaram vitam ministrorum Ecclesiæ plerumque legimus vnius testimonio fidem adhiberi, vt Episcopo *in l. 1. C. Theodos. de Episcop. audient.* *omnes* 11. *q.* 1. Monacho, in priuilegio monachis Benedictinis concesso, quod retuli *in cap. veniens* 10. *de testibus*; vbi plura adduxi de vnico teste. GONZALEZ.

QVOD IN VETERI HOMINE deliquisse videantur.

CAPVT VIGESIMVM.

B

Peccata ante Baptismum, cur leniùs castiganda, quàm quæ post Baptismum commissa.

PEccata ante Baptismum, faciliùs remitti debere censent Episcopi, quòd ipsa humanæ naturæ imbecillitas gratiâ Sacramentorum destituta, & primi parentis peccato debilitata, vt labendi habet facilitatem, sic & veniæ promerendæ, & impetrandæ difficultate affici, premíque non debeat. Veterem hominem vocant Patres primum parentem: & delinquere in veteri homine, idem est prorsus, quod peccato orginis imbecillem labi: quod referunt ad crimen extenuandum. Ideo Augustinus [y] recenter natos, ante Baptismum membra primi hominis vocat: post Baptismum verò, membra Christi.

[y] *D. Aug. lib. 1. de nupt. & concupisc. cap. 4.*

C

In codicibus manuscriptis legitur, Quòd veterem hominem dereliquisse videantur: quæ lectio minus placet, quia quod Patres contendunt illud est, vt ad susceptionem Baptismi, catechumenis non obsit negligentia illa & delictum, quòd ad Ecclesiam per infinita tempora non accesserint: quod eleuant, ad primi parentis peccatum, & naturæ debilitatem, culpæ rationem referentes. Cui non consonat ratio verborum reddita in manuscriptis, quòd veterem hominem dereliquisse videantur.

COMMENTARII NOVI.

D

GRauiores lapsus Ecclesiam censuisse, eorum, qui iam eruditi in præceptis diuinis, & intra præmium Ecclesiæ consistentes à veritatis semita deflectebant, quàm eorum, qui nondum imbuti diuinis mysteriis scelera patrabant, constat ex *can.* 1. & 5. *huius Conc. cap. eam verò* 50. *dist. can.* 11. *Concil. Nicæni*, vbi notauit *Albaspin.* neque contrarium statuitur infrà *in can.* 67. cuius veram interpretationem, in eius notis dabimus. GONZALEZ.

De fidelibus, si apostataue-rint, quamdiu pœniteant.	*De fidelibus, si apostataverint, quamdiu pœniteant.*
Canon XLVI.	*Canon XLVI.*
Si quis fidelis apostata per infinita tempora ad Ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reuersus, nec fuerit idololatra, post decem annos placuit, eum communionem accipere.	Si quis fidelis apostata per infinita tempora ad Ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reuersus, nec fuerit idololatra, post decem annos placuit, eum communionem accipere.

E

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM-PRIMVM.

Qui apoſtatarum nomine hîc contineantur.

QVi deſerta, aut violata Chriſtianæ religionis profeſſione, quam ſemel emiſerant, ad errores Gentium, vel profana ſacrificia reuerterentur, apoſtatas olim nuncupatos, Theodoſius & Valentinianus [a] AA. teſtes. Cùm enim de eorum crimine puniendo agerent, qui apoſtatarum nomine comprehendi deberent; ſic explicarunt: [Sed nè huius interpretatio criminis latius in incerto vagetur errore eos præſentibus inſectamur oraculis, qui nomine Chriſtianitatis imbuti, ſacrificia ſacrilega, vel fecerint, vel facienda mandauerint.] Id anteà probaſſe, & docuiſſe videtur Siricius [b] Papa: [Additum eſt etiam (inquit) quoſdam Chriſtianos, ad apoſtaſiam (quod dici nefas eſt) tranſeuntes, idolorum cultu, ac ſacrificiorum contaminatione eſſe profanatos, quos à Chriſti corpore, & ſanguine, quo dudum redempti fuerant renaſcendo, iubemus abſcindi.] De his tamen huius Concilij Patres non meminiſſe, illa verba indicant: [Nec fuerit idololatra] quòd iam prioribus canonibus de eiſdem ſub idololatrarum, & ſacrificatorum nomine latiùs egiſſent. Volunt tamen eos, qui velut Athæi Chriſtianam religionem deſeruerint, quam ſemel ſuſceperint, & ad Eccleſiam accedere recuſauerint, nec idolorum vanitatibus ſacrilegis ſe contaminauerint, poſt decennij tempora, communionem ſuſcipere, pœna (vt ita dixerim) omiſſioni potiùs, quàm commiſſioni impoſita, hoc eſt, deſertioni fidei potiùs, quàm Gentilis erroris admixtioni addita. Niſi apoſtatas hîc pro hæreticis vſurpari quis dicat: quod facilè non improbarim, quòd ſciam apoſtatas, hæreticos eſſe, & hæreticorum pœnis coërcendos Bonifacij VIII. [c] conſtitutione Quare Tertullianus [d] [Perſecutio (ait) Martyres facit: hæreſis apoſtatas tantùm.] Vnde Anacletus, [e] ſiue quicunque illius Epiſtolæ ſit auctor [Accuſandi (inquit) vel teſtificandi licentia denegetur his, qui Chriſtianæ religionis, & nominis dignitatem, & ſuæ legis, vel propoſiti normam, aut regulariter prohibita nèglexerunt. Tranſgreſſores enim ſponte legis ſuæ, eiuſque violatores, apoſtatæ nominantur. Omnis enim apoſtata refutandus eſt ante reuerſionem ſuã: non in accuſatione rectè agentium, aut teſtimonio ſuſcipiendus, ſiue aduerſus hos, ſiue aduerſus illos.] Grauiùs ſe geſſit Concilium Arelatenſe: [f] [De his, qui apoſtatant (ait) & antequam ad Eccleſiam ſe repræſentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & poſteà in infirmitate arrepti, petunt communionem; placuit, eis non dandam eſſe communionem, niſi reualuerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ.

Hodie autem apoſtatas omnes, ſiue vnius fidei dogmatis, ſiue totius Chriſtianæ religionis deſertores, Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis ſubiici, & pœnis hæreticorum coërceri ſcitum eſt: reſipiſcentes tamen admitti poſſe & debere ad Eccleſiæ vnitatem, omiſſa damnationis ſententia (quam traditionem ad curiam vocant (Eymericus [g] docet: cuius ſententiam pleniori (quòd aiunt) ſcriptorum ore laudatam aſſiduóque & frequenti Inquiſitorum vſu receptam Franciſcus Penna [h] eruditè refert, doctè probat, piè confirmat. Si enim clementiæ & benignitati aditus ab Eccleſia erga Apoſtatas reſipiſcentes præcluderetur, aut rarò aut nunquam ad ſeſe Chriſtianoſque mores redirent: cùm tamen interſit Eccleſiæ maximè, illos ad pacem manſuetudine & lenitate inuitari, non rigore & ſeueritate terreri.

Poſſemus etiam, apoſtatas hîc eos interpretari, qui longiſſimi ſolùm temporis ſpatio ab Eccleſia abfuiſſent & à frequenti ſacramentorum ſuſceptione.

[a] *Theod. & Valen. in reſcripto ad Baſſ. PP. in l. 4. C. de apoſt.*

[b] *Siricius Papa epiſtola 1. ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum, cap. 3.*

[c] *Bonifacius VIII. in c. contra Chriſtianos de hæreti. in 6.*

[d] *Tertull. de præſcriptione aduerſus Hæreticos.*

[e] *Anacletus epiſt. 1. ad omnes Epiſcopos, cap. 1.*

[f] *Conc. Arelatenſe 1. can. vltimo.*

[g] *Eymericus 2. parte directorij quæſt. 49.*

[h] *Franciſcus Penna in commentariis ad Eymericum eadem 2. parte & quæſtione.*

COMMENTARII NOVI.

PRæcedenti, ſeu ſuperiori canone quid fieri, agique oporteat contra Apoſtatas Catechumenos, vt ita dicam actum, & diſputatum: hoc autem quid contra Apoſtatas fideles, atque hoc præcipuè, vt decem annorum pœnitentiam facere cogantur, ſi non Diis immolarint, alioquin Concilium illis, vel in ipſo exitu, ſeu morte abſolutionis ſpem eripit.

Si tamen aliquando fuerit reuerſus, ante mortem ſcilicet, nam ſi in infirmitate, & ſolo mortis metu veniam flagitaret, repellendi erant omninò *canone vltim.* Arelat. Concil. primi.

Nec fuerit idololatra, nam ſi ſcelus geminaſſet, vt loquuntur, ne in morte quidem erat in gratiam reſtituendus. ALBASPINÆVS.

Apoſtaſiam Gloſſa in c. 1. *de Apoſtatis*, triplicem conſtituit; Primam ſcilicet perfidiæ, cum quis recedit à fide *cap. non poteſt.* 2. q. 7.

Secundam inobedientiæ, quando quis transgreditur præceptum *c. siquis venerit, c. illud de maiorit. & obed.* Tertiam irregularitatis, cum quis recedit ab ordine suo, siue religione suscepta *c. vlt. 50. dist. c. 1. de Apostatis.* Theologi Scholastici rem aliter exponunt. D. Thom. eorum apex. 1. 2. *quæst.* 84. *art.* 2. ponit duntaxat duplicem Apostasiam, vt prior sit auersio à Deo; posterior nolle subdi Deo: sed 2. 2. *q.* 12. *art.* 1. disertè ait Apostasiam, quæ est discessio à Deo esse triplicem, videlicet defectum à Religione, à bona vitâ, à fide Dei. Du-Vallius *in tract de fid. quæst.* 8. ait, Apostasiam latine significare defectionem, seu recessum à re aliqua, siue bona, siue mala, ita vt nomen hoc ex se, & ex prima sui institutione sit quid indifferens; communiter tamen in Scriptura, & Patribus, atque secundum ordinarium loquendi modum significat recessum à Deo, cui anteà Apostata ipse coniungebatur. Vnde quia priuatio, qualis videtur esse Apostasia, per habitum cognoscitur, & mensuratur, quot modis contingit aliquem Deo coniungi, tot modis etiam ab eo deficere, seu recedere certũ est. Deo autem coniungimur. Primò, per fidem, quatenus veritatibus, quas nobis per Ecclesiam reuelauit, assentimur. Secundò, per obedientiam, seu obseruationem præceptorum eius. Tertiò, per statum Clericalem: hic enim status diuino obsequio clericos magis, quam laicos addicit, & mancipat. Quartò, per statum religionis, cum enim religio à religando deducatur, non est dubium, quin status religiosus arctius Deo nos coniungat, quam laicus. Tot ergo modis contingit aliquem à Deo recedere, quamuis tamen recessus à fide magis propriè appelletur Apostasia, quàm tres alij, qui in voluntate consistunt, vbi recessus à fide pertinet ad intellectum, & est propterea species infidelitatis. Sed de quibus Apostatis in præsenti Canon. agatur videamus: Et non agi de hæreticis patet; Tùm quia superfluitatis argueretur hic Canon, siquidem ferè eisdem verb. decennij pœnitentia illis iniuncta fuit supra in *can.* 22. Vndè ad quid eadem sanctio repetenda erat? Tùm quia hæretici, qui in aliquem fidei errorem inciderant, nunquàm hæresi adiungunt idololatriam, cum illi verum Deum in suo sensu, & sententia agnoscant: idololatræ verò cultum Deo exhibendum idolis impendunt. Vndè dum PP. in præsenti Canone agunt de Apostatis, qui non fuerunt idololatræ, manifestè excludunt hæreticos circa quos necessarium non erat illam exceptionem adijcere, *nec fuerit idololatra.* Hic igitur omissa sententia existimo in hoc canone agi de fidelibus Apostatis, qui à recto proposito recedentes eo vndè digressi fuerant, pedem referebant, ad Ecclesiam cum orthodoxis fidelibus non accedendo, imò potiùs cum Iudæis, Gentilibus, seu paganis communicando, qui si ex Iudæis baptizati erant, ad ritus Iudaicos redibant; si verò ex gentilitate conuersi, ad incredulitatem veniebant deserentes fidem amplexam, ad idolorum sacrificia reuertebantur. De his statuunt PP. vt si tantum Apostatæ sint, id est recesserint ab Ecclesia per infinita tempora, non tamen ad idololatriam, & sacrificia Gentilium redierint sed tantum inter Gentiles versentur non accedentes ad Ecclesiam per decennium agant pœnitentiam si reuertantur. GONZALEZ.

SI TAMEN ALIQVANDO FVERIT reuersus, nec fuerit idololatra: post decem annos, eum communionem suscipere.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

Expresso Hispaniæ decreto errorem Nouatiani improbari.

SEmel lapsos non esse ad communionem & pœnitentiam admittendos; antiqua fuit Nouatiani hæresis, quam nonnullos Episcopos Afros probasse, testis est D. Cyprianus. [i] Hanc tacitè quinimo expresè reprobant Episcopi Hispani in hoc canone, dum illis reuersis, post decennem annorum pœnitentiam, communionem indulgent: si idololatriæ crimine non se polluissent: nam his communionem Dominicam, etiam in vltimo vitæ spiritu, non pœnitentiam negauerunt, in canone primo & aliis huius Concilij.

Hinc etiam apparet, falsò huic Concilio errorem obiici Nouatiani veniam lapsis denegantis, cùm apostatis hîc resipiscentibus non solùm veniam, post decennij cursum, sed & Eucharistiæ communionem concesserit, quam solùm aliis crimmibus denegatam, non absolutionem, obseruaui superius. [k]

[i] D. Cyprianus lib. de lapsis.

[k] Lib. 1. cap. 9.

COMMENTARII NOVI.

EX hoc canone facilè deprehenditur duo Apostatarum genera esse, quorum vnum à religione Christiana defecerat, ad Ecclesiam per infinita tempora non accedendo, non tamen se falsorum Deorum cultui mancipando, aut vlla se idololatria polluentes; alterum eorum

A corum, qui à Deo receſſerant, & idolis thus obtulerant. Prioribus communio indulgetur in hoc canone, peractâ per decennium pœnitentiâ, & in *can. vlt.* Concil Arelat. 1. Secundis verò nec in morte abſolutio concedebatur primis Eccleſiæ ſæculis, conſtat duobus expreſſis teſtimoniis: primo D. Cypriani de lapſis, vbi etſi neruosè Nouatianis obſtiterit aſſerendo pœnitentiæ tabulam non eſſe lapſis eripiendam, tamen in extrema parte ſuæ diſputationis Apoſtaſiam excipit, ipſamque, vt ea gratia indignam, eximit his verbis: *Apoſtata verò, & deſertores, vel aduerſarij, & hoſtes, & Chriſti Eccleſiam diſſipantes, nec ſi occiſi pro nomine foris fuerint, admitti ſecundum Apoſtolum poſſint ad Eccleſiæ pacem, quando nec ſpiritus, nec Eccleſia tenuerunt vnitatem.* Secundo Imperatorum Theodoſij, Valentiniani, & Arcadij *in l. 3. §. 1. C. de Apoſtat. ſed nec vnquam in ſtatum priſtinum reuertantur, nec flagitium horum obliterabitur pœnitentia, neque vmbra aliqua exquiſita defenſionis, aut numinis obducetur: quoniam quidem eos, qui fidem, quam Deo dedicauerant, polluerunt & prodentes diuinum myſterium in profanum migrauerunt tueri ea, quæ ſunt commentitia, & conſignata, non poſſunt. Lapſis enim, & errantibus ſubuenitur: perditis vero, hoc eſt ſanctum baptiſma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ (qua ſolet aliis criminibus adeſſe) ſuccurritur D. V. id Maij Concord. Tauriano, & Symmacho Conſulibus.* Defendit Albaſpinæus *lib. 2. obſer. cap. 9.* poſtea admiſſi fuerunt ad abſolutionẽ præmiſſa duodecim annorum pœnitentia in Concil. Nicæno can. 12. ibi: *De iis qui prænaricati ſunt ſine neceſſitate, aut facultatum oblatione, aut ſine periculo, aut aliquo huiuſmodi, quod factum eſt ſub tyrannide Licinij, viſum eſt ſynodo, licet miſericordia indigni ſint, benignitate tamen in eos vti. Si quos ergo verè pœnitet, tribus annis, ſi tamen ſunt fideles inter audientes habeantur, & ſeptem annis iaceant: duobus autem ſine oblatione populo communicent in oratione.* Et Syricius Papa, qui anno circiter 60. à Nicæno Concilio Eccleſiam rexit, ſeueriorem legem tulit *epiſt. 1. ad Himerium Tarraconenſ.* vbi deſertoribus, ſeu Apoſtatis nullum tempus pœnitentiæ conſtituit, ſed toto vitæ curſu eos pœnitentiam agere, & à ſacra communione, præterquàm in articulo mortis arceri voluit. Vnde PP. in præſenti, dum Apoſtatis, non idololatris communionem indulgent, tacitè innuunt, quòd ſi idololatræ reperiantur, communio eis denegetur, vt in *canone* 12. & aliis huius Concilij. GONZALEZ.

B

C

De eo qui vxorem habet, ſi ſæpius mœchatur.

De eo qui vxorem habet, ſi ſæpius mœchatur.

Canon XLVII.

Si quis fidelis habens vxorem, non ſemel, ſed ſæpe fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conueniendus: quòd ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio: ſi reſuſcitatus rurſus fuerit mœchatus, placuit, vlteriùs non edere eum de communione pacis.

D

Canon XLVII.

Si quis fidelis habens vxorem, non ſemel, ſed ſæpe fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conueniendus: quòd ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio, ſi reſuſcitatus rurſus fuerit mœchatus, placuit, vlteriùs eum non ludere de communione pacis.

SIc extat apud Rabanum Maurum in Pœnitentium libro cap. 4 etſi ex canone 42. huius Concilij citet, cùm ſit 47. ſæpe etiam variat in aſſignando canonum numero, quod indicat diuerſo olim, ac hodie ordine, canones fuiſſe exſcriptos. Iuo p. 8. cap. 203. perperam ex canone huius Concilij 7. omiſſis verbis poſtremis. Si qui fidelis habens vxorem, non ſemel ſed ſæpius fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conueniendus. Quod ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio. Burchardus lib. 9. decret. cap. 67. ex canone etiam 42. & verbis paulò diuerſis. Si quis fidelis habens vxorem, non ſemel, ſed ſæpius fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conueniendus Quòd ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio. Si reſuſcitatus rurſus fuerit mœchatus placuit, vlteriùs non illudere alios de communione pacis.

E

CAPVT

A quennium imponebatur *can.*69. huius Concilij, vel per ſeptennium *can.*7. infrà Concil. Ancyr. *can.*20. ibi : *Si cuius vxor adulterium fecerit, aut vir in alienam vxorem irruerit ſeptem annis pœnitentiam agat*, & *can*, 7. Aliquandoque quindecim annorum pœnitentia imponebatur D. Baſil. ad Amphiloc. *cap.*58. *Qui adulterauit in quindecim annis ſacramentis non communicabit. In his autem quindecim annis ſic quoque diſpenſabitur. Quatuor annis erit deflens, quinque audiens, quatuor ſubſtratus, in diebus conſiſtens ſine communione.* Sed ſi non ſemel imò ſæpè ſæpius in mœchiam fidelis inciderat pœnitentia nec in fine ei concedebatur

B iuxta *canonem* 7. ſupra, & D. Cyprian. *epiſt. ad Anton. Epiſc.* in illis verbis : *Et quidem apud anteceſſores noſtros quidam de Epiſcopis iſtis in Prouincia noſtra dandam pacem mœchis non putauerunt, & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt* : vſque dum Zephyrinus ſtatuit veniam illis eſſe indulgendam, pacemque concedendam, vt refert Tertull. *de pudicit.* ipſum decretum Zephyrini acerrimè impugnans, ad quid autem neceſſaria erat Zephyrini indulgentia, ſi iam mœchi relapſi admitterentur ad pœnitentiam, vt doctè probat Albaſpin. *lib.*2, *obſerv.cap* 17. & 18. Vndè iuxta hanc ſeueram Eccleſiæ diſciplinam PP. in præſenti ſtatuunt, vt ſi fidelis habens vxorem in quo exoſius eſt hoc delictum non ſemel, ſed ſæpiùs fuerit mœchatus perſiſtens in ipſo reatu in fine eſt conueniendus, ideſt iudicandus, vt ſi per

C totam vitam fuerit mœchatus, ad pœnitentiam non admittatur ex *canne* 64. huius Concilij. Si autem non continuo, ſed ſæpè fuerit mœchatus & in fine vitæ poſitus promiſerit, ſe ceſſaturum, detur ei communio, ſed ſi reſuſcitatus id eſt, conualeſcens ab ipſa infirmitate, vt in *c. ſiquis de corpore cap. qui recedunt, cap. is qui* 8. 34. *quæſt.*6. iterum fuerit mœchatus placuit vlterius non ludere de

D communione pacis, id eſt, de pœnitentia, quæ illi etiam in fine vitæ negatur ex d. *can.*7. *ſupra.* Quæ vltima pars canonis magnopere conuenit politiæ Eccleſiaſticæ, & ſæculari, nam licet ſemel peccanti indulgeatur, & pœna leuior ſit, inimgenda iuxta Tibullum ibi :

Parcite cœleſtes, æquum eſt impunè licere,
Numina formoſis cedere veſtra ſemel.

Et Ouid.

Dij faciles peccaſſe ſemel concedite tuto,
Et ſatis eſt pœnam culpa ſecunda ferat.

Tamen geminatio criminis ſeueriſſimam exE petit pœnam, quæ iteratione delicti augetur. Vndè Quintilianus aiebat, *ſemel errare tolerabile eſt, in eadem verò incidere, neque damnatione compeſci.* Eoque ſpectat Caliſtratis reſponſum, in *l. capitali* §. *ſolent ff. de pœnis* ibi : *quod ſi ita correcti in eiſdem deprehendantur, exilio puniendi ſunt l.* 3. *C. de Epiſcopal. aud.* eandem diſtinctionem primi videlicet, & ſecundi delicti ſequentes Gothorum Reges circa Iudæos, qui damnatos ab Eccleſia Catholica libros domi cælarent, aut legere auſi fuiſſent, ita ſanxerint ; *Si poſt emiſſum placitum quodcunque tale repetere tentauit, & decalua-*

tus centenis flagellis ſubiaceat, & amiſſis rebus ſub perpetui exilij conteretur pruina, vt quia iam ſecundo viſus eſt erroris, ſui iteraſſe veſtigium peremitis illis veſcorum deſeruiant, quibus principali fuerint collatione conceſſa: l. 11. *tit.* 3 *lib.* 12. *leg. Viſigot.* quod ſimiliter conſtitutum videre licet in furti delicto geminato apud Carolum Magnum lib.5. capitul. cap.135. *De latronibus ita præcipimus obſeruandum, vt pro prima culpa non moriatur, ſed vnum oculum perdat, de alia verò culpa naſſus ipſius latronis truncetur, de tertia culpa. ſi non emendauerit, moriatur.* Si tamen in hac parte antiquorum perquiras monumenta, idem vſitatum inuenies apud Romanos, ſiquidem apud eos præſertim in caſtris, ſiquis ter ex eadem cauſa multatus eſſet à Duce, Præfecto, vel Tribuno, poſtcà fuſte non peremti modo, ſed & occidi ſolitum: Polybius *lib.*6. *hiſt.* Hiſ fretus monumentis exiſtimabam furem manifeſtum apud Romanos acerbiori pœna, quam nec manifeſtum punitum fuiſſe, eo quod reatum furti multories geminaſſe creditur, quia ſicut, qui apertè furatur, nunc peccatum ſemel, vt bonus quiſque ſolicitus cauet, ita qui ingenio malus eſt, confidentius iterat, ac iam de cætero; quo ſæpiùs eo apertius delinquit, pudor enim veluti veſtis, quantò obſoletior eſt, tantò incuriosiùs habetur ; verba ſunt Apulei, *in apolog.*1. videtur, itaque ex frequenti vſu furandi, cum audaciam collegiſſe, vt apertè furetur, eademque fuit ratio cur Athenienſium leges confitentem furem morte puniunt, inficiantem pecunia teſte Æſchine *contra Cteſiph.* grauior enim pœna manifeſtò furi infligi debuit, cum iſtius modus furandi præ ſe ferat reatus furti iterationem, illius verò non geminati furti inducat coniecturam, contumaces enim æquũ eſt, cum admoniti præſertim à magiſtratibus, atque caſtigati verbis, aut verberibus : tamen ad bonam frugem redire nolunt, ſed in eiſdem criminbus perſeuerant. Proſequitur latè Simancas *de Catholic. inſtit. cap.*55. Gonzalez,

De baptizandis, vt nihil accipiant clerici.

De baptizandis, vt nihil accipiant clerici.

Canon XLVIII.

Emendari placuit, vt hi qui baptizantur, vt fieri ſolebat, numos in concham non mittant, ne ſacer-

Canon XLVIII.

Emendari placuit, vt qui baptizantur, vt fieri ſolebat, numos in concham non mittant, ne ſacer-

dos

CAPVT VIGESIMVM-QVINTVM.

De antiqua pedum lotione.

MIrum eſt, quantopere Eccleſiæ Romanæ ritus, Hiſpanicæ ſemper placuerint. Lauandi pedes baptizandorum, ſiue catechumenorum, Mediolanenſis Eccleſiæ mos erat, non verò Romanæ, teſte B. Ambroſio [q] [Succinctus (inquit) ſummus ſacerdos, pedes tibi lauit. Non ignoramus, quod Eccleſia Romana hanc conſuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus ſequimur & formam: vide ergò ne fortè propter multitudinem declinauerit.] Eiuſdem conſuetudinis iterum [r] meminit. Cum anteà, hæc Mediolanenſis Eccleſiæ obſeruatio Hiſpanicarum vſu eſſet recepta: tandem re perſpecta melius, illam aboleri hoc decreto imperarunt, Romanæ conſuetudinem amplectentes. Quòd ſi Romanæ conteſſeratione, quod caput ea ſit & matrix totius Eccleſiæ Catholicæ, tanquam certiſſimo quodam rectæ fidei & ſinceræ religionis ſigno, reliquæ Eccleſiæ Catholicæ ab hæreticis diſcerni ſolent, vt Irenæus [s] & Tertull. docent [t] & Hieronym. [u] indignum ſanè imperij tui maieſtate, re æſtimaturum ſpero, grauiſſima hæc Hiſpanorum Epiſcoporum comitia tam proſperis, auguſtis & ſanctis auſpiciis cæpta (conteſſerationem intelligo Catholicæ Tuæ Eccleſiæ) adeo facile contemni, & feliciſſimum Chriſtianæ fidei progreſſum quorundam ſolùm hæreticorum impietate, & Catholicorum negligentia vel licentiæ culpa retardari. Lotio autem illa, quo tẽpore, quo die, quo ritu eſſet peragenda, quæ eius origo, quæ vis, quæ auctoritas, nemo Auguſtino [x] meliùs: [Si autem quæris (inquit) cur etiam lauandi mos ortus ſit, nihil mihi de hac re cogitanti probabilius occurrit, niſi quia baptizandorum corpora, per obſeruationem quadrageſimæ ſordidata, cum offenſione ſenſus ad fontem tractarentur, niſi áliqua die lauarentur. Iſtum autem diem potius ad hoc electum, quo cœna Dominica, anniuerſariè celebratur: (erat ergò quinta feria, vltimæ hebdomadis, quam ſanctam dicimus) & quia conceſſum eſt hoc baptiſmum accepturis, multi cum his latere voluerunt, ieiuniumque relaxare:] hoc autem cum fieret poſt Euangelium lectum, quo Apoſtolis pedes lauiſſe Chriſtus narratur, & per Pontificem ſuccinctum, vt à D. Ambroſio traditur, in mentem venit, inde eam conſuetudinem manaſſe, qua in omnibus Eccleſiæ Catholicæ prouinciis receptum videmus, vt die Cœnæ Domini, ad Chriſti imitationem Romanus Pontifex & cæteri vtriuſque ordinis principes ad duodecim pauperum pedes lauandos ſe dimittant, lotóſque linteo extergant.

Pro antiqua pedum catechumenorum lotione, ſucceſſiſſe aliam capitis baptizandorum in Hiſpania, coniecturam facio ex D. Iſidoro [y], qui hanc fieri Dominica Palmarum, & ob id eam diem, vulgò capitilauium vocatam, ne obſeruatione Quadrageſimæ capita ſordidata, ad vnctionem accederent, ait his verbis: [Dies Palmarum ideò dicitur, quia in eo Dominus, & Saluatòr noſter, ſicut Propheta cecinit, Hieruſalem tendens, aſello ſediſſe perhibetur. Tunc gradiens cum ramis palmarum, multitudo plebium obuiam ei clamauerunt: Oſanna, benedictus qui venit in nomine Domini Rex Iſraël. Vulgus autem ideò diem hunc capitilauium vocat, quia moris eſt, lauandi capita infantium, qui vngendi ſunt: ne obſeruatione Quadrageſimæ ſordidata, ad vnctionem accederent.] In Galliis quoque vſitatam refert Alcuynus, [z] qui id etiam fieri ſolitam ſcribit in Dominica Palmarum.

[q] *D. Amb. lib. 3. de ſacrament. cap. 1.*

[r] *Idem Amb. lib. de his qui myſteriis initiantur. cap. 48.*

[s] *S. Irenæus li. 3. aduerſus hæreſ. cap. 3.*
[t] *Tertul. de præſc. aduerſ. hær. cap 36.*
[u] *Hieron. in epiſt. 1. lib. 1.*

[x] *D. Aug. in epiſt. 118. ad Ianua. ad finem.*

[y] *Iſido. lib. 6. Etym. cap. 17. & lib 1. de eccl. Eccl. cap. 26.*

[z] *Alcuy. lib. de Eccleſ. offic.*

COMMENTARII NOVI.

MOris fuiſſe, & ſi non in Eccleſia Romana, in Eccleſiis Italiæ, & Hiſpaniæ pedes baptizandorum abluere, vel per Epiſcopum, vel Presbyterum miniſtros baptiſmi conſtat ex D. Ambroſio, & Auguſtino hìc à Mendoza relatis, ex Paladio hiſtor. Lauſiac. ſect. 73. de Serapione in illis verb. *Narrabant itaque Patres, quod, cum quemdam accepiſſet exercitatorem, qui cum eo luderet, ſe in quadam vrbe Gentilibus vendidit hiſtrionibus viginti nummis; & cum ſignaſſet nummos, eos apud ſe ſeruabat. Tandiu autem permanſit, & ſeruiuit mimis, qui eum emerant, donec eos fecit Chriſtianos, & eos auulſit à theatro, præter aquam, & panem nihil ſumens: longo autem tempore primus compunctus eſt mimus, deinde mima, deinde vniuerſa eorum familia. Dictum eſt autem, quod lauit pedes eorum, & ambo baptizati receſſerunt.* Illuſtrant Vicecomes *lib. 3. de ritib. bapt. c. 16.* Lant. mer. 2. *de veteri mon. cap. 7.* Cuius cæremoniæ rationes plures adduci poſſunt: prima quia Catechumenorum corpora multis quadrageſimæ ſordibus inquinata ſine offenſione alicuius ſenſus ad baptiſmum accedere non poterant

A poterant præcipuè cum nudis pedibus Catechumeni tempore Catecheſis incederent. D. Auguſt. lib. 2. de Symbol. ad Catechum. cap. 1. *Quid eſt dilectiſſimi, quod à vobis celebratum eſt? quid eſt, quod hac nocte actum eſt? quod præteritis noctibus actum non eſt, vt ex locis ſecretis ſinguli produceremini in conſpectum totius Eccleſiæ, vbi ceruice humiliata, quæ malè fuerat antea exaltata in humilitate pedum cilicio ſubſtrato, in vobis celebraretur examen, dùm ſuper vos inuocatus eſt humilis altiſſimus Chriſtus, & lib. 4. cap. 1.* Secunda, eſt vt eam ablutionem, quâ in baptiſmo interiùs anima abluitur, velut diſpoſitio præcederet. Tertia, vt quemadmodum Gentiles, & Iudæi pedes hoſpitibus lauabant, honoris, atque officij cauſa Geneſ. *cap.* 18. Lucæ *cap.* 7. ita & venientes ad fidei credulitatem, vt hoſpites reciperentur honorificè. Aliàs proſequitur Vicecomes *lib.* 3. *cap.* 18. *per totum.* Hunc tamen morem iam pluribus in Eccleſiis receptum deinceps obſeruari vetuerunt PP. in præſenti, cuius prohibitionis rationem retenta vulgari lectione, quæ habet: *ſacerdotibus, vel clericis*: reddit Vicecomes *d. lib.* 3. *de ritib. Baptiſm. c.* 29. quia cum aliqui exiſtimaſſent hanc ſolam ablutionem ſine alio baptiſmo ad regenerationem ſufficere, prohibuerunt PP. huiuſmodi lotionem, ne confunderetur cum ablutione baptiſmali, ſed verius credo huiuſmodi pedum lotionem PP. vetuiſſe, vt in totum Eccleſiæ Romanæ diſciplinam ſequerentur, quæ huiuſmodi cæremoniam non amplectebatur, vt patet ex D. Ambroſ. à Mendoza relato: & huius Concilij ſemper votum fuit in diſſidio Eccleſiarũ, circa ritus Eccleſiaſticos Romanæ Eccleſiæ morem ſequi, vt circa ieiunium Sabbathi iam notaui ſupra *can.* 26. GONZALEZ.

B

De frugibus fidelium, ne à Iudæis benedicantur.

De frugibus fidelium, ne à Iudæis bendicantur.

C

Canon XLIX.

Admoneri placuit poſſeſſores, vt non patiantur fructus ſuos, quos à Deo percipiunt cum gratiarum actione, à Iudæis benedici; ne noſtram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis poſt interdictum facere vſurparit, penitus ab Eccleſia abiiciatur.

Canon XLIX.

Admoneri placuit poſſeſſores, vt non patiantur fructus ſuos, quos à Deo percipiunt cum gratiarum actione, à Iudæis benedici; ne noſtram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis poſt interdictum facere vſurparit, penitus ab Eccleſia abiiciatur.

D

CAPVT VIGESIMVM-SEXTVM.

Fruges fidelium à Iudæis vel Gentilibus benedici non debere.

VAnas & impias Gentium & Iudæorum, ſuperſtitiones tollendi, & Chriſtianæ religionis doctrinam in dies propagandi, Epiſcoporum noſtrorũ ſumma cura fuit. Qua ratione decreuerunt, vt cùm fundorum domini (hos vocant poſſeſſores, vt ſuperiùs [a] etiam indicarunt) fructus ſuos vellent benedictione perfundi, non paterentur eam præſtari à Iudæis, ne ſancta noſtrarum benedictionum virtus inanis & vacua redderetur. Iam enim diu non conſuetudine tantùm, ſed conſtitutione Eutychiani [b] PP. ad Ioannem, & ad omnes Bæticæ prouinciæ Epiſcopos, receptum fuerat, vt omnes res quæ ad vſum humanum pertinerent, ſacerdotum noſtrorum orationibus benedicerentur; nec antea ſumi à populo licebat. [Idcirco fratres (inquit Eutychianus) iſta prætulimus, vt hæ ſpecies, quas non licet offerri ſuper altare, extra conſtitutionem Apoſtolorum eorumque ſucceſſorum, ad domum ſacerdotum deferantur, & à ſacerdotibus benedicantur, & per ſimplicem benedictionem benedicta demum à populis ſumantur: fabæ tamen & vuæ, & cætera quæ Apoſtoli conſtituerunt, ſuper altare offerantur.] Nec collectos fructus benedici ſolùm commune fuit delatos ad ſacerdotum domus: ſed ſi ciues, agros, vel domos, vel familiam ad fugandos dæmones, vel ob aliam cauſam vellent ſacerdotum benedictionibus expiari, vtique eas præſtare ſacerdotes debebant præcepto Concilij, apud Regiam relato à Burchardo

E

[a] *Can.* 40. *huius Conc.*

[b] *Eutychian. P ad fin. epiſt.* 1.

chardo. [c] [Vt presbyteri (inquit) priuatim fidelibus desiderantibus benedicant & inter minutas has discussiones, visum est omni presbytero per familias, per agros, per priuatas domus pro desiderio fidelium habere facultatem benedictiones aperire.] Non solùm autem Iudæorum benedictiones, sed Christianorum hæreticorum sustulit Concilium Laodicenum. [d] [Non oportet (inquit) hæreticorum benedictiones accipere, quoniam maledictiones magis sunt, quàm benedictiones.] Ethnicorum etiam benedictiones tanquam genus idololatriæ Christianos effugere docuit Tertullianus: [e] [Æque (ait) benedici per deos nationum Christo initiatus non sustinebit, vt semper reiiciat immundam benedictionem, & eam sibi in Deum conuertens emundet. Benedici per deos nationum, maledici est per Deum. Si dedero eleëmosynam, vel aliquid præstitero beneficij, & ille mihi deos suos vel coloniæ genium propitios imprecetur, iam oblatio mea vel operatio, idolorum honor erit, per quæ benedictionis gratiam compensant. Cur autem non sciat me Dei causa fecisse: vt Deus potius glorificetur, & dæmonia non honorentur in eo quod propter Deum feci Deus videt quoniam propter ipsum feci: pariter videt, quoniam propter ipsum fecisse, me nolui ostendere, & præceptum eius Idolothytum quodammodo feci.]

[c] *Burchard. lib. 2. decret. cap. 89.*

[d] *Conci. Laod. can. 32.*

[e] *Tertull. lib. de idololatr. cap. 22.*

COMMENTARII NOVI.

VEterem *in Ecclesia morem sequimur* (ait quartum Concilium Mogunt. cap. 39.) *dum salem, aquam, & cæteras quasdam res in vsum fidelium per orationes in verbo Dei præparamus. Quem morem nemo reprehendet, qui secum reputauerit Ecclesiam inter cætera salutis, & vtilitatis suæ, tùm augendæ, tùm conseruandæ præsidia, etiam exercizandi potestatem contra insidias Dæmonum, aliasque noxias pestes auertendas accepisse: quam potestatem cum per res externas ad vtilitatem fidelium exercet Ecclesia, nimirum in eo sanctorum imitatur exempla, quia ad eliciendos quosdam effectus, diuino iussu res corporales adhibuisse leguntur: quem morem in Ecclesiis præcipimus conseruandum, dummodo populum Pastores sedulò doceant, effectus, qui inde petuntur, non ipsarum rerum efficacia, sed diuinæ seruitutis operationi, per fortissimi Dei nominis inuocationem, tribuendos esse, & caueant ne rebus talibus ad impias superstitiones abuti quisquam præsumat.* Tam enim à temporibus Apostolorum nouæ fruges, vuæ, fabæ, & similes benedicebantur à Sacerdotibus *can. 3. & 4. Apost.* Prohibuerunt tamen ibi Apostoli legumina, & cæteras fruges præter spicas, & vuas (quæ panis, & vini, ex quibus sacrificium conficitur, alimenta sunt) super altari in sacrificio offerri: non tamen vetuerunt ad altare extra sacrificium pro alimento hominum benedici, & ita accipiendum est, quod de *S. Eutychiano* Papa, & Martyre apud Anastas. bibliothec. legitur. *Hic instituit fruges, fabas & vuas in altario benedici*, Sanctus enim studiosa pietate, sanctoque affectu referendi Deo pro beneficio susceptionis nouarum frugum debitas gratiarum actiones, diuinamque benedictionem tam super ipsos fructus, quam super iis vtentes Christi fideles impetrandi, id statuit, cuius benedictionis vsus probatur ex lib. sacrament. Sancti Gregor. 8. Idus Augusti in natali sancti Sixti Martyris, vbi hac cum deprecatione benedictio vuæ signatur: *Benedic Domine, & hos fructus nouos vua, quos tu Domine rore cœli, & inundantia pluuiarum, & temporum serenitate, atque tranquillitate ad maturitatem peruenire dignatus es, & dedisti eos ad vsus nostros cum gratiarum actione percipi in nomine Domini nostri Iesu Christi per quem hæc omnia, &c.* Et in sacramentorum libro collecto à Grimoaldo Abbate ex opusculis Sanctorum PP. inter pleraque benedictiones sine die certo consignatur *num.* 122. alia forma sub hac epigraphe: *Benedictio ad fruges nouas*; & hoc modo concipitur: *Domine sancte Pater Omnipotens æterne Deus, qui cælum, & terram, mare, & omnia creasti, te supplices quæsumus, vt hunc fructum nouum benedicere, & sanctificare digneris, & multiplicare abundanter offerentibus tibi, vt repleas eorum cellaria cum fortitudine frumenti, & vini, vt lætamur in eis referant tibi Deo Omnipotenti laudes, & gratias, per Dominum.* In rituali Romano sub titulo benedictionis nouorum fructuum post dictum. ℣. *Adiutorium nostrum, &c.* ℟. *Qui fecit cælum, &c.* ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *& cum spiritu tuo*, hæc benedictio verbis arctior legitur: *benedic Domine hos nouos fructus N. vt qui eis in tuo Sancto nomine vescentur, corporis, & animæ salute potiantur, Per Dominum nostrum, &c.* Apud Græcos eandem cæremoniam vsitatam fuisse constat ex *can.* 18. sextæ Synodi in Trullo, vbi decernitur, vt primitiæ vuæ, & frumenti offerantur in altari benedicendæ sua peculiari benedictione. Quæ in ipsorum Menologio eodem die, quo apud Latinos facienda signatur. In Africa idem mos viguit, vt constat ex Concil. Carthag. 3. *can.* 3. notarunt Menardus, in *not. ad sacramen. S. Gregor. fol.* 173. Saussay *in Panopl. sacerd. p.* 2. *lib.* 2. *art.* 15. quam piam, laudabilemque cæremoniam Patres Illiberritani amplectentes tantum prohibuerunt fidelibus ne sinerent fruges suas benedici à Iudæis, quia omnis benedictio, quæ extra Ecclesiæ consortium, & communionem datur, non benedictio, sed maledictio est *c. non licet 67. ibi*, maledictiones potiùs sunt, quam benedictiones: *cap. in Ecclesia cap. manifestum cap. maledicam* 1. *quæst.* 1. GONZALEZ.

De

CAPVT VIGESIMVM-OCTAVVM.

Hæreticos non esse ordinandos, & ordinatos deponendos.

PRæcipua fuit semper Hispanorum Episcoporum cura, vt de his qui clero essent adscribendi, nulla, vel hæreseos, vel turpitudinis infamia aut suspicio haberi posset, & meritò: cum sacra Clericatus dignitas sanctos & beatos exposcat mores, non vitam fidei aut religioni suspectam. Idcirco decreuerunt, vt ex hæreticorum prouinciis aduentantes (non erant igitur tunc in Hispania hæretici) ad clerum minimè promouerentur. [Quòd si cum grandi (ait Leo [c] PP.) examinatione promotio conceditur inculpatis, multo magis non debet licere suspectis: non enim leuem apud Deum noxam incurrit, qui de talibus, ad sacros promouendos ordines iudicauerit.]

Forsan alius, ex hæresi venientes, lapsos resipiscentes interpretabitur, quos ad sacros ordines promoueri vetus Ecclesiæ lex impediebat. Nec promoueri tantùm; sed susceptis iam gradibus fungi. Quod olim à Cornelio PP. toto orbe Christiano consentiente, decretum fuisse refert D. Cyprianus [d], dum respondit, Martialem & Basilidem Hispaniæ Episcopos in persecutione lapsos, ad pristinum honorem admittendos non esse: quemadmodum & antea à idem Cornelius PP. Episcopum Nouatianum à schismate reuertentem, vt laicum in Ecclesia receperat: vt ex eius ad Fabium Antiochenum Epistola Eusebius [e] tradit. Cuius tamen decreti non fuit auctor Cornelius, sed quod primùm Ecclesiæ specialiter obseruabant, generali constitutione renouauit. Nam Tertullianus [f] refert, Marcionem nec ad Ecclesiæ pacem admissum, ni priùs quos suo errore deceperat, & ab Ecclesiæ vnitate alienauerat, reduxisset: quod Innocentius [g] PP. vt veteri iure receptum docet. [Nostra verò lex est (ait) Ecclesiæ, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati sint, laicam tantùm tribuere communionem; nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare. [Eandem Ecclesiæ consuetudinem refert Diuus Augustinus [h]: Quod cùm non obseruasset aliquando Acatius Constantinopolitanus Episcopus, grauibus verbis notatus reprehensúsque est à Felici [i] PP. III. Quòd si aliquando huius disciplinæ seueritas minus esset percommoda, nonnihil detrahebant de illa veteres Episcopi, indulgentiam quandam tempori deseruientem impertientes: vt idem Augustinus [k] scribit: idque obseruarunt olim cum Nouatianis Nicæni [l] Patres. [Si qui voluerint (aiunt) venire ad Ecclesiam Catholicam ex Nouatianis, placuit sancto Concilio, vt ordinentur, & sic maneant in clero.] Eodem exemplo Macedonianí quidam resipiscentes, à Liberio Pontifice, & ex eius sententia à Catholicis in Oriente in Synodo Thianensi, Ecclesiæ reconciliati, & in cathedras suas restituti sunt, auctoribus Basilio [m], Socrate [n], & Sozomeno. [o] Quare cum dolis & fraudibus Arianorum ingens Episcoporum numerus Ariminensi Concilio, vel Conciliabulo subscripsisset; mortuo Constantio Imperatore, & reuocatis ab exilio Athanasio, Hilario, Eusebio Vercellensi, cæterisque confessoribus, visum est Ecclesiæ ad sarciendam concordiam & pacem Catholicæ fidei, vt Episcopi resipiscentes ex Arianis, seruato Episcopi gradu, ad pristinos honores & dignitatem restituerentur: quod consensu Romani Pontificis in Alexandrina Synodo constitutum fuit. Cui gratiæ & ordinationi, cùm Lucifer Caralitanus in Sardinia Episcopus, vel stulta, vel insana superbia assentiri recusasset, & factum Ecclesiæ pertinaciter damnare auderet, ipse vt schismaticus damnari meruit, teste Rufino [p], & Athanasio [q], & ex Liberio [r], Hieronymo [s], & Augustino [t]. Messalianorum etiam seu Euchitarum hæresis perniciosa, cùm per Orientis partes desæuiret, Clericos tamen ab illis redeuntes incolumi gradu recipiendos iussit Synodus III. Ephesina. Coacta ea erat aduersus Nestorianos, quos in errore pertinaces graui anathemate affecerat, & sacerdotij dignitate priuauerat: illos tamen, si resipiscerent, in honoribus suis recepit Cyrillus [u] Alexandrinus, vt fatetur ipse. Idem [x] feciſſe affirmat Proclum Constantinopolitanum. Eâdem indulgentia recepit quosdam Iconomachos eadem Septima Synodus, quod inibi, & multis doctorum testimoniis, & Ecclesiasticis exemplis defenditur. Cùm Theodoretus in Concilio Chalcedonensi [y], Nestorij, quem priùs defenderat, errorem abiuraret, omnes Episcopi clamauerunt: Theodoretus dignus est sede Ecclesiæ; Theodoreto Catholico

[c] *D. Leo PP. in epistola 3. ad Epiſc. Aquileiensem.*

[d] *D. Cypr. ep. 68.*

[e] *Euseb. lib. 6. hist. Eccle. cap. 35.*

[f] *Tertul. lib. de præscrip. hæret.*

[g] *Innocent. PP. I. in epist. 22. ad Epiſc. Maced. cap. 4.*

[h] *D. Aug. epist 50. ad Bonif. & lib. de vnico baptiſ. c. 12.*

[i] *Felix PP. III. in epist. ad Acatium Epiſc. Conſtant.*

[k] *D. Aug. dict. epist. 50. ad Bonifas. & epist. 163.*

[l] *Conc. Nicæn. can. 8.*

[m] *D. Basil ep. 74 ad Occid. & ad Teren. Comitem, quæ citatur act. 1 ſeptimæ Synodi.*

[n] *Socrat. l. 4. c. 11.*

[o] *Sozom. l. 6. c. 10. 11. & 12.*

[p] *Ruffin. l. 10. c. 28. 29 & 30.*

[q] *D. Athan. in ep. ad Ruf. relata in 7. Synod. act 1.*

[r] *Liber. in epiſt. ad Orientales, relata à Socr. lib. 4. c. 11.*

[s] *Hieronym. contra Luciferianos.*

[t] *D. Aug. de agone Chriſtiano in fine. Idem epiſt 50. ad Bonifac.*

[u] *Cyril. Alexan. in epiſt. ad Max. relata act. 1. Synodi VII.*

[x] *In eâdem epiſt.*

[y] *Concilium halcedonenſe actione 3.*

Digitized by Google

A Catholico doctori reddatur Ecclesia. Ante hos omnes Miltiades Papa in Concilio Romano, quod ad causam Cæciliani & Donati, ante Nicænum & Arelatense conuocatum est, Donastitas saluo Episcopatus honore in gratiam se recepturum professus est, si depositio schismate ad Ecclesiæ vnitatem redire vellent: vt Augustinus [z] testatur. Quod exemplum Africani posteà Patres sequuti semper sunt, in Concilio præsertim Carthaginensi [a], in quo legatio decernitur ad Papam Anastasium, vt id ratum habere vellet, non obstante transmarino decreto, quo de gradu suo reiici præceptum est. Hanc gratiam Hæresiarchis non solet Ecclesia concedere: quos vt tanti mali auctores maiori affici pœna consentaneum censet. Tertullianus [b] (vt antea dixi) refert Marcionem, ne ad Ecclesiæ quidem pacem admissum, nisi reductis his quos deceptos ab ea segregasset. Sed illud est præsertim obseruandum, quòd & si mansuetudinis & pietatis Ecclesiasticæ ratione hæretici vel schismatici resipiscentes, B ad pristinos honoris gradus soleant restitui ad maiores tamen admittendos promouendosque non esse, epistola D. Leonis [c] Papæ edocti sumus.

[z] *D. Aug. epist. 50 & 162.*
[a] *Concilium Carthaginense extat in eo quod vulgò vocant Africanum, can. 35.*
[b] *Tertull. de præscriptionibus hæreticorum.*
[c] *D. Leo Papa ep. 1 ad Episcopum Aquileiensem.*

COMMENTARII NOVI.

LIcet iuxta P. Cypriani sententiam relatam in *cap. 1. 1. quæst. 7.* ab hæreticis reuersi non debeant honoris arma retinere, quibus contra nos rebellauerunt, tamen benignè Ecclesia iam à temporibus Concilij Nicæni lapsos in hæresim, & reuersos consueuit pristinis gradibus restituere *cap. signi voluerint c. conuenientibus c. ponderet c. quia sanctitas 50. dist.* Leo epist. 49. ad Pulcheriam vbi de his reuertis agens ait: *Qui etsi post illud iudicium suum tam impium, quam iniustum non sunt Catholicæ fraternitati ita honorabiles vt fuerunt, suas tamen adhuc obtinent sedes, & Episcopatus sui honore potiuntur, aut per veram, & necessariam satisfactionem pacem Ecclesiæ recepturi, aut si hæresim ruebuntur, professionis suæ meritò iudicandi,* cap. 1. de parroch. 7. Synod. act. 1. post medium ibi Tarasius dixit: *Plurimi iam canonici, sanctarúmque Synodorum, & Patrum libri lecti sunt, qui docent nos reuersos ab hæresi recipere debere, modo non subsit improba aliqua causa.* Alia congerit Anton. August. *in epit. iur. lib. 11. tit. 6.* Quum restitutionem vt PP. Hispani luctifacerent Episcopos hæresi Ariana infectos non solùm illis concesserunt in Concil. Tolet. 3. verum, & statuerunt, vt si in eorum sedibus alij Catholici fuissent ordinati, ambo manerent in eadem Ecclesia, ita vt vno defuncto superstes solus eam regeret, vt tradit Mendoza *suprà lib. 1. cap. 1. fol. 11.* & nos in *c. quoniam de officio ordin.* Sed licet ita ab hæreticis reuersi propriis sedibus, & dignitatibus restituerentur, non tamen ad primatus culmen peruenire poterant ex ratione adducta à Gregor. *in cap. nos consuetudinem 11. dist.* Imò & aliquando ita restituebantur, vt in susceptis gradibus possent ministrare, non autem ad superiores ascendere *c. siquis hæreticæ c. omnis 1. quæst. 1. cap. saluberrimum 1. q. 7.*

C D E

Quæ restitutio cum tam in Ecclesia Africana, quam Hispanica obseruata reperiatur iam à primis sæculis, præsens canon tam in prima quam secunda parte non potest accipi de Episcopis, vel Presbyteris in hæresim lapsis resipiscentibus, & reuersis ad fidem Catholicam, præcipuè cum PP. huius Concilij erga hæreticos pœnitentes non ita seueri essent, vt ad communionem pristinam non admiserint, vt probaui *suprà cap. 22.* Vnde & in suis gradibus recipiendi erant iuxta Romanæ Ecclesiæ indulgentiam: Quare existimo in præsenti canone tantum agi de fidelibus laicis publicè in hæresim lapsis, & post à reuersis, qui in clerum cooptari non possunt, & si ipsi ita reuersi ordinati fuerint, deponuntur à gradu suscepto non ante lapsum, sed post pœnitentiam, vt diuersis Canonibus probat Sausay *in Panopl. cleric. lib. 6. p. 1. cap. 3.* Quæ Ecclesiæ sanctio valde consona est iuris dispositioni, cum notum sit propter hæresim irregularitatem contrahi, ita vt hæreticus resipiscens, licet communioni Ecclesiæ restituatur, tamen nec ad primam tonsuram valet promoueri, vt probant D. Antonin. *de cens. cap. 100.* Siluester *verb. irregularitas quæst. 5.* Maiolus *lib. 5. de irreg. cap. 46. num. 3.* Peña *ad Cymericum in direct. part. 3. comment. 163.* Ritiulus *lib. 3. de iure person. c. 18. num. 3.* Sausay, vbi proximè; licet circa causam huius irregularitatis non consentiant DD. aliis asserentibus annexam esse hæresi, ita vt si hæreticus sit occultus modo exterius irregularitatem contrahat, ita Syluester *supr. quæst. 24.* Maiolus *dict. cap. 46. num. 1.* Lambertin. *de iure patron. 1. p. lib. 1. quæst. 7.* Toletus *lib. 1 summ. cap. 69.* Suarez *de censur. disp. 43. sect. 1. num. 4.* Pegna *dict. part. 3. quæst. 126.* Ritiulus *lib. 5. de iure person. cap. 17.* sed rectius Auila, Sayrus, Layman, & Castropalaus, quos refert, & sequitur Gibal. *de irregul. cap. 5. quæst. 3.* existimarunt hanc irregularitatem contrahi ex illa infamia, quæ incurritur ex hæresi, & pœnitentia solemni, quam subibat, qui lapsus reuertebatur ad fidem. Vnde iuxta ea principia rectè docent PP. in hoc *can.* vt si aliquis fidelis laicus à quacunque hæresi reuertatur, in clerum non promoueatur, & si per surreptionem ordinatus fuerit, deponatur. Lex enim licet præterita regulariter non respiciat, tamen si expressè ea comprehendat ad præterita extenditur vt latè probaui *in c. 2. de const.* GONZALEZ.

Not to be republished © The Times of India Archives
Powered by TOI Archives

Bombay Gazette.

Extraordinary.

Published by Authority.

Vol. XXXIII. No. 1. **Price Rs. 2.** **Wednesday, January 1, 1930.**

CONTENTS.

Appointments	1	Notifications	1
Appointments and Promotions	1	Orders	1
Corrigenda	1	Resignations	1
Gazette Notifications	1	Transfers	1
Leave	1		

Appointments.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Ahmedabad, to be Assistant Collector, Surat.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Surat, to be Assistant Collector, Ahmedabad.

Appointments and Promotions.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Ahmedabad, to be Assistant Collector, Surat.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Surat, to be Assistant Collector, Ahmedabad.

Corrigenda.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Ahmedabad, to be Assistant Collector, Surat.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Surat, to be Assistant Collector, Ahmedabad.

Gazette Notifications.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Ahmedabad, to be Assistant Collector, Surat.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Surat, to be Assistant Collector, Ahmedabad.

Leave.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Ahmedabad, to be Assistant Collector, Surat.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Surat, to be Assistant Collector, Ahmedabad.

Notifications.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Ahmedabad, to be Assistant Collector, Surat.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Surat, to be Assistant Collector, Ahmedabad.

Orders.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Ahmedabad, to be Assistant Collector, Surat.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Surat, to be Assistant Collector, Ahmedabad.

Resignations.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Ahmedabad, to be Assistant Collector, Surat.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Surat, to be Assistant Collector, Ahmedabad.

Transfers.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Ahmedabad, to be Assistant Collector, Surat.

Mr. Ramchandra Vishnu Bhide, Assistant Collector, Surat, to be Assistant Collector, Ahmedabad.

A florum infamia posse resarcire : quod leuissimi & pusilli animi indicium est, grauique pœna dignum : si enim iniuria voce priuatim illa (conuitium vocamus) quod honori detrahat, pœna vindicanda est; tametsi vocis facilè obliuiscamur, quanto magis quæ literis publicis & Scriptura consultò facta, quæ cum per plurimorum manus longe latèque vagetur, tam diu subsistit dedecus & infamia, quandiu illius memoria infixa hominum animis duraverit. Ideoque in omni bene instituta republica acerbiùs & atrociùs hanc, quàm verborum iniuriam prudentes vindicarunt Græcos, & à Græcis Romanos mutuantes, & si lenes & molles potius, atque indulgentes in coërcendis aliis iniuriis & delictis fuerint : acerbos, vehementes & acres in puniendis famosorum libellorum auctoribus fuisse, lex ipsa duodecim tabularum indicat; cuius hæc verba sunt. SI QVIS ACTITAVERIT. SIVE CARMEM CONDIDERIT. QVOD INFAMIAM FLAGITIVM VE ALTERI PRECATVR. CAPITE PVNITOR.] Legis testes sunt Cicero [i], Arnobius [k], Augustinus [l] & alij. Eius seueritatem placuisse

B Augusto Cæsari, inde coniectari licet, quod iudicium de libellis famosis, non minus vehemens, quàm maiestatis esse voluerit : sic enim scribit Tacitus [m], [cum legem maiestatis reduxisse, vt non solùm facta arguerentur, sed & dicta : primúmque cognitionem de famosis libellis specie legis eius tractasse : commotum Casij Seueri libidine, qua viros fœminasque illustres procacibus scriptis diffamauerat] Intestabilem factum, siue lege, siue Senatusconsulto, refert Vlpianus [n], [Si quis (inquit) librum ad infamiam alicuius pertinentem scripsit, composuit, edidit, dolove malo fecit, quo quid eorum fieret, etiam si alterius nomine ediderit, vel sine nomine, vti ea de re agere liceat : & si condemnatus sit, qui id fecit, intestabilis ex lege esse iubetur.] Idem etiam Vlpianus [o], [Si quis (inquit) ob carmen famosum damnetur, Senatusconsulto expressum est, vt intestabilis sit.] Quid autem esset intestabilis, Ca-

C tus [p] docuit. [Cum lege quis (ait) intestabilis iubetur esse, eò pertinet, vt nec eius testimonium recipiatur, & eò amplius, vt putant quidam, ne ipsi dicatur testimonium.] Ergo, nec testis esse poterat, nec testamentum facere, nec quidquam capere ex aliorum testamentis. Sicque intelligendus est Arcadius [q] Imperator : dum ob carmen famosum damnatum, intestabilem fieri respondit. Dignissimus certè est, qui aliorum famam lædere curat, vt tanta infamia ipse afficiatur, vt nec ei testimonium vel dicere, vel dici liceat. Quod moribus recipi oporteret : ne (qua solet) sceleris impunitate repetendi criminis crescat audacia : impunitatem intelligo leuiorem coërcitionem. At Vlpianus [r] eâdem pœna ex Senatusconsulto teneri etiam eum docet, qui ἰαμβεῖον aliudve quid, sine Scriptura in notam aliquorum produxerit. Quo autem

D tempore, aut quo auctore factum sit illud Senatusconsultum, non constat; & ambigunt recentiores, an Augusto, anve Tiberio tribui debeat : sed ego Augusto magis, quàm Tiberio tribui posse, ex Suetonio [s] elicio. [Sed aduersus conuitia (ait) malosque rumores, & famosa de se ac suis carmina firmus ac patiens subinde iactabat, in ciuitate libera, linguam mentesque liberas esse debere. Et quondam Senatu cognitionem de eiusmodi criminibus ac reis flagitante; Non tantùm (inquit) otij habemus, vt implicare nos pluribus negotiis debeamus. Si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis : omnium inimicitiæ hoc prætextu ad vos deferentur. Extat & sermo eius in Senatu perciuilis : Si quidem loquutus aliter fuerit, dabo operam, vt rationem factorum meorum, dictorúmque reddam : si perseueraverit, inuicem eum

E odero.] Cuius sententiam Theodosius, Arcadius & Honorius [t] probarunt in edicto ad Rufinum P. P. probè intelligentes non omnia ad eam seueritatis normam semper esse reuocanda, quinimo oportere nonnunquam regum prudentiam quod in subditis ex leuitate processit, contemnere : quod ex insania, misereri : quod ab iniuria remittere : vt dignum imperio quod susceperunt probitatis exemplum, modestiæ & patientiæ reliquis imitandum proponant. Quòd si temporum, locorum & rerum status naturaque vel coërcitionem leuiorem, vel impunitatem & indulgentiam non permiserint, cum vindicandum fuerit, seuerè vindicandum : vt Decem virorum olim sanxit prudentia. Nec olim solùm libellis famosis, vel quacunque alia publica iniuria, turpitudinis notam Principibus inurere impunè licebat, sed nec illorum seculum quoquomodo criminari. Putabant enim Principes, nec immeritò, ad maximas ipsorum pertinere laudes, seculi iustitiam, morum probitatem, legum vim, auctoritatem iudiciorum, integritatem magistratuum, & omnis tandem & publicæ & priuatæ felicitatis prædicationem, vt testes sunt Iustinianus [u] & Theodoricus [x], de his crebrò in suis constitutionibus gloriantes. Qua ratione Græcus scholiastes [y] Basilicon, cum qui

[i] *Tull. lib. 4. Tusc. lam.*
[k] *Arnob. lib. 4. aduersus gentes.*
[l] *D. August. lib. de ciuit. Dei, c. 9*
[m] *Tacit. lib. 10. Annalium.*
[n] *Vlpian. In l. 5. vlt. de iniur.*
[o] *Idem Vlpian. in l. 5. § si quis, de iniur.*
[p] *Caius in l. eius legem de iniur.*
[q] *Arcad. Imper. in l. ob carmen, C. de testib.*
[r] *Vlpian in l. 5. § vlt. de iniur.*
[s] *Suetonius in Vi Tiberij.*
[t] *Theod. & Arcad. Genitoribus [illegible] vnica, C. [illegible] perinde ad.*
[u] *Iustin. l. vlt. C. [illegible] rum [illegible] patitur.) Et in [illegible] vnica si quis Imp. [illegible] ratori maledixerit, (& [illegible] nostrorum tempo-rum.)*
[x] *Theodoricus Re apud Cassiodor. lib. 2. epist. 13. Non sibi tempora iu tia: & alibi sæpè*
[y] *Græcus [illegible] fices Basil. l. 60.*

A alicui obiiciuntur ab eo, qui ſæuitiæ iudicum, aut Principis adrepere ſatagit : valdè enim abſurdum foret ob quamcunque contumeliam ſcripto factam reo capitis pœnam imminere, quæ ſententia confirmatur ex verbis prædictæ conſtitutionis, quæ cum concipiantur de ſalute, ac deuotione publica ſatis innuunt eiuſmodi libellum eſſe intelligendum caſu, quo crimina capitalia, atque ad ſalutem reipublicæ pertinentia obiiciuntur, & ex aliis conſtitutionibus compilatis *in C. Theodoſ. ſub tit. de famoſ. libell.* præcipuè ex l. 4. in illis verb. *Famoſa ſcriptio libellorum, quæ nomine accuſatoris caret, minimè examinanda eſt, ſed penitus abolenda: nam qui accuſationis promotione confidit libera potiùs intentione, quam captioſa, atque occulta conſcriptione alterius debet vitam in iudicium denocare.* Et ex lib. 8. *iam pridem aduerſus calumnias firmiſſima ſunt comparata præſidia. Nullus igitur calumniam meluat. Conteſtatio verò, quæ caput alterius contra iuris ordinem pulſat, depreſſa noſtris legibus iaceat, intercidat furor famoſorum libellorum.* Porrò puniunt Imperatores Valentinianus & Valens eos quoque

B qui libellum inuentum non illicò conſumpſerint, ſed aliis ſenſum eius manifeſtauerint, quod durum videri poterat, ſed haud dubiè, verba ad eum ſunt reſtringenda qui contenta libello crimina dolo malo differt, vt periculum ex ea re capitis creet infamator. Quod qui fecit cum eo non valdè duriter agetur, ſi ea pœna afficiatur ipſe, cuius ſpectaculo in alterius ceruice crudelem animum ſatiare voluit.

Sacris etiam canonibus, qui huiuſmodi libellos apponunt, excommunicantur, *cap. quidam 5. quæſt. 1. & in cap. 1.* eadem quæſtione legitur ex Adriano Papa, *qui in alterius famam publicè ſcripturam, aut verba contumelioſa conſinxerit, & repertus ſcripta non probauerit, flagelletur, & qui ea prius inuenerit rumpat, ſi non vult authoris facti cauſam incurrere :* refert Anton. Auguſt. *in epit. lib. 35. titul. 6.* in præſenti canone non ſolum iubentur excommunicari, verum & anathematizari, id eſt ſolemniter excommunicari iuxta formam, & ſolemnitatem, quam retuli *in cap. cum non ab homine de iudiciis.* GONZALEZ.

C De Epiſcopis, qui excommunicato alieno communicant.

De Epiſcopis, qui excommunicato alieno communicant.

Canon LIII.

Placuit cunctis, vt ab eo Epiſcopo quis recipiat communionem, à quo abſtentus in crimine aliquo fuerit. Quòd ſi aliquis Epiſcopus præſumpſerit eum admittere, illo adhuc minimè ſciente, vel conſentiente, à quo fuerat communione priuatus, ſciat ſe huiuſmodi cauſas inter fratres cum ſtatus ſui periculo præſtaturum.

D

Canon LIII.

Placuit cunctis, vt ab eo Epiſcopo quis recipiat communionem, à quo abſtentus in crimine aliquo fuerit. Quòd ſi aliquis Epiſcopus præſumpſerit eum admittere, illo adhuc minimè ſciente, vel conſentiente, à quo fuerat communione priuatus, ſciat ſe huiuſmodi cauſas inter fratres cum ſtatus ſui periculo præſtiturum.

E

CAPVT TRIGESIMVM-PRIMVM.

Ab vno Epiſcopo excommunicatos, ab aliis non eſſe reconciliandos.

CVm in canonum præcedentium & ſubſequentium decretis edendis, verbo ſolo PLACET, Epiſcopos vſos legamus : in hoc autem nomen, cunctis, adieciſſe ; indicium ſanè eſt communis omnium Patrum conſenſus, nec in eo condendo diſcordes animos habuiſſe, quos longa debuiſſet placare diſputatio. Rectè enim docuit Ariſtoteles [c] ægrè ferre quemquam ſuo honore priuari. Idcirco Patres huius Concilij communi conſenſu decernunt, ad conſeruandam ſingulorum & omnium auctorita-

[c] *Ariſt. lib. 2. nomicorum.*

tem, vt ab eo percipiat is communionem, à quo anteà abstentus fuerat. Transtulit hunc canonem Osius Sardicensis [f] Concilij præses, in illud, vbi sic præfatur. [Osius Episcopus dixit: hoc quoque omnibus placet, vt siue diaconus, siue presbyter, siue quis clericorum ab Episcopo suo communione fuerit priuatus, & ad alterum perrexerit Episcopum: & sciens ille ad quem confugit, eum ab Episcopo suo fuisse abiectum; non oportere vt ei communionem indulgeat: quòd si fecerit, sciat se communicatis Episcopis causas esse dicturum. Vniuersi dixerunt: Hoc statutum & pacem seruabit, & concordiam custodiet.] Nec in Sardicense tantum transtulit Osius, sed paulò antea transtulerat in Nicænum [g]. [Seruetur & illa sententia (ait) vt hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem non recipiantur. Requiratur sanè, ne forte aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet commotione Episcopi sui excommunicati sunt. Vt ergo digna hæc possint examinatione perquiri, rectè visum est, & per singulos annos in singulis quibusque prouincis, bis in anno Episcoporum Concilium fieri, vt simul in vnum conuenientes ex communi prouincia huiusmodi examinent quæstiones; vt ita demum, hi qui ob culpas suas Episcoporum suorum offensas meritò contraxerunt, digni etiam à cæteris, excommunicati similiter habeantur: quousque in commune, vel ipsi Episcopo suo visum fuerit humaniorem circa eos ferre sententiam] Placuit inter hoc ipsum decretum Concilij Antiochem Patribus, Carthaginensis [h], Taurinatensis [i], Cæsaraugustani [k], Epaunensis [l], Siricio [m] etiam Papæ, & Innocentio [n]. Omnes autem mutuo accepisse potuerunt à canone Apostolorum [o]: [Si quis presbyter sanè aut diaconus ab Episcopo suo segregetur, hunc non licere ab alio recipi sed ab ipso qui eti sequestrauerat forsitàn obierit Episcopus ipse, qui eum segregare cognoscitur.] Quos omnes canones in vsu hodie esse obseruantia, ignorat nemo.

Ideò autem Concilium dicit, non esse admittendum ad communionem ab alio Episcopo excommunicatum, & admittenti grauem seueritatis sententiam comminatur, nullo discrimine constituto, an scienter, an ignoranter ille admissus sit: quia olim excommunicatorum nomina, non ad presbyteros solùm eiusdem diœcesis, sed ad Episcopos aliarum prouinciarum remitti solebant, vt notum esset omnibus, qui ad Ecclesiæ communionem essent admittendi. Diuus Augustinus [p], [De Splendonio verò (inquit) quem diaconum in Catholica damnatum, & a se rebaptizatum presbyterum fecit, cuius in Gallia damnationem ad nos a fratribus missam, collega noster Fortunatus ibidem, apud Constantinam publicè legendam proposuit.] Si ex Gallia ad Africam, nec Africam solùm, sed Africæ interiora excommunicatorum nomina remittebant olim Episcopi, ne peccato excommunicatorum, quoquo modo peruerti, aut contaminari possent fideles maximam fuisse apparet & caritatis & Christianæ religionis in antiquis Episcopis curam.

f *Concil. Sardicens. can. 16.*

g *Concil. Nicæn. can. 5.*

h *Conc. Carthag. 1 can. 5.*

i *Taurin. can. 2.*

k *Cæsaraug. can. 5.*

l *Epaunense can. 28.*

m *Siricius in epist. ad Himer. cap. 10.*

n *Innoc. in epist. 1. cap. 7.*

o *Can. Apost. 12. vulg. 33*

p *De Aug. ? Indic. causæ Fortunati cap. 52.*

COMMENTARII NOVI.

COnsonant huic canoni concil. Nicænum can. 5. *De iis qui à communione segregati sunt, siue Clericorum, siue laicorum sint ordinis, ab Episcopis, qui sunt in vnaquaque prouincia, valeat sententia, secundum Canonem qui pronuntiat, eos qui ab aliis electi sunt, non esse ab aliis admittendos. Examinetur autem vnusquisque vel simultate, vel contentione, vel aliqua eiusmodi Episcopi acerbitate, congregatione pulsi sint, &c. Et si quos Episcopum offendisse constiterit, iustè esse à congregatione separati apud omnes videantur.* Vbi per Canonem intelligunt PP. *can. 31. Apost.* Concil. Antioch. *can. 12.* iuxta editionem Crescon. ibi: *Si quis à proprio Episcopo fuit excommunicatus, ne priùs, ab aliis suscipiatur quam fuerit à proprio Episcopo susceptus, vel facta Synodo accedens se defenderit, & persuasa Synodo, aliam sententiam retulerit. Idem autem decretum aduersus Laicos, & Presbyteros, & Diaconos, & eos, qui sunt in Clerici catalogo, obseruetur.* Arausic. *can.* 11. Lugdun. 1 *can.* 3. Paris. 3. *can.* 7. Antiochen. *can.* 39. Aquisgran. 1 *can* 42. 51. & 72. Valent. sub Lothario Rege *can.* 15. Lateran. sub Alex. 3. *can.* 21. Regiatic. *can.* 11. Roman. 1. sub Nicolao I. Lemovic. *all.* 1. *col.* 5. Melphitan. sub Vrbano II. *can.* 15. *ad reprimendam*, iuxta veram eius interpretationem, quam in ipsius commentario assignat *de officio ordinary.* Alia PP. & conciliorum decreta congesserunt Filesacus *in d. c. ad reprimendam*, *Cæsar de Ecclesia hierarc. disp.* 5. §. 2. Gibalin *de Censur. disquisit.* 9. *q.* 3 *propos.* 1. Confunderetur enim iurisdictio Ecclesiastica, si ab vno Episcopo excommunicatus ab alio inscio eo ad communionem admitteretur, & contemneretur propria Episcopi authoritas, si ab eo excommunicatus apud omnes pro electo à communione non haberetur, vt latiùs prosequimur *in d. c. ad reprimendam*, vbi illustrauimus celebre Concil. Tolet. 12. *can.* 3. vbi de Regibus Gothor. ita cauetur: *Vidimus quosdam, & fleuimus ex numero culpatorum receptos in gratiam Principum, exterres extitisse à Collegio Sacerdotum. Quod denotabile malum illa res egit, quia licentia principalis, in quo se solui licentius erat, vbi alios alligari; & quos in suam communionem videtur suscipere, à communione & pace Ecclesiæ eligit separare: vt qui cum illo consuescunt, sola sacerdotum communione priuentur.*

A priuentur. Et ideo quia remiſſio talium, qui contra Regem, gentem, vel patriam agunt, per diffinitiones Canonum antiquorum, in poteſtate ſolum regia ponitur, cui & peccaſſe noſcuntur, adeò nulla ſe deinceps à talibus abſtinebit ſacerdotum communio. Sed quos Regia poteſtas, aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes menſæ ſuæ effecerit, hos etiam ſacerdotum, & populorum conuentus ſuſcipere in Eccleſiaſticam communionem debebit: vt quod iam principalis pietas habet acceptum, neque à ſacerdotibus Dei habeatur extraneum. Adiiciunt PP. in hoc can. quod ſi alienus Epiſcopus à proprio excommunicatum illo adhuc minimè conſentiente ad communionem reperit, cum ſtatus ſui periculo cauſam præſtaturum inter fratres, id eſt in Concil. Prouinciæ coram Coëpiſcopis conſuffraganeis vbi Epiſcoporum cauſæ diſceptabantur *cap. quoniam* 18. *diſt. cap.* 1. 5. *quæſt.* 2. *cap.* 1. 5. *quæſt.* 4. *cap. decernimus* 3. 9. 9. *capvlc.* 2. *quæſt.* 4. faciunt textus *in cap. Si quis Preſbyter* 24. 7. *quæſt.* 1. *cap. Epiſcopum* 7. 9. *quæſt.* 1. *cap. Epiſcopus* 10. *quæſt.* 1. *cap. Epiſcopus* 23. 12. *quæſt.* 1. quarum verba refert Anton. Auguſt. *in epit. iur. libro* 5. *titul.* 38. GONZALEZ.

B

De parentibus, qui fidem ſponſaliorum fregerint.

De parentibus, qui fidem ſponſaliorum fregerint.

Canon LIV.

Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennij tempore abſtineant ſe à communione: Si tamen iidem ſponſus vel ſponſa in illo graui crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes. Si verò in eodem fuerint vitio, & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſeruatur.

C

Canon LIV.

Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennij tempore abſtineant ſe à communione: Si tamen iidem ſponſus vel ſponſa in illo graui crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes. Si verò in eodem fuerint vitio, & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſeruatur.

IVo. *p.* 8. *cap.* 46. [Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennij tempore à communione ſe abſtineant: ſi tamen idem ſponſus vel ſponſa in graui crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes.] Gratianus autem *in cap. is qui* 31. *quæſt.* 3. negationem adiecit non rectè & quædam alia; [Si qui parentes (ait) fidem fregerint

D ſponſaliorum, triennij tempore abſtineant ſe à communione: ſi tamen iidem ſponſus vel ſponſa, in illo graui crimine non fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes: ſi verò in eodem fuerint vitio, & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſeruetur.]

CAPVT TRIGESIMVM-SECVNDVM.

Voluntate parentum contrahi olim & diſſolui ſponſalia.

E SPonſalia ab ſpondendo dici, Florentinus [q] ſcripſit: nam more inſtitutoque maiorum receptum fuit, ſtipulari ſibi ſponderéque vxores futuras, Vlpiano [r] auctore: & inde ſponſi & ſponſæ inditum nomen, natamque appellationem, prodit idem Florentinus [s]. Sic Seruius Sulpitius [t]: [Qui vxorem (inquit) ducturus erat in Latio, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri: qui ducturus erat, idem ſpondebat. Is contractus ſtipulationum ſponſionúmque dicebatur ſponſalia: tunc quæ promiſſa erat, ſponſa appellabatur, qui ſpoponderat ducturum, ſponſus.] Formulam ſtipulationis ſiue ſponſionis Varro [u] refert. [Spondes ne tuam natam vxorem iri? Spondeo.] De futuro ergò matrimonio contrahendo facta promiſſio, vel ſponſio, ſponſalia vocantur: hæc enim præcedebant matrimonium [Ne vt Auguſtinus [x] docet, viles habeant ſtatim vxores mariti datas, quas ſponſi ſuſpirabunt dilatas] mirum enim auget caritatis & amoris deſiderium, eius rei quam ames dilatio: idque receptum eſt etiam apud nos, vt interim ante nuptias proponi poſſit in Eccleſia à parochis matrimonium futurum, cum interpoſita temporis intercapedine, vt ſi quod ſit impedimentum, vel conſanguinitatis, vel affinitatis, aut alia his ſimilia,

[q] *Florent in l.* 1. *d. ſponſalib.*
[r] *Vlpian. in l.* 2. *d. ſponſal.*
[s] *Idem Florent. in l.* 3. *de ſponſal.*
[t] *Seruius Sulpit. in l. de dotibus, teſt. Aulo Gell. l.* 4. *noct. Atticarum, c.* 4.
[u] *Varro l.* 5. *de lingua Latina.*
[x] *D. Auguſt. lib.* 8 *conſeſſionum, c.* 3.

Digitized by Google

opponantur interim, & probentur ad impediendum futurum matrimonium. Hæc autem ſponſalia olim ſine parentum conſenſu non celebrabantur, vt Paulus [y] docet, [In ſponſalibus (ait) etiam conſenſus eorum exigendus eſt, quorum in nuptiis deſideratur.] At in nuptiis parentum conſenſum deſiderari, idem Paulus [z] affirmat. Nuptiæ (ait) conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes qui coëunt, quorúmque in poteſtate ſunt. Neque eius ſolùm qui in poteſtate habet, ſed eorum etiam in quorum ſunt poſteà recaſuri, conſenſus requiritur, vt nepos qui in poteſtate aui eſt, etiam de patris voluntate vxorem debet ducere: quamuis non ſit in eius poteſtate: fat enim eſt, quòd ſpes ſit, fore illum aliquando cum omnibus ſuis liberis: quod ea ratione eſt conſtitutum; quia maximè noſtra intereſt ex qua vxore nobis generentur, qui nominis noſtri, ſanguinis & familiæ hæredes futuri ſunt & ſucceſſores. Quare Paulus [a]: [Nepoti vxorem ducenti, & filius conſentire debet: neptis verò ſi nubat, voluntas & auctoritas aui ſufficit.] Quod Accurſius & reliqui ſui ſectatores omnis Romanæ antiquitatis periti ideò inſtitutum putant, quia oportet mulierum accelerari nuptias, ne quid interim turpitudinis admittant. Quæ ratio non ſatis idonea eſt: congruentior multo, quæ ex antiquis Romanorum moribus erui poteſt: liberi enim qui ex nepote deſcendunt, non aui tantùm, ſed & patris nomen, familiam & agnationem, & ſequi & conſeruare debebant: quod latiùs diximus ad canonem XLI. præcedentem. Non ergo immeritò & aui & patris conſenſum, auctoritatémque leges deſiderarunt: quòd maximè vtriuſque intereſſet, qui eorum familiæ inſeri debuiſſent. At filij deſcendentesque ex nepte, non patris aut aui nomen retinebant, ſed in mariti nomen, familiam & gentilitatem abibant. Prænomen enim virgini non imponebatur, antequam nuberet: nubens verò quod mariti erat induebat. Quare patris materni nihil intererat, ad agnationis & familiæ auctoritatem, ex quo patre filia liberos eſſet ſuſcepturа: ad conſeruandam autem patriam poteſtatem fat erat, ſi aui conſilio, conſenſuvè maritum elegiſſet. Quòd ſi abſque parentum voluntate filius filiavè matrimonium iniret (de filiis in poteſtate intelligo: nam emancipati tanquam extranei hac lege ſoluebantur) irritum erat & nullum, natique ex illo liberi prorſus illegitimi habebantur. [b] Apuleius [c] [Impares (inquit) nuptiæ, & præterea, in villa, & patre non conſentiente factæ, legitimæ non poſſunt videri; ac per hoc ſpurius iſte naſcetur.] Paulus [d] etiam [Eum (inquit) qui viuente patre, & ignorante de coniunctione filiæ, conceptus eſt, licèt poſt mortem aui natus ſit, iuſtum filium eius ex quo conceptus eſt, non videri. Illis enim nuptiis non conſenſit pater.] Quòd ſi contractum matrimonium tacitè ſaltem ratum habuiſſet, naſceretur iſte patri ſuo legitimus, vt Alexander [e] Imperator reſcripſit ad Maximam: [Si vt proponis, pater quondam mariti tui, in cuius fuit poteſtate, cognitis nuptiis veſtris non contradixit, vereri non debet, ne nepotem ſuum non agnoſcat.] Sed quia dubium videri poſſet, cur cum matrimonium ab initio nullum, defuncto iam auo, legibus confirmetur, filius ex eo ſuſceptus illegitimus habeatur: ea ratio eſt; quia matrimonij confirmatio id ſolùm tempus reſpicit, quo & auus defunctus eſt, & iam filius conceptus: at filium iniuſtè conceptum pro iuſto haberi, æquum Romanis non fuit, quod tamen in filiis concubinæ à Iuſtiniano [f] emendatum eſt: decreuit enim, filios in iuſtè ſuſceptos matrimonio ſequenti reddi legitimos, & hæreditatis rerúmque omnium, cum his qui in ipſo matrimonio naſcuntur, fore participes. [Cùm gratias agere (ait) fratribus ſuis poſteriores debeant, quorum beneficio ipſi ſunt iuſti filij, & nomen & ordinem ſubſecuti.] Amor enim ſuſceptorum antea filiorum iungendi poſtea matrimonij deſiderium voluntatémque videtur conciliaſſe. Sed cur non idem decretum fuerit in eo quod Paulus reſpondit, in promptu ratio eſt: nam ſi *filij ex eo* matrimonio ſuſcepti, quod ſine patris conſenſu celebratum eſt, eius *morte confirmato* matrimonio efficerentur legitimi, nullus eſſet, qui ſpreto patris conſenſu vxorem ducere & filios procreare non mallet; quòd certam haberet ſpem, defuncto patre, iuſtum matrimonium futurum, liberoſque anteà iniuſtè conceptos, iuſtos habendos & legitimos. Quod vt patriæ poteſtatis & pudicitiæ etiam legibus contrarium repudiauit Romanorum prudentia: at hoc in filiis concubinæ, contrariam habuit æquitatis rationem, vt videlicet quam turpi concubitu quiſque tenebat, eam vt iuſtam & legitimam vxorem ſibi vellet poſteà ſociare. Sine parentum ergo conſenſu filius filiavè neque nuptias, neque ſponſalia contrahere poterant. Sed an contracta iam diſſoluere poſſent, audiamus Vlpianum [g]: [In poteſtate (inquit) manente filia, pater ſponſo nuntium remittere poteſt, & ſponſalia diſſoluere.] Id tamen iure veteri Latinorum nec patres, nec ſponſi facere poterant ſine

[y] *Paulus l. 35. ad edictum, in l. 7. de ſponſal.*
[z] *Idem Paul. eod. lib. ad edictum l. 2. de rit. nupt.*
[a] *Paul. in l. oratione, de rit. nupt.*
[b] *L. filius emancipatus, 15. de rit. nupt.*
[c] *Apuleius lib. 6.*
[d] *Paul. in l. 11. de ſtatu hominum.*
[e] *Alexand. Imp. ad Max. in l. 5. de nupt.*
[f] *Iuſtin. in l. cum quis, C de natural. liber.*
[g] *Vlpian. in l. in poteſtate 10 de ſponſ.*

A B C D E

A ſine cauſa: quòd ſi facerent ex ſponſu actio dabatur. Quod poſteà lege ciuili Romanorum ſublatum eſt, vt maior eſſet matrimoniorum libertas. Quod A. Gellius [h] retulit ex Sulpitio & Neratio: [Sponſalia (inquit) in ea parte Italiæ quæ Latium appellatur, hoc more atque iure ſolita fieri ſcripſit Seruius Sulpitius in libro quem ſcripſit de dotibus Qui vxorem (inquit) ducturus erat, ab eo vnde deducenda erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, idem ſpondebat. Is contractus ſtipulationum ſponſionúmque, dicebatur ſponſalia: tunc quæ promiſſa erat, ſponſa appellabatur: qui ſpoponderat ducturum, ſponſus. Sed ſi poſt eas ſtipulationes, vxor non dabatur, aut non ducebatur: qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat: iudices cognoſcebant, quamobrem data acceptaue non eſſet vxor, iudex quærebat: ſi nihil iuſtæ cauſæ videbatur, litem pecunia æſtimabat, quantique interfuerat eam vxorem accipi aut dari, eum qui ſpoponderat, aut qui ſtipulatus erat, condemnabat: hocque ſponſaliorum ius dicit obſeruatum fuiſſe vſque ad id tempus, quo ciuitas vniuerſa Latio lege Iulia data eſt. Hæc eadem B Neratius ſcripſit in libro quem de nuptiis compoſuit.] Hæc Gellius. Ego autem tempore vt mutus ſponſalia habitura forent momentum, pœnam illi certam ſolebant addere, quam poſteà, quòd matrimonij libertatem impediret, irritam declararunt iuriſconſulti, Paulo [i] referente. Honeſtius enim putarunt, cùm coniugium non ſit aliud, quàm duorum voluntates vndequaque conſentientes, illud amore potiùs, quàm pœnæ metu, aut conciliari, aut retineri. Eaque de cauſa minus firmum pactum eſſe voluerunt, quod liberam impediret vel diuortij licentiam, vt Pomponius [k] ſcripſit. Si autem illud iuramẽto firmaretur, relaxatione & indulgentia principis opus fuiſſe indicat Suetonius [l], dum refert Tiberium equiti cuidam Romano iuriſiurandi gratiam feciſſe, vt vxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe nunquam repudiaturum iurauerat.

Cum ergo tempore huius Concilij de ſponſaliorum vi & auctoritate leuiùs iudicaretur, adeoque ſimplices haberentur futurarum nuptiarum repromiſſiones, vt liberè infringi poſſent & diſſolui; indignum viſum eſt Patribus ætate ſua & religione, fidem ad tantum Sacramentum datam, tanta facilitate violari: cùm nihil ſit æquitati naturali magis conſentaneum, quàm illam in rebus omnibus, ſed in ſponſalibus præcipuè obſeruari: ideoque decreuerunt, vt ſi patres ad quos pertinebat ſponſalia ſui & filiorum nomine contrahere, & contracta diſſoluere, ea irrita facerent, triennij tempore à communione abſtinerent.

Conſtat hinc etiam antiquum à Romanis ius parentibus ad ſponſalia filiorum delatum, ab Eccleſia non improbari: quinimò ſic probatum legimus, vt minus legitimum haberetur matrimonium, quod ſine eorum conſenſu celebraretur. Euariſtus [m] Papa hanc non nouam inſtitutionem à ſe, ſed antiquam à ſanctis Patribus & Apoſtolis traditam ſcribit ad Epiſcopos Africæ. [Aliter (inquit) legitimum (ſicut à Patribus accepimus & à ſancti, Apoſtolis, eorúmque ſucceſſoribus traditum inuenimus) non ſit D coniugium, niſi ab his qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur, vxor petatur, & à parentibus & propinquioribus ſponſetur, & legibus doteturr, & ſuo tempore ſacerdotaliter (vt mos eſt) cum precibus & oblationibus à ſacerdote benedicatur. Aliter (addit poſt alia) præſumpta non coniugia, ſed adulteria vel contubernia, vel ſtupra aut fornicationes potiùs, quàm legitima coniugia eſſe non dubitatur: etiamſi voluntas propria ſuffragauerit.] Eadem quæ Euariſtus, dixerat antea Tertullianus [n] Afer & ipſe, quòd ad epiſtolæ auctoritatem contra Magdeburgenſes additum velim. [Vnde (inquit) ſufficiam ad enarrandam felicitatem eius matrimonij, quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum Angeli renuntiant, pater rato habet? nam nec in terris filij ſine conſenſu parentum rite & iure nubent.] Sic etiam Euariſti decretum citato proprio Euariſti nomine, (ne quis temerè illius Epiſtolæ eleuet auctoritatem) renouandum placuit recentioris Concilij Colonienſis Patribus. [o] Idem ferè Hormiſda [p] PP. ad Euſebium Epiſcopum. [Tua ſanctitas (inquit) requiſiuit à nobis, frater venerande, filio adulto quem pater (in aliis legitur mater parum rectè) matrimonium contrahere vult, ſi ſine voluntate filij adulti facere poteſt: ad quod dicimus, ſi aliquo modo non conſentit filius, fieri non poſſe: poteſt tamen de filio nunquam adulto (voluntas cuius nondum diſcerni poteſt) pater eum cui vult in matrimoniũ tradere, & poſtquam filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino obſeruare & adimplere debet. Hæc omnibus orthodoxæ fidei ſancimus, & vobis tenenda mandamus] In cuius interpretatione, gloſſa verbo, [Conſentit] & verbo, [Debet] antiquũ ius, vt ſolet, miſcens cum recentiori, ad debitum illud refert honeſtatis, non autem neceſſitatis quod poſtrema decreti verba, quæ in originali extant, non admittunt. [Hæc (ait)

[h] *Aulus Gell. l. 4 noct. Attic. c. 4.*

[i] *Paul. in l. Titian 134. de verb. obl.*

[k] *Pomp. in l. 19. de verb. oblig.*

[l] *Suet. in Tiber. cap. 34.*

[m] *Euar. PP. ep. 1. ad Epiſc. Afric.*

Etiam ſi voluntas propria ſuffragauerit Legit ex veteſto codice Antonius Contius ad marginem. Quæ iectio verior eſt nam ſi vt in communibus legitur: Niſi voluntas propria; quid opus erat tot verbis exaggeraſſe voluntatem parentum in nuptiis filiarum deliderati, ſi earum ſola tandem ſuffi ceret, vt refertur a Gratiano. *Grat. in can alite 30 q 5.*

Euarij. in epiſt. ad Epi c. Africa.

[n] *Tertull. lib. 2. ad vxorem, cap. 9.*

[o] *Conc Colon. p. 7 can 43.*

[p] *Horm. PP. in ep. ad Euſeb. Epiſc. Refertur in c. 1. de deſponſ. imp.*

omnibus orthodoxæ fidei ſancimus, & vobis tenenda mandamus.] & illa etiam quæ in ipſo contextu ſunt (Omnino debet hæc adimplere:) quæ neutiquam dicturus eſſet Pontifex, ſi conſilium ſolùm, non autem præceptum ea conſtitutione vellet contineri. Confirmant hæc, quæ D. Baſilius [q] ſcribit ad Amphilochium Iconij Epiſcopum: [Puellis (inquit) quæ præter patris ſententiam fornicatores ſecutæ ſunt, reconciliatis parentibus videtur res remedium accipere; ſed non protinus ad communionem reſtituuntur, ſed triennio punientur.] In cuius interpretatione, quia Euariſti decretum confirmant, quæ Theodorus Balſamon [r] docuit, paucis recitauero: [Puellas (inquit) hic ſanctus, eas quæ ſunt in poteſtate parentum appellat: Dicit ergo, quòd ſi alicuius puellæ tradent ſeipſas ſuis amatoribus, præter ſuorum parentum ſententiam, & ab illis vitium illis allatum ſit, etiam ſi matrimonio ſibi eſſe coniunctæ videantur, matrimonium eius quæ eſt in parentis poteſtate, non poſſit conſiſtere ſine paterna voluntate. Sin autem parentes ipſarum eis reconciliati fuerint, & eas cum amatoribus cohabitare voluerint, ei rei illa ratione videtur remedium afferri. Quod enim ab initio malefactum eſt, parentum poſteà conſenſus reparare videtur, vt fornicatio in matrimonium deducatur. Sed ea non eſt ſtatim ad communionem recipienda, ſed poſt tres annos. Ne facti autem ſpeciem hoc in loco ſic poſueris, raptam fuiſſe puellam. Ex trigeſimo enim canone, & ex aliis didiciſti, quòd ſi raptus factus fuerit, ſiue cum puellæ voluntate, ſiue ea nolente, non conſiſtit matrimonium, etiam ſi qui habent in poteſtate, conſentiant. Sed pone, eam quæ eſt in poteſtate, non raptam, cum qui illi ſtuprum intulit, ſequi; propterea enim ſequens conſenſus facit, vt à culpa remotum ſit coniugium. Hæc autem, vt mihi videtur, locum habebant, quando ſolo conſenſu conſiſtebat matrimonium. Hodie autem quoniam fit cum ſacra benedictione, etiam ſi parentes conſentiant, non fiet matrimonium cum ſacra benedictione, niſi tres pœnitentiæ anni expleti fuerint, vel ab Epiſcopo pro ſuo arbitratu ad tempus breuius redacti ſint.] Quæ autem Baſilius [s] adiecit poſtea, priorem hanc ſuam ſententiam apertius explicabunt. [Quæ ſine iis (ait) qui habent poteſtatem, fiunt matrimonia, ſunt fornicationes. Nec ergo viuente patre, nec domino, ij qui conueniunt, ſunt ab accuſatione liberi, donec coniugio domini annuerint: tunc enim accipit firmitatem coniugium.] Ob parentum igitur poteſtatem & religionem, ob filiorum pudorem & obſeruantiam, ob matrimoniorum fidem & honeſtatem, ob communémque benè inſtitutæ reipublicæ rationem, talem conſenſum non ſolum deſideraſſe, ſed exegiſſe primæ Eccleſiæ Patres non immeritò videntur ad tam diuturnam & inſeparabilem vitæ coniunctionem: tametſi ſacris poſterioris Eccleſiæ conſtitutionibus cautum ſit, ob religionem ſacramenti ſolùm coniugum ſiue iungendorum conſenſum ſufficere, vt Nicolaus [t] PP. ad conſulta Bulgarorum reſpondit: [Sufficiat (inquit) ſecundùm leges ſolus eorum conſenſus, de quorum coniunctionibus agitur. Qui conſenſus ſi in nuptiis ſolus fortè defuerit, cætera omnia etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur.] Sic etiam Innocentius III. [u] matrimonium contrahi per legitimum viri & mulieris conſenſum, Brixienſi Epiſcopo reſcripſit.

Sed quia hæc recentiorum multi ſiniſtrè interpretantur, aſſerentes matrimonium etiam iure ipſo canonico, ſine parentum conſenſu contrahi validè non poſſe; teſtimoniis aliis rem ipſam confirmabo. Lucius [x] III. in Epiſtola ad Burgenſem Epiſcopum, matrimonium inter raptorem & raptam, non ſolùm non conſentientibus, ſed inuitis & contradicentibus parentibus, ratum & firmum eſſe ait: [Reſpondemus (inquit) quòd cum ibi raptus dicatur admitti, vbi nihil ante de nuptiis agitur, iſte raptor dici non debet: cum habuerit mulieris aſſenſum, & prius eam deſponſauerit, quam cogitauerit: licèt parentes reclamauerint, à quibus eam dicitur rapuiſſe.] Clariùs multo Concilium Tridentinum. [y] [Tametſi (inquit) dubitandum non eſt, clandeſtina matrimonia libero contrahentium conſenſu facta, rata & vera eſſe matrimonia quàm diu Eccleſia ea irrita non fecit, & proinde iure damnandi ſint illi, vt eos ſancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera & rata eſſe negant, quique falsò affirmant, matrimonia à filiisfamilias ſine conſenſu parentum contracta, irrita eſſe, vel irrita facere poſſe, &c.] Et hoc iure vtimur; tametſi concedere neceſſe ſit, ad debitam officij & matrimonij honeſtatem, congruentiùs decentiuſque filios facturos, ſi parentum conſenſum expoſcant: vt illis commodè quadret, quod Chriſti ore prolatum Matthæus [z] retulit: [Quos Deus coniunxit.] Aliter enim quomodo coniunxiſſe illos Deum, credendum eſt, quos non honeſtas coniugij, non obſequium & reuerentia

[q] D. Baſil. in ep. 1. ad Amphiloc. Iconij Epiſc. cap. 38.

[r] Theod. Balſam. in explicatione eiuſdem epiſt. Baſilij.

[s] Idem Baſil. c. 42. eiuſd. epiſt.

[t] Nicol. PP. ad conſult. Bulgar. 3. Grat in c. ſufficiat. 37. q. 2.

[u] Innoc III. in cap. tua frater. deſponſ.

[x] Luc. III. in ep. ad Burg. Epiſc. in cap. cum cauſa, de raptoribus.

[y] Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. matrim. can. 1.

[z] Matth. c. 19.

reuerentia parentum, ſed intemperans libido effrænataque animi cupiditas conciliauit? Hac enim de cauſa D. Ignatius, [a] non cum conſenſu modò parentum, ſed & Epiſcopi conſilio & arbitratu ineunda coniugia ad Polycarpũ ſcripſit. [Decet (inquit) vt & ducentes vxores & nubentes cum Epiſcopi arbitrio coniungantur, vt nuptiæ iuxta præceptum Domini, non autem ob concupiſcentiam coiiſſe videantur.]

[a] *D. Ignat. epiſtola ad Polycarpum.*

COMMENTARII NOVI.

IN illo graui crimine, hæc lectio mihi magis arridet; quia magis conſentanea rationi; rationem quippè continet; quamobrem parentes omni culpa, & crimine liberat; quia cum, qui matrimonium contraxerant ſponſi, & ſponſæ, fidem datam perfregerint, parentes, & agnati omni culpa vacant. ALBASPINÆVS.

Iure ciuili filij, filiæque familias neque ſine ſuo, neque ſine parentum conſenſu ſponſalibus obligari poterant. *leg. ſponſalia 7. ff. de ſponſal.* Vnde quidam filius apud Terentium aiebat: *non ne oportuit præſciſſe me ante? non ne prius communicatum oportuit*: elegantèr ad rem Ouidius ſub Aconti nomine.

Nam quod habes & tu humani verba alterapatti,
Non erit idcirco par tua cauſa mea,
Hac mihi te pepigit: pater hanc tibi, primus ab illa,
Sed proprior certè quam pater ipſa ſibi eſt.
Promiſit pater hanc: hac & iurauit amanti:
Ha hominet, hac eſt teſtificata deam.
Hic metuit mendax: hac & periura vocari.
Num dubitas hic ſit maior, an ille metus.

Ratio in promptu eſt: quoniam etſi antiquo iure vendi, emancipariue filij poſſint arbitratu parentum, tamen quoniam ius matrimonij non mere ciuile, ſed magna ex parte Pontificum erat, & ſanctum habebatur: Vnde propter ſanctitatem matrimonij etiam filiorum, filiarumque conſenſus requirebatur, adeò vt ſponſiones parentum ſine liberorum adſtipulatione, quamuis adiecta pœna fuiſſet, nullius momenti haberentur; quia ſponſiones illæ eos tantum tenebant non filios, aut filias *leg. filio 13. ff. de ſponſal. l. 2. ff. de iure dot. l. Titia ff. de V. O.* quamquàm non tam requireretur vt conſentirent, quam ne inſta ex cauſa contradicerent, veluti ſi turpem, aut alioqui indignam ſponſam pater elegiſſet *leg. ſed & quæ 12. ff. de ſponſal.* qua de cauſa liberorum taciturnitas hoc caſu pro conſenſu habebatur *d. l. ſed & quæ*, & ita parentes pro eis ſponſalia contrahebant *leg. ſi pater C. de ſponſal.* ſtipulatione interpoſita iuxta formam, quam refert Plautus in Trinummo.

L Y. *ſponden ergo*
Tuam gnatam vxorem mihi? C. H. ſpondeo & mille auri
Philippũm dotis. L Y. *Dotem nihil moror. C A. ſi illa tibi placet,*
Placenda dos quoque eſt, quam dat tibi. C. H. Poſtremo quoduis
Non duces, niſi illud quod non vis feras. C. A. ius hic orat.
L Y. *impetrabit*
Te aduocato, atque arbitra. Iſtac lege filiam tuam ſpondes mihi
Vxorem dari? C. H. ſpondeo C A. At ego ſpondeo idem hoc.

Nec ſine parentum conſenſu ipſi filij ſponſalia contrahebant ob ciuilem rationem ne ſequuto matrimonio auo inuito nepos ſuus hæres agnoſceretur *leg. ſi vt proponis C. de nupt.*

Iure etiam Pontificio Parentes pro filiis ſponſalia contrahere poſſe conſtat ex *cap. vbi 30 quæſt. 1. cap. 1. c. litteras de deſponſat. impuber. cap. 1. eod. tit. in 6.* imò filij, ſi ius antiquum attendamus nec valide nec licitè abſque conſenſu parentum matrimonium contrahebant, Enatiſtus in *cap. aliter 30. quæſt. 5.* cuius ſententiam ita percepterunt PP. Concilij Colonienſ. ſub Paulo III. *p. 7. cap. 43.* dum aiunt: *Optandum vt canon Eharißi Pontificis generali Concilio renouetur; tollanturque illa clandeſtina matrimonia, quæ inuitis parentibus, & propinquis, timoris potiùs, quàm Dei cauſa contrahitur. Interea verò dum Eccleſia de hoc proſpicit, ſi non irrita, prohibita ſaltem ſint.* Baſil. ad Amphil. cap. 22. 38. & 42 ibi: *quæ ſine his qui habent poteſtatem fiunt matrimonia ſunt fornicationes.* Neque ergo viuente patre, nec Domino, ij, qui conueniunt, ſunt ab accuſatione liberi donec coniugio Domini annuerint, tunc enim accipit firmitatem coniugium *cap. non omnis cap honorantur 32. quæſt. 2.* Tertul. lib. 2. ad vxorem. cap. 5. *Vnde ſufficiat ad enarrandam fœlicitatem eius matrimonij, quod Eccleſia conciliat, confirmat oblatio, & obſignatum Angeli renunciant. Pater ratum habet, nam neque in terris ſine conſenſu parentum filij rectè, & iure nubent*: illuſtrant latè Baſil. *de matrim. lib. 2. cap. 1.* Germon. *lib. 2. animad cap. 11.* Spencæus *de clandeſt. matrim. cap. 1.* cum ſeq. Azor. *tom. 1. inſt. lib. 5. cap. 20.* Georg. Ambian. ad Tertul. *de vel. mil. cap. 11. obſerv. 3.* Hothoman. *illuſtr. quæſt 9.* Grotius *de iure belli lib. 2. cap. 5. num. 11. & in l. nuptia C. de ritu nupt.* Acatius *de priuil. parent. cap. 1. priuil. 6.* Coſtanus *de nupt. fol. 152.* Medrano *integro tract. de conſenſu coniugal. à parentibus præſtand.* Præceptor D. Franciſc. Randoli *in d. cap. aliter.* Sed an illi temporibus tenerentur filij ſponſalia à parentibus celebrata adimplere, etiam ſi expreſſa eorum non præceſſiſſet voluntas, non liquet; communiter docetur neceſſariam fuiſſe filiorum voluntatem, & ſponſalia à parentibus pro filiis impuberibus celebrata non aliter vires habere quã ſi poſt pubertatem ipſi conſentirent: Sed rectiùs Baſil. Legion. *de matrim. lib. 2. c. 1. n. 12.* exiſtimat, quod ſicut olim oblatio tãtùm parentũ filios verè cõſtituebat Monachos *cap. monachum 20. quæſt. 1.* cum aliis congeſtis ab Anton. Aug. *in epit. 1. p. lib. 9. tit. 10* Germonio *lib. 3. de ſacror. immunit. cap. 4* Baſil. Legion. *quæſt. 3. ſcholaſt. cap. 5.* Spencæo *de voto contin.*

lib.4.cap.5. Gibalino *de clauſura diſquiſit.3.c.2. §.3.* F. Hallerio *deſacris electt. ſect. 8. art.1.* B. Eſtheno *diſquiſit. monaſt. lib.4 tract.1. per tot.* P. Herodio *in tract. de patrio iure*, ita & ſponſio futurarum nuptiarum filios obſtringebat, ita vt ſine iuſta cauſa ab ſponſalibus non poſſint reſilire *cap.1. de deſponſ. impub. cap. 2. 32. queſt.2.* & hic eſt caſus proprius huius Canonis, cùm videlicet parentes pro filiis ſponſalia contraxerunt, & poſtea fidem earum ipſi vel eorum parentes fregerunt. GONZALEZ.

TRIENNII TEMPORE ABSTINEANT ſe à communione.

CAPVT TRIGESIMVM-TERTIVM.

Sponſalia infringentes, mortali culpa obnoxios.

[b] *Conc. Meldenſe. can. 53.*

DOcent præclarè Concilij Meldenſis [b] Patres, excommunicationem pro peccato mortali ſolùm imponi. Quare fateri neceſſariò tenemur, ſponſaliorum fidem frangentes, vel impedientes (cùm non ſolùm ſimplici excommunicatione, ſed excommunicatione triennij puniantur) crimen admittere capitale: hoc enim ſignificaſſe Patres, quinimo diſſertis verbis docuiſſe videntur; dum ſtatim ſubiungunt, loquentes de ipſis ſponſis: [Si tamen idem ſponſus vel ſponſa in illo graui crimine fuerint deprehenſi,] Graue crimen vocant, tanquam capitale: alioquin ſi leue eſſet, aut veniale, à graui quidem nomine omnino abſtinuiſſent. Quòd ſi graue eſt illorum parentum crimen, & excommunicationis pœnam meretur, qui fidem filiorum humanam in ſponſalibus datam impediunt; qua pœna illos cenſebis dignos, qui fidem natorum Deo Æterno Optimo & Præpotenti datam, etiàm ſi non ſolemni, ſed ſimpli voto confirmatam labefactare, aut quoquo modo impedire conantur? Si prius crimen eſt excommunicationis cenſura puniendum, poſterius profectò velut ſacrilegium Chriſtiano viro indigniſſimum, acriori eſſet pœna vindicandum.

Nec Eccleſiæ minus decreta & iuris naturalis diuinique rationem offendunt illi, qui ad ſponſalia vel matrimonium contrahendum adigunt inuitos; ſponſis enim cum adempta propria contractus libertate duriſſimum ſeruitutis iugum imponunt, grauioribus ſe æternæ legis vinculis deuinciunt. Quod Concilij Pariſienſis [c] Patres apertiùs declararunt: dum & illos damnarunt anathemate, qui Principis alicuius gratia & fauore fulti, ſine propria vel parentum voluntate aliquam duxiſſent in matrimonium, vel rapuiſſent potiùs vxorem. Quorum iudicium ratum habentes ſanctiſſimi Tridentini [d] Patres, ipſos etiam Principes, vel magiſtratus diris deuouent, qui terreno (vt aiunt) affectu, & cupiditate obcæcati, vel viros, vel mulieres ſub eorum iuriſdictione degentes, maximè diuites, vel ſpem magnæ hæreditatis habentes, minis, vel pœnis adigunt cum his matrimonium inuitos contrahere, quos ipſi Principes, vel domini temporales, vel magiſtratus præſcripſerint.

[c] *Concilium Pariſien. 1. Can. 6.*

[d] *Concilium Trid. Seſſio. 24. de reformatione. cap. 9.*

COMMENTARII NOVI.

EOdem etiam iure ciuili inſpecto ex ſponſalibus ciuilis naſcebatur obligatio ex eaque dabatur actio, quæ ex ſponſu dicebatur aduerſus eum, eamve, per quem factum eſſet quominus nuptiæ ſequerentur, fiebatque condemnatio in id quod alterius intererat, licet aliquando moris fuiſſet, vt certa ſumma pœnæ nomine in ſtipulationem deduceretur. Aulus Gellius *lib.4. noct. cap.4.* Cum enim eius quod intereſt æſtimatio in cauſis omnibus difficilis eſſet, atque in coniugali affectione difficillima, ideò pœnam adiici, & ſtipulationem pœnalem interponi ſoleret, conſtat ex *l. vlt. ff. de Prator. ſtipul.* Poſt verò corruptis, ac perditis ciuitatis Romanæ morib. cũ flagitioſa & deteſtanda repudiorũ libertas increuiſſet, inſtitutum fuit, ne vlla ex ſponſalibus ciuilis obligatio naſceretur; ſed libera *renunciatio* eſſet, neque vlla eo nomine actio, *petitiove* daretur *leg.1. C. de ſponſ. leg.2. C. de repud.*: adeò vt ſi pœna deducta in ſtipulationem fuiſſet, nec ipſius quidem nomine actio daretur *leg. Titio 71. §.1. ff. de condit. & demonſtr. leg. Titia 134. ff. de V. O. l.2. C. inutil. ſtipul. nouel.74.* Leonis. Vnde ſenſim contra iuris directi regulas inductum fuit, vt libera eſſet ſponſaliorum renũnciatio, quæ renunciatio propriè repudium dicebatur. *l. inter 101. §. ff. de V. S.* Eiuſque perditæ, & flagitioſæ repudiorum libertatis teſtimoniũ eſt quod Papinianus eum ſponſum irridet, qui mulierem ſibi à Patre deſponſam id circo adulterij accuſari volebat, quod alteri à Patre in matrimonium deſponſa fuiſſet *l. miles 11. §. quærebatur ff. ad l. Iul. de adult.*

Digitized by

A adulc. Cæterùm iure ſacrorum canonum, omni tempore, qui ſponſalia contraxerant nuptias celebrare coërcitionibus, & pœnis Eccleſiaſticis cogebantur *cap. 1. de ſponſa duorum cap. ex litteris cap. ſicut cap. ſi inter de ſponſal. cap. quemadmodum de iure iur. leg.* quoniam in re ſeria, & ſpirituali Chriſtianæ religionis alumnis fidem datam violare non licet *cap. iuramenti 22. quæſt. 5. cap. 1. de pactis*, latè probant in d. c. *ex litteris*. Vnde rectè in præſenti parentibus fidem ſponſaliorum frangentibus PP. triennij pœnitentiam iniungunt, & quia huius Concilij æuo filij ex promiſſione parentum obligabantur, ſi ipſi ſponſalia fregerint eâdem pœnâ plectuntur, quo caſu parentes inſcij meritò excuſantur. GONZALEZ

B SI TAMEN IIDEM SPONSVS, VEL ſponſa in illo graui crimine fuerint deprehenſi.

TRIGESIMVM-QVARTVM.

Contractum ſponſaliorum ab Eccleſia irritandum, ni certa ſolemnitate celebretur, conſentaneum videri.

C Vm datam igitur in ſponſaliorum contractu fidem fallere, graue crimen eſſe Hiſpani Patres, hoc canone admoneant, idque conſentaneum ſit antiquis, & recentioribus ſanctorum Patrum inſtitutis: rem ſanè feceris B. Pater, prudentia & auctoritate tua digniſſimam, ſi ad effugiendam & fugandam turpem illorum impudentiam, qui futuri matrimonij prætextu, puellas incautas in fraudem illiciunt, ſponſalia ſine certa ſolemnitate notarij ſaltem, & teſtium, aut alia ſimili forma contracta, irrita fore & nulla decreueris, vt publicæ iuſtitiæ auctoritas priuatis dolis, & fraudibus aditum intercludat, exemplo ſanctiſſimi illius decreti, quod vberrimo, & Eccleſiæ & fidelium fructu, in matrimoniis clandeſtinis Concilium Tridentinum [c] conſtituit.

[c] *Concil. Trident Seſſione. 24. de reformatione cap. 1.*

EXCVSATI ERVNT PARENTES.

CAPVT TRIGESIMVM-QVINTVM.

Parentes ſi filiis ſponſalia infringentibus conſentiant, peccare; ſecùs ſi non conſentiant.

D SI diſſoluendi ſponſalia filij, non parentes cauſam præſtiterint, (poterant id facere, non emancipati, ſed & filij familiàs, quos ad nuptias cogendos non eſſe Terentius Clemẽs [f] ſcripſit,) excuſandos parentes à pœna decernit Concilium illo addito: Quòd conſenſu tali diſſidio non præſtiterint: præſtito enim, vt conſentientes & participes criminis puniendos pœnitentia ſuperiori triennij declarat. Sed mirum eſt de filiorum pœnitentia, Epiſcoporum ſilentium: eos tamen eâdem pœna puniendos ſenſu magis, quàm verbis decreti alius crediderit; quos ideò Patres huius Concilij omiſerunt, quòd frequentiùs à parentibus, quàm à filiis ſponſalia & contraherentur & diſſoluerentur. At in lege ferenda, frequentiora referri debere, & omitti infrequentia, Philoſophorum placitis, & Iuriſconſultorum, Imperatorumque conſtitutionibus cauetur.

[f] *Terentius Clemens lib. 3. ad legem Iuliam, & Papiam in. l. non cogitur 21. de ritu nuptiarum*

E

De ſacerdotibus Gentilium, qui non ſacrificant.	*De ſacerdotibus Gentilium, qui iam non ſacrificant.*
Canon LV.	*Canon LV.*
Sacerdotes, qui tantùm ſacrificantium coronam portant, nec ſacrificant, nec de ſuis ſumptibus aliquid idolis præ-	Sacerdotes, qui tantùm ſacrificantium coronas portant, nec ſacrificant, nec de ſuis ſumptibus *ſtant,*

ſtant, placuit, poſt biennium accipere communionem.

aliquid ad idôla præſtant, placuit, poſt biennium accipere communionem.

CAPVT TRIGESIMVM-SEXTVM.

Cur coronis vti ſacerdotibus interdictum ſit: & quæ fuerint iſtæ coronæ.

[g] *Tertullian. de corona militis. c. 10.*

COronis ornari ſacerdotes Ethnicorum, cùm diis ſacra facerent, Tertullianus [g] eſt auctor. [Ipſæ denique fores, (inquit) ipſæ hoſtiæ & aræ, ipſi miniſtri & ſacerdotes eorum coronantur. Habes omnium collegiorum ſacerdotalium coronas apud Claudium.] Cyprianus, [h] [Ab impio (ait) ſceleratoque velamine quò illic velabantur, ſacrificantium capita captiua, caput veſtrum liberum manſit. Frons cum ſigno Dei pura, diaboli coronam ferre non potuit, coronæ ſe domini reſeruauit. Quàm vos læto ſinu excipit mater Eccleſia de prælio reuertentes?] Ante hos Plinius, [i] [Antiquitus quidem (ait) nulla corona, niſi Deo dabatur: ob id Homerus cœlo tantùm eas & prælio vniuerſo tribuit, viritim verò, nec in certamine quidem vlli. Feruntque primum omnium Liberum patrem impoſuiſſe capiti ſuo ex hedera. Poſteà deorum honori ſacrificantes ſumpsère, victimis ſimul coronatis.] Nec ſacerdotes tantùm coronabantur, ſed & omnes qui ea deorum Ethnicorum feſta celebrabant, vel ſolemni precatione ſupplicationes faciebant: poſitis enim per omnia fana & delubra puluinaribus, Senatores, Patricij, nonnunquam omnes tribus & ordines cum coniugibus, & liberis, præeunte Pontifice Maximo, aliquando Duumuiris, pueris, ingenuis, libertinis virginibuſque patrimis ac matrimis coronati incedebant, lauream manu tenentes, vt docet Tertullianus, [k], & aliis congeſtis auctoribus probant recentiores, [l] Coronas autem ſacerdotum prouincialium fuiſſe aureas, ſcribit idem Tertullianus, [m] & Suetonius. [n] Aliquando contextas ex floribus idem Tertullianus, [o] Clemens Alexandrinus, [p] & Minutius Felix. [q] Tametſi enim ſacerdotes, nec ſacrificarent, nec præſtarent aliquid ad ſacra diis facienda de ſuis ſumptibus, voluit Concilium, nec coronas ferre poſſe: quòd in ipſis Chriſtianæ religionis initiis, congruum videretur, vt qui Chriſto nomen darent, non ſolum à profanis Gentilium ceremoniis cauerent, & ab his quæ manifeſtam præ ſe ferebant impietatem, ſed ſe ab his etiam temperarent, quæ indifferentia (vt vocant) videri poſſent. Coronam enim, vel auream vel frondeam in capite ferre, vel non ferre, parum ſanè retulerat: verum quia Gentiles in deorum ſacrificiis, vel ſacris, illam vſurpabant, meritò Chriſtianis illis vti, interdictum fuit: ne profanis illorum idololatriæ ritibus ſubſcribere viderentur: nec aliqua intercederet fidelibus conuentio, cum Belial. Quare non à ſacerdotibus tantùm Ethnicorum ad fidem conuerſis, ſed & ab omni Chriſtiano Catholico, & à catechumeno, id ſummè cauendum monet Tertullianus. [r] [Neminem dico (ait) fidelium coronam capite noſſe, aliàs extra tempus tentationis eiuſmodi. Omnes ita obſeruant à catechumenis vſque ad Confeſſores, & Martyres, vel negatores.] Minutius Felix: [s] [Quis autem ille qui dubitat vernis indulgere nos floribus, cùm capiamus & roſam veris, lilium, & quidquid aliud in floribus blandi coloris, & odoris eſt? his enim & ſparſis vtimur mollibus, ac ſolutis, & ſertis colla complectimur. *Sanè quòd* caput non coronamus, ignoſcite. Auram boni floris naribus ducere, non occipitio, capilliſvè ſolemus haurire.] Coronas autem has ſacerdotes ideò circumtuliſſe, vt honorem diis, vel eorum ſacrificiis adhiberent, veroſimile erat, & vt honoribus præterea ſacerdotum Ethnicorum & priuilegiis fruerentur. Conſtat enim illis multa fuiſſe conceſſa, quæ propagata religione Chriſtiana, ſublata fuiſſe conſtitutione Arcadij, & Honorij [t] compertum eſt, in reſcripto ad Cæſarium Præf. Præt.

[h] *D. Cypri. lib. de Lapſis in principio.*

[i] *Plinius lib. 16. hiſtor. naturalis, cap. 4.*

[k] *Tertullian de corona milit. cap. 7.*

[l] *Alexander ab Alexandro lib. 5. genialium dierum cap. 27.*

[m] *Idem Tertull. de idololatria, & de corona militis.*

[n] *Suetonius in Domiciano. cap. 4.*

[o] *Tertullianus de corona militis, & apologetico aduerſus gentes.*

[p] *Clemens Alexandrinus lib. 2. pædag.*

[q] *Minutius Felix in Octauio.*

[r] *Tertullianus lib. de corona militis cap. 2 & libro de præſcript. aduerſus hæreticos.*

[s] *Minutius Felix in Octauio.*

[t] *Arcadius & Honorius in l. 14. de pagan. ſacrificiis lib. 16. tit. 1. in C. Theodoſiano.*

Nec ſacrificant.

NOn ſolùm in ſacrificiis idololatriæ crimen contrahitur, ſed in omnibus his quæ ad cultum deorum quoquomodo ſpectant: quare in Concilio additum eſt: Nec, &c.

NEC

A

NEC DE SVIS SVMPTIBVS ALIQVID ad idôla præſtant.

CAPVT TRIGESIMVM-SEPTIMVM.

Idololatriæ crimen in quibus contrahatur.

IN Idololatriæ crimen incurrerè, qui ſumptum aliquem præſtiterit ad ſacrificia, Tertullianus [u] docet. [Planè ad ſacerdotium (inquit) & ſacrificium vocatus, non ibo: proprium enim idôli officium eſt, ſed neque conſilio neque ſumptu aliave opera in eiuſmodi fungar.] Et poſt alia. [Sed ſi merum quis ſacrificanti tradiderit, imò ſi verbo quoque, alióque ſacrificio neceſſario adiuuerit, miniſter habebitur idololatriæ.] Ante Tertullianum, [x] Apoſtoli, [Si quis (inquiunt) Chriſtianus oleum ad ſacra Gentilium, aut ad ſynagogam Iudæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, à communione excluditor.]

[u] *Tertullianus libro de idololat. cap. 16.*

[x] *Idem Tertullianus ibidem. c. Can. 70. Apoſtolorum.*

B

COMMENTARII NOVI.

C

Sacerdotes ſole meridiano clarius eſt de Chriſtianis, qui Paganorum ſacerdotes eſſent, verba fieri; non autem, vt quidam eximant, de iis qui antequam Chriſtianam fidem complexi eſſent, eo ſacerdotum officio fungerentur: Vnde coniicias non obſcurè confirmari ea, quæ prioribus canonibus attulimus, in iis de Flaminibus diſputari, qui Chriſtiani eſſent, non autem qui fuiſſent, neque enim vnquam per canones videas ea caſtigari peccata, quæ ante baptiſmum committerentur: quin neque canon, neque locus vllus, neque authoritas PP. afferri poteſt, quæ id probet. Plurima autem, variaque erant idololatriæ genera apud Ethnicos: ideóque præter canones ſupra citatos, patres illi genus aliud animaduerſionis, aut pœnæ decreuerunt in ſacerdotes Paganorum, tametſi aliud nihil, quam coronam geſtarent, neque vllos, quo Diis honos perſolueretur, ſumptus facerent.

D

ALBASPINÆVS.

Iam in *Can.* 3. huius Concilij notaui fideles poſt ſacrum regenerationis lauacrum Sacerdotia Gentilium obire vel ambitione, vel neceſſitate, coſque etſi catholicam religionem amplectentes, tamen ſacerdotes Gentilium appellari; de his accipio canonem hunc vbi PP. per b ennium pœnitentiam iniugunt illis, qui etſi ſe à ſacrificiis Gentilium abſtinuerint, nec de ſuis ſumptibus aliquid ad idola dederint, videlicet ad ſacrificia, conuitia, vel ludos edendos, tamen tempore ſacrificij coronas portabant; biennij pœnitentiam iniunxerunt. Non ſolum enim ſacerdotes ipſi,

E

qui ſacrificabant, coronas deferebant ex arbore Diis, quibus ſacrificabatur, dicata confectas, vt de Myrto Veneri dicato Ariſtophan. in Ranis ait: *Fructiferam quidem quotiens circa caput tuum virentem coronam Myrtorum* Tertull. de ſpectacul: An *Deo placebit auriga ille tot animarum inquietator? tot furiarum miniſter, tot ſtatuarum, vel vt Sacerdos coronatus?* verum, & alij ſacerdotes miniſtri aditantes, hoſtiæ, & aræ, Apollonius Rhodius lib. 1. Argonaut.

Aram hinc de cumulo acernarunt lapillorum,
circum autem foliis.
Coronantes quernis iam ſacrum curabant.

Virgil. lib. 1. Georgic. ibi:

Nec antè
Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis,
Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompoſitos & carmina dicat.

Vnde in ſacris Cereris Hierophantes, & Hieroſoleantides, & Daduchus, hoc eſt Lampadē geſtans, aliique Myrtea corona cingebantur, vt ex Iſtio refert Scholiaſtes Sophoclis *ad Oedipum*: plura de his coronis Paſchalius *lib. 4. de coronis cap.* 13. Timarchidus *eodem tract.* & licet ita coronas portantes non ſacrificarent, quia tamen authoritatem ſuam accommodabant, & huiuſmodi nefandis Gentilitiæ ſuperſtitionis ritibus intererant, quæ abhorrere debebant, vt Tertull. ait de idololatr. cap. 16. ibi. *Neque Conſilio, neque ſumptu aliaue opera in huiuſmodi iunge* & cap. 17. *Neque ſacrificet, neque ſacrificiis authoritatem ſuã accommodet, non hoſtias licet, non aras templorum deleget, non victigalia eorum procuret, non ſpectacula edat, aut de ſuo, aut de publico, aut edendis præſit*: vnde huiuſmodi coronas portantes ſacris ordinibus initiandos non eſſe decreuit Innoc. I. epiſt. 24. c. 4. ibi: *Neque de curialibus aliquē ad Eccleſiaſticum ordinem venire poſſe, qui poſt baptiſmum vel coronati fuerint, vel ſacerdotiũ, quod dicitur, ſuſtinuerint.* GONZALEZ.

Canon LVI.	*Canon LVI.*
Magiſtratum verò, anno quo agit duumuiratum, prohibere placet, vt ſe ab Eccleſia cohibeat.	Magiſtratum verò, anno vno quo agit duumuiratum, prohiberi placet, vt ſe ab Eccleſia cohibeat.

CAPVT TRIGESIMVM-OCTAVVM.

Magiſtratus gerere, cur Chriſtiani ſub excommunicationis pœna prohibeantur.

VArias ethnicorum Principum conſtitutiones, quæ à Nerone primùm, deinde à Domiciano, à Traiano poſteà, ab Antonino, à Seuero, Maximino, Decio, & Valeriano, aduerſus Catholicæ fidei auctorem, & Chriſtiani nominis profeſſores editæ ſunt: recenſent latiſſimè, Eccleſiaſtici ſcriptores, Tertullianus, Cyprianus, Iuſtinus Martyr, Arnobius, Oroſius, Hegeſippus, Euſebius, Nicephorus & alij: eos enim non patrimoniis priuare ſolùm, non honoribus & dignitatibus interdicere, & ſpoliare, ſed in arctiſſimum carcerem includere, exilio multare, & ad necem vſque variis tormentorum generibus afficere & conficere conſtituerunt: vt vel his pœnis, illos à glorioſa Fidei & Chriſtiani nominis profeſſione deterrerent. [Quiſquis Chriſtianum (ait Imperator Nero in ſuo edicto) ſe eſſe confitetur, is tanquam generis humani conuictus hoſtis, ſine vlteriori ſui defenſione capite plectitor.] Non tamen hi & reliqui eos perſecuti ſunt ſemper, & eorum auctorem, ſed velut furioſi diluciclis interuallis acquieſcentes, Chriſtianis & Chriſto honorem adhibuerunt. Conſulenti Auguſto oraculum, Pythius Apollo reſpondiſſe fertur, puerum Hebræum ſibi ſilentium imperare, & in Tartara regreſſum: quo reſponſo motus Auguſtus aram Chriſto poſuit, vt tradit Nicephorus [f] Tiberius recipi Chriſtum inter ſuos deos voluit, vt refert Tertullianus: [z] potentiam eius auditis miraculis ille & Veſpaſianus reueriti ſunt. Eum in Larario coluit Alexander, [a] toties abſtinens ab vxore, eique templum dicare voluit; tritum illud Chriſtianorum ore prouerbium, ſemper in ore habens: Quod tibi fieri non vis, id alteri ne feceris. Quin Robertus Cœnalis [b] Epiſcopus Abrincenſis, eius matris Mammeæ fauore & opibus adiutum Origenem, quotquot exſtant opera ſcripſiſſe memorat. Nec id mirum, nam fœminam religioſam vocat Hieronymus, & Origenis diſcipulam Euſebius. [c] Poſt Alexandrum, Antoninus Heliogabalus imaginem Chriſti in proprium templum induxit, vt teſtatur Lampridius. [d] Ei ſtatuerat templa abſque ſimulacris Adrianus, vt prodit Iulius Capitolinus [e]; ſed non ſucceſſit, interceſſerũt enim aliqui, cauſantes, hoc pacto breui futuros omnes Chriſtianos. Marcus Aurelius Antoninus, cùm in expeditione Germanica ipſe & eius exercitus grauiſſima ſiti laboraret, & Chriſtianorũ militũ precationibus, imber de cœlo deſcenderet, vt eos recrearet, grando verò maxima mixta fulminibus in hoſtes, vt tradunt Iuſtinus, [f] Tertullianus, [g] Nicephorus [h] & Oroſius, [i] Chriſtianos beneuolentia & amore ſingulari proſecutus eſt. Dion enim hiſtoricus, ſeu potiùs Xiphilinus copioſè & pluribus teſtatur, & cum eo Apollinaris Epiſcopus, legionem ipſam Chriſtianorum, in rei memoriam nomine mutato ab Imperatore, appellatam fuiſſe κεραυνοφόρον, hoc eſt, fulminatricem. Nec eo contentus, Chriſtianos honorum & dignitatum omnium, à quibus anteceſſorum Imperatorum tyrannide excluſi fuerant, participes eſſe voluit, conſtitutione in rei memoriam gratitudinis cauſa promulgata; quam refert Vlpianus. [k] [Eis (inquit) qui Iudaicam ſuperſtitionem ſequuntur, diui Verus & Antoninus honores adipiſci permiſerunt: ſed & neceſſitatem eis impoſuerunt, qui ſuperſtitionem eorum non læderent.] Non loquitur autem Vlpianus de Iudæis & eorum ſuperſtitione (vt cum Accurſio putant nonnulli) ſed de Chriſtianis, vt iam viri eruditi notarunt; etſi ante victoriam hanc, priuilegium illud Chriſtianis conceſſum alij contendant. Superſtitionem

[f] *Nicepho. lib. 1. cap. 17.*
[z] *Tertull. in Apologetico. cap. 5.*
[a] *Lampri. in vita Alexand. Seueri.*
[b] *Robertus Cœnalis Epiſcopus Abrincenſis in Panegyrico ad Franciſcum Galliarum Regem.*
[c] *Euſebius lib. 6. cap. 15.*
[d] *Lampridius in vita Heliogabali.*
[e] *Iulius Capitolinus in Adriano.*
[f] *Iuſtin 1. Apolog.*
[g] *Tertullianus in apologetico aduerſus Gent.*
[h] *Nicepho. lib. 4. cap. 12.*
[i] *Oroſius lib. 7. cap. 15.*
[k] *Vlpian. in l. generaliter §. vlti. de decurionib.*

A ſtitionem Iudaicam ideò Chriſtiani ſequi dicebantur, quia à Iudæis doctrinæ ſuæ primordia hauſiſſent. Suetonius [l] in Claudio, [Iudæos (inquit) impulſore Chriſto, aſſiduè tumultuantes Roma expulit.] Tacitus [m] de Nerone loquens, [Ergo abolendo (inquit) rumori Nero ſubdidit reos, & exquiſitiſſimis pœnis affecit, quos per flagitia inuiſos vulgus Chriſtianos appellabat. Auctor nominis eius Chriſtus, qui Tiberio imperante per procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat ; repreſsáque in præſens exitialis ſuperſtitio, rurſus erumpebat, non modò per Iudæam originem eius mali, ſed per vrbem etiam, &c.] Galilæos etiam aliquando vocabant teſte Theodoreto, [n] & Chriſtum Galilæum continuò Iulianus Apoſtata, vt de illo recenſet Euſebius : [o] Aſinarios etiam vt Iudæos, reddita eius rei ratione, Tertullianus. [p] Poſt Verum & Antoninum, Valerianus Imperator magna Chriſtianos beneuolentia initio imperij ſui com-

B plexus eſt ; eos quàm familiariſſimè & amiciſſimè (ſic teſtatus loquitur Euſebius) [q] id que in oculis omnium excepit, adeóque ſuam domum his piis hominibus compleuit, vt eam Dei Eccleſiam planè iudicares, auctore eodem Euſebio. Verùm paulò poſt, doctor quidam & princeps magorum Ægypti, illum tandem perdito conſilio deprauauit, & non impulit ſolùm, vt omnes culpa vacuos, & ſanctos Dei, vtpote ſceleſtorum ac execrabilium incantamentorum aduerſarios & oppugnatores acerbè perſequeretur, necique traderet, verùm etiam vt impuras ceremonias obiret, profanas exerceret præſtigias, execranda myſteria exequeretur, & reliqua faceret ; quæ commemorat idem Euſebius. [r] Anno ergo I V. imperij ſui, octauam in Chriſtianos perſecutionem ille aggreſſus eſt. Inter alias autem pœnas, quibus Chriſtianos exercuit, vna fuit dignitatum omnium abdicatio, vt ex epiſtola Dionyſij Epiſcopi Alexandrini refert Euſebius. [s] [Poſt iſta (inquit) de aliis rebus aduerſis, quæ ſibi acciderant, ita ſcribit : At multis fidei confeſſionibus gloriatur Germa-

C nus, ac multa mala contra ſe patrata habet dicere ille quidem ; ſed quot, quæſo, iudicum ſententias contra nos pronuntiatas poteſt enumerare ? quot publicationes proſcriptioneſque bonorum ? quot fortunarum direptiones ? quot abdicationes dignitatum ?] Quare mortuo Valeriano, cùm Galienus illius filius ſucceſſiſſet, hæc de Marino, & genere illuſtri, & diuitiis locuplete, & vno ex his qui in exercitu Romano magnum decus & honorem fuerant conſecuti, Euſebius recenſet. [t] [Eſt quidam honos (inquit) apud Romanos, qui κλῆμα appellatur, quem qui adipiſcuntur, eos centuriones fieri aiunt.] Spartianus [u] in Adriano κλῆμα vitem interpretatur, &

D vitem pro centurionatu accipit, quod centurionibus creandis vitis deferri ſolita eſſet, qua illi milites coërcebant) cum locus vacaret, ordo poſtulabat, vt Marinus eo dignitatis gradu potiretur. Marinum igitur ad hunc honorem elatum alius pro tribunali comparens, in crimen vocat, tum quòd erat Chriſtianus ; tum quòd imperatoribus non immolaſſet : Ac propterea (inquit) ex veterum legum inſtitutis illi non licet eum dignitatis gradum apud Romanos adipiſci ; ſed illud quidquid eſt muneris, mihi iure impartiri debet.] Quod variè obſeruatum eſt vſque ad tempora Conſtantini Imperatoris : nam vt varia Imperatorum conditio ferebat, ſic variè Chriſtiani ad dignitates ciuiles admiſſi vel repulſi ſunt. De Conſtantino autem hæc prodidit Euſebius. [x] [Ex his verò rebus Imperator abiens, aliàs res il-

E luſtres, & magni momenti cœpit aggredi ; ac primùm Gentibus per varias prouincias diſperſis, Præfectos qui maximam partem ſalutari Chriſti fidei ſe addixiſſent, miſit. Qui verò Gentilium conſuetudinem ac ritus imitari viſi ſunt, his ne ſacrificia idolis immolarent, interdixit. Eadem lex ab eo lata fuit, de illis dignitatis gradibus, qui Præfectorum honoribus ſuo ſplendore ſuperabant ; aut enim ſi Chriſtiani erant, ita ſe gerere præcepit, vti appellationis ipſorum dignitas poſtulabat ; aut ſi aliter animo affecti, mandauit, ne idôlis hoſtias offerrent.] Poſt Conſtantinum autem, Iulianus Imperator apoſtata Chriſtianis aditus ad præfecturas, ſub ſpecie religionis interdixit ; de illo enim hæc memorat Socrates. [y] [Porrò ab Imperatore Iuliano mandatum eſt, vt qui nollent Chriſtianam religionem deſerere ; in Palatio militum Prætorianorum munere minimè fungerentur. Itemque vt omnes ſimulacris ſacrificare properarent. Chriſtiani in prouinciis nullos magiſtratus gererent : Nam lex illorum (inquit) vetat gladio vtendum, contra eos, qui ſcelera digna morte admiſerint & propterea non ſunt ad regendum idonei.] Sozomenus. [z] [Hoc animo fuit, etiam aduerſus omnes Chriſtianos Imperator : ſi quidem cùm nihil haberet criminis, quod illis poſſet obiicere, arrepta tamen ex eo occaſione, quòd idôlis immolare recuſarent, ius-

[l] *Suetonius in Claudio cap.* 24.
[m] *Tacitus lib.* 5. *Annalium.*
[n] *Theodor. lib.* 9. *Græcar. affectionu. curatio. in principio.*
[o] *Euſeb lib.* 7. *hiſt cap.* 9 *eccleſ.*
[p] *Tertull. in apologetico cap.* 16.
[q] *Euſeb. lib.* 7. *hiſt eccleſ. cap.* 9.
[r] *Idem Euſebius dicto cap.* 9.
[s] *Euſeb. lib.* 7. *c.* 10
[t] *Idem Euſeb. dicto lib.* 7. *cap.* 14.
[u] *Spartianus in Adriano. Macer. in. l. militum.* § *is ante verſic. ſi vitem. de re milit.*
[x] *Euſeb. lib.* 2. *vita Conſtantini cap.* 43.
[y] *Socrat. lib.* 3. *hiſt eccleſ. cap.* 11.
[z] *Sozom lib.* 5. *hiſt eccleſ cap.* 17.

Reipublicæ eis denegauit: & neque in communes hominum congreſſus, neque in forum venire, neque iudicium exercere, neque gerere magiſtratum, neque vllum dignitatis gradum obtinere permiſit.] Cùm ergo ad dignitates ciuiles admitterentur interdum, interdum repellerentur; viſum eſt Hiſpanis Patribus cauere, non vt Chriſtiani illis non vterentur: hoc enim eo tempore, quo duriſſimo ſeruitutis iugo premebantur ethnicis Principibus ſubditi, commodè noſtri decernere non poterant, ne illorum imperium viderentur contemnere; ſed id tantùm, vt eo anno quo Duumuiratum geterent, ab Eccleſiæ ingreſſu & communione Chriſtiani arcerentur, vt quod pro pœna à Gentilibus Impp. datum eſt: id Chriſtiani pro gratia, conſilioque reciperent: fecitque ſic præmium religio, quod perfidia putabat eſſe ſupplicium, vt non diſſimili propoſito dixit Ambroſius, [a] ad Valentinianum Imperatorem.

[a] *D. Amb. in epiſt. ad Valentini um Imperatorem.*

Sed quæ aliæ præterea cauſæ fuerint, quibus Chriſtiani adeò graui pœna ab adminiſtratione ciuilium dignitatum retraherentur, diligentiùs inquiramus. Plures enim fuiſſe, antiquorum me ſcriptorum monumenta docent, quæ partim dignitatem concedentis, partim quæ ſubditorum, & partim tandem quæ ipſius dignitatis conceſſæ incommoda periculaque ſpectabant. Ante huius Concilij indictionẽ & eo tempore quo indictum & habitum eſt, iam oſtendi ſuperiùs [b] Imperatores ethnicos fuiſſe: incommodum ſanè & meritò viſum eſt, ſeruos Dei à ſeruis dæmonum dignitatem accipere, & illis ea ratione fore deuinctos. Si enim ethnico & publicano nec Aue dicere licebat fideli & ſeruo Dei, ſecundùm præceptum Apoſtoli, multo minùs licere credebatur, ab eo dignitatem expetere, expetitam deprecari, deprecatam adipiſci, ade ptaque tandem frui. Quam rationem obſeruantes Apoſtoli ſanxerunt, vt publicis adminiſtrationibus Epiſcopi & presbyteri minimè vterentur. [c] [Dicimus (aiunt) quòd non oporteat Epiſcopũ aut presbyterum, publicis ſe adminiſtrationibus immittere; ſed vacare & commodum ſe exhibere vſibus Eccleſiaſticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponito: nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire, iuxta præceptum Dominicum.]

[b] *Lib. 1. c. 1. &*

[c] *Can. 80. Apoſtolorum. Explicatur can. 80. Apoſtolorum. Matth. 6.*

Ad ſubditos quod attinet, quia cùm omnes illi eſſent Gentiles, periculum erat, ne caput ob aſſiduam & frequentem communicationem ſimile fieret reliquis membris minoribus: nam ex ſententia Menandri Paulus refert: Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Hac etiam ratione præceptum eſt Concilio Toletano III. [d] & aliis, [e] ne Iudæi Chriſtianis populis iudices præponerentur. [f] Zacharias etiam Papa I. Venetis præcepiſſe dicitur, ne captiuos Chriſtianos Sarracenis, aut Gentilibus venderent, vt mercatores antea conſueuerant. Eâdem etiam de cauſa excommunicationis pœnam adiecit Concilium Carthaginenſe I V. his qui cauſas ad iudices Gentilium deferrent. [Catholicus (inquit) qui cauſam ſuam, ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat, excommunicetur.] Quod antiquum fuit Eccleſiæ inſtitutum, ipſorum Apoſtolorum vſu & auctoritate comprobatum, Diuus enim Paulus [h] Corinthios monet, vt ſi cauſa ſit inter Chriſtianos, eligatur ſapiens aliquis ex eis, ſpretis Gentilium iudicibus [Si qui (inquit) ex fratribus negocia habent interſe, ne apud cognitores ſeculi iudicentur.] Verbo enim illo, Seculi, diſtinxit Gentiles à Chriſtianis: nam ſeculum olim pro Gentilitate, & iudices ſeculares pro Gentilibus vſurpari, oſtendit Caius Papa [i] ad Felicem Epiſcopum, dum docet, Epiſcopos & clericos apud iudices ſeculares non eſſe accuſandos, tempore quo præfecturæ ciuiles non deferebantur Chriſtianis: quo circa qui ad Gentium errorem reuertebantur, ad ſeculum dicebantur redire Concilio Arelatenſi II. [k] & dominum Gentilem, ſeculare dominum nuncupat D. Cyprianus. [l] Quare D. Paulus [m] eoſdem Corinthios, qui fratres coram Gentibus conueniebant, reprehendit. [Non eſt inter vos (inquit) ſapiens quiſquam, qui poſſet iudicare inter fratrem; ſed frater cum fratre contendit, & hoc apud infideles? Sic enim interpretatur D. Paulum Ambroſius [n] contra Auxentium illum increpans, quòd in cauſa fidei Gentiles iudices poſceret] [Hæc ergo, fratres (ait) coram ipſo apud vos pleniùs diſputarem: ſed certus Auxentius, non ignaros vos eſſe rectæ fidei, veſtrum refugit examen, & Gentiles quoſdam quatuor aut quinque fermè homines elegit cognitores ſibi; ſi tamen aliquos elegit, quos vellem adeſſe in cœtu omnium, non vt de Chriſto iudicent, ſed vt maieſtatem audiant Chriſti: tamen illi iam & Auxentio pronuntiauerunt, cui tractanti quotidie non crediderunt. Quæ maior eius condẽnatio, quàm quòd ſine aduerſario apud iudices ſuos victus eſt? ergo & ipſorũ ſententiã contra Auxentiũ iam tenemus, & quòd Gentes elegit iure damnandus eſt, quia Apoſtoli præcepta dimiſit, cùm Apoſtolus dicat: [o] Audet aliquis veſtrum aduerſus alterũ habens negociũ, iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos?] Eodẽ ſenſu Pauli ſententiam

[d] *Concil. Tolet. 3. can. 14.*
[e] *Toleta 4. can. 64. Tolet. 8. can. 11.*
[f] *Concil. Arelatenſe can. 5. Concil. Meldenſe can. 73. Concil. Matiſconenſe 1.*
[g] *Concil. Lateran. ſub Innocentio 3. can. 69. Gregor. 9. in cap. ex ſpeciali. 18. de Iudæis.*
[h] *Platina in vita Zachari. P. & 6 Concil. Carthag. 4. can. 87. Refertur cap. Catholicus. 2. quæſt. 6.*
[i] *D. Paul. 1. ad Corinthios cap. 6.*
[k] *Caius Papa in epiſtola ad Felicem Epiſcopum.*
[l] *Concil. Arelatẽſe 2. can. 25.*
[m] *D. Cypria. in lib. de laſſ. cap 11.*
[n] *D. Paul. epiſt. 1. ad Corinth.*
[o] *D. Ambr oratione in Auxentium.*

[o] *1. Corinth. 6.*

A tentiam intellexiſſe Auguſtinum, Poſſidius [p] in illius vita refert. [Secundùm Apoſtoli quoque ſententiam (inquit) dicentis: Audet quiſquam veſtrùm aduerſus alterum negocium habens, iudicari ab iniquis, & non apud ſanctos? An neſcitis, quia ſancti mundum iudicabunt? Et ſi in vobis iudicatur mundus, indigni eſtis iudiciorum minimorum. Neſcitis, quia Angelos iudicabimus, nedum ſecularia? Secularia igitur iudicia ſi habueritis inter vos, eos qui contemptibiles ſunt in Eccleſia, hos collocate ad iudicandum. Ad reuerentiam vobis loquor. Sic non eſt inter vos quiſquam ſapiens, qui poſſit inter fratrem ſuum iudicare, ſed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Interpellatus ergo Beatus Auguſtinus à Chriſtianis, vel à cuiuſcumque ſectæ hominibus, cauſas audiebat diligenter ac piè: cuiuſdam ſententiam ante oculos habens, dicentis ſe malle inter incognitos, quàm inter amicos cauſas audire; eo quòd de incognitis, pro quo arbitrata æquitate iudicaretur, amicum poſſet adquirere; de amicis verò vnum eſſet, contra quem ſententia proferretur, perditurus. Et eas aliquando vſque ad horam refectionis, aliquando autem tota die ieiunans, ſemper tamen noſcebat, & dirimebat, intendens in eis Chriſtianorum momenta animorum, quantum quiſque, vel in fide, vel bonis operibus proficeret, vel ab his deficeret. Atque compertis rerum opportunitatibus, diuinæ legis veritatem partes docebat, eamque illis inculcabat, & eos quo adipiſcerentur vitam æternam, edocebat & admonebat.] Id clariùs diuus Clemens. [q] [Præclara (inquit) Chriſtiani laus eſt, cum nullo habere negocium. Quòd ſi ex aliqua vexatione, vel tentatione lis alicui oriatur, curet vt ea tranſigatur, etiam ſi detrimentum pati debeat; nec ad ethnicum iudicium accedat. Sed neque patiatur mundanos magiſtratus de noſtris ius dicere; nam per illos diabolus ſeruos Dei ✝exat, & nobis notam inurit; quaſi non habeamus nos vnum ſapientem, qui poſſit inter partes ius adminiſtrare & controuerſias componere] Et mox. [r] [Non cognoſcant ergo (inquit) Gentes controuerſias, quæ inter vos oriuntur, neque contra vos infidelium teſtimonia recipiatis, neque ab his vos iudicari velitis, neque his aliquid tribuatis, commodi, metuſue cauſa.] Anacletus ad omnes Epiſcopos: [s] [Si verò fuerit ſeculare negocium apud eiuſdem ordinis viros iudicio tamen Epiſcoporum: cùm Apoſtolus priuatorum Chriſtianorum cauſas magis Eccleſiis deferri, & ibidem ſacerdotali iudicio terminari voluit.] Idem conſtituit Alexander I. [t] [Relatum (inquit) eſt ad huius ſanctæ & Apoſtolicæ ſedis apicem, cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & omnium negocia Eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt: quaſi ad caput, ipſo dicente Principi Apoſtolorum Petro: Tues Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: quod quidam æmuli Chriſti eiuſque Eccleſiæ inſidiatores, ſacerdotes Dei ad iudices publicos accuſare præſumant; cùm magis Apoſtolus Chriſtianorum cauſas ad Eccleſias deferri, & ibidem terminari præcipiat, taliter præuaricantes ſunt in Deum ſuum, & non obediunt præceptis eius.] Extat hæc apud Gratianum Sed in eius interpretatione (vt hoc obiter admoneam) gloſſa; cùm iudices ſeculares non animaduerteret Gentiles intelligendos, dixit, ſecundùm primitiuum ſtatum Eccleſiæ intelligendum, nimirùm, vt cauſæ ſeculares ad iudices Eccleſiaſticos referrentur: cùm hoc nec Alexander, nec Anacletus, nec Clemens, nec Paulus præceperint: ſed id tantùm, vt ciuiles cauſæ à ciuilibus præfectis in Eccleſia præſente Epiſcopo, vel eo qui eius vicem gereret, iudicarentur, non à Gentilibus, ob ea quæ ſuperiùs diximus pericula: & ne vt Clemens retulit, putarent Gentes in Eccleſia iudices deeſſe ſapientes, qui eo munere fungi poſſent. Etſi forteſſe Præfectorum ciuilium ſententiis acquieſcere recuſarent, excommunicationis mucrone aſſentiri cogerentur, tunc enim nulla alia pœna frequentior inter Chriſtianos erat, nec alio gladio commodè vti poterant: cùm omnes ferè iudices ſeculi, ſeu ſeculares ethnici eſſent vſque ad tempus Catholicorum Imperatorum Arcadij, & Honorij: hos enim in fidei gratiam neglectam Conſtantini legem recentiori conſtitutione ſcimus renouaſſe, decernentes, [u], vt ethnici iudices eſſe non poſſent, quorum conſortium & communionem vitare Chriſtianos, Apoſtolorum & reliquorum Pontificum ſanctiones prohibebant. Quam anathematis ſententiam, vt iuſtè Epiſcopi proferre poſſent, iudicis ipſis intereſſe debebant, vt ſtatim ad exitum iudicium ipſum perduceretur, & ea ratione dixiſſe potuit Anacletus iudicium ſeculare, iudicio ſacerdotali terminari; eo præcipuè tempore, quo lites & controuerſiæ inter Chriſtianos, tam breuibus erant terminis circunſcriptæ, vt à ſecunda feria ad Sabbathum vſque definiri deberent: vt die Dominico omnes in pace intereſſe ſacrificio & oblationem facere poſſent:

[p] *Poſſidius, Epiſcopus Calamenſis in vita D. Auguſt. cap. 19.*

[q] *D. Clem. lib. 2. conſtitut. Apoſtolicarum cap. 49. & 50.*

1. Corinth. 6.

[r] *Idem Clem c. 50*

[s] *Anaclet. epiſt. 1 ad omnes Epiſcopos.*

1. Cor. 6.

[t] *Alex. 1. in epiſt ad omnes Orthodoxos cap. 1. Refertur in cap. relatum 11. quæſt. 1. Matth. 16. 1. Cor. 6. Alexand. in cap. relatum, 11. q. 1.*

[u] *Arcad. & Honorius in lib. 11. de pagan. in. C. Theodoſiano.*

A per ſe, poteris forſitan illam non inquinare per te, ſed tu per illam mundus eſſe non poteris: iam nunquid de Ioſeph & Daniele argumentaris, ſcito non ſemper comparanda eſſe vetera & noua, rudia & polita, cœpta & explicita, ſeruilia, & liberalia. Nam illi etiam ſerui conditione erant; tu verò nullius ſeruus, inquantum ſolius Chriſti, qui te etiam captiuitate ſeculi liberauit, & forma dominica agere debebis. Ille Dominus in humilitate & ignobilitate inceſſit; domicilio incertus: nam filius (inquit) hominis non habet, vbi caput conlocet: veſtitu incultus, neque enim dixiſſet: Ecce qui teneris veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Vultu denique & aſpectu ingloriùs, ſicut & Eſaias pronunciauerat, ſi poteſtatem quoque nullam, ne in ſuos quidem exercuit, quibus ſordido miniſterio functus eſt: ſi regem ſe denique fieri conſcius, ſui regni refugit, pleniſſimè dedit formam ſuis dirigendo omni faſtigio & ſuggeſtu tam dignitatis, quàm poteſtatis. Quis enim his magis vſus fuiſſet, quàm Dei filius, quales & quanti

B cum faſces producerent, qualis purpura de humeris eius floreret, quale aurum de capite radiaret, niſi gloriam ſeculi alienam, & ſibi & ſuis iudicaſſet? Igitur quæ noluit, reiecit, damnauit: quæ damnauit in pompa diaboli deputauit. Non enim damnaſſet, niſi non ſua: alteriùs autem eſſe non poſſent, niſi diaboli, quæ Dei non ſunt. Tu ſi diaboli pompam eieraſti, quidquid ex ea attigeris, id ſcias eſſe idololatriam, vel hoc tè commonefaciat, omnes huius ſeculi poteſtates & dignitates, non ſolùm alienas, verùm & inimicas Dei eſſe; quod per illas aduerſus Dei ſeruos ſupplicia conſulta ſunt; per illas & pœnæ ad impios paratæ ignorantur, ſed & natiuitas & ſubſtantia tua moleſtæ tibi ſunt aduerſus idololatriam; ad euitandum remedia, deeſſe non poſſunt; cum & ſi defuerint, ſuperſit vnicum illud, quo felicior factus non in terris magiſtratus, ſed in cælis.] His igitur de cauſis Concilium decreuit, magiſtratum,

C dum gerit Duumuiratum, ab Eccleſia cohibendum, quòd grauiſſimis periculis ſe exponeret agendi, vel aduerſus Dei veri cultum, vel Eccleſiæ libertatem, vel probitatem morum, vel ſanctiorem religionis naſcentis diſciplinam. Quare veteres Chriſtiani non ſolùm eas dignitates non expetiuiſſe, ſed oblatas recuſaſſe leguntur. Minutius Felix, [c] [Nec vltima (inquit) ſtatim plebe conſiſtimus, ſi honores veſtros & purpuras recuſamus; nec faſtidioſi ſumus, ſi omnes vnum bonum ſapimus, eadem congregati quiete, qua ſinguli.] Tertullianus [d] in defenſione Pallij, (veſtis erat Chriſtianorum, aut nouiter conuerſorum, hæc inducit verba, quaſi Pallij interloquentis. [Ego (inquit Pallium) nihil foro, nihil curiæ debeo, nihil officio aduigilo, nulla roſtra præoccupo, nulla prætoria obſeruo, cancellos non adoro, ſubſellia non contundo; iura non conturbo, cauſas non clatro, non iudico, non milito, non regno, feceſſi de populo, imò vnicum negocium mihi eſt, nec aliud me curo quàm me.] Leniùs paulò erga præſides ſe geſſit Concilium Arelatenſe [e] primum, dum decreuit, illis, cùm

D promoti eſſent, dandas eſſe literas communicatorias; ſic tamen vt curam eorum non ſpernerent Epiſcopi; nec omitterent ſeueritate Eccleſiaſtica punire, quoties à præclaris diſcederent Eccleſiæ inſtitutionibus. [De præſidibus (inquit) qui fideles ad præſidatum impetu proſiliunt: ita placuit, vt cùm promoti fuerint, literas accipiant Eccleſiaſticas communicatorias, ita tamen vt in quibuſcunque locis geſſerint, ab Epiſcopis eiuſdem loci cura de illis agatur: vt cùm cœperint contra diſciplinam publicam agere, tunc demum à communione excludantur. Similiter, & de his fiat, qui Rempublicam agere volunt.] Nec ſecúlares dignitates tantùm ab ethnicis Impp. recipere initio primitiuæ Eccleſiæ non licebat, ſed nec exercere militiam ſub eiſdem tanquam genus quoddam idololatriæ reiecit idem Tertullianus. [f] [Poſſet in iſto capite (inquit) etiam de militia definitum videri, quæ inter dignitatem, & poteſtatem

E eſt. At nunc de iſto quæritur, an fidelis ad militiam conuerti poſſit, & an militia ad fidem admitti etiam caligata, vel inferior quæque, cùm non ſit neceſſitas immolationum, vel capitalium iudiciorum. Non conuenit ſacramento diuino & humano, ſigno Chriſti, & ſigno diaboli: caſtris lucis, & caſtris tenebrarum; non poteſt vna anima duobus deberi, Deo & Cæſari. Et virgam portauit Moyſes, fibulam & Aaron: cingitur loro & Ioannes: agmen agit & IESVS Naue: bellauit & populus, ſi placet ludere. Quomodò autem bellabit, imò, quomodò etiam in pace militabit ſine gladio, quem dominus abſtulit; nam & ſi adierant milites ad Ioannem, & formam obſeruationis acceperant, ſi etiam centurio crediderat; omnem poſteà militem dominus in Petro exarmando diſcinxit, nullus habitus licitus eſt, apud nos illicito actui adſcriptus.] Quod pluribus ille diſſeruit. Poſt Tertullianum, quòd turpe, & illicitum haberetur, ſequemquam militiæ dare, tanquam actui profaniſſimo, & à mo-

Gen. 41. Daniel. 7.

Luc 9. Matt. 11.

Eſai. 53.

Ioan. 13. Ioan. 6.

[c] *Minutius Felix in Octauio.*

[d] *Tertullianus lib de Pallio. cap. 5.*

[e] *Concilium Arelatenſe. 1. can. 7.* Explicatur can. 7. Conc. Arela. 1.

[f] *Tertullianus lib de Idolatria.*

Matth. 22. Exod. 3 Exod. 28.

Matth. 3. Exod. 17.

A

ANNO QVO AGIT DVVMVIRATVM.

CAPVT TRIGESIMVM-NONVM.

De munere antiquo Duumuiratus.

ERat olim in Hiſpania Duumuiratus municipalis annale munus. His Duumuiris ſimiles hodie mihi videntur hi iudices, quos Arabum voce Alcales, ſiue Alcades noſtrates dicunt, eorundem enim lingua iudices ſignificantur: apud quos cuiuſcunque priuati oppidi ſumma eſt. In præcipuis & magnis vrbibus Reſpublica duorum
B arbitrio non regitur, ſed vnius, quem à corrigenda Republica correctorem vocant. Vt huius autem annui magiſtratus honorem adipiſcerentur antiqui, quibus fatigarentur & cruciarentur laboribus, bellè Tertullianus [i] deſcripſit. [Sed enim (ait) illos qui ambitu obeunt capeſſendi magiſtratus, neque pudet, neque piget incommodis animæ & corporis, nec incommodis tantùm, verùm & contumeliis omnibus eniti in cauſa votorum ſuorum. Quas non ignobilitates veſtium affectant? quæ non atria nocturnis, & crudis ſalutationibus occupant? ad omnem occurſum maioris cuiuſque perſonæ decreſcentes, nullis conuiuiis celebres, nullis comeſſationibus congreges, ſed exules à libertatis, & lætitiæ felicitate; idque totum propter vnius anni volaticum gaudium.] D. Cyprianus [k]. [Quippe illum vides (de magiſtratibus loquitur) qui amictu clariore conſpicuus, fulgere ſibi videtur in purpura, quibus hoc ſordidus emit, vt fulgeat; quos arrogantium faſtus prius pertulit? quas ſuperbas fores matutinus ſaluator obſedit? quot tumentium contumelioſa veſtigia in clientium cuneis ante præceſſit? vt ipſum etiam ſalutatum comes poſtmodum pompa præcederet, obnoxia non homini, ſed poteſtati? neque enim coli moribus meruit ille, ſed faſcibus] Mamertinus [l] etiam: [Quis ignorat (inquit) tum quoque cùm honores, populi Romani, ſuffragiis mandabantur, multos fuiſſe candidatorum labores? ediſcendenda omnium nomina tribuum; homines, atque etiam ſinguli ſalutandi, prehenſandæ obuiorum manus, omnibus arridendum, non ſolum cum infimis, ſed etiam cum ignotis familiaritatis imago ſimulanda, multaque alia propter honorem agenda, quæ aliàs virum honore dignum facere non deceret. Vnde illud Craſſi celebre dictum, cum peteret Conſulatum, & fortè cum Scæuola ſocero per vias vrbis incenderet, nec præſente grauiſſimo, & ſeueriſſimo viro blandiri populo, palpare obuios, & artes peritorias auderet exercere. Quæſo, inquit, Muti pauliſper abſcedas, nec comitatu tuo honeſtari putes: impedis honorem meum, te ſpectante ineptus eſſe non poſſum.
D At verò ego nullius amorem turpi aſſentatione promerui; nihil feci ineptum, nihil egi, quod ſpectare Mutium nollem, non modò nullum popularium deprecatus ſum, ſed ne te quidem Imperatorem quem orare præclarum, cui preces adhibere pleniſſimum dignitatis eſt, verbo ſaltim adij; ſponte in familiam diuinum iſtud munus infuſum eſt]

[i] *Tertull. l. de pœnit. cap.* 11.

[k] *D. Cypr. ep.* 1. *ad Donatum, c.* 8.

[l] *Mamert. in Pane gyrico ad Iulianum Imperatorem.*

COMMENTARII NOVI.

E INter alios Magiſtratus municipales ad Reipubl. regimen, & iuſtitiæ adminiſtrationem conſtitutos, præcipuè recenſentur Duumuiri, qui in municipiis præerant, & ſub nomine municipalium magiſtratuum veniunt in *l. quemadmodum* 29. §. *magiſtratus. ff. ad l. Aquil. l. item* 15. § *vnde qua, ff. de iniuriis, l. vlt. Cod. de iudiciis l.* 1. *C. de emendat. libert. l. ſi ita* 3. *C. quocunque ordine lib.* 11. qui creabantur ex ordine Decurionum *l licet* 3. §. *vlt. ff. de peculio leg. item* 6. §. 1 *ff. quod cuiuſque vniuerſ. l. honores* 7 §. *ii qui, ff. de Decur.* & à Præſide confirmabantur, qui aſſenſum, ſimulque Concilium præſtabat aſſerendo quis ſibi idonior ad Duumuiratum videretur *l.* 1. § *ſolent, ff. quando appellandum ſit, l. ſi quis* 59. *C. de Decur. lib.* 10. *l. ſi conſtat.* 12. *ff. de appellat.* licet in Africa conſuetudine introductum eſſet, vt populi ſuffragiis crearentur *l.* 1. *Cod. Theodoſ. quem ad munera ciuilia.* Eorum dignitas præclara erat in municipiis, & maximo honore habebantur *l.* 1 *ff. de alue ſcrib.* ciuitatis Principes appellantur *in l. Spadonem* 15. §. *ſi ciuitatis, ff. de excuſat. tutor.* de eorum iuriſdictione egi pro expoſitione textus in *l. vnic. ff ſi quis in ius dicendi in cap.* 1. *de offic. delegat.* Non rectè ab aliquibus confundantur cum defenſoribus ciuitatum, vt notauit Cuiac. *lib.* 1. *Paul. ad Edict. in l. ea qua* 26. *ff. ad municipal.* Duumuiri enim licet propter authoritatem populi Romani diuerſo nomine vocarentur, tamen inſtar Conſulum habebantur; defenſores verò inſtar

Tribunorum plebis, & apud nos dicuntur *Alcades Ordinarios*. Defensores verò appellantur *Sesmeros de la tierra*, & quia ad instar Consulum eligebantur, nonnunquam Consules dicebantur Auson.

Diligo Burdigalam, Romam colo, ciuis in illa
Consul in ambabus, cuna hic, ibi sella curulis.

Et ita accipi *in l. cum quidam 30. ff. de adquirend. heredit.* coniectatur Scipio Gentilis *lib. 2. de iurisdict. cap. 25.* plerumque prius ædilitatem obibant, & ea expedita Duumuiri cooptabantur. Vnde in vetustis inscriptionibus sæpiùs legitur *Ædil. Duumvir*, vt notauit Cato *lib. 1 de antiquit. Hispal. cap. 10* & quatuor viros ob amplitudinem municipij aliquando eligi constat ex inscriptione textus in *l. vnic. C. de solut. & liberat. debit. ciuit.* vbi id firmat Cuiacius veteri quadam Hispaniæ inscriptione. Duumuirorum officium annuum erat, *l. quid ergo 13 ff. ad municipal l. si ad Magistratum 18. C. de decur. lib. 10.* Aliquando tamen ob eorum merita & munificentiam in patriam in quinquennium eligebantur, vt veterem lapidem ita exaratum. II. VIR. QVINQ. BIS OB MERITA. Interpretatur Turnebus *lib. 11. aduersar. cap. 10.* vel reeligebantur, vt constat ex veteri lapide ita transcripto, à Caro, *vbi suprà.*

L. HORATIO. L F. GAL. VICTORI.
II. VIRO. BIS. OB. PLENISSIMAM.
MVNIFICENTIAM. ERG. PATRIAM.
ET. POPVLVM. MERITISSIMO.
CIVI.
POPVLVS.

Quomodo accipiendus est Apuleius statim referendus.

Sed iam ad insignia, & munia ipsorum perueniamus, vt rationem præsentis Canonis percipiamus, & certè ipsos præcedebant lictores cum virgis, siue bacillis Cicero in Aullum: *Nam primum cum cæteris in coloniis Duumviri appellentur, hisce Prætores appellari volebant. Deindè anteibant lictores non cum bacillis, sed vt hic Prætoribus ante eunt cum fascibus duobus.* Temporibus tamen Theodosij fasces vsos fuisse Duumuiros expressum est in *leg. Duumuirum 53 C. de Decur. lib. 10.* prosequitur Suarez contra Bullenger. *lib. 1. ad l. Aquil. c. 2. sect. 5. num. 21.* Quoad munia ipsorum omissis actibus iurisdictionis, de quibus egi in *dict. cap. 1. de offic. delegat.* apparatus ludorum, seu eorum præbitio Duumuiris competebat, quos præbere, & edere cogebantur *l. si ad Magistratum 28. C. de Decur. lib. 10.* vbi statuitur, vt si Duumuiri latitauerint, ne ludos præbeant ea pœna coërceantur, vt alius sufficiatur ex eorum bonis sumptus faciat, & si postea reperti fuerint integro biennio ludos exhibere cogantur, & in *l. Circensium C. eod. tit.* Imperatores sanxerunt, vt Magistratus, qui ludos Circenses præbere detrectauerint, refundere cogantur sumptus, quos ciuitas erogauit in ludorum exhibitione; & Imperatores agere de his Duumuiris liquet ex epigrapho vbi *Ordini Ciuitatis*, & *Scenæ* rescriptum illud mitti refertur; per ordinem autem quis dubitat Decurionum ordinem accipi, vt in *l. ordine 15. l. vlt. ff. ad municip. leg. generaliter 3. §. 1. l penult. ff. de Decur. l. 1. C. de omni agro l. 10.* Imò in his ludis patrimonium impendebant cum omni munificentia, Apulei. lib. 10. Milesiar. *Thiasus* (inquit) *oriundus patria Corintho, gradatim permensis honoribus, quinquennali magistratu fuerat destinatus: & vt splendori capescendorum responderet fastigium, munus gladiatorum triduanis spectaculis pollicitus, latiùs munificentiam suam protendebat.* Plinius lib 33. hist. cap. 3. *Mox quod etiam in municipiis æmulantur C. Antonius Ludos scæna argentea fecit*, adeoque impensè opes profundebant, vt ad inopiam redacti aliquando alimenta peterent *l. decurionibus 8. de Decur. lib. 10.* quam de his Duumuiris accipit D. Ioannes Suarez *vbi suprà, num. 34.*

Rursùs sciendum est non solum inductum fuisse huius Concilij æuo Christianis magistratibus maiores, similesque honores gerere, verum ab Imperatoribus aliquando id indictum, ipsisque inuitis huiusmodi Duumuiratus decretos fuisse *l. 3 ff. de Decur.* ibi: *Eis qui Iudaicam superstitionem sequuntur, Diui Seuerus, & Antoninus honores adipisci permiserunt, sed necessitates eis imposuerunt, quæ superstitiones eorum non læderent.* Vbi Alciatus mendum esse putat, & pro illis verbis, *D. Seuerus, & Antoninus*; lib. 3. disp. cap. 8. reponit *Diui Verus, & Antoninus.* Hos enim existimat Christianos suo referpro æquales aliis in honoribus adipiscendis effecisse propter beneficium receptum à Christianis militibus in bello Marcomannico; sed fallitur Alciatus cum ex Iulio Capitolino in Marci Antonini vita conster: Verum obiisse antequam M. Antoninus Marcomannos debellasset, quod & firmat *epist. 1.* quæ extat apud Iustinum in fine secundæ Apolog. quæ à M. Aurelio Antonino solo ad Senatum scripta est, de beneficio à Christianis recepto in hoc bello: sic Tertull. in Apologet. cap. 5. *Si litteras* (inquit) *Marci Aurely grauissimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte militum imbre dissipatam testatur, &c.* Retinenda ergo lectio est *D. Seuerus, & Antoninus*, id est Septimius Seuerus & Antoninus Bassianus filius, qui simul imperarunt authore Ælio Spartiano in Seuero. De his etiam loquitur Tertull. lib. ad Scapulam: *Nam & Proculum Christianum, qui Torpacion cognominabatur, Euhodiæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando curauerat, requisiuit, & in palatio suo habuit vsque ad mortem eius, quem & Antoninus optimè nouerat lucte Christiano educatus.*

A *catus. Sed & clarissimas fœminas, & clarissimos viros Seuerus sciens huius sectæ esse, non modo non læsit: verum & testimonio, & populo furenti in eos palam restitit.* Dixit Imperatores Christianos non solum adipiscendi honores libertatem dedisse, sed etiam illis necessitatem imposuisse, siquidem illis temporibus Christiani, quamuis genere insignes, & optimis essent familiis nati, respuebant magistratus, & honores, siquidem officiis satisfacere vix poterant, quin sese idolorum ritibus paganorumque cæremoniis inquinassent, aut in aliquod idololatriæ negotium impegissent Tertull. in Apolog. cap. 45. *Ecce Pythagoras apud Thurios, Zenon apud Priennenses tyrannidem affectant: Christiani verò nec Ædilitatem;* & apertiùs in lib. de Idololatria. *Hinc proximè disputatio oborta est; an seruus Dei alicuius dignitatis, aut potestatis administrationem capiat.* Quamobrem Paulus Iurisconsultus Christianos, quibus maximè infensus fuit, *desidiæ deditos* appellat in *l. cum de indebito* 25. §. 1 *ff. de probat.* Sicut Imperator Valens, qui monachos vt Arianos oderat *ignauiæ sectatores* appellat in *l. quidam C. de Decurion. lib.* 10. quæ extat in *l. quidam* 63. *C. Theod. cod. tit.* nec rectè verba illa *dict. l. cum de indebito, & forensium rerum expers, vel alias simplicitate gaudens, & desidiæ deditus.* Tribuniano tribuit Merillus *lib.* 2. *obseru. cap.* 20. & accipit *de clericis monachis*, ita vt verba illa, *forensium rerum expers*, referantur ad clericos, qui à forensibus rebus alieni esse debent, ita vt ab ordinibus Ecclesiasticis reiicerentur, qui in forensibus iudiciis postulassent *leg. repetita* 40. *C. de Episc. & clericis consulta* 18. *C. de testam.* Vnde B. Basil. *epist.* 84. ait hæc, *propter nostram in rebus huiusmodi ineptiam*; verba autem illa *simplicitate gaudens, & desidiæ deditus* de monachis esse intelligenda, & Triboniani esse de religione Christiana non benè sentientes: sed non rectè vt iam notauit I. Bertrandus in-

B uita Iulij Pauli, cum nihil prohiberi possit, quin Pauli sint, & accipiantur de Christianis, qui etiam sub Imperio Septimij Seueri, sub quo libros illos Paulus scripsit omnia Reipublicæ munera tanquam officia Christiano homini indigna respuebant.

His præiactis, facile percipitur verus sensus huius Canonis, qui ita elici ex supra dictis valet: Christianus, qui Duumuiratum gerit eo anno quo durat officium, ab Ecclesia segregandus est, quia cum ipse ratione proprij officij teneretur edere ludos, & spectacula vt in personam Italici cuiusdam ait D. Hieronym. in vita Hilarionis: *Cur non magis equorum pretium pro salute animæ tuæ non erogas? ille respondit functionem esse publicam, & non tam se malle quam cogi.* In quibus quædam apostasia fidei datur iuxta Saluian. *lib. 6. de prouid.* rectiùs censuerunt Illiberritani PP. Duumuirum per annum Duumuiratus ad Ecclesiam non accedere, quam ita accedere; cum Christianus, qui ad Ecclesiam non accedit, negligentiæ reus sit, vt superiori canone probaui; quia autem sic venit quodammodo idololatriæ reus est, cum licet coactus authoritatem præstet idololatriæ, quæ in his ludis, & spectaculis dabatur, vt iam obseruauit *suprà in can.* 4. Sed quia coactus, & per illum annum tantum ludos edebat, postea à communione non arcetur, vt separatur Flamen, qui etsi non sacrificauit, munus tamen dedit in *can.* 3. *suprà.* Circa eosdem sæculares Præsules ita sanxerunt PP. Concil. Arelat. 3. can. 7. *De Præsidibus qui fideles ad præsidatum impetu prosiliunt, ita placuit, vt cum promoti fuerint, litteras accipiant Ecclesiasticas communicatorias, ita tamen, vt in quibuscunque locis gesserint, ab Episcopo eiusdem loci cura de illis agatur, at cum cœperint contra disciplinam publicam agere, tunc demum à communione excludantur. Similiter & de his fiat, qui rempublicam agere volunt.* GONZALEZ.

De his, qui vestimenta ad ornandam pompam dederint.	*De his, qui vestimenta ad ornandam pompam dederint.*

Canon LVII.	*Canon LVII.*
E *Matronæ, vel earum mariti, vestimenta sua ad ornandam seculariter pompam non dent: & si fecerint, triennij tempore abstineant.*	Matronæ, vel earum mariti, vestimenta sua ad ornandam seculariter pompam non dent: & si fecerint, triennij tempore abstineantur.

CAPVT QVADRAGESIMVM.

Quæ pompa olim diceretur: & cur ad pompam offerre vestimenta sub excommunicatione prohibeantur Christiani.

LVdos Circenses præcipuo nomine pompam fuisse nuncupatos indicat Suetonius [m]: sed apertissimè testatur Tertullianus [n]. [Communis igitur (inquit) origo ludorum

[m] *Sueton in Claudio, cap.* 11.

[n] *Tertull. lib. de spectaculis, cap.* 5. Lectorum comitatum, pompam lectorum vocat Cicero in epistola ad Cœliam l. 2. ep. 1

ludorum vtriusque generis, communes & tituli, vt de communibus cautis; proinde apparatus communes habeant, necesse est, de reatu generali idololatriæ conditricis suæ. Sed Circensium paulò pompatior suggestus, quibus propriè hoc nomen pompa præcedit.] Circenses autem ludos pompam nuncupatos crediderim, quia die ipso muneris edendi, vel gladiatores ordine deduci in arenam, vel reliquos circi spectaculorúmque ministros, mos fuit; & inibi solemni quadam pompa circunduci. Quintilianus [o], [Iam dies aderat, iam ad spectaculum supplicij nostri populus conuenerat, iam ostentata per arenam peritorum corpora mortis suæ pompam duxerant.] Inde Varro vnam rationem reddidit, cur circus dicatur, quòd ibi circum metas pompa feratur. Quò pertinet illud quod Cicero scripsit. [Cauendum, ne tarditatibus vtamur ingressu mollioribus, vt pomparum ferculis similes esse videamur.] Et illud Ouidij [p].

Circus erit pompa celebris. ——

Diuus Augustinus [q] [Amator est quispiam Circi? quid delectat in Circo, aurigas videre certantes? populos insana furia anhelantes, quemlibet celerem præcedentem, aduersarij sui equum frangentem, ista est omnis delectatio, clamare quia vicit, quem diabolus vicit: exultare & insultare, quòd aduersa pars perdiderit equum, cum is qui tali spectaculo delectatur, iam perdiderit animum.] Et mox: [Sed si te pompa illa & figura, equorum compositio, curruum ornatus, & aurigæ superstantis, equos regentis, vincere cupientis: si te hæc, vt dixi, pompa delectat.] Quare cùm in baptismo renuntiamus diabolo, pompæ, & angelis eius, idololatriæ etiam quæ in spectaculis, & ludis admittitur, nos renuntiare, idem Tertullianus [s] probat. Circenses autem ludos à loco in quo celebrabantur, circo dicto, nuncupari quis ambigat? In hoc autem circo quæ ludorum pompa, quæ solemnia, quæ turpia adhiberentur, Tertullianus viuis depinxit coloribus, à quo ista repetenda sunt: [Sed Circensium (inquit) paulò pompatiator suggestus, quibus propriè hoc nomen pompa, præcedit, quorum sit in semetipsa probans, de simulacrorum serie, de imaginum agmine, de curribus, de thensis, de armamaxis, de sedibus, de coronis, de exuuiis, quanta præterea sacra, quanta sacrificia præcedant, intercedant, succedant, quot collegia, quot sacerdotia, quot officia moueantur, sciunt homines illius vrbis in qua dæmoniorum conuentus consedit. Ea si minori cura per prouincias pro minoribus viribus administrantur, tamen omnes vbique Circenses illuc deputandi, vnde & petuntur; inde inquinantur, vel sumuntur. Nam & riuulus tenuis ex suo fonte, & surculus modicus, ex sua fronde, qualitatem originis continet. Viderit ambitio siue frugalitas eius, quo Deum offendit, qualiscunque pompa circi, & si pauca simulacra circumferat, in vno idololatria est; & si vnam thensam trahat, Iouis tamen plaustrum est: quæuis idololatria sordidè instructa, vel modicè locuples splendida est censu criminis sui.] Et paulò post hæc ad Circi, & Circensium ludorum turpitudinem exprimendam addidit. [Vt & de locis secundùm propositum exequar, circus Soli principaliter consecratur: cuius ædes medio spatio, & effigies de fastigio ædis emicat; quòd non putauerint sub tecto consecrandum, quem in aperto habent. Quod spectaculum primum à Circe habent. Soli patri suo (vt volunt) editum adfirmant, ab ea & circi appellationem argumentantur. Planè venefica eis vtique negocium gessit hoc nomine quorum sacerdos erat, dæmoniis & angelis scilicet.] Quot igitur in habitu loci ipsius idololatrias recognoscis? singula ornamenta circi, singula templa sunt. Oua honori Castrorum adscribunt, qui illos quo editos credendo, de cygno Ioue non erubescunt. Delphinos Neptuno vouent, columnas sessias à sementationibus, messias à messibus, tutelinas à tutelis fructuum sustinent. Ante has tres aræ trinis diis parent, magnis, potentibus, valentibus. Eosdem Samothrachas existimant. Obeliscus enormitas, vt Hermateles adfirmat, Soli prostituta: scriptura eius, vnde & census de Ægypto superstitio est. Frigebat dæmonum concilium sine sua matre magna: ea itaque illic præsidet Euripo. Confusus (vt diximus) apud metas sub terra delitescit. Murtias quoque idolum fecit. Murtiam enim deam amoris volunt, cui in illa parte ædem vouere. Animaduerte, Christiane, quot nomina immunda possederint circum. Aliena est tibi religio, quam tot diaboli spiritus occupauerunt. De locis quidem

locus

[o] *Quintilian. Varro l. 4. de lingua latina. Cicero lib. 1. officiorum.*

Ferculæ erant thensæ quibus imagines Deorum, & hostium spolia ferebantur, vt à populo spectarentur.

[p] *Ouid. l. 4. Fastor.*

[q] *D. August. l. 2. de symbole, c. 2.*

[s] *Tertull. l. de spectaculis, cap. 4. & 7. & cap. 8.*

A locus eſt retractandi, ad præueniendam quorundam interrogationem. Quid enim inquis, ſi alio in tempore circum adiero, periclitabor de inquinamento? Nulla eſt præſcriptio de locis, nam non ſolùm iſta conciliabula ſpectaculorum, ſed etiam templa ipſa ſine periculo diſciplinæ adire ſeruus Dei poteſt, vrgente cauſa, ſimplici dumtaxat, quæ non pertineat ad proprium eius loci negocium vel officium. Cæterùm & plateæ, & forum, & balneæ, & ſtabula, & ipſæ domus noſtræ ſine idôlis omnino non ſunt: totum ſeculum Satanas & Angeli eius repleuerunt. Non tamen quod in ſeculo ſumus, à Deo excidimus, ſed ſi quid de ſeculi criminibus attigerimus. Proinde ſi Capitolium, ſi Serapeum ſacrificator & adorator intrauero, à Deo excidam: quemadmodum circum vel theatrum ſpectator. Loca nos non contaminant per ſe, ſed quæ in locis fiunt, à quibus & ipſa loca contaminari, altercati ſumus: de contaminatis contaminamur. Propterea autem commemoramus, quibus eiuſmodi loca dicentur, vt eorum demonſtremus eſſe, quæ in his locis fiunt, quibus ipſa loca dicantur.] Quæ omnia ex Tertulliano accepit. Diuus Iſidorus [s]. Vt nihil autem quod B ad pompam, & hos ludos pertinebat, omitteret Tertullianus, hæc inferiùs adiecit [Nunc de artificio quo Circenſes exhibeantur. Res equeſtris retro ſimplex de dorſo agebatur, & vtique communis vſus reus non erat. Sed cùm ad ludos coactus eſt, tranſiit à Dei munere ad dæmoniorum officia. Itaque Caſtori & Polluci deputatur hæc ſpecies, quibus equos à Mercurio diſtributos Stheſicorus docet. Sed & Neptunus equeſtris eſt, quem Græci ἵππιον appellant. De iugo verò quadrigas Soli, bigas Lunæ ſanxerunt, ſed &

Primus Erichthonius currus & quatuor auſus
Iungere equos, rapidaſque rotis inſiſtere victor.

C Erichthonius Mineruæ & Vulcani filius & quidem de caduca in terram libidine portentum eſt dæmonicum, imò diabolus ipſe, non coluber. Si verò Trochilus Argiuus auctor eſt currus, primò Iunoni id opus ſuum dedicauit. Si Romæ Romulus quadrigam primus oſtendit: puto & ipſe inter idôla conſcriptus, ſi idem eſt Quirinus. Talibus auctoribus quadrigæ productæ, meritò & aurigis coloribus idololatriam veſtierunt, & ab initio duo ſoli fuerunt albus & ruſſeus. Albus hyemi, ob niues candidas: ruſſeus æſtati, ob Solis ruborem, voti erant. Sed poſteà tam voluptate quàm ſuperſtitione prouecta, ruſſeum alij Marti, alij album Zephyris conſecrauerunt. Præſinum verò terræ matri vel verno: Venetum cœlo & mari vel autumno. Cùm autem omnis ſpecies idololatriæ damnata ſit à Deo, vtique etiam illa damnatur, quæ elementis mundialibus profanatur.] Hæc Tertullianus, vt oſtenderet, qua vanitate, qua turpitudine, quot periculis idololatriæ plena eſſent ſpectacula, non editione ſolùm, ſed aſpectu. Quòd ſi periculum erat idololatriæ intereſſe pompæ illi, ſeu Circo; quanto magis damnandum in his qui non ſolùm aſpectu cernere, ſed veſtibus ornare eorum pompam curarent. Volunt ergo Patres huius Concilij, vt matronæ, & earum mariti veſtes ſuas non accommodent ad pompam ludorum Circenſium, ne D participes fiant erroris idololatriæ, quam in illis ſpectaculis contrahi erat neceſſe. Non enim ſolum (docet rectè Tertullianus) idololatria committitur, cùm quis immolat, incendit, aut ſacris aliquibus vel ſacerdotiis obligatur; nec cùm ædiculas aut ſigna fabricat, ſed etiam cùm templum exornat, vel quo alio pacto ad celebritatem ſacrorum vel ludorum vel ſpectaculorum adiumento eſt [t]: [Sunt & (inquit) complurium artium ſpecies, quæ etſi non contingunt idolorum fabricationem, tamen ea ſine quibus idôla nil poſſunt, eodem crimine expediunt. Nec enim differt, an extruas vel exornes, ſi templum, ſi aram, ſi ædiculam eius inſtruxeris, ſi bracteam expreſſeris, aut inſignia, aut etiam domum fabricaueris. Maior eſt eiuſmodi opera, quæ non effigiem confert, ſed auctoritatem.] Et paulò poſt. [Hoc quoque cauere debemus, ne quid ſcientibus nobis ab aliquibus de manibus noſtris in rem idolorum poſtuletur. Quòd ſi conceſſerimus, & non remediis tam vſitatis egerimus, non puto nos à contagio idololatriæ vacare, quorum manus non ignorantium in officio vel in honore & vſu dæmoniorum deprehenduntur.] Si veſtibus enim ethnicorum Chriſtianos vti, genus eſſe idololatriæ, idem Tertullianus [u] affirmat, quòd Chriſtiani, non vita tantùm, ſed moribus, veſte & verbis ab ethnicis differre debeant: meritò idololatriæ loco habendum cenſent Hiſpani Patres, quòd matronæ & earum mariti ad ornandam ſeculariter pompam idolorum, veſtes ſuas accommodent. Quòd ſi fœminæ vel viro Chriſtiano veſtes ludis Circenſibus & eorum apparatui dare non licet, non licebit ſanè ad feſta Gentilium vel hæreticorum propria, quidquam Chriſtiano, aut dono, aut mutuo,

[s] *D. Iſid. l. 18. etymolog. c. 24. & 25. Tertull. de ſpectaculis, cap. 9.*

Ordinem autem pompæ qui agnoſcendi & legendi ſtudio tenentur, adeant Vualſangum lib. 10. hiſt. Rom. cap. 5. Ioan. Bohe. de moribus Gent. lib. 3. de Europa, c. 19. ad fin.

[t] *Tertull. cap. 8. de idolat.*

[u] *Tertull. l. de idolat. cap. 18.*

mutuo, aut commodato dare : ne eorum vanitati & erroribus aſſenſum præſtitiſſe videatur. A

Veterem autem hanc conſuetudinem commodandi veſtes ad ſcenam vel ludos, & cæteras publicas apparitiones, Vlpianus [x] refert : [Interdum (inquit) doluni ſolum in re commodata qui rogauit, præſtabit : vt putà, ſi quis ita conuenit, vel ſi ſua dumtaxat cauſa commodauit ſponſæ fortè ſuæ, vel vxori quo honeſtius culta ad ſe deduceretur, vel ſi quis ludos edens Prætor ſcenicis commodauit, vel ipſi Prætori quis vltro commodauit.] Meminit autem Prætoris Vlpianus (quia ſunt [y] qui pro Prætore, Principem parùm rectè interpretentur) quòd ad Prætores Romanos ſpectaculorum pertinerent editiones, vt Tertullianus [z] docet, vtrumque Aſconius Pædianus [a] : [Nam Ædili (inquit) atque Prætori Hortenſio, & item Metellis rapta ex prouinciis ſigna ad ornandum forum & comitium commodauerat Verres. Olim enim cùm in foro ludi populo darentur, ſignis ac tabulis pictis, partim ab amicis, partim à Græcia commodatis vtebantur ad ſcenæ ſpeciem, quia adhuc theatra non fuerant.] B

Alfenus Varus [b] non veſtes ſolùm, ſed & argentum & ſupellectilem commodari conſueuiſſe ſcribit. [Cum in teſtamento (ait) alicui argentum quod vſus ſui cauſa paratum eſſet, legaretur, itemque veſtis aut ſupellex, quæſitum eſt, quid cuiuſque vſus cauſa videretur paratum eſſe ? Vtrumne id argentum, quod victus ſui cauſa paratum paterfamilias ad quotidianum vſum paraſſet ? an & ſi quas menſas argenteas, & eius generis argentum haberet, quo ipſe non temerè vteretur, ſed commodare ad ludos & ad cæteras apparitiones ſoleret ? Et magis placet, quod victus ſui cauſa paratum eſſet, tantum contineri.] Nec commodari ſolùm, ſed & locari etiam accepta mercede veſtes, & reliqua ad eum vſum parata, ſolebant, vt Caius & Vlpianus [c] referunt. Sed an id turpe ſit, vt huius canonis ſanctione prohibitum dicamus ? quod verius puto : Eſt enim indignum Chriſtiano viro, lucrum velle facere religionis iactura. C

[x] *Vlpian. l. 5. §. interdum, commodati*

[y] *Budeus in annot. ad Pandect.*

[z] *Tertull. l. de ſpectaculis.*

[a] *Aſcon. Pædian. act. 3. in Verrem, verſ. Dices tua quoque ſigna.*

[b] *Alfen. Varus in l. cum in teſtam. 30. de aur. & argẽt. lega.*

[c] *Caius & Vlpian. l. 19. §. 1. de vſur. & in l. ſed & ſi quid, 18. de vſufr.*

COMMENTARII NOVI.

POmpam ludorum Circenſium latè deſcribunt Onuphrius *lib. 2. de ludis Circenſibus*, Bullangerus *de circo cap. 38.* D. Ioannes Suarez *ad leg. Aquil. lib. 1. cap. 2. ſect. 5.* vbi *num. 37.* cum Mendoza refert hunc Canonem ad pompam in ludis Circenſibus adhibitam. Sed libenter quæterem à doctiſſimis viris : quare huius Canonis prohibitionem tantum de pompa Circenſium ludorum acceperint, cum PP. generaliter prohibeant veſtimenta ad pompam ſæculariter ornandam commodari ? imò ſi verba Canonis perpendamus conſtat non in omnibus pompis, & ab omnibus prohiberi veſtes commodari, ſed in his tantum quæ ſeculariter aguntur, & ſpecialiter à matronis, & earum maritis. Vnde quolibet ſacramento contenderent hunc Canonem eſſe accipiendum de pompa nuptiali, in nuptiis à Gentilibus celebratis adhibita : tum in traductione ſponſæ in ſponſi domum, quam illuſtrant Briſon. *lib. 1. ſel. cap. 18. & de ritu nuptiar.* Forner. *lib. 3. rerum quotidian. cap. 19.* Ant. Hothoman. *de ritu nuptiar. capite decimo ſexto*, & iam notaui *in cap. ex parte decima quarta de reſtitut. ſpol.* Tùm in muneribus & donis, quæ mittebantur ab ſponſo ſponſæ, de quibus Rebardus *libro tertio, coniect. capite vndecimo.* Roſin. *libro quinto de antiquit. capite trigeſimo ſeptimo, folio* 435. Expendo pro hac ſententia textum ferè diſertum *in capite ad nuptiar. quadrageſimo tertio de conſecrat. diſtinct. prima*, vbi ex Concilio Aureliano hæc referuntur verba : *Ad nuptiarum ornatum diuina miniſteria non præſtentur : ne dum improborum contactu, pompaque ſecularis luxuria polluuntur, ad officia ſacri myſterij videantur indigna.* Premo verba illa *ad nuptiarum ornatum*, & ibi *pompas ſeculares*, ex quibus expreſsè conſtat nuptiarum apparatum pompam ſæcularem dici. Vnde illud tantum intereſt inter canonem illum *Concilij Aureliani* & præſentem, quod in eo agitur de veſtibus Eccleſiaſticis, & diuino cultui dicatis ad ornandam pompam nuptialem non præſtandis, in præſenti verò de veſtibus fidelium matronarum, vel earum maritorum ad eandem pompam non accommodandis. Patres enim Illiberritani adeo abhorrebant huiuſmodi pompas gentilitias, vt nec veſtimenta fidelium voluerint eis coinquinari : alias ea commodantes per triennium à communione arcebant, & quia plerumque ad hanc pompam veſtes matronarum, earumque maritorum commodabantur, ideo nominatim matronis, & earum maritis prædictam triennij pœnitentiam iniunxerunt. GONZALEZ. D E

De

	De his, qui communicatorias literas portant.	*De his, qui communicatorias literas portant, vt de fide interrogentur.*
	Canon LVIII.	*Canon LVIII.*
B	*Placuit, vbicumque, & maximè in eo loco, in quo primæ cathedræ constitutus est Episcopus, vt interrogentur hi, qui communicatorias literas tradunt; an omnia rectè habeant, & suo testimonio comprobent.*	Placuit, vt vbique, & maximè in eo loco, in quo prima cathedra constituta est Episcopatus, vt interrogentur hi, qui communicatorias literas tradunt; an omnia rectè habeant, & suo testimonio comprobent.

CAPVT QVADRAGESIMVM-PRIMVM.

De literis communicatoriis, & vario illarum vsu.

C QVi scripserunt in Concilio Nicæno primùm ob Arrianorum hæresim, literarum canonicarum vsum inuentum, vel hoc canone refelli possunt: quo satis apparet ante Arrij ortum, & concilij Nicæni indictionem, fuisse in Hispania communem. Osium enim Concilij Nicæni præsidem, ex hoc Concilio in illud vsum literarum, vt pleraque alia, transtulisse si dicamus, quid vetat? Nec in Hispania tunc primum excogitari, sed iam diu excogitatam earum formulam conseruari, adiecta noua lege insinuatur. A principio enim Ecclesiæ vsum earum cœpisse significat Paulus ad Corinthios [d]. [Incipimus (ait) iterum nosmetipsos commendare, aut nunquid egemus (sicut quidam) commendatitiis Epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris; quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus.] Quas communicatorias hîc & alibi, aliquando formatas dici D. Augustinus [e] docet ad Eleusium, quòd vna in omnibus forma obseruaretur. Ecclesiasticas & canonicas etiam vocabant quòd Conciliorum & Pontificum canonibus approbarentur. Sine illis autem in principiis Ecclesiæ noluerunt Episcopi Hispani, vllos clericos vel laicos fideles proficisci, ad occurrendum multorum fraudibus: ne videlicet hæretici aut apostatæ se veros Catholicos fingentes, ab Episcopis & Christianis, vt digni sua communione reciperentur: postea verò illa pollui contingeret: neve profani homines se ministerio sacro initiatos apud exteros mentirentur. Erantque hæ literæ velut argumenta & tesseræ sinceræ fidei, quibus Catholici apud Catholicos commendari solebant à Catholicis, vt Optatus [f] docuit. Illis autem peregrini carentes, tanquam graui suspicione hæreseos notati à communione repellebantur. Quas laici impetrabant & clerici, ad signum orthodoxæ fidei pacificas & communicatorias in genere: quas clerici vt ministerio Ecclesiastico fungerentur in aliis prouinciis, dimissorias peculiari nomine vocatas obseruo. Quòd si suspicione fidei aliquando notati, vel anathematis censura deuincti, de absolutione & pœnitentia publicum peterent testimonium, literas commendatitias etiam impetrabant, vt ex Concilio Chalcedonensi Theodorus Balsamon [g] & alij antiqui recentioresque multi adnotarunt, ex translatione Heruetj apud Surium. Sed magis probo antiquam translationem ab Iuone [h] retentam, docentem, commendatitias maiori in Ecclesia honore præditis dari solitas. Si enim verbi proprietatem spectemus, quam Patres antiquos obseruasse æquum est iudicare: suspectos purgare magis quàm commendare solemus? quos enim commendamus, vt dignitate, virtute, vel religione magis præstantes commendamus: quod constat etiam ex Paulo in eâdem epistola ad Corinthios [i].

De harum literarum formatarum seu canonicarum formula Hispanis olim communi quod dicam certò, nihil habeo; quòd in re tam antiqua sine testibus non liceat diuinare: probabili tamen coniectura duci possumus eandem fuisse, vel similem illi,

[d] *D. Paulus ep. ad Corinth. c. 3.*

[e] *D. August. Epi. 163. ad Eleusium*

[f] *Optatus lib. 2. de schism. Donatist.*

[g] *Theod. Balsam. Concil. Chalcedo. can. 11.*

[h] *Iuo de cauf. cler. c. 216. in 6. Gratiæ decret.*

[i] *D. Paul. 2. epist. ad Corinth. c. 3.*

quam ex Concilio Nicæno referunt Iuo [k], Buchardus [l] & Gratianus [m]. Texendæ autem eius rationem ex postremis verbis Concilij Chalcedonensis repetemus. [Græca, (inquit Atticus Episcopus) elementa literarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos Latinus formatas vocat, aliqua fraus falsitatis temerè præsumeretur; hoc à Patribus trecentis decem & octo Nicææ congregatis salubertimè inuentum est, & constitutum; vt formatæ epistolæ hanc calculationis seu supputationis rationem habeant, id est, vt assumantur in supputationem prima Græca elementa, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, hoc π, υ, α, quæ elementa octogenarium & quadringentesimum, & primum significant numerum. Petri quoque Apostoli prima litera, id est, π, quæ numerum LXXX significat; eius quoque qui scripsit epistolam prima litera; cui scribitur, secunda litera; accipientis, tertia litera; ciuitatis quoque de qua scribitur: quarta; & indictionis, quæcunque est illius temporis, numerus assumatur. Atque ita his omnibus Græcis literis, quæ, vt diximus, numeros exprimunt, in vnum ductis, vnam, quæcumque fuerit collecta, summam epistola teneat: hanc qui suscipit omni cum cautela requirat expressè. addat præterea separatim in epistola nonagenarium & nonum numerum, qui secundum Græca elementa significat, Amen.] Exemplum autem epistolæ formatæ hoc Iuo [m] refert.

[In nomine π Patris, & υ, Filij, & α, Spiritus Sancti. Rathbodus sanctæ Treuerensis Ecclesiæ ac plebis ipsius humilis famulus Rotberto, reuerendæ sanctæ Metensis Ecclesiæ Antistiti in Christo Principe pastorum, mansuram cum gaudio prosperitatis ac perpetuitatis gloriam. Decreta sanctorum trecentorum decem & octo Patrum Nicææ constitutorum saluberrima seruantes, Deo dignam piamque fraternitatem vestram canonicè aggredimur, & sub nomine formatæ epistolæ reuerenter vestram sanctitatem adimus, vobis videlicet intimando, quia præsenti presbytero nostro, nomine Gisllemaro, has dimissorias dedimus literas, quem in nostra diœcesi Ecclesiastice educatum, de ordine Clericatus ad presbyteratus proueximus gradum; vt his canonicis munitus apicibus cum nostra licentia ei in vestra parœcia sub defensione ac regimine vestræ caræ dilectionis degere liceat, illumque in sinu sanctæ matris Ecclesiæ canonice fouendum ac regendum vobis committimus.

Hanc ergo epistolam Græcis literis hinc inde munire decreuimus, & annulo Ecclesiæ nostræ bullare censuimus. Christus pastorum princeps, interuentu Beati Petri, cui specialiter quile Dominicum commissum est, fraternitatem vestram ad custodiam sui gregis diu nobis conseruet incolumem, ἀμὴν summa horum, Mille D. XXXIX. π, υ, α.]

Quod autem primùm in Concilio Nicæno constitutum fuisse censeo, illud est, vt persona scilicet Patris & Filij & Spiritus Sancti, in epistolarum exordio exprimeretur, ad docendam diuinarum personarum æqualitatem, damnandamque Arrij hæresim, inter Patrem & Filium inæqualitatem constituentis: à quo vt discernerentur Catholici ea exordij formula inuenta est.

Has autem epistolas non nisi Episcopi tantùm dare poterant, vel Chorepiscopi. Cùm enim Episcopi docere publicè & curare omnia, quæ erant sui instituti, non possent; ethnicorum potentia & itinerum difficultatibus impediti: necesse fuit deligi ab illis viros ætate graues, doctrina nobiles, probitate religioneque spectatos, qui eorum loco in ciuitatibus minoribus seu vicis publicè & priuatim populum docerent, & (vt commodissimum erat) Episcopos in toto hoc regendæ Christianæ Reipublicæ munere iuuarent, quos Græca voce, Chorepiscopos nuncuparunt, quasi Episcoporum vicarios: sed titulo & functione vicaria tantùm, vt hodie titulares Episcopi. Ad vicinos autem Episcopos presbyteris parochianis has literas dare licebat, vt constat ex Concilio Antiocheno [n]. Sed si longiùs esset progrediendum, Chorepiscopi vel Episcopi formatis erat vtendum; vt in eodem Concilio decernitur. Quod autem hîc Episcopi nostri constituunt, illud est: vt in omni loco, in eo præsertim in quo primam suam cathedram constitutam habet Episcopus, interrogentur omnes, qui communicatorias literas portant (ab actu traditionis quo illas Episcoporum manibus offerunt, tradere dicuntur) an omnia in illis contenta rectè intelligant. Cùm enim compendiariis quibusdam notis contexerẽtur ordine quem superiùs retulimus, oportebat sanè, illorum omnium eum reddere rationem, qui communicatorias literas deferret, vt earum fructu liceret frui. Hoc autem vbique & in omni loco fieri oportebat, ne subdoli & fraudulenti homines illas possent ex capite confingere. Sed quamuis

m

[k] *Iuo. 6. par. decr. c. 434. & 435.*
[l] *Buchard. lib. 2. cap. 227.*
[m] *Grat. in cap. 1. & 2. 73. dist. Extat deprompta ex Conc. Chalcedonens. apud Grat. in principio 73. dist.*
[m] *Iuo. cap. 434. 6. part. decret.*
[n] *Concil. Antioch. can. 8.*

in omni loco eas examinari oporteret, in eo præſertim, in quo prima cathedra conſtituta eſſet Epiſcopatus: quia cùm in maioribus ciuitatibus cathedra Epiſcopalis conſtitueretur, actiorem diligentiam in his adhiberi erat neceſſe, ne turpi forſan portantium falſas literas communione ciuitas tota ſenſim ac latenter eodem errore notaretur, vel caperetur. Ne ab his examinari tantùm Concilio placuit, ſed & teſtimonio Epiſcoporum comprobari, vt certior de his populus redderetur, qui ad Eccleſiaſticam communionem, qui ad humanum conuictum ſecurè poſſent admitti.

COMMENTARII NOVI.

SVſcipi aut confici peregrinationes, & itinera non poterant ſine literis communicatoriis, aliter iure hoſpitalitatis caruiſſent, quod à Chriſtianis vſurpabatur: neque ad communionem admitti eos fas erat: hic autem mos inualuerat, vt Epiſcopi in iis literis, quas viatores Epiſcopis legendas offerebant, deſcriberent diem illum, quo illi diœceſin obiiſſent: & quemadmodum ſe in ea geſſiſſent, atque illa ratio ſuſcipiendi viatores, agendique cum illis eo pertinebat, ne cum peccatoribus commercio aliquo communicarent: quis enim non intelligit eos toto illo itinere perficiendo peccare, ſuoque congreſſu, ac ſocietate in eandem turpitudinem eos, qui nec opinantes, aut cogitantes, cum iis verſati fuiſſent, potuiſſe pertrahere? Hoc autem ex hoc canone collige viatores literas communicatorias non ſolum Epiſcopis, ſed & Eccleſiarum rectoribus, aut quacunque tranſirent obtuliſſe: verum ſimile tamen eſt ab aliis præterquam ab Epiſcopis, nil quidquam in ipſis literis adnotatum. ALBASPINÆVS.

Inter alias epiſtolarum formas primis Eccleſiæ ſæculis inter fideles vſitatas, quas congeſſerunt Cironius *ad titul. de Eccleſ. peregrin.* Baronius Ferrarius, & alij laudati ſuprà *in can.* 25. præcipuè erant, & valdè neceſſariæ communicatoriæ ita dictæ, quia per eas licebat Chriſti fidelibus ſine erroris periculo in plebe aliena communicare, hoc eſt, fratrum communione, ac conſuetudine vti ad communes in Eccleſia preces conuenire, & Euchariſtiæ participatione gaudere; pro quarum cognitione ſciendum eſt illis prioribus Eccleſiæ ſæculis, cum adhuc maior pars mortalium eſſet Iudæorum, Gentilium, & hæreticorum, neceſſarium fuiſſe, vt fideles peregrè proficiſcentes ab Epiſcopo proprio literas acciperent, vt tanquam Catholici ab omnibus fidelibus reciperentur ad communionem tam in conuictu, quam in precibus, & ſacramento, quam triplicem communionis formam expreſſit Nicephorus *lib.* 13. *cap.* 11. de Chryſoſtomo loquens, *illæ viros*, nempè Iſidorum, Dioſcorum, & alios à Theophilo ex Ægypto pulſos, *benignè acceptos in honore habuit*, ecce communionem in conuictu, *& ad communes in Eccleſia preces adhibuit*, ecce communionem in precibus, *ad diuinorum autem myſteriorum communionem non admiſit*, ecce tandem communionem in Sacramento indicatam. Meminerunt etiam Socrates *lib.* 6. *cap.* 9. Sozomen. *lib.* 8. *cap.* 10. & Metaphraſtes *in vita Chryſoſtomi.* Fortè etiam Tertullianus (non enim ſatis liquet) triplicem hanc communionis formam voluit indicare, cum dixit lib. de præſcript. aduerſ. Hæreticos capite vigeſimo. *Communicatio pacis, appellatio fraternitatis, & conteſſeratio Hoſpitalitatis*, per appellationem fraternitatis intelligens (vt antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſus indagator Rhenanus adnotauit) ſalutationem, & conuictum, per communicationem pacis dandum, & accipiendum; per conteſſerationem demùm Hoſpitalitatis Euchariſtiæ participationem. Peregrinaturi igitur ſiue Clerici, ſiue laici ab Epiſcopo proprio literas communicatorias accipiebant, vt ita tanquam Catholici ab omnibus ad communionem admitterentur. Concilium Carthag. 1. can. 7. ibi: *Caſſianus Vſulenſis Epiſcopus dixit, ſtatuat grauitas veſtra, vt vnuſquiſque Clericus, vel laicus non communicet in aliena plebe ſine literis Epiſcopi ſui*; *Gratus Epiſcopus dixit*; *niſi hoc obſeruatum fuerit, communio fiet paſſiua*, hoc eſt communis, & promiſcua, *nam ſi cum literis receptus fuerit, & concordia inter ipſos Epiſcopos ſeruatur, & nemo ſubtilis alterius fugiens communionem ad alterum latenter accedet: vniuerſi dixerunt, omnibus prouides, & Clero, & laicis conſulis.* Concilium Agathenſ. *can.* 52. *cap. extraneo* 71. *diſt. cap. non oportet de conſecrat. diſt.* 5. & quia circa eas certa forma præſcripta erat, quam retulimus *in cap.* 1. *de clericis peregrinis*, literæ ipſæ dicebantur formatæ, Concil. Laodicenſ. can. 41. ibi: *Non oportet miniſtrum altaris, vel etiam laicos ſine canonicis literis* id eſt formata *alicubi proficiſci*, Atticus Cp. Epiſcopus ad finem Concilij Chalcedonenſis, ibi: *Ne igitur in faciendis epiſtolis Canonicis, quas mos latinus formatas appellat.* Notarunt plura de his literis Zonaras, Balſam. & Fuſtel. *in dict. can.* 41. *Concil. Laodicen.* Sirmondus, & Sauarus *in not. ad Sidon. lib. ſecundo, epiſtola octaua*, Loayſas *in can.* 7. *Concilij Hiſpal.* 2. Cuiacius *in cap. fraternit. de clericis non reſident.* Boſquetus *ad Innocent. lib.* 1. *epiſt.* 50. Coriolanus *in Breuiario anno* 132. Cironius *lib.* 2. *obſer. cap.* 6.

Supra relatas literas communicatorias deferebant fideles tam clerici quam laici, vt per eas ſe Chriſtianos, & communione Eccleſiæ participes oſtenderent, & vt liceret cum aliis fidelibus in Eccleſia, & officiis Eccleſiaſticis communicare, à qua communionis participatione communicatoriæ literæ dicebantur. Vnde veteres Chriſtiani in recipiendis commendatitiis literis ne fraus irreperet, & hæretici aut à communione ſecluſi per falſas literas cum Catholicis communicarent,

Ferd. de Mendoza.

accuratum examen adhibebant fidei eorum, qui eas afferebant. *Can.* 33. *aliàs* 34. *Apoſt.* Lucianus in Peregrino de Chriſtiano loquens: *Apud illos*, inquit, *omnia ex æquo habentur contemptui, exiſtimãturque eſſe communia, quæ citra fidem exactè exploratam in communem vſum à quocunque deferentes ſuſcipiunt.* Vnde iubent PP. in præſenti, vt vbicunque maximè in eo loco, in quo primæ cathedræ conſtitutus eſt Epiſcopus, vt interrogentur peregrini, qui litteras deferunt, an omnia rectè habeant, id eſt fideles ſint, & communionem cum fidelibus obtineant, & ſua depoſitione in litteris contenta confirment, ne per ſubreptionem in Eccleſia aliquid irrepat. GONZALEZ.

MAXIME IN EO LOCO, IN QVO primæ cathedræ conſtitutus eſt Epiſcopus.

CAPVT QVADRAGESIMVM-SECVNDVM.

An Archiepiſcopi & Primates vt hodie, fuerint olim in Hiſpania tempore huius Concilij.

EX his verbis ſunt qui intelligant olim in Hiſpania tempore huius Concilij, & Archiepiſcopos & Primates extitiſſe; quos primæ cathedræ Epiſcopos nuncupabant. Quod certè verum eſſe voluiſſem, & firmioribus vel argumentis vel coniecturis innixum, vt laudem hanc Hierarchici ordinis iam in Hiſpania conſtituti fundatique (vt opto) deferre poſſem, ſed cùm videam in ſubſcriptionibus Epiſcoporum, ſiue teſtimonio notarij ordinem hunc primatus obſeruatum non fuiſſe (quod inter reliqua priuilegia primatus referunt D. Gregorius [o] & Auguſtinus [p], Concilium Bracarenſe [q] & Mileuitanum [r]) non poſſum ſanè in eam ſententiam induci. Subſcripſiſſe enim primo loco, ſediſſe & confirmaſſe Concilium Felicem Epiſcopum Accitanum conſentiunt Codices omnes, & editi, & MS. quem primum locum & ſedem inter Epiſcopos Hiſpanos obtinuiſſe, nullis vetuſtæ antiquitatis conſtat monumentis. At ſi poſtremo loco ſediſſe & ſubſcripſiſſe, honorificentius olim quiſpiam dixerit, poſtremo loco ſubſcripſit Eutichianus Epiſcopus Baſtitanus. Quos autem olim primam ſedem habuiſſe dici poſſet probabiliùs, Toletanos nimirùm, vel Hiſpalenſes, ſecundo & ſeptimo loco ſediſſe vel confirmaſſe Concilium, fide notarij publica conſignatum reperimus. Quare huius canonis aliam eſſe ſententiam placet. Cùm enim verba Patres canonis auctores non ad Epiſcopos, ſed ad loca & ſedes Epiſcoporum retulerint (voluerunt enim in omni loco, ſed in eo maximè, in quo primæ cathedræ conſtitutus eſt Epiſcopus, qui deferrent literas communicatorias, examinari, probarique) perinde eſt, ac ſi dixiſſent, in omni loco oportere literas communicatorias deferentes examinari, & comprobari: ſed in eo primam cathedram ſuam Epiſcopi conſtituiſſent, hoc eſt in Cathedralis ſiue matricis Eccleſiæ vrbe: aliter enim quî fieri poteſt, vt credamus, Concilium Primatum ſedes ſolas exprimere, & Epiſcoporum ſedes reticere voluiſſe? cùm multo magis ſedes Epiſcoporum, quàm Primatum debuiſſet recenſere, quòd ex maiori illarum numero plura & grauiora redundare poſſent pericula. Quam ſanè ſententiam confirmant vetuſti & emendatiores CC. MS. in quibus extat: [s] [In qua prima cathedra conſtituta eſt Epiſcopatus.] Hoc autem ideò dixerunt huius Concilij Patres, quia poterant in omni loco literas communicatorias dare comprobaréque presbyteri, in villis videlicet, ſi ad Epiſcopos vicinos iter eſſet agendum, vel ſi eſſet progrediendum longiùs, Chorepiſcopi (qui vicarij erant Epiſcoporum in villulis & oppidis) ſicque decreuerunt Patres, vt in loco quo eſſent presbyteri & Chorepiſcopi, literæ & earum delatores, examinarentur, & teſtimonio ſuo illæ canonicæ probarentur, ſed in eo præſertim, quem ad primam cathedram ſuam conſtituendam elegerant Epiſcopi: ne Catholicæ fidei radices, quas graui illi ſtudio & pia ſolicitudine in præcipuis vrbibus affixerant, hæreticorum verſutia & calliditate euellerentur. De cathedra mentio fit, nam receptum fuiſſe olim à primis ferè Apoſtolorum temporibus cathedras conſtitui Epiſcopis in Eccleſia in loco excelſiori, ad demonſtrandam iuriſdictionis & throni poteſtatem, Vrbanus I. [t] PP. ad omnes Chriſtianos docet. [Quòd autem (inquit) ſedes in Epiſcoporum Eccleſiis excelſæ conſtitutæ & præparatæ inueniuntur, vt thronus ſpeculationem & poteſtatem iudicandi & ſoluendi atque ligandi à Domino ſibi datam materiam docent. Vnde ipſe Saluator in Euangelio: [Et quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo. Et alibi: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur

[o] *D. Greg. l. 7. Epiſtolarum ep. 112. ad Siagrium Epiſc. Auguſtodunen. in d. 2.*
[p] *D. Aug. ep. 217. ad Victorium.*
[q] *Concil. Bracar. 1. can. 24.*
[r] *Conc. Mileuitan. can. 13.*
[s] *Conc. Antiochen. can 8.*
[t] *Vrban. I. in ep. ad omnes Chriſt. c. 4.*
Matth. 18. Ioan. 20.

A remittuntur eis ; & quorum retinueritis, retenta sunt. Romano Pontifici subscribunt Africani in Concilio Carthaginensi [u]. [Vt Episcopus (inquiunt) in Ecclesia in consessu presbyterorum sublimior sedeat : intra domum verò collegam se presbyterorum esse cognoscat.] Diuus etiam Hieronymus [x] adstipulatur eisdem, dum ait : [Nam & Alexandriæ à Marco Euangelista vsque ad Heraclam & Dionysium Episcopos, presbyteri semper vnum ex se electum in excelsiori gradu collocatum Episcopum nominant, quomodo si exercitus Imperatorem faciat.] Diuus Augustinus [y], [In futuro (ait) iudicio nec ablides gradatæ, nec cathedræ velatæ adhibebuntur ad defensionem] ablides enim gradatas, sedes Episcoporum intelligit, altiore sublatas fastigio, cathedras autem velatas, quòd velis olim sacræ dignitatis causa illæ tegi consueuissent. Quòd ergo in ea vrbe, prima hoc est præcipua cathedra Episcopi constituta sit, quam sequebatur presbyterorum conuentus, ideò de prima cathedra, hoc est, de vrbe in qua ea cathedra ab Episcopo sita & translata sit, huius Concilij Patres meminerunt: cogebantur enim interdum Episcopi sæuiente persecutorum tyrannide, propria loca deserere, & in alia pacis Christianæ & salutis ac vitæ custodiendæ causa cõmigrare, translato inibi dignitatis & potestatis throno, quam cathedram vocabant. Voluerunt igitur in omni loco, sed in his præsertim quæ ad propriam habitationem elegerant Episcopi, religionis & disciplinæ Ecclesiasticæ maximam haberi curam, & rationem ab aduentantibus omnibus strictissimè exigi, & de fide illorum sæpissimè interrogari ; ne vrbes quas Episcopi elegerant ad constituendum habitationis & religionis domicilium, vafra hæreticorum versutia aliquam fidei iacturam facerent. Quod & antea Apostolorum constitutione cautum reperio [z] : [Nullus (ait) Episcoporũ peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commẽdatitiis suscipiatur epistolis ; & cùm scripta detulerint, discutiantur attentiùs, & ita suscipiantur, & quidem si prædicatores pietatis fuerint, suscipiantur : sin minus, vbi necessaria ipsis suppeditaueritis, ad communionem & vlteriorem ipsos consuetudinem non admittitote ; multa enim per subreptionem proueniunt]

Non ergo constat ex hoc canone, Archiepiscopos & Primates fuisse tunc in Hispania, assignatis Metropolitanorum suffraganeis, & constituta ea vrbium differentia, & priuilegiis, quæ illi retinent hodie. Nam si is ordo hierarchicus erat in Hispania, quare oborta causa criminum Basilidis & Martialis Episcoporum, non ad Metropolitanum eiusdem prouinciæ, sed ad Africam recurrerunt, ad Carthaginensem videlicet Episcopum Cyprianum [a] ? cùm Episcoporum causas ad Primatem esse deferendas sciamus [b]. [Quisquis Episcoporum accusatur (dicitur in Concilio Carthaginensi) ad primates prouinciæ ipsius causam deferat accusator ; & si euocatus ad causam dicendam non venerit, communione ad tempus ei interdicatur. Per singulas regiones Episcopos conuenit nosse Metropolitanum Episcopum, solicitudinem totius prouinciæ gerere ; propter quod ad Metropolim omnes vndique qui negocia videntur habere, concurrant : vnde placuit eum & honore præcellere, & nihil amplius, præter eum, cæteros Episcopos agere, secundùm antiquam à Patribus nostris regulam constitutam ; nisi ea tantùm, quæ ad suam diœcesim pertinent, possessionesque subiectas.] Satius enim erat & commodius, omissa tanti itineris nauigationisque difficultate & periculis, in sua prouincia, quàm aliena obortam causam sopiri & terminari. Hanc autem formam hierarchici ordinis antea in Hispania, nec Episcopi obseruare, nec denuò inducere potuerunt, quia ad illam generali decreto in omnibus Hispaniarum Regnis stabiliendam, consilio omnium Episcoporum communi maturaque deliberatione opus erat. At conuenire in vnum locum, tum Imperatorum ethnicorum metu tum maximis itinerum difficultatibus non poterant : nam Imperatores conuentus hos quasi collegia illicita peragi non facilè patiebantur ; vt Plinius Secundus [c] Proconsul Ponti, & Bythiniæ se non pati scripsit ad Traianum : & Maximum ne ad cœmeteria conuenirent, prohibuisse, Eusebius [d] tradit. At in Concilio hoc, ideò eam causam Primatum, & Patriarcharum omittere potuerunt, quia ipsi tanta animi moderatione, virtute & sanctitate pollebant, vt absque Primatum legibus & iudiciis, non solùm in Ecclesiastica disciplina, & institutione, sed in omni caritatis officio continerentur. Nec sine hierarchici ordinis legibus eos vixisse putemus, cùm antiquioribus ordinatione eam ipsam curam demandasse, dixerim superiùs [e].

Non ignoro Epistolam Lucij Papæ [f], multo ante hoc Concilium ad Episcopos Hispaniæ & Galliæ perlatam ; in qua fit mentio de Metropolitanis, inhibenturque Hispani & Galli Metropolitani, nisi quod ad suam pertineret parochiam, sine consilio, & consensu omnium eo ; prouincialium Episcoporum, quidquam agere : sed etiam su-

[u] *Concil. Carthag. IV. can. 35.*
[x] *D. Hieron. in ep. 85. ad Euagrium.*
[y] *D. Augustin. in ep. 203. ad Maximum Episcop. Donatist.*
[z] *Can. Apost. 34.*
[a] *Cyprian. epist. 68.*
[b] *Conc. Carthag. 3. can. 7.*
[c] *Plin. Secundus lib. 10. epistolarum.*
[d] *Euseb. lib. 9. hist. Ecclesiast. cap. 2.*
[e] *Lib. 1. cap. 3.*
[f] *Lucius Papa, epistola ad Episcopos Hispan. & Gallic. cap. 3. & 4. Lib. 1. cap. 3.*

I am grateful to the Arts and Humanities Research Council for the award of a Research Leave Scheme grant (2008–9) which enabled me to complete the research for this book.

I would like to thank the following for their help and support: Jonathan Bate, Jonathan Bell, Jonathan Bolton, Jonathan Bryant, Jonathan Cook, Jonathan Gibbs, Jonathan Hall, Jonathan Hill, Jonathan Hope, Jonathan Lamb, Jonathan Lethem, Jonathan Mee, Jonathan Morris, Jonathan Nicholls, Jonathan Noakes, Jonathan Pitches, Jonathan Rée, Jonathan Roberts, Jonathan Sachs, Jonathan Sawday, Jonathan Smith, Jonathan Steinberg, Jonathan Strange, Jonathan Swift, Jonathan Taylor, Jonathan Tel-Oren, Jonathan Wild, Jonathan Wilson, Jonathan Wordsworth, Jonathan Wright, Jonathan Yeo, Jonathan Zeitlin, Jonathan Zittrain, Jonathan Zuckerman, Jonathan Zwicky, Jonathan Zwinge, Jonathan Zylberberg, Jonathan Zylberman, Jonathan Zylberstein, Jonathan Zylberszac, Jonathan Zylberszpic, Jonathan Zylberszpicglas, Jonathan Zylberszpicglasman, Jonathan Zylberszpicglasmanowitz, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonstein, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinberg, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonsteinbergson, Jonathan Zylberszpicglasmanowitzbergsonstein

integrum. [Nec erubuit ciuitas maxima (ait Arnobius) & numinum cunctorum cultrix, cùm vocabulum templo daret, ex Toli capite Capitolium, quàm ex nomine Iouio nuncupare.] Ad similitudinem Romani Capitolij, alia in reliquis prouinciis Gentes ædificauerunt, & formam, & nomen, sicut & alterum Palatij à Romano mutuantes. Fuisse Capitolia in Hispania hinc liquet, (nec audiendi qui de Romano Capitolio Hispanos Episcopos intellexisse sinistrè interpretantur.) Aliud fuisse Carthagini memorat D. Cyprianus. [1] De Capitolio Narbonensi, Rauenati, & Tholosano, mentionem facit Sidonius. [m] De alio Capuæ Capitolio Suetonius. In illis deorum erant idóla, in illis sacrificia omnia solemnia peragebantur, ad illa conueniebant omnes, vel sacra facturi, vel visuri: qua ratione Capitolium omnium dæmonum templum vocat Tertullianus, additque: [n] [Tot illic immundi spiritus considunt, quot homines capit.] Ne ergo Christiani recenter conuersi antiquam sacrorum consuetudinem iam intermissam, aspectu renouarent; neve ethnici inueterato confirmarentur errore, si Christianorum conniuentia profana sacrificia tacitè probari conspicerent, iustissimo hoc Episcoporum consilio, succursum est periculo tanto: præceptumque, ne quis Christianus fide, aut proposito hoc est fidelis, aut catechumenus ad idôlum Capitolij sacrificandi causa ascendat & videat: quod si fecerit, pari crimine teneatur, Tertullianus: [o] [Si inuocatu, nec in sacrificiis sit titulus officij, & operæ meæ expunctio, quid tum? si libet. Vtinam quidem nec videre possimus, quæ facere nobis nefas est. Sed quoniam ita malis circumdedit seculum idololatria, licebit adesse in quibusdam, quæ nos homini non idôlo officiosos habent. Planè ad sacerdotium, & sacrificium vocatus non ibo (proprium enim idoli officium est,) sed neque consilio, neque sumptu aliaue opera in eiusmodi fungar. Si propter sacrificium vocatus adsistam, ero particeps idololatriæ, si me alia causa coniungat sacrificanti, ero tantùm spectator sacrificij.] Et alibi [Cæterum & plateæ, & forum, & balneæ, & stabula, & ipsæ domus nostræ sine idôlis omnino non sunt, totum seculum Satanas, & Angeli eius repleuerunt, non tamen quod in seculo sumus, à Deo excidimus: sed si quid de seculi criminibus attigerimus. Proinde si Capitolium, si Serapeum sacrificator & adorator & intrauero, à Deo excidam: quemadmodum circum, vel theatrum spectator] Quòd si non sacrificij faciendi, vel inspiciendi causa, tempore quo offendiculum Catholicis, vel infidelibus inijciatur, sed alio exquirendæ rei studio, nullam culpam sustinere idem Tertullianus fatetur. [p] [Quid enim inquis (ait) si alio in tempore circum adiero, periclitabor de inquinamento; nulla est præscriptio de locis. Nam non sola ista conciliabula spectaculorum, sed etiam templa sine periculo disciplinæ adire seruus Dei potest; vrgente causa, simplici dumtaxat, quæ non pertineat ad proprium eius ei negocium, vel officium.] Et post alia: [Loca nos non contaminant per se, sed quæ in locis fiunt: à quibus & ipsa loca contaminari, altercati sumus: de contaminatis contaminamur. Propterea autem commemoramus quibus eiusmodi loca dicentur, vt eorum demonstremus esse, quæ in his locis fiunt, quibus ipsa loca dicantur.]

[1] *D. Cyprianus Epistola 55. & libro de Lapsis.*
[m] *Sidonius in vita sanctorum Apollinaris, & Saturnini. Suetonius in Tiberio cap. 5.*
[n] *Tertullianus lib. de spectac. cap. 12.*
[o] *Tertullianus de idololatria cap. 16.*
[p] *Idem lib. de spectaculis, cap. 8.*

COMMENTARII NOVI.

ARbitror ita legendum esse *causa sacrificij, subintellige videndi*, nam si animo sacrificandi interfuissent, atrocitori supplicio afficerentur, neque in morte iis ad communionem aspirare liceret.

Quod si fuerit, si ad Capitolium ascenderit, vt sacrificio interesset, neque tamen illud aspicere, aut intueri ei liuerit, pari pœna, supplicioque mulctetur, atque illud si oculis vsurpasset, cum eius voluntas fuerit vt videret; neque verò sensus, sententiaque ita perspicua, manifestaque, si de iis sermonem fieri dicamus, qui sacrificandi causâ eò pergerent, qui tamen non sacrificarent, quique tantum id à se visum esse, & spectatum lætarentur: quia nec in morte communione erant donandi qui sacrificarânt, vt, vt ex primo Canone constat. ALBASPINÆVS.

Capitolium, cuius hic fit mentio est quodlibet templum instar Capitolij Romani, in aliis ciuitatibus celsiori loco ædificatum, in quibus publica sacrificia offerri solebant: sicut & Palatij vox, vsurpata ab aliis reperitur pro celsioribus domibus, licet peculiaris Romanorum esset, Baron. *in nat. ad Martirol. Roman. die 29. Nouemb. litt.* D. VINNIVS.

Circa etymon Capitolij ita authores certant, vt hæreant lectores, vixque deprehendam, historia ne sit an fabulâ, vt historiam referam Liuius lib. 1. decad 1. ibi: *Hoc perpetuitatis auspicio accepto secutum aliud magnitudinem Imperij portendens prodigium est. Caput humanum integra facie aperientibus fundamenta Templi dicitur apparuisse, quæ visa species haud per ambages arcem eam Imperij, Caputque rerum fore portendebat. Idque ita cecinere Vates, quique in vrbe erant, quosque ad eam rem consultandam ex Etruria acciuerant.* Plinius lib. 28.

lib. 28. cap. 1. hæc ait: *Cum in Tarpeio fodientes delubro fundamenta Caput humanum inuenissent, missis ob id à Senatu legatis Etruriæ celeberrimus Vates Olenus Calenus præclarum id, fortunatumque cernens interrogatione in suam Gentem transferre tentauit, Scipione prius determinata templi imagine in solo ante se. Hoc ergo dicitis Romani? Hic templum Iouis Optimi Maximi futurum est. Hic Caput inuenimus. Constantissima Annalium affirmatione, transiturum fuisse factum in Etruriam, ni prænoniti à filio Vatis Legati Romani respondissent: non plane hic, sed Romæ inuentum Caput dicimus. Iterum id accidisse tradunt, cum in fastigium eiusdem delubri præparata quadriga fictiles in fornace crenissent, & iterum simili modo retentum augurium.* Dionys. Halicarnas. lib. 4. antiquit. Roman. Sic ait. *Quo tempore fertur mirum quoddam extitisse prodigium. Fundamentis operæ fossorum ad magnam profunditatem perductis inuentum Caput modo occisi hominis, facie integra, viuo persimile, & calido etiam, tum recentique manant sanguine. Hoc viso Tarquinius operas iussit fossionem intermittere, accitisque Regionis eius Vatibus sciscitabatur quid sibi vellet hoc prodigium: quibus nihil explicantibus, & ad Etruscos eius scientia professores Regem delegantibus, percontatus ex eis quisnam apud Etruscos Vates esset præcipui nominis. Vbi id didicit, Legatos ad eum mittit Ciuium lectissimos: his ad eius domum venientibus fortè fortuna proforibus adolescens quidam sit obuiam: qui roganibus vt se Romanos legatos Vatem conuenire cupientes ad ipsum deduceret, Pater, inquit, meus & quem quæritis: nunc occupatus non nihil: licebit vobis post modicam dilationem eum accedere: interim mihi, qua de causa venistis, dicite, ita fiet, vt à me prænoniti cauetatis, ne quid in rogando peccetis per imperitiam, est enim non minima pars nostræ artis recta interrogatio.* Sueton. *in Tarquinio* Arnobius *lib. 6. contra Gentes*. Lucius: Florus *in Epit.* sed fabularem historiam esse ad commendationem Romanæ gentis concinnatam iam post Scaligerum probauit Georgius Ambian. *ad Tertul.* in Apologet. *cap. 1. obseru. 1*, vbi probat iam ante Tarquinium fuisse Capitolium Romæ ex Virgilio Æneid. 8.

In summo custos Tarpeia Manlius arcis.
Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat.

Et tandem existimat Capitolium dictum esse à Capite Religionis, quia ibi erat sedes Deorum, & insigne diuinitatis domicilium: primæ sententiæ subscribit Maluenda *de Antichristo lib. 4. cap. 10.* vtcunque tamen sit, illud constat fuisse Romæ celsissimum Capitolium in arce Tarpeia constructum Virgil. *d. lib. 8. Æneid.*

Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit.

Mos enim antiquorum erat arces in montibus condere, imò & in montium cacuminibus: idem Virgilius.

Nondum Ilium & arces
Pergamea steterant, habitabant vallibus imis.

Vitruuius *lib. 1. Architect. cap. 7.* Et quamuis vrbes aliquando cliuum occuparent, imo & ex parte in planum excurrerent, arces tamen in supercilio montis ponebant; Parthenius *Poëta Æneid.* 1. Ambrosius lib. 2. epist. 12. *Qui sublata Capitolio signa, casis Tarpeia rupis, triumphatoribus reportauit. Et Africanus non inter Capitolij aræ, sed inter Annibalis acies triumphum inuenit.* Vnde intelligitur conditio illa satis in iure ciuili repetita, si in Capitolium ascenderit *leg. siquis instituatur* §. 1. *ff. de heredib. instit. l. 1. ff. de legat. 1.* cum 600. aliis. Huiusmodi construendi Capitolia in editissimis locis reddit rationem Georgius Ambian. *vbi supra.*

Capitolium non modo Romæ, sed in aliis locis, & Ciuitatibus erectum fuisse ex Sidonio patet, quod & Narbonensis & Rauennatis, & Toloasni Capitolij meminit in vitis sanctorum Apollinaris, & Saturnini. Atque adeò & Carthagine fuisse Capitolium patet ex Cypriano *epist. 55. & lib. de lapsis.* Hispani etiam iam diù Romani Imperij æmulatores consueuerunt in maioribus ciuitatibus Capitolium construere ad sacrificandum Idolis suis. Sufficiat ad illustrationem huius Canonis probare fuisse duo Capitolia in Prouincia Bætica: aliud in Hispalensi ciuitate: aliud in ipsa Illiberitana Vrbe. Hispalense Capitolium probatur ex veteri lapide vbi dedicatio alicuius statuæ in Capitolio appositæ continebatur; ita illam exarauit A. Caro *lib. 1. antiq. Hispal. cap. 12.*

M. . . . . P. . . . .
: ATVAM. IN CAPIT.
. . . . . F. C. LOCO.
IV. . . . . TITV. . . . . .
. C. C. R. . . . . D. . . .

Vbi refert, & probat locum proprium ipsius Capitolij. Illiberitanum autem Capitolium Deæ Nataydi dicarum probat Bermudez à Pedraza *p. 1. hist. Gran. cap. 17.* fuisse in calle vulgò *fuerta del Albambra* primò quia illic ferè post 300. annos reperta fuere idola, quæ supra retuli in *can. 41.* Secundo ex lapidibus in eodem loco repertis, quorum vnus reperitur in turri *de Comares.* Alius in turri aquæ: vtrumque dedi supra in *can. 59.* id etiam probatur ex lapide in eodem loco reperto, vbi legitur.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI CONSACRATA. EST. ECCLESIA. SANCTI STEFANI PRIMI MARTIRIS. YN. LOCVM. NATIVOLA. &c.

Ex quo lapide etiam mirè probatur consuetudo Christianorum, qui destructis Idolis in ipsorũ delubris Ecclesias consecrabant. Theodoret. *lib. 3. hist. cap. 6.* ibi: *Iste temporibus Constantini*

tantibus.] Plinius ad Traianum, [Tibi aſcendenti de more Capitolium, ciuium mor, vt iam Principi occurrit.] Et poſt alia: [Vbi verò cœpiſti Capitolium aſcen-:e; quàm læta omnibus adoptionis tuæ recordatio.] Lampridius in Alexandro: Capitolium ſeptimo die cùm in vrbe eſſet, aſcendit.] Hinc frequens eſt Iuriſconorum [x] noſtrorum de ea conditione memoria: Si Titius, vel Mæuius in Capitom aſcenderit. Commodiſſima ſunt ad ſacrificandum, vel orandum, vt hominum nultibus liberiora, quæ in alto ſunt loca, ſicque in montibus olim Gentes Deum oraſſe, ſine aliis templis, ſuperiùs dixi, eáque ratione naſcentis religionis Eccleſias ſtras in editis locis conſtructas Tertullianus [y] docet, & reliquiis earum quas ipſa leuit vetuſtas, edocti ſumus, idque obſeruare debent, qui denuo eas conſtruunt, vel nſtructuri ſunt.

[s] *Plinius in Panegyrico ad Traianum.*

[t] *Lampridius in Alexandro.*

[x] *Vlpianus lege 1. & 3. cum aliis de legat. 2.*

Lib. 2 cap. 3.

[y] *Tertullianus aduerſus Valentinianos cap. 3.*

De his, qui deſtruentes idôla occiduntur.	*De his, qui deſtruentes idôla occiduntur.*
Canon LX.	**Canon LX.**
Si quis idôla fregerit, & ibidem fuerit occiſus, quia in Euangelio non eſt ſcriptum, nec inuenitur ab Apoſtolis vnquam factum, placuit, eum in numerum non recipi Martyrum.	Si quis idôla fregerit, & ibidem fuerit occiſus, quia in Euangelio non eſt ſcriptum, nec inuenitur ab Apoſtolis vnquam factum, placuit, eum in numerum non recipi Martyrum.

Burch. lib. 6. decretorum. cap. 45. ex Canone. 70. huius Concilij citat, cum ſit. 60. x verbis paulò diuerſis. [Si quis idola fregerit; & ibidem occiſus fuerit, quia in Euangeliis ſcriptum non eſt, neque inuenitur ſub Apoſtolis vnquam factum, placuit :um in numerum non recipi Martyrum,] ſic etiam Iuo par. 10. cap. 172.

CAPVT QVADRAGESIMVM-QVINTVM.

Idôla ethnicorum diruentes, cur in numerum recipi Martyrum Hiſpani Patres interdixerint.

CVm docuerit Chriſtus, Beatiſſime Pater, amicum pro amico, nihil fide præclarius, vel amore excellentius, vel pietate illuſtrius, vel beneficentia præſtantius, vel maiori denique laude dignius efficere poſſe, quàm vt ſe in capitis periculum & vitæ diſcrimen inferat: qui non ſubiit tantùm vitæ periculum, ſed vitam ipſam admirabili & ſumma animi conſtantia, ad ardentem fidei confeſſionem exprimendam, ad gloriam Chriſtiani nominis amplificandam, ad euertendam idolorum ſeruitutem conſtantiſſimè fudit, plures mirantur ſcriptores, [a] qua cauſa impulſi Epiſcopi noſtri, hunc debito glorioſi martyrij fructu, emerita heroicæ fortitudinis laude, condignoque futuræ laureolæ præmio, minori forſan (quàm par eſſet) pietate priuauerint. Eoque perduxit illos, vel canonis difficultas, vel Chriſtianæ pietatis amor, vel Catholicæ religionis zelus, vel propenſum in Martyres ſtudium, vt certò affirmauerint, canonem hunc ſuppoſitum eſſe, & indignum, vt inter ſanctiſſima alia Patrum noſtrorum decreta referretur. Sed abſit, vt tam ſanctæ doctrinæ, tam prudenti conſilio, tam pio & religioſo præcepto, adeò grauem & acerbam erroris maculam aſpergamus. Olim enim ob ſæuitiam tyrannidemque Imperatorum (omnes ferè ante Conſtantinum, Chriſtianam religionem iam feliciter naſcentem, variis modis conatos fuiſſe opprimere, nullum perſecutionis genus omittentes, quis neſciat?) multi fideles, cum vincula, verbera, fuſtes, equuleum, ſcorpiones, vngulas, beſtias, flammas, exilium, latumias, metalla, aliaque tormentorum genera, ad necem vſque paterentur: alij item non ſolum mortem oblatam ferrent libenter, ſed ſe ipſos

Iſaiæ 15.

[a] *Citati ſcriptores lib. 1. cap. 4.*

ipſos offerrent conſtantiſſimè: eueniebat plerumque, conſtanti illa & glorioſa Martyrum confeſſione adeò Præſidum animos exacerbari, vt exuentes quam priùs induerant barbarorum fæuitiam & immanitatem, atrocem poſteà belluarum feritatem imitantes, non in hos modò, ſed in reliquos Chriſti fideles & miniſtros atrociſſimè graſſarentur: quod ſanè periculum multo ante à Chriſtianis cauendum monuerat Clemens [b] Alexandrinus. [Is eſt (ait) qui quantum in ſe eſt, adiuuat improbitatem eius, qui perſequitur; quòd ſi etiam ipſe cauſam præbens, feram plane irritet; ſimiliter etiam ſi præbeat aliquampugnæ cauſam, vel damni, vel iudicij, vel inimicitiarum, is occaſionem peperit perſecutionis: & ideo iuſſi ſumus nihil retinere ex his, quæ ad hanc vitam pertinent: ſed ei qui tollit pallium, præterea etiam dare tunicam, non ſolum vt permaneamus obnoxij nullis animi perturbationibus; ſed ne ea vindicantes, eos, qui in iudicio contendunt, in nos reddamus efferatos: & per nos commoueamus eos, vt nomen maledictis appetant.] Quæ ſanè cauſa Hiſpanos Epiſcopos in eam induxit ſententiam, vt nomine, honore & dignitate Martyrum eos priuandos decreuerint, qui nullo fidei aut ſuperioris præcepto coacti, qui nulla Catholicæ confeſſionis neceſſitate conſtricti, idôla Gentium frangerent. Occaſio autem ea forſan fuit. Nam cùm Hiſpali duæ fuiſſent ſorores Chriſtianæ (D. Iſidoro [c] auctore) diſtrahendis vaſis fictilibus quærentes victum, quo ſe & alios Chriſtianos egenos miſerationis ergò ſuſtentarent, (tam parcè enim, & piè vixiſſe ſemper, teſtatur idem Iſidorus [d]) euenit, vt cùm ipſæ in foro ei operi eſſent intentæ, quàm plures ethnicæ mulieres per forum more ſuo circulatorio idôlum Salambonæ Deæ circunferrent (Salambonã autẽ Hiſpalenſes ſicut & Aſſyrij eam Deam vocabant, quam Romani & alij Venerem, vt Lampridius tradit) cúmque maximo cinctæ comitatu, choreis & ſaltationibus luctuoſis (vt ferebat mos) feſtũ celebrarent, poſcentes à ſingulis vel ſtipem, vel res aliasquaſcumque, vt eas vel templo vel ſacrificiis Deæ ſacrarent; acceſſerunt ad Iuſtã & Rufinã, vas quoddam fictile ex his quæ venundabant, poſtulantes. At illæ ne quem ſimulacris falſæ Deæ haberent honorem, profano idololatriæ ſe crimine polluentes, munus offerre recuſarunt: illud aſſeuerantes, ſe ſoli Deo vero, non autem falſis idôlis ex ligno vel lapide confictis, cultum præſtituras. Indignatæ Gentiles, vaſa omnia illa fictilia proiecto in ea idôlo confregerunt, ipſo quaſi honoris abnegati expetente vindictam. At illæ non tam iactura indignatæ vaſorum, quàm iuſto æterni Dei zelo & pietate commotæ, acceſſerunt ad idôlum, & illud inde abiicientes confregerunt. De Iuſta enim id refert. D. Iſidorus. [e] Hoc autem cum ad Diogenianum tunc Hiſpalis & totius Bæticæ Præſidem deferretur, illas equuleo diſtorſit, [Et (vt Vſuardus [f] refert) vngularum laniatione vexauit: poſt, carcere, inedia, & torſionibus afflixit: tandem Iuſta in carcere ſpiritum exhalauit: Rufinæ verò ceruix confracta eſt in confeſſione Domini.] Quæ ad annum Domini CCLXXXVII. principio Imperij Diocletiani annales [g] noſtri referũt. Cùm autem Martyrum profeſſio, ad indignationem commouiſſet Diogenianum: qui tunc in Chriſtianos Hiſpaniæ Imperatorum præcepto omne perſecutionis genus exercebat: ne alij ſimili exemplo vel illius vel futurorum Præſidum & ſucceſſorum animos ad maiorem fæuitiam & crudelitatem incitarent (de Eulalia taceo Emeritenſi, quòd multo ante illius Martyrium canon hic editus ſit) id circo decretum eſt Concilio hoc Illiberritano (adfuit enim in eo Sabinus Epiſcopus Hiſpalenſis, à quo forſan condendi huius canonis ratio profecta eſt) ne quiſquam idôla Gentilium diſturbaret, ne hac occaſione illi, vel in templa noſtra, vel in perſonas liberiùs graſſarentur: vt atrociſſimè etiam Auguſtini temporibus, in Chriſtianos graſſatus eſt Gororanes Perſarum Rex, quòd Abdas Epiſcopus ſanctiſſimus diſturbaſſet Ignis maximi apud Perſas dei templa, vt ſcribit Caſſiodorus: [h] quod & Alexandriæ eueniſſe Theodoſij Imperio auctor eſt Socrates. [i] Cùm enim Theophili Epiſcopi conſilio Imperator edicto ſanxiſſet, Gentium euerti delubra illudque opera effici eiuſdem Theophili, & cùm Serapidis & Mitræ templa diruiſſet, acerbiſſimum Gentes dolorem concepiſſe ait, nec conceptum ferre potuiſſe, quin communi conſenſu in Chriſtianos grauiſſimo impetu irruerent, nec antea à cædibus voluiſſe abſtinere quàm conceptam doloris acerbitatem, maiori Chriſtianorum pernicie & ſanguinis effuſione leniſſent. De Arabibus, Æropolitis, Phœnicibus, Sytis & aliis hæc mandauit literis

Sozomenus

[b] *Clemens Alexãdrinus lib. 4. Stromat.*

[c] *D. Iſidorus in Breuiario Gothico Mozarabes vocant.*

[d] *Lampridius in Heliogabalo.*

Erant Salambonæ ſacra luctuoſa, quòd deplorarent in eis Adonidis interitum. Ideirco Lampridius de Heliogabalo hæc feſta celebrãte ait: Salambonam etiã omni planctu & iactatione Syriaci cultus exhibuit, omen ſibi faciens imminentis exitij.

[e] *D. Iſidorus in Breuiario Gothico.*

[f] *Vſuardus in Martyrol. 19. Iulij.*

[g] *Ambroſ. Morales lib. 10. hiſt. Hiſpanica. cap. 16.*

[h] *Caſſidor. lib. 10. hiſt. Tripartita.*

[i] *Socra. lib. 5. c. 16.*

ozomenus. [k] [Adhuc autem in quibuſdam ciuitatibus pro templis ſuis alacriter Pagani dimicabant: velut in Arabia Petræi, Æropolitæ: in Palæſtina Raphiotæ & Gazæi; in Phœnicia ij qui Heliopolim incolunt: in Syria potiſſimùm vindices templi Apamiæ, quæ colitur ad Axium fluuium: quos quidem ego intellexi ad protectionem templorum ſuorum frequentes auxiliis vſos hominum Galilæorum, & collectorum ex pagis Libano vicinis; demum ad tantam prorupiſſe audaciam, vt etiam Marcellum, qui eius prouinciæ Epiſcopus erat, interficerent: Hic enim cùm iudicaret illos non alia ratione faciliùs à priori ſuperſtitione poſſe conuerti, templa quæ in vrbe & in pagis habebant, euertit, & certior factus in Aulone (is eſt tractus Apameorum prouinciæ) templum eſſe ampliſſimum, militibus aliquot ac gladiatoribus aſſumptis aduersus iſtud contendebat. Cui cùm appropinquaſſet, extra telorum iactum ipſe reſtitit: erat enim pedibus debilis, & neque pugnare, neque hoſtem fugere, vel fugare poterat. Militibus deinde ac gladiatoribus in deſtruendo templo occupatis, ex paganis quidam, intellecto, quòd ille ibi relictus eſſet ſolus ea ex parte qua locus pugna vacabat, egrediuntur, & ex improuiſo adorti eum corripiunt, & rogo iniectum interimunt, ac in præſentia quidem clam id habuerunt.] Huic damno occurrunt prudenter hoc decreto Hiſpani Epiſcopi, & occurrerunt etiam (vt audio) alio ſimili Pontifices Maximi, dum præceperunt iam diu ſacerdotibus & monachis Hieroſolymianis ſub graui cenſura anathematis, ne verbum Domini publicè prædicarent; quia ametſi Chriſtianæ doctrinæ propagatio res ſit ſanctiſſima; ne tamen excitati Turcarum animi fœuirent in Chriſtianos crudeliùs, iuſtiſſimè eis illud interdictum eſt.

[k] *Sozomenus lib. 7. cap. 15.*

Fuit etiam alia ſatis ſolers & prouida in edendo hoc decreto Patrum noſtrorum ratio, quia huic ſe martyrio offerentes, priuari martyrij dignitate conſentaneum iudicarunt; quia erant inter Chriſtianos olim pauperes, & mendici multi, qui non tam Chriſtianæ religionis zelo, quàm temporalium bonorum iactura, ſe martyrio exponebant, vt detenti videlicet in carcere, alerentur ab Eccleſia, & debitis quibus vrgebantur; plenè ab ea ſatisfieret, vt auctor eſt Auguſtinus. [l] [Quidam etiam (ait in eâdem epiſtola, quæ eſt Menſurij Carthaginenſis Epiſcopi ad Secundum Tiſigitanum) facinoroſi arguebantur & fiſci debitores, qui occaſione perſecutionis, vel carere vellent oneroſa multis debitis vita, vel purgare ſe putarẽt, & quaſi abluere facinora ſua, vel certè acquirere pecuniã, & in cuſtodia deliciis perfrui de obſequio Chriſtianorũ] Eandẽ conſuetudinem ſuppeditandi neceſſaria Confeſſoribus indicat Tertullianus, [m] dum ibrũ ad Martyres ſic exorditur. [Inter carnis alimenta (ait) benedicti Martyres deſignati, quæ vobis & Domina mater Eccleſia de vberibus ſuis, & ſingula fratres de operibus ſuis propriis in carcerem ſubminiſtrant, capite aliquid & à nobis, quod faciat ad ſpiritũ quoque educandũ.) Cyprianus [n] etiã, hoc pietatis officium Confeſſoribus exhibẽdum conſulit clero; poſt alia enim quæ ad hãc rẽ ſcripſit in principio, ad finẽ addit: [Pauperibus quoque, vt ſæpe iam ſcripſi, cura ac diligentia veſtra non deſit: iis tamen qui in fide ſtantes & nobiſcũ fortiter militantes, Chriſti caſtra non reliquerunt, quibus quidẽ nunc maior à nobis & dilectio & cura præſtanda eſt, quòd nec paupertate adacti, nec perſecutionis tempeſtate proſtrati, dum Domino fideliter ſeruiũt, cæteris quoque pauperibus exemplum fidei præbuerunt.] Et hoc tandem præcepto ſanxerunt Epiſcopi Africani in Concilio Carthaginenſi IV. [p] [Chriſtianũ Catholicũ (aiunt) qui pro Catholica fide & pro Eccleſiaſtica re & Chriſtiana religione tribulationem patitur, honore omni à ſacerdotibus honorandum: etiam & per diaconum ei victus adminiſtretur.] Vt his ergo commodis fruerentur, ſolebant ſe quidam temerè martyrio exponere, quos non honorandos vt Martyres, idem Menſurius reſcripſit, vt paulò poſt dicemus.

[l] *Auguſt. in breuiculo collationũ. 3. diei. cap. 15.*

[m] *Tertull. lib. ad Martyres in principio.*

[n] *Cyprian. epiſt. 37*

His prætereà accedebat, quòd naſcentis Eccleſiæ Patres [q] maximè optarint, vt in præferendis tunc profanis idolorum ſacrificiis & impiis ſuperſticionibus, patientiæ, modeſtiæ, manſuetudinis & humilitatis virtutibus refulgerent Chriſtiani, neque vi & armis ethnicorum delubra, ſed pietate & religione deturbari volebant: quo ſic admirabilior Chriſti poteſtas, & Catholicæ Eccleſiæ progreſſus humanis non tribueretur auxiliis: quod facilè euenire, vel ſi templa idôla Gentium viribus potiùs, quàm Eccleſiaſtica diſciplina perfringerent, & eadem ſeuentate Chriſtianæ religionis ſemina latiùs propagare adniterentur. Quemadmodum enim Philoſophos, & Oratores mundique huius ſapientes primum non elegit Chriſtus, per quos cœleſti doctrina hominum genus eruditetur; ſed illiteratos piſcatores; quorum opera & Philoſophi, & Oratores in Eccleſiæ retia pertraherentur, ne videlicet humanæ ſapientiæ viribus conuerſio Gentium adſcriberetur: in qua ſuæ gratiæ vim Deus illuſtrem videri volebat: ita ad

[o] *Concil. Carthag. 4 canone. 43.*

[q] *Concil. Rothomag. can. 5. Apud Burchardum lib. 1. decret. cap. 71. Ioan. 2 par. decretorum cap. 111.*

Digitized by Google

propagationem Euangelij, & idolorum euersionem, noluerunt humanarum virium fieri periculum; sed vtriusque rationem diuinæ prouidentiæ reseruari: vt palam fieret non humana aliqua præsumptione aut virtute, sed diuina prorsus sapientia, & potestate nouam tunc nomine Christi religionem introduci & stabiliri inter Gentes. Qua ratione non vi, non armorum strepitu fidem nostram propagari, sed omni & religionis & pietatis officio monuit Tertullianus. [r] [Non est religionis (inquit) cogere religionem, quæ sponte suscipi debet, non vi.] Ita Nicolaus Papa [s] ad consulta Bulgarorum. [De his (inquit) qui Christianitatis bonum suscipere renuunt & idôlis immolant, & genua curuant, nihil aliud possumus scribere vobis, nisi vt eos ad fidem rectam monitis, exhortationibus & ratione potiùs, quam vi, quòd vanè sapiunt, conuincatis.] Et posteà, [Nulla cum his (inquit) qui non credunt, idôlaque adorant, miscenda communio est. Porrò illis violentia vt credant, nullatenus inferenda est: nam omne quod ex voto non est, bonum esse non potest] Id in subditos suos nondum conuersos vsurpasse Edilbertum Anglorum Regem refert, & laudat Beda. [t] [Quorum fidei (inquit) ita congratulatus esse Rex perhibetur, vt nullum tamen cogeret ad Christianismum, sed tantum modo credentes arctiori dilectione quasi conciues sibi regni cœlestis amplecteretur. Didicerat enim à doctoribus auctoribusque salutis, seruitium Christi voluntarium non coactitium debere esse.] Quod & antea magnum Constantinum fecisse, sæpe prædicat Eusebius: [u] & Nicephorus [x] [Maximus (inquit) ille Constantinus qui ingentem quidem, minorem tamen virtute & gloria sua consequutus est laudem, & primus vera pietate Imperium exornauit: quum omnem (vt ita dicam) terrarum orbem in idolorum cultu insanientem, sacrificare quidem dæmonibus prorsus prohibuit, aras autem eorum non sustulit, mandato illo promulgato, vt deorum templa clausa, quo à nomine adiri possent, seruarentur. Idem filij eius fecêre: crudelitatis enim esse putarunt, repente prosus tantam instituere mutationem: satius esse existimantes, quietis consiliis paulatim homines ad veram pertrahere religionem.] Id erga Iudæos obseruandum decreuit Concilium Toletanum IV. [y] & Gregor. [z]

[r] *Tertull. ad Scapulam.*
[s] *Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum.*
[t] *Beda lib 1. Eccles. hist. Gentis Anglorum cap. 26*
[u] *Euseb. lib. 2. de vita Constant. in cap. 55.*
[x] *Niceph. lib 12. cap 25.*
[y] *Concil. Toleta. 4 can. 55. relata in cap. de Iudæis. 45. distinct. Et*
[z] *Gregor. Magnus in epist. ad Petrum Episcopum Terracinensem lib. 1. regist. epist. 34. & in epist. ad Paschasium, in registro. lib 11. indictione 1. epist. 55. Iratum in cap qui si vera 45. dist*

COMMENTARII NOVI.

CHristiani tempore Diocletiani forti animo ad Idola frangenda passim prosiliebant idemque à Gentilibus in eos furentibus occidebantur, idque fecerunt exemplo Eulaliæ Martyris, quæ impulsu diuini Spiritus commota teste Prudent. hom. 3. *Inque tyranni oculos sputa iacit: simulachra debinc dissipat. &c.* Hoc factum Eulaliæ importunè, ac temerè ab omnibus vsurpari, displicuit Patribus huius Concilij. VINNIVS.

In numero eum non recipi martyrum, ex D. Cypriano colligitur annua die memoriam olim martyrum celebratam, nam actis publicis inscribebatur quo quisque die martyrium subierat: Ex hoc canone non solum neminem post mortem in eorum relatum esse numerum nisi ex præscripto, & mandato Ecclesiæ, sed etiam eosdem martyres coluisse, & precibus prosequutam esse, quamobrem enim eorum causam habuisset, nisi vt falsi, & pseudo-martyres non colerentur. ALBASPINÆVS.

Constat plures iam à temporibus Apostolorum Idôla confregisse, & eorum fana zelo fidei succensos subuertisse, qui in diptycha Ecclesiastica Martyrum sunt relati, vt Sancta Martiana quæ apud Toletum sistens ad Præsidis tribunal rapitur, eo quod Dianæ simulachrũ supra fontem existens multorum ciuium cõspectibus deiecisset; & in frusta minuta Iesv nomine inuocato fæliciter reduxisset, quod factum defenditur à Viuar. 10. *in not. ad Flauiũ Dextr. an. 155: fol.* 149. Tamayo à Salazar. *in Martyrol. Hispan. die* 12. Iulij, quia nondum editus erat præsens Canon; deóque B. Martiana comprehensa non erat præsenti prohibitione. Sed & post Concilium hoc plures alios idôla fregisse constat ex actis martyrum relatis a Baron. *in Martyrol. die 9. mensis Aprilis*, & merito in martyrum diptycha relati fuerunt. Nam canon iste ita breuiter à compilatoribus digestus editus est contra Circumcelliones illos, qui prodigiosâ mortis cupiditate, & Martyrij temeraria ambitione prosiliebant in templa, & idôla: non tàm vt ea zelo fidei euerterent, quam vt prouocarent Gentiles ad homicidium. Hoc enim genus Martyrum ex ostentatione semper abhorruit Ecclesia: Concil. Ancir. quod quasi Synchronon fuit nostri Illiberitani can. 1. apud Gratian. in c. Presbyteros 32. 50. dist. ibi: *Si ex fide ergo luctati sunt, & non ex compacto, ad ostentationem, vt caperentur, ipsi fecerunt, hos placuit, honorem quidem sedis propriæ retinere. Offerre autem illis, & sermonem ad populum facere aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi non liceat.* Sicut è contra sæpè supràs commendatur eorum Martyrum, qui Idôla, & delubra contriuere diuina Christi virtute, & afflatu Spiritus Sancti, vt videre est apud Nazianz. *in Orat. de funere Patris, & Orat.* 1. *in Iul. Imperat.* & Ephrenem Syrum *tom.* 3. *in* 1. *Encomio de SS. Martyrib.* Ita acceperunt Canonem hunc Basil. Legion. *quæst.* 2. *Scholast. cap.* 1. *in fin.* Hurtado *de vero Martyr. resol. in fin.* Baron. *in Martyrol. die 9. mens. April.* vbi refert eos, qui

Idôla

Idôla fregerunt poſt conſtitutiones Conſtantini editas de Paganorum templis claudendis, & Idôlis frangendis, de quibus etiam plura tradit Gothofred. *peculiari Opuſc. de templis demoliendis.* Primam Mendozæ interpretationẽ, videlicet prohiberi Chriſtianis in hoc Canone Idôla frangere ne Tyranni zelo ſuorum Idolorum ſuccenſi ſeuerius irruerent, & crudeliùs perſequerentur Chriſtianos. Sequitur Theophilus Raynaudus *de Martyrio per peſt. capit. quinto numer.* 18. GONZALEZ.

QVIA IN EVANGELIIS NON eſt ſcriptum.

CAPVT QVADRAGESIMVM-SEXTVM.

Non teneri quemquam priuata auctoritate idôla Gentium infringere, poſſe tamen ſuo tempore & loco.

NOn eſſe ſcriptum in Euangeliis, vt quis priuata auctoritate ſe offerat martyrio, dando illi anſam fractis idôlis, certum eſt, & Hiſpani Patres hîc affirmant: quinimo conſilium extat apud Matthæum, vt cum nos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugiamus in aliam. Huic autem fugiendi licentiæ non modo non eſt locus[1], cum heroicæ virtutis documentum eſt dandum, quin potiùs ad percipiendam oblatam martyrij coronam animo alacri currendum eſt, vt inſigni pietate & eruditione probauit latiſſimè Diuus Eulogius [a] Cordubenſis Epiſcopus, & electus poſtea Archiepiſcopus Toletanus, in toto eo libro, cui titulum dedit, Memoriale ſanctorum. In hoc tamen, non pietatis modo, & religionis, ſed prudentiæ etiam ratio obſeruanda eſt: cum ſapienter doceat Diuus Bernardus, [b] [Fortitudinis matrem eſſe prudentiam; nec fortitudinem, ſed temeritatem quemlibet aliam quem non parturiuit prudentia.] Quod & ab his obſeruari impenſius vellem, qui Orientis & Occidentis Indiæ Gentes ex errorum tenebris ad veritatis Chriſtianæ lucem ſtudent reuocare: ſcio enim nonnullos in propagando Euangelio, & in affigendis publicè crucibus, neruos omnes contendiſſe: imprudentia tamen religionem & pietatem nonnunquam frustrante.

Matth. 10.

[a] *D. Eulog. Cordubenſis Epiſcopus tom. 1. lib. Memoriale ſanctorum.*

[b] *D. Bernar lib. 10. de conſiderat. ad Eugeni. cap. 8.*

NEQVE INVENITVR AB APOSTOLIS vnquam factum.

CAPVT QVADRAGESIMVM-SEPTIMVM.

An Apoſtoli fregerint vnquam Gentium idôla: & quanti traditiones Apoſtolicas ab initio Eccleſiæ Hiſpani Patres fecerint.

IN Codice Lucenſi, Neque inuenitur ſub Apoſtolis vnquam, factum. Vtraque lectio vera eſt. Sed cùm de Dominico Euangelio ſuprà meminerunt, probabilius eſt, de factis Apoſtolicis nunc etiam Patres agere voluiſſe: ſicque primam lectionem retinendam eſſe. Cui conſonant quæ de D. Paulo, Petro & aliis D. Cyprianus [c] & Athanaſius [d] referunt: quæ tametſi huius loci ſint propriè, compendij cauſa omittam. Sed ſiue ſub Apoſtolis, vel ab Apoſtolis nunquam factum legamus, vtraque lectio difficultate non caret, cùm D. Ioannem Euangeliſtam Apollinis templum diruiſſe in inſula Pathmo, in qua fuerat relegatus, Prochorus [e] referat eius diſcipulus; in Aſia verò Epheſinæ Dianæ templum etiam euertiſſe, Abdias narrat; & aliud Matthæum in

[c] *D. Cyprian epiſt. 56. ad Thibaritanos.*

[d] *D. Athanaſ. in ſua de fuga Apologia.*

[e] *Prochorus hiſtor. Apoſtol. cap. 25. Abdias lib. 5. & 7. hiſtor. Apoſtol.*

propagationem Euangelij, & idolorum euersionem, noluerunt humanarum virium fieri periculum; sed vtriusque rationem diuinæ prouidentiæ reseruari: vt palam fieret non humana aliqua præsumptione aut virtute, sed diuina prorsus sapientia, & potestate nouam tunc nomine Christi religionem introduci & stabiliri inter Gentes. Qua ratione non vi, non armorum strepitu fidem nostram propagari, sed omni & religionis & pietatis officio monuit Tertullianus. [r] [Non est religionis (inquit) cogere religionem, quæ sponte suscipi debet, non vi.] Ita Nicolaus Papa [s] ad consulta Bulgarorum. [De his (inquit) qui Christianitatis bonum suscipere renuunt & idolis immolant, & genua curuant, nihil aliud possumus scribere vobis, nisi vt eos ad fidem rectam monitis, exhortationibus & ratione potiùs, quam vi, quòd vanè sapiunt, conuincatis.] Et posteà, [Nulla cum his (inquit) qui non credunt, idolaque adorant, miscenda communio est. Porrò illis violentia vt credant, nullatenus inferenda est: nam omne quod ex voto non est, bonum esse non potest] Id in subditos suos nondum conuersos vsurpasse Edilbertum Anglorum Regem refert, & laudat Beda. [t] [Quorum fidei (inquit) ita congratulatus esse Rex perhibetur, vt nullum tamen cogeret ad Christianismum, sed tantummodo credentes arctiori dilectione quasi conciues sibi regni cœlestis amplecteretur. Didicerat enim à doctoribus auctoribusque salutis, seruitium Christi voluntarium non coactitium debere esse.] Quod & antea magnum Constantinum fecisse, sæpe prædicat Eusebius: [u] & Nicephorus [x] [Maximus (inquit) ille Constantinus qui ingentem quidem, minorem tamen virtute & gloria sua consequutus est laudem, & primus vera pietate Imperium exornauit: quum omnem (vt ita dicam) terrarum orbem in idolorum cultu insanientem, sacrificare quidem dæmonibus prorsus prohibuit, aras autem eorum non sustulit, mandato illo promulgato, vt deorum templa clausa, quo à nomine adiri possent, seruarentur. Idem filij eius fecêre: crudelitatis enim esse putarunt, repente prosus tantam instituere mutationem: satius esse existimantes, quietis consiliis paulatim homines ad veram pertrahere religionem.] Id erga Iudæos obseruandum decreuit Concilium Toletanum IV. [y] & Gregor. [z]

[r] *Tertull. ad Scapulam.*
[s] *Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum.*
[t] *Beda lib. 1. Eccles. hist. Gentis Anglorum cap. 26*
[u] *Euseb. lib. 2. de vita Constant. in cap. 55.*
[x] *Niceph. lib. 12. cap. 25.*
[y] *Concil. Toleta. 4 can. 55. relata in cap. de Iudæis. 45. distinct. Et*
[z] *Gregor. Magnus in epist. ad Petrum Episcopum Terracinensem lib. 1. regist. epist. 34. & in epist. ad Paschasium, in registro. lib. 13. indictione 2. epist. 13. Gratian. in cap. quæ sit vera 45. dist.*

COMMENTARII NOVI.

CHristiani tempore Diocletiani forti animo ad Idola frangenda passim prosiliebant idemque à Gentilibus in eos furentibus occidebantur, idque fecerunt exemplo Eulaliæ Martyris, quæ impulsu diuini Spiritus commota teste Prudent. hom. 3. *Inque tyranni oculos sputa iacit: simulachra debinc dissipat &c.* Hoc factum Eulaliæ importunè, ac temerè ab omnibus vsurpari, displicuit Patribus huius Concilij. VINNIVS.

In numero eum non recipi martyrum, ex D. Cypriano colligitur annua die memoriam olim martyrum celebratam, nam actis publicis inscribebatur quo quisque die martyrium subierat: Ex hoc canone non solum neminem post mortem in eorum relatum esse numerum nisi ex præscripto, & mandato Ecclesiæ, sed etiam eosdem martyres coluisse, & precibus prosequutam esse, quamobrem enim eorum causam habuisset, nisi vt falsi, & pseudo-martyres non colerentur. ALBASPINÆVS.

Constat plures iam à temporibus Apostolorum Idola confregisse, & eorum fana zelo fidei succensos subuertisse, qui in diptycha Ecclesiastica Martyrum sunt relati, vt Sancta Martiana quæ apud Toletum sistens ad Præsidis tribunal rapitur, eo quod Dianæ simulachrũ supra fontem existens multorum ciuium cõspectibus deiecisset; & in frusta minuta Iesv nomine inuocato fæliciter reduxisset, quod factum defenditur à Viuar. 10. *in not. ad Flauiũ Dextr. an.* 155. *fol.* 249. Tamayo à Salazar. *in Martyrol. Hispan. die* 12. Iulij, quia nondum editus erat præsens Canon; ideóque B. Martiana comprehensa non erat præsenti prohibitione. Sed & post Concilium hoc plures alios idola fregisse constat ex actis martyrum relatis a Baron. *in Martyrol. die 9. mensis Aprilis*, & merito in martyrum diptycha relati fuerunt. Nam canon iste ita breuiter à compilatoribus digestus editus est contra Circumcelliones illos, qui prodigiosâ mortis cupiditate, & Martyrij temeraria ambitione prosiliebant in templa, & idola: non tàm vt ea zelo fidei euerterent, quam vt prouocarent Gentiles ad homicidium. Hoc enim genus Martyrum ex ostentatione semper abhorruit Ecclesia: Concil. Ancir. quod quasi Synchronon fuit nostri Illiberitani can. 1. apud Gratian. in c. Presbyteros 32. 50. dist. ibi: *Si ex fide ergo lucrati sunt, & non ex compacto, ad ostentationem, vt caperentur, ipsi fecerunt, hos placuit, honorem quidem sedis propriæ retinere. Offerre autem illis, & sermonem ad populum facere aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi non liceat.* Sicut è contra sæpe sæpiùs commendatur eorum Martyrum, qui Idola, & delubra construere diuina Christi virtute, & afflatu Spiritus Sancti, vt videre est apud Nazianz. *in Orat. de funere Patris, & Orat. 1. in Iul. Imperat.* B. Ephrem Syrum. *tom. 3. in 1. Encomio de SS. Martyrib.* Ita acceperunt Canonem hunc Basil. Legion. *quæst. 2. Schol. cap. 1. in fin.* Hurtado *de vero Martyr. resol. in fin.* Baron. *in Martyrol. die 9. mens. April.* vbi refert eos, qui

Idola

A Idôla fregerunt poſt conſtitutiones Conſtantini editas de Paganorum templis claudendis, & Idôlis frangendis, de quibus etiam plura tradit Gothofred. *peculiari Opuſc. de templis demoliendis.* Primam Mendozæ interpretationẽ, videlicet prohiberi Chriſtianis in hoc Canone Idôla frangere ne Tyranni zelo ſuorum Idolorum ſuccenſi ſeuerius irruerent, & crudeliùs perſequerentur Chriſtianos. Sequitur Theophilus Raynaudus *de Martyrio per peſt. capit. quinto numer.* 18. GONZALEZ.

QVIA IN EVANGELIIS NON eſt ſcriptum.

B

CAPVT QVADRAGESIMVM-SEXTVM.

Non teneri quemquam priuata auctoritate idôla Gentium infringere, poſſe tamen ſuo tempore & loco.

NOn eſſe ſcriptum in Euangeliis, vt quis priuata auctoritate ſe offerat martyrio, dando illi anſam fractis idôlis, certum eſt, & Hiſpani Patres hîc affirmant: quinimo conſilium extat apud Matthæum, vt cum nos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugiamus in aliam. Huic autem fugiendi licentiæ non modo non eſt locus[1], cum heroicæ virtutis documentum eſt dandum, quin potiùs ad percipiendam oblatam martyrij coronam animo alacri currendum eſt, vt inſigni pietate & eruditione probauit latiſſimè Diuus Eulogius [a] Cordubenſis Epiſcopus, & electus poſtea Archiepiſcopus Toletanus, in toto eo libro, cui titulum dedit, Memoriale ſanctorum. In hoc tamen, non pietatis modo, & religionis, ſed prudentiæ etiam ratio obſeruanda eſt: cum ſapienter doceat Diuus Bernardus [b] [Fortitudinis matrem eſſe prudentiam; nec fortitudinem, ſed temeritatem quemlibet auſum quem non parturiuit prudentia.] Quod & ab his obſeruari impenſius vellem, qui Orientis & Occidentis Indiæ Gentes ex errorum tenebris ad veritatis Chriſtianæ lucem ſtudent reuocare: ſcio enim nonnullos in propagando Euangelio, & in affigendis publicè crucibus, neruos omnes contendiſſe: imprudentia tamen religionem & pietatem nonnunquam fruſtrante.

Matth. 10.

C

[a] *D. Eulog. Cordubenſi, Epiſcopo tom.* 1. *lib. Memoriale ſanctorum.*

[b] *D. Bernar lib.* 10. *de conſiderat. ad Eugeni. cap.* 8.

D

NEQVE INVENITVR AB APOSTOLIS vnquam factum.

CAPVT QVADRAGESIMVM-SEPTIMVM.

An Apoſtoli fregerint vnquam Gentium idôla: & quanti traditiones Apoſtolicas ab initio Eccleſiæ Hiſpani Patres fecerint.

E

IN Codice Lucenſi, Neque inuenitur ſub Apoſtolis vnquam, factum. Vtraque lectio vera eſt. Sed cùm de Dominico Euangelio ſuprà meminerunt, probabilius eſt, de factis Apoſtolicis nunc etiam Patres agere voluiſſe: ſicque primam lectionem retinendam eſſe. Cui conſonant quæ de D. Paulo, Petro & aliis D. Cyprianus [c] & Athanaſius [d] referunt: quæ tametſi huius loci ſint propriè, compendij cauſa omittam. Sed ſiue ſub Apoſtolis, vel ab Apoſtolis nunquam factum legamus, vtraque lectio difficultate non caret, cùm D. Ioannem Euangeliſtam Apollinis templum diruiſſe in inſula Pathmo, in qua fuerat relegatus, Prochorus [e] referat eius diſcipulus; in Aſia verò Epheſinæ Dianæ templum etiam euertiſſe, Abdias narrat; & aliud Matthæum

[c] *D. Cyprian epiſt.* 52. *ad Tibaritanos.*

[d] *D. Athanaſ. in ſua de fuga Apologia.*

[e] *Prochorus hiſtor. Apoſtol. cap.* 25. *Abdias lib.* 5. & 7. *hiſtor. Apoſtol.*

A vt myſtica myſticè, & ſancta ſanctè proloquamur, nec in profanas aures, quæ in vulgus efferri nefas eſt, proiiciamus, ne alioqui conſtet eos qui dæmones adoraut, & turpium fabularum, ac verum cultum profitentur, nobis grauitate ſuperiores eſſe: quippè, quibus, qui non iiſdem ſacris initiati ſunt, cruorem potiùs ſuum, quàm ſermones quoſdã impertirent.] Antiquiſſimo igitur hoc Hiſpanorum Epiſcoporum decreto, hæreticos recentiores qui Apoſtolicis traditionibus derogant, conuinci poſſe ſatis manifeſtum fit: dum mille & trecentis abhinc annis tam grauis & ſancta fuerit earum apud ipſos & omnes auctoritas. Nec Hiſpanorum etiam Epiſcoporum doctrinam & pietatem minus licebit hîc vel à rigidis eorum cenſoribus commendari, quòd non ſolùm Euangelicis & Apoſtolicis inſtitutis repugnantes ſententias tradere noluerint, ſed nec latum quidem vnguem ab eorum ſcriptis & non ſcriptis traditionibus velle diſcedere, tam ſancta, quàm aperta ſententia declarauerint. Sed bene iam habet acerba iſta & mala tractatio: auget enim pretium virtutis audire malè cum bene feceris.

B

PLACVIT, EVM IN NVMERVM NON recipi Martyrum.

CAPVT QVADRAGESIMVM-OCTAVVM.

Non decerni ab Hiſpanis Patribus in hôc canone, Martyrem non eſſe, qui idôla fregerit: ſed in numerum Martyrum ab Eccleſia non referri: & cur.

C

NOn decreuerunt Patres Hiſpani (vt falsò illis obiici ſolet) Martyrem verum non eſſe, omnem qui Gentium idôla confregerit: cum omnis, qui pio & prudenti animo ſanguinem vel vitam profuderit pro Chriſto, certus & verus ſit Martyr. Si enim Martyrem (vt Auguſtinus [k] docuit) non facit pœna, ſed cauſa: qui cum cauſa pœnam coniunxit, quare apud Deum, Martyris nomine & honore non decorabitur? Quod decernunt igitur, id ſolùm eſt, eum qui proſternens idôla Gentium interfectus fuerit, in numerum Martyrum non recipi, hoc eſt in catalogum Eccleſiaſticum Martyrum non eſſe referendum. Similem conſtitutionem tulit in Africa, eodem ferè tempore Menſurius Epiſcopus Carthaginenſis; eos enim qui vltrò Martyrio ſe offerrent, non honorandos vt Martyres Chriſtianis præcepit: vt teſtis eſt [l] Auguſtinus: [l] [Lectum eſt (ait) eos qui ſe offerrent, perſecutionibus non comprehenſi, & vltra dicerent ſe habere ſcripturas, quas non traderent (conquirebant tunc Donatiſtæ hæretici ſcripturas ſanctas, vt eas igni traderent) à quibus hoc nemo quæſierat, diſplicuiſſe Menſurio; & ab eis honorandis eum prohibuiſſe Chriſtianos.] Quemadmodum ergo veri ſunt Martyres, qui vltro ſe Martyrio offerunt, & illud perferunt conſtantiſſimè, quorum exemplis pleni ſunt Eccleſiaſtici annales: tametſi illa oblatio prohibita fuerit à D. Clemente, [m] Iulio PP. Cypriano, [o] Athanaſio [p] & aliis: ſic & illi veri Martyres ſunt qui flagrantes pietatis & religionis zelo idôla opportuno tempore fregerint: tametſi ob exempla & rationes à nobis citatas ſuperiùs, idôla frangere inhibitum fuerit à Concilio; ne videlicet occaſionem darent Gentilibus liberiùs & inhumaniùs reliquos Chriſti filios nouiter tunc ad Eccleſiam conuerſos perſequendi. Eáque de cauſa non definit Concilium Martyres non eſſe: quia ſi verè natura ſua Martyres ſunt (vt dixi) Concilium efficere non potuit, vt in hierarchia cœleſti, Martyrum illi ordini à Deo non aſcriberentur: ſed illud tantùm decernit, vt in Eccleſiaſtica, honore Martyrum non decorentur. Conſueuit enim Eccleſia viuentes & mortuos Confeſſores, & Martyres, multis ornare priuilegiis. Et vt omittamus literas Confeſſorias, quibus peccatorum indulgentiam Epiſcoporum conſenſu lapſis dabant, de quibus abundè ſuperiùs: [q] eos inter tentationes (ſic enim vocabant olim Epiſcopi perſecutionum calamitates) officio ſuo incumbentes gradibus ſublimandos decreuerunt Africani Patres, in Concilio Carthaginenſi IV. [r] quinimo omni honore afficiẽdos, & detentos in carcere, victu per diaconos ſuſtẽtandos, adiecerunt. [s] [Chriſtianũ Catholicum (aiunt) qui pro Catholica fide, & pro Eccleſiaſtica re & Chriſtiana religione tribulationes patitur, honore omni à ſacerdotibus honorandum:

D

E

[k] *D. Auguſt. epiſt. 167. ad Feſtum, & ſerm. 17. de Verbis Domini. Refertur ab Innoc. 1 in c. cum Martha de celebratio. Miſſarum.*

[l] *D. Auguſt. in breuiculo collationis cũ Donatiſtis in 3 die cap. 15.*

[m] *D. Clem. lib. 3 Conſtitution. Apoſtolicarum cap. 7.*

[n] *Iulius PP. in epiſtola ad Orientales.*

[o] *Cyprian. epiſt. 15 & 82.*

[p] *Athanaſ. in apologia de fuga.*

[q] *Lib. 2. cap. 51.*

[r] *Concilium Carthag. 4. can. 42.*

[s] *Idem can. 43.*

A ponebant, recitabantur, non ſine laude & præconio virtutum; quæ in illis viuentibus illuxerant. Ita D. Auguſtinus [k]: [Perhibet enim (inquit) præclariſſimum teſtimonium Eccleſiaſtica auctoritas, in qua fidelibus notum eſt, quo loco Martyres, & quo defunctæ ſanctimoniales ad altaris ſacramenta recitentur] Illis diebus paſſiones eorum legendas in Eccleſia, Concilio Africano cautum reperio: quod & ſuo tempore vigere ſcripſit D. Gregorius [m], [Mos ait penè omnium Martyrum diſtinctis per dies ſingulos paſſionibus collecta in vno codice nomina habemus, atque quod annuis diebus in eorum veneratione Miſſarum ſolemnia agimus.] Hinc nata martyrologia, quæ inter libros ſacerdotibus neceſſarios annumerat Burchardus [n]. Hinc celebres de eorum laudibus conciones; quarum rationem, in eorum piam memoriam inſtitutam reddit

B B. Baſilius [o]. [Qui vitas eorum (inquit) qui in pietate honeſtè perſeuerarunt, recenſemus, glorificamus primum Dominum per ſeruos; laudamus autem iuſtos per teſtimonium eorum, quæ nouimus, populum verò per honeſtorum factorum narrationem exhilaramus. Nam exhortatio ad temperantiam eſt vita Ioſeph, & ad fortitudinem vita ipſius Samſonis.] Hinc dies feſti, quibus hodie etiam Chriſtiani feriantur, qui olim tanta agebantur celebritate, vt illis diebus conuiuia & ſpectacula fierent, choreæ ducerentur, & ſaltationes, vt prodit D. Baſilius [p]. [Anteà (inquit) flebant ſanctorum mortes, vt Ioſeph mortem Samuel; nunc non amplius lacrymis ſanctorum mortes proſequimur, ſed tripudiis diuinitus inſpiratis, ſuper ſepulchra eius choreas ducimus.] Gregorius Nyſſenus [q] hæc de populari lætitia in honorem Martyrum ait.] Deſcendit (inquit) rurſus in Vrbem, & omni circà regione vndique peragrata, ac perluſtrata, ad-

C ditamentum, & quaſi corollarium ſtudij ſui erga numen diuinum inſtituebat, apud omnes vbique populos ſanciens, vt nomine eorum qui pro fide certaſſent, dies feſti, atque ſolemnes conuentus celebrarentur, cumque alius in alium locum corpora Martyrum duxiſſent, per anniuerſarij circuli ambitum congregari lætabantur in honorem Martyrum, ferias agentes.] Et paulò poſt, ſingularem huius communis lætitiæ rationem reddens. [Cum animaduertiſſet (inquit) quòd propter corporis voluptates, ſimplex & imperitum vulgus in errore ſimulacrorum cultus permaneret, quo maximè id quod perſpicuum eſt, interim in eis aſſequeretur, nempe vt vanis ſuperſtitionibus relictis ad Deum conuerterentur: permiſit, vt in memoriam ſanctorum ſeſe exhilararent, & oblectarent, atque in lætitiam effunderentur.] Verum cùm nihil tam pium ſit, tam religioſum, tam ſanctum, quod humana prauitate non poſſit peruerti temporum decur-

D ſu effectum eſt, vt illa feſta, choreæ & ſolemnitates aliquando turpiter fierent, ſic vt matronalis honor, & innumerabilium fœminarum pudor deuotè venientium ad ſacratiſſimos illos dies, iniurijs laſciuientium appeteretur: qua de cauſa decreuerunt Africani Patres [r] ab Impp. poſtulare, vt illa ſpectacula, & conuiuia impoſita pœna graui prohiberent.

Sed redeamus ad Martyres perſequamurque reliqua priuilegia, quæ relatis in numerum eorum, veteres Eccleſiæ mores impertiebant, & quibus idôla frangentes priuari in hoc canone decernitur. Poſtquam enim è viuis exceſſerant, non ſolùm eorum corpora fideles, vt Sanctorum venerabantur, & exoſculabantur, ſed vulnera ipſa, ſanguinem, oſſa, vel reliquas partes (quas idcircò reliquias vocamus) proſequebantur eximio cultu. D. Baſilius [s] oſtendens, quàm pretioſa ſit eorum mors, qui pro Chriſto mortem occubuiſſent. [Quando Iudaicè (ait) moriebatur, abominabilia erant morticinia: cum pro Chriſto vero contingit mors, pretioſæ ſunt reliquiæ Sanctorum:] Et infe-

E rius: [Dicebatur (inquit) de ſacerdotibus, & Deo dicatis: Non contaminabitur ex aliquo mortuo; nunc autem qui contingit oſſa Martyris, quandam ſanctificationis ſocietatem aſſumit, ex gratia corpore inſidente.] Hinc liquet quantum ſanctorum reliquiis tribuendum ſit, cum eorum contactu quandam ſanctificationis ſocietatem contrahi dicat Baſilius. Nec ſolùm oſſa & corporum cineres, quæ templa Spiritus Sancti quondam fuerant, ſanctarumque operationum organa, ſed etiam baculos, ſudariola, veſtes, lectulos, ſedes, & reliqua, quæ illi corpore geſtauerant, vel manibus contrectauerant, & etiam vincula religioſiſſimè obſeruabant, vt teſtatur Tertullianus [t]. Vulgare, & tritum eſt, quo honore, qua reuerentia quo cultu & religione, magnus Athanaſius [u] ſuſceperit pallium, & melotem, quæ illi in teſtamento legauerat inſignis ille & magnus Antonius: cuius legati meminit honorificè Athanaſius Antonium etiam veſtem Pauli primi eremitæ geſtare ſolitum diebus ſolemnibus Paſchæ, & Pentecoſtes. D. Hieronymus [x] refert. Iacobi Apoſtoli (qui Domini frater cognominatus, & Eccleſiæ Hieroſolymitanæ primus Epiſcopatum geſſit) cathedram ſeu ſedem Epiſcopalem ab eius ſucceſſo-

[k] D. Aug. l. de virginibus.
[l] Conc. Africanum can. 13.
[m] D. Greg. in regiſt. l. 7. epiſt. 29. in d. 1.
[n] Buchard. lib. 10. decretorum, c. 8.
[o] D. Baſil. in concione quam habuit pro Gordio Martyre.
[p] D. Baſil. in ſerm. de S. Barlaam.
[q] Gregor. Nyſſen. in vita Magni Greg.
[r] Conc. Africanum can. 57.
[s] D. Baſil. in expoſitione Pſal. 115.
[t] Tertull. lib. 2. ad vxorem.
[u] Athanaſ. in vita D. Antony.
[x] D. Hieron. in vita Pauli Eremitæ.

successoribus honorificè custoditam, ostentatamque aduenis cultus causa, Eusebij adhuc annis, annalium memoria proditum est. A

Ad sepulturam efferebantur maximo honore, & pompa, vt significat B. Cyprianus. [Corporibus etiam omnium (inquit) qui etsi secti sunt in carcere, tamen glorioso exitu mortis excedant, impartiatur, & vigilantia, & cura propentior: neque enim virtus eorum, aut honor minor est, quominus ipsi quoque inter Martyres numerentur.] Sic legitur de S. Stephano: [Sepelierunt eum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum.] Planctus enim nomine, funeris honorem & pompam Lucam significasse tradit Hieronymus [z], [Quod Stephano (inquit) fecerint Hierosolymæ fratres planctum magnum: & vtique planctus magnus non in plangentium examinatione, vt tu putas, sed in pompa funeris, & exequiarum frequentia intelligendus sit] Et hoc sanè non in Martyrum [a] solùm, sed & in piorum funeribus sæpè euenire, singulari potius Dei prouidentia, quàm humano consilio cernimus. Efferuntur enim nonnunquam Dei gratia priuati homines innocentes, & virtutis laude præstantes, maiori pompa, maiori dico religiosorum, nobilium, & popularium comitatu, piis oblationibus & suffragiis, quàm soleant multis impendiis factis, qui dignitatis honore, vel qui nobilitatis præstant dignitate, si Christiana nobilitate careant: quorum vtrumque nec consilio caret, nec fructu vt vitio ac virtuti iusta merces, diuersa funeris æstimatione accedat, nec eleuent præmia virtutis, qui probos viros & iustos feliciùs aspexerint sepeliri, quàm viuere flagitiosos & impios. B

Cùm ad sepulturam olim Martyres deferebantur, dalmatica, aut collobio purpurato insigniebantur, constitutione Eutichiani PP. vt Damasus [b] refert. [Hic temporibus suis (inquit) per loca diuersa. CCCXLII. Martyres manibus suis sepeliuit, qui hoc constituit, vt quicunque fidelium Martyrem sepeliret, sine dalmatica, aut collobio purpurato, nullatenus sepeliret: dum tamen huius constitutionis ad illum peruenisset notitia.] Vt vel hinc interpretemur decretum Concilij Romani [c] secundi, sub Gregorio Magno. Dalmaticam enim hanc posteà fideles partiebantur, & vt sanctas Martyrum reliquias venerabantur. Sed cùm in funerandis Romanorum Pontificum corporibus eam adhiberent nonnulli, molestè tulit Gregorius I. idque fieri omnino prohibuit, in Concilio secundo Romano. [Sicut indignos (inquit) B. Apostoli Petri reuerentia mens fidelium veneratur, ita nostram infirmitatem decet, semetipsam semper agnoscere: & impensæ sibi venerationis honorem declinare: ex amore quippe fidelium huius sedis rectoribus mos vltra meritum erupit, & cum eorum corpora humanda deferuntur, hæc dalmaticis contegant, easdemque dalmaticas pro sanctitatis reuerentia, sibimet partiendas populus scindat: & cum adsint multa à sacris corporibus Apostolorum Martyrumque velamina, à peccatorum corpore sumitur, quod pro magna reuerentia referuetur: de qua re præsenti decreto constituo, vt feretrum quo Romani Pontificis corpus ad sepeliendum ducitur nullo tegmine veletur. Quam decreti mei curam gerere sedis huius presbyteros ac diaconos censeo. Si quis vero ex eorum ordine, hoc curare neglexerit, anathema sit.] C D

Sepeliebantur hi solùm in Ecclesiis, non autem alij Catholici, vt quemadmodum singularibus ipsi præstitissent virtutibus, ità præcipuo & singulari sepulturæ honore decorarentur. De Hispaniæ consuetudine testes sunt Concilij Bracarensis Patres [d]: de Græciæ, Chrysostomus [e]. [Romæ (inquit) quæ vrbs est regalissima, relictis omnibus ad sepulchra Piscatoris & pellionis currunt, & Reges, & præsides & milites, & in Constantinopoli Reges nostri magnam gratiam putant, non si propè Apostolos, sed si vel extra eorum vestibula, corpora sua sepeliantur, fiantque piscatorum ostiarij Reges. Hinc intelligendi sunt Imppp. Gratianus, Valentinianus & Theodosius [f], dum aiunt: [Nemo Apostolorum vel Martyrum sedem humanis corporibus existimet esse concessam.] In Ecclesia sepeliri primum B. Fulgentio [g] Confessori in Africa indultum refert illius discipulus. [Manè verò (ait) postquàm multitudo maxima populorum de locis finitimis ad exequias venit, sacerdotum manibus ad Ecclesiam ciuitatis quæ Secunda dicitur, vbi etiam reliquias Apostolorum constituerat, deputatus, sortitus est honorabile monumentum. Primus planè in eadem basilica Pontifex poni meruit, vbi nullum mortuum neque sacerdotem, neque laicum sepeliri consuetudo sinebat antiqua, sed magna vis dilectionis remouebat impedimentum consuetudinis, ambientibus vniuersis ciuibus, & cum summa deuotione quærentibus, vt vbi vir sanctus & Deo amabilis fuerat consecratus, ibi orationibus singulorum semper etiam localiter videretur adiunctus.] Qua ratione honorificum fuit postea fidelibus, iuxta Martyrum sepulturas & monumenta sepeliri, vt docuit D. Chrysostomus [h]. Cuius pij desiderij singularem rationem reddi- E

[z] D. Cypr. ep. 37. ad presbyteros, & diaconos.

Act. cap. 7. [z] D. Hieron. l. 3. ad Paulum, & 53. ad Riparium.

[a] Euseb. l. 4. histor. Ecclesiast. c. 15.

[b] Damasus in vita Eutichiani.

[c] Conc. Romanum sub Gregorio Papa primo can. 4.

[d] Concil. Bracar. 1 can. 36.

[e] D. Chrys. homil. Quod Christus sit Deus.

[f] Imppp. Grat. Valent. Theod. In l. 2. C. de Sacros. Eccles.

[g] Author vitæ Fulgentij, c. 308

[h] Idem Chrysost. d. hom. quod Christus sit Deus.

dit

A dit D. Ambroſius [i] vel Maximus Taurinenſis : [Ideo (inquit) à maioribus prouiſum eſt , vt ſanctorum oſſibus noſtra corpora ſociemus : vt dum illos tartarus metuit , nos pœna non tangat , dum illos Chriſtus illuminat , nobis tenebrarum caligo diffugiat , cum ſanctis ergo Martyribus quieſcentes , euadimus inferi tenebras eorum propriis meritis , aut tamen conſocij ſanctitate.] Nec in Eccleſia ſolùm,ſed in loco ſublimiori, in altari ſcilicet,reponebantur,non vt is honos eis tanquam Deo deferretur,vt olim calumniabantur hæretici D. Auguſtinus [k] : [Populus autem Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolemnitate concelebrat,& ad excitandam imitationem,vt meritis eorum conſocietur , atque orationibus adiuuetur. Ita tamen vt nulli Martyrum , ſed ipſi Deo Martyrum conſtituamus altaria. Quis enim Antiſtitum in locis ſanctorum corporum aſſiſtens altari, aliquando dixit : Offerimus tibi, Petre, aut Paule,aut Cypriane : ſed quod offertur, offertur Deo, qui Martyres coronauit, &c.] In altaribus etiam re-

B condebantur corpora,in vaſculis nonnunquam aureis,vt Hieronymus [l] refert aduerſus Vigilantium de reliquiis D. Andreæ,Lucæ,& Timothei tranſlatis à Conſtantino Conſtantinopolim , & Beati Samuelis è Iudæa in Thraciam per Arcadium. Quòd ſi aliquando non in vrnis collocandas, ſed humi condendas voluit D. Athanaſius, vt teſtatum ex illo facit Damaſcenus [m] , hoc ideò illum conſueuiſſe eſt intelligendum , vt Ægyptiorum morem abrogaret, qui mortuos ſuos non ſub terra condebant,ſed in lectulis & ſympodiis collocabant , vt auctor eſt idem Damaſcenus. Sepulchris eorum epitaphia plena honoris & laudis affigebantur, vt cecinit Prudentius [n].

Innumeros cineres ſanctorum Romula in vrbe
Vidimus , ô Chriſti Valeriane ſacer,
Inciſos tumulis titulos , & ſingula quæris
C *Nomina , difficile eſt vt replicare queam.*
Tantus iuſtorum populos furor impius hauſit,
Cùm coleret patrios Troia Roma deos.
Plurima litterulis ſignata ſepulchra loquuntur
Martyris aut nomen , aut Epigramma aliquot.

Super hæc ſepulchra Martyrum ſeu altaria Miſſas celebrari conſtituit Felix PP. I. [o] in epiſtola ad Epiſcopos Galliæ , ex qua ratio petenda eſt , qua ille permotus eam legem tulerit. [p] [Vobis (inquit) & omnibus Eccleſiis tenendum & agendum mandamus, vt ſuper memorias Martyrum Miſſæ celebrentur : ne mèmoriæ eorum aut veneratio poſſet prohiberi.] Tyranni enim,vt ſuperiùs dicebam,memorias delere Martyrum pro viribus contendebant. Vnde Euſebius [q] refert, quòd cùm tempore Diocletiani grauiſſima in Chriſtianos eſſet perſecutio , pagani idololatræ effodiebant corpora Martyrum & proiiciebant in mare, dicentes : Ne fortè dij efficiantur Chriſtianorum : & illi

D qui deos adorare nolunt, ſeruos noſtros incipiant adorare.] Hac igitur de cauſa motus Felix decreuit , vt ſuper ſepulchra Martyrum (vt diuturnior & celebrior eſſet eorum memoria) Miſſæ dicerentur. Nec Miſſas ſolùm , ſed Eccleſias ipſas in eorundem nomine, & honore conſecrari Auguſtinus [r],Gennadius [s],& Theodoretus [t] teſtantur : & ante hos Anacletus [u],cùm ordinem Patriarchalium ſedium aſſignaret, Eccleſiam Diuo Petro erectam à Sancto Marco Euangeliſta diſcipulo eius commemorat. [Secunda (inquit) ſedes apud Alexandriam eſt Beati Petri nomine , à Sancto Marco diſcipulo eius , & Euangeliſta conſecrata.] Cùm verò aliquando Eccleſiæ & altaria nomine Martyrum conſtruerentur , per vias & agros , in quibus nullæ erant Martyrum reliquiæ , ſed ſolùm ad corradendas ex fidelium deuotione pecunias : id fieri omnino prohibuit Concilium Carthaginenſe V. [x] decernens , vt nulla memoria Martyrum

E acceptaretur , (ſic ait) niſi aut corpus aut aliquæ certæ reliquiæ eſſent , vel origo eſſet alicuius habitationis , poſſeſſionis , aut paſſionis : vt hinc etiam eruant hæretici, non ſolùm Eccleſias erigi in piam & ſanctam Martyrum memoriam, ſed locum Martyrij & habitationis , & poſſeſſionem ipſam ſanctorum Martyrum , in maximo fuiſſe honore & reuerentia.

In illis Martyrum Eccleſiis hiſtoriæ ſuppliciorum eorundem depingebantur. D. Baſilius [y] narrat imaginem ſancti Barlaam in templo depictam , ſeque gaudere ait,quòd melius pictores expreſſerint manum eius pro Chriſto combuſtam, quàm ipſe oratione deſcripſerit. Enodius [z] ſcribit , in Eccleſia S. Stephani, in qua eiuſdem reliquiæ ſeruarentur,fuiſſe imaginem eius Martyris figuratam, ad quam viſendam homines concurrere ſoliti erant. Prudentius [a] de S. Caſſiano ſic cecinit.

Erexi

[i] *D. Ambr. vel Maximus Taur. ho. 77*

[k] *D. Aug. l. 22. contra Fauſtum Manich. c. 20.*

[l] *D. Hieron. contr Vigilant.*

[m] *Damaſc. orat. 1 de imaginibus.*

[n] *Prudent. in vit S. Hippolyti Epiſcopi & Martyris.*

[o] *Felix PP. in ep. 2. ad Epiſc. Gall.*

[p] *Damaſ. in vita Felicis PP. I.*

[q] *Euſeb. l. 8. hiſt. Eccleſiaſt.*

[r] *D. Aug. epist. ad Honoratum.*

[s] *Gennad. l. de dogmatib Eccl. c. 73*

[t] *Theod. lib. 8. Græcarum affe.*

[u] *Anacl. in epiſt. ad omnes Epiſcopos, & ſacerdotes.*

[x] *Conc. Carthag. 5 can. 14.*

[y] *D. Baſil. in ſit orat. in S. Barlaam*

[z] *Enod. l. 2. de miracul. S. Stephani.*

[a] *Prudent. in hymn de S. Caſſiano.*

A eorum memoria : vita illorum literis mandabatur à notariis, qui huic ſtudio diligentem nauabant operam. Septem diaconos conſtituiſſe per ſeptem regiones, vt ſeptem notariis imminerent, & res geſtas Martyrum in integrum colligerent. Fabiano Papæ tribuit Damaſus ; ſed ante Fabianum geſta Martyrum à notariis exquiſiuiſſe & in Eccleſia recondidiſſe. Anterum, idem Damaſus notauit: & hunc fuiſſe auctorem primum ſcribendi res geſtas Martyrum Platina [P] affirmat ; dicens id factum eſſe propter quendam Maximum, qui Martyrio conatus eſt, ne vnà cum vita bene agentium memoria aboleretur. Sed minori videtur id diligentia Platina adnotaſſe, cùm Damaſus non pronuntiet illum primum fuiſſe, ſed à notariis ſolùm geſta Martyrum exquiſiuiſſe, & recondidiſſe in Eccleſia ; ex quo conſequi videtur, eam curam notarios ante

B illud tempus habuiſſe : & quia Anterum PP. ob id Martyrem effectum à quodam Maximo Præfecto idem Damaſus perhibet : Non factus ergo Martyr Maximus ſed Martyrem Maximus fecit Anterum ; quòd facta Martyrum perpetua vellet memoria conſeruari Tyranni enim Impp. inuidentes gloriæ Martyrum, vt eorum memoria aboleretur, inhibuerunt ſæpè, ne res ab illis geſtæ literis mandarentur. Ante Fabianum & Anterum notarios huic negotio ſeptem præpoſuiſſe Clementem Romanum, idem Damaſus eſt auctor [q] [Hic (inquit) fecit VII. regiones diuidi fidelibus Eccleſiæ, qui geſta Martyrum, ſolicitè & curiosè vnuſquiſque per regionem ſuam perquireret.] Tametſi enim ciuitatem Romanam in quatuordecim fuiſſe regiones diſtributam tradant Sextus Rufus, Publius Victor, & Cornelius Tacitus : compendij tamen cauſa in ſeptem regiones à Pontificibus illa diſpertita eſt, & harum ſingulis ſingulos

C diaconos (quos ob id regionarios vocabant) præfecerunt. Quot verò diaconi, tot ſubdiaconi ; & quot ſubdiaconi, tot notarij, deſignabantur. Hos autem illis fuiſſe ſubiectos, ſcribit Damaſus [r] : [Hic regiones (ait) diuiſit diaconis, & fecit ſeptem ſubdiaconos, qui ſeptem notariis imminerent, qui geſta Martyrum in integrum colligerent.] Paulinus [s] etiam D. Ambroſij notarius & qui vitam eius conſcripſit, ait ſe fuiſſe ſub cura Taciti diaconi, ad quem cuncta acta referret. Neque Romanam tantùm Eccleſiam eam curam ſuſtinuiſſe conſtat, ſed & omnes reliquarum prouinciarum, quòd ab omnibus eam ſuſpiciendam Fabianus PP. [t] mandarit. Quare eum morem peractebuiſſe in Hiſpania Prudentius [u] & D. Iſidorus [x] ſignificant, dum in Martyrio Sancti Emeterij & Celedonij præceptum fuiſſe aiunt à Maximo & Aſterio, ne Chriſtiani ſcriptis ſuos Martyres celebrarent, conquiſitáque fuiſſe omnia, vt igni traderentur : nec potuit aliter ipſe Prudentius tot Sanctorum Martyrum qui cum multis annis ætate præceſſerant, acta conſcribere, niſi vetuſta illi horum notariorum exemplaria opem ſuppeditaſſent. In Africa eandem operam his colligendis dediſſe Afros Patres indicat Diuus Cyprianus [y], monens presbyteros & diaconos, vt dies quibus Martyres tormentis fuiſſent affecti, adnotarent. Quod & ante Cyprianum in vſu Africanæ Eccleſiæ fuiſſe Pontius [z] ſcribit illius diaconus. [Maiores noſtri (inquit) plebeis & catechumenis Martyrium conſecutis, tantum honoris præ Martyrij ipſius veneratione dederunt, vt de paſſionibus eorum multa aut propè dixerim penè cuncta conſcripſerint. Vt ad noſtram quoque notitiam qui nondum nati fuimus, peruenirent. His ergo honoribus non afficiendum eum, qui in idôlis frangendis occupatus fuerit occiſus Concilio placuit : ne nimia primum audacia proiecti, néve inanis gloriæ cupidi (vt de Circumcellionibus ait Auguſtinus) ornamenta horum honorum Martyrum aucupantes, ſe Martyrio confidenter offerrent : poſtea verò tormentis cederent leuiſſi

E mè : néve tandem forti & intrepido animo ad idôla confringenda proſilirent reliqui nimis impudenter ; eaque ratione à Gentilibus in eos furentibus necarentur. Si autem ſuo tempore & loco, piè & fructuosè euertendis idôlis operam collocarent, nemo ſanæ mentis negauerit eos & eximiam laudem & Martyrij titulum mereri, qui vitam pro religione & religionis auctore Chriſto profudiſſent. Quod & multis ſanctorum exemplis poſſumus demonſtrare In primis enim Concilium Nicænum II. [a] ex Leontio Epiſcopo Neapoleos Cypri, libro quinto apologiæ pro Chriſtianis contra ludæos hæc refert : [Me verò (inquit) cum videris Chriſti, aut eius inculpatæ Matris, aut alterius iuſti imaginem ſalutantem, confeſtim indignaris, blaſphemias fundis, reſilis, & idololatras nos vocas. Mirum te extra verecundiam, neque horrere, neque tremere, neque erubeſcere, cùm videas me per orbem terrarum idolorum fana deſtruentem ; Martyrum verò templa ædificantem. Iam ſi conſtat me idola adorare, quid cauſæ eſt, quamobrem Martyres qui idôla deſtruxerunt, veneror vt deos, & glorifico ? quo pacto ipſos Martyres, qui ſtatuas ligneas confregerunt, honore proſequor ? ſi ligna, vt deos glorifico,

[P] *Platina in Anstero.*

[q] *Damaſus in vita Clementis.*

[r] *Damaſus in vita Fabiani.*

[s] *Paulinus in vita D. Ambroſij.*

[t] *Fabianus PP epiſt. decret.*

[u] *Prudent. in vita S. Emeterij, &c.*

[x] *D. Iſidorus in Hiſpali Matyrologio.*

[y] *D. Cyprianus in epiſt. 37. ad presbyteros & diaconos Carthaginenſes.*

[z] *Pontius diaconus in vita Cypriani.*

[a] *Nicæni Concilij act. 4.*

A que essent ætatis studio alacri, & ira quoque incensi, acriter incumbebant, adeò vt etiam aures eius tenuibus quibusdam funiculis auellerent. Pueri prætereà, qui scholas frequentabant, fructum hoc pro ludo habere. Quin etiam cùm in sublime elatum, instar globi inter se voluere, vltro citroque tum ab se proiicere, tum dehuò excipere stylis, quibus eum acerbè & crudeliter pupugerunt. Vbi verò corpus vulneribus vbique deformatum erat, & ipse nihilominus adhuc spiritum ducebat, illum melle & liquamine vngunt, imponunt in sportulam, quæ tota ex iuncis contexta erat, in sublimi denique suspendunt. Quo quidem tempore etiam vespæ & apes ad eum aduolarent, carnémque eius excederent, ferunt eum Arethusiis dixisse, se in sublime positum esse, videréque eos infra humi repentes: quare ea quæ tum sibi, tum eis post euentura essent, præsignificasse dicunt. Traditum est prætereà, eum qui tum illius loci præfectus erat virum, licet superstitioni Gentilium in primis deditum, moribus tamen alioqui adeò
B præstabilem, vt etiam adhuc celebris fama de eo percrebresceret, Marci constantiam & patientiam admiratum, liberè Imperatorem, tum admonuisse, tum incusasse, propterea quòd ipsis ab vno sene qui tot & tam grauibus tormentis adeò magno ac forti animo se oppoſuerat deuictis, turpis meritò nota inureretur dedecoris: & tum ipsi omnibus ridiculè, tum illi contra quos eiusmodi facinora ediderant, illustres & glorioſi viderentur. Itaque Beatus ille Marcus, tam generosa mente Arethusiorum furori & multiplicibus tormentis, ab illis sibi inflictis restitit, vt etiam sit ab ipsis Gentilibus magnam laudem consecutus.] His accedit Martyrium sanctæ Eulaliæ Emeritensis, de qua Prudentius [f] hæc in eius laudem canit, post alia.

[f] Prudent. in Peristephan. hymno in laudem S. Eulal.

Martyr ad ista nihil, sed enim
Infremit, inque Tyranni oculos
C *Sputa iacit, simulacra dehinc*
Dissipat, impositámque mola
Turibulis pede prosubigit.
Nec mora carnificis gemini
Iuncea pectora dilacerant,
Et latus vngula virgineum
Pulsat vtrinque, & ad ossa secat,
Eulalia numerante notas.

Et vt plura alia breuiori compendio repetamus, his sunt adiungenda quæ de Macedonio, Theodulo & Taciano refert Sozomenus [g]: de B. Benedicto Gregorius Magnus: de S. Martyrio Bonfinius [h]: de B. Vigilio Tridentino Egnatius [i]: de Vvolfredo Anglo Krantius [k]: de B. Geroldo Aldeburgensi Episcopo Helmodus [l]: de Vnuuamo Hamburgensi Antistite Krantius: de Iusta & Rufina confringentibus idôlum Veneris & ob
D id Martyrio affectis, D. Isidorus [m]. Quibus consonat quod de Eupsichio ex Patriciis Cæsareæ Cappadociæ oriundo Sozomenus [n] adfert: præ fidei enim studio, cùm Fortunæ templum euertisset, in carcerem detrusus, præclaro dato & virtutis & pietatis testimonio, securi percussus coronatus est.

[g] Sozom. l. 5. c. 10. D. Greg. l. 2. dial. c. Bonfin. lib. 5. dec. 1. [i] Egnat. l. 3. c. 7. [k] Krant. lib. 4. Metrop. c. 8. [l] Helmol. in chron. Sclauonum. [m] D. Isidorus in Breuiario Goth. [n] Sozom. l. 5. histor. Eccles. c. 10.

Hac autem diruendorum idolorum licentia, Principes, & subditi vti debent, non abuti: quorum potestatem tribus his pietatis, & prudentiæ regulis vellem circumscribi. Prima, vt in prouinciis Catholica fide, & religione iam imbutis, nulla patiantur antiquæ idololatriæ, vel superstitionis vestigia. Quod, vt omittamus veteris legis præcepta, recentioribus Conciliorum decretis grauiter & seuerè id interdicentibus confirmabo. [Admonere placuit fideles (docet Concilium [o] nostrum) vt quantum possint, prohibeant, ne idôla in domibus suis habeant.] Toletanum XII. [p] eandem regulam præscripsit Principibus. Sed iterata grauiori sanctione repetitum est in Concilio Toletano XVI. [q] his verbis: [Manifestissimè liquet, quòd hostis humani generis, vt Apostolus narrat, per mundum rugiens currat, quærens quem deuoret: nam diuerso tergiuersationis suæ astu, quàm plurimos insipientium decipiens, suis eos decipulis irretire non cessat: & cùm Dominus præcipiat: Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum; & reliquæ. Et iterum: Non facietis vobis idôlum, & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum. Rursumque: Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies: illi diuersis suadelis decepti, cultores idôlorum efficiuntur, veneratores lapidum, accensores facultatum, excolentes sacra fontium, vel arborum, auguratores quoque, seu præcantores, multaque alia, quæ longum est narrare. Et quia ille nec conditor eorum est, nec Dominus, ac Redemptor; summo-

[o] Concil. Illiberitanum, can. 40. [p] Conc. Toletanum 12. can. 11. [q] Conc. Toletanum 16. can. 2.

1. Petri, 5. Exod. 20. Leuit. 26. Deut. 6.

A consilio adhibito. Quod idem Augustinus obseruauit, dum post illa, subiunxit: [Multi Pagani habent istas abominationes in fundis suis; nunquid accedimus, & confringimus? Prius enim agimus, vt idôla in eorum cordibus confringamus. Quando Christiani, & ipsi facti fuerint, aut inuitant nos ad tam bonum opus, aut præueniunt nos. Modò orandum est pro illis, non irascendum illis.] Et post alia: [Quia ergo terrere eos voluit Deus, putant nos vbicumque quærere idôla: quæ cùm inuenerimus, in omnibus locis frangere. Quare? non ante nos sunt loca, in quibus sunt? Aut verè ignoramus vbi sint ista? & tamen non facimus, quia non dedit in potestatem Deus. Quando dat Deus in potestatem? quando Christianus erit, cuius res est modò, factum voluit cuius res est. Si nollet ipsum locum dare Ecclesiæ, & tamen iuberet in re sua non esse idôla: puto quia debuit summa deuotione fieri à Christianis, vt adiuuaretur absens Christiana anima, quæ in terra vult Deo gratias agere: non vult ibi aliquid esse in contumelia Dei.
B Huc accedit, quia Ecclesiæ dedit ipsa loca. Et in re Ecclesiæ idôla futura erant? Fratres, ecce quid displicet paganis. Parum est illis, quia de vilis ipsorum non illa tollimus, non illa frangimus: & in nostris volunt ea seruari. Contra idôla prædicamus, de cordibus illa tollimus, sumus persecutores idolorum. Profitemur. Nunquid seruatores? non facio, vbi non possum: non facio vbi conqueritur dominus rei. Vbi autem vult fieri, & gratias agit: reus ero, si non fecero.] Hæc Augustinus. Quæ similia aut eadem ferè sunt cum his quæ Episcopi nostri hoc Concilio ante [t] decreuerunt, dum idôla ex ædibus priuatorum, & tolli, & euerti voluerunt, ni vim seruorum extimescerent, hoc est ni probabiliter coniicerent, commodam legis nostræ propagationem impediri, vel seruorum ethnicorum animos, hac acerbitate ad maiorem in nostros crudelitatem excitari. [Admonere (ait) placuit fideles, vt quantum possint prohibeant, ne idôla in domibus suis habeant. Si verò vim metuunt seruorum, vel se ipsos puros conseruent,] hoc enim
C casu abstinendum ab euersione idolorum voluerunt. Quod Constantino Magno semper placuisse, retuli paulò superiùs, consilio (vt opinor) Magni Osij Episcopi Cordubensis, à cuius sententia, nec in minimis solebat Constantinus discedere.

[t] *Can. 40. huius Conc.*

Posterior præscriptio, & regula est: vt quoties ad sacrificandum idôlis nos metu pagani, vel vi adigant, quoties fraude, vel quo alio modo consilio impellant, ea constanti & heroica virtute disturbemus, prosternamus, conculcemus: cùm nefariam vim, vi sancta liceat propulsare: etiam in ipsis eorum territoriis, in media populi luce, etiam si in nostra potestate prouinciæ illorum non sint; etiam si corda illorum ad credendum dura, & ferrea sint; etiam si patrimonij, si honoris, si sanguinis, si vitæ periculum præsens sit. Glorioſum & felix mortis genus, quo æternæ vitæ præmium tanta securitate comparatur. His enim de causis, vel vna illarum commoti fuêre, quotquot idolorum simulacra disturbantes, honore & corona Martyrum decorati sunt. In quorum numerum
D potiori iure sunt referendi, qui afflante diuino spiritu eadem labefactantes occiduntur: sed cautè peruidendum, num spiritus ex Deo sit.

Illud autem Christianos veteres in demoliendis Gentium idôlis miscè obseruasse, animaduerto: vt eruta, vel sublata, non vsui priuato, sed publico deputarent; ne potiùs auaritiæ, quàm zelo Christiano, ea direptio agentibus tribueretur. D. Augustinus [u] ad Publicolam: [Et cùm templa (inquit) idôla, luci, & si quid huiusmodi, data potestate, euertuntur, quamuis manifestum est, cùm id agimus, non ea nos honorare, sed potiùs detestari, ideò tamen in vsus nostros priuatos dumtaxat, & proprios non debemus aliquid vsurpare: vt appareat nos pietate ista destruere, non auaritia. Cùm verò in vsus communes, non proprios ac priuatos, vel in honorem Dei Veri conuertuntur, hoc de
E illis fit, quòd de ipsis hominibus, cùm ex sacrilegis, vel impiis in veram religionem mutantur.] Theodosium Imperatorem Alexandriæ Gentium delubra Theophili Episcopi consilio disturbantem, ornamenta omnia templorum in vsum pauperum conuertisse, à Socrate [x] memoriæ proditum est.

[u] *D. Aug. ep. 154 ad Publicolam.*

[x] *Socrates l. 5. hist. Ecclesiast. c. 16.*

COMMENTARII NOVI.

CONsequens supra traditæ interpretationi est per hæc verba *in numerum non recipi Martyrum*, non solum Martyrum honores negare PP. Circumcellionibus, qui in fractione idolorum occisi fuerunt, verùm nec vt Martyres eos agnoscere Ecclesiam, cum non ob fidei zelum, sed ob temeritatem occubuissent. Diximus agi in præsenti de illis, qui ausu temerario & audaci temeritate sine delectu temporis aliquáve inspiratione diuina, tantum vanâ, & inutili gloria ducti, vt Martyres venerabiles fierent, crudeles in se ipsos idola passim

COMMENTARII NOVI.

EPiſcopi olim licet Martyres canonizare non poſſint, cum hoc omni tempore Pontifici, & Concilio generali fuerit reſeruatum, tamen ipſos populo proponebant venerandos in numerumque beatorum referebant, & propriis ouibus publicè colendos edebant Auguſt. *in breuic. collat. die 3. cap. 13.* Euſeb. *l. 4. hiſt. cap. 14. & lib. 5. cap. 15.* immò & fideles aliquando ipſos Martyres adhuc viuos, & in carne poſitos colebant. Vnde Prudentius ad S. Vincentium poſt tormenta in molli repoſitum culcitra ait:

Coire toto ex oppido
Turbam fidelem cerneres:
Mollire præſultum torum,
Siccare cruda vulnera.
Ille vngularum duplices
Sulcos pererrat oſculis
Hic purpurantem corporis
Gaudet liuorem lambere.

Imò & aliquando contigiſſe ſcimus vt Epiſcopus Martyri ne dum extincto templum dicaret, videréque Martyr ſemimortuus titulum ſibi adhuc degenti in corpore eripere, quod S. Encratiæ contigiſſe teſtantur Aurel. Clemens hymno d. 18. Martyr.

Hunc nouum noſtræ Titulum fruendum
Cæſarauguſtæ dedit ipſe Chriſtus,
Inge viuentis domus vt dicata
Martyris eſſet.

M. Maximus in epigram. de eod. (*gens.*
Templa dicata ſibi videt hæc in corpore de-

Nec in hac parte eius nouum ſtatuit, Alexand. III. *in c. 1. de reliquiis & venerat.* vt vulgò putatur, & in eius comment. probabimus; interim videndi ſunt Ant. Saulay *in apparat. ad Martyr. Gallic. cap. 22.* Oliuar. *poſt notas M. Maximi in S. Ioanne vindicato.* GONZALEZ.

De his, qui duabus ſororibus copulantur.

De his, qui duabus ſororibus copulantur.

Canon LXI.

Si quis poſt obitum vxoris ſuæ, ſororem eius duxerit; & ipſa ſit fidelis, quinquennio à communione placuit abſtinere: niſi fortè velociùs dari pacem neceſſitas coëgerit infirmitatis.

Canon LXI.

Si quis poſt obitum vxoris ſuæ, ſororem eius duxerit; & ipſa fuerit fidelis, quinquennio à communione placuit abſtineri: niſi fortè dari pacem velociùs neceſſitas, coëgerit infirmitatis.

Hunc canonem retulit Rabanus in lib. Pœnitentium, cap. 1.

CAPVT QVADRAGESIMVM-NONVM.

Vxore mortua, non licere cum eius ſorore matrimonium contrahere.

PRimum (vt opinor) decretum literis conſignatum, quo conſtitutum eſt, matrimonium affinitate impediri, hoc Hiſpanorum Epiſcoporum videtur, antiquo Romanorum iure abrogato, quo licebat cum defunctæ vxoris ſorore matrimonium contrahere. Cæcilius Metellus, vxore defuncta, illius ſororem deſponſam tulit. Craſſum defuncti fratris vxorem duxiſſe prodit Plutarchus: Pudentillam tabulas nuptiales feciſſe cum viri mortui fratre, Apuleius [g]. Congruit autem cum antiquo legis Moſaïcæ, in quo hæc matrimonia cum fratre, vel ſorore præmortui interdicta ſunt. Hoc tamen lex illa à noſtra differebat, quòd vxor præmortui fratris ſine filiis, neceſſariò tenebatur, cum fratre prioris mariti, & ipſe cum illa matrimonio coniungi, ni pœnam illa lege præſcriptam ſubire vellet. Hoc autem in lege noſtra non licet huius Concilij decreto & Altiſiodorenſis. [Non licet (ait) duas ſorores (ſi vna mortua fuerit) alteram in coniugium accipere.] Quod autem hîc, & in Concilio Altiſiodorenſi [h] de viro ſtatutum eſt, ne cum ſorore vxoris etiam præmortuæ quis nuptias celebret, id à fœmina obſeruandum, ne duobus fratribus nubat, Concilium cauit Neocæſarienſe [i]. [Mulier ſi duobus nupſerit fratribus, abiiciatur vſque in diem mortis, ſed propter humanitatem in extremis ſuis, ſacramentis reconciliari oportet ita tamen vt ſi fortè ſanitatem recuperauerit, matrimonio ſoluto ad pœnitentiam admittatur.] Quẽ canonem ſiue prior frater viuat, ſiue iam è viuis exceſſerit (vt de vxoris ſorore hîc dicitur,) intelligendum generalia eius verba manifeſtè demonſtrant. Quinimo de fratre præmortui eo magis intelligendum eſt, quòd de viui mariti fratre minor, aut nulla eſſe poſſet

[g] *Apulei. Apol. Leuit. 17. c. Pa extat Deut. c. 2.*

[h] *Conc. Altiſiod. can. 30.*

[i] *Concil. Neocæſarienſe can. 1.*

A vocaretur, *capite vigesimo quinto* Deuteron. quod præceptum refertur Ruth. *cap.* 1. & 4. Matthæi *cap.* 22. Marci *cap.* 1. Lucæ *c.* 20. & *in cap. ollm* 35 *quæst.* 1. apud Iosephum *lib.* 4. *antiquit. Iudaic. c. vlt.* notauit eruditus D. Laurent. Ramirez *in Pentecon. cap.* 26. & illustrauit Seldenus ad *leges Hebræorum cap.* 14. & *in cap.* 18. Leuit. *cap.* 18. prohibetur viro, superstite vxore eius sororem concubinam habere his verbis: *Sororem vxoris tuæ in pellicatum non accipias, neque reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente,* ex quibus Theologi expositiui in eo textu. & Bellarm. *tom.* 2. *controu. lib.* 1. *de matrim. cap.* 27. *vers. nono probatur.* Arcudius *in concord. eccles. Orient. & Occident. lib.* 7. *cap.* 31. defuncti vxore in lege veteri licitum esse viro eius sororem ducere probatur.

B

Hoc etiam probatur ex vsu diuersarum gentium, apud quas permissum legitur coniugium cum sorore coniugis prædefuncti, vt apud Chananæos referentibus Abulensi *in lib. Auth quæst.* 31. P. Serano *ibid. cap.* 4. *quæst.* 7. Philone Hebræo *lib. de nobil.* & constat ex facto Iudæ relato Genes. *cap.* 38. & apud Ægyptios, qui vsque ad annum Christi 476. Imperij videlicet Zenonis vtebantur matrimonio vxoris fratris prædefuncti vsquedum Zeno id districtionibus pœnis prohibuit *leg. licet* 8. *C. de incestis nupt.* Nemini enim dubium est Ægyptios ab Hebræis plures mores traxisse, vt obseruauit castigatissimus vir D. Ioseph. de Perez *lib* 8. *epistc. cap.* 29. & inter eos hunc matrimonij vsum accepisse testantur Iosephus Castellion *variar. lect cap.* 12. Nicolaus Serarius *lib. de S. Kilian. cap.* 16. qui eandem consuetudinem apud Germanos obseruari referunt. Apud Athenienses etiam ex l. Solonis simile coniugium cum sorore vxoris prædefunctæ permitti ex Plutarcho & alijs refert Samuel Petitus *ad ius Atticũ lib.* 6. *tit.* 1. *pag.* 441. & apud Lunomenses, & Lituanos licitum fuisse huiusmodi coniugium, & vsitatum constat ex *cap. vlt. de diuort.* ex Ioan. Boemo *lib.* 3. *de morib. Gentium cap.* 8. vbi ait: absque sanguinis respectu Patre mortuo filius nouercam, frater fratris vxorem in vxores accipiunt. Imo, & apud Romanos honestatis in nuptiis magnos sectatores *leg. semper* 42. *ff. de ritu nupt.* huiusmodi coniugia permissa fuerunt, vt liquet ex *leg.* 4. § *hoc itaque ff. de gradibus leg. fratris* 5. *Cod. de incestis nuptiis*, Plutarcho in M. Craso ibi: *altero defuncto fratre vxorem eius duxit, liberosque, suos ex illa genuit, nec in his continentia cuiquam cessit Romanorum.* Et probatũt Alex. ab Alex. *lib.* 1. *dier. genial. cap.* 24. *vbi* Tiraquel. *& in l.* 7. *connubiali ex n.* 50. Franciscus Duaren. *ad tit. solut. matrim. subtit. de nupt.* §. 3. *vers. hactenus* Cuiac. *ad tit. C. de incest. nupt.* Brisson. *de iure connub pag.* 61. Giphan. *in leg. nemini* 17. *C. de nuptiis.* Neque contrarium docetur in fragment. seu instit. Gaij lib. 1. tit. 4. §. 8. in illis verb. *sed neque huic viro duas vxores habere neque vni mulieri duobus fratribus iungi permittitur, & in leg. nemini* 17. *in fine C. de nupt.* vbi dum de impedimento affinitatis agitur, & recensentur socrus, & nouerca hæc adduntur verba: *cæteriſque quæ iure antiquo prohibentur à quibus cunctos volumus abstinere*, quibus complecti videtur

C

D

E

matrimonium cum sorore vxoris prædefunctæ, nam quo ad verba Gaij certum est fragmenta illa non esse antiqui Iurisconsulti Caij, sed Anniani Christiani I. C. natione Gothi Cancellarij Regis Alarici, qui plura mutauit, & composuit iuxta constitutiones sui temporis, vt docuerunt Cuiac. Donel. & alij congesti ab Hilligero *lib.* 4. *commen. Donel. cap.* 36. *litt. B.* S. Bertrandus *de iurisperitis lib.* 1. *pag.* 80. *in Caio* vnde prædicta verba referenda sunt ad constitutionem Constantis, & Constantij in *l.* 2. *C. Theodos. de incestis nupt.* Similiter verb. Diocleciani *in d. l. nemini* 17. referenda sunt ad prohibitionem matrimonij cum nouerca, & eius ascendentibus socru, eius filia, & aliis descendentibus, & sponsa filij, cum quibus etiam iure antiquo nuptiæ prohibebantur *l. adoptiuos* 14. §. *vlt. leg. fiqua* 12. §. 1. *leg. Aristo ff. de ritu nupt.* §. *si vxor* 7. *instit. de nupt.* non autem exaudiri possunt de nuptiis prohibitis cum sorore vxoris, aut cum relicta fratris.

Ex his liquido constat impedimentum hoc iuris naturalis, aut diuini non esse, sed tantum iuris positiui, quod latè probatur pro adstruendo matrimonio Henrici VIII. Regis Angliæ Gomerius, & Vrrielus, & post eos pluribus relatis Borrellus *de præstantia Regis Cathol. cap.* 16. Germon. *lib.* 1. *animad. cap.* 16. Michael Rouselius *lib.* 1. *hist. Pontif. iurid. cap.* 5. totius Hispaniæ, & sæculi nostri Papinianus alter Præceptor meus D. D. Franciſc. Ramos del Manzano Academiæ nostræ iuris Cæsarei quondam Primarius antecessor, nunc à Consiliis Magni nostri Monarchæ in supremo Castellæ Senatu, & in Indiarum Regali Concilio Præses meritissimus in celebratissima illa licet non satis laudata consultatione magni, & Canonica de dispensatione in primo gradu collaterali *punct.* 1. *per totum*, quem transcripsit A. Diana *p.* 8. *tract.* 1. *de potest. Pontif. resol.* 68. qui plures casus referunt, in quibus S. P. in hoc gradu consueuit dispensare. Neque contrarium suadetur ex aliquibus iuris locis, quibus vt dissertis nituntur authores contrariæ sententiæ. Et primò idem non probatur ex *cap. ad audientiam* 4. *de sponsalibus* in illis verb. *quoniam scriptum est quod sponsam fratris frater habere non potest*, ex Concil. Roman. sub Zacharia anno Christi 745. can. 6. ibi *vt consobrinam fratris vxorem, vel etiam de propria cognatione nullus præsumat in coniugio copulare, quia scriptum est in l. Domini: turpitudinem vxoris, PP. vxoris fratris, atque sororis tuæ non reuelabis. Turpitudo enim tua est.* Parisiensi 3. sub Ioan. 3. can. 4. *nullus ergo illicita coniugia contra præceptum Domini fortiri præsumat id est fratris relictam*, Auernensi 1. sub Vigil. can. 11. *Siquis relictam fratris sororem vxoris carnalis contagij macula crediderit violanda, & ausu sacrilego authoritatem diuinæ legis, ac iura naturæ perruperit.* In quibus supponi videtur dari legem diuinam coniugium in hoc gradu prohibentem; nam ea iura referenda sunt ad præceptum legis veteris, relatum Leuit. *cap.* 18. *vers.* 16. in illis verb. *Turpitudinem vxoris tui fratris non reuelabis: quia turpitudo fratris tui est, & cap.* 20. *is, qui duxerit vxorem fratris sui, rem facit illicitam*; quod nec in lege gratiæ repetitum fuit, nec

interdictum tentauerint, proiiciantur ab Ecclesia.

facere contra interdictum tentauerint, proiiciantur ab Ecclesia.

CAPVT QVINQVAGESIMVM.

De aurigis agi in hoc canone, non auguribus: & cur tam acri pœna auriga ferianiur.

QVis augures vnquam cum pantomimis coniunxit? quis sacerdotum collegia, cum Circo, vel theatro? quis diuinandi, cum agitandi, vel repræsentandi peritis, nisi deprauata editorum codicum exemplaria? Pro augure, auriga legendum est. Quod præter emendatiores Codices MS ex Conciliis Arelatensibus. I. & II. liquet, in quibus omnes ferè canones huius Concilij translati sunt. In primo Arelatensi. [c] [De agitatoribus qui fideles sint, placuit, eos quamdiu agitant, à communione separari.] In secundo. [u] [Hæc de agitatoribus siue theatricis, qui fideles sunt, placuit, eos quamdiu agunt, à communione separari.] Agitatores autem, & aurigas eosdem esse constat ex rescripto Valentiniani, Theodosij, & Arcadij Imppp.[x] ad Albinum. P.P. [Quòd si quisquam (aiunt) ex agitatoribus, id est aurigis, seu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum.] Id etiam Isidorus [y] probat, vtriusque originem tradens: [Ars Circi (inquit) auriga & currus, equites vel pedites. Auriga propriè dictus, quòd currum agat, siue quòd feriat iunctos equos. Nam haurit, ferit dicimus, vt: Latus haurit apertum. Ipse est & agitator, id est, verberator, ab agendo dictus.] De aurigis præterea Patres Hispanos hic vnà & pantomimis cogitasse, multo est probabilius, quàm de auguribus: nam ars aurigarum, etsi in reliquis prouinciis frequens, in Hispania fuit semper frequentissima, ob equorum Hispanicorum alacritatem, & celeritatem, quorum vsus ad ludos Circenses, non Hispania tantùm, sed Roma sæpe requisiuit. Aurelius enim Symmachus vrbis Romæ Præfectus in prætura filij, cùm spectacula esset exhibiturus, ab Hispania, equos educi Romam curauit; & de ea cura plures illius epistolæ extant ad Messalam. [z] [Instruenda (inquit) mihi, atque adornanda prætura est, ad cuius nos editionem magnitudinis tuæ processus animauit. Inceptum enim meum viribus fratris vtetur. Quæso igitur, vt mecum religiosè votiua officia partiaris, & familiaribus meis ad Hispaniæ longinqua pergentibus, ob equorum curulium coëmptionem suffragia, promouendi conferre digneris.] Et alibi: [a] [Amor mutuus (inquit) facit, vt tibi ex vsu meo agenda delegem. Cùm igitur filij mei Prætoria instet editio, quam vir illustris comes, omnium virtutum genere sublimissimus, suis euectionibus iuuare dignatus est, coëmptioni equorum ex Hispania celeritas admouenda est. Quare quæso te, vt familiares meos ad Hispanias missos nulla tarditas demoretur, quos iuuari tuis literis volo, vt illis merita tua Hispanorum mentibus impressa suffragio sint. Vale.] Aliæ etiam sunt eiusdem Symmachi, in quibus fit mentio curulium quadrigarum, siue equorum Circensium Hispani sanguinis, de quibus etiam vendendis denegata, vel concessa licentia meminerunt Imppp. Valentinianus, Valens & Gratianus. [b] Mirificè enim placebat in Circo equorum Hispanicorum alacritas & celeritas, adeò vt Capitolinus recenseat; Verum Imperatorem, volucri equo Prasino aureum simulacrum fecisse. Quare cùm tanta esset de Hispanicorum celeritate concepta, vel opinio, vel existimatio, vt vento conceptos arbitrarentur, Plinio [c] teste; eos ad Circenses ludos & aurigarum certamina, & Roma, & prouinciæ desiderarunt. Aurigarum autem officium vt à doctrina religionis nostræ alienum & plenum idololatriæ improbarunt vetustissimi Ecclesiæ scriptores, Tertullianus, Augustinus & alij quos superiùs [d] retulimus; sed hoc loco non omittendus Saluianus qui Circensium horum ludorum acerrimè est insectatus insaniam. [e] [Fingamus enim quòd respicere nos Dominus noster velit etiam, non merentes: videamus si potest. Ecce innumera Christianorum millia in spectaculis rerum turpium quotidie commorantur: potest ergo illos Deus respicere, qui tales sunt; potest ad eos respicere qui bacchantur in Circis? qui mœchantur in theatris? an fortè hoc volumus, & hoc dignum putamus, vt cum in Circis nos & in theatris Deus videat, ea quæ nos aspicimus, aspiciat quoque ipse nobiscum; & turpitudines quas nos cernimus, cernat & ipse nobiscum? alterutrum enim fieri necesse est: quòd si nos videre dignatur, consequens

[c] *Concilium Arelatense. 1. can. 5. & 6.*

[u] *Concilium Arelatense. 2. can. 20.*

[x] *Valēs, Theodosius, & Arcadius. Imperat. ad Albinum P.P. in l. 9. C. de maleficis. & mathematic.*

[y] *Isidorus lib. 18. etymolog. cap. 30.*

[z] *Symmachus epistola. 81. libri. 7. & epistola. 106.*

[a] *Idē Symmachus lib. 9. epistola. 12. 18. 19. 20. 21. 22. 23.*

[b] *Imperatores, Valentini. Valens, & Gratianus, in l. 1. C. Theodosian. de equis. curulib. libro 15.*

[c] *Plin. lib. 8. c. 42.*

[d] *Hoc lib. 3. c. 40.*

[e] *Salvianus lib. 1 de prouidentia Dei.*

A *num ſeruum liberum faceret, ne Domino eius vis, & iniuria fiat.* Ex Tertull. lib. de ſpectacul. cap. 22. *Etenim ipſi, authores, & adminiſtratores ſpectaculorũ, quadrigarios ſcenicos, &c. Et ex eâdem parte, quam magni faciunt, deponunt, & deminuunt, imò manifeſtè damnat ignominia, & capitis minutione, arcentes curiâ, roſtris, ſenatu, equite, cæteriſque honoribus, omnibus ſimul, ac ornamentis. Quibus quanta peruerſitas! Amant quos multant, depretiant quos probant. Artem magnificant, artificem notant. Quale iudicium eſt, vt ob ea quis offuſcetur, per quæ promeretur? Imò quanta confeſſio eſt malæ rei, quorum authores cum acceptiſſimi ſint, ſine notâ non ſunt.* Et innititur *in l. 4. C. de ſpect. lib. 11.*

B Sed cum deprauata Republica ab adoleſcentibus nobilibus hæc ars exerceretur, ideò illi tantum notabantur infamia, qui quæſtus cauſa in certamina prodibant, *l. 2. ff. de his, qui notant.* docent Renatdus *lib. 5. var. cap. 13.* Pamel. *in not. ad Tert. cap. 2. num. 172.* Stewech. *ad Veget. de re milit. cap. 24.* Briſſon. *lib. 1. ſelect. cap. 10.* Cæterum ſi non quæſtus cauſa, ſed potiùs vt ſacris ſolemnibus inſeruirent, curſus agerent, tunc eos ab infamiâ eximi docet Vlgianus in *l. 4. in princ. ff. de his qui notant. infam.* Vnde non ſolum ciues, verum & Senatores, imò & ipſi Imperatores hanc improbam artem exercebant, vt teſtantur de Caio Tacitus *lib. 14. annal. cap. 14.* Dio *lib. 61.* de

C Nerone Suetonius *in eo cap. 4. & 22.* de Vitellio idem *in eod. cap. 4.* de Vero Iulius Capitolin. *in eo*: de Commodo Herodian. *lib. 3.* de Caracalla idem *in eod.* Tanti itaque habita fuit Romæ aurigandi peritia, tantoque honore, & ſpectantium plauſu, qui prius metam attingebant, vt aliqui aurigæ Veneficiis, imprecationibuſque vterentur, vt equos ſimul curentes in curſu ſiſtere facerent Arnobius lib. 1. aduerſ. Gentes: *Quis enim hos neſciat familiarum diſrumpere charitates, at ſine clauibus reſerare, quæ clauſa ſunt, aut hora ſilentio vincere, aut in curri culis equos incitare tardare?*

D Adiectus quas dæmoniacas imprecationes ſtatuerunt Imperatores in *leg. vlt. C. de malefic.* aurigas contra maleficæ artis prohibitionem aliquid patrantes vltimo ſupplicio eſſe afficiendos. Cuius maleficij celebre extat teſtimonium apud D. Hieronym. in vita S. Hilarionis: *Sed & Italicus*, inquit, *eiuſdem oppidi municeps aduerſus Garenſem Daumuirum manet idolo deditum Circenſes equos nutriebat. Hoc ſiquidem in Romanis vrbibus iam idem ſeruatur à Romulo, vt propter fœlicem Sabinarum raptum ab ipſo quaſi Conciliorum Deo, quadrigæ ſepteno curram circuitu, & equos partis aduerſæ fregiſſe victoria ſit. Hic igitur æmulo ſuo habente maleficium, qui dæmoniacis quibuſdam imprecationibus, & huius impediret equos, & illius incitaret ad curſum, venit ad B. Hilarionem & non tam aduerſarium ladit, quam ſe defendi obſecrauit. Cum ſubrideret, & diceret: cur enim non magis equorum pretia pro ſalute animæ tuæ pauperibus erogas? Nec poſſe hominem Chriſtianum vti magicis artibus, ſed à ſeruo*

E *Chriſti potiùs auxilium petere, maximè contra Agacenſes aduerſarios Dei, & non tam ſibi, quam Eccleſiæ Chriſti inſultantes, rogatus ergo à fratribus, qui aderant, ſcyphum fictilem quo bibere conſueuerat, aqua iuſſit impleri, eique tradi. Quem cum accepiſſet Italicus, & ſtabulum & aurigam ſuum, rhedam, carcerumque repagula aſperſit. Mira Vulgi ſpectatio. Nam & aduerſarius hoc ipſum irridens diffamauerat, & factores Italici certam victoriam pollicentes exultabant. Igitur dato ſigno, hi adulant, iſti præpediunt, ſub horum curru rota feruent; illi præter volantium terga vix cernunt: clamor ſit vulgi nimius, ita vt ethnici quoque ipſi concreparent. Marnas victus à Chriſto eſt.* His autem qui prior ad cretam certaminis finem perueniebat, victor proclamabatur, tantoque ſpectantium plauſu coronabatur, vt ad Deos euehi ſcripſi. Horat. lib. 1. Od. 1.

——Palmaque nobilis
Terrarum dominos euehit ad Deos.

Et præmia magna conſequebatur Lamprid. in Commodo, *Circenſes multos addidit libidine potius, quam religione, & vt dominos factionum ditaret.* Comprobat Theodorici Regis in Sabinum aurigam liberalitas apud Caſſiodor. 2. lib. 2. variar. cap. 9. *Dudum ſiquidem æſtimatis meritis Sabino aurigæ vnum ſolidum dari menſtruũ feceramus. Nunc autem quoniam Iſtorio honeſta nos ſupplicatione permouit, aſſerens, vt qui lætitiæ publicæ miniſter exiſtit, mendacitate triſtiſſima non debeat ingrauari: præſenti iuſſione decernimus, vt alterũ ſolidum per menſem ſupra memoratus equorum moderator accipiat, quod publicis debeat rationibus imputari.* Vnde cum his ludis à diabolo excogitatis in deriſum Eliæ curru igneo in cœlum rapti, vt referunt D. Cyprian. in epiſt. miſſa plebi in Euangelio ſtanti ibi: *Pudor me tenet præſcriptiones eorum in hac cauſa, & patrocinia referre. Vbi*, inquiunt, *ſcripta ſunt iſta? vbi prohibita? aliquin & auriga eſt Iſraël Elias, & ante arcam Dauid ipſe ſaltauit*: quibus occurrens ſubiungit: *nam quod Elias auriga eſt Iſraëlis, non patrocinatur ſpectandis Circenſibus, in nullo enim hic circo currit.* Tertull. *de ſpect. cap. 23.* Populus oblectaretur, & aurigæ ipſi ditarentur, etſi Patres Eccleſiæ iã à primo eius ſæculo eos probro haberent, D. Clemens lib. 4. conſtit. *qui ſpectat venationes, aut Circenſes, eliciatur, aut ludis vale dicat*: tamen penitus auertruncare non potuerunt, idcóque adhuc ſub Chriſtianis Imperatoribus edebantur *leg. Dominico C. de ſpectac. in Theod.* & Iuſtiniani ſæculo adhuc viguiſſe certamen illud refert Nicephor. *lib. 17. cap. 21.* Vnde deiectionem ab Eccleſia imponunt Patres in præſenti huiuſmodi aurigis, ſi ad illam nefariam artem cui iam renunciarunt, reuertantur, & ſi Catechumeni renunciare nolnerint non ſolum differendum eſſe eorum Baptiſmum, verum & proiiciendos eſſe ab Eccleſia, ideſt à gradu Catecheſis, in quo erant, vt expleto tempore baptiſmum reciperent. GONZALEZ.

AVT

AVT PANTOMIMI.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-PRIMVM.

Qui fuerint Pantomimi, & cur tam acris illis pœnitentia imponatur.

PAntomimi dicebantur, qui molli & impudica saltatione, qui fracto corporis motu, indecentique gesticulatione ita res gestas repræsentabant, vt loqui manibus magis, quàm agere viderentur. Cassiodorus: [h] [Constituatur à vobis Prasini Pantomimus, quatenus sumptum quem pro spectaculo ciuitatis impendimus, electis contulisse videamur. Hanc partem musicæ disciplinæ mutam nominauere maiores: scilicet quæ ore clauso manibus loquitur, & quibusdam gesticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua aut scripturæ textura possit agnosci.] Et alibi: [i] [Pantomimo igitur, cui à multifaria imitatione nomen est, cum primùm in scenam plausibus inuitatus aduenerit, assistunt consoni chori diuersis organis eruditi: tunc illa sensuum manus oculis canorum carmen exponit, & per signa composita, quasi quibusdam literis edocet intuentis aspectum: in illaque leguntur apices rerum: & non scribendo facit quod scriptura declarauit: idem corpus Herculem designat & Venerem, fœminam præsentat & marem, Regem facit & militem, senem reddit & iuuenem: vt in vno credas esse multos tam varia imitatione discretos.] Hanc Tiberio Imperatori suo tempore natam Suidas [k] scribit, & eam adeo illi displicuisse refert Dio, vt Roma omnes Pantomimos exegerit: quod & iterum Traiano factum commendat Plinius. [l] Hi autem actus suos edebant in theatro: quà ratione theatrum vocat Tertullianus, [m] priuatum impudicitiæ consistorium, vbi mimorum & Pantomimorum turpitudinem ad viuum expressit. [Similiter (inquit) impudicitiam omnem amoliri iubemur. Hoc igitur modo etiam à theatro separamur, quod est priuatum consistorium impudicitiæ, vbi nihil probatur, quàm quod alibi non probatur. Ita summa gratia eius de spurcitia plurimum concinnata est, quam Atteilanus gesticulator, quam Mimus etiam per mulieres repræsentat sexum pudoris exterminans, vt faciliùs domi quàm in scena erubescant; quam denique Pantomimus à pueritia patitur in corpore, vt artifex esse possit. Ipsa etiam prostibula publicæ libidinis hostiæ in scena proferuntur, plus miseræ, in præsentia fœminarum, quibus solis latebant, perque omnis ætatis, omnis dignitatis ora transducuntur, locus, stipes, elogium, etiam quibus opus non est, prædicatur. Taceo de reliquis, ea quæ in tenebris & in speluncis suis delitescere decebat, ne diem contaminarent. Erubescat Senatus, erubescant ordines omnes. Ipsæ illæ pudoris sui interemptrices de gestibus suis ad lucem & populum expauescentibus semel anno erubescunt. Quòd si nobis omnis impudicitia execranda est, cur liceat audire, quæ loqui non licet? cùm etiam scurrilitatem & omne vanum verbum iudicatum à Deo sciamus? cur æquè liceat videre, quæ facere flagitium est? Cur quæ ore prolata communicant hominem, ea per oculos & aures admissa non videantur hominem communicare? cum spiritui apparent aures & oculi, nec possit mundus præstari, cuius apparitores inquinantur. Habes igitur & theatri interdictionem, de interdictione impudicitiæ.] Multo clariùs aurigarum, & pantomimorum turpitudines reprehendit idem Tertullianus: [n] [Quum igitur humana recordatio (inquit) etiam obstrepente gratia voluptatis, damnandos eos censeat, ademptis bonis dignitatum in quendam scopulum famositatis: quanto magis diuina iustitia in eiusmodi artifices animaduertit? An Deo placebit auriga ille tot animarum inquietator, tot furiarum minister, tot statuum, vt sacerdos coronatus, vel coloratus vt leno, quem curru rapiendum diabolus aduersus Heliam exornauit? Placebit & ille, qui vultus suos nouacula mutat infidelis erga faciem suam, quam non contentus Saturno & Isidi & Libero proximam facere, insuper contumeliis alaparum sic obiicit, quasi de præcepto Domini laudat? Docet scilicet diabolus verberandam maxillam patienter offerre. Sic & tragœdos cothurnis exsulit,

[h] *Cassiodorus libro 1. variar. epist. 10.*

[i] *Idem lib. 4. epist. vltima.*

[k] *Suidas verbo Athenodorus. Dio lib. 57.*

[l] *Plinius in Panegyrico ad Traian.*

[m] *Tertul. in lib. de spectacul. cap. 17.*

[n] *Idem Tertullian. cap. 23. & 24. libro de spectac.*

Matth. 6. Luca. 11.

A extulit, quia nemo poteſt adiicere cubitum vnum ad ſtaturam ſuam, mendacem facere vult Chriſtum. Iam verò ipſum opus perſonarum, quæro an Deo placeat, qui omnem ſimilitudinem vetat fieri; quanto magis imaginis ſuæ. Non amat falſum auctor veritatis; adulterum eſt apud illum omne quod fingitur. Proinde vocem ſexus ætates mentientem, amores, iras, gemitus, lacrymas adſeuerantem non probabit, qui omnem hypocriſin damnat. Cæterùm cum in lege præſcribit, maledictum eſſe qui muliebribus curatur: ſanè & ille artifex pugnorum impunitus.] Saluianus [o] [Talia (inquit) ſunt, quæ fiunt in theatro, vt ea non ſolùm dicere, ſed etiam recordari aliquis ſine pollutione non poſſit: alia quippe crimina, ſingulas ſibi ferme in nobis vendicant portiones, vt cogitationes ſordidæ animos, vt impudici aſpectus oculos, vt auditus improbi, aures: ita vt cum ex his vnum aliquid errauerit, reliqua poſſint carere peccatis: in theatris verò nihil eorum reatu vacat, quia & concupiſcentiis animus, & auditu aures, & aſpectu oculi polluuntur. Quæ quidem omnia tam flagitioſa ſunt, vt etiam explicare ea quiſpiam atque eloqui ſaluo pudore non valeat. Quis enim integro verecundiæ ſtatu dicere queat, illas rerum turpium imitationes; illas vocum ac probrorum obſcœnitates; illas motuum turpitudines; illas geſtuum fœditates? quæ quanti ſint criminis, vel hinc intelligi poteſt, quòd religionem ſui interdicunt.] Poſt ſubdens [Alia quoque omnia mala agentes polluunt non videntes vel audientes, ſiquidem etſi blaſphemum quendam audias, ſacrilegio non pollueris, quia mente diſſentis: etſi interuenias latrocinio, non inquinaris actu, quia abhorres animo; ſolæ ſpectaculorum impuritates ſunt, quæ vnum admodum faciunt, & agentium, & aſpicientium crimen. Nam dum ſpectantes hæc comprobant, ac libenter vident; omnes ea viſu audituque agunt, vt verè in eos Apoſtolicum illud peculiariter cadat, quia digni ſunt morte, non ſolùm qui faciunt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Itaque in illis imaginibus fornicationum; omnis omnino plebs animo fornicatur: & qui fortè ad ſpectaculum puri venerant, de theatro adulteri reuertuntur. Non enim tunc tantummodo quando redeunt, ſed etiam quando veniunt fornicantur: nam hoc ipſo quòd aliquis rem obſcœnam cupit, dum ad immunda properat, immundus eſt: & cùm hæc ita ſint, qui talia agimus, negligi nos à diuinitate cauſamur, relinqui nos à Domino noſtro dicimus, cùm ipſi Dominum relinquamus.] Lactantius: [p] [Quid de mimis loquar, corruptelarum præferentibus diſciplinam? qui docent adulteria, dum fingunt; & ſimulatus erudiunt ad vera? Quid iuuenes aut virgines faciant, cũ hæc & fieri ſine pudore, & ſpectari libenter ab omnibus cernunt? Admonẽtur vtique quid facere poſſint, & inflãmantur libidine, quæ aſpectu maximè cõcitatur; ac ſe quiſque pro ſexu in illis imaginibus præfigurat; probantque illa dum rident; & adhærentibus vitiis, corruptiores ad cubicula reuertuntur: nec pueri modò quos præmaturis vitiis imbui non oportet, ſed etiam ſenes, quos peccare iam non decet, in talem vitiorum ſemitam dilabuntur.] Et mox: [Vitanda ergo ſpectacula omnia, non ſolum ne quid vitiorum pectoribus inſideat, quæ ſedata & pacifica eſſe debent, ſed ne cuius nos voluptatis conſuetudo deliniat, & à Deo & bonis operibus auertat: nam ludorum celebrationes deorum feſta ſunt; ſiquidem ob natales eorum vel templorum nouorum dedicationes ſunt conſtituti. Et primitus quidem venationes, quæ vocantur munera. Saturno attributæ ſunt, ludi autem ſcenici Libero, Circenſes Neptuno: paulatim verò & cæteris diis idem honos tribui cœpit, ſingulique ludi numinibus eorum conſecrati ſunt, ſicut Siſinus Capito in libris ſpectaculorum docet. Si quis igitur ſpectaculis intereſt, ad quæ religionis gratia conuenitur, diſceſſit à Dei cultu, & ad deos ſe contulit, quorum natales & feſta celebrauit] Minutius Felix [q] [In ſcenis etiam non minor furor, turpitudo prolixior: nunc enim mimus vel exponit adulteria vel monſtrat, nunc eneruis hiſtrio, amorem dum fingit, infligit. Idem deos veſtros induendos, ſtupra, ſuſpiria, odia decorat] Qua ratione Beatus Chryſoſtomus, [r] theatralem chorum malorum omnium fontem, ſcaturiginem ac fomitem appellat theatra, peſtilentiæ cathedram, incontinentiæ gymnaſium, luxuriæ officinam, impudicitiæ orcheſtram, Babylonicam fornacem: & ideò theatrorum ingreſſum Chriſtianis interdixit. Sic Epiphanius, [s] Auguſtinus, [t] Iſidorus, Arnobius & alij. A quorum ſententia non diſſenſit vetus ethnicorum prouidentia, cùm priſci Maſſilienſes, quorum diſciplinam & grauitatem Græciæ, & cunctis gentibus anteponere Cicero [x] non dubitauit, antequam ad eorum aures Chriſti doctrina & religio peruenireſſet. Mimis, quorum argumenta maiori ex parte ſtuprorum continebant actus, nullum in ſcenam aditum dabant, ne vt eleganter à Valerio Maximo [y] traditum

Exod. 20.

o *Saluianus lib. de prouidentia.*

Roman. 1.

p *Lactant. lib. diuinar. inſtit. cap.* 20.

q *Minutius Fe in Octauio ad fi*

r *D. Chryſoſt. homil.* 69. *in cap.* 1 *Matthæi. & homilia* 62. *ad populum Antiochen & homil. in Pſ* 50.

s *D. Epiphan. a finem libroru qs contra hæreſes ſcripſit.*

t *D. Auguſt. lib. de conſenſ. Euangel. cap.* 33. *& l.* 2. *de ſymbol. cap*

u *D. Iſidor. lib.* 1 *etymolog cap.* 31

x *Cicero in orat. pro Flacco.*

Digitized by Google

est, talia spectandi consuetudo, etiam imitandi licentiam sumeret. Ob eam turpitudinem & genus idololatriæ quod in omnibus Circi & theatri actibus solebat admitti : non solùm fideles ab eis peragendis sub excommunicatione arcebantur, sed antequam fidem susciperent, eis se non adfuturos in baptismo promittebant, vt docet Diuus Clemens, [z] & post illum Tertullianus. [a] [Ne quis (ait) argumentari nos putet, ad principalem auctoritatem conuertat, ipsius signaculi nostri. Cum aquam ingressi Christianam fidem in legis suæ verba profitemur, renunciasse nos diabolo & pompæ & angelis eius ore nostro contestamur. Quid erit summum ac præcipuum, in quo diabolus & pompæ, & angeli eius censeantur, quàm idololatria ? Ex qua omnis immundus & nequam spiritus, vt ita dixerim, quia nec diutius de hoc. Igitur si ex idololatria vniuersam spectaculorum paraturam constare constiterit, indubitatè præiudicatum erit, etiam ad spectacula pertinere renunciationis nostræ testimonium in lauacro, quæ diabolo & pompæ & angelis eius sint mancipata, scilicet per idololatriam. Commemorabimus origines singulorum, quibus incunabulis in seculo adoleuerint; exinde titulos quorundam, quibus nominibus nuncupentur ; exinde apparatus, quibus superstitionibus instruantur ; tum loca, quibus præsidibus dicentur, tum artes, quibus auctoribus deputentur. Si quid ex his non ad idôlum pertinuerit, id neque ad idololatriam neque ad nostram eierationem pertinebit.] Et post : [b] [Quot adhuc modis perorabimus, nihil ex his spectaculis deputantur, placitum Deo esse aut congruens Dei seruis, quod Domino placitum non sit, si omnia propter diabolum instituta, & ex diaboli rebus instructa monstrauimus ; nihil enim non diaboli est, quidquid Dei non est, vel Deo displicet : hoc erit pompa diaboli, aduersus quam in signaculo fidei eieramus, quod autem eieramus, neque facto, neque dicto, neque visu, neque prospectu participare debemus. Cæterùm nonne eieramus & rescindimus signaculum, rescindendo testationem eius ? Nunquid ergò supereſt, vt ab ipsis ethnicis responsum flagitemus ? Illi iam nobis renum cient, an liceat Christianis spectaculo vti. At quin hinc vel maximè intelligunt factum Christianum, de repudio spectaculorum. Itaque negat manifestè, qui per quod agnoscitur, tollit. Quid autem spei supereſt in eiusmodi homine ? nemo in castra hostium transit, nisi proiectis armis suis, nisi destitutis signis & sacramentis principis sui, nisi pactus simul perire.] D. Cyprianus eidem sententiæ subscribit. [c] [Omnia (inquit) ista spectaculorum genera damnauit, quando idololatriam sustulit, ludorum omnium matrem : vnde hæc vanitatis & leuitatis monstra venerunt. Quod enim spectaculum sine idôlo ? Quis ludus sine sacrificio ? Quod certamen non consecratum mortuo ? Quid inter hæc Christianus fidelis facit, si idololatriam fugit, quid loquitur ? Qui tam sanctus sit de rebus criminosis, voluptatem capit ; quid contra Deum superstitiones probat : quas amat dum spectat ? Cæterum sciat hæc omnia inuenta dæmoniorum non Dei. Impudenter in Ecclesiæ dæmonia exorcizat, quorum voluptates in spectaculis laudat : & cum semel illi renuntians, rescissa sit res omnis in baptismate : dum post Christum ad diaboli spectaculum vadit, Christo tanquam diabolo renunciat.] Saluianus [d] [In spectaculis enim quædam apostatatio fidei est : & à Symbolis : ipsius & cœlestibus Sacramentis lethalis præuaricatio. Quæ est enim baptismo salutari Christianorum prima confessio ? quæ scilicet : nisi vt renunciare se diabolo ac pompis eius atque spectaculis & operibus protestentur ? Nam spectacula & pompæ, etiam iuxta nostram professionem opera sunt diaboli. Quomodo igitur ô Christiane ; spectacula post baptismum sequeris, quæ opus esse diaboli confiteris ? Renuntiasti semel diabolo & spectaculis eiusiac per hoc necesse est, prudens & sciens, dum ad spectacula remeas, ad diabolum redire te cognoscas. Vtrique enim rei semel simul renuntiasti, & vnum vtrumque esse dixisti. Si ad vnum reuerteris ; ad vtrumque remeasti : Abrenuntio enim (inquis) diabolo, pompis, spectaculis & operibus eius : & quid postea ? Credo (inquis) in Deum Patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius. Ergo primum renunciatur diabolo, vt credatur Deo ; quia qui non renuntiat diabolo, non credit Deo : & ideò qui reuertitur ad diabolum, relinquit Deum. Diabolus autem est in spectaculis, pompis suis, ac per hoc, cum redimus ad spectaculum, relinquimus Fidem Christi Hoc itaque modo omnia Symboli Sacramenta soluuntur : & totum quod in Symbolo sequitur labefactatur, & inquinatur. Nihil enim sequens stat, si principale non steterit. Dic mihi tu Christiane ; quomodo te tenere sequentia Symboli putas, cuius principia perdidisti ? membra

[z] *D. Clem. lib. 8. constitutio. Apostolicar. cap. 38.*
[a] *Tertull. lib. de spectacul. cap. 4.*
[b] *Idem in eodem cap. 24.*
[c] *D. Cyprian. epistol. 1. ad Rogatianum & lib. de spectacul. cap. 3.*
[d] *Saluian. lib. 5. de prouidentia Dei.*

membra ſine capite nihil proſunt; & ad exordia, ſua cuncta reſpiciunt: quæ vtique ſi perierint, omnia peſſum trahunt. Siquidem ſtirpe ſublata, aut non ſunt reliqua, aut ſi ſunt, ſine emolumento ſunt, quia ſine capite nihil conſtat.] Diuus Iſidorus [c] [Deum (inquit) negat, qui talia præſumit. Fidei Chriſtianæ prævaricator effectus eſt, qui id denuò appetit, cui in lauacro iam pridem renuntiauit, id eſt diabolo, pompis & operibus eius.] Hoc eſt ergo quod Epiſcopi Hiſpani in hoc canone decreuerunt, eos nimirum qui credere voluerint, id eſt qui baptiſmum ſuſcepturi ſunt, in eius ſuſceptione Circi & theatri artibus, quibus antea dediti erant, renunciaturos. Nec ſolùm exercitationem & vſum earum deſerere debent, ſed & aſpectum. Antiqua enim fuit Eccleſiæ conſuetudo, non recipiendi ad baptiſmum indifferenter quoſcunque, ſed eos tantùm quos vitæ honeſtas commendabiles Eccleſiæ reddidiſſet. Quare non ſolùm his ſtudiis dediti quæ idololatriam redolerent, quibus nullum grauius exſtare poſſe certum eſt, arcebantur à baptiſmo, vt D. Auguſtinus [f] teſtatur, ſed & aliis minoribus irretiti, ni priùs profiterentur eam vitæ turpitudinem deſeruros. [Hoc ſi ita eſt (inquit Auguſtinus) fateamur iſtos laudabili caritate conari, vt omnes indiſcretè admittantur ad baptiſmum, non ſolùm adulteri & adulteræ contra ſententiam Domini falſas nuptias prætendentes, verùm etiam publicæ meretrices in turpiſſima profeſſione perſeuerantes, quas certè etiam nulla negligentiſſima Eccleſia conſueuit admittere, niſi ab illa primitus proſtitutione liberatas.] Tanti enim ſacramenti participes noluit Eccleſia eos fieri; quorum vitæ turpitudo Spiritui ſancto [i] accipiendo impedimento eſſet. Sicut enim indignè corpus Domini aſſumentem, iudicium ſibi manducare & bibere Apoſtolus docuit: ſic & ad baptiſmum accedentem Diuus Auguſtinus. [g] [Sicut enim (inquit) qui manducat & bibit ſanguinem Domini indignè, iudicium ſibi manducat; ſic & qui accipit indignè baptiſma, iudicium accipit, non ſalutem. Nam & Iudas proditor bonum corpus, & Simon Magus bonum baptiſma Chriſti percepit, ſed quia bono non benè vſi ſunt, malè vtendo deleti ſunt. Bonum eſt baptiſma, bonum eſt Chriſti ſanguis & corpus, bona eſt & lex; ſed ſi quis ea legitimè vtatur.]

[c] *D. Iſidor. lib. 18. etymologiar. c. 62.*

[f] *D. Auguſt. lib. vnico de fide & operib. cap. 12. Idem Auguſt. de octo Dulcy quæſtion. quæſt. 1.*

[i] *1. Corinth. 11.*

[g] *Auguſtin. lib. vnico contra Fulgentium Donatiſtam. cap. 6. 1. Corinth. 11. 1. Timot. 1.*

COMMENTARII NOVI.

PAntomimi nomen Græcum eſt Luciano teſte ſaltatorem, geſticulatoremque ſignificat, cui à multifaria geſticulatione nomen hoc eſt inditum. Illi enim fracto corporis motu, indecentique geſticulatione ita res geſtas repræſentabant, vt loqui manibus magis quam agere viderentur, Caſſiodor. lib. 4. var. epiſt. vltim. *Pantomimo igitur, cui à multifaria imitatione nomen eſt, cum primum in ſcena plauſibus inuitatus aduenerit: aſſiſtunt conſoni chori diuerſis organis eruditi: tunc illa ſenſuum manus oculis canorum carmen exponit, & per ſigna compoſita quaſi quibuſdam litteris edocet intuentis aſpectum, in illaque leguntur apices rerum, & non ſcribendo facit quod ſcriptura declarauit. Idem corpus Herculem deſignat, & Venerem, fœminam repræſentat, & marem, Regem facit, & militem, ſenem reddit, & iuuenem, vt in vno credas eſſe multos tam varia imitatione diſcretos.* Et lib. 1. de Pantomimo ita ſcribit: *conſtituatur à vobis Pracinij Pantomimus quatenus ſumptum, quem pro ſpectaculo ciuitatis impendimus, electis contuliſſe videamur.* Hanc partem muſicæ diſciplinæ mutam nominauere maiores, ſcilicet quæ ore clauſo manibus loquitur, & quibuſdam geſticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut ſcriptoræ textura poſſit agnoſci. Et latini ſeum qui Pantomimi partes agit, ſaltare dicunt Quintil. lib. 6. inſtit. c. 2. *Fruitione vſus Auguſtus de Pantomimis duobus, qui alternis geſtibus contendebant, cum eorum alterum ſaltatorem dixit, alterum interpellatorem.* Sueton. *in Caligul. c.* 57. Pantomimi mentio fit *in l. 3. § Neratius de condit. Cauſa. dat. l. Titius* 43. *ff. de action. empti l. Patronus* 25. *l. ſi libertus* 27. *ff. de oper. libert.* & apud authores bonæ notæ, quos congerit collega noſter eruditus D. Franciſc. de Amaya *in leg. vnic. C. de Maiuma num.* 7. Hoc artis ludicræ genus improbatum, & deteſtatum inuenio tam legibus ciuilibus, quam ſacris Canonibus, apud Romanos non ſolum infamia notabantur Panotomimi, ſed etiam tribu mouebantur, notatione cenſoria, quæ de moribus & fortunis vniuſcuiuſque fiebat: quinto quolibet anno vt D. Auguſt. *lib. 2. de ciuit. Dei cap.* 13. refert, eiuſque ſeuetitatis metu ciues Romanos ab hac arte ſe continuiſſe tradit Tacitus *lib. 14. Annal.* & inter iuſtas cauſas, ob quas vir vxorem repudiare poterat, illa erat, ſi theatralibus ludis in illis locis, in quibus hæc aſſolent celebrari marito prohibente interfuiſſet *leg. conſenſu §. vir quoque C. de repudiis*, quod & Sempronium Sophum feciſſe refert Valerius *lib. 6. cap. 5.* quem textum doctè illuſtrant Fornerius *lib. 2. rer. quotid. cap.* 15. D. Ioſeph. de Retes *lib. 2. opuſc. cap. 23. num.* 18. Pater etiam exhæredare poterat filiũ qui ſe inter mimos ſociaſſet, & in ea arte perſiſteret, quod non

A

Idem. AAA. Heraſio, Proc. Afric.

QVæcunque ex huiuſmodi fœcet progenitæ, ſcenica officia declinare ludicris miniſteriis deputentur: quas necdum tamen ſanctiſſimæ religioni & in perenni ſeruandæ Chriſtianæ legis ſecretorum reuerentia ſuæ fidei vindicarit. Illac etiam fœminas liberatas contubernio ſcenici præiudicij durare præcipimus, quæ manſuetudinis noſtræ beneficio expertes muneris turpioris eſſe meruerunt.

Hanc ſummi priui'egij loco habuerunt Chriſtiani, quòd antea cogerentur à Gentilibus pœnæ & ſupplicij cauſa, vel gladiatorum, vel venatorum, vel comœdorum, tragœdorum, & ſcenicorum munus obire, vt auctor eſt Clemens. [l]

[l] *D Clemens lib Apoſtolicar. conſtit. cap.* 1.

B Quòd ſi Gentiles olim, vt gratiam aſſequerentur, & communionem Eccleſiæ in percipiendo baptiſmo, omne genus turpitudinis in cantu, vel ſaltatione ſpe rnere cogebantur, quid facturi ſint iam Chriſtiani ſancto regenerati lauacro, vt æternam conſequantur beatitudinem, hinc rogo, vt eruant. Cuius ſtudij cura quanta & à fidelibus & à magiſtratibus habenda ſit, vel Platonis ethnici, Chriſtiani iam doctrinam exaudiamus. Negat enim muſicas leges mutari poſſe ſine mutatione legum publicarum, ideóque valde fore timendum, ne nouis turpiſſimi cantus vel ſaltationis inuentis antiquæ & ſalutares leges mutentur, & noua deinde pernicies ſenſim illapſa ciuium animos malis ſtudiis & doctrinis malis totas repentè ciuitates euertat. [m] [Aſſentior enim Platoni (ait) Nihil tam facilè in animos teneros atque molles influere, quàm varios canendi ſonos, quorum dici vix poteſt, quanta ſit vis in vtranque partem: namque & incitat languentes, languefacit excitatos, & tum remittit animos, tum contrahit, ciuitatumque hoc multarum in Græcia interfuit antiquum vocum ſeruare modum: quarum mores lapſi, ad mollitiem pariter ſunt immutati cum cantibus, vt hac dulcedine corruptelaque deprauati, vt quidam putant, aut cum C ſeueritas eorum ob alia vitia cecidiſſet, tum fuit in auribus animiſque mutatis, etiam huic mutationi locus. Quamobrem ille quidem ſapientiſſimus Græciæ vir, longeque doctiſſimus, valde hanc labem veretur: negat enim mutari poſſe muſicas leges ſine mutatione legum publicarum. Gratuito olim iſta vendicabat vetus illa Græcia, longè prouidens, quàm ſenſim pernicies illapſa ciuium animos malis ſtudiis maliſque doctrinis repentè totas ciuitates euerteret: ſi quidem ſeuera illa Lacedæmon neruos iuſſit, quòd plures quam ſeptem haberet, in Timothæi fidibus inde demi.]

[m] *Ex ſententia D monis Philoſoph refert & probat Plato lib.* 4. *de R publica* [m] *Cicero lib.* 2. *legib.*

Nouus cantus & ſaltationis inue ta Reip. mutati nem minantur ſententia Plato nis: ideo ſumi illa cauenda, ſ turpia ſint.

COMMENTARII NOVI.

D OMni æuo in Eccleſia, qui Chriſtianæ militiæ nomen dare cupiebant, non priùs ad Baptiſmum accedebant, quam renunciaſſent diabolo, pompæ eius, & operibus, & Angelis, & machinationibus eius, D. Ambroſ. in Paulum ad Coloſſenſes cap. 2. ibi: *Omnis, qui baptizatur in Chriſto, moritur mundo; renuntiat enim ſuperſtitionum erroribus, vt ſolum colat fidem Chriſti, & ita fit, vt per inimicitiam abrenunciationis inimicem ſibi mortui dicantur homo, & elementorum cultura; illic enim vetus homo deponitur, & nouus aſſumitur, peccatis moritur, vt iuſtitiæ viuat elementis abrenuntiat, vt Chriſto ſocietur, reſurrectionis futura tenens pignus exemplo Saluatoris, qui reſurrexit à mortuis. Hæc igitur commonuit, vt perſeueraret in abrenunciando pompæ, & præſtigiis Satanæ, qui idcirco elementorum ſuadet cultum, vt à Deo auocet, participes apoſtaſiæ ſuæ volens efficere homines.* D. Clemens *lib.* 3. *conſtit. cap.* 18. plura congerit Vicecom. *lib.* 2. *de ritib. Baptiſm. cap.* 16. *cum ſeqq.* Vetus quoque illa fuit in Eccleſia conſuetudo, vt omnes artes, quibus infenſiſſimus humani generis hoſtis decipere ſolet coram teſtibus baptizandi renuntiaretur, de qua renunciatione ait Apoſtol. ad Timoth. cap. 6. *Confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus*: quæ verba ita accepit D. Hieronymus ibi dum ait: *Confeſſus eſt bonam confeſſionem in Baptiſmo renunciando ſæculo, & pompis eius*, & ne vllo vnquam tempore talis renunciatio in dubium reuocari poſſit, publicis etiam litteris conſignabatur, quod indicarunt D. Auguſt. lib. 4. de Symb. ad Cathec. cap. 1. *Diabolo vos renunciare profeſſi eſtis, in qua profeſſione non hominibus, ſed Deo, & Angelis eius conſcribemibus, dixiſtis, renuncio*, D. Ambroſ. lib. de iis qui myſter. initian. cap. 2. *Renunciaſti diabolo, & operibus eius mundo, & luxuriæ eius, ac voluptatibus: tenetur vox tua non in tumulo mortuorum, ſed in libro viuentium.* Vnde in præſenti rectè Patres affirmant Catechumenos non renunciantes prædictis nefariis artibus ab Eccleſia eſſe proiiciendos ideſt ab illo loco, vbi vt Catechumeni conſiſtebant & Miſſam Catechumenorum in peccato perſiſtentium. *can.* 67. *infra.* Non ergo accipio hunc Canonem de mimis, ſeu Pantomimis poſt baptiſmum ſuſceptum ad nefariam artem reuerſis, ſed de illis, qui Baptiſmum petebant, & renunciare artibus illis tenebant contra Eccleſiæ interdicta. GONZALEZ.

E

Ferd. de Mendoza.

De vxoribus, quæ filios ex adulteris necant.	*De vxoribus, qua filios ex adulterio necant.*
Canon LXIII.	*Canon LXIII.*
Si qua mulier per adulterium absente marito conceperit, idque post facinus occiderit, placuit, ei nec in fine dandam esse communionem, eo quòd geminauerit scelus.	Si qua mulier per adulterium absente suo marito conceperit; idque post facinus occiderit; placuit, ei nec in fine dandam esse communionem, eo quòd geminauerit scelus.

BVrchardus lib. 17. decretorum. cap. 51. Iuo. lib. 9. cap. 102. aliter. [Si qua mulier (inquiunt) per adulterium absente marito conceperit: idque post facinus occiderit, placuit vix in fine dandam esse communionem, eo quòd geminauerit scelus. Sic etiam cum aduerbio (vix) ex Concilio Arelatensi can. 15. Refert idem Burchardus. c. 53. ex Eliberitano Rabanus Maurus in Pœnitentium lib. c. 11. & Pœnitentiale Romanum, apud Antonium Augustin. tit. 1. c. 27. Sed communem Concilij lectionem magis probo; quòd frequentius soleat Concilium cum grauia sunt crimina, etiam in extremo constitutis communionem negare. Quòd si simplici adulterio sine crimine homicidij, eandem pœnam constituerunt Patres, canone 64. quanto magis adulterio cum homicidio coniuncto? Sic etiam Concilium Ancyranum, quod post Illiberritanum, habitum antea ostendi, cum eiusdem criminis meminisset, antiquam refert diffinitionem fuisse, vt vsque ad obitum contaminari non communicarent. [De mulieribus (inquit can. 21.) quæ fornicantur, & partus suos necant, sed & de his quæ agunt secum, vt vtero conceptos excutiant, antiqua quidem diffinitio est, vsque ad exitũ vitæ ab Ecclesia remoueri (antiquam diffinitionem, huius Concilij decretum vocat) humaniùs autem diffinimus, vt eis decem annorum tribuatur. Id ipsum indicare videtur D. Basilius scribens ad Amphilochium Iconij Episcopum, cap. 2. dum referens eiusdem criminis pœnam; ait: [Oportet autem non vsque ad obitum eorum confessionem extendere, sed decem quidem annorum mensuram admittere, definire autem non tempore, sed modo pœnitentiæ medicinam:] Sic etiam Martinus (vt vocatur) Papa, siue Episcopus Bracarensis in collectione decretorum, cum huius Concilij canonem referret, negantem etiam partem retinuit. [Si qua mulier (ait) fornicauerit, & infantem & qui exinde fuerit natus, occiderit, & quæ studuerit abortum facere, & quod conceptum est necare, aut certè, vt non concipiat, elaborat, siue ex adulterio, siue ex legitimo coniugio has tales mulieres, nec in morte recipere communionem priores canones decreuerunt: nos tamen pro misericordia siue tales mulieres, siue conscias scelerum ipsorum, decem annis agere pœnitentiam, iudicamus.] Extat in collectione Conciliorum Martini c. 72. Concilium etiam Moguntinum sub Rabano Archiepiscopo cap. 21. Huius Concilij meminit, & canonem refert, sed in contextu & ad marginem vtraque lectio, nec in fine; & vix in fine, refertur: negantem magis probo.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-SECVNDVM.

De pœna parentum proprios fœtus interimentium.

NEfarium scelus & execrandam impietatem earum parentum [si parentes nuncupandæ sunt) quæ vel immaturos fœtus intra propria viscera latentes, vel recenter natos, & vt (inquit ille) à partu adhuc rubentes ad libidinis turpitudinem & infamiam tegendam interimunt (solent enim materna adulteria in lucem editi liberi parentum similitudinẽ & forma prodere) multis & his grauissimis legibus repressit semper, coërcuit & vindicauit recens & antiqua Ecclesiæ disciplina Patres

A tres Hiſpani communionem ad exitum vſque denegarunt in hoc canone nec immeritò, quòd parentes iſtæ triplicis ſint criminis reæ: homicidæ ſui, maritorum adulteræ & filij nondum nati: atroces parricidæ. Concilij Ancyrani [o] Epiſcopi decem annorum pœnitentiam: humaniùs poſteà Ilerdenſis [p] Concilij Patres ſeptennem tantùm præſcripſerunt. [Hi verò (aiunt) qui malè conceptos ex adulterio fœtus vel editos necare ſtuduerint, vel in ventre matrum potionibus aliquibus colliſerint, in vtroque ſexu adulteris, poſt ſeptem annorum curricula communio tribuatur: ita tamen, vt omni tempore vitæ ſuæ fletibus, & humilitati inſiſtant.] Poſt hæc, Concilium Arelatenſe [q] decem annorum pœnitentiam adiecit, ſuperioribus Ancyrani, Illiberritani, & Ilerdenſis conſtitutionibus renouatis, vt Burchardus [r] refert, & pœnitentiale Romanum [s]. [Mulieres quædam (ait) vt audiuimus, quæ ex fornicatione concipientes, metuentes, ne ſcelus quod occultè perpetrauerunt, manifeſtum fieret; infantes quos peperetunt occiderunt, & terræ congerie cooperuerunt, aut in aquas proiecerunt. Quod quantum nefas ſit, canones Ancyrani, Hiberitani (pro quo reponendum eſt Illiberritani) atque Ilerdenſis Concilij teſtes ſunt: his itaque vix in fine dandam eſſe communionem decernunt: ſed humaniùs tractantes, poſt decennem pœnitentiam, tales placuit ad communionem recipi.] Idem Burchardus [t] alterum canonem ex innominato Concilio refert: eſt autem Concilium Ancyranum [u]. [De mulieribus (inquit) quæ fornicantur & partus ſuos necant, vel quæ agunt ſecum, vt vtero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio, vſque ad exitum vitæ, eas ab Eccleſia remouet. Humaniùs autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus, ſecundùm præfixos gradus pœnitentiæ largiatur:] Vt homicidas puniendas decreuit Concilium Vuormacienſe [x]. [Mulieres igitur (inquit) quæ ante temporis plenitudinem, conceptos vtero infantes voluntate excutiunt, vt homicidæ proculdubio iudicandæ ſunt; illæ verò quæ dormiendo filios ſuffocare videntur, leniter de his iudicari oportet; quia nolentes & non conſentiendo, ad hunc deuolutæ ſunt caſum.] Impietatis maximæ eas coarguit Diuus Auguſtinus [y]: [Aliquando (ait) eo vſque peruenit hæc libidinoſa crudelitas, vel libido crudelis, vt etiam ſterilitatis venena procuret, & ſi nihil valuerit, conceptos fœtus aliquomodo intra viſcera extinguat, ac fundat, volendo prius interiſſe, quàm viuere: aut ſi in vtero iam viuebat, occidi, antequam naſci, prorſus.] Ante Auguſtinum Lactantius [z]: [Ad vitam enim (inquit) Deus inſpirat animas, non ad mortem. Verùm homines ne quod ſit facinus, quo manus ſuas non polluant, rudibus adhuc & ſimplicibus animis abnegant lucem non à ſe datam. Expectet verò aliquis, vt alieno ſanguini parcant, qui non parcunt ſuo? ſed hi ſine vlla controuerſia ſcelerati & iniuſti.] Ante Lactantium Minutius Felix [a]: [Sunt (ait) quæ in ipſis viſceribus medicaminibus epotis originem futuri hominis extinguunt, & parricidium faciunt, antequam pariant.] Ante Minutium Tertullianus [b]: [Nobis (inquit) homicidio ſemel interdicto, etiam conceptum vtero, dum adhuc ſanguis in hominem delibatur, diſſoluere non licet. Homicidij feſtinatio eſt, prohibere naſci, nec refert nato quis eripiat animam, an naſcentem diſturbet. Homo eſt & qui eſt futurus, & fructus omnis iam in ſemine eſt.] Apud Medicos enim & ſi in quæſtione fuerit aliquando, an partus in vtero animal ſit & homo: obtinuit tamen hominem eſſe, vt docet Hippocrates [c], & Galenus [d]: quod & apud Iuriſconſultos [e] receptum eſt, à quibus pœna homicidij ſancita eſt, in eum eamve, qui quæve partum animatum ab vtero abegerit, vel abortum procurauerit: nec enim leuius eſſe putant natales impedire, quam interimere natos, quod ſi fœtus abigatur non animatus, in exilium mittitur qui abegit. Nec lege Cornelia tenetur vxor adultera vel adulter qui partum abigi facit, ſed lege Pompeia de parricidiis. Quod crimen adeò graue tempore Iuſtiniani [f] Imperatoris & Leonis Cæſaris habitum eſt, vt conſtitutio edita ſit, permiſſa licentia marito dirimendi matrimonij, ſi mulier ſponte abortum feciſſet, Iuſtiniano teſte & Harmenopolo [h]. Quod tamen iuris canonici decretis abrogatum eſt. Vviſigothi etiam maiores noſtri hanc aduerſus abortum procurantes legem ſanxerunt [i]. [Qui mulieri prægnanti poculum dederit ad necandum infantem, vel ad faciendum aborſum, occidatur. Mulier quæ aborſum facere requiſiuit, ſi ancilla eſt, ducenta flagella ſuſcipiat; ſi ingenua, careat dignitate perſonæ, & cui iuſſerimus ſeruitura tradatur.] Pœnam auxit Flauius Cindaſiundus [k] Rex, quam vt pietatis laude pleniſſimam placuit referre: [Nihil eſt (inquit) eorum prauitate deterius, qui pietatis immemores, filiorum ſuorum necatores exiſtunt. Quorum quia vitium per prouincias regni noſtri ſic inoluiſſe narratur; vt tam viri, quàm fœmi

[o] *Concil. Acyran. can. 21.*
[p] *Concil. Ilerdens. can. 2.*
[q] *Conc. Arelatens. can. 5.*
[r] *Burchard. l. 17. c. 1.*
[s] *In pœnitent. Romano tit. 1. c. 27.*
[t] *Idem Burch. c. 1.*
[u] *Concil. Ancyran.*
[x] *Concil. Vuormac. can. 35.*
[y] *D. Auguſt. l. 1 nupt. & concup. cont. c. 15.*
[z] *Lactant. l. 6. diuinarum inſtit. c. 2*
[a] *Minut. Felix Octauio.*
[b] *Tertull. in Apologet. c. 9.*
[c] *Hippocrat. lib. puer. natura.*
[d] *Galen. prop. lib.*
[e] *L. ſi quis aliquem §. aborſionis, l. Cicero de pœnis, l. ſi mulier. ad l. Cornel. ſicar. l. diuus, de extraord. crimin. L. 15 ad l. Pomp. parricid.*
[f] *Iuſtin. in auth. nupt. §. hæc itaque cauſas collatione.*
[h] *Harmenopol. l. tit. 12.*
[i] *Vuiſigothorum, ges l. 6. tit. 3. l. 2.*
[k] *Cindaſiund. R in lib. 7 tit. 3 lib. Vuiſigothorum.*

fœminæ ſceleris huius auctores eſſe reperiantur ; ideò hanc licentiam prohibentes, decernimus, vt ſeu libera, ſeu ancilla natum filium filiamve necauerit ; ſiue adhuc in vtero habens, aut potionem ad obortum acceperit, aut aliquo quocunque modo extinguere partum ſuum præſumpſerit, mox prouinciæ iudex, aut territorij, vt talc factum repererit, non ſolùm operatricem criminis huius, publica morte condemnet ; aut ſi vitæ reſeruare voluerit, omnem viſionem oculorum eius non moretur extinguere : ſed etiam ſi maritum eius talia iuſſiſſe vel permiſiſſe patuerit, eundem etiam vindictæ ſimili ſubdere non recuſet.] Grauiorem multo ſanxit hac ætate Sixtus [l] Papa huius nominis Quintus, anno ſui Pontificatus quarto, decernens, vt qui, quæve abortum facere fierive iuſſiſſet, vel curaſſet, ea excommunicatione puniretur, qua ſolui à nemine poſſet, præter Romanæ ſedis Epiſcopum. Sed antiquo iuri reſtituit Gregorius XIV.

[l] *Sixtus Papa V. in conſtitutione, de facientibus aut procurantibus abortum.*

Olim autem ad euitandam tanti criminis grauitatem, aut crudelitatem potiùs, illud remedium excogitarunt Epiſcopi, vel vt minus malum elegerunt, vt ſinguli presbyteri in ſuis parochiis publicè fœminas præmonerent, vt ſi qua furtiuo & iniuſto concubitu concepiſſet, ne partum enecaret, ſed clam illum deferri faceret ante ianuas Eccleſiæ, vt fidelibus aliis & piis fœminis nutriendum vel Epiſcopi, vel presbyteri traderent [m]. [Hoc ſancto Concilio (Matiſconenſe fuiſſe refert Burchardus) decretum eſt, vt vnuſquiſque presbyter in ſua plebe publicè annunciet, vt ſi aliqua fœmina clanculo corrupta conceperit, & pepererit, nequaquam diabolo coarctante filium aut filiam ſuam interficiat, ſed quocunque prævalet ingenio, ante ianuas Eccleſiæ partum deportari, ibique poni faciat ; vt coram ſacerdote in craſtinum delatus, ab aliquo fideli ſuſcipiatur, & nutriatur : & tali ex cauſa homicidij reatum, & quod maius eſt, parricidium euadat : nam qui filium aut filiam interficit parricida omnimodis tenetur.] Hoc tamen niſi ad euitandum maius illud malum turpe eſſe docuerunt Auguſtinus, Lactantius, Tertullianus & alij.

[m] *Concil. Matiſc. can. 6. relatum à Burchardo lib. 3. decret. c. 100.*

Hinc fit, Platonis ſententiam vt erroneam iniquamque iuſtiſſimè refelli & accuſari à Theodoreto [n]. Aiebat enim Plato, viros ac mulieres, dum præſcriptum à ſe gignendi tempus excederent, liberè poſſe conuerſari, hoc tamen excepto, ne quem amplius conceptum fœtum in lucem ederent : ſi quis autem inſtitutum hoc violaſſet ; vt fœtum ad partum perduceret, ita eum exponi, vt omni alimento careret : quid verò vnquam tale vel Echetus, vel Phalaris (ait Theodoretus) legibus ſuis inſtituit ? quis tale parricidij genus eſt vnquam auſus ? Nam qui prohibet fœtus in lucem edi, abortitiis profectò pharmacis infantes corrumpi iubet.

[n] *Theodor. lib. 9. de Græcarum affectionum curat.*

COMMENTARII NOVI.

ZEphyrini edicto mœchia, paulo poſt homicidium, veniam poſt longam pœnitentiam impetrauere, ſed huiuſce Concilij tempus qui vtriuſque huius criminis reus deprehendebatur ; nec in ſine paci Eccleſiæ reddebatur : ſceleris geminatio, aut repetitio, vel in extremo vitæ periculo communione indigna videbatur. ALBASPINÆVS.

Iureconſulti in pœna imponenda matri, quæ viſceribus ſuis vim intulit, & fœtum necauit, atque abegit, vel extraneo, qui abortum procurauit, non conſentiunt. Stoici enim qui exiſtimabant fœtum in vteris maternis exiſtentem non eſſe hominem, aut animal, ſed partem matris, & portionem viſcerum eius, ſeu vt aiebat Aphrodiſius *lib. de anim. cap.* 20. maternorum viſcerum latens onus, & ideo impropriè & iuris fictione, vel Prætoriâ æquitate fœtus comparatur filiis iam natis *lib. 2. §. qui autem, ff. de excuſat. l. intelligendus 53. ff. de V. S. l. qui in vtero 7. & 26. ff. de ſtatu homin. l. ſi quis 187. ff. de reg. iur.* homicidium in eo fieri non credebant *lib. 2. ff. de mortuo inferendo*, vbi ait Marcellus, fœtum eſſe ſpem animantis, nec qui eum interimit propriè hominem occidiſſe, ideo non capitalem pœnam, quæ propria homicidij erat illis indicebant, ſed extra ordinem illos puniebant, in exiliumque damnabant *l. Diuus 4. ff. de extraordin. crimin. lib. 1. in princip. & §. 1. lib. 3. in princip. & §. 1. & 3. & 4. leg. quarta l. hi quoque 5. l. is, qui 6. l. circumcidere 12. l. ex S. C. 13. l. nihil 15 ff. l. is, cui 7. Cod ad l. Cornel. de Sicar. l. aut facta 16. §. euentus 8 ff. de pœnis* ; Paulus *lib. 5. ſentent. tit. 23.* Licinius Rufinus *in collat. leg Moſaic. tit. 1.* Hannenop. *in prompt. lib. 6. tit. 6.* vbi referuntur Vlpiani, Pauli Martiani, & Triphonini reſponſa, qui omnes Stoicorum ſcholam ſectati ſunt, vt poſt Merillum *lib. 1. obſerv.* ferè per totum eruditè probat ſummæ authoritatis Vir, & de vniuerſa antiquitate optimè meritus D. Ioannes Ramos del Manzano iam in ſupremo Gazæ Senatu Conſiliarius Regius vera proles Muſarum, & iuris Sacerdos librorum polygraphia in caſtigatiſſima Analecta de pœna Parricidij *lib. 7.* Philoſophi

A sophi autem omnes rectiùs existimarunt fœtum hominem esse, & animal, & sic verum eius fieri homicidium, atque vt tale vindicandum capitis pœna, *l. Cicero ff. de pœnis, l. Diuus, 3. ff. ad l. Pompeiam de Parricid.* cum aliis, quas congerunt Ant. Gomez *lib. 3. var. cap. 3. n. 32.* Plaza *de delict. lib. 1. cap. 9. num. 10.* Tiber. Decian. *lib. 9. tract. crimin. cap. 8. num. 13.* P. Herodius *lib. 8. Pandect. tit. 5. cap. 12.* Salmutius, *ad memorabilia Pancir. lib. 1. tit. 46.* Frider. Lindembr. *verb. aborsus*; Hispaniæ nostræ decus perpetuum D. D. Ioan. Solorzan. *de Parric. lib. 2. cap. 12.*

B Iure etiam Pontificio, & secundum Ecclesiæ sanctiones, cum fœtus pro homine habeatur, & si in vteris maternis sit *cap. si ad matris 114. de consec. dis. 4. cap. in quadam vers. non adesse de celebr. Missar.* aborsus fœtus animati, vt verum homicidium vindicatur *cap. si aliquis 5. cap si aër 20. de homicid. cap. quod verò 8. cap. Moyses 32. quæst. 2. cap. nasci 56. distinct.* Concil. Illerd. *sub Ioan. 2. can. 2.* Concil. Constantinop. 6. *can. 9.* Trullan. Synod. can. 92. *Eas quæ dant abortum facientia medicamenta, & quæ fœtus necantia venena excipiunt homicidæ pœnis subiicimus.* Consentiunt Ecclesiæ PP. D. August. *quæst. 80. super Exod. & in lib. quæst. vet. testam. & in Enchir. ad Laurent. & contra Iulian. lib. 6. cap. 5.* D. Hieronym. *in epist. ad Pamach.* D. Greg. Nyssenus *de homine cap. 29. & 30.* D. Ioan. Chrysostom. *homil. 12. & 13. in Gen.* D. Ioan. Damasc. *lib. 2. de fide orthod. c. 12.* D. Thom. *lib. 2. contr. gent. cap. 89.* Lactant. *de opific. Dei cap. 7.* Sixtus V. *constitut. 87.* Gregor. XIV. *constit. 8.* plura congerunt Decretistæ Iuo Carnot. *part. 10. decret. cap. 181.* Burchardus *part. 11. decreti cap. 54.* A. August. *lib. 35. epit. iuris Pontif. tit. 1.* Crespecius *in summa verb. aborsus*: illustrant Barbos. *lib. 1. vot. 12.* P. Gregor. *lib. 4. Partit. tit. 13. cap. 2.* Scortia, *in selectis epit. 146 th 376.* Paul. Zachias *tit. 2. qq. quæst. 9. & 10.* Anton. Matthæus *de crimin. tit. de partu ab actu*, Guibertus Costanus *qq. iuris lib. 1. quæst. 16.* Georg. Ambian. *ad Tertull. in Apolog. cap. 9.* Vnde cum par delictum sit hominem iam natum occidere, ac fœtum necare, in quo verum homicidium datur iuxta Plautum in Trucul. act. 1. scæn. 2.

Metuebátque illa ne sibi persuaderes
Vt abortioni operam daret Puerumque *vt necaret.*

Iuuenalem satyr. 6.

Tantum artes huius, tantum medicamina possunt,
Quæ sterilem facit, atque homines in ventre necandos.

Ouidium lib. 2. amor. eleg. 4.

Quæ prima instituit teneros auellere fœtus
Militiâ fuerat digna perire suâ.
Vestra quid effoditis subiectis viscera telis,
Et nondum natis dira venena datis.

Meritò in præsenti à Patribus mulieri, quæ post adulterium perpetratum geminauit scelus fœtum abigendo, nec in fine communio conceditur consentit in simili ferè casu Vrbanus II. in Concil. Claromont. cap. 22. ibi: *Si quis perpetrato homicidio manserit in adulterio, ad perfectam pœnitentiam minimè recipi debere decretum est.* GONZALEZ.

C

De fœminis, quæ vsque ad mortem, cum alienis viris adulterant.	*De fœminis, quæ vsquē ad mortem, cum alienis viris adulterant.*

D

Canon LXIV.	*Canon LXIV.*
Si qua mulier, vsque in finem mortis suæ, cum alieno fuerit viro mœchata, placuit, nec in fine dandam ei esse communionem. Si verò eum reliquerit, post decem annos recipiat communionem, acta legitima pœnitentia.	Si qua mulier, vsque in finem mortis suæ, cum alieno fuerit viro mœchata, placuit, nec in fine dandam ei esse communionem. Si verò eum reliquerit, post decem annos accipiat communionem, acta legitima pœnitentia.

E

CAPVT QVINQVAGESIMVM-TERTIVM.

De pœna eius mulieris, quæ vel semel in vita, vel ad mortem vsque cum alieno viro mœchatur.

SI qua mulier siue matrimonij vinculis adstricta, siue soluta, in perpetuo cum marito alieno vixerit adulterio, placuit Patribus, vt etiam in extremo vitæ

vitæ ſpiritu communio illi denegaretur : quòd ſi ante à turpi eius conſortio diſceſſiſſet, decem annorum illi iniungi pœnitentiam : quibus elapſis, illi præſtari poſſe communionem. Notandum hic, quàm acri & ſeuera lege earum fœminarum libidinem, quæ viro alieno turpiter adhærerent, Epiſcopi noſtri coërcuerint. Si adulterij enim crimen morte vindicandum committunt vxores, cùm ad ſolutos accedunt, cùm ad vxoratos, duplicis ſanè adulterij reæ cenſeri debent, vt cenſebantur & puniebantur olim, Beda [o] teſte : quòd violata duplici ſacramenti religione, duplicem faciant iniuriam, ſuo marito, & alieno : & hanc tanto grauiorem, quanto altera illius vxor grauius ferat ſua dignitate & honore pudicitiæ priuari : quod illis eſſe moleſtiſſimum, & plenam iurgiorum diſſidiique occaſionem, prudenter monuit Ariſtoteles [p]. Id diligentiùs ab his qui confeſſionibus præſunt, animaduerti vellem, & acriori pœnitentia ab his reos caſtigari, abiecta prorſus à ſacerdotali vigore, communi illa patientia, quæ ſibimet peccatis aliorum parcendo, non parcit.

[o] *Beda de remed. peccator. c.2.*

[p] *Ariſt. lib.2. œconomicorum. Concil. Pariſienſe, lib.2.c.32.*

COMMENTARII NOVI.

IN priori parte huius Canonis agitur de illis peccatoribus, qui in fine vitæ periculo mortis vrgente pœnitentiam petunt, quibus eam eſſe denegandam Patres ſtatuunt, quibus conſentit Concil. Arelat. can. 23. *De his qui apoſtatant, & nunquam ſe ad Eccleſiam repræſentant, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & poſtea infirmitate correpti petunt communionem, placuit eis non dandam communionem, niſi reualuerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ.* Et D. Cyprianus epiſt. 51. ad Antonianum: *Frater chariſſime pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum ſuorum toto corde, & manifeſta lamentationis ſuæ profeſſione teſtantes, prohibendos omnino cenſuimus à ſpe communicationis, & pacis, ſi in infirmitate, atque periculo cœperint deprecari : quia rogare illos non delicti pœnitentia, ſed mortis vrgentis admonitio compellit, nec dignus eſt accipere ſolatium, qui ſe non cogitauit eſſe moriturum.* Quæ Eccleſiæ ſeueritas diſpl cuit Innocentio I. *epiſt. 3. ad Exuper. cap.2.* vbi facit mentionem huius rigoris, & ait : *Et hoc quæſitum eſt, quid de his obſeruari debeat, qui poſt Baptiſmum omni tempore incontinentiæ, & voluptatibus dediti in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul, & reconciliationem communionis exponunt : de his obſeruatio prima durior, poſterior, intercedente miſericordiâ inclinatior eſt : nam conſuetudo prior tenuit, vt concederetur ei pœnitentia, ſed Communio negaretur : nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne Communionis conceſſa facultas homines de reconciliatione ſecuros non reuocaret à lapſu, negata merito communio eſt, conceſſa pœnitentia ne totum penitus negaretur, & duriorem remiſſionem fecit ratio temporis, &c.* Idem ſtatuerunt PP. Concil. Toletan. 11. can. 12. *Qui pœnitentiam in mortis agit periculo, non diutius à reconciliationis gratiâ eſt differendus. ſed ſi præcincto mortis vrgeatur periculo pœnitentiâ per manus impoſitionem acceptâ ſtatim ei reconciliatio adhibenda eſt, ne priùs ab humanis ager accedat, quam donum reconciliationis accipiat, ſicque ſuperſtitibus causâ quodammodo doloris videatur eſſe perpetui, ſi præciſſum ab Eccleſia membris eum, qui vtique reconciliationem non meruit, raptum à præſenti vita mors natura ſeduxerit.* Concil. Nannet. can. 2. *Infirmus qui mortis neceſſitate vrgente peccata ſua confitetur, ſub eâ conditione à Sacerdote reconcilietur, vt ſi ei Dominus vitam donauerit, ſanitatemque reddiderit, ſecundum delicti qualitatem pœniteat.* Sed licet illis pœnitentia concedatur, ſalus tamen an detur, rectè hæſitauit Magnus Auguſtinus relatus in *cap ſi quis 4. de pœnit. diſtinct. 7.* in illis verbis: *Vnde non ſum ſecurus, pœnitentiam dare poſſum, ſecuritatem dare non poſſum.* Cui conſentiunt Tertul. lib. de pœnit. *Pleroſque tamen hoc opus vt publicationem ſuam, aut ſuffugere, aut de die in diem differre præſumo pudoris magis memores, quam ſalutis, veluti illi qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione conſcientiam medentium vitant, & ita ſua cum erubeſcentia pereunt.* Et Alcuinus Auctus lib. 5.

Pœnitet ambiguè, quem ſerò pœnitet : ergo
Præſentis ſpatium nobis dum creditur æui
Dum patulam cunctis Chriſti clementia ſeſe
Prebet, præterita plangamus crimina vitæ.

In ſecunda parte huius Canonis agitur de muliere lapſa in mœchiam pœnitentiam petente in vita, cui per decennium pœnitentia iniungitur, & eâ legitimè peractâ communio indulgetur, id eſt abſolutio. Olim enim pœnitenti non ſtatim abſolutio concedebatur, ſed iuxta delicti granitatem legitimo tempore peracto, imò & aliquando vſque in diem mortis abſolutio protrahebatur vt patet ex D. Baſilio *ad Amphiloc. cap.* 17. Synod. Ancyrana can. 23. vbi agitur de homicidis voluntariis, qui toto vitæ curriculo pœnitentiam agebant, nec nili in vitæ exitu communicabant, & apertè liquet ex Burchardo *lib. 19. decreti* : ſæpè pœnitentiam fuiſſe datam in confeſſione ſine abſolutionis communicatione, vbi tradit ordinem pœnitentiæ dandæ, & oſtendit quomodo in confeſſione daretur pœnitentia, non ſtatim abſolutio vt patet ex *cap. 5. ciuſdem libri*, in quo variæ enumerantur pœnitentiæ, quæ variis criminibus ſant aſſignatæ, vt furto, adulterio, homicidio, ſacrilegio : & alij *cap. verò 7.* oſtenditur quo modo pœnitens pœnitentiam peteret, & quæ orationes fierent pro eo, *cap. 26.* dicitur eos in *cap. Quadrageſimæ* pœnitentiam petiiſſe, quoque

A quoque ritu eis daretur, & quomodo ab Ecclesia omnes expellerentur, & deinde in Cœna Domini Ecclesiæ liminibus repræsentarentur; & *cap.* 63. eos non debere communicare ante consummationem pœnitentiæ A.C. 143. non debere reconciliari, si necessitas non coëgerit, nisi post peractam pœnitentiam. Mulieri autem adulteræ in præsenti imponitur pœnitentia per decennium, vt infra *in can.* 70. quia semel fuerat lapsa, non verò si pœnitentia accepta iterum prolaberetur: quia tunc & in fine negaretur communio ex *can.* 7. & *quadragesimo septimo supra.* GONZALEZ.

De adulteris vxoribus clericorum.	*De adulteris vxoribus clericorum.*
B Canon LXV.	*Canon LXV.*
Si cuius clerici vxor fuerit mœchata, & faciat eam maritus suus mœchari, & eam non statim proiecerit, nec in fine accipiat communionem: ne ab his qui exemplum bonæ conuersationis esse debent, videantur magisteria scelerum procedere.	Si cuius clerici vxor fuerit mœchata, & sciat eam maritus suus mœchari, & eam non statim proiecerit, nec in fine accipiat communionem: ne ab his qui exemplum bonæ conuersationis esse debent, videantur magisteria scelerum procedere.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-QVARTVM.

Cur vir vxorem adulteram retinens puniatur.

LEnitatem mariti, vxorem adulteram retinentis, vt nimiam reprobarunt olim viri prudentes: censuerúntque eam non esse ferendam, sed tanquam veri lenocinij crimen damnandam. Paulus, [Eum (inquit) qui deprehensam in adulterio vxorem non statim dimisit, reum lenocinij postulari placuit.] Id caput inter reliqua lege Iuliæ comprehensum scribit Marcellus [q]. Claudium Gergum virum clarissimum lenocinio sine accusatore damnatum tradit Vlpianus [r], quòd vxorem in adulterio deprehensam retinuerit. Hoc ipsum antiquis Ecclesiæ Patribus non displicuisse, vel ex hoc canone & LXX. inferiùs apparet: sed multo clariùs ex Concilio Nannetensi [s], à quo pœna septem annorum retinenti adulteram constituitur. [Si cuius (inquit) vxor adulterium perpetrauit, & hoc à viro deprehensum fuerit, & publicatum; dimittat vxorem, si voluerit, propter fornicationem; illa verò septem annis publicè pœniteat: vir verò eius illa viuente nullatenus aliam accipiat. Quòd si voluerit adulteram reconciliari, licentiam habeat; ita tamen vt pariter cum illa pœnitentiam agat: & exacta pœnitentia, post septem annos ad communionem vterque accedat. Similis forma & in muliere seruabitur, si eam vir eius adulterabit.] Concilium Aurelianense, siue Arelatense, siue Hermes doctor in Pastoris libro (omnibus his tribuitur canon ille) apud Gregorium IX. [t] [Si vir (ait) sciuerit vxorem deliquisse, & non egerit pœnitentiam mulier, sed permanet in fornicatione sua, & viuit cum illa, vir reus erit, & eius peccati particeps: quòd si mulier dimissa egerit pœnitentiam, & voluerit ad virum reuerti, debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam egit: sed non sæpè.] Diuus Hieronymus [u]: [Sola fornicatio (inquit) est quæ vxoris vincit affectum, imò cùm illa vnam carnem in alia diuiserit, & se fornicatione à marito separauerit, non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente Scriptura: Qui tenet adulteram, stultus est, impius est.] Idem Hieronymus eandem sententiam iteratò defendit [x]. [In coniugio (inquit) quis positus, quæcunque peccata fecerit, non propriam infuscat: coniugem, sed fornicatio vxorem coinquinat, vt iam non sit viro suo licita, sed adultera.] Eadem confirmat Diuus Isidorus: post-

[q] *Marcel. in l. 29 de adulter.*
[r] *Vlpian. in l. 2. § vnde. de adult.*
[s] *Conc. Nannetens. can.* 12.
[t] *Greg. 9 in cap. 3. de adulter.*
[u] *D. Hieron. ad c. 9. Matth.*
[x] *D. Hieron. in epist. Pauli, ad Corinth. Gra. in can. dixit Dominus, & can. in coniugio.* 32. 9. 1.

Digitized by Google

quam enim præcedentem Hieronymi ſententiam retuli, addidit ipſe [1]: [Vbicunque eſt igitur fornicatio & fornicationis ſuſpicio, libere vxor dimittitur.] Theodorus [2]. [Si quis vxorem ſuam ſcit adulteram & non vult dimittere eam, ſed in matrimonio habere, tribus annis pœniteat, & quamdiu pœnitet, abſtineat ſe ab illa.] Cuius ea ratio fuit, ne videlicet mariti vxorum turpitudinem mutua cohabitatione, vel expreſſe, vel tacite approbantes, crudele nimis & iniuſtum lenonum officium exercuiſſe viderentur. Lenonem enim eſſe, planè ferreum neceſſe eſt, cui ſcienti prudentique ſine dolore tanta inferatur iniuria. Quod à D. Chryſoſtomo didicimus [3]. [Sicut crudelis & iniquus eſt (inquit) qui caſtam dimittit vxorem: ſic fatuus eſt, & iniuſtus, qui retinet meretricem: patronus enim turpitudinis eſt, qui celat crimen vxoris.] Quod Innocentium III. [4] in reſcripto ad Genuenſem Archiepiſcopum approbaſſe legimus. Idque adeò placuit Alfonſo X. [5] Hiſpaniæ Regi ſapientiſſimo, vt dixerit ſub pœna capitalis culpæ quemquam teneri eam vxorem dimittere, quam certo ſcit adulterari, & in adulterio abſque emendationis ipe eam fore pertinacem [E todo home (ait) que ſopiere, que ſu muger le faze adulterio, tenudo es de la acusar, ſi entendiere que ſe no quiere partir del pecado, que quiere vſar del & ſi non lo faze, peca mortalmente.] Quare lectores & oſtiarios, qui vxoribus adulteris adhærebant removendos à clero decrevit Concilium Tarraconenſe [6]. Vxor autem adultera illa dicebatur, ad hoc vt retineri non poſſet, non qualibet ſuſpicione notata, ſed adulterij turpitudine deprehenſa, vel convicta; vt ab Imperatoribus Severo & Antonino reſcriptum eſt [7]. [Crimen (aiunt) lenocinij contrahunt, qui deprehenſam in adulterio vxorem in matrimonio retinuerunt: non qui ſuſpectam adulteram habuerunt.] Sicque intellexiſſe antiquos Eccleſiæ Patres, conſtat ex D. Baſilio ad Amphilochium Iconij Epiſcopum [8]: [Adulteratas mulieres (inquit) & confitentes, vel quomodocunque convictas publicare quidem Patres noſtri prohibuerunt, ne convictis mortis cauſam præbearus; eas autem ſtare ſine communione iuſſerunt, donec impleretur tempus pœnitentiæ.] Quam acri enim & ſagaci cura, fœminarum adulteria olim Patres non publicanda, ſed ſecretò caſtiganda cenſuerint, quæ ad Baſilium adiecit Theodorus Balſamon, perſpicuè probant [9]. [Adulteri, ſecundùm LVIII can. ſtant in quatuor annis cum deflentibus; quinque cum audientibus: quatuor cum ſupplicibus; & duobus cum iis, qui conſiſtunt abſque communione. Licet ego Sanctus: Si quæ adulterata mulier peccatum confeſſa fuerit, vel quomodocunque convicta ſit, non oportet eam publicare, id eſt, eam in dictarum pœnarum locis ſtatuere. Qui enim eam viderit extra divinos Eccleſiæ ambitus ſtantem, vel etiam cum catechumenis exeuntem, primo aſpectu omnino intelliget, propter adulterij crimen, eam illi eſſe pœnam mandari. & fiet punitio cauſa mortis, poſt futurum fortè viri reditum, qui id animadverterit. Permittitur ergo conſiſtere, & cum fidelibus comprecari, à ſacramentorum autem communione abſtinere, donec pœnitentiæ tempus completum fuerit. Hac autem humanitate in mulieres vti oportere, Sanctus diffinivit, propter eam quam diximus rationem. Viri enim adulterium confitentes immiſericorditer dictis pœnis ſubiiciuntur: quia non eſt timor in eis, qui de mulieribus dictus eſt: qui præſumuntur eſſe etiam aliis fortaſſe criminibus obnoxij, & iure puniri. Quomodocunque autem convinci mulieres non debes accipere de omnibus nota probatione, ſed de mulieris conſcientia & probatione: hoc eſt, ſive mulier ſua ſponte confeſſa ſit, vel vt etiam à pariendi periculo coacta, vel aliquo alio modo clanculum, & non publicè ſeipſam condemnans enuntiaverit. Si enim dixeris, publicè factam eſſe probationem, & veluti in triumphum eſſe ductum adulterium, rectè omnes pœnæ in eam congerentur. Neque enim canon in ea locum habet, quoniam ſemel publicata eſt, & ex viri reditu nulla cædis ſuſpicio tenetur, propter pœnarum denuntiationem. Ex eo autem quod dicit Sanctus: Ne demus convictis cauſam mortis, convictis ſcilicet & publicatis per pœnas: ne dixeris concedi maritis adulteras ſuas mulieres interficere: in ſola enim propria domo in facto ipſo deprehenſam poteſt maritus adulterium occidere, & cum ſcenicum, vel alium qui ſit infamis. Et lege XXV. cap. XXXVII. tit. LX. lib. XXVII. XXIX. & alia capita. Sed accipe etiam verbum Sancti: ne fiant pœnæ cauſæ magni ſcandali inter maritum & vxorem, & fortè etiam vt procedat ad iniuſtam illius cædem]

ET

[1] *D. Iſidor. lib. 2. de offic. Eccleſ. c. 19.*
[2] *Theodor. in ſua pœnitentiali.*
[3] *D. Chryſoſtom. 26. ſuper Matth. c. 9.*
[4] *Innoc. III. in reſcripto ad Genuenſ. Archiep. relato in c. quemadmod. § illud vero, quod ſic expreſſe de iſtorum.*
[5] *Alfon. X. Hiſpaniarum Rex, in l. 2. tit. 9. part. 4.*
[6] *Concil. Tarracon. can. 9.*
[7] *Severus & Ant. imperat. rescr. apud de adulter.*
[8] *D. Baſil. ep. 1. ad Amphiloch. Iconij Epiſc. c. 34.*
[9] *Theod. Balſamon ad Baſil. d. c. 34.*

A

COMMENTARII NOVI.

CLerici Lectores ſcilicet Eccleſiæ, & eiuſmodi minorum ordinum Eccleſiaſtici, qui cum vxoribus vna manere poterant. ALBASPINÆVS.

Antequam huius Canonis expoſitionem aggrediar, illud explicandum duxi de quibus videlicet Clericis in præſenti agatur, & quidem iam probaui in *Canon. trigeſimo tertio*, huius Concilij votum caſtitatis annexum ſacris ordinibus eſſe: ſiquidem in
B eo Canone prohibetur Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis matrimonio vti, & generare filios, quomodo enim in præſenti permittitur clericis vxores retinere, & tantum prætextu adulterij eas proiicere cogunitur? Albaſpinæus accepit hunc Canonem de clericis in minoribus ordinibus conſtitutis, quibus omni tempore vſus coniugij permiſſus fuit, & etiam poſt ſuſceptum Lectoratus gradum inire coniugium, vt latiùs diximus in *capite primo de cleric. coniug.* Georg. Ambian. *ad Tertull. de monogam. capite octauo, obſeruat. ſecunda*, exiſtimauit Cle-
C ricis in maioribus ordinibus conſtitutis prohibitum eſſe vxores accipere, & connubium contrahere, non tamen iam contracto vti, & ſic poſſe vxores iam ductas retinere; ſed ni fallor hunc matrimonij iam contracti vſum vetuerunt PP. in *diſt. Canon. trigeſimo tertio*, illis verbis: *Abſtinere ſe a coniugibus ſuis, & non generare filios.* His ergo omiſſis interpretationibus credo in præſenti Canone agi de clericis maioribus gradibus initiatis retinentibus vxores ſuas non quo ad vſum coniugij, ſed quo ad obſequium, & domeſtica miniſteria, nec neceſſaria eſt reſtri-
D ctio huius Canonis ad vxores clericorum minorum ordinum, vt vult Albaſpinæus cum non ſolum ipſi ex coniugali ſtatu in clerum cooptati vxores retinerent verum & in maioribus gradibus conſtituti, licet non tanquam vxores vt primi, tamen vt ſorores quo ad obſequium, & domeſtica officia retinebant.

De vxoribus ergo miniſtrorum Eccleſiæ in adulterium lapſis agitur in præſenti canone, & ſtatuitur, vt earum mariti mœchiæ conſcij, ipſas ſtatim dimittant, alias nec in fine accipiant communionem. Pro cuius Canonis ſententia capeſſenda obſeruo, quod licet diuerſam ob cauſam,
E & rationem tamen æqualiter leges ſæculares, & Eccleſiaſticæ iniunxerunt neceſſitatem maritis dimittendi vxores adulteras, adeo vt lex Iulia grauiter coërceat, eum qui deprehenſam vxorem in adulterio retinuit, adulterumque dimiſit, quia Lenonis loco eum habet *leg. mariti vigeſima nona, ff. ad leg. Iul. de adulter. libro ſecundo, Codice eodem titul. leg. auxilium trigeſimo ſeptimo, in fin. Digeſt. de minor. libro tertio, §. ſed & ſi, ff. de accuſat. Paul. libro ſecundo ſentent. titulo vigeſimo ſeptimo*, ibi: *Eum qui deprehenſam in adulterio vxorem non ſtatim dimiſit reum Lenocinij poſtulari placuit.* Tantam mariti lenitatem, qui vxori matrimonium violanti non itaſcitur, adulterumque in ipſa turpitudine deprehenſum non coërcet, non eſſe ferendam lex exiſtimans, & iure optimo quandoquidem aut lenonem eſſe, aut planè ferreum illum neceſſe eſt, cui ſcienti, prudentique ſine dolore tanta iniuria infertur, atque ita Claudium Gorgum clariſſimum virum cum deprehenſam in adulterio vxorem retinuiſſe detectus eſſet, ſine accuſatore lenocinio damnatum, Vlpianus refert in *libro ſecundo*, §. *vnde, ff. ad leg. Iul. de adulter.* nec reprehenſione caruiſſe illam Tribuni militum patientiam; Plinius *libro ſexto epiſtol. ad Cornel.* ait, qui poſt delatum adulterum vxorem retinuerat, quaſi contentus æmulum remouiſſe. Proſequuntur alia de ipſius legis Iuliæ diſpoſitione Briſſonius *ad leg. Iul. de adult.* A. Matthæus *de crimin. eod. tit.* Rebatd. *lib. 4. var. cap. 6.*

Iure etiam ſacrorum Canonum vir ſciens vxorem ſuam adulterium commiſiſſe, & in eo perſiſtentem, tenetur deſerere *cap. non ſolum vigeſimo octauo quæſtio. prima, cap. dixit Dominus, cap. ſignis vxorem; cap. ſicut crudelis trigeſimo ſecundo, quæſtio. prima*, ibi: *Sicut crudelis qui caſtam dimittit vxorem ita fatuus eſt & inſulſus, qui retinet meretricem.* Quæ verba deprompta ſunt ex *capite decimo octauo prouerb.* Plura congerunt Couarruuias in *part. ſecunda, capite ſeptimo*, §. 2. *numero quarto.* Baſil. Legion. *libro nono de matrimon. capite decimo tertio, numero tertio.* Sanchez *eodem tractat. diſputat.* 11. & 12. Hurtado *de reſidentia, tomo ſecundo, reſolut.* 1. *ſub reſolut.* 21. quod introductum eſt propter vitandum ſcandalum cum retinendo innocens innocentem præſtet anſam ſuſpicandi ſuo conſenſu adulterium commiſſum eſſe Bartholomæus de Ledeſma *de matrimon. dub. 66. in fin.* Accedit obligatio correctionis fraternæ propter quam teneri maritum dimittere adulteram docet D. Thomas, quem referunt, & ſequuntur Caietanus *tomo primo opuſcul. tractat. vigeſimo nono.* Hurtado *diſt. reſolut.* 1. *ſub reſolut.* 21. Quæ omnia, ſi in laicis procedunt, quanto magis in Clericis, qui ab omni ſuſpicione peccati debent eſſe immunes. Vnde in præſenti, illis iubetur eas ſtatim dimittere, & in Concilio Toletano relato in *cap. 33. quæſt. 4.* illis permittitur in priuatis ædibus vinctas, ſi maluerint eas cuſtodire, & coërcere, quem textum doctè illuſtrat. Forner. *lib. 3. rer. quotid. c. 10.*

Digitized by Google

ET EAM STATIM NON PROIECERIT, nec in fine accipiat communionem.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-QVINTVM.

Nulli licere ſine iudicio Eccleſiæ vxorem repudiare.

NOn debet quis ſecularis, ne dum clericus, adulteram priuato ſuo conſilio dimittere, ſed publica iudicis Eccleſiaſtici auctoritate & iudicio Olim enim in primitiua Eccleſia omnia delicta ad ſacerdotes deferebantur, vt eorum auctores Eccleſiaſtica diſciplina coërcerent, ſolemneſque & ſtatæ cenſuræ erant, ac pœnæ libris pœnitentialibus inſcriptæ, quibus illi affici deberent. De adulterio habetur mentio ab Innocentio PP. I. [h] ad Exuperium Epiſcopum reſcribente. [Chriſtiana religio adulterium in vtroque ſexu pari ratione condemnat. Sed viros ſuos mulieres non facilè de adulterio accuſant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberiùs vxores adulteras apud ſacerdotes deferre conſueuerunt, & ideò mulieribus prodito crimine earum, communio denegatur. Virorum autem latente commiſſo, non facilè quiſquam ex ſuſpicionibus abſtinetur. Qui vtique ſubmouebitur, ſi eius flagitium detegatur. Cum ergo par cauſa ſit, interdum probatione ceſſante, vindictæ ratio conquieſcit.] Quòd ſi vir non pœnitentiam vxoris ſolùm, ſed diuortium deſideraret, ad eoſdem Eccleſiæ iudices confugiebat. Concilium Agathenſe [i]. [Si verò ſeculares (ait) qui coniugale conſortium nulla culpa grauiori dimittunt, vel etiam dimiſerunt, & nullas cauſas diſſidij probabiliter proponentes, propterea matrimonia ſua dimittunt, vt aut illicita aut aliena præſumant : ſi antequam ad Epiſcopos comprouinciales diſſidij cauſas dixerint, & priuſquam in iudicio damnentur, vxores ſuas abiecerint, à communione ſanctæ Eccleſiæ, & ſancto populi cœtu, pro eo quòd fidem & coniugia maculant, excludantur.] Ad Epiſcopos ergo cauſæ matrimonij, non ad iudices ſeculares ſpectant [k]; vt hodie recenti Concilij Tridentini [l] decreto confirmatum eſt; quidquid Marloratus Caluinianus antiqui iuris Eccleſiæ ignarus repugnet. Quòd ſi cauſam Eccleſiæ Imperator ethnicus Aurelianus, & Chriſtianæ fidei hoſtis acerrimus, ad Epiſcopos detulit, cauſam videlicet Pauli Samoſateni, vt ab Euſebio [m] & Nicephoro [n] traditum eſt; cauſam non Eccleſiaſticam modò, ſed ſpiritualem, & ad vnum & magnum Eccleſiæ ſacramentum ſpectantem, quid cauſæ eſt quare Marloratus ad iudices ſeculi deferri velit ? cùm non apud Chriſtianos modò, ſed & apud Gentes cauſas matrimonij Pontificibus delatas olim, ex his Taciti verbis intelligamus [o] ? [Nec domeſticis abſtinebatur, abducta Neroni vxor, & conſulti per ludibrium Pontifices, an concepto, nedum edito partu ritè nuberet.]

Quæ in hoc canone decreuerunt Patres, etſi de vxoribus clericorum expreſſa ſint, in viris ſecularibus etiam locum habere poſſe, religione ſacramenti, & rationis ſi militudine colligitur ex canone L X X. inferiùs, & his quæ nuper dixi, quæ ad ſeculares etiam ſpectant ; ad nobiles præſertim, quorum exemplum & mores reliqua populi pars ſolet imitari. Quòd ſi clericus vxorem à ſe reiicere noluiſſet, quid facere poſſet, conſulamus Concilij Toletani I. [p] Patres. [Placuit (aiunt) vt ſi quorumcunque clericorum vxores peccauerint (ne fortè licentiam peccandi plus habeant) accipiant mariti earum hanc poteſtatem, præter necem, cuſtodiendi, ac ligandi in domo ſua, ad ieiunia ſalutaria, non mortifera, eas cogentes ; ita vt inuicem ſibi clerici pauperes auxilium ferant ; ſi ſeruitia fortè non habeant. Cùm vxoribus autem ipſis quæ peccauerint, nec cibos ſumant ; niſi fortè ad timorem Dei, acta pœnitentia, reuertantur.] Hoc autem in vxore adultera clerici obſeruandum eſt. Si autem illa adulterium commiſerit, antequam maritus Eccleſiæ ordinibus initietur, ad eam accedentem ordinari poſteà non poſſe, Concilio Neocæſarienſi [q] edocemur. [Si cuius vxorem (ait) adulterium commiſiſſe, cùm eſſet laicus, fuerit comprobatum, hic ad miniſterium Eccleſiaſticum admitti non poteſt ; quòd ſi in clericatu iam conſtituto eo, adulterauit, dato repudio dimittere eam debet : ſi verò retinere eius conſortium velit, non poteſt ſuſcepto miniſterio perfrui.]

[h] *Innoc. I. in epiſt. 3. ad Exuperium Epiſcopum Toloſ.*

[i] *Concil. Agathenſ. can. 17.*

[k] *Grat. in can. ſæculares, 33. q. 2.*
[l] *Concil. Trid. ſeſſ. 24. can. 12.*

[m] *Euſeb. l. 7. c. 16.*
[n] *Nicepb. l. 6. c. 29.*

[o] *Tacitus l. 15 hiſtoria Auguſt.*

[p] *Conc. Toletanum 3. can. 7.*

[q] *Concil. Neocæſarienſe can. 8.*

A

COMMENTARII NOVI.

VTrum innocens possit propria authoritate diuertere ab adultero in vtroque foro, ita resoluit D. Thom. *in 4. dist. 35. q. vnic. art. 3.* his verbis: Vir potest vxorem dimittere dupliciter, vel quantum ad thorum tantum & sic potest eam dimittere, quam cito sibi constat de fornicatione vxoris proprio arbitrio, nec tenetur debitum reddere exigenti, nisi per Ecclesiam compellatur, & taliter reddens, nullum sibi præiudicium facit. Alio modo quantum ad thorum, & cohabitationem, & hoc modo non potest dimitti, nisi iudicio Ecclesiæ, & si alias dimissa fuerit debet cogi ad habitandum, nisi possit incontinenti fornicationem probare. Hæc autem dimissio diuortium dicitur, & ideo concedendum est quod diuortium non potest celebrari nisi iudicio Ecclesiæ. Quibus verbis enucleat Angelicus D. quæ lata manu congesserunt Th. Sanch. *l. 10. de matrim. l. 11. & 12.* Hurtad. *d. resol. 1. sub ref. 22. & 23.* GONZALEZ.

B

NE AB HIS, QVI EXEMPLVM BONÆ conuersationis esse debent, videantur magisteria scelerum procedere.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-SEXTVM.

Quod innocentiæ & integritatis specimen clerici præbere debeant.

C

QVanto homines officio, & dignitate Deo propinquiores, tanto magis diuinæ bonitatis imitatores esse debent, vt sapienter Nicæni Concilij Patres considerarunt [1]. [Clerici (aiunt) sacri ordinis esse debent typus, & imago cœlestium. Episcopus debet esse typus Dei, tanquam caput post illum Ecclesiæ, quam recipit. Presbyter tenere debet sedem, & locum Seraphicum. Diaconus verò Cherubicum.] Quanto ergo Episcopi à Dei bonitate, presbyteri à Seraphinorum caritate, diaconi à Cherubinorum sanctiori diuinæ naturæ contemplatione imitationéque deflexerint, tanto à recta & debita sui muneris functione discrepabunt. Videant ergo omnes sacris ordinibus initiati, quàm insigne, & illustre integritatis, & omnium virtutum specimen, non Christo solùm, non clero, non Ecclesiis suæ fidei commissis, sed populo & plebi intenta, & religiosa animi solicitudine præbere debeant; ne quod præceptis ipsi, & hortatu ædificant, vita, moribus, & exemplo destruant; sibi enim habere debent persuasum, culpa carere non posse, si aliqua virtute careant.

[1] *Lib. 3. de all Conc. Nicani, apu Alfons. Pisanum quod desumptum videtur à B. Dionysio Areopagit. princip. lib. de Eccles. hierar.*

Prosper. l. 1. de vit contemplat. cap. 1 Concil. Aquisgran cap. 26.

D

COMMENTARII NOVI.

COnsonant textus in *cap. quum quidam sibi: & eorum exemplo facilius alij poterant ad similia prouocari cap. præcipuè 3. 11. quæst. 3.* Vnde dignitas delinquentis auget peccatum *cap. homo 4. distinct. cap. quia sanctitas 50. dist. c. vt clericorum de vita, & honest. cleric.* & vt ait Iuuenal. satyr. 8.

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior qui peccat,
habetur.

E

Ouid. lib. 6 Fastor.

Sic agitur censura, & sic exempla parantur
Cum Iudex alios, quod monet, ipse facit.

Hæc enim conditio superiorum est, vt quidquid faciunt præcipere videantur, & pernicioſissimus est malè rei maximus quisque author. Cassiodorus lib. 6. var. epist. 21. *Esto vita continens, vt possis in alios esse index, prima æquitas est à se Prælatos inchoare, vt debeant criminosi metuere, quæ nequeunt simile reperire,* & lib. 10. epist. 5. Siluian. lib. 4. de prouident. *Criminosior culpa est, vbi honestior status, siue honoratior est persona peccantis, peccati quoque maior inuidia: furtum quidem est in omni homine malum facinus, sed damnabilius, si Senator furetur.* Vnde in pœnis Ecclesiasticis cautum sæpissimè est, vt duriùs agatur cum his, qui in dignitate positi plus exemplo, vt de Principibus aiebat Cicero *libro tertio de legibus*, quam peccato nocuêre: *cap. nulli fas 19. distinct. cap. qui viderit 32. quæstio. quinta.* Idemque iure Romanorum in puniendis militibus admissum legimus. Placuit enim in plerisque criminibus grauiorem pœnam militibus, quam paganis imponi *l. quædam 14. ff. de pœnis*, iunctis quæ notauit Stephan. Natem. *in Iustit. vulner. tit. 3. cap. 5. num. 7.* imo inter ipsos milites seuerius eos puniri, qui dignitate, gradu, vel specie militiæ cæteros antistarent *lib. 2. §. 1. leg. qui commeatu 14. in fin. de re militar.* Nec dissimili ratione nititur ius nostrum Regium in *libro primo, titulo 17. partit. 2.* vbi in crimine furti, vel rapinæ duriùs puniendos nobiles, vel in dignitate positos *lib. tertio in fin. tit. 16. part. 2.* notauit doctissimus Scholiastes G. Lopez plura.

Ferd. de Mendoza.

plura congerunt I. Britanus *in not. ad Sueton. in Nerone capite decimo nono, pagin.* 223. Tiraquellus *de pœnis temper. cauſ.* 31. P. Creſolius *in myſtag. libro tertio, parte tertia capite quadrageſimo tertio.* Iuſtus Lipſius *libro 2. polit. capite 9. & in monit. libro 2. capite octauo.* P. Gregor. *de republic. lib. ſecundo cap. 4.* D. Ioan. de Solorzan. *de iure Indiar. tomo 2. libro 1. capite 2. numero 11. & capite 36. numero trigeſimo nono,* noſque plura dabimus *in dict. cap. cum quidam de iureiurand.* GONZALEZ.

De his, qui priuignas ſuas ducunt.

De his, qui priuignas ſuas ducunt.

Canon LXVI.

Si quis priuignam ſuam duxerit vxorem, eo quòd ſit inceſtus, placuit, nec in fine dandam eſſe ei communionem.

Canon LXVI.

Si quis priuignam ſuam duxerit vxorem, eo quòd ſit inceſtus, placuit, nec in fine dandam eſſe ei communionem.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-SEPTIMVM.

De matrimonio interdicto cum priuigna.

[s] *Modeſt. in l. 4 §. 4. de gradib. affinit.*

PRiuigna quæ ſit, Modeſtinus [s] explicat. [Vxor (inquit) liberis ex alia vxore natis, nouerca dicitur: matris vir ex alio viro natis, vitricus appellatur: eorum vterque natos aliunde, priuignos, priuignaſque vocant.] Et mox: [Priuignus eſt vxoris meæ filius, ex alio viro natus, ego illi vitricus.] Dictus autem priuignus, quòd antequam mater ſecundò nuberet, eſt progenitus: pri, enim antiquos dixiſſe pro, præ, Feſtus eſt auctor. [Priuigna quoque non ſolùm ea mihi intelligitur, quæ vxoris meæ filia eſt, ſed & neptis & proneptis.] Matrimonium ergo contrahere prohibent hîc Patres, cum filia, vel nepte primæ vxoris, quod ad affinitatem pertinet: & hoc eſt ſecundum affinitatis impedimentum, ab Epiſcopis Hiſpanis in hoc Concilio præſcriptum. Quod renouarunt primi Concilij Moguntini [t] Patres, irritum ſic contrahatur matrimonium declarantes: [Si quis vxorem (ait) viduam duxerit, & poſteà cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu duabus ſororibus nupſerit: aut ſi qua duobus fratribus nupſerit, ſeu cum patre & filio, tales copulationes anathematizari, & diſiungi præcipimus, nec vnquam amplius coniugio copulari, ſed magna diſtrictione feriri, &c.] Quod affinitatis impedimentum ad contrahendum matrimonium moribus etiam Romanis receptum fuiſſe, auctor Pomponius [u].

[t] *Concil. Moguntinum, 1. can. 56.*

[u] *Pompon. lib. 3. ex Plautio in l. Ariſt. 40. de rit. nupt.*

L. adoptium, 14. §. vlt. de ritu nupt.

COMMENTARII NOVI.

PRopter affinitatis reuerentiam nuptiæ prohibitæ ſunt ſub inceſti pœna inter aliquas perſonas vtriuſque lineæ rectæ & tranſuerſalis, veluti coniugium priuigni cum nouerca, vitrici cum priuigna, quod Diuus Paulus ſeuerè deteſtatur prima ad *Corinth. capite quinto*, & cum nullum de ea re extet Chriſti præceptum non alio argumento Apoſtolus vtitur, quàm quòd talis commixtio à profanis etiam gentibus impura habeatur, quod præter alia oſtendunt Charondæ leges, quæ tale connubium infamia notant iuxta illud in Oratione Lyſiæ: *Maritus erat ille impuriſſimus hominum, matris, ac filiæ*; & Romanorum, aliorumque ſuadet diſciplina, apud quos tales nuptiæ damnantur *leg. vxorem decima quinta leg. Ariſto. quadrageſimo, ff. de ritu nuptiarum leg. cum tabulis decima ſexta, §. primo. ff. de his quæ vt indign. leg. fin. ff. de condition. cauſ. dat. leg. ſi adulterium, trigeſimo octauo, ff. ad legem Iul. de adulter.* Caius *libro primo inſtitut. titulo ſexto.* Cicero *pro Cluentio*, vbi cum cauſam non diſſimilem, videlicet ſocrum genero nupſiſſe narraſſet, ſubdit: *O mulieris ſcelus incredibile, & præter hanc vnam in omni vita inauditum.* Seleucus Rex cum vxorem ſuam Stratonicam Antiochô filio ſuo nuptui daret, verebatur narrante Plutarcho *in vit. Demetrij* ne ipſa offenderetur, vt re illicita: apud Virgil. legitur.

Thalamos

A ——*Thalamos auſum infeſtare nouercæ.*

Conſtat ergo Vitricī cum priuigna connubium à Romanis ſub inceſti pœna inhibitum eſſe, non tamen extilis hæſitationis eſt, an iuri gentium, dictaminique naturali talis commixtio exoſa ſit, vel non? Primum Papinianus inſinuauit in *d. leg. penult. de condit. cauſ. data, dict. l. ſi adulterium* 38. Sed contrarium defendunt Cuiac. *ad titul. Cod. de inceſt. nupt.* Grotius *de iure belli lib. ſecundo cap. quinto num.* 13.

Iure etiam ſacrorum Canonum talis coniunctio vt inceſtuoſa deteſtatur, & punitur à Gregor. II. in Synodo Romana, can. 5. *Si*
B *quis fratris vxorem, aut neptem, aut nouercam, aut nurum, aut conſobrinam, aut aliam de propria cognatione, vel quam cognatus habuit duxerit vxorem, anathema ſit.* Et ſub Zachar. can. 6. *Vt conſobrinam, neptem, nouercam, fratris vxorem, vel etiam de propria cognatione nullus præſumat in coniugio copulare: quia ſcriptum eſt in leg. Domini: turpitudinem vxoris Patris, vxoris fratris, atque ſororis tuæ non reuelabis.* Et ſub Eugen. II. & Leone IV. can. 38. *Conſobrinam, neptem, nouercam fratris vxorem, vel etiam de propria cognatione, aut quam cognatus habuit, nullus audeat in coniugem copulare. Si quis verò hinc tali nefario coniugio connexus fuerit, & in eo permanſerit, ſciat ſe Apoſtolica authoritate anathematis vinculo eſſe innodatum.* Pariſienſ. can. 4. *Nullus illicita coniugia contra præceptum Domini ſortiri præſumat, id eſt fratris relictam nouercam, relictam patrui, vel ſororem vxoris ſuæ ſibi audeat ſociare, neque Auunculi quoque, quæ relicta eſt, nec nurus ſuæ, vel matertera coniugia potiatur. Pari etiam conditione à coniugio amicæ, priuignæ, ac filiæ priuignæ coniunctionibus præcipimus abſtinere.* Antiſiodor. can. 27. *Non licet alicui ſuam nouercam accipere vxorem.* Baſil. ad Amphil. can. 78. *Ii, qui in ſuas nouercas inſaniunt, ſunt eidem canoni obnoxij, cui & ij, qui in ſuas ſorores inſaniunt.* Plura dabimus in *cap. 1. de eo, qui cognouit conſanguineam.* GONZALEZ.

De coniugio Catechumenæ fœminæ.	*De coniugio Catechumenæ fœminæ.*
C	
Canon LXVII.	*Canon LXVII.*
Prohibendum, ne qua fidelis, vel Catechumena, aut comicos, aut viros ſcenicos habeat: quæcunque hoc fecerit, à communione arceatur.	Prohibendum, ne qua fidelis, vel Catechumena, aut comicos, aut viros ſcenicos habeat: quæcunque hoc fecerit, à communione arceatur.

D IN Codice Lucenſi Regio legitur: Aut comatos, aut viros cinerarios: quam lectionem non probarim, quòd cum vulgata congruant non ſolum reliqui CC. MS. ſed & decreti rationes, & Epiſcoporum conſilium, vt mox oſtendemus.

CAPVT QVINQVAGESIMVM-OCTAVVM.

Qui Comici, qui Scenici, & cur matrimonium cum his interdictum.

E COmici, qui & comœdi, à comœdia nuncupati. Comœdia, auctore Caſſiodoro [x], à pagis dicta eſt. Comus enim pagus vocatur, vbi ruſtici geſtientes humanos actus lætiſſimis carminibus irridebant. Hæc prima eius origo: ſed vt idem Caſſiodorus addidit [ætas ſubſequens miſcens lubrica priſcorum inuenta traxit ad vitia, & quod honeſtæ cauſa delectationis repertum eſt, ad voluptates corporeas præcipitatis mentibus impulerunt.] Vnde comœdi Iſidoro [y] teſte, ſunt, qui priuatorum hominum acta, dictis aut geſtu canebant, atque ſtupra virginum, & amores meretricum in ſuis fabulis exprimebant. Par ratio eſt de ſcenicis, qui à ſcena nomen ſunt mutuati. [Scena autem, eodem Caſſiodoro interprete, frons erat theatri ab vmbra luci denſiſſima, vbi à paſtoribus inchoante verno, diuerſis ſonis carmina cantabantur: ibi actus muſici, & prudentiſſimi ſeculi dicta floruerunt. Sed paulatim factum eſt, vt honeſtiſſimæ diſciplinæ improborum conſortia fugientes, ve-

[x] *Caſſiodor. l. 4. variarum epiſt. vlt.*

[y] *Iſidor. l. 8. etymologiar. cap. 31.*

recunda ſe exinde conſideratione ſubtraherent.] Qui ergo artis ludicræ pronuntiandive cauſa in ſcenam prodiiſſent, ſcenicos appellatos Iulianus [a] docet. Scena autem, vt ex Labeone refert Vlpianus [a], eſt quæ ludorum faciendorum cauſa, quolibet loco vbi quis conſtitat, moueatúrque ſpectaculum ſui præbiturus, poſita ſit in publico, priuatove, vel in vico; quo tamen loco paſſim homines ſpectaculi cauſa admittantur.] Solebat autem ſcena, vt Iſidorus [b] tradit, fieri in theatro, in modum domus inſtructo, cum pulpito, qui pulpitus orchiſtra vocabatur, vbi cantabant comici, tragici, atque ſaltabant hiſtriones, & mimi. Dicta autem ſcena Græca appellatione, eo quòd in ſpeciem domus erat inſtructa. Vnde & apud Hebræos tabernaculorum dedicatio, à ſimilitudine domiciliorum Ἐγκαινία appellabatur, id eſt ſcenopegia. Scenarum autem tria genera tradit Vitruuius, vnum tragicum, ſecundum comicum, tertium ſatyricum, quorum ornatus diſſimili erant diſſiparique ratione. Scenæ tragicæ deformatæ columnis erant, & faſtigiis, & ſignis reliquiſque regalibus rebus: comicæ verò ædificiorum priuatorum, & mœniorum habebant ſpeciem, proſpectuſque feneſtris diſpoſitos, imitatione, & communium ædificiorum ratione: ſatyricæ ſcenæ ornabantur arboribus, ſpeluncis, montibus, & reliquis agreſtibus rebus, in topiarij ſpeciem deformatæ, vt Vitruuius ait: Omnes eos qui in his ſcenis ſpectaculorum ſui facturi quæſtus gratia prodibant infames fuiſſe, ex Pegaſo & Nerua, idem Vlpianus docet his verbis [c]: [Eos enim qui quæſtus cauſa in certamina deſcendunt, & omnes ob præmium in ſcenam prodeuntes famoſos eſſe Pegaſus, & Nerua filius reſponderunt. Tertullianus [d], Et enim (ait) ipſi auctores, & adminiſtratores ſpectaculorum, quadrigarios, ſcenicos, xyſticos, harenarios, illos amantiſſimos, quibus viles animas fœminæ, aut illi etiam corpora ſua ſubiiciunt, propter quos in ea committunt, quæ reprehendunt, ex eadem parte, quam magni faciunt, deponunt, & diminuunt, imò manifeſtè damnant ignominia, & capitis minutione, arcentes curia, roſtris, Senatu, equite, cæteriſque honoribus omnibus ſimul ac ornamentis.] Quæ vitæ turpitudo, & infamia adeò viles, & abiectas reddebat perſonas, ludicram hanc artem exercentes, vt lege Iulia lata, Senatores, & eorum filij & nepotes à contrahendo matrimonio cum ſcenicis mulieribus impedirentur, vt Paulus [e] refert, vel cum carum filiabus, iuxta conſtitutionem Valentis & Martiani [f]. Nec filij, & nepotes per virilem ſexum deſcendentes, ſed & filia, neptis, & proneptis, à matrimonio eorum hominum qui in ſcenam produſſient, arcerentur, vti Modeſtinus [g] ſcribit. Quòd ſi ethnicis hominibus eam artem profeſſi tantopere diſplicuerunt, mirandum non eſt, quòd ſapientiſſimi Eccleſiæ Patres, ob eandem vitæ turpitudinem, & aliam longè deteriorem, matrimonium fidelibus fœminis, cum his ſcenicis prohibuerint. Nam in comœdiis, & ſcenis grauiſſimo idololatriæ crimine implicabantur, diis falſis honorem cultúmque adhibentes, vt ſupra [h] diximus: à quorum conſortio Chriſtianas, & catechumenas fœminas voluerunt abſtinere; ne eiuſdem criminis ſordibus fœdarentur. Addebant huic crimini ſcenici, & comœdi aliud ſacrilegij grauiſſimum: irridebant enim in ſpectaculis Chriſtianorum mores, & Catholicæ Religionis myſteria. Quare cum Geneſius mimus in theatro Imperatore ſpectante, cauſam Religionis noſtræ illuderet, repentè Dei virtute, & ſpiritu afflatus, quod iocosè anteà iactabat, ſeriò agere cœpit, Chriſtum inuocans, & ſe Chriſtianum aperta confeſſione proclamans: quod cauſam dedit, vt fictum ſimulatúmque Martyrium, in verum conuerteretur. Quod etiam de Ardaleone, Græcorum & Latinorum tabulæ teſtantur, natalem eius diem XVIII. Kal. Maij celebrantes. Simile de Dioſcoro Architeatro, ad Alypium retulit Auguſtinus [i], qui in deridendis Chriſtianorum rebus eſſe ſoleret effuſus; effectus & ipſe licet ſæpè fruſtra renitens, Chriſtianus: ſicque plenè accidit quod ſcriptum eſt, Dominus illuſores deludet. Theodoretus [k], [Audio ego (inquit) nonnullos ſcenico genere hominum repente immutatos, in Athletarum noſtrorum ordinem tranſiiſſe, factoſque tormentorum victores, ac iam coronam Martyrij conſequutos, poſt celebratam victoriam, magno eos dæmonas concuſſiſſe terrore, quibus ſubditi olim ipſi fuerant.] Idem Porphyrio Mimo coram Iuliano Apoſtata euenit. Cùm per iocum enim coram Imp. Iuliano baptiſmum ſuſciperet, mutata Dei virtute repente voluntate, Chriſtianum ſe eſſe profeſſus eſt: quem mox ſecuri percuti idem Iulianus præcepit: à quo Martyrij corona Porphyrius ornatus eſt. & ab Eccleſia Romana in Martyrum [l] numerum relatus. Ne ergo, vel fœmina fidelis recenter conuerſa, vel catechumena talium maritorum conſortio à profeſſione ſemel ſuſceptæ fidei, vel ſuſcipiendæ retraherentur, interdicta meritò matrimonij ſocietas eſtinc æternam pro temporali turpiſſimè commutarent.

[a] *Iulian. l. 1. ad edictum in l. 1. de his qui notantur infam.*
[a] *Vlpian. l. 6. ad edictum, l. 2. §. ait prætor. de his qui notantur infam.*
[b] *Iſidor. l. 18. etymolog. c. 31.*
[c] *D. l. 2. de his qui notant. infam.*
[d] *Tertull. de ſpectaculis, c. 22.*
[e] *Paul. l. 1. ad l. Iuliam & Papiam in l. 44. de rit. nupt.*
[f] *Valens, & Mart. in l. 7. C. de inceſt. nupt.*
[g] *Modeſt. l. ſingulari de ritu nuptiarum in l. 42. eiuſdem tit.*
[h] *Supr. hoc l. 3. c. 51.*
[i] *D. Aug. ep. 67.*
[k] *Theod. lib. 8. de Græcar. affect. curat. ad finem.*
[l] *Martyrologium Roman. 15. Septemb.*

A B C D E

Nec

A Nec à matrimonio contrahendo solùm cum scenicis tanquam cum turpissimis personis, idololatris abstinere voluerunt Christianas, & catechumenas fœminas Hispani Episcopi: sed & iam contractum, & consummatum dissolui, si non quo ad vinculum, quod ad torum saltem constituerunt: hoc enim videntur tanxisse, cùm eas viros scenicos habere prohibuerunt. Quod non dissimili proposito explicauit, & docuit Tertullianus. [m] [Igitur cùm quædam (inquit) istis diebus nuptias suas de Ecclesia tolleret, id est, Gentili coniungeretur, idque ab aliis retro factum recordarer, miratus aut ipsàrum petulantiam, aut consiliariorum prætiuaricationem, quòd nulla scriptura eius facti licentiam proferret. Nunquid, inquam, de illo capitulo sibi blandiuntur primæ ad Corinthios, vbi scriptum est: Si quis frater infidelem habet vxorem, & illa matrimonio consentit, ne dimittat eam. Similiter mulier fidelis infideli nupta si consentaneum B maritum experitur, ne dimiserit eum. Sanctificatur enim infidelis vir à fideli vxore, & infidelis vxor à fideli marito, cæterùm immundi essent filij vestri. Hanc monitionem fors fidelibus iniunctis simpliciter intelligendam putent, etiam infidelibus nubere licere, quia ita interpretantur. Absit, vt sciens se circumscribat. Cæterum manifestum est, scripturam istam eos fideles designare, qui in matrimonio Gentili inuenti à Dei gratia fuerunt; secundùm verba ipsa: [n] Si quis (inquit) fidelis vxorem habet infidelem, non dicit, vxorem ducit infidelem: ostendit iam in matrimonio agentem mulieris infidelis, mox gratia Dei conuersum perseuerare, cùm vxore debere: scilicet propterea, ne qui fidem consecutus putaret, sibi diuertendum esse ab aliena iam & extranea quodammodo fœmina.]

Olim autem non à matrimnio solùm, sed à baptismo etiam repellebantur, ni priùs harum artium vanitati, & turpitudini renuntiarent, vt traditum est à Cle- C mente. [o] [Scenicus si accedat (inquit) siue mulier (ad baptismum intelligit) Auriga, Gladiator, Cursor stadij, Ludius, Olimpius, Choraules, Cytharœdus, Lyristes, Saltator, Caupo, desistat, vel reiiciatur.] Id etiam constat ex canone præcedenti: [p] sicque in baptismo abiurabant, non solùm horum spectaculorum editionem, celebrationemve, sed & aspectum, vt testantur Tertullianus, [q] Cyprianus, [r] Minutius Felix in Octauio, & Concilium Carthaginense. [s] Quòd si post baptismum vinculis eiusdem criminis implicarentur, ab aliorum etiam sacramentorum susceptione repellebantur. Ab Ordinibus repulsos liquet ex Innocentio I, [u] Ab Eucharistiæ communione, ex Concilio Carthaginensi III. [x] Nec sacramentorum susceptione solùm indignos eos iudicarunt olim Africani Episcopi, sed & testimonij ferendi fide. Concilij Carthaginensis auctoritate. D Mulieres etiam scenicas gemmis, vestibus sericis, & auratis interdixerunt Theodosius, Arcadius, & Honorius Imppp. [y] in rescripto ad Rufinum PF. P. à quo leue quoddam mendum tolli necesse est. [Nulla (aiunt) mima gemmis, nulla sigillatis, sericis aut textis vtatur auratis. His quoque vestibus nouerint abstinendum, quas Græco nomine à Latino crustras vocant: in quibus alio admixtus colori puri robur muricis inardescit. Vti sanè hisdem sculatis (pro quo reponendum scutulatis) & variis coloribus sericis, auroque sine gemmis collo, brachiis, cingulo, non vetamus, &c.] Cùm enim hac constitutione mimarum in vestibus luxus coërceatur, & in his præsertim eas quæ purpura tingebantur; pro (rubor) (robur) vicaria (o) in (v) commutatione perperam à librariis substituitur.

[m] *Tertullian. lib. 2. ad vxorem cap. 2.*

1. Cor. 7.

[n] *Ibidem.*

[o] *D. Clem. lib. 8. c. 38. Apostolica. constitut.*

[p] *Can. 82. huius Concilij.*
[q] *Tertullianus, &*
[r] *Cyprianus.*
[s] *Minutius Felix in Octauio.*
[t] *Concilium Carthaginense. 3. can. 11.*
[u] *Innocentius 1 epistola 24. ad patres in Toletana Synodo congressos c. 2.*
[x] *Concilium Carthaginense. 3. can. 35. Concilii Carthaginense. 7. can. 2.*
[y] *Theodos. Arcadi & Honor. in l. 11 C. Theod. de scenicis.*

E

COMMENTARII NOVI.

ACron Grammaticus exponens illud Horatij: primo Serm. satyr. 2. multæ tibi tum officient res: custodes, lectica, Ciniflones, parasiti; *Ciniflones*, inquit, & Cinerarij eâdem significatione apud veteres habebantur ab officio Calamistronum, id est, veruum in cinere calefaciendorum, quibus effeminati viri capillos crispabant; cuius rei & Virgil. meminit: vibratos calido ferro. Dicti autem ciniflones ab eo quod in cinere flant ad ferrum calefaciendum, quos cinerarios appellant Tertullian. lib. 2. ad vxorem, cinerarios dicit peregrinæ proceritatis, eo quod in his hominibus humana vanitas proceritatem immanem requirit. LOAYSA.

Qui tituli huiusce Canonis fidem, & authoritatem sequeretur de maritis Catechumenarum cum agere existimaret, multumque solicitus esset, quamobrem vetare Catechumenas comatis, & cinerariis nubere: puellis enim, qua essent in patria potestate id vitio, aut fraudi verti non poterat, præterea

tercà & ſi genus eſſet aliquod vitij, aut peccati hiſce rebus nimium ſtudere, tam graue tamen videri non potuit, vt eiuſmodi hominum vxores alieni delicti pœnas darent. Ad hæc cum Gentilibus non licere filias locare, in maritos potiùs quam in vxores erat animaduertendum: ex quibus perſpicere licet de maritis Catechumenarum mentionem hic non eſſe, ſed de viris, quos nonnullæ mulieres in delitiis haberent.

Comatos, aut viros cinerarios, non immutanda hæc lectio, mulieres enim intemperantes, & paganæ illarum maximè regionum, quæ ſolis æſtu, ardoreque torrentur, vt Hiſpaniæ, Africæ, Ægypti, & aliorum locorum euocare ad ſe ſolebant, aut inter ſeruos habere externos, vt Germanos, & è Gallia petitos viros, quibus natura ipſa elegantiorem formam, ſpeciemque, Cœli, & Solis clementia induxerat: quã iis, qui propiùs à vehementiſſimo calore abeſſent: atque ob eam cauſam maximè, vt ad libidines explendas, eorum opera abuterentur. Tertull. *ad vxorem lib.* 2. exprobrat viduis, eaſque etiminatur, quod paganos opibus affluentes eligere malint quam pauperes, & tenuis fortunæ Chriſtianos, quo faciliùs ſumptus faciendos ſuſtineant; *bonum exhibenda fella, & mulabus, & cinerariis peregrina procreatis.* Clemens Alexandrin. Catechumenorum inſtitutor, ac Doctor eam conſuetudinem vituperat. Canon igitur vetat ne Chriſtianæ, aut Catechumenæ mulieres Ethnicorum morem æmulentur, ſeruoſque comatos haberent, quæ Domini impudicitiam exprobrarent.

A communione arceantur. Catechumena à Communione & à ſocietate fidelium non poterat arceri, ſed ab Eccleſia, & à Catechumenatu. ALBASPINÆVS.

Retineo lectionem Codicis Lucenſis, quæ habet *comatos, & viros cinerarios*, quam & retinent Loayſa, Coriolanus, Vinnius, & Albaſpinæus P. Sherlogus *tom.* 3. *in cant. veſtig.* 32. *ſect.* 1. *num.* 13. *fol.* 290. non tamen adhæreo ſententiæ Albaſpinæi, quem tranſcripſit Cerda *in aduerſ. ſacr. cap.* 146. & ſequitur Sherlogus *vbi ſupra*, dum canonem hunc accipit, nõ de coniugio fidelis, vel Catechumenæ cũ viro gentili comato, ſeu cinerario ſed de famulitio cum eo, ita vt fœminis in præſenti prohibeatur in famulatu habere viros comatos, ſeu cineratios: huic enim interpretationi primo refragatur ſummarium huius Canonis quod apud omnes ita habetur: *de coniugio Catechumenæ fœminæ.* Secundò verba illa *comatos, aut viros cinerarios habeant*: virum enim habere fœminam, coniugium importat *cap. ad eius* 5. *diſt. cap. manifeſtum cap. eſt ordo* 33. *quæſt.* 5. *cap.* 1. *in fin. cap. laudabilem qui filij ſint legitimi cap. pen. & vlt. de ſecund. nupt.* Vulgò notatur *in cap.* 1. *de ordine cogn.* in illis verb. *peteret quemdam in virum.* Vnde Dominus alloquens cum Samaritana apud D. Ioan. cap. 4. verſ. 17. ait: *Bene dixiſti, non habeo virum, quinque enim viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt vir tuus*: igitur non de libero conſortio, aut famulitio Canon hic accipiendus eſt, ſed de fœmina fideli, vel Catechumena maritum habente comatum, aut cinerarium.

Qua lectione retenta exponendum eſt, quinam comati viri, & cinerarij dicantur, quorum vita adeo fœda, & inhoneſta eſt, vt coniuges cum eis cohabitantes à communione arceantur, & comati appellantur, qui comam nutriunt, & qui capillis cincinnatis, calamiſtriscõpoſitis & affectatis vtuntur, Cincinnati, Calamiſtrati, & Cinædi dicuntur, quorum conſortiũ, & ſocietatem cum fidelibus Chriſtianis ſæpè Eccleſiæ Patres abhorrent. Diuus Hieronym. epiſt. 7. ad Lactan. ibi *Nullus ei iuuenis, nullus cincinnatus arrideat*, epiſt. 9. ad Saluiam. *Non ambules iuxta te calamiſtratus procurator, non hiſtrio fractus in fœminã, non cantoris diabolici venenata dulcedo, non iuuenis cultus, & nitidus*, & epi. 10. ad Furiã: *Iuuenum fuge conſortia, comatulos, comptos, atque laſciuos; domus tua tecta non videant: cantor pellatur vt noxius, fidicinas, & pſaltrias, & iſtiuſmodi cherum diaboli, quaſi mortifera ſirenarum carmina procumba ex ædibus tuis. Noli in publicum ſubinde procedere, & ſpadonum exercitu præmunire, viduarum circumferri libertate: nec procurator calamiſtratus, nec formoſus collactaneus, nec candidus aſſecla adhæreat lateri tuo.* Eorum enim vita flagitioſa, obſcœnaque iudicatur. D. Hieronym. tom. 5. in Ezechiel. cap. 44. *Nec rurſus comam dimittere, quod proprium luxurioſorum eſt.* D. Baſil. homil. 24. *Comarum extra neceſſitatem curam gerere, vel infelicium eſt vt ait Diogenes, vel iniuſtorum* Cicero in orat. pro reditu in Senatu, ibi: Hoc vitium inimico ſuo obiecit, dum inquit: *Cur in helluationibus huius calamiſtrati Saltatoris tam eximia virtus, tandiu ceſſauit.* Petronius crine laxos inter luxuriæ titulos recenſet.

Scorta placent, fractique enerui corpore greſſus.

Et laxi crines, & tot noua nomina veſtis.

Cœlius Rodig. *libro* 15. *antiq. cap.* 8. Vnde teſtes libidinis eos appellat Agatho in Thyeſte apud Hadrian. Iunium de com. cap. 6. his verſibus.

Pronaclis ambientes Gnata nuptias
Paſſi repulſam: mox teſtes libidinis
Comas ſtolendimus: animi ſolatium
Proſtrati. Gloria hinc ſequitur cognominis
Tonſum ob capillum, quod Curates dicimur.

Pulchrè ad rem D. Ambroſ. *lib.* 3. *de Virginib.* ſuper illud Cant 5. *Cincinni mei pleni ſunt guttis noctium*; *Noli*, inquit, *proxima mea accipere cincinnos corporalium capillorum, non illa ornamenta ſed crimina ſunt: lenocinia formæ, non præcepta virtutis. Alios cincinnos Nazaræus habet, quibus ferrum non aſcendit, quos nemo præcidit, qui non calamiſtris compoſiti, & arte digeſti, ſed multiplici criſpante virtutum nitentium gratia refulſerunt.* Chryſis ad Pollienum in Arbitri ſatyr. *Quo enim ſpectant flexa pectine coma? quo facies medicamine attrita, & oculorum quoque mollis petulantia? quo inceſſus aptè compoſitus, & ne veſtigia quidem pedum extra menſuram aberrantia, niſi quod formam proſtitutæ, ac vendas? Vides me? nec augurio noui, nec Mathematicorum cœlum curare ſoleo, ex vultibus tamen hominum mores colligo.* Vnde B. Tiburtius referente Surio in vita D. Sebaſtiani Torquatum immeritò ſe Chriſtiano nomine cenſentem grauiter increpabat, *quod capillos ſuper apicem fontis tonſoris arte componeret.* Cumque ambo Religionis cauſa iudici aſſteren

A sisterentur, ac quæsitus de fide Torquatus, respondisset, se esse Christianum. *Credis ne*, inquit Tiburtius, *vir illustrissime hunc esse Christianum, qui in sui lenocinio molliendo capitis fimbrias admittit, qui sonorem diligit, qui scapulis molliter gestit, qui fluxum gressum improbo, nisu distendit? qui fœminas curiosius intuetur? nunquam tales pestes Christus dignatus est habere seruos suos.* Plura post alios aduersus comatos cincinnatos, & cineratios cumularũt P. Aoa *lib.* 3. *singul. cap.* 15. P. Cresolius *lib.* 4. *Mystag. cap.* 12. *sect.* 4. Cabreros *de metu lib.* 2. *cap.* 48. Adrian. Iunius *in tract. de coma.* Vnde Ecclesiæ PP. adeò abhorruissent istorum mollitiem, statuerunt fœminam fidelem, seu Catechumenam viros comatos, aut cineratios

B habentes esse ad Ecclesiæ communione arcendas, cum eiusdem luxus participes videantur, siquidẽ adhuc postquàm veniunt ad credulitatem, eos retinent, cum possint illos dimittere iuxta tradita supra in *can.* 10. Ipsis tamen viris nullam PP. iniunxerunt pœnitentiam, cum ad primam credulitatem, non accessissent, imò vt Gentiles crines compositos deferrent, vt ait M. Bracar. in sua collect. can. 29. ibi: *item placuit vt lectores in Ecclesia non psallant, nec granos Gentili ritu dimittant*, vbi *per granos* nihil aliud significatur, quam promissa laxaque cæsaries, seu fluens capillatura à Gentilibus vsitata, vt probatur ex D. Isidoro lib. 19. etymol. cap. 23. ibi: *nonnulla gentes, non solum in vestibus, sed in corpore, aliqua sibi propria, quasi insignia vindicant: vt videmus cirros Germanorum, granos, & cinnabar Gothorum.* Quam expositionem probarunt Sauarus ad *Sidonium lib.* 1. *epist.* 2. in exercitation. Plinian. in Solinum, Thomas Dempster *ad Rosinum lib.* 10. *cap.* 29. Lantmeter *lib.* 2. *de veter. Clericor. disciplin. cap.* 65, Cresol. Mystag. *lib.* 4. *cap.* 12. *sect.* 4. & plenissima pœnitioris litteraturæ congerie prosequitur, non sine laude P. Sherlogus *d. tom.* 3. *vestig. a.* 32. *num.* 12. Et iam antea ex Sauaro obseruauerat P. Ludouicus de la Cerda *in aduersar. sacr. cap.* 177. *num.* 13. quare non ob delictum alienum fœminæ à communione repelluntur vt volebat Albaspin. sed ob proprium cum illæ maritos ipsos ritu gentili incedentes possent dimittere: quare persistendo in cohabitatione cum eis eiusdem luxuriæ, & mollitiei sociæ creduntur. GONZALEZ.

VEL CATECHVMENA.

C

CAPVT QVINQVAGESIMVM NONVM.

Quare catechumena ante lauacrum, pœnitentia velut Christiana afficiatur.

DE catechumena autem ideò mentio facta est, quia etsi de his qui foris sint, nihil ad nos, dixerit Paulus, catechumeni non omnino erant extra Ecclesiam, cùm de illis ratione finis propositi maxima semper cura habita fuerit ab Episcopis. Quare concubinas habere, ab Augustino [a] illi non permittebantur, & quarundam orationum quæ in Missa fiebant erant participes, vsque ad eam partem, quæ Missa catechumenorum dicebatur, de qua [b] Augustinus, Gregorius, Isidorus, &

D alij. Quare ad Ecclesiam accedere sæpe tenebantur: vt huius Concilij decreto cautum superiùs retuli, in quo nonnulla alia diximus. Hac ipsa ratione catechumenis lapsis pœnitentiam abscripsit Concilium Nicænum. [c] [Placuit (inquit) huic sancto, & magno Concilio de catechumenis, vt tribus annis inter audientes verbum sint tantum modò; post hæc vero orent cum catechumenis.] Delatoris catechumeni pœnitentia extat inferiùs, [d] vt ante quinquennij tempus admitti non posset ad baptismum Sed latiùs catechumenorum pœnitentiam, vt vtilem, & necessariam, frequentem fuisse in Ecclesia scripsit Tertullianus. [e] Ab hoc ergo Ecclesiæ ingressu, & orationum communione repellendas catechumenas hîc decernunt Hispani Patres, si comicos viros, & scenicos non dimiserint. Quòd si adulteram peccantem dimittere mariti iubebantur canone superiori; cur non & ipsæ viros idololatras, aliisque grauibus criminibus contaminatos? Reliqua de catechumenis dicemus capite

E sequenti.

[a] *D. August. lib. Homiliarum, homilia* 49. *cap.* 2.

[b] *D. Gregorius, Isidorus & August. Cantu. 45. huius Conc.*

[c] *Concilium Nicænum can.* 13.

[d] *Can.* 73. *huius Concily.*

[e] *Tertullianus li de pœnitentia. c.*

[f] *Can.* 65. *huius Concily.*

COMMENTARII NOVI.

CAtechumenis peccantibus pœnitentiam iniungi, & eius ratione baptismum differri iam probaui supra *in can.* 4. *&* 45. sed non eadem imponebatur Catechumenis lapsis, ac fidelibus idem peccatum committentibus mitioti enim, ac lenioti comprimebantur manu: quia adhuc præceptis Dei, & Ecclesiæ non rectè imbuti scelera patrabant, quam fideles, in quos grauior erat animaduersio, quod obseruatum fuit in Concil. Nicæn. vbi legimus;

legimus; lapsos, quod Christi fidem nefariè prodidissent, cum nullis minis, aut mortis terrore ad id compellerentur, prolixa aliquot annorum pœnitentia castigatos: Catechumenos autem si se tali perfidia deserta fide maculassent in *can.* 14. nō nisi dilatione baptismi per triennium in ipsa Catechesi punitos inter audientes reuocari, vnde illud in hoc *can.* perdifficile est: quare eadem pœna priuationis communionis imponatur fœminæ fideli, ac Catechumenæ. Agnouit difficultatem Albaspin. *lib.* 2. *obser. cap.* 2. & eam ita dissoluere intendit: Si procedatur, ait, can. 67. Concil. Illiberini, quo pari pœna Catechumeni, & fideles mulctari videntur. Iidemque propter idem ab vtrisque crimen admissum, ab Ecclesia repelluntur: illud ipsum menti tuæ insideat, hæreatque, illo Canone mulierum illarum mentionem fieri, quæ nefariè suæ libidini cum seruirent, ad explendas suas cupiditates homines benè compros, cincinnatos, eleganti forma, specieque liberali eximios adhibebant: quæque comœdos, seu scenicos ad eandem rem quodammodo alebant: verbum namque *illud*, viros, *non* maritos, sed mancipia quædam libidinum, seu administros significat. Quod si Canon ille de marito verba fecisset, non est dubium, quin in maritum potiùs quam in fœminam, seu vxorē animaduertendum censuisset, at si maritus Paganus, aut Ethnicus extitisset, verisimile non est, mulierem pœnas dedisse pro mariti sui retetrima viuendi ratione morumque intemperantia, cum non in eius potestate fuisset Canoni ipsi quidquam prohibenti, aut imperanti parere, vt à marito discederet: sed & illud lubet asserere mulieres illas, si à turpi, ac prope meretrico quæstu resilirent, virorumque illorum congressu, ac consuetudine vti desinerent, nullo negotio in gratiam rediisse cum Ecclesia datâ illis veniâ aliasque ad communionem, si essent fideles, & alias ad Catechumenatum reuocatas: dici ergo potest Ecclesiam, fœminis illis pœnitentiam nonnullam imposuisse, Canoneque illo non indicari aliquas pœnas, quas Catechumenæ sufferre, aut experiri cogerentur, quin potius ab Ecclesia illas reiici & expelli non aliam ob rem, quam vt pœna aliqua plectantur, quòd indignæ sint quæ inter Christianas nuberent, cum antequàm Catechumenatum perficerent, in cœno flagitiosorum voluptatum tanquàm sues lutulentæ volutarentur: neque vnquàm religionem Christianam, vt complecterentur in animū induxissent suum. Quis enim vnquàm speraſſet eas Christianæ fidei suscipiendæ consilium, voluntatemque præ se laturas, cùm priusquàm Christianis institutis informarentur, quo dignæ haberentur, primo sacramento vniri, & ad Christianam militiam adscribi, & quasi nomen dare, seque pro fidelibus gerere in oculis, conspectuque omnium flagitiosam vitam, & Christianæ puritati omninò aduersam transigerent: eumque testari omnimodo, ac ratione eas oporteret, quouis se metu à diuinæ mentis offensione deterreri, proculcato, ac quasi protrito eiusdem terrore, palàm ad idem numen supremum violandum inflammatis animis rapiebatur. Atque hoc eo nomine eas Catechumenatu eximebat: declarabatque nunquam eas Christianæ fidei ineundæ consilium iniisse; eademque Ecclesia hoc ipsum erga mulierem confecisset, quæ sese ad Christianismum attulisset, si & virum adulterum se cum ipsa retinere, & viuere, & ad Catechumenatum adoptari voluisset: id potiùs ab Ecclesia repulsæ, quam pœnæ, aut pœnitentiæ nomine factum videri posset. Quod si contrà, mulieres istas omnes intemperantiæ suæ suppuduisset, quanquàm Ecclesia eas repulisset ante, & a Communione remouisset, hoc est, à Catechumenatu, omni procrastinatione, aut tergiuersatione posthabita, nulla in dicta pœnitentia in Catechumenatum adscripsisset. Pœnitens verò quamuis peccare, desiisset, aut excommunicatus non propterea confestim ad communionem assumebatur: quo facto, non est recusandum quin *can.* illo 67. recusationis potius, quam pœnitentiæ vim vllam contineri fateamur.

Sed retenta supra tradita interpretatione iuxta quam præsentem Canonem de fœminis coniugatis viros comatos, idest maritos habentibus accipimus, respondendum censeo in his verb. *quacunque hoc fecerint à Communione arceantur*, nullam pœnitentiam iniungi fœminæ fideli, aut Catechumenæ, sed tantum statui eas perseuerantes in eodem coniugio, atque consortio à communione Ecclesiæ esse arcendas, quid tamen resipiscentibus illis à simili fœda coniunctione, virosque deserentibus obseruandum sit, vt recipiantur ad communionem, omiserunt PP. quam secundam partem huius prohibitionis, & Canonis, si consarcinatores, & compositores Canonum expressissent, absque dubio diuersam pœnitentiā iniungerent PP. Catechumenæ resipiscēti, ac fœminæ fideli pœnitenti. Sed quia illis persistentibus in tali coniunctione par earum erat conditio, ideo æqualiter arcentur à communione: Catechumena à communione illa, quam Catechumeni habebant in Ecclesia vsque ad Missam Cathumenorum, de qua communionis priuatione supra accepi *Canonem* 62. Fidelis autem à communione Ecclesiæ, & fidelium: non tamen negarunt PP. illis pœnitentibus diuersam esse imponendam pœnam iuxta Canonem supra relatum Concilij Nicæni, & *Canones* 4. & 45. huius Concilij. Forsan Catechumenæ Baptismus per triennium differetur; fideli verò per quinquennium, aut septennium pœnitentia iniungeretur. Gonzalez.

De catechumena adultera, quæ filium necat.

De catechumena adultera, quæ filium necat.

Canon

Canon LXVIII.	Canon LXVIII.
Catechumena ſi per adulterium conceperit, & conceptum necauerit, placuit eam in fine baptizari.	Catechumena ſi per adulterium conceperit, & conceptum præfocauerit, placuit eam in fine baptizari.

CAPVT SEXAGESIMVM.

De priſco more admittendi infideles ad Baptiſmum: & de pœna, vt non niſi in fine quis poſſet baptizari: & an catechumenus, ſine baptiſmo decedens æterna frui poſſit beatitudine: explicatis in eam rem, Concilij Bracarenſis. 1. can. 35. & B. Chryſoſtomo: differitur præterea de cap. Catechumenum, de conſecratione, diſtinctione. 4.

GRauiſſima fuit olim hinc inde petitis rationibus agitata contentio, an Eccleſia de vita eorum, qui ante baptiſmum peccaſſent, aliquam rationem habere debuiſſet. g [Quibuſdam enim videbatur (ait Auguſtinus) indiſcretè omnes admittendos eſſe ad lauacrum regenerationis, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro nõ ſolùm ſi malã turpemque vitam facinoribus & flagitiis euidentiſſimis notã mutare noluiſſent, ſed in ea etiam ſe perſeueraturos, aperta confeſſione declaraſſent. v. g. Si quis meretrici adhæret, non ei priùs præcipiatur, vt ab ea diſcedat, & tunc veniat ad baptiſmum, ſed etiam cũ ea manens manſurumque ſe confitens, admittatur, & baptizetur: ne impediatur fieri membrum Chriſti, etiam ſi membrum meretricis eſſe perſtiterit, ſed poſteà doceatur, quàm ſit hoc malum, iamque baptizatus de mutandis in melius moribus inſtruatur. Peruerſum enim putant, atque præpoſterum, priùs docere, quemadmodum debeat viuere Chriſtianus, & deinde baptizari. Sed cenſent præcedere debere baptiſmi ſacramentum, vt deinde ſequatur vitæ morumque doctrina: quam ſi tenere & cuſtodire voluerit, vtiliter fecerit, ſi autem noluerit, & retenta fide Chriſtiana, ſine qua in æternum periret, in quolibet ſcelere immunditiaque permanſerit, ſaluum eum futurum, tanquam per ignem, velut qui ædificauerit ſuper fundamentum, quod eſt Chriſtus, non aurum, argentum, lapides pretioſos, ſed ligna, fœnum, ſtipulam, id eſt, non iuſtos, caſtoſque mores, ſed iniquos & impudicos.] Hæc Auguſtinus, quæ priuato conſilio aduerſus eos ſcripſit, qui omnes ad baptiſmum citra diſcrimen admittebant. Origo autem, & principium eius diſputationis ab eodem refertur his verbis. [Ad hanc autem videntur diſputationem impulſi, quòd eos mouerit, non admitti ad baptiſmum illos qui dimiſſis vxoribus, alias duxerint; vel fœminas quæ dimiſſis viris, aliis nupſerint: quia hæc non coniugia, ſed adulteria eſſe Dominus Chriſtus ſine vlla dubitatione teſtatur.] Sed contrarium, vt melius multo & congruentius prudentiæ Chriſtianæ, elegit Eccleſia, non Africana ſolùm, quod teſtatur Auguſtinus, nec Hiſpanica tantùm, vt ex hoc canone conſtat, & ex canone præcedenti h in quo Aurigas, & Pantomimos ad baptiſmum non anteà admittendos, quàm artibus ſuis renuntient, decernitur, ſed Catholica etiam, & Romana, vt poſteà oſtendemus: quod multis & grauiſſimis teſtimoniis probauit D. Auguſtinus. i [Quod aliud (inquit) opportunius tempus reperiri poteſt, quo audiat, quemadmodum fidelis fieri, ac viuere debeat, quàm illud; cum attentiore animo atque ipſa religione ſuſpenſo, ſalubérrimæ fidei ſacramentum petit; An vſque adeò diſſimulamus à ſenſibus noſtris, vt vel nos ipſos non recordemur, quàm fuerimus attenti, atque ſoliciti, quid nobis præciperent, à quibus catechizamur, cum fontis illius ſacramenta peteremus; atque ab hoc competentes etiam vocaremur; vel non intueamur alios, qui per annos ſingulos, ad lauacrum regenerationis accurrunt, quales ſint ipſis diebus quibus catechizantur, exorcizantur, ſcrutantur, quanta vigilantia conueniant, quo ſtudio ferueant, qua cura pendeant? ſi tunc tempus non eſt diſcendi; quæ vita congrua tanto, quod accipere deſiderant, ſacramen

g *D. Auguſtinus de fide, & operibus in principio.*

1. *Cor. 6.*

1. *Cor. 3.*

h *Canone huius Concily 62.*

i *D. Auguſtinus libro de fide, & operib. cap. 6.*

Col. 3. Matth. 9.

sacramento, quando erit? An verò cùm acceperint, in tantis criminibus permanentes; etiam post baptismum, non noui homines, sed rei veteres; vt videlicet peruersitate mirabili prius eis dicatur: Induite hominem nouum; & cùm induti fuerint, posteà dicatur: Exuite veterem; cùm Apostolus sanum ordinem tenens dicat: Exuite veterem hominem, & induite nouum: & ipse Dominus clamet: Nemo assuit pannum nouum vestimento veteri, & nemo mittit vinum nouum in vtres veteres? Quid autem aliud agit totum tempus quo catechumenorum locum, & nomen tenent, nisi vt audiant, quæ fides, & qualis vita debeat esse Christianis, vt cum seipsos probauerint, tunc de mensa Domini manducent, & de calice bibant. Quoniam qui manducat indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Quod autem fit per omne tempus quod in Ecclesia salubriter constitutum est, vt ad nomen Christi accedentes, catechumenorum gradus accipiant; hoc fit multò diligentius, & instantius his diebus, quibus competentes vocantur, cùm ad percipiendum baptismum sua nomina iam dederunt.] Quo autem ordine hæc omnia olim fierent in Ecclesia, consentaneum est, vt ex vetustis Patribus repetamus. Cùm primùm Episcopi curam haberent Catechumenorum, posteà crescente in dies fidelium multitudine, & ipsis aliis Ecclesiarum negotiis distentis, cura vni presbytero demandata est, quem catechumenorum siue audientium Doctorem nuncupabant. Eo officio post Apostolos, apud Alexandriam Pantænus primus functus est, secundus per ordinem Clemens Alexandrinus: tertius Origenes Clementis discipulus, à Demetrio Episcopo electus, vt testatur Eusebius, [k] & si posteà Diaconos officium id exercuisse tradiderit Augustinus. [l] Qualis autem is magister, vel doctor esse deberet, ex B. Petro Clemens Papa refert. [m] [Qui catechizant (inquit) id est, qui verbo instruunt, incipientes, primò oportet, vt ipsi instructi sint; de anima enim agitur hominum; & oportet, eum qui docet & instruit animas rudes, esse talem, vt pro ingenio discentium semetipsum possit aptare; & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse præcipuè apprimè esse eruditus & doctus, irreprehensibilis, maturus, impauidus, sicut ipsi probabitis fore Clementem hunc post me.] Eorum autem locum obtinere eos cathedralium Ecclesiarum canonicos, quos doctorales nuncupant, iam diu mihi persuasi. Quem autem ordinem in hac institutione is doctor scholasticus, seu catechista obseruare debuisset, & ille quem ipse nouus Christianæ disciplinæ sectator, tanquã fidei suæ sponsorem adhibuerat, (non enim temere omnes ad catechesim admittebantur, sed illi solùm quos antiqui Christiani probatæ vitæ, fidei & religionis Pontificibus instituendos obtulissent, sincerum ipsorum studium & voluntatem spondentes) Clemens PP. docuit. [n] [Qui primò (inquit) ad mysterium pietatis accedunt, per diaconos adducantur ad Episcopum vel presbyteros, & causæ exquirantur, cur ad Dominicum sermonem accesserint: & ij, qui eos adduxerunt, testificentur, singula diligenter exponentes. Exquirantur etiam eorum mores ac vitæ, & an serui sint vel liberi. Quòd si quis seruus reperiatur, interrogetur cuius domini sit: at si hominis fidelis seruus fuerit, interrogetur dominus, an illum suo testimonio commendare velit; si nolit, reiiciatur, quousque se dignum apud dominum exhibeat. Si commendatur domini testimonio, recipiatur. Si sit ethnici seruus, instruatur quemadmodum placeat domino, ne blasphemetur verbum. Si habet vxorem, vel mulier si virum, doceatur contentus esse vterque suo connubio. Si sint soluti, discant non fornicari, sed iustis nuptus copulari. Si dominus fidelis, sciens seruum vel ancillam fornicari, tamen non dat seruo vxorem vel ancillæ virum; excommunicetur. Si quis dæmonem habet, erudiatur in pietate, sed non recipatur in communionem, priusquam purgetur. Si mors instet, recipiatur. Si quis sit leno; vel lenocinium desinat, vel reiiciatur. Meretrix si accedat; vel desistat, vel reiiciatur. Artifex idolorum, si accedat, vel desinat, vel reiiciatur. Scenicus si accedat, siue vir sit, siue mulier: Auriga, Gladiator, Cursor stadij, Ludius, Olympius, Choraules, Cytharœdus, Lyristes, Saltator, Campo, desistat vel reiiciatur. Miles si accedat, erudiatur, nemini iniuriam facere, non calumniari, contentum esse suis stipendiis: si pareat, recipiatur: repugnans, reiiciatur. Pædico, Cynædus, mollis, incantator, Astrologus, vates, venatoriis carminibus dans operam, nepos circumforaneus, amuleta faciens, lustrator, Augur, coniector, palmorum interpres, obseruans in occursu offentiones oculorum, pedum,

[k] Eusebius lib. 7. cap. 3. histor. Eccles.
[l] D. Augustinus in principio libri de catechizandis rud.
[m] D. Clemens Papa in epistola. 1.
[n] Clem. PP. lib. 8. constit. Apost. c. 32.

A B C D E

pedum, auium, felium, carminum, auditionum symbolicarum, tempore probetur: nisi pareat, reiiciatur. Pellex, infidelis ancilla, soli domino obsequens, recipiatur. Si cum aliis intemperans fuerit, reiiciatur. Græcos mores qui sequitur, vel Iudaicas fabulas: vel mutet se, vel reiiciatur. Theatralibus ludis qui dat operam, venationibus, equorum cursibus, certaminibus, vel desistat, vel reiiciatur.] Ferè omnia hæc docuit B. Dionysius Areopagita. [o] Alia autem quibus imbui oportebat catechumenos, idem Clemens [p] recensuit. Sed ea latiùs multo Augustinus [q] opere integro de catechizandis rudibus quæ à catechistis & assiduè legi & continuò obseruari impensè cupio, vt susceptum magisterij institutum vberrimo auditorum fructu feliciter exequantur. Tempore autem quod catechumeni in hac fidei (vt ita dicam) probatione conterebant, non solùm quæ ad peccati & prioris vitæ odium, quæ ad infidelitatis, ignorantiæ & cæcitatis detestationem pertinent, illi edocebantur, sed & omnia quæ ad bene beatèque viuendum, ad morum integritatem, cœlestemque in suscipienda religione deinceps secuturam vitam spectant: eaque non ore solum psyttacorum more, sed diurna nocturnaque manu exercere versareque tanquam veri Christiani interdum monebantur, interdum cogebantur. D. Ambrosius, [r] [Cùm vel Patriarcharum (ait) gesta vel prouerbiorum præcepta leguntur, quid putas aliud expediatur, quàm vt his informati atque instituti assuescant maiorum ingredi vias, ac diuinis oraculis obedire, quo renouati per baptismum eius vitæ cursum teneant, quæ deceat ablutos.] Vnde si quid humanitus accidisset, lapsuque peccarent, pœnitentia vt fideles, sed nonnumquam leuiori, puniebantur. Concilium Neocæsariense, [s] catechumenis peccantibus pœnitentiam præscripsit, vt genibus flexis verbum audiant: audiebant enim communiter stantes, vt colligitur ex D. Augustino. [t] [Catechumenus (inquit Concilium) id est audiens, qui ingreditur in Ecclesiam, & stat cum catechumenis, si peccare fuerit visus: figens genua audiet verbum, vt se abstineat ab illo peccato: quod fecit: quòd si in eo perdurat, abiici omnino debere.] In Concilio etiam Nicæno, lapsi catechumeni hæc pœnitentia legitur. [u] [Placuit huic sancto & magno Concilio, de catechumenis qui lapsi sunt, vt tribus annis inter audientes verbum sint tantummodo; post hæc verò orent cum catechumenis.] Catechumenæ habentis virum comicum vel scenicum, pœnitentia extat canone præcedenti; crimen alterius deferentis sancita alia pœna est inferius. [x] Hoc autem, vt quondam illi calumniabantur, non esse nouum in Ecclesia abundè probat D. Augustinus. [y] [Illud sanè mirabile est (ait) quod fratres qui aliter sapiunt, cùm debeant ab ista vel noua vel vetere, perniciosa tamen opinione discedere, ipsi insuper dicunt nouam esse doctrinam, qua nequissimi homines, in suis flagitiis se perseueraturos in propatulo profitentes, non admittuntur ad baptismum: quasi nescio vbi peregrinentur, quando meretrices & histriones & quilibet alij publicæ turpitudinis professores, nisi solutis aut diruptis talibus vinculis, ad Christi sacramenta non permittuntur accedere: qui vtique secundùm istorum sententiam omnes admitterentur, nisi antiquum & robustum morem sancta Ecclesia retineret, ex illa scilicet liquidissima veritate venientem, quæ certum habet, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Et nisi egerint ab his mortuis operibus pœnitentiam, accedere ad baptismum non sinuntur. Si autem subrepserint, nisi vel postea mutati egerint pœnitentiam, salui esse non possunt. Sed ebriosi, auari, maledici, & si qua alia vitia damnabilia apertis factis conuinci, redarguique non possunt: præceptis tamen & catechismis validissimè flagellant, atque omnes tales mutata in melius voluntate, ad baptismum videntur accedere. Sed si fortè adulteros, quos non lex humana, sed diuina condemnat, id est, qui alienas vxores tanquam suas habent, vel fœminæ alienos maritos alicubi negligentiùs admitti solere aduerterunt; ex illis rectis debent conari ista corrigere, hoc est, vt etiam isti non admittantur, non ex his prauis illa recta deprauare, vt neque de morum correctione catechizandos esse censeant, competentes: & consequenter omnes etiam illarum publicarum turpitudinum & scelerumque professores, hoc est meretrices, lenones, gladiatores, ac si quid huiusmodi est, etiam in illis malis permanentes, admitti oportere arbitrentur. Omnia quippe illa quæ Apostolus enumerat, concludens, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt: qui vehementius agunt, manifestata sibi congruenter increpant, & resistentes atque in eis se permansuros profitentes, ad accipiendum baptismum non admittunt.] Aliam præterea difficultatem, quam iidem ipsi obiecerant, huc etiam spectantem his verbis expediuit idem Augustinus. [z] [Sed in tribus millibus, inquiunt, quos vno die Apostoli baptizarunt, & in tot millibus credentium, in quibus Apostolus ab Hierusalem vsque in Illyri-

[o] *Dion. Areop. lib. de Eccles. hier. cap. 3. cap. 3.*
[p] *Clem. PP. lib. 1. cap. 39.*
[q] *D. Augustin. lib. de catechizandis rudibus.*
[r] *D. Ambr. lib. 1 myster. init. cap. 1.*
[s] *Concil. Neocæsariens. can. 5.*
[t] *D. Aug. de catechizandis rudib. cap. 13. Conc. Neocæsar. can. 5.*
[u] *Conc. Nicænum can. 5.*
[x] *Can. 73. huius Concil.*
[y] *D. Aug. de fide & operib. cap. 18.*
[z] *Idem Aug. c. 11 de fide & operib. Romam. 15.*

cum Euangelium repleuit, erant vtique aliqui alienis vxoribus copulati, vel fœminæ alienis maritis? in quibus regulam Apoſtoli conſtituere debuerunt, quæ deinceps in Eccleſiis ſeruaretur, verum non admitterentur ad baptiſmum, niſi illa adulteria correxiſſent. Quaſi non ſimiliter aduerſus eos dici poſſit, quòd non inueniunt aliquem commemoratum, qui cùm talis eſſet, admiſſus eſt. Aut verò poſſint ſingulorum hominum crimina (quod infinitum erat) commemorari, cùm generalis illa regula ſatis ſuperque ſufficiat, vbi Petrus pluribus verbis teſtificans, baptizandis ait: Eripite vos ab hoc ſeculo prauo. Quis enim dubitet ad huius ſeculi prauitatem adulteria pertinere, & illos qui elegerunt in eadem iniquitate perſiſtere? Similiter autem dici poteſt, publicas meretrices, quas vtique ad baptiſmum, niſi ab illa turpitudine liberatas nulla admittit Eccleſia, potuiſſe inueniri in tot millibus tunc credentium per tot Gentes, & de his ſuſcipiendis vel prohibendis conſtituere Apoſtolos exempla debuiſſe. Veruntamen de quibuſdam minoribus poſſumus coniectare maiora. Si enim ad baptiſmum Ioannis venientes publicani prohibiti ſunt aliquid amplius exigere, quam quod eis fuerat conſtitutum, miror ſi venientibus ad baptiſmum Chriſti, poſſet permitti adulterium. Commemorauerunt etiam Iſraëlitas, multa mala & grauia perpetraſſe, & effudiſſe multum ſanguinem Prophetarum; nec tamen ex his factis penitus meruiſſe deleri, ſed ex infidelitate ſola, qua in Chriſtum credere noluerunt, non intuentes, quia peccatum eorum non hoc ſolùm fuit, quia in Chriſtum non crediderunt; verùm etiam quia Chriſtum occiderunt: quorum vnum pertinet ad crimen incredulitatis, alterum ad crimen crudelitatis. Illud ergo eſt contra fidem rectam, illud contra bonam vitam. Vtroque autem vitio caret, qui fidem Chriſti habet: non ſine operibus mortuam, quæ etiam in dæmonibus inuenitur, ſed fidem gratiæ per dilectionem operatur.] Nec eas peccatorum labes quas iam adhuc catechumeni, ſed & omnes quas anteà infideles turpiter contraxerant, pœnitentia iniecta eluebant; non pœnitentia, vt ſanctiſſimum eſt Eccleſiæ Sacramentum, & ſecundum poſt intinctionis Dominicæ monumenta, ſalutare ſubſidium (vt vocat Tertullianus) [a] vel ſecunda (vt Hieronymus [b]) poſt naufragium tabula: ſed vt eſt peccatorum & anteactæ vitæ deteſtatio, vt quidquid error vetus inquinaſſet, quidquid in corde hominis ignorantia contaminaſſet, id pœnitentia verrens & radens ſuperuenturo Spiritui ſancto pararet, quo ſe ille cum cœleſtibus bonis libens inferret. Quare carnibus & vino eos ſemper abſtinere (vt abſtinent hodie qui rigidius religionum inſtitutum profitentur) Concilio Carthaginenſi IV. [c] cautum eſt. Qui hæc à ſanctiſſimis Eccleſiæ Patribus inſtituta legerit, non mirabitur, quod hîc Hiſpani conſtituunt; nam crimen adulterij grauiſſimum olim habitum, etiam illi qui ad baptiſmum omnes indifferenter admittebant, confeſſi ſunt, teſte Auguſtino. [d] Si autem huic aliud non minori pœna dignum, homicidium nimirum, nec homicidium tantùm, ſed parricidium adiecerunt, (de cuius grauitate actum eſt ſupra) non immerito hæc pœna conſtituta eſt, vt vſque ad obitum non baptizentur. Quemadmodum enim pro grauiſſima pœna impoſitum eſt fidelibus, vt ſacroſancti corporis & ſanguinis Domini non fierent participes, ſic & catechumenis infidelibus ne baptiſmi, vt ſi fortaſſe non fictè ad illum ſuſcipiendum acceſſiſſent: ſed ea quàm oſtentarant religione, dilato regenerationis beneficio maiora certioraque veræ conuerſionis argumenta prodentes, digniores vt reciperent, efficerentur: interimque tali pœna deterriti, ab aliis etiam peccatis retraherentur. Quòd ſi delictum non adeo graue eſſet, ad breuioris temporis ſpatium baptiſmus differebatur: catechumenos enim fidelium delatores quinquennio non eſſe baptizandos, pro pœna decretum eſt ab eiſdem inferiùs. [e] De his quæ partus enecant, & earum pœna actum ſuperiùs. [f] De ea autem quæ hîc conſtituitur, vt ſcilicet non niſi in fine baptizentur, agendum. Grauiſſima hæc pœna eſt, vt quis non niſi in mortis diſcrimine baptizari poſſit: quod turpe adeò olim habitum eſt, ſi ſponte quis differret baptiſmum vſque ad id tempus, vt ſi poſteà longiori perfrueretur lucis vſura, ordinari presbyter non poſſet: quod antiqua Eccleſia conſuetudine receptum tradit Euſebius [g] & decreto Concilij Neocæſarienſis [h] ſancitum eſt.

Sed quid ſi eo temporis interuallo, catechumenus infenſa & graui valetudine abſumeretur, moreturque ſine baptiſmo, an æterna illa felicitate priuaretur, quæri poteſt? Ex audio ex ſententia & decreto Concilij Bracarenſis I. [i] multos, notaſſe, ea catechumenos priuandos: ſic enim canon ait. [Item placuit, vt catechumenis ſine redemptione baptiſmi defunctis, ſimili modo, neque oblationis ſanctæ commemoratio, neque pſallendi impendatur officium: nam & hoc per ignorantiã vſurpatum eſt.]

Act. 2.

Luc. 3.

Luca 2. Galat. 5. Luca. 17.

[a] Tertull. lib. de pœnit. cap. 12.
[b] D. Hieronym. in epiſt. ad Demetriadem & c. 3. Iſaiæ. Idem Tertull. eodem lib. cap 2.
[c] Conc. Carthagin. 4. can 85.
[d] D. Auguſt. de fide & operi. c. 19.
[e] Can. 73. huius Concil.
[f] Hoc lib. 3. c. 52.
[g] Euſeb. lib. 2. hiſt. Eccleſ. cap. 35.
[h] Conc. Neocæſar. can. 12.
[i] Conc. Bracaren. I. can. 35.

A B C D E

A est.] Huius tamen canonis sententiam longè esse diuersam censeo: nam cùm baptismus flaminis eandem quàm aquæ habeat virtutem, vt docuit Concilium Arausicanum sub Leone I. D. Ambr.[k] August.[l] Bernard.[m] & Hugo:[n] Qui inquã fieri potest, vt peccatorũ indulgentiam & Sancti Spiritus gratiam, quã catechumeni exantlati in audiendo & stando triennij labores, quã seuera & rigida ieiunij, abstinentiæ, & pœnitentiæ obseruatio, quam ardentissimum fidei, spei & caritatis studium, apud Deum harum omnium virtutum æquissimum æstimatorem conciliarunt & peperierunt, eam posteà perexiguo temporis interuallo, quædam solùm morbi non spiritualis, sed corporalis necessitas eripiat, euertat, labefactet, expugnet? Deum enim tam immitem & ferreum esse, vt his sanctis moneribus non leniatur; tam obliuiosum, vt nullam retineat

B diuinæ suæ pollicitationis memoriam; tam ingratum, vt singularem cordis & animi (quam ipse requirit) obseruantiam & obsequium ferè Christianum despiciat, spernat; nec cogitari, nedum scribi, aut affirmari fas est. De suo enim Valentiniano sic est locutus Ambrosius. [Non habet gratiam quam desiderauit? non habet quam popposcit? accepit.] Ab hac benigna Christianæ pietatis sententia, Catholicam & sanctam Hispanicæ Ecclesiæ mansuetudinem & lenitatem minimè discrepasse, facilius probauerim, si obseruauerim priùs, olim primitiuæ Ecclesiæ Patres tam seueram, & strictam vitæ Christianæ institutionem à primis exegisse fidelibus, qualem vtinam hodie, non dicam vulgares Christiani, sed & omnes qui ad excelsum vitæ institutum aspirant, adeò præclaram redderent: erat enim inter eos quasi summa religio, vel leuiter post baptismum peccasse. Qua ratione multi catechumenorum, vt molliùs interim & in-

C temperantiùs viuerent, suscipiendi baptismi occasionem omittebant, sibi persuasum habentes, cùm voluissent, ab his sordibus quas longiori vita contraxerant, baptismi susceptione posse mundari. Eos peculiari concione grauiter notat & insectatur Diuus Augustinus: [o] [Non omnes (inquit) sciunt donum Dei, quia non omnes desiderant aquam viuam, si enim desiderarent, nunquam circa se baptismi Sacramenta differrent. Igitur de se promittant, & vitæ suæ testimonium perdunt, qui adeò volunt tardiùs baptizari, vt flagitia & scelera multa committant. Noli differre, ô homo, remedia salutis, &c.] Id ipsum testatur D. Chrysostomus. [p] Et eodem malo laborasse Marcionistas auctor Tertullianus: [q] baptismum enim iterabant, vel ad extremum ætatis protendebant. Ne ergo occasionem susciperent liberiùs peccandi, tempore quo Christianis omnino legibus non adstringebantur, Concilium

D rectè decreuit: non quòd catechumeni mortui sine aquæ baptismo, spirituali vita priuarentur (nam & hoc aduersabatur maximè virtuti & animo suscipiendi baptismum, quẽ catechumenos habuisse & præ se tulisse certum est) sed quòd illis oblationis sanctæ commemoratio non impenderetur, neque psallendi officium; hoc est, ne pro illis sacrificium fieret, neue psalmorum recitatio. Solebant enim olim (vt hodie) memorias defunctorum anniuersariis orationibus, vigiliis, psalmorum decantatione & Missis celebrare, vt testis est Beda,[r] referens, ad crucem quam Osuualdus in Anglia erexerat, fratres Hagustalenses Ecclesiæ, annis singulis pridie illius diei, quo is occisus fuerat, vigilias egisse cum psalmorum laude; & victimam sacræ oblationis pro salute animæ eius offerre solitos. Gesta prætereæ Episcoporum Metentium (vt alia multa missa faciamus) de Clodulfo Episcopo tradunt, quòd ipsi sepulto, clerici eius per dies triginta Missarum solemnibus, orationibus continuis, vigiliis & psalmodiis pietatis intuitu iusta persoluerũt. In Hispania autem religiosorũ hominum tantùm & in pace Ecclesiæ decedentium

E corpora deferri ad sepulturam psalmorũ cantu, apparet ex Concil. Tolet. III.[s] Impiis verò neque loco solito iuxta cæteros Christianos tumulus datus est vnquàm, neque preces eis exhibitæ, neque Missæ dictæ, neque psalmi cantati, vt Beda[t] testatur. Quare cùm de catechumenis, qui baptismi susceptionem ad obitum vsque distulerant, suspicio esset iniecta, animo potiùs ficto, quàm verè Christiano sacræ militiæ nomen dedisse, vt in Concil. Neocæsariensi[u] dicitur: vel si vero, baptismũ eo consilio posteà distulisse, vt interim maiori licentia peccarẽt: quod multis experimentis perspexerãt: meritò in pœnã decretum est, pro eis sine baptismo aquæ defunctis, neque sacrificium offerri, neque psalmos cantari: vt vel huius saltem notæ & pœnæ metu, antiquam vitæ turpitudinem detestarentur, inueteratam peccandi consuetudinem relinquerent, & in contrariis se virtutum studiis exercentes, Dei continuo bonitatem agnoscerent faciliùs, sapientiam colerẽ præstãtiùs, maiestatẽ reuererentur, augustiùs, & omnibus sic tandẽ Episcop. & Ecclesiæ monitis tanquam veri propositi Christiani obsequerentur fideliùs. Hanc fuisse Bracarensis Concilij[x] sententiam adducor; quòd alio eiusdem Concilij decreto pœna

k *D. Ambr. in ora. funebr. de obitu Valent. imper.*
l *D. Aug. lib. 4. de baptismo contra Donatist. cap. 22.*
m *D. Bernard. in epist. 22. ad Hugo.*
n *Hugo de sancto Vict. ve. lib. de sacrament. p. 6. cap. 7. Conc. Arausi. sub Leone I. can. 12.*
Ioan. 4.
o *D. August. serm. de non differendo baptismo, & lib. de catechizand. rudib.*
Hebr. 6.
p *D. Chrysost. homil. 1 in acta Apost.*
q *Tertull. aduersus Marcionem.*
Explicatur Concilium Bracarense. 1. can. 35.
r *Beda lib. 5 cap. 12.*
s *Concil. Tolet. 3. can. 22.*
t *Idem Beda lib. 5 cap. 15.*
u *Concil. Neocæsariense can. 12.*
x *Concil. Bracarense can. 16.*

eadem ſancita ſit in eos, qui ob grauia ſcelera vltimo ſupplicio afficerentur, tametſi de æterna eorum felicitate non eſſet deſperandum quòd pœnitentia ducti extremum illud ſupplicium pati potuiſſent. Concilij verba ſunt: [Item placuit, vt hi qui ſibi ipſis, aut per ferrum, aut per præcipitium, aut ſuſpendium, vel quolibet modo violentam inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturã eorum cadauera deducantur: multi enim ſibi hoc per ignorantiam vſurpauerunt. Similiter & de his placuit, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.] Quod cum in Gallia quoque aliquando fuiſſet obſeruatũ, ſublatũ poſtea eſt Concilio Vvormacienſi. [y] Nec acerba & dura videri debet Concilij conſtitutio, qua decreuit, differentes baptiſmum, oblatione & pſalmorum laude priuari; cùm durior multo fuerit D. Cyprianus [z] erga eos, qui pœnitentiam ad mortis periculum diſtulerant; & in eo pacem & pœnitentiam petebant: cenſuit enim illis eam eſſe denegandam, ſic ad Antonianum ſcribens: [Et ideirco, frater cariſſime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum ſuorum toto corde & manifeſta lamentationis ſuæ profeſſione teſtantes, prohibendos omnino cenſuimus à ſpe communicationis & pacis ſi infirmitate atque periculo cœperint deprecari; quia rogare illos non delicti pœnitentia, ſed mortis vrgentis admonitio compellit: nec dignus eſt in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogitauit eſſe moriturum.] Quod in vſu fuiſſe ad tempora Cæleſtini [a] Papæ I. & Leonis [b] I. argumento eſt, quòd contrarium vterque definierit [c] obſeruandum. Pœna enim hæc pro leuioribus delictis (etſi grauiora tunc viderentur) etiam illis qui baptiſmum ſuſceperant, imponi ſolebat D. Cyprianus pro Geminio Victore monet non offerri: neque pro illius dormitione ſacrificium celebrari; quòd de ſeculo ſolùm excedens Geminium Fauſtinum preſbyterum tutorem teſtamento ſuo nominaſſet: Quod iam pridem (inquit) in Concilio Epiſcoporum ſtatutum fuerit, ne quis de clericis & Dei miniſtris, tutorem vel curatorem teſtamento ſuo conſtitueret.] Et hæc erat excommunicatio ſeu anathema defunctorum, de qua intelligendum eſt Concilium Carthaginenſe [e] apud Balſamonem & Gregorium I X. [f] Epiſcopo anathema poſt mortem dici iubens, qui extraneos, vel conſanguineos hæreticos hæredes inſtituiſſet, hoc eſt, pro illis, nec ſacrificium offerri, nec preces, reliqua Eccleſiæ ſuffragia.

In hoc ergo, pro cathecumenis ſine baptiſmo defunctis ſacrificium & laudes dici non poſſe decernitur: pro illis intelligo, qui in culpa fuerunt, vt ſine baptiſmo decederent: vel quia ficto animo aſpirabant ad baptiſmum: vel ſi vero, quia recuſabant tinctionem, vt vitam interim agerent liberiùs. Si autem non ea de cauſa, ſed implendæ iniunctæ pœnitentiæ, vt in hoc Concilio; vel agendæ propoſito, vel præparandi ſui gratia baptiſmum differrent, cur illis æternæ vitæ aditum putemus intercludi? nonne obedientiæ, Chriſtianæ modeſtiæ & pœnitentiæ recordatione, & quod rerum omnium caput eſt, ſumma Dei noſtri clementia & benignitate meritò inuitabimur, vt de laude, de præmiis, de gloria, magis quàm culpæ immunitate nedum culpa cogitemus? pro illis igitur catechumenis, qui ſine culpa ſua ſine baptiſmo diſceſſerint, & in ſacrificio ſecretam offerri orationem, & in funere educendo pſalmos cantari poſſe cenſeo; quòd non minor ſit baptiſmi flaminis, quàm aquæ virtus, dignoſque tandem illos eſſe Eccleſiaſtica ſepultura: quam ſilentio prætermiſit Concilium, quòd eo tempore perfecti adhuc Catholici eiuſdem Concilij Bracarenſis [g] decreto minime poſſent in ea ſepeliri.

D. quoque Chryſoſtomus [h] in contrariam adhuc ſententiam ſolet citari, quòd dixerit; pro catechumenis, nec ſacrificium offerendum, nec orationem habendam: [Cathumeni verò (inquit) nec hac digni conſolatione cenſentur, ſed omni ſunt tali ſuffragio priuati] Aliò tamen reſpexit Chryſoſtomus: agebat enim de ſuffragiis & orationibus publicis Eccleſiæ ab Apoſtolis inſtitutis, vt in Miſſæ ſacrificio defuncti fideles commendarentur; in his ait actum non eſſe de catechumenis defunctis; ideóque non licere in publico Miſſæ ſacrificio pro illis offerri, ne inſtitutionibus Apoſtolicis aliquid adderetur. Non tamen voluit Chryſoſtomus, illos æternis (vt ei obiicitur) tormentis tanquãm infideles cruciari: cùm in eodem capite docuerit, pias fidelium oblationes & eleemoſynas magno illis futuras leuamento: quod de ethnicis, nec ille cogitaſſet. Hanc autẽ fuiſſe eius diui mentẽ, quæ ſequuntur verba comprobare videntur: [Non temerè (ait) ab Apoſtolis hæc ſancita fuére, vt in tremendis myſteriis defunctorũ agatur cõmemoratio. Sicut enim illis multũ conferre lucrũ, vtilitatẽ multam. Cùm enim totus conſtiterit populus extenſis manibus, ſacerdotis plenitudo & tremendum proponat ſacrificium, quorum Deum non exoraui mus pro iis deprecantes? Sed

hoc

[y] Concil. Vvormac. can. 80.

[z] D. Cyprian. epiſt. 52. ad Antonianum, cap. 6.

[a] Cæleſt. Papa. I. in epiſt. 2. ad Gallarum Epiſcopos.

[b] Leo Papa I. epiſt. 89. ad Theodorum Forojulien. é Epiſcopum.

[c] Grat. in can. agnoſcimus, & can. ſi qui. 26. quæſt. 6.

[d] D. Cypr. in epiſt. ad preſbyteros, & diaconos, ac plebem. Furnis conſiſtentem. lib. 1. epiſtol. 66.

[e] Concil. Carthag. can. 84. apud Theodor. Balſamum. Extat. apud

[f] Greg. 9. in c. Si quis Epiſcopus, de hæreticis.

[g] Concil. Bracaren. 1. can. 36.

[h] D. Chryſoſtomus homil. 69.

Explicatur Diuus Chryſoſtomus homil. 69.

A hoc quidem de his qui cum fide migrarunt. Catechumeni verò, nec hac digni conſolatione cenſentur, ſed omnes ſunt tali ſuffragio priuati, præter vnum ſolum. Quod autem illud? dare licet pro eis pauperibus, & ex hoc aliquid eis præſtare refrigerationis, vult namque Deus nos alterum alteri prodeſſe; nam quare pro pace mundi, & tranquillitate nos iuſſit orare? Quare cum hîc vbique ſint latrones & fures ac ſacrilegi, & infinitis plem facinoribus, & tamen pro omnibus precamur, forſitan aliqua fiet eorum mutatio? Sicut itaque pro viuentibus precamur, quis nihil à mortuis differunt, ita pro illis quoque licet orare.] Hæc Chryſoſtomus, quibus ſanè pios omnes in contrariam anteà Chryſoſtomo imponebatur, ſententiam ituros non ambigo: catechumenos videlicet nulla propria culpa, ſed mortis neceſſitate ſine baptiſmo aquæ defunctos, hæreditatis cœleſtis vt filios iam regeneratos fore participes.

Sed obiiciunt alij aduerſus ſententiam hanc, Auguſtini doctrinam; apud Gratianum, dicentis. B [i] [Nullum catechumenum quamuis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus, excepto martyrio.] Quod tamen non eſt adeò difficile: nam ſententia illa & liber in quo illa continetur Auguſtini non eſt, ſed Gennadij: quòd ſi eam opinionem tenuiſſet aliquando Auguſtinus (quam in eius libris me legiſſe non memini) reuocauit eam poſteà, dum apertè docet contra Donatiſtas, catechumenum, ſi fortè baptiſmi Sacramentum non contempſit, ſed repentè abſque illo, neceſſitati naturæ cedens interiit, gloria non carere: [k] [Qua in re (ait) nec ego dubito, catechumenum Catholicum, diuina caritate flagrantem, hæretico baptizato anteponere; ſed etiam in ipſa intus Catholica bonum catechumenum malo baptizato anteponimus nec ideò tamen Sacramento baptiſmatis; quo iſte nondum, ille iam imbutus eſt, facimus iniuriam; aut catechumeni Sacramentum Sacramento baptiſmi præferendum putamus, cum aliquem catechumenum aliquo baptizato fideliorem, melioremque cognoſcimus. Melior enim Centurio Cornelius nondum baptizatus Simone baptizato. C Iſte enim & ante baptiſmũ ſancto Spiritu repletus eſt, ille & poſt baptiſmũ immundo ſpiritu inflatus eſt. Verumtamen Cornelius, ſi etiam Spiritu ſancto accepto baptizari noluiſſet, contempti tanti Sacramenti reus fieret.] Conſequenter poſteà hæc adiiciens [Baptiſmi ſanè vicem, aliquando implere paſſionẽ, de latrone illo, cui non baptizato dictum eſt: Hodie mecum eris in paradiſo: non leue documentum, idem Beatus Cyprianus aſſumit. Quod etiam atque etiam conſiderans, inuenio non tantùm paſſionem pro nomine Chriſti, id quod ex baptiſmo deerat, poſſe ſupplere; ſed etiam finem conuerſionemque cordis, ſi fortè ad celebrandum myſterium baptiſmi in anguſtiis temporum ſuccurri non poteſt. Neque enim latro ille pro nomine Chriſti crucifixus eſt, ſed pro meritis facinorum ſuorum; nec quia credidit, paſſus eſt, ſed dum patitur, credidit. Quantum itaque valeat, etiam ſine viſibili Sacramento baptiſmi, quod ait Apoſtolus: Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem: D in illo latrone declaratum eſt: ſed tunc impletur inuiſibiliter, cum myſterium baptiſmi non contemptus religionis, ſed articulus neceſſitatis excludit.] Et mox, [Quid autem valeat (inquit) & quid agat in homine corporaliter adhibita ſanctificatio Sacramenti, ſine qua tamen ille latro non fuit, quia non eius accipiendæ voluntas defuit; ſed non accipiendæ neceſſitas affuit, difficile eſt dicere. Niſi tamen plurimum valeret, non ſerui baptiſmum Dominus accepiſſet: verùm quia per ſe ipſa conſideranda eſt, excepta ſalute hominis, cui perficiendæ adhibetur, ſatis indicat, quòd & in malis, & in eis qui in ſeculo, verbis non factis renuntiant, ipſa integra eſt; cum illi niſi corrigantur ſalutem habere non poſſint. Sicut autem in latrone, quia per neceſſitatem corporaliter baptiſmus defuit, perfecta ſalus eſt, quia per pietatem ſpiritualiter affuit, ſic & cùm ipſa præſtò eſt; ſi per neceſſitatem deſit quod latroni affuit, perficitur ſalus: E Quod traditum tenet vniuerſitas Eccleſiæ cum paruuli infantes baptizantur, qui certè nondum poſſunt corde credere ad iuſtitiam & ore confiteri ad ſalutem.] Et ruſus. [Et ſicut in illo latrone (inquit) quod ex baptiſmi Sacramento defuerat, cõpleuit Omnipotentis benignitas; quia non ſuperbia vel contemptu, ſed neceſſitate defuerat; ſic in infantibus qui baptizati moriuntur, eadem gratia omnipotentis implere credenda eſt, quod non ex impia voluntate, ſed ex ætatis indigentia, nec corde credere ad iuſtitiam poſſunt, nec ore confiteri ad ſalutem.] Item poſtea, [Quibus rebus (ait) omnibus oſtenderit, aliud eſſe Sacramentum baptiſmi, aliud conuerſionem cordis; ſed ſalutem hominis ex vtroque compleri; nec ſi vnum horum defuerit, ideò putare debemus conſequens eſſe, vt & alterum deſit; quia & illud ſine iſto poteſt eſſe in infante, & hoc ſine illo potuit eſſe in latrone: complente Deo, ſiue in

[i] *D. Auguſt. lib. Eccleſiaſtic. dogmatib. cap. 73 apud Grat. in can. catechumenum. de conſecrat. diſt. 4.*

[k] *D. Auguſt. lib. de baptiſmo contra Donatiſtas. cap. 11.*

Act. 10. & 8.

Idem cap. 12. Luc. 23.

Luc. 18.

Rom. 10.

Idem cap. 13.

Matth. 3.

Idem cap. 14.

Idem cap. 15.

illo, siue in isto, quod non ex voluntate defuisset; cum verò ex voluntate alterum horũ defuerit, reatu hominẽ inuolui. Et baptismus quidem potest inesse, vbi conuersio cordis defuerit: conuersio autẽ cordis potest quidẽ inesse, non percepto baptismo, sed contẽpto, non potest. Neque enim vllo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum, cùm Dei Sacramentum contemnitur.] Multò clariùs id ipsum docet Augustinus, reddens omnium rationem, contendensque facere his satis, qui contrariæ adhærent opinioni. [Catechumenis ergo (inquit) in huius vitæ vltimo constitutis, si morbo, seu casu aliquo sic oppressi sint, vt quamuis adhuc viuant, petere sibi tamen baptismum, vel ad interrogata respondere non possint; prosit eis, quòd eorum in Fide Christiana, iam nota voluntas est; vt eo modo baptizentur, quomodo baptizantur infantes, quorum voluntas nulla adhuc patuit. Non tamen propterea damnare debemus eos, qui timidiùs agunt, quàm nobis videtur agi oportere, ne de pecunia conseruo credita, improbius quàm cautiùs iudicare voluisse iudicemur. Satis quippe in talibus respiciendum est illud Apostoli, vbi dicit: Vnusquisque nostrum pro se rationem reddit Deo. Non ergo ampliùs inuicem iudicemus. Sunt enim qui vel in his, vel etiam in aliis obseruandum putant, quod dixisse Dominum legimus: Nolite sanctum dare canibus, neque proiecceritis margaritas vestras ante porcos. Et ista Saluatoris verba referens, baptizare non audent eos, qui pro se respondere nequiuerint: ne fortè contrarium gerant voluntatis arbitrium. Quod de paruulis dici non potest, in quibus adhuc rationis nullus est vsus. Sed non solùm incredibile est, ne in fine vitæ huius baptizati catechumenum velle, verùm etiam si voluntas eius incerta est, multo satiùs nolenti dare quàm volenti negare; vbi velit, an nolit, sic non apparet, & tamen credibilius sit eum, si posset, velle se potiùs fuisse dicturum esse, sacramenta percipere, sine quibus iam credidit, non se oportere de corpore exire. Si autem Dominus, vbi ait: Nolite dare sanctum canibus, hoc quod isti cauendum putant, vellet intelligi, non ipse suo traditori dedisset, quod in suam ille perniciem, sine culpa dantis, cum dignis indignus accepit. Vnde cùm hoc diceret Dominus, credendum est significare voluisse, quòd lucem intelligentiæ spiritalis immunda corda non portant. Etsi portanda doctor ingesserit, quæ non rectè accipiunt, quia non capiunt, vel reprehensionis morsibus lacerant, vel contemnendo conculcant. Si enim beatus Apostolus, quamuis in Christo iam renatis, tamen adhuc paruulis, lac dicit se dedisse, non escam. Necdum enim poteratis (inquit) sed nec adhuc quidem potestis. Si denique ipse Dominus electis Apostolis dixit: Adhuc multa habeo vobis dicere; sed non potestis illa portare modò: quanto minus possunt ferre, quæcunque de incorporea luce dicuntur, immundæ mentes impiorum?] Quæ omnia non leuibus coniecturis, sed clarissimis rerum notis comprobant, Diuum Augustinum eius semper sententiæ fuisse, vt crederet doceretque, catechumenum, dum baptismi Sacramentum non contempsit, si sine illo, necessitate naturæ decederet, ad æterna conscendere tabernacula. Sicque illum intellexit & intepretatus est Innocentius II. [m] ad Episcopum Cremonensem. [Apostolicam (inquit) sedem consulere decreuisti, & infra. Inquisitioni tuæ taliter respondemus, presbyterum, quem sine vnda baptismatis, extremum diem clausisse significasti; quia in sanctæ matris Ecclesiæ fide & Christi nominis confessione perseuerauerit, ab originali peccato solutum, & cœlestis patriæ gaudium esse adeptum, asserimus incunctanter. Lege super VIII. librum Augustini de ciuitate Dei, vbi inter cætera legitur: Baptismus inuisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit. Librum etiam Beati Ambrosij de obitu Valentiniani, idem asserentis reuolue. Sopitis igitur quæstionibus Doctorum, Patrum sententiam teneas, & in Ecclesia tua iuges preces, hostiasque Deo offerri iubeas pro presbytero memorato.] In citando tamen libro Augustini, memoria lapsus videtur Ponutex; (quod bona eius venia dixerim) cùm integro lib. VIII. de ciuitate Dei, nihil de catechumeno mortuo sine baptismo edisserat Augustin. nec in omnibus XXII. in decimo tertio tantùm Cap. VII de eo qui moritur sine baptismo aquæ, cũ baptismo sanguinis, id martyrij, tractat. Sententiam autem Augustini, quam retulit & probauit Innocentius, extare eisdẽ verbis conscriptam in dicto libro de baptismo contra Donatistas, nemo inficiabitur, qui legerit quæ pauò ante ex eodem reperita sunt. In citandis autẽ Sãctorum & aliorũ auctorum vel locis, vel nominibus quis adeò crassi ingenij erit, & recti consilij inops, qui tam strictã fidei rationem à Pontificibus exigat, ac in dubiis Catholicæ fidei quæstionibus? Si diligentiæ & eruditionis laus cùm splendescit, redundat in aduersarios, cur si qua leuissima culpa in his contracta sit, non in eosdem, sed in Pontifices retorque-

1 *D. August. lib. 1. de adulterinis coniugiis c. 26. & 27.*

Rom. 14.

Matth. 7.

1. *Cor. 3.*

Ioan. 16.

m *Innoc. 2. in epist. ad Episcopum Cremonensem, apud Gregor. 9. in cap. ad Apostolicam de presbyt. non baptizat.*

A retorquebitur? Vt Innocentium II. hîc loca Auguſtini commutaſſe, ſic & Cæleſtinum PP. III.[n] vel Cæleſtini notarium, Gregorium citaſſe pro Ambroſio, obſeruaui ſuperiùs [o]. Neutrum tamen à vera fidei & auctorum doctrina aberraſſe manifeſtum eſt.

Quare caput illud, Catechumenum, quod à Gratiano in ſua diſcordantium canonum concordia eſt inſertum, omni prorſus auctoritate carere mihi perſuadeo: quia illud Auguſtini non eſt, non Tertulliani, non Fulgentij, non Gregorij, non Iſidori (omnibus enim his tribui ſolet) non tandem alicuius probati Doctoris, ſed Gennadij Maſſilienſis in Gallia presbyteri, qui ſuppleuit catalogum, quem ſcripſerat Diuus Hieronymus de viris illuſtribus. Sic Vvalafridus Strabo[o]: [Gennadius (inquit) Maſſilienſis presbyter in dogmate Eccleſiaſtico.] Eidem Gennadio tribuit Algerus[p], & Petrus Lombardus[q] in editione Louanienſi, etſi in aliis recentioribus nimis audacter, Auguſtini nomen falsò quidam adſcripſerint. Eiuſdem Gennadij, non Auguſtini titulo citauit Beatus Thomas[r]. Item Platina[s] Gennadio tribuit Maſſilienſi, quamuis illum Epiſcopum non rectè nominet, cum presbyter tantùm fuerit, de ea factione Gallorum, contra quam ſcribunt Proſper & Hilarius Auguſtino, & contra quam habitum fuit Concilium Arauſicanum ſecundum. In eo libro nonnulla à piis lectoribus cauenda ſcripſiſſe Gennadium, vt ſcripſerat anteà multa erroribus conſperſa grauiſſimis in Catalogo virorum illuſtrium, iam diu piè ſatis & doctè notarunt Canonici Louanienſes in principio & cenſura eiuſdem libri, monentes, illum non eſſe Catholici ſcriptoris, ſed Gennadij: & ideò diuerſis conſcriptum characteribus, vt reliqua falsò Auguſtino impoſita, à catalogo eius librorum ſciè reiecerunt. Citata autem illius capitis Gennadij doctrina, & Auguſtini, Ambroſij, & aliorum ſanctorum ſententiæ communi Doctorum conſenſu receptæ perſpicuè aduerſatur, & Innocentio tandem Papæ III.[t] qui apertiſſimè definiuit, ſine baptiſmo aquæ, ſed per fidem ſacramenti, quam habent catechumeni, poſſe ſaluari: ſic enim inquit: [Nam cùm quis non ſolùm per Sacramentum Fidei, ſed per fidem etiam Sacramenti efficiatur proculdubio membrum Chriſti: & qui Chriſtum habet per fidem, etiam ſi baptiſmum non habeat, habeat vtique fundamentum, præter quod aliud poni non poteſt, quod eſt Chriſtus Ieſus; ſuperædificari poſſe videtur.] Idque tandem ſtabilitum eſt recentiori Concilij Tridentini[u] decreto.

[n] *Caleſt. in c. laudabilem, de conuerſ. in fidel. in 2 compilat.*

[o] *Lib. 1. c. 22. D. conſec. diſt. 4. c. Catechumenum.*

[o] *Vvalafrid Strab. l. de rebus Eccleſ. cap. 20.*

[p] *Alger. l. de corpore & ſang. Domini c. 22. in priori editione.*

[q] *P. Lombard. l. 2 ſent. diſt. 8. in editione Louanienſi.*

[r] *D. Thom. quodlibet. 12. art. 11. & in Catena ad 1. cap. Matthæi.*

[s] *Platina in Symmacho.*

[t] *Innoc. III. in cap. veniens, de presbytero non baptiſm.*

[u] *Conc. Trid. ſeſſ. can. 4.*

COMMENTARII NOVI.

PAulò altiùs idem Concilium communionem adimit, vel in morte Chriſtianæ mulieri, quæ in idem peccatum prolapſa fuerit; hic contra Catechumena non niſi prorogationem Catechumenatus pœnæ nomine ſuſtinet. ALBASPINÆVS.

Catechumeni, dum in Catecheſi erant, non ſolum à vitiis, & peccatis, prorſus ſe abſtinere debebant, verùm propter ante actæ vitæ ſcelera variis pœnitentiæ exercitiis vtebantur per corporis contuſiones, & affl ctiones, quarum meminerunt plures Eccleſiæ PP. congeſti à Ioſepho Viccomes *de ritibus baptiſm. lib. 3. cap. 9.* Albaſpinæus *lib. 2. obſerv. c. 1. & 2.* Lantmet. *lib. 2. de veter. Mon. cap. 6.* Georg. Ambian. *ad Tertull. de pudic. cap. 20. obſerv. 3.* quia licet iuxta D. Ambroſ. in Diuum Paulum ad Rom. cap. 11 *Gratia Dei in baptiſmate non fuerat gemitum, aut planctum, vel opus aliquod, niſi ſolam ex corde profeſſionem, tamen ad digniorem diſpoſitionem ea obibant.* D. Auguſt. de vtilit. pœnit. ibi: *Omnis qui voluntatis ſuæ factus eſt arbiter, cum accedit ad ſacramenta fidelium, niſi eum veteris vitæ pœniteat, nouam inchoare non poteſt.* Vnde inter alia doloris ſigna pectus tundebant: Anſelm. in cap. 3. Matth. *Quamuis Ioannes in baptiſmate Chriſti omnia peccata poſſe deleri, crederet, tamen ante baptiſmum Chriſti ad pœnitentiam inuitabat: quia volebat eos præparare, & aptare, quatenus compuncto corde, & humiliato per tantum ſacramentum perciperent remiſſionem peccatorum.* Peccata confitebantur, non vt ſacramentum pœnitentiæ acciperent; ſed vt deſpicientiæ inſigne argumentum præberent: Tertull. de baptiſm. cap. 19. ibi: *Ingreſſuros baptiſmum orationibus crebris, ieiuniis, & genuflexionibus, & pernigiliis orare oportet, & cum confeſſione omnium retrò delictorum, vt exponant etiam baptiſmum Ioannis, tingebantur, inquit, confitentes delicta ſua: nobis gratulandum eſt, ſi non publicè confitemur iniquitates, aut turpitudines noſtras.* Et ieiunantes à carnibus, & vino ſe abſtinebant *cap. baptizandi 60. de conſec. diſtinct. 4.* imò & à licitis arcebantur. Matrimonium non contrahebant D. Hieron. epiſt. 83. ad Oceanum: *Audiant Catechumeni, qui fidei ſunt candidati, ne vxores ducant ante baptiſma, ne honeſta iungant matrimonia.* Et ſi matrimonio iuncti erant, abſtinebant ſe à copula D. Auguſt. *de fid. & oper. cap. 6.* probat Viccomes *dict. lib. 3. cap. 9.* per totum, & pedibus nudis velata facie plerumque incedebant, vt probat ipſe *cap. 11.* per totum, humi iacebant in cinere, & cilicio; idem *cap. 12.* per totum: Quibus peractis ſequebantur ſcrutinia, vbi examinabatur eorum vita, & de fide, ac moribus inquirebatur Hugo à S. Victore de ſacrament. cap. 17. ibi: *Notandum etiam quod baptizandi in Sabbatho Paſchali, quarta feria*

quarta Hebdomada Christiane militiæ, id est Quadragesimæ deferuntur ad Ecclesiam, vt exorcizentur, & catechizentur, & quia prædicta quarta feria de fide inquiruntur, & instruuntur, ideo dies illa, dies scrutinij, & officium illud scrutinium appellatur. Synodus Moguntina 1. cap. 3. *Sacramenta itaque baptismatis volumus, vt conformiter, atque concorditer secundum Romanum ordinem inter nos celebrentur ingiter, atque conseruentur, id est, scrutinium ad ordinem baptismatis, sicut in decretis Leonis Papæ sub duobus continetur capitulis.* Cuius scrutinij mentio fit apud Rupertum *lib. 4. de diuin. offic. cap. 18.* Strabonem *de rebus Eccles. cap. 26.* Albinum Flaccum *de diuin. offic. cap. de baptismo*, & alios congestos à Vicecomite *dict. lib. 3. cap. 21.* cum seqq. *in cap. his 12. de maiorit. & obed.* in quibus scrutinijs Catechumeni Sacerdotum, populique Catholici suffragiis admittebantur, vel repellebantur, vt notaui suprà in *can. 22.* Vnde cum Catechumena, de qua in præsenti in Catechesi existens non solùm fructus pœnitentiæ non dedisset, verum adulterium perpetrasset, geminasséque facinus fœtum conceptum abigendo rectè à Patribus arcetur ab Ecclesia, & tantum in fine vitæ baptismus illi conceditur.

Sed si Catechumenus, dum in Catechesi erat, lacrymis, ieiunijs, genuflexionibus dolorem de peccatis commissis prudens occubuisset, sub fide quam tenebat, credebatur baptizatus, si non baptismo fluminis, saltim baptismo flaminis, qui non minus iuuat, quam fluminis, aut sanguinis *cap. baptismi 24. cap. non dubito 49. cum duobus sequentibus de consec. distinct. 4. cap. firmissimè 15. quæst. 1. cap. nullus spectet de pœnitent. distinct. 7. cap. 2. cap. veniens de Presbyt. non baptizat.* Votum enim impediti accedere ad baptismum sufficit, cum per fidem & charitatem internam Deus hominem sanctificet, cuius potentia sacramentis visibilibus non alligatur, D. Augustin. *quæst. 84. in Leuit.* Qui baptismus flaminis in adultis vsum rationis habentibus contritio dicitur, D. Thomas 3 *part. quæst. 68. art. 2.* & ea contritio, seu Baptismus in voto continet sufficientem fidem ad iustificandum, vt de Cornel. Centur. rectè notarunt DD. Chrysostom. *Homil. 24.* Hieronymus *lib. 2. contra Iouian.* & D. Ambros. *in orat. funebr. Valentin. Imperat.* qui nondum baptizatus obierat, sed hoc votum habuerat, vt baptizari petuit dicit eum accepisse quod popposcit D. Bernard. *epist. 77.* qui citat eundem locum D Ambros. Nec obstat quod ait Gregor. Nyssen. *orat. in sanct. Limina*, neminem posse consequi salutem cum solo voto, & desiderio Baptismi. Hoc enim intelligitur si in solo voto semper consistat, neque opere accedat ad Baptismum, vt facilius in suis vitiis volutetur, de qua ait D. Clemens lib. 6. constitut. cap. 15 *Qui ob negligentiam baptizari contemnit, vel vt infidelis condemnabitur, atque exprobrabitur velut ingratus.* De quo etiam Catechumeno accipit textus in *cap. non dubito, cap. catechumenum de consecrat. distinct. 4.* Ritualus *de iure personar. lib 3. cap. vlt.* Qui enim commode potuit baptizari, & Baptismum distulit, in tempus mortis, grauiter peccauit *cap. quando 28. de consec. distinct. 4.* Vnde illi non prodest baptismus flaminis, & per consequens in communione Ecclesiæ non decedit Concil. Bracharen. 1. *can. 35.* docuit Præceptor semper colendus Dionysius Martinius Lopez de Hontineros *de Baptism. titulo primo, numero decimo septimo.* GONZALEZ.

A B C

De viris coniugatis, postea in adulterium lapsis.

De viris coniugatis, postea in adulterium lapsis.

D

Canon LXIX.

Si quis fortè habens vxorem, semel fuerit lapsus, placuit, cum quinquennio agere pœnitentiam, & sic reconciliari; nisi necessitas infirmitatis coëgerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa fœminas obseruandum.

Canon LXIX.

Si quis fortè habens vxorem, semel fuerit lapsus, placuit, cum quinquennio agere pœnitentiam, & sic reconciliari; nisi necessitas infirmitatis coëgerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa fœminas obseruandum.

E

IVO, *part. 8. cap. 281* [Si quis habens vxorem, semel fuerit lapsus, placuit, cum quinquennio agere pœnitentiam. Hoc & circa fœminas obseruandum est.] Pœnitentiale Romanum antiquum apud Antonium Augustinum *tit. 3. cap. 4.* sic: [Si quis fortè habens vxorem; semel lapsus fuerit, placuit, cum quinquennium agere debere pœnitentiam, & sic reconciliari: nisi necessitas infirmitatis coëgerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa fœminas obseruandum est.]

CAPVT

A

CAPVT SEXAGESIMVM-PRIMVM.

De pœna mariti adulterium committentis.

DEferri olim ad Episcopos, vel presbyteros fidelium delicta, vt deferuntur hodie ad Abbatem vel rectorem monachorum peccata, vt puniant, vel coërceant, obseruari superiùs [x]. De crimine adulterij testis est Innocentius I. [y] rescribens ad Diuum Exuperium Episcopum Tolosanum. In hoc ergo Christi & Ecclesiæ foro, imposita pœnitentia marito adulteranti quinquennium est: septennium in Concilio Ancyrano [z] & Vvormacien si [a]. [Si quis adulterium (inquit Ancyranum) commiserit, septem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur, secundùm pristinos gradus.] Vvormaciense. [Si cuius vxor adulterium fecerit, aut vir in alienam vxorem irruerit, septem annis pœnitentiam agat.] Seuerius Concilium Gerundense [b], decernens, vt qui vxorem alterius agnouisset, si illi vxor esset, ad clerum non admitteretur: [Si quis de laicis (inquit) post vxorem, aliam cuiuscunque conditionis cognouerit mulierem, in clero nullatenus admittatur.] Quòd si quinquennij tempore aduersa valetudine vratur, si mortis instet periculum, communionem accipere posse, gratia facta, decernitur. Si verò conualuerit, & post id tempus in pœnitentia transactum, & imperratam reconciliationem, iterum lapsus fuerit, in morte tantùm esse conueniendum docemur canone XLVII. superiori. Quòd si promiserit cessaturum, dandam ei communionem. Si autem à morbo liberatus, iterum mœchatus fuerit, ne detur ei communio pacis vel panis, ne de Dominica communione lusisse videatur.

[x] *Lib. 1. c. 17.*
[y] *Innoc. 1. in ep. 3. ad Exuper. Episcopum Tolosan. c. 4.*
[z] *Concil. Ancyran. can. 20.*
[a] *Concil. Vuormac. can. 10.*
[b] *Conc. Gerundens. can. 8.*

C

COMMENTARII NOVI.

SVNT qui probant ex hoc Canone *reconciliare*, nihil aliud olim fuisse quam communionem dare, & rectè, nam multa sunt, quæ hanc explanationem comprobant: sed cum aiunt communionem, Eucharistiam significare, veteresque Sacramentum reconciliationis cum sacramento Eucharistiæ semper coniunxisse, aut communione Eucharistiam semper intelligi; errant meo iudicio, atque huic opinioni subscribere non possum: nam in tertio pœnitentiæ gradu pœnitentes, & substantes communicabant, erantque reconciliati, qui Eucharistiæ non participarent. ALBASPINÆVS.

De adulteriis puniendis Episcoporum cura primis Ecclesiæ sæculis fuit, & quidem *lib. 6. Capitular. Caroli capit. 314.* Imperator ait, *Præcipimus, vt incesta decreta Caroli adulteria, & incesta matrimonia, quæ non sunt legitima, prohibeantur, & Episcoporum iudicio emendantur*: latè probat Filesac. *in cap. 1. de offic. ordin. §. 12.* per totum: Vnde tot canones editi fuerunt in hoc Concilio aduersus adulteros, siue viros, siue fœminas, vt *Can. 2. 3. 7. 18. 30. 31. 47. 63. 64. 65. 68. 70.* & 78. Aliorum Conciliorum plures canones aduersus adulteros sancitos congessit A. Augustin. *lib. 56. epist. tit. 4.* per totum: Sed cum hoc delictum legimus etiam sæcularibus ciuilibus vindicatum fuit, eius cognitio, & punitio mixti fori est, ita vt tam ab Ecclesiastico quam sæculari iudice vindicetur, vt plurimus relatis tradit D. Ioseph Vela *in capite 1. numero 39. de offic. ordin.* GONZALEZ.

D

HOC ET CIRCA FOEMINAS obseruandum.

E

CAPVT SEXAGESIMVM-SECVNDVM.

Vter adulterio commisso magis peccet, vir an vxor.

DEcreto huic multa repugnare videntur, dum parem fœminæ & viri adulterio pœnam præscribit: sic enim videtur parem vtriusque culpam docere. Primùm repugnat Diuus Augustinus [c], qui maritos adulteros, maiori pœna quàm vxores afficiendos censet. [Indignantur (inquit) mariti, si audiant adulteros viros pendere similes adulteris fœminis pœnas; cùm tanto grauiùs eos puniri oportuerit, quo magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas.] Et alibi [d]: [Non mœchaberis (ait) id est, non ibis ad aliquam aliam, præter vxorem tuam. Tu autem exigis

[c] *D. August. lib. de adult. coniug. c. 8.*
[d] *Idem lib. de decem chordis, c. 3.*

Digitized by Google

exigis hoc ab vxore, & non vis hoc reddere vxori. Et cum debeas in virtute præcedere vxorem: quoniam castitas virtus est: tu sub vno impetu libidinis cadis; & vir vxorem tuam victricem esse; tu victus iaces. Et cum tu caput vxoris sis, præcedit te ad Deum, cuius caput es. Vis domum tuam capite deorsum pendere? caput enim mulieris vir est; vbi autem meliùs viuit mulier, quam vir, capite deorsum pendet domus. Si caput est vir, meliùs debes viuere quàm mulier, & præcedere in omnibus bonis factis vxorem tuam.] Repugnat etiam lex Iulia, Seuerusque & Antoninus Impp.[c] docentes, maritos accusare posse vxores adulteras, vxores verò non sic maritos.

Ephes 5.

[c] Imperat. Antonin. in lib. 1. C. ad l. Iul. maiest. Refert Grat. in can. apud misericord. §. quod si in adult. verf. hoc in mulierib. 32. q. 1.

Sed Augustinus non obstat, quòd ille non contendat probare, magis peccare violatæ castitatis crimine virum adulterum, quàm fœminam (castitas enim pudicitiaque fœminas decet magis multo quàm viros) ideoque fœminæ; tum ob hanc causam; tum ob partus periculum, magis peccant quàm viri; confunduntur enim earum adulterio incerta stirpe familiæ, & parentibus non suis illegitimæ proles adscribuntur, vt cum iustis liberis eandem partem ferant. Quod sanè grauissimum est, nec Augustinus negauit, sed solùm ait, magis peccasse virum, ob scandalum & exemplum, quod imperij ratione ille subditis præbere tenebatur: tum etiam ne maritus vxori indignaretur adulteræ, cum talibus irritata moribus, aut imitari se putet aut vindicare, vt rectè post Quintilianum dixit Lactantius[f]. Lex autem Iulia, Imperatoresque Seuerus & Antoninus de grauitate criminis non disputant; sed de accusatione ciuili & publica: hanc enim noluerunt vxoribus aduersus maritos, sicut maritis aduersus vxores concedi; cum ob decoris, honestatis, reuerentiæque coniugalis rationem, ad quam obseruandam arctiùs vxores vt fœminæ tenentur adstrictæ: tum præterea ob periculum zelotypiæ, ad quam procliuiores esse fœminas agnouerant illi; sicque ad accusandum facilùs commoueri: quibus intercludere aditum lex Iulia & Imperatores voluerunt: ne si forsan his nimium essent indulgentes, vxorum molestiis & litibus, omnia iudicum tribunalia non implerentur solùm, sed impedirentur.

[f] Lactant. l. 6. diuinar. instit. c. 23.

Quod autem Papinianus scripsit[g]. [Viro atque vxore mores inuicem accusantibus, causam diuortij vtrumque dedisse pronuntiatum est; id ita accipi debet, vt ea lege quam ambo contempserunt, neuter vindicetur: paria enim delicta, mutua compensatione dissoluuntur.] His non repugnat, si aduertamus, diuersam esse accusationem de adulterio, à morum accusatione: de adulterio enim, constante matrimonio, accusatio instituebatur; morum verò accusatio, matrimonio soluto. Quæ ideò instituebantur, vt pronuntiaretur alterutrius culpa diuortium factum esset; interetat enim multum ad dotis repetitionem, an bona gratia, an culpa alterius coniugum matrimonium dissolueretur; idque in actione rei vxoriæ vocari solitum in quæstionem, Quintilianus[h] refert. Si enim bona gratia matrimonium esset dissolutum, vtrique coniugi saluum & imminutum ius manebat. Si verò culpa coniugum, & illa mariti esset, præsentem dotem & integram reddere cogebatur, vt testantur Cicero[i] & Vlpianus[k]. Et si alioquin in die tantum reddere debuisset. Si verò culpa vxoris diuortium fieret, dotis parte vxor multabatur: morum enim grauiorum actione (vt à Boëthio[l] & Vlpiano[m] scriptum extat) sextam in singulos libros dotis partem maritus retinebat: leuiorum autem, octauam. Mores graviores, adulteria censebant: leuiores autem reliquos: & hæ sunt retentiones, quas fieri olim ob mores Iustinianus[n] refert. Hinc fit, mulierem quæ ob suos mores causam dedit diuortio, integræ dotis damnum non subiisse: hoc enim quinque tantùm legibus sancitum scribit Vlpianus[o], Iuliæ maiestatis, vis publicæ, parricidij, veneficij, & de sicariis. Cui iuri antiquo Theodosij[p] constitutione derogatum arbitror; is enim decreuit, mulierem quæ culpas in ea lege diffinitas contraxerit, totius dotis & donationis propter nuptias amissione puniri. Quibus alias tres causas adiecit Iustinianus[q]: illud non omittens, quòd si sine dote vxor ducta fuerit, quartæ partis reliquorum bonorum (si qua habeat) damnum sustineat. Ex quo consequitur, responsa prudentum, & Imperatorum constitutiones, quæ ante Theodosium factæ referuntur, ex quibus constat, culpa mulieris soluto matrimonio, dotem apud virum remanere, Tribonianum immutasse, & inuertisse; vt cum recentioribus constitutionibus congruerent: cùm antiqui & certi iuris fuerit,

[g] Papin. in l. viro, solut. matrim.

Lib. 5. §. 1. de pact. dotal.

[h] Quintil. l. 7. c. 4. L. vxorem in fine de diuortiis.

Cicer. in Topicis.

[k] Vlpian. in instit. tit. de dotib.

[l] Boëth. in Topic. Cicer.

[m] Vlpianus in instit. tit. de dotib.

[n] Iustin. in l. vnic. §. tuetur, Cod. de rei vxor. act.

[o] Vlpian. in l. 3. de ben. damnat.

[p] Theod. in l. consensu, de repud.

[q] Iustin. in Auth. de repud.

L. 39. solut. matrim.

A fuerit, dotis tantùm partem mulieri etiam adulteræ periiſſe; retinebat enim eam partem maritus, vel iudicio de moribus repetebat; niſi ipſe quoque turpiter & impudicè viuens, ad peccandum mulierem induxiſſet, vel eam ob quæſtum adulterari paſſus eſſet: eo enim caſu vxoris mores accuſare ad retinendam partem dotis non permittebatur. Quod Scæuola [f] docuit. [Cùm mulier (inquit) viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur: cur enim maritus improbet mores, quos ipſe aut antè corrupit, aut poſtea probauit? Si tamen ex mente legis ſumat quis, vt nec accuſare poſſit qui lenocinium vxori præbuerit, audiendus eſt.] Differebat ergo in hoc accuſatio de adulterio ab accuſatione morum: differebant etiam quia illud publicum erat delictum, hoc tantum priuatum: & adeò priuatum, vt hæredi ea actio olim non competeret: & ſi poſtea ea ſublata fuerit à Iuſtiniano [g].

[f] *Scæuola in l. cum mulier. ſolut. matrim.*

L. rei iudicatæ, §. vlt. ſolut. matrim. l. 1. C. Theodoſ. l. 3. tit. 13. de decib.

[g] *Iuſtin. in l. vlt. de repud. l. vnica. § taceat. de rei. vxor. act.*

B Quod verò canon huius Concilij, & D. Chryſoſtomus docent, ad paria iudicari debere maritum & vxorem: de pœnitentia Eccleſiaſtica intelligendum eſt, quam maritus ſic agere debet ob violatum torum vxoris, ſicut & vxor ob violatum torum mariti: vtriſque enim (ne alter conqueri poſſet de alio) parem pœnam conſtituerunt leges canonicæ, vt conſtat ex Concilio Ancyrano [t], & Vvormacienſi [u], & ex Innocentio PP. [x] quorum decreta ſuperiùs recitauimus.

[t] *Concil. Ancyran. can. 20.*

[u] *Concil. Vvormac. can. 10.*

[x] *Innoc PP. in ep. ad Exuperium Epiſc. Toloſ. c. 6.*

Sed quid ſi vir eâdem turpitudine viuat, cum aliaque adulteretur, an mulier eiuſdem criminis cauſam marito obiicere poſſit, Vlpianus [y] conſulendus eſt. [Iudex adulterij ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudicè viuens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit: periniquum enim videtur eſſe, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipſe non exhibeat: quæ res poteſt & virum damnare, non rem ob compenſationem mutui criminis inter vtroſque communicare.] Quod

[y] *Vlpianus in l. ſi vxor 13. §. iudex, ad l. Iul. de adult. D. Auguſt. lib. 2. de adulteris. coniug. ad Pollentium, c. 8.*

C ex reſcripto Antonini Imperatoris ſumptum etiam videtur, cuius partem ex Codice Gregoriano Diuus Auguſtinus refert ad Pollentium: [Sanè meæ literæ nulla ex parte cauſæ præiudicabunt. Neque enim, ſi penes te culpa fuit, vt matrimonium ſolueretur, & ſecundum legem Iuliam vxor tua Eupaſia nuberet, propter hoc reſcriptum meum adulterij damnata erit, niſi conſtet eſſe commiſſum. Habebunt ante oculos hoc inquirere, an cùm tu pudicè viueres, illi quoque bonos mores colendi auctor fuiſti. Periniquum mihi videtur eſſe, vt pudicitiam ab vxore exigat, quam ipſe non exhibeat: quæ res poteſt & virum damnare, non ob compenſationem mutui criminis rem inter vtrumque componere, vel cauſam facti tollere] Quo decreto ſumma iuris naturalis æquitas & religio continetur, dum quis ea iubetur aliis facere, quæ ſibi iuſtè fieri velit, idemque ius maritis præſcribit (quod Lactantius [z] docuit) vxores

[z] *Lactant. l. 6. diuinarum inſtit.*

videlicet vt ſe caſtè gerant, exemplo continentiæ eſſe docendas: iniquum enim eſt, vt id exigas quod ipſe præſtare vel nolis vel non poſſis: quod & Seneca [a] ſcripſit.

[a] *Seneca in epiſt. ad Lucilium. 94.*

D [Improbus eſt (inquit) qui ab vxore pudicitiam exigit ipſe alienatum corruptor vxorum.] Et Auguſtinus [b], [Nihil iniquius eſt (inquit) quam cauſa fornicationis dimittere vxorem, ſi & ipſe conuincitur fornicati. Occurrit in illud: In quo alterum iudicas, temetipſum condemnas, eadem enim agis quæ tu iudicas. Quapropter quiſquis fornicationis cauſa vult abiicere vxorem, prior debet eſſe à fornicatione purgatus, & immunis.] Et rurſus alio in loco [c]. [Si ducturi eſtis vxores, ſeruate vos vxoribus veſtris, quales vultis eas inuenire, tales & ipſæ inueniant vos. Quis inuenis eſt, qui non caſtam velit ducere vxorem? etſi accepturus eſt virginem, quis non intactam deſideret? Intactam quæris? intactus eſto: Putam quæris? noli eſſe impurus. Num enim illa poteſt, & tu non potes? Poterit ergo crimen adulterij adultera mulier viro adultero obiicere, non vt ipſa excuſetur, ſed vt vir tanquam occaſio ſuæ turpitudinis puniatur; quia conſtitutionibus cautum fuit, ne relatione criminum, ſed

[b] *D. Auguſt. l. 2. de ſerm. Domini in monte. Roman. 2.*

[c] *Idem in ſerm. 46 de verbis Domini*

E innocentia reus purgaretur.

L. 5. de public. iudi.

COMMENTARII NOVI.

LEge Iulia de adulteriis non æquale ius in adulteros competebat vxori, atque viro; licet enim occidere adulterum, & accuſare vxorem de adulterio vtro liceret, tamen mulieri non idem permittebatur, nam cum de fœmina nihil in eadem lege exprimeretur, idem ius ei denegatum credebatur *arg. leg. ſi conſulantes §. de viro, ff. ſoluto matrim.* Et quamquam in cæteris cauſis mulieribus publico iudicio res accuſare concedatur, ſi ſuam ſuorúmve id eſt, parentum, liberorum, patroni, patronæ, eorum filij, filiæ, nepotis, neptiſve, & omnium, in quos ex lege publicorum iudiciorum in vitæ teſtimonium non dicunt, iniuriam proſequantur, *lib. 1. & 2. ff. de accuſat. l. vxor. C. qui accuſare, lib. 3. §. ſed ſi mulier ff. de liber.*

liber. bon. exhib. tamen adulterij agere eis, nec si matrimononium suum violatum dicat, permittitur; hoc enim lex facit, quæ de masculis tantum loquuta fœminas ab accusatione repulisse intelligitur argum. *l. cum Prator, ff. de iudic.* & ita Imperatores Seuerus & Antoninus rescripserunt in *lib. 1. C. de adulter.* non habere mulieres accusationem, quamuis de matrimonio suo violato quæri velint lege Iulia declarat, quæ cum masculis iure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem ius fœminis detulit. Planè accusata à marito adulterij mulier in eum, & lenocinij, & adulterij crimen retorquere potest relationis vtique, non accusationis via, ac modo *lib. 2. §. si publico, l. si vxor, §. index. ff. ad leg. Iul. ad adult.* Rationem huius iuris constituti, & discriminis si quis requirat ex disparitate iniuriæ petenda videtur: maior est enim iniuria, quæ fit marito ab vxore adultera, quam quæ fit ab adultero marito, accedit; quia sexus iste admodum querulus, & zelotypiæ deditus est, itaque ne quotidie audiretur vxor accusans maritum frænum impotentiæ mulieri fuit iniiciendum, ad quod Romanorum ius respexerunt A. Gellius l. 10. noct. Atticar. cap. 1. *In adulterio*, inquit, *vxorem tuam si deprehendisses, sine iudicio impunè necares. Illatè si adulterares, digito non auderet contingere, neque ius est.* D. Gregor. Nazianz. in Orat. ad cap. 18. Matthæi: *Cur enim mulier aliquando plectitur, sed viro parcitur, & mulier mali mariti thalamo consulens mœchatur? & hinc amara legum pœna; vir autem abscortationem vxori haud quamquam est obnoxius, non suscipio legislationem talem: non laudo consuetudinem: viri erant, qui leges tulere, ac ideo contra mulieres lex est lata.* Quo ad iudicium tamen, seu actionem de moribus par vtriusque conditio erat; si quidem diuortio facto inuicem vir, & vxor mores alterius accusabat, & quærebatur vtriusque culpa, siue cuius mores causam diuortio dedisset; *l. viro 39. ff. solut. matrim.* Quamuis autem hæc actio siue apud Censores, vt vult Robertus *lib. 4. recept. sentent. cap. 13.* siue apud alios iudices instituetur, quod frequentiùs, & receptiùs mihi probat Plinius *lib. 14. hist. cap. 23.* Valer. *lib. 8. cap. 2.* semper ciuilis esset, tamen accusatio plerumque dicitur *dict. lib. viro 39. l. cum mulier, 47. ff. solut. matrim.* quia morum coniugalium coërcitionem continet, & vindictæ causam agit, vt obseruant Cuiacius in *l. vnic. §. taceat, Cod. de rei vxor. action.* Brisson. *ad leg. Iul. de adult. verb. qui deprehensam.* Richard. *in §. fuerat, num. 9. instit. de action.* & ideo maritus victus in iudicio de moribus criminaliter mulierem de adulterio accusare non poterat *l. vnic. C. Theodos. victum ciuiliter l. vnic. C. quando ciuilis*, docet Cuiacius *lib. 11. qq. Papin. in dict. lib. viro 39.* vbi Barbos. *num. 2.* & vxore, vel marito mortuis non competit hæredi nec in hæredem actio de moribus *lib. 5. §. 1. ff. solut. matrimon. lib. 1. C. Theodos. de dotibus.* Barbos. *in lib. 2. part. 1. num. 102. ff. solut. matrim.* Gifanius *in l. si conuenerit 6. Cod. de pact. conuent.* Lucidij de moribus hic exitus erat, vt pronunciaretur vtrius culpa diuortium factum esset, vt colligitur ex *l. Lucius 38. l. si socer 44. §. 1. ff. solut. matrim. l. miles 11. §. vlt. ff. ad leg. Iul. de adult.* Brisson. *lib. 5. de formul.* Cuiac. *in nouel. 22. Iustin.* Et ideo si vxoris mores causam diuortio præstitisse constaret maritus propter grauiores scilicet adulterium sextam dotis partem: propter leuiores verò, quales erant omnes præter adulterium octauam lucrabatur: & è contrario mariti quoque mores variè punichantur, vt probat Vlpianus *in fragment. tit. 6.* & hæ pœnæ diuortij erant, quarum mentio fit *in l. si stipulatio 19. ff. de V. O. l. non vt à patre, ff. de captiuis.* Faber in Papin. *tit. 11. princ. 8. illat. 8.* Richard. *in d. §. fuerat*, quod si viro, atque vxore inuicem mores accusantibus causam repudij dedisse vtrumque pronunciaretur veluti vxorem adulterio, virum lenocinio nihil ex dote diminuebatur: quia in iudicio de moribus mutua delicta pari compensatione tolluntur *d. l. viro 39. l. cum mulier, 47. ff. solut. matrim. l. cum mulier, 47. ff. eod.* aliter atque in criminali iudicio de adulterio, vbi lenocinij replicatio mutuam criminum compensationem non inducit *l. 2. §. si publico, l. si vxori 13. §. si index ff. ad l. Iul. de adult.*

Ius autem Canonicum, quod tantum respicit fidem violatam in adulterio, & iniuriam sacramento, & coniugi irrogatam æqualiter damnauit adulterium in viro, ac in vxore, & sicut marito ob adulterium permisit dimittere vxorem *cap. si vxorem decimo octauo, cap. præceptum vigesimo primo, cum seq. trigesimo secundo, quæstione quinta*, ita & vxori virum *cap. apud nos vigesimo, capit. fin. 30. quæstio. quinta*, plurimis relatis illustrat Valenzuela *tomo secundo, Consil. 144.* Faciunt textus in *cap. indignantur 32. quæst. 6.* ibi: *Indignantur mariti, si audeant adulteros viros pendere similes adulteris fœminis pœnas: cum ad eos pœnitet, & virtute vincere & exemplo regere fœminas.* D. August. relato *in cap. 1. eadem caus. & q. quam fornicationis causa vxorem dimittere, si & ipse conuincitur fornicari, occurrit enim illud: in quo alterum iudicas, temetipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas.* Lactantius Firmianus *lib. de opific. Dei, cap. 23.* Seruanda igitur fides ab vtroque alteri est, imo exemplo continentiæ docenda vxor vt se castè gerat, iniquum est enim vt id exigas, quod ipse præstare non possis. Quæ iniquitas id efficit profecto, vt essent adulteria fœminis ægrè ferentibus præstare se fidem non exhibentibus mutuam charitatem: Senec. epist. 95. ad Lucil. *Scis improbum esse quia ab vxore pudicitiam exigit ipse alienarum corruptor vxorum; scis, vt illi nihil cum adultero, sic tibi nihil esse debere cum pellice, & non facis.* Vnde rectè in hoc textu pœnitentiæ per quinquennium iniungitur tam viro, quam fœminæ adulterium perpetrantibus. GONZALEZ.

DE

De fœminis, quæ conſciis maritis adulterant.	*De fœminis, quæ conſciis maritis adulterantur.*
Canon LXX.	*Canon LXX.*
Si conſcio marito, fuerit mœchata vxor, placuit, nec in fine dandam ei eſſe communionem: ſi verò eam reliquerit, poſt decem annos accipiat communionem, ſi eam cum ſcierit adulteram aliquo tempore in domo ſua retinuit.	Si conſcio marito, & ipſo conſentiente fuerit vxor mœchata, placuit nec in fine eis dandam eſſe communionem: ſi verò eam reliquerit, & ſeparati fuerint, & dignè pœnituerint, poſt decem annos accipiant communionem.

Pœnitentiale antiquum Romanum apud Antonium Auguſtinum *tit.3.cap.2.* retulit hunc canonem; etſi non rectè Concilio Moguntino tribuat, in cuius notis idem Antonius Auguſtinus ſe non reperiſſe in Conciliis hunc canonem ait: ſed extat in hoc Illiberritano. Burchardus *lib.9.cap.69.* & Iuo, *part.8. cap.206.* Concilio Moguntino tribuunt etiam: ſed huic noſtro ille reſtituì debet.

CAPVT SEXAGESIMVM-TERTIVM.

De pœna vxoris adulterantis & mariti conſentientis.

NOluerunt huius Concilij Patres, in hoc canone, de pœna ſolùm fœminarum, quæ ſcientia & conſenſu mariti adulterantur tractare, vt epigraphe habet; ſed de pœna etiam ipſorum maritorum, qui ſciunt & conſentiunt ipſorum vxores eſſe adulteras: quod oſtendit poſtremus verſiculus, qui præcedenti connectitur. [Si verò eam reliquerit (inquit) poſt decem annos accipiat communionem.] Sed confirmat magis eiuſdem canonis contextus, quem ſuperiùs ex Pœnitentiali Romano [d], retulimus. [Si verò (aiunt) eam reliquerit & ſeparati fuerint, & dignè pœnituerint, poſt decem annos accipiant pœnitentiam. Olim enim nonnullæ vxores, audientes quòd ipſæ non habent poteſtatem ſui corporis, ſed vir, licere ſibi putabant ad torum alterius viri accedere; conniuente ſuo, vel licentiam dante: in quo hiſtoriam antiquam tempore Conſtantij Imp. ad propoſitum ſatis accommodatam refert D. Auguſtinus [e]. [Sed tamen (inquit) vtrum quod ait Apoſtolus: Mulier non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir. Similiter & vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier, poſſit in tantum valere; vt permittente vxore, quæ maritalis corporis poteſtatem habet; poſſit vir, cum altera, quæ nec aliena vxor ſit, nec à viro diſiuncta, concumbere. Sed non ita eſt exiſtimandum: ne hoc etiam fœmina viro permittente facere poſſe videatur, quod omnium ſenſus excludit. Quanquam nonnullæ cauſæ poſſint exiſtere, vbi & vxor mariti conſenſu, pro ipſo marito hoc facere debere videatur, ſicut Antiochæ factum eſſe perhibetur. Nam Acindinus tunc Præfectus, qui etiam Conſul fuit, cùm quendam libræ auri debitorem fiſci exigeret, neſcio vnde commotus, quod plerumque in iſtis poteſtatibus pernicioſum eſt, quibus quodlibet, licet, aut potiùs putatur licere; comminatus eſt iurans, & vehementer affirmans, quòd ſi certo die quem conſtituerat, memoratum aurum non exſolueret, occideretur. Itaque cùm ille teneretur immani cuſtodia, nec ſe poſſet debito illo expedire, dies metuendus imminere, & propinquare cœpit: & forte habebat vxorem pulcherrimam, ſed nullius pecuniæ qua ſubuenire poſſet viro. Cuius mulieris pulchritudine, cùm quidam dives eſſet accenſus, & cognouiſſet maritum eius in illo diſcrimine conſtitutum, miſit ad eam, pollicens pro vna nocte, ſi ei miſceri vellet, ſe auri libram daturum. Tum illa, quæ ſe ſciret, non habere ſui corporis poteſtatem, ſed virum ſuum, pertulit ad eum, dicens paratam

[d] *Pœnit. Rom. apu Ant. Auguſt. tit. cap. 2.*

[e] *D. Aug. lib. 1. de ſerm. Domini in monte paulo poſt medium.*

se esse pro marito id facere, si tamen ipse coniugalis corporis dominus, cui tota illa castitas deberetur, tanquam de re sua, pro vita sua vellet id fieri: egit ille gratias, & vt fieret, imperauit; nullo modo iudicans adulterinum esse concubitum; quod & libido nulla, & magna mariti caritas se iubente, & volente flagitaret. Venit mulier ad villam illius diuitis, fecit quod voluit impudicus: sed illa corpus, non nisi marito dedit, non concumbere, vt solet, sed viuere cupienti. Accepit aurum, sed ille qui dedit, fraude subtraxit quod dederat, & suppositit simile ligamentum cum terra: quod vbi mulier iam domi suæ posita inuenit, protulit in publicum, eadem mariti caritate clamatura, quod fecerat, qua facere coacta est. Interpellat Præfectum: fatetur omnia, quam fraudem passa esset, ostendit. Tum verò Præfectus primò se reum quod suis minis ad id ventum esset, pronuntiat, tanquam in alium sententiam diceret, de Acindini bonis auri libram fisco inferendam: illam verò mulierem dominam in eam terram, vnde pro auro terram accepisset, induci. Nihil hic in alteram partem disputo, liceat cuique æstimare quod velit: non enim de diuinis auctoritatibus deprompta historia est, sed tamen narrato hoc facto, non ita respuit hoc sensus humanus, quod in illa muliere viro viuente commissum, est quemadmodum anteà, cum sine vllo exemplo res ipsa poneretur, horruimus.] Hoc etiam licere, non doctrina solùm, sed exemplo, viri olim sapientia, & auctoritate præstantes docuerunt. Grauissimum enim Romanorum Cátonem vxorem suam Martiam alterius domum, Hortensij scilicet, filis impleturam tradidisse D. Augustinus [f] refert. Socratem præterea, quem Apollinis oraculo, vt sapientissimum omnium scimus iudicatum, tanquam armenti matricem amico suo ad propagandam sobolem, vxorem tradidisse scribit, irridetque vtriusque sapientiam Tertullianus [g]: certo enim certius est, neutrum coniugum, etiam alterius permissu, posse alienæ indulgere libidini, sine crimine adulterij: idque adeò graue censuerunt Patres Hispani, vt admittentibus & consentientibus communionem etiam in vltimo vitæ spiritu negauerint; quod non nisi in peccatis grauissimis facere consueuerunt.

[f] *D. Aug. de bon. coniuga. l. c. 18. & de fide, & operib. c. 7.*

[g] *Tertull. in Apologetico, c. 39.*

Constat ex hoc canone, quàm antiqua sit in Hispania lenonum maritorum nota & infamia. Quòd si tanta essent animi turpitudine, vt vxores pudorem prostituere cogerent, seuerè lenocinium olim Gothi [h] vindicarunt, facultate vxori concessa, vt dimisso illo turpi mariti contubernio, honestas alterius nuptias posset contrahere: quod permissum lego in Pœnitentiali Romano [i] antiquo. [Contigit tibi (inquit) vt vxor tua, te conscio & hortante, cum alio viro, illa autem nolente, adulterium perpetraret: si fecisti, quadraginta dies in pane & aqua pœniteas, & septem annos vnum ex his in pane & aqua, & nunquam sis sine pœnitentia. Si autem vxor tua hoc probare potuerit, quòd tua culpa & tuo iussu, se renuente & luctante, adulterata sit, si se continere non potest, nubat cui voluerit tantum in Domino. Tu autem sine vxoria spe in perpetuum maneas. Illa autem si consentiens fuerat, eadem ieiunet, quæ tibi proposita sunt, & sine spe coniugij maneat.] Quæ leges quamquam non probauerint diuortium, sed impunitatem in foro permiserint, contrariis tamen Ecclesiæ moribus, & constitutionibus abrogatæ sunt.

[h] *Lib. 3. l. Vuisigothorum titul. 6. ad fin. l. 2.*

[i] *Liber pœnitentialis Romanus apud Antonium Augustinum, tit. 3. cap. 20.*

COMMENTARII NOVI.

LEnocinij turpitudinem tam in marito, quam extraneis personis probro habuit ius ciuile, & tam antiquis, quam nouis legibus abiectum visum fuit lenonum nomen *nouel.* 14. de lenonibus, dum quemlibet lenonem vt infamia notatum omnibus honoribus priuauit *l. athletas, §. ait Prætor, lib. 1. ff. de his qui not. infam. lib. 64. tit. 6. partit. 7.* & ingenuis hominibus lege Iulia, & Papia prohibebatur lenam, id est mulierem quæ alias quæstuarias prostituit, vt diffinit Vlpianus *in l. palam 43. §. lenas, ff. de ritu nuptiar.* vxorem ducere Vlpianus *in fragm. tit. 13. §. fin.* accusandi ius ipsi lenones non habent, *lib. 4 ff. de accusat.* & in adulterio deprehensi occidi possunt à marito impunè ex lege Iulia *de adult. l. marito 24. ff. ad l. Iul. de adult.* & mulierem ab hostibus redemptor prostituerit, pretium redemptionis admittit, *l. fœdissimè, Cod. de postlim. reuers.* imò leno ius patriæ potestatis, & dominij quod habebat in muliere quam prostituit admittit *lege si lenones decima tertia, Cod. de Episcop. audient. leg. penultim. Codic. de spectacul. libro vndecimo, nouell. 18. Theodosij de lenonibus.* Intestabilis redditur, aliique pœnis constitutionibus nouioribus impositis, puniuntur, quas retuli *suprà in canon. 12.* Sacris etiam canonibus ita cautum legimus in 6. Synod. canon. 86. *Eos qui ad animarum lapsus meretrices cogunt, & alunt, si sint quidem clerici deponi, si verò laici segregari,* in can. 74. Concil. Meldens. *Prouideant viri potentes, & maximè potentes fœminæ, vt in suis domibus adulteria, & luxuria concubinatica, & incesta adulteria non vigeant* Hæc de extraneis personis adulterio consentientibus: circa maritos verò lege Iulia *de adult.* omnes illi vt lenones tenebantur, qui deprehensam

A ſam in adulterio vxorem retinuerant, adulteram dimiſerant, vel quid de adulterio vxoris ſuæ ceperant: *l. 2. §. lenocinij. l. miles 11. in princ. & §. vlt. l. mariti 29. in princ. & §. plectitur. ff. ad l. Iul. de adult. l. ſine metu 17. C. eod. tit. lib. 5. §. ſed & ſi aliud, ff. de accuſat.* id eſt comperto adulterio pretium acceperunt præferentes illud vindictæ proprijæ domus, *l. nec timorem 7. §. 1. l. iſti 8. ff. de eo quod metus cauſa.* Item pœnis lenocinij ex ipſa lege mariti tenebantur, qui ab inchoata adulterij accuſatione deſtiterant, quam debebant vſque ad finem proſequi *lib. 2. §. 1. lib. miles 11. § ſocer 3. l. quæſitum 40. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. lib. 2. ff. ad Turpil.* Quid tamen de lenonibus noſtro patrio iure cautum ſit latè exponit Didacus Perez *in leg. fin. tom. 14. libro octauo ordinam.* Vnde cum lenocinium inſtar adulterij habeatur rectè P. P. in præſenti ſtatuunt, marito perſiſtenti in lenocinio, nec in fine dandam eſſe communionem, vt de adultero in adulterium perſeuerante ipſi ſtatuerunt *ſuprà in canon. 64.* Si autem eam dimiſerit, & à tam nefario quæſtu ſe abſtinuerit poſt decem annos accipiat communionem, vt ſimiliter de adultero reſipiſcente ſtatuitur in d. canon. 64. ibi: *poſt decem annos.* GONZALEZ.

B

De ſtupratoribus puerorum.	*De ſtupratoribus puerorum.*
Canon LXXI.	*Canon LXXI.*
Stupratoribus puerorum, nec in fine dandam eſſe communionem.	Stupratoribus puerorum, nec in fine dandam eſſe communionem.

CAPVT SEXAGESIMVM-QVINTVM.

C

De pœna ſtupri nefandi.

MVlta, & ea grauiſſima crimina incolumi honeſtate referri poſſunt & arguiſ homicidium enim, latrocinium, ſacrilegium, & alia quis non accuſet? At hoc, cuius mentionem facere libertas Patres nos coguntipſos verò fœdiſſima quorundam turpitudo vel execrabilis potiùs, & ſumma infania, adeò graue eſt, adeò putidum, vt etiam ſi honeſtus ſit qui illa accuſare velit, honeſtate tamen integra, nec accuſando poſſit enunciare: vincit enim linguæ officium, ſceleris magnitudo. Quàm aptè, quàm ſcitè, quàm prudenter Conſtantius & Conſtans Impp. AA. [k] dum volentes gladij pœna ſcelus tantum vindicare, ſic ad Populum ſcripſerunt: [Cùm vir nubit, in fœmina viros paritura D quid cupiatur? vbi ſexus perdidit locum? vbi ſcelus eſt quod non proficit ſcire? vbi Venus mutatur in alteram formam? vbi amor quæritur nec videtur? iubemus inſurgere leges, armari iura gladio vltore, vt exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt, vel qui futuri ſunt rei.] Sodomæ, & Gomorrhæ incolas huius criminis turpitudine fœdatos diuina iuſtitia vltrice, incendij pœna conflagraſſe ſacris literis proditum eſt: & id merito, vt quam æſtuanti turpis libidinis ardore culpam contraxerant non diſſimili alterius incendij flamma parem pœnam perſoluerent. Diuinum hoc exemplum Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius AAA. [l] ſequuti ſunt, dum ad Orontium vicarium vbis ſcripſerunt. [Omnes quibus flagitij vſus eſt virile corpus muliebriter conſtitutum alienæ ſexus damnare patientia (nihil enim diſcretum habere videntur cum fœminis) huiuſmodi ſcelus, ſpectante populo flammis vindicibus expiabunt.] Hoc ipſum apud E Hiſpanos [m], lege & moribus receptum eſt, adiecta bonorum confiſcatione. In Regno autem Aragoniæ [n] ob criminis immanitatem, ſacro Inquiſitorum Senatui eius punitio reſeruata eſt: quod & in Regno Valentiæ obſeruari audio.

Clericos autem huius criminis reos, degradandos, & iudici ſeculari tradendos, iuſtiſſima & ſancta Pij V. conſtitutio decreuit. Quam non ſolùm in eos exerceri, qui delictum conſummaſſent, ſed & eos qui tentaſſent, cenſuerim æquiſſimum, ne atrox illud & graue in Rempublicam Chriſtianam redundet periculum, quod ex pernicioſa tanti peccati contagione immmere iam diu Gallicani Patres in Concilio Pariſienſi [o] ſanctiſſimè prædixerunt. [Hoc namque peccatum (aiunt) ſancti Patres diuino ſpiritu afflati, meritò in ſacris canonibus acriùs cæteris iudicandum decreuerunt: quoniam eo regnante, & ſtatum Chriſti Eccleſiæ infirmari, & regnum periclitari apertè cognouerunt.] Sed de his ſatis: prudentiùs hæc enim tacentur, & doctiùs multo neſciuntur.

Ferd. de Mendoza.

k *Conſtant. & Conſtans in l. cum vir ad leg. Iuliam de adulteriis.*

Geneſ. c. 19.

l *Valent. Theod. & Arcad. lib. 6. tit. 7 l. 9. C. Theod.*

m *Hiſpanica lex 1 tit. 21 l. 8. mutat ord.*

n *Vt teſtatur Iacobus Simancas lib. de Catholicis inſtitut. cap. 50.*

o *Conſil. Pariſien. lib. 1 cap. 34.*

Digitized by Google

COMMENTARII NOVI.

MAscula libido, præpostera Venus, seu monstrosa rectè vulgò nefandum peccatum dicitur, cum de eo fari pudicæ aures non sinant: post ignem Sodomæ sodomiæ scelus nuncupamus eius Patratores filios diffidentiæ dixerunt PP. Concil. Lateranens. in *cap. clerici 4. de excessibus prælat.* id est, desperatos, & filios perditionis, vt exponit Cuiacius in *cap. vt clericorum de vita, & honest. cleric.* Illud scelus omni iure exosum, & debitis pœnis vindicatum legimus naturæ contrarium est. Vnde dicitur peccatum contra naturam in *cap. flagitia 32. quæst. 2. & in l. cum vir, C. ad l. Iul. de adult.* & ab Apostolo ad Roman. cap. 1. ibi: *Nam fœminæ eorum mutauerunt naturalem vsum.* Tertull. infra referendo. Iure diuino pœna mortis statura reperitur Leuith. *cap. 18. vers. 22. & 23. & cap. 20. vers. 13. 15. & 16.* Exod. *cap. 22. vers. 29.* Deuteron. *cap. 27. &* Genes. *cap. 37.* ait Dominus: *Descendam, & videbo vtrum clamorem ipsi opere compleuerint!* quasi in admirationis modum dixisset: vix possum credere nefas hoc perpetrari posse. Vnde rectè notauit Saluianus *de gubernat.* Deum Dominum nostrum vltorem huius delicti se appellare licet in aliis delictis nomen vltoris admodum abhorruerint, quia Genes. cap. 19. legitur *Dominus fluit super Sodomam:* apud varias gentes diuersis pœnis fuisse vindicatum constat ex exemplis relatis à Borreolo in *sum. decis. tit. 1. num. 31.* Iure ciuili variæ pœnæ in huius monstrosæ Veneris pastratores statutæ fuerunt vt apparet ex *l. 1. §. remouet, ff. de postul. lib. 1. §. vlt. ff. de extraordin. crimin. l. eiusdem §. item bis, ff. ad l. Cornel. de siccar.* Paulo *lib. 5. sent. tit. 23.* & in eos lata fuit lex Scatinia, cuius meminerunt Iuuenal. satyr. 2.

Quod si vexantur leges, ac iura: citari
Ante omnes debet Scatinia: respice finem.

Auson. eleganti illo epigram.

Iurisconsulto cui viuit adultera coniux
Papia lex placuit, Iulia displicuit. (ipse
Quæritis vnde hæc sit distantia: Semiuir
Scatiniam metuens non metuit Titiam.

Sed quia huius legis pœna pecuniaria erat, siquidem ex ea qui ingenuum stuprasset sex tertium decem millia exsoluebat, ideo conniuentibus iudicibus flagitia hæc frequenter perpetrabantur immo & palam viri vt fœminæ viris nubebant, vt probat eruditus D. Ioan. Suar. *ad l. Aquil. l. 2. c. 3 sect. 6.* vsque dum Imperatores Constans, & Constantius pœnam capitis statuerint in *l. cum vir, Cod. ad l. Iul. de adult.* vbi verba illa, *cum vir nubit in fœminam viris porrecturam*, non rectè legit Rubardus *l. 4. var. c. vlt. nubit vt fœmina viris paritura*, rectiùs D. Ioan. Suarez *vbi proximè n. 12.* reponit pro *viris porrecturam, liberos procreaturam*, vt sensus sit cum vir sexum mentitus muliebribus vestibus indutus, & vt mulier cum altero publicè nupsit profitendo se liberorum causa conuenire, debitis compescendus est pœnis. Rectè etiam in eo textu post Durantium Castellium *lib. 1. var. c. 2.* probat Dorleans *in not. ad Tacitum l. 4 annal.* loco illorum verborum, *vbi amor quæritur, nec videtur*: legendum esse, *vbi amor quæritur nec inuenitur.* Eandem sanctionem firmauit Iustinianus *in nouel. 77. vt non luxurientur contra naturam*, & legibus Gothorum nefarij huius peccati Patratores castrari iubentur *in l. 5. tit. 5. lib. 3. Fori iudic.* & legibus nostris patriis pœna ignis constituta est in eos simul cum confiscatione bonorum *lib. 2. tit. 22. partit. 3. l. 1. tit. 21. lib. 8. recopil.*

Sed iam ad ius Pontificium perueniamus, in quo plures constitutiones contra præpostera libidine vtentes editæ sunt, vt constat ex *cap quod ait 14. distinct. cap. si gens 56. dist. in cap. flagitia 32. quæst. 7. cap. vt clericorum de vita, & honest. cleric. cap. clerici 4. de excessibus prælat. cap. in Archiepiscopatu de raptor. cap. solicitaret, §. qui puero de pœnit. distin.* Concil. Turon. 2. *can.* 15. Tolet. 16 *can.* 3. Trosician. *can.* 15. & primis Ecclesiæ sæculis similibus monstris, nec in fine venia concedebatur Tertul. de pudicit. c. 12. ibi: *Reliquas autem libidinum furias impias in corpore, & in sexus vltra iura naturæ non modo limine, verum omne Ecclesiæ tecto submouemus:* vbi Georg. Ambian. *observ. 2 fol.* 739. Albaspin. *l. 2 observ. c. 13.* Balsam. *in can. 17. Synodi Ancyr.* rectè notarunt temporibus huius Concil. Illiberitani omnino veniam monstris denegari, postea tamen in Synodo Ancyr. *c. 15.* paulò humaniùs, benigniusque statutum fuit, ita vt si quis ante 20. ætatis annum irrationabiliter cum masculis versaretur, per viginti annos pœnitentiam in Ecclesia publicè faciat; indulserunt enim Patres aliquid ætati, vt faciendum in terminis ex iure Orientali refert Harmenop. in promptuar. l. 6. tit. 4. illic: *Præter naturam lasciuientes tam agēs quam patiens gladio plectatur, nisi fortè qui passus est minor erat.* Prosequuntur P.P. Ancyr. & agūt de maiori 20. annis, tandemq; concludunt, *Quod si qui vxores habentes, & transcendentes 50. ætatis annum ita deliquerint ad exitum vitæ communionis gratiam consequantur.* Sequentibus Ecclesiæ legibus ad pœnitentiam, & communionem admissi fuerunt, pœnitentiâ peractâ D. Basil. ad Amphilo. c. 7. *Masculorum, & animalium initores & homicida, & venefici, & adulteri, & idololatra eadem condemnatione digni habentur.* Si tamen pœnitentiam ritè & perfectè peragere neglexissent suscitata præsentis Canonis scueritate etiam in fine communio illis denegatur in Concil. Tolet. 16. can. 3. his verbis: *Sicut cordis, corporisque munditia homines Deo proximes facit, ita incentiua pollutionis actio à Deo alienos statuit, & sicut Sodomiticos populos horrenda, nimiumque detestanda patratio igni cœlitus confluenti exurendos in præteritis tradidit, ita talibus immunditiis homines deditos æterna damnationis rogus consumet; loquente Domino per Prophetam vestimentum ipsum sanguine erit in cōbustionem, & cibus ignis. At nunc quoniam nec funesta actio, & Sodomiticæ operationis malum multos fauciasse perpenditur, adeo nos ob huius fœdissimæ causæ extirpandam consuetudinem zelo Domini ardentes omnes in commune sanximus, vt quicunque huius nefariæ actionis patratores extiterint, quique in his turpitudinibus sese implicari permiserint, &*

contra

A *contra naturam maſculi in maſculos hanc turpitudinem operauerint: ſiquidem Epiſcopus; Presbyter, aut Diaconus fuerit de proprij honoris gradu deiectus perpetui exilij manebit damnatione proculſus. Sin verò cuiuſlibet ordinis gradu, vel perſona, & talibus connubionis noxiis reperti fuerint applicati, illius legis, qua de talibus eſt edita nihilominus feriantur ſententia, atque ab omni Chriſtianorum ſint alieni caterua; & inſuper centenis verberibus correpti, ac turpiter decaluati exilio mancipentur perpetuo, ita vt niſi tam eos qui religionis cultum turpaſſe viſi fuerint, quam etiam alios, (vt diximus cuiuſcunque ordinis homines) digna ſatisfactio pœnitentia accipere corpus, & ſanguinem Chriſti in fine permiſerit, aut Chriſticolarum ſocietati reddiderit, nec in exitus ſui diem ſecundum Canonum inſtituta, communionis perceptione ſe nouerint releuari, nec Catholicorum cœtui aggregari.* Ne quis mireretur huius ſeuerę diſciplinæ vno, aut altero Sanctorum P. P. teſtimonio immanitatem huiuſque facinoris grauitatem probemus de eo ait D Auguſt. lib. 3. confeſſ. cap. 4. *Flagitia, quæ ſunt contrà naturam vbique & ſemper repudianda, & punienda ſunt, qualia Sodomitarum fuerunt, quæ ſi omnes gentes facerent eodem criminis reatu diuina lege tenerentur, quæ non ſic fecit homines; vt ſe illo uterentur modo. Violatur quippe ipſa ſocietas, quæ cum Deo nobis eſſe debet cum eadem natura, cuius ipſe author eſt, libidinis peruerſitate pollnitur.* P. Damian. in libello Gomorrhean. *Hoc ſanè Sodomitum vitium nulli prorſus eſt vitio conferendum, quod omnium immanitatem ſuperat, vitiorum hoc ſiquidem vitium mors eſt corporum interituſque eſt animarum, carnem polluit, mentis lumen extinguit, Spiritum Sanctum de templo humani pectoris eiicit incentorem luxuria Diabolum introduxit, quiſquis in hunc extremæ perditionis abyſſum fuerit lapſus à ſuperna patria exul efficitur, à Chriſti corpore ſeparatur totius Eccleſiæ authoritate confunditur omnium Sanctorum Patrum iudicio commendatur.* Faciunt Plato: *Abſtinendum igitur à maribus iubeo; nam qui iſtis vtuntur, genus hominum dedita opera interficiunt in lapidem ſeminantes, vbi radices agere quod ſeritur, nunquam poterit* Martial. lib. 9. in Ponticum.

Hoc nihil eſſe putas, ſcelus eſt mihi crede, ſed ingens
Quantumuis animo conſpicis eſſe tuo.
Ipſam crede, tibi naturam dicere rerum.
Iſtud quod digitis Pontice perdis, homo eſt.

B Vnde licet in delictis conatus non puniatur, tamen in præpoſtera libidine nixus plectitur *lib. 1. §. vltim. ff. de variis, & extraordin. crimin.* vbi ille, qui puero ſtuprum ſuadet, deportatur, Diuus Iſidorus relatus ab Iuone Carnotenſi part. 9. decret. cap. 94. ibi: *Si quis ex iuuenibus, vel aliqua ſuſpicioſa perſona cum parvulis iocatus fuerit, diuturna pœnitentia maceretur.* Vnde rectè PP. in præſenti ſtupratoribus puerorum, nec in fine communionem eſſe dandam ſanxerunt. GONZALEZ.

C

De viduis mœchis, ſi eundem poſteà maritum duxerint.	*De viduis mœchis, ſi eundem poſteà maritum duxerint.*
D Canon LXXII.	*Canon LXXII.*
Si qua vidua fuerit mœchata, & eundem poſteà habuerit maritum, poſt quinquennij tempus, acta legitima pœnitentia, placuit, eam communioni reconciliari: ſi alium duxerit relicto illo, nec in fine dandam ei eſſe communionem: vel ſi fuerit ille fidelis, quem acceperit, communionem non accipiat, niſi poſt decem annos, acta legitima pœnitentia; niſi infirmitas coëgerit velociùs dare communionem.	Si qua vidua fuerit mœchata, & eundem poſteà habuerit maritum, poſt quinquennij tempus, acta legitima pœnitentia, placuit, eam communioni reconciliari: ſi alium duxerit relicto illo, nec in fine dandam ei eſſe communionem: vel ſi fuerit ille fidelis, quem accepit, communionem non accipiat, niſi poſt decem annos, acta legitima pœnitentia; niſi infirmitas coëgerit velociùs dare communionem.

E

PRima huius canonis pars extat apud Gratianum, cap. ſi qua fuerit. 31. quæſt. 1. [Si qua fuerit (ait) vidua mœchata, & poſteà eundem habuerit maritum, poſt quinquennij tempus, acta legitima pœnitentia, placuit, eam communioni reconciliari.] Integrum canonem referunt vetuſti CC. MS.

CAPVT SEXAGESIMVM-QVINTVM.

Virgines, & viduas mœchantes minori pœna afficiendas, si cum eisdem viris nuptias celebrent.

P *Canon.* 14. QVod de virginibus ſtatuerunt Patres ſuperiùs [P], hoc de viduis obſeruandum hîc decernunt, vt ſi illæ videlicet, cum iis, quos ad concubitum anteà admiſerant, nuptias poſteà contraxerint, minori pœna afficiantur. In eo tamen canon ille ab hoc diſcrepat, quòd in illo virgines peccantes, vnius tantùm anni pœnitentia, hic autem quinquennij afficiuntur. Cùm enim virginitatis magiſterium, viduarum continentia & exemplis valeſcere debeat, vt docuit D. Ambroſius [q], iure magis illæ puniuntur, quæ cùm præclarius honeſtatis, & morum de ſe præbere debeant exemplum, turpius, deformius, & deteſtabilius præbeant.

q *D. Ambr. in principio libri de Viduis.*

COMMENTARII NOVI.

F*Verit mœchata*, vidua poteſt mœchari cum homine coniugato.

Alia legitima pœnitentia, illa vocabatur legitima, quæ omnes pœnitentiæ gradus, vel tres ad minimum pertranſiret, & in vno quoque bona fide, & ex animo pœnitentium ritus, & ærumnas pateretur.

Vel ſi fuerit fidelis ille quem acceperit, hoc ita intelligo, ſi relicto viro alium & fidelem duxerit, fidelis ille decem annos communione priuetur. Hæc multa viro non mulieri imponitur; nam in minori non erat culpa, ſi fideli quam ſi Gentili nupſiſſet.

Poſt decem annos, quibus rebus toto hoc tempore vacarent, aut quot eis annos in vnoquoque pœnitentiæ gradu ſtandum, & morandum eſſet, non præſcribunt, quod, ni fallor, id Epiſcopi arbitrio permitteretur, cuius partes animos pœnitentium obſeruare, & ita tractare, vt ad exitum pœnitentiæ peruenirent, & graduum moras, & diſcrimina præcepti feſtinatione non confunderent. ALBASPINÆVS.

Cum in præſenti canone agatur de peccato mœchiæ admitti non poteſt ſententia Mendozæ, qui accipit Canonem hunc de vidua lapſa, & poſtea matrimonium contrahente cum ipſo viro, cum quo ſimplex fornicationis peccatum commiſerat ſemper enim cum in hoc Concilio mœchiæ delictum prohibetur, & punitur, adulterium ſignificatur: quare exiſtimo aliam eſſe ſententiam, aliumque ſenſum huius Canonis, videlicet mulier rem ſuperſtite marito cum alio adulterium perpetrantem defuncto marito cum ipſo adultero matrimonium contrahentem non admitti ad communionem, niſi poſt quinquennium pœnitentia peracta, & antequam ad vlteriora verba exponenda progrediamur, obſeruandum eſt, vxorem adulteram non poſſe contrahere matrimonium cum adultero etiam defuncto marito *cap. 1. c. denique 31. quæſt. 5.* reſtitura negatione, quæ apud D. Auguſt. legitur ita: *Mortuo viro cum quo connubium fuit, non poteſt fieri verum connubium, cum quo præceſſit adulterium*, vt iam notauit Cuiac. *in cap. 1. de eo qui duxit in matrimonium, quam priùs polluit*, quod coniugium quamuis ſacri Canones prohibeant tamen nullo inito conſilio in necem viri, vel nulla fide data de futuro matrimonio, ſi inter adulteros celebretur, valet, & ſuſtinetur, quia præcedens adulterium per ſe, non parit impedimentum dirimens, ſed tantum impediens, vt contingit in nuptiis inceſtuoſis in gradu tantum prohibito celebratis *c. nec illud 30. q. 5. cap. vlt. qui filij ſint legit.* Sed ad purgandum vitium adulterij ſequuto matrimonio confirmati per quinquennium pœnitentia adulteræ iniungitur in hoc Canone, quem merito compilauit Gratianus ſub cauſa 31. *q.* 1. vbi de eo qui duxit in matrimonium, quam priùs polluit, per adulterium agebat, vt iam notauit Cironius *in parat. ad tit. de eo qui duxit in matrim.* quem intellectum ſatis innuunt, & probat verba illa *fuerat mœchata, & eundem poſtea habuerit maritum*, id eſt poſtquam adulterium perpetrauit vidua adulterum in maritum accepit, expreſſiùs ſummariù Canonis, quod ita in omnibus Codicibus habetur *de viduis mœchis ſi eundem poſtea maritum duxerint*: illi enim vxori pœnitentia in quenquennium iniungitur propter adulterium: quia ea eſt peculiaris pœnitentia mœchiæ, vt conſtat ex *Can.* 14. huius Concilij vbi notandum eſt in priori parte cum agitur de virginibus peccantibus cum viris ſolutis aſſerere Patres eas virginitatem violaſſe non mœchatas eſſe, & ita ſi ipſos viros acceperint in maritos poſt annum ſine pœnitentia reconciliari. Proſequuntur PP. in poſteriori parte, quod ſi virgines ipſæ alios, id eſt, alienos cognouerint viros, hoc eſt, maritos eo quod tunc non tantum virginitatem perdiderint, ſed *mœchatæ ſint* per quinquennium pœnitentia peracta admitti ad communionem, quare non improbabiliter exiſtimo in præſenti Canone agi de vxore adulterium perpetrante, & defuncto marito cum ipſo adultero matrimonium contrahente. Sequitur aliud grauius delictum ipſius vxoris, quæ relicto illo marito adultero cum alio matrimonium contraxit, quo caſu, nec in fine dandam ei eſſe communionem PP. ſanxerunt cum relicto marito, cum quo & ſi non licitè valide tamen matrimonium contraxit, ſecundum coniugium durante primo inierit: tandem in calce Canonis iniungunt pœnam huic vltimo viro, qui cum vxore legitimè ducta matrimonium contraxit, & ſtatuunt quod ſi fidelis eſt, poſt decem

decem annos pœnitentia peracta, accipiat communionem, niſi infirmitas coëgerit velociùs ipſum reconciliari: priorem ergo partem huius Canonis accipio de vxore mœcha mortuo viro, ducente ipſum adulterum, & poſtea eo relicto cum ſecundo matrimonium celebrante, cui etiam in fine communio denegatur. Secundam verò partem refero ad vltimum maritum, qui vxorem validè, & ſi non licitè ab adultero ductam in vxorem accepit, cui tantum per decennium ſi fidelis eſt iniungitur pœnitentiæ, & hæc eſt, ni fallor, vera huius Canonis ſententia. GONZALEZ.

ET EVNDEM POSTEA HABVERIT maritum.

CAPVT SEXAGESIMVM-SEXTVM.

Secundas nuptias licere viduis.

ETſi clariores eas viduas doceat D. Ambroſius; [r] quæ adoleſcentiæ calorem, & efferueſcentem iunioris ætatis edomant ardorem, nec maritorum gratiam, nec vberiora liberorum delectamenta deſiderant, cùm tamen ætas lubrica, & experta etiam matrimonij voluptas, impudicitiæ poſteà vſu repetita & confirmata, exiguam ſpem præbeant ſtabilis, & perpetuæ continentiæ, nubere poſſe placuit Epiſcopis noſtris, Pauli Apoſtoli doctrinam ſpectantibus, nubere præſtantius eſſe, quàm vri docentis, præſtat enim his magis connubium, quòd Chriſti membra, coniugali honeſtate ſeruata, lenonis membra eſſe non ſinat, neque ſacrum, & purum Dei templum, prophanum libidinis, aut impurum fieri permittat.

Hinc etiam fit, licere cuicunque Chriſtiano abſque peccato ſecundas inire nuptias, aduerſus antiquum Montani errorem, quem poſteà hæretici eius ſectatores Montaniſtæ, ſeu Cataphryges, & Pepuſiani cum Nouato, & Tertullianus [s] nimia amoris erga coniugem intemperantia lapſus, omnibus ingenij & doctrinæ neruis defenderunt: ſed confutarunt illum, non multo poſt, vt ab orthodoxa veritate alienum, & cum Apoſtolorum doctrina pugnantem Nicæni Patres. [t] [Si qui voluerint (aiunt) venire ad Eccleſiã Catholicã ex Nouatianis, placuit Sancto Concilio, vt ordinentur, & ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant ab eis confeſſionem, quàm per ſcripturam exigi oportet, vt fateantur ſe cum omni conſenſu Eccleſiæ Catholicæ ſtatuta obſeruaturos: ſdeſt, communicaturos ſe & his, qui fortè ſecundas nuptias experti ſunt.] Concilium Carthaginenſe IV. [u] inter ea quæ ab Epiſcopo conſecrando exquirenda decernit, illud vnum eſt, num ſecunda matrimonia damnet. Simile quid in Concilio Toletano III. [x] legitur, & in Florentino, [y] quod ſub Eugenio IV. pro vnione Græcorum habitum eſt: [Quoniam nonnullos, aſſeritur (inquit) quartas nuptias tanquam condemnatas reſpuere, ne peccatum vbi non eſt, eſſe putetur; cùm Apoſtolum, mortuo viro, mulier ſit ab eius lege ſoluta; vt nubendi cui vult in Domino habeat facultatem, nec diſtinguat, mortuo ſecundo, vel tertio: declaramus, non ſolùm ſecundas, aut tertias, aut quartas atque vlteriores, ſi aliquod canonicum impedimentum non obſtet, licitè contrahi poſſe: commendatiores tamen dicimus, ſi vlteriùs coniugio abſtinentes, in caſtitate permanſerint.] Confutarunt etiam eundem errorem graui orationum, ſententiarum, & locorum vtriuſque teſtamenti pondere, D. Ambroſius [a], Hieronymus, [b] Auguſtinus, [c] Epiphanius, [d] & alij. Sicut ergo nuptias ſecundas damnare, & ſtupro vel fornicationi comparare, Chriſtianorum Catholicorum non eſt, ſed Montani, Tertulliani, aut Nouati: ſic illas ſacræ coæquare virginitati, Iouiani, Eluidij, aut Baſilidis eſt, non Catholici Chriſtiani; vt aduerſus eoſdem Hieronymus probauit, & illo anterior Siricius Papa, [e] ac tandem D. Thomas, [f] & alij.

[r] *Idem Ambroſius in eodem libro de Viduis in principio 1. Cor. 7.*

[s] *Tertullianus lib de Monogamia, & alio de exhortatione ad caſtitat. & alio de pudicitia.*

[t] *Concilium Nicænum can. 8.*

[u] *Concilium Carthaginenſe. 4. can 1.*

[x] *Concilium Toletanum 3. can. 10.*

[y] *Concilium Florentinum, ſub Eugenio. 4.*

[a] *D Ambroſius libro de Viduis.*

[b] *D. Hieronymus epiſtola de Monogamia, & in alio ad Geruntiam de viduitate.*

[c] *D. Auguſtinus lib. 26. de ciuitat Dei cap. 34. & lib de hæreſib. 26. hæreſi, & alio de bono viduitatis, & lib. 2. cõtra aduerſar. legis, & Prophetarum, & contra Fauſtum Manichæum lib. 32. cap. 17.*

[d] *D. Epiphanius aduersùs Montanum hæreſ. 59. & aduerſus Catares. Guido, contra Græcos.*

[e] *Siricius Papa i epiſtola ad Epiſcopos Africæ D.*

[f] *Thomas contra detrahentes religioni cap. 6.*

COMMENTARII NOVI.

ECcleſia ſemper probauit, & ratas habuit ſecundas nuptias mortuo primo marito celebratas, licet in Eccleſia Orientali, aliqua pœnitentia viduis imponeretur propter ſignum & ſuſpicionẽ incontinentiæ, Synodus Laodic. *can 1. Vnde in can. 7.* Concil. Neocæſar. quẽ ſuæ collectioni *can. 38.* inſeruit M. Brach. & Gratian, retulit in *c. de his 31. q. 1.* Presbyteris prohibetur intereſſe conuiuiis ſecundarum nuptiarum his verb. *Presbyterum conuiuio*

ſecundarum nuptiarum intereſſe non debere, maximè cum præcipiatur, ſecundis nuptiis pœnitentiam tribuere. Quis ergo erit Presbyter qui propter conitinium illis conſentiat nuptiis. Eccleſia autem Latina ſecundas; & indiſtincte vlteriores nuptias approbauit, vt latè illuſtrauimus *in cap. fin. de ſecund. nupt.* & in Concil. Turon. *can.* 13. & Andegauenſ. relatis ab Spondano *in continuat. Baron. anno* 1448. prohibetur in ſecundis nuptiis fieri Chatiuarium, ideſt ne adhibeantur inſaltationes, clamores, ſoni, & alij tumultus fieri conſueti in ſecundis nuptiis in contemptum eas celebrantium, vt exponunt Citonius *in parad. ad tit. de ſecundis nupt.* Spondanus *vbi proximè num.* 9. Salmatius *in not. ad Vopiſcum fol.* 493. in Eccleſia Hiſpana omni tempore ſecundæ nuptiæ fuerunt permiſſæ exceptis viduis Regum, quibus prohibebatur ad ſecundas nuptias tranſire tum ob honeſtatem, tum ne occaſione nuptiarum Reginæ viduæ daretur occaſio inuadendæ Tyrannidis Concil. Tolet. 13. can. 5. *Nulli ergo licebit ſuperſtitem Reginam ſibi in coniugio ducere non ſordidis contactibus maculare non hoc ſecuturis Regibus licitum, non cuiquam hominum licebit eſſe permiſſum. Quòd ſi facere tale aliquid quiſquam præſumpſerit, quod aut ſuperſtitem Reginam, oſt decedentis Principis mortem, ſibi in connubio copulet, aut adulterina pollutione contaminet, ſiue ſit Rex ſiue quilibet hominum, qui huius noſtræ ſanctionis ſententiam violare præſumpſerit, ſit ab omni Chriſtianorum communione ſecluſus, & ſulphureis cum diabolo contradatur ignibus exurendus. Quicunque igitur huius Conſtitutionis noſtræ præſumpſerit conuellere, vel abradere ſanctionem, ſit nomen eius abraſum, & deletum de libro vitæ, vt Tartareas iudicij pœnas excipiat, qui hac Decreta honeſtatis violauerit.* Et vt huic periculo in totũ obuiam iretur ſtatutum fuit in Concilio Cæſarauguſt. 3. *can.* 5. vt vidua Regis poſt eius obitum veſtem Regiam deponeret, religioſamque induens cum monialibus vitam perageret his verb. *licet planiſſimè in Concilio Toletano de Principum relictis inſtitutum fuiſſet, vt nulli licitum eſſet ſuperſtitem Reginam in coniugio ducere, aut ſordidis contactibus maculare, neque ſecuturis Regibus, nec cuilibet hominum eſſet permiſſum: tamen noſtri ordinis cauſa eſt, vt crebriſſimè ad hoc aciem mentis noſtræ condirigamus, quæ anima intuemur exhibere profectum. Vnde quia præteritis temporibus multas ſcimus, atque cognouimus Principum relictas poſt eorum vocationem pro apice Regni, quem regendo in cunctis tenuerunt nullam reuerentiam honoris eis adhiberi à populis, ſed paſſim (vnicuique probatum eſt) diuerſas adſumentes occaſiones non ſolum latenter in eorum contrarietate inſidias moliuntur, verum etiam (quod veritati contrarium eſt) procaciter verbis contumelioſa in conuentu multorum eas afficiunt: & quod omni religioni abominandum, atque horrendum eſt de his detrahere non ſinunt, quas in caterua populi cernunt commorari: proinde paterna pietate commoti, atque condigna circa tanto culmine prouidentes per huius decreti noſtri paginam non ſolum quæ in prædicto Concilio exarata ſunt da coniuge Principum perenniter cuſtodire, atque firma ſtabilitate decernimus permanere, ſed etiam ea quæ ſunt conſpicua honeſtati neceſſaria modo aduertere procuramus: vt ſeruatas in omnibus ſanctiones Canonum totius Toletani Concilij quæ de Principum relictu promulgatæ, atque definita eſſe noſcuntur, deinceps relicta Principis ſuperiorem ſententiam inlibato animo pudice ſeruans, ſtatim ab accerſito ab hoc ſæculo Principe veſtem ſæcularem deponat, & alacri curioſitate religionis habitum aſſumat, quam etiam, & confeſtim in cœnobio virginum mancipandam eſſe cenſemus, & ab omni turbine mundi remota, nequaquam cuilibet locus attribuatur, per quod aut contumelia tanta poteſtati in publico ingeratur, aut ſubdita plebi eſſe pateſcat, quorum ante dudum agnoſcitur domina, ſed infrà clauſtra Monaſterij inge ſedulitate perſiſtens, atque ſanctimonialem vitam peragens de regno temporali opitulatione diuina ad regnum æternitatis mereatur peruenire. Quicunque igitur ſuperiores conſtitutiones, quæ ſalubri Concilio à nobis definita eſſe noſcuntur, violauerit, vel execrari quacunque factione pertentauerit, aut permiſerit, nouerit ſe excommunicationis percepturum ſententiam, atque etiam exilij damnatis diuturno tempore incurrere iacturam.* GONZAL.

SI ALIVM DVXERIT, RELICTO ILLO, nec in fine dandam ei eſſe communionem.

CAPVT SEXAGESIMVM-SEPTIMVM.

Grauior pœna viduæ imponenda, quæ alij nubit relicto eo, à quo ſemel cognita eſt.

NOluerunt maiores noſtri tot eſſe turpitudinis viduarum teſtes & conſcios; eáque de cauſa decernunt, quòd ſi nuptias contrahant cum alio, relicto eo, cuius turpe conſortium anteà agnouerant, nec in fine communionem accipiant: inhoneſtæ enim coniunctionis pœna aliquo futuri matrimonij prætextu, ſi non excuſari, releuari tamen poteſt; ſed tunc præſertim, cum matrimonium cum eodem poſtea celebratur. At cùm eo ſpreto ante connubium initum alter ad matrimonium eligitur, accuſari multo magis, quàm defendi, excuſariuè poteſt: quòd præter turpitudinem, inſigne

A ſigne ſit animi leuis & inconſtantis indicium. Ex quo conſequitur, multo minus excuſari eas, quæ plurium, quàm quæ vnius tantùm impudica abutuntur conſuetudine; vnum enim admittere, intemperantis animi eſt: at duos vel plures, ſeruilis turpitudinis & libidinis meretriciæ nota perſpicua; ideóque Patres maiorem ſeueritatem in illas exercent.

VEL SI FVERIT ILLE FIDELIS, QVEM acceperit, communionem non accipiat, niſi poſt decem annos, acta legitima pœnitentia, niſi infirmitas coëgerit velociùs dare communionem.

B

NOn ſolùm pœnitentia afficitur vidua, cùm alij nupſit diuerſo ab eo quo antea cognita eſt infideli, ſed etiam ſi fideli, eo tamen diſcrimine, quòd ſi infideli, perpetuò; ſi fideli, decem tantùm annorum ſpatio communione priuetur.

De delatoribus.	*De delatoribus.*
C Canon LXXIII.	*Canon LXXIII.*
Delator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit, eum nec in fine accipere communionem. Si leuior cauſa fuerit, intra quinquinnium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennij tempora admittatur ad baptiſmum. D	Delator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus placuit, eum nec in fine accipere communionem. Si leuior cauſa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennij tempora admittatur ad baptiſmum.

BVrchardus *lib. 6. decretorum cap. 27. ex cap. 1.* huius Concilij canonem citat, cùm ſit. 73. verba eius paulò diuerſa. [Delator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fidelium fuerit præſcriptus, vel interfectus, placuit, eum non niſi in fine accipere ecommunionem. Si leuior cauſa fuerit, intra quinquennium accipere communionem poterit. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennij tempora admittatur ad baptiſmum,] Iuo *part. 10. cap. 156.* [Delator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fidelium fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit, eum non niſi in fine, accipere communionem. Si leuior cauſa fuerit, intra quinquennium accipere communionem poterit. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennij tempora, admittatur ad baptiſmum.] Sic & Gratianus *in can. ſi quis fidelis. 5. quæſt. 6.* Vulgatam Concilij lectionem, cùm negatione: Nec in fine: magis probo, quòd ſæpiſſimè eadem pœna pro ſimilibus delictis in hoc Concilio ſanciatur. E

CAPVT SEXAGESIMVM-OCTAVVM.

De pœna delatorum, & qui dicerentur proſcripti.

GRauiter tuliſſe antiquos Eccleſiæ Patres, vt ira aut odio magis, quàm pietate Chriſti fideles alios crimina ad iudices punienda deferrent, Lactantius [d] his verbis,

[d] *Lactantius diuinarum inſtitutionum lib. 6. cap. 2.*

verbis ostendit: [Non enim (ait) cum occidere Deus vetat, latrocinari nos tantùm prohibet, quod ne per leges quidem publicas licet: sed ea quoque ne fiant, monet, quæ apud homines pro licitis habentur. Ita neque militare iusto licebit, cuius *militia* est, in ipsa iustitia; neque verò accusare quemquam crimine capitali, quia *nihil distat*, vtrùm ne ferro, an verbo potiùs occidas: quoniam occisio ipsa prohibetur. *Itaque* in hoc Dei præcepto nullam prorsus exceptionem fieri oportet; quin occidere hominem sit semper nefas, quem Deus sanctum animal esse voluit.] Qui ergo aliorum crimina deferrent, vt interficerentur, vel proscriberentur, in perpetuum communione priuantur ab Hispanis Episcopis. Burchardus [h] perperam legit præscriptus, pro, proscriptus. Vocabantur olim proscripti, quorum nomina in foro, libellis publicè fixis scripta extabant; vt quærerentur ad necem, & præmio percussori, & supplicio occultatori proposito, ab Appiano traditum est Lucium Sillam harum proscriptionum principem, ac inuentorem fuisse lege autem Papia Poppæa certa criminum delatoribus præmia proposita, ne perditi & facinorosi homines, clandestina facinora admittentes, impuniti relinquerentur, Suetonius [i] refert. Ea autem cùm dimidium multæ illatæ antea fuissent; Nero Imperator delatorum licentiam volens comprimere, ad quartas reuocauit, vt in illius vita scribit Suetonius: vnde quadruplatores dicti, quòd quartam partẽ de proscriptorum bonis (quos detulerant) assequerentur, vt à Pædiano [k] proditum est. Cùm autem multi eo quæstu turpiter vitam tolerarent, temporumque licentia ad calumnias sæpe abuterentur, de illorum præmiis abrogandis prudenter cœperunt Senatores Romani cogitare: sed Tiberius Cæsar obstitit, dictitans iura subuerti, si custodes legum amouerentur, vt scripsit Tacitus [l] & Suetonius: [m] sicque in immensum hoc modo auctas fuisse opes, sub Tiberio Dion Cassius [n] refert. Vitellius quoque tantam delatoribus fecit fidem, vt Mathematicos delatos, & inauditos capite punierit, vt in illius vita prodit Suetonius. [o] Domitianus operum & munerum impensis exhaustus, nihil pensi habuit, quin prædaretur omni modo: bona viuorum ac mortuorum, vsquequaque, quolibet & accusatore & crimine corripiebantur: satis erat obiici qualecunque factum, dictumque, aduersus Maiestatem Principis, vt idem Suetonius est auctor. Ne ergo fideles, vel præmio vel gratia Imperatorum, aut Præfectorũ allecti, aliorum crimina detegerent; pœna ab his Patribus constituta est. Nec piè solùm & Christianè Rempublicam suam gerunt Hispani Patres, sed prudenter; ablatis enim his Patribus constituta est. Nec pie solùm & Christianè Rempublicam suam gerunt Hispani Patres, sed prudenter; ablatis enim his delationibus, odium & inuidia ciuium cessat, contentio tollitur, studium maledicendi minuitur, & quod pluris est æstimandum, eradicatur malè adquirendi cupiditas: quibus pax & concordia proborum ciuium turbari & perturbari solent vt doctè magistratus omnes admonuit Aristoteles. [q] [Quare oportet eos (ait) qui curam salutis habent Reipublicæ, contra moliri, leges ponendo: vt damnatorum bona sacra sint, & non in publicum, sed in sacrum referantur: hæc enim lex nihil ominus iniurias compescet, nam pœna eadem erit: Populus autem minùs cupidè damnabit, cùm nihil sit vtilitatis ex damnatione susceptura. Insuper publicas accusationes, quàm rarissimas facere, magna pœna constituta, aduersus eos, qui falsò accusarint. Non enim populares in iudicium vocari consueuerunt, sed nobiles. Oportet autem erga statum Reipub'icæ, quantum fieri potest, omnes reddere beneuolos, quòd si id fieri nequeat, saltem conari, ne hostes existiment eos, qui gubernant.] Intellexerunt id olim Vespasianus, & Titus Impp quos tanto prosecutos odio fuisse delatores Dion commemorat, vt flagellis cæsos, per amphiteatri arenam spectandos traducerent: vt pœnis coërciti, à noxis deferendis abstinerent. Pius verò Antoninus, eos qui crimina deferebant, si non probassent, capitali pœna affecit: si probassent, oblato præmio priuatos dimisit infames. Quinimo ab illo extinctos omnes Capitolinus [r] refert. De Opilio Macrino, idem recenset Herodianus: [s] de Traiano Plinius: [t] de Pertinace & Gordiano, Herodianus: [u] de Tiberio Dion Cassius: [x] tametsi enim illis fauissent priùs, comperiens tamen postea pernicioſum esse hominum genus, sæpeque concessa hac abusum fuisse potestate; & ob leue vel simulatum, & confictum crimen, ira, odio, & pretio, optimorum ciuium mores, fortunas, salutem, & vitam in discrimen adduxisse; omnes qui inter delatores præcipui erant, vna die occidi iussit, vt à Dione memoriæ traditum est. Prudenter autem Constantinus Magnus [y] cauit, ne quisquam priuatus delator esset, sed delationes ab aduocato fisci esse proponendas.

[h] *Burchard. lib 6. cap. 27.*

[i] *Suetonius cap. 10. in vita Neronis.*

[k] *Asconius Pædianus actione. 3 in Verrem.*

[l] *Tacitus lib 4. annalium.*

[m] *Suetonius in vita Tiberij c 60.*

[n] *Dion Cassi. lib. 57. hist. Rom.*

[o] *Suetonius in vita Vitellij cap. 14.*

[p] *Suetonius in vita Domit. cap. 12.*

[q] *Aristot. lib. 6. Politic. cap. 5.*

[r] *Capitolinus in vita Pij Antonini.*

[s] *Herodianus lib. 5. de Traiano.*

[t] *Plinius in panegyrico.*

[u] *Herodianus lib 2. & 7. Dion Cassius lib. 58.*

[x] *Dion Cassius eodem lib. 58.*

[y] *Constantinus Magnus in edicto ad prouinciales relato in l. penult. de delatorib. li. 10.*

COMMEN

COMMENTARII NOVI.

DElator quia ad iudices ſæculares Chriſtianos deferebat, quique eos eo nomine accuſabat; verba iſta *proſcriptus, & interfectus* aperte coarguunt, ita rem ſe habere, neque enim vnquam quemquam Eccleſia aut proſcribit, aut morte multat: hoc propterea dixi quod cum de falſis teſtibus, aut delatoribus in Canonibus agitatur, id de peccatis potius quam de crimmibus, & de Eccleſiaſticis quam de Iudicibus & Magiſtratibus accipiendum ſit. ALBASPINÆVS.

Inter capitularia Caroli Magni *lib.7. c.244.* ita refertur hic canon: *Delator ſiquis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit eum necin fine accipere communionem. Si lenior cauſa fuerit, intra quinquennium, accipere poterit communionem. Si Catechumenus fuerit poſt quinquennij tempora admittatur ad baptiſmum.* Et in cod. lib. cap. 126. *Delatores dicuntur, qui aut facultates prodiderint alienas, aut caput impetunt alienum: qui ſi conuenti fuerint continuò ſtrangulentur. Si ſeruus ſuper dominum fuerit delator, etiam ſi obiecta probauerit, puniatur.* Et in cap. 217. ibi: *Delatori aut lingua capuletur, aut conuicto caput amputetur. Delatores autem ſunt, qui inuidia produnt alios.* Quæ verba reperiuntur in collect. Canon. Adriani *tom.5. Concil. Viny*: Adeò autem nomen delatorum execrabile olim fuit vt iniuriarum nomine teneretur, qui alium delatorem appellaſſet *l.2. C. Theodoſ. de petition. & vltro dat. delator.* Vnde delatores honeſtiori voce curioſi dici cœperunt *l.1. C. de curioſ. lib.11. l. non patimur 15. C. de curſu publico*, notarunt Torrentius ad *Sueton. in Auguſt. cap.27.* P. Greg. *lib.32. Syntag cap.4. num.2.* appellabantur etiam frumentarij Spartianus in vita Adriani: *Erat*, inquit, *curioſus non ſolum domus ſuæ, ſed etiam amicorum, ita vt per frumentarios occulta omnia exploraret, nec aduerterent amici ſciri ab Imperatore ſuam vitam prius, quam ipſe hoc Imperator oſtenderet.* Aurel. Victor in Diocletian. *Remotum peſtilens frumentariorum genus, qui cum ad explorandum annuntian iúmque qui fortè motus exiſterent, inſtituti viderentur.* Meminit frumentariorum Euſeb. *lib.7. cap.40.* D. Hieronym. *in Abdiam. cap.1.* & fusè explicant Baron. *2. tom. annal. anno 271. num 17.* Caſaubon. & Salmas *ad Spartiani locum* Pancirol. *in not. Imper. Orient. cap.64.* Bulang. *lib.6. de Imper. Rom. cap.42.* Guttierus, *de offic. Domus Auguſt. lib.3. c.10. in fin. & cap.13. ad fin.* Cerda *in aduerſ. cap.35. num.10.* Indiceſque dicebantur quia facinorum, quorũ ipſi conſcij erant, latebras indicabant *leg. indicaſſe 197. ff. de V.S.* Pollet. *lib.4. hiſtor. fori cap.2.* Item quadruplatores iuxta Aſconium 4. *in Verrem* Capitolinum *in Antonino Pio*; eo quod ſe eo quæſtu tuebantur, vt eas res perſequerentur, quarum ex legibus quadrupli actio erat, nam Nero eorum licentiam comprimere intendens præmium ad quartam partem reſtrinxit, quod vulgare præmium dicitur *in leg. edicto 13. §. ad haredes ff. de iure fiſci*, docuerunt Tiraquel. *in not. ad Alex. lib.4. dier. genial. c.22.* P. Gregor. *vbi* ſupra, Cuiac. *in leg.2. C. de delat. lib.10.* Dempter. *ad Roſin. lib.9. antiquit. c.9.* Oſuald. *lib.18. comment.* Donel. *cap.8. litt. O.* delatores ſub Imperatoribus crudelioribus præmia aſſecuti fuerunt *l.2 ff. de iure fiſci*, refert Tacitus lib.4. annal. ibi: *Sic delatores genus hominum publico exitio repertum, & pœnis quidem nunquam ſatis coërcitum per præmia alliciebantur.* Sub optimis verò Imperatoribus odio habiti ſunt diuerſis pœnis in eos conſtitutis Sueton. *in Tito c.8.* vbi de illis ait: *Hos aſſidue in foro flagellis, ac fuſtibus caſos ac nouiſſimè traductos per amphiteatri arenam partim ſubiici in ſeruos, ac venire imperauit, partim in aſperrimas Inſularum aueḥi.* Idem in Domitian. refert eius hanc vocem celebratam fuiſſe *Princeps, qui delatores non caſtigat, irritat*: quarè ei gratulatur Martial. lib.1. epigr.4. ibi.

Turba grauis paci placidaque inimica quieti,
Quæ ſemper miſeras ſolicitabat opes.
Traducta eſt Gyaris, nec cœpit arena nocentes,
Et delator habet, quod dabat exilium
Exulat Auſonia profugus delator ab vrbe.

Quod poſt Rader. & Ramirez. eruditè explicat D. Franc. de Amay. *in rubr. C. de delat. num.5.* Plura de delatoribus congerunt Briſſon. *lib.3. ſelect. cap.17.* Pollet. *lib.4. hiſtor. fori cap.2.* Scipio Amiratus *lib.4. diſſert. polit. cap.11.* Iuretus ad Symmach. *lib.10. epiſt.55.* D. Anton. Cabreros *de pœna tripli cap.10. num.1.* D. I. de Larea *deciſ 27.* Granat. pertotam D. I. de Solorzan. *emblem. 96. circa fin.* Vnde cum agnouiſſent PP. huius Concilij minimè licere homini Chriſtano huiuſmodi delationi bus ſe ingerere fratres Catholicos magiſtratibus Gentilium tradendo contra charitatem imò ex odio, & inuidia ſeuerè in eos inſurrexerunt, communionem etiam in fine illis denegando magnâ cum ratione cum tempore huius Concilij graſſantibus perſecutionibus Chriſtani pauci eſſent, infeſtique haberentur: quare facile ex quacunque delatione capite plectebantur. Vnde Marcellinus Papa *epiſt.2.* poſt princ. aiebat: *Detractiones, & accuſationes, atque perſecutiones inter Chriſtianos oppido vitanda ſunt: quia licet pauci ſimus in comparatione aliorum, ſi tamen vnanimes fuerimus, facilius aduerſariis reſiſtemus.* Refert. Anton. Auguſtin. *in epiſt. iuris Pontifex libro trigeſimo, titulo primo, cap.27.* GONZALEZ.

VEL INTERFECTVS FVERIT.

CAPVT SEPTVAGESIMVM.

De pœna eius qui aliquem interficiendum detulit.

ADeo ſingulari pietate & modeſtia inſtituendos Chriſtianos priſci Patres voluerunt, vt ab ſpectaculis in quibus homines interficerentur, abſtinere præceperint, vt tradidi ſuperiùs [a]. Viſu enim, dictu, auditu nihil eſſe volebant Chriſtiano cum inſania Circi, cum atrocitate arenæ, cum ſæuitia ſpectaculi, quanto ergo magis nec cum ipſius editione: edit enim ſpectaculum qui fratrem publicè defert, vt publicè interficiatur: nec defert ſolùm, ſed interficit. Quid enim intereſt ferro, an verbo occidas, vt ſcripſit Lactantius [a]? Iſidorus autem: [Beatus, cuius teſtimonio innocens ab ſcelere obiecto purgatur: impius, cuius proditione etiam iniquus perimitur. Neque enim decet Chriſtianum morti obnoxium ſubdere, & ad effundendum ſanguinem, infelicium voce teſtificationis præbere ſermonem. Sermo enim iuſti, tantum ad miniſterium debet eſſe ſalutis; ira verò indignationis & tribulationis & immiſſionis per Angelos malos.] Alio præterea animum intendere in hoc canone potuérunt Patres, ne videlicet cùm edicta Imperatorum aut Præſidum ethnicorum aduerſus Chriſtianæ fidei profeſſores proponerentur, auderent fideles, vel catechumeni alios Chriſtianos vel fratres odio deferre, vt aliena Præſidum manu proprias iniurias vindicarent: vt vindicaſſe multos olim, antiquorum monumentis teſtatum eſt: vel ſaltem edictorum & Præfectorum metu. In actu enim paſſionis Beati Cypriani [b] Paternus Proconſul dixit: [Volo ſcire ex te, qui ſint presbyteri, qui in hac ciuitate conſiſtunt. Cyprianus Epiſcopus reſpondit: Legibus veſtris bene ac vtiliter cenſuiſtis, delatores nos non eſſe. Itaque deregi & deferri à me non poſſunt, in ciuitatibus ſuis inuenientur. Paternus Proconſul dixit: Ego hodie in hoc loco exquiro. Cyprianus dixit: Cùm diſciplina prohibeat, vt quis ſe vltro non offerat, & tuæ quoque hoc cenſuræ diſpliceat, nec offerre ſeipſi poſſunt, ſed à te exquiſiti inuenientur.] Quare in eos qui fideles ethnicis magiſtratibus deferrent, vel indicarent, pœnam ſtatuit, Concilium Ancyranum [c], & paulò antè, Concilium Arelatenſe I. [d] [De his (inquit) qui Scripturas ſanctas tradidiſſe dicuntur, vel vaſa Dominica, vel nomina fratrum ſuorum, placuit nobis, vt quicunque eorum in actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis, ab ordine cleri amoueatur.] Noluerunt enim Hiſpani & Gallicani Epiſcopi, Chriſtianos ira fratrum & odio, in religionis & vitæ diſcrimen inferri; tametſi ipſi fideles iudicari, caſtigari, puniri, interfici ſæpiſſimè optarent pro Chriſto. Tertullianus [e], [Chriſtianus verò quid ſimile? (egerat priùs de delinquentibus ethnicis) neminem pudet, neminem pœnitet, niſi planè retro non fuiſſe, ſi denotatur, gloriatur; ſi accuſatur, non defendit: interrogatus, vltro confitetur; damnatus gratias agit. Quid hoc mali eſt, quod naturalia mali non habet? timorem, pudorem, tergiuerſationem, pœnitentiam, deplorationem. Quid hoc mali eſt, cuius reus gaudet; cuius accuſatio votum eſt, & pœna felicitas.

[a] *Hoc lib. 3. c 50.*

[a] *Lactant. lib. 6. diuinar. inſti. c. 20. Iſidorus lib. 3. de ſummo bono. c. 59.*

[b] *Extat in vita D. Cypriani.*

[c] *Conc. Ancyran. can. 9.*

[d] *Conci. Arelat. I. can. 13.*

[e] *Tertul. in Apologetico. cap. 1.*

SI LEVIOR CAVSA FVERIT, INTRA quinquennium accipere poterit communionem.

QVam ſeueri & acres fuerint Hiſpani Patres in vindicanda delatorum audacia, hinc conſtat; dum non ſolum grauiora crimina, ex quibus proſcriptio bonorum, aut interfectio redundet, ſed & leuiora, acriori multent pœnitentia, quàm ſoleat hodie adulterium, inceſtus, vel homicidium, dum quinque annorum pœnitentiam iniungant.

A

SI CATECHVMENVS FVERIT, POST quinquennij tempora admittatur ad baptiſmum.

NOn fidelium iam & Chriſtianorum tantùm curam geſſit olim Eccleſia, vt ſuperiùs eſt animaduerſum, ſed & Catechumenorum. Cùm enim illi Chriſtianæ Reipublicæ ciues fieri cupiant, non iniuria Chriſtianorum legibus ſubduntur. Qui alicuius enim Reipublicæ honores & commoda ſentire vult, incommoda & onera (ſi hæc onera ſunt) vt ſentiat, neceſſe eſt, in his præſertim quæ ad eandem cauſam ſpectant. Quare cùm Catechumenis ad baptiſmum recipiendum biennium præſcripſiſſent antea [f] Patres: ſi poſteà crimen aliquod admiſerint, vt illius ſordes B purgare valeant, triennium additum eſt in præſenti. De aliis pœnis cathumenorum actum latè ſuperius. [g]

[f] *Can 42. huius Concil.*
[g] *Hoc lib. 3. c. 59 & 60.*

De falſis teſtibus.	*De falſis teſtibus.*
Canon LXXIV.	*Canon LXXIV.*
Falſus teſtis, prout crimen eſt abſtinebit: ſi tamen non fuerit mortis, quod obiecit. Et ſi probauerit, quod diu tacuerit, biennij tempore abſtinebit. Si autem non probauerit in conuentu clericorum, placuit per quinquennium abſtinere.	Falſus teſtis, prout crimen eſt, abſtinebitur. Si tamen non fuerit mortis quod obiecit: & probauerit, quod diu tacuerit, biennij tempore abſtinebitur. Si autem non probauerit in conuentu Clericorum, placuit per quinquennium abſtineri.

C

BVrchardus *libro 16. capit.* 18. ex canone 10. huius Concilij citat decretum, cùm ſit 74. [Falſus teſtis (ait) prout crimen eſt, abſtinebitur: ſi tamen non fuerit mortis, quod obiecit, & probauerit quod diu tacuit, biennij tempore abſtinebitur. Si autem non probauerit in conuentu Clericorum, placuit per quinquennium abſtineri.] Bernardus autem Papienſis præpoſitus in prima Epiſtolarum decretalium collectione. *libro 5. titulo 6. de crimine falſi capitul.* 1. aliter. [Falſus teſtis (ait) prout crimen eſt, punietur, ſi tamen non fuerit mortis quod obiecit, & probauerit, quod diu tacuit, biennij tempore pœnitebit: ſi autem non probauerit in conuentu Clericorum, placuit per quinquennium abſtinere.] In C. MS. Lucenſi & S. Æmiliani. [Falſus teſtis prout crimen eſt abſtinebit, ſi tamen non fuerit mortis quod obiecit, etſi probauerit, quod non tacuerit, biennij tempore abſtinebit. [Sed magis placet lectio editorum Codicum: quòd diu tacuerit: quibus alij etiam CC. noſtri MS. conſentiunt.

D

E

CAPVT SEPTVAGESIMVM-PRIMVM.

De pœna falſi teſtis.

SCribit Iſidorus [h] falſum teſtem triplicem iniuriam irrogare: primam Deo, cuius præſentiam contempſit: ſecundam iudici, quem mentiendo fefellit: poſtremam innocenti, quem ſuo teſtimonio ſeu mendacio læſit. Ideo tam ſeuera ab Hiſpanis Epiſcopis excommunicatione multatur. Si crimen in quo depoſuit, mortis eſſet, perpetua excommunicatione puniri voluiſſe crediderim, vt delatores canone præcedentis etſi

[h] *D. Iſidor lib. 3. d ſummo bono. c. 59*

Digitized by Google

etsi expressum hic non sit. Si verò illud non esset mortis, & probauerit testis accusatus se non sponte ad testimonium ferendum prosiliisse, sed diu tacuisse, & velut adactum delatoris impulsu, biennio communione priuandum: si verò hoc non probasset, quinquennio, quod maiori esset culpæ obnoxius. Aristoteles [l] cum Charondam Catinensium legislatorem summis efferret laudibus, illud vnicum illius *inuentum* commemorat, quòd primus omnium falsis testibus legem multamque posuerit. Apud Romanos Tarpeio monte deiici Gellius [k] est auctor. Lege diuina à Moyse promulgata ea pœna afficiendos, quam essent passuri hi, quibus imposuerunt calumniam, si verum fuisset testimonium, tradit Iosephus; quod legibus nostris receptum est.

Quòd si clericus sit, qui falso testimonio alterius vitam, fortunas, aut famam lædit, capitalis criminis reum censendum docuit Concilium Veneticum; [m] & ab officij honore depositum in Monasterium detrudendum, Agathense, [n]

De his autem, qui testem ad falsò iurandum induxerunt, nulla hic pœna extat, ni mauis, vt falsum testem illum puniendum: quid enim interest, sua, an aliorum lingua ipse noceat; extat tamen expressa in Concilio Matisconensi. [o] [Qui conuictus fuerit, alios ad falsum testimonium vel periurium attraxisse, aut quacunque corruptione solicitasse, ipsi quidem vsque ad exitum non communicent: eis vero qui ei in periurio consensisse probantur, post ab omni sunt testimonio prohibendi, & secundum legem, infamia notabuntur, sed & his qui mendacio veritatem (quam sacrosanctam venerari debebant) violasse comperti sunt.]

[l] *Arist. lib. 2. Polit. cap. 10.*

[k] *Aul. Gell. lib. 20. noct. Attic. cap. 1. Ioseph. lib. 4. Iudaic. antiquit. c. 6.*

[l] *Lege 80. Tauri.*

[m] *Concil. Venetic. can. 13.*

[n] *Concil. Agathen. can. 59. Extat apud Grat. in c. si Episcopus. 50. dist.*

[o] *Concil. Matisc.*

COMMENTARII NOVI.

VEtè editio vulgaris multo melior quàm Garciæ, neque enim sententia vlla, aut sensus canonis illius ex eius editione elici potest: meo quidem iudicio, canone illo agi videmus de iis qui apud Episcopum, aut Clericũ aliquos insimulant peccati, aut flagitiis alicuius admissi: vt verba illa, *non probauerit cõuentui Clericorum, aut in conuentu Clericorum*, clarissimè demonstrãt, primaque illa Canonis eius parte differi de modo quo puniendi sunt, qui falsum crimen, & peccatum innocentibus coram Ecclesiasticis obtrudunt. In secunda quemadmodum ij castigandi sunt, qui diutius accusationem protulerint, quamuis accusationis suæ crimina illata probrent, quòd sua illa dilatione, seu procrastinatione fortan contigerit, vt peccati contagione, seu labe contaminatus aliquis, aliis fidelibus suo congressu labem intulerit, & cum eis communicauerit. In vltimâ parte de iis qui non falsum testimonium quidem attulerunt, sed cum aliquem deliquisse criminentur, id argumentis, signisque verissimis probare non possunt. Quo fit, vt tota ista viuendi disciplina, ratioque accuratiùs, multò solertiusque alibi suo loco cum otio pertractanda videatur. Ideoque Canone illo præcedenti delatores, *nec in fine accipiant communionem*, & in ipso falsi testes ipsi leuius humaniusque tractantur, quod vno Canone de iudicibus sæcularibus altero de Ecclesiasticis agatur.

Falsus testis, qui coram Episcopis, & Ecclesiasticis aliquem criminatur.

Prout est crimen, de minimis offensis id accipiendum.

Abstinebit, pauco tempore ab Eucharistia remoueatur.

Si tamen non fuerit mortis, nam si graue, & atrox aliquod facinus falsò obiecisset, grauiori pœnitentia erat mulctandus, pœnitentia scilicet ad mortem, vt liquet ex Conciliis Arelatensibus *can.* 14. & 24.

Et si probauerit, Si verò non sit falsus testis, sed diù retinuerit, quod potuit probare, hoc est scelerum reos, & conscios non detexerit, biennio abstineat. Cum ad ea animum aduerterem, suspicari cœpi verba non esse de testibus, qui coram iudicibus ad accusationem instruendam adducebantur, quos Ecclesia à testimonij dictione dimouisset potiùs quam adquemquam accusandum instigasset.

Diu tacuerit, quod Ecclesiæ aperire debuerat, vt à communione rabidæ, & morbidæ oues extruderentur: ne cæteras inficerent: ea est causa cur Clericis Christianorum erant crimina detegenda, sed laïcis iudicibus ex sententia Ecclesiæ nunquàm satis diu occultari poterant.

Si autem probauerit, testis etsi non esset falsus, aut redemptus, si non probasset quod abiecerat quinquennio abstinebat.

In conuentu Clericorum, nonnulli etiam ex Presbyteris cum Episcopo iudices erant constituti ad fidelium crimina, quæ ab aliis ducerentur æstimanda, & examinanda: id circo aiunt: *in conuentu Clericorum*, eisdem enim criminum probationes erant exponendæ, quibus cãdem ipsa crimina iudicanda proponebantur. Tertull. docet in Apolloget. Episcopis Presbyteros adsedisse. *Ibidem etiam, exhortationes, castigationes, & censura diuina, nam & iudicatur magno cum pondere, apud certos de Dei conspectu, summumque futuri iudicij præiudicium est, siquis ita deliquerit, vt à communicatione orationis, & conuentus, & omnis sancti commercij relegetur.* ALBASPINÆVS.

Testis falsus Deum peierando contemnit, iudicem mentiendo fallit, innocentiam deprimit, iniquitatẽ fouet, vera iudicia subuertit. D. Aug. in c. 21. de crim. falsi ibi: *falsidicus testis tribus personis est obnoxius: primum Deo cuius præsentiam contemnit: inde iudici quem mentiendo fallit: postremò innocenti, quem falso testimonio ladit. Vterque reus est, & qui veritatem occultat*

A *occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.* Vnde apud omnes nationes diuerſis pœnis teſtes falſi affecti fuerunt. Apud Hæbreos eaſdem pœnas luebat teſtis quam iis cui calumniã fecerat, paſſurus erat Deuteron. *cap.* 19. Ioſeph. *lib.* 4. *antiquit. cap.* 6. apud Romanos primis ſæculis è Tarpeio monte deiiciebatur, poſteà variè nec eodem modo falſi teſtes puniebantur. Paulus in *leg. qui falſa ff. de teſtibus ſcripſit. qui falſa, vel varia teſtimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt, à iudicibus competenter puniantur.* Fatetur quoque Martian. *in in leg.* 1. *& 9 ff. ad leg. Corn. de falſ.* pœnam legis Corneliæ irrogari ei qui in falſas teſtationes faciendas, teſtimoniaue falſa inuicem dicenda dolo malo coïerit; & ſubiicit pœnam falſi deportationem eſſe: apud Græcos teſte Iulio Polluce lib. 6. falſi teſtimonij conuictum Tribunus primum fuſte tangebat, deinde milites vndique irruentes non modo fuſtibus cædebant, verum & ſaxis, ſi poterant obruebant. Variis etiam Eccleſiæ Canonibus falſus teſtis plectitur, & eius delictum deteſtatur, ac vindicatur, cap. nullus 2. 4. *quæſt.* 4. *c. ſi Epiſcopus* 7. 50 *diſt. c. itaque* 20. 24. *q.* 4. Concil. Arelat. *can.* 14. falſus teſtis iuxta ſcripturam impunitus non ſit Concil. Epaunenſ. *can.* 13. *Siquis Clericus in falſo teſtimonio conuictus fuerit, reus Capitalis criminis cenſeatur.* Aurel. 3. *can.* 8. *ſiquis Clericus furtum, aut falſitatem admiſerit, quia capitalia etiam ipſa ſunt crimina communione conceſſa ab ordine degradetur.* Alios congerit *Anton. Auguſt. in epiſt. iur. lib.* 32. *tit.* 4. Vnde rectè PP. in præſenti docent falſum teſtem prout crimen eſt quod obiecit puniri videlicet, vt ſi ob illud teſtimonium reus occiſus ſit, vt in can. antecedenti, nec in fine accipiat communionem, ſed ſi leuiùs delictum ſit, vt pœnam mortis non mereatur,

B & probauerit ſe poſtquàm corruptus pecunia fuit, vt teſtimonium diceret diu tacuiſſe per biennium tantum à communione arceri, ſi autem id non probauerit, imò in iudicio conſtiterit ipſum corruptum pecunia ſtatim teſtimonium dixiſſe in delicto leuiori per quinquennium communione priuari. GONZALEZ.

SI AVTEM NON PROBAVERIT IN conuentu Clericorum, placuit per quin-

C quennium abſtineri.

CAPVT SEPTVAGESIMVM-SECVNDVM.

A tempore Apoſtolorum Eccleſiam habuiſſe iuriſdictionem forenſem, & hoc canone comprobari.

EX his etiam verbis obſeruare licebit, audientiam olim, ſiuè iuriſdictionem forenſem Epiſcopos & Clericos habuiſſe in Chriſtianos; nec de foro pœnitentiali tantùm, ſed de exteriori iudiciali decretum hoc intelligi oportere; ne hæretici externam hanc Eccleſiæ iuriſdictionem & poteſtatem, vel ſtultè negent, vel impiè calumnientur, vt nimis recentem & nouam iactitantes. Nec à Conſtantini Magni ætate eius

D initium repetendum eſt, ſed ab ipſis Apoſtolorum temporibus Apoſtolica auctoritate firmatum, vt præter hoc Hiſpanorum Epiſcoporum decretum, Auguſtinus [P] probat: & de moleſtia litium & litigantium pertinacia his verbis conqueſtus. [Suis vitioſis & negotioſis cupiditatibus adiuuandis vt occupemur, & eis noſtra tempora impendamus, efflagitant, aut certè infirmos premunt, vt cauſas ſuas ad nos deferre compellant, quibus dicere non audemus. Dic homo, quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem inter vos? conſtituit enim in talibus cauſis Apoſtolus Eccleſiaſticos cognitores, in foro prohibens iurgare Chriſtianos. Nec illis quidem qui non aliena rapiunt, ſed ſua cupidè repetunt, dicimus: Cauete ab omni cupiditate, conſtituentes eis ante oculos hominem, cui dictum eſt: Stulte, hac nocte auferetur à te anima tua, quæ præparaſti cuius erunt? quia & quando dicimus, non recedunt, nec declinant à nobis, ſed

E inſtant, vrgent, precantur, tumultuantur, extorquent, vt ipſis potiùs ad iſta quæ diligunt, quàm ſeruandis Dei mandatis quæ diligimus, occupemur. O quanto tædio turbarum turbulentarum, & quanto deſiderio diuinorum eloquiorum dictum eſt: Declinate à me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei. Ignoſant obedientes fideles, qui pro ſuis ſecularibus cauſis rarò nos quærunt, & iudiciis noſtris facillimè acquieſcunt, nec nos conterunt litigando, ſed obtemperando potius conſolantur. Certè propter eos qui & inter ſe pertinaciter agunt, & quando bonos premunt, noſtra iudicata contemnunt, faciuntque nobis perire tempora rebus erogandis diuinis, certè inquam propter illos, & nobis licet exclamare in hac voce Corporis Chriſti: Declinate à me,

[P] D. Aug. in comment. ad Pſ. 118

1. Cor. 6.

Pſalm. 118.

Digitized by Google

maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei,] Et rurſus [q] [Dominum Ieſum (inquit) in cuius nomine ſecurus hæc dico, teſtem inuoco ſuper animam meam, quoniam quantum attinet ad meum commodum, multo mallem per ſingulos dies certis horis, quantum bene in moderatis monaſteriis conſtitutum eſt, aliquid manibus operari, & horas certas habere ad legendum & orandum, aut aliquid de diuinis literis agendum liberasiquàm tumultuoſiſſimas perplexitates cauſarum alienarũ pati de negociis ſecularibus, vel iudicando dirimendis, vel interueniendo præſcidendis quibus nos moleſtiis idem affixit Apoſtolus, non vtique ſuo, ſed eius qui in eo loquebatur, arbitrio.] Idem docet D. Clemens, [r] Ambroſius, [s] Chryſoſtomus [t] & Poſſidius [u] Epiſcopus Calamenſis. quorum ſententias, quia ſuperiùs aliò tulimus, non eſt ſanè viſum operæ pretium eaſdem iterum hîc repetere.

De conuentu autem clericorum ideò meminerunt, quòd Epiſcopi olim nihil inconſulto clero agere ſolerent, vt teſtantur iidem Clemens, [x] & Chryſoſtomus. [y] Vnde Diuus Ignatius [z] ad Tralianos, presbyteros, conſiliarios & confeſſores Epiſcoporum appellat, quod illorum conſilio publicas res capeſſerent; hæc enim erat antiquorum Epiſcoporum conſuetudo, hæc ſanctitas & prudentia, [vt ſi fortè aliquando quiſpiam eorum vellet aliquatenus deuiare (quod de Pontifice & eius conſiliariis ſcripſit Diuus Bernardus [a]) ipſi non ſinerent, frænarent præcipitem, dormitantem excitarent; quorum reuerentia & libertas ipſum extollentem reprimeret, cedentem corrigeret; quorum ſubſtantia & fortitudo nutantem firmaret, diffidentem erigeret; quorum fides & ſanctitas ad quæque ſancta, quæque honeſta, ad quæque pudica, ad quæque amabilia & bonæ famæ prouocaret.] Quòd adeò probarunt Patres Africani in Concilio Carthaginenſi IV. [b] vt irritam decreuerint eorum Epiſcoporum ſententiam, quam illi ſine præſentia clericorum tuliſſent. [Vt Epiſcopus (aiunt) nullius cauſam audiat, abſque præſentia clericorum ſuorũ, alioquin irrita erit ſententia Epiſcopi, niſi præſentia clericorum confirmetur.] Nec forenſes cauſas tantùm ciuiles, aut criminales, ſed nec ſpirituales tractabant, nec ad ſacerdotium fideles admittebant ſine clericorum præſentia, vt vnà illi proſpicerent cum Epiſcopis, an qui ſacro ſenatui forent adſcribendi, digni eſſent tantæ dignitatis honore; ne illis inconſultis, Reſpublica Chriſtiana quid detrimenti caperet, vt eodem Concilio Carthaginenſi IV. [c] decernitur. Quam antiquam Eccleſiæ inter Epiſcopos & clerum pacem, vel vnitatem potiùs, hæc, vtinam, ætas noſtra fideliùs obſeruaſſet: non enim tot inter Epiſcopos & Capitula (vt vocant) diſcordiæ, lites, & contentiones orirentur.

q *D. Auguſt. in libro de opere monachor. cap. 29.*

1. *Corint. 6.*

r *Clemens lib. 2. D. Apoſt. conſt. c. 49 & 50.*

s *D Chryſ. hom. 16.*

t *D. Ambr. in oratione contra Auxentium.*

u *Poſſidius Epiſcopus Calamenſis in vita D. Auguſt. cap. 19.*

x *D. Clem. lib. 2. conſtitut. Apoſt. cap. 51.*

y *D. Chryſoſtom. 3. lib. de ſacerdotio.*

z *D. Ignatius in epiſtol. ad Tralianos.*

a *D. Bernardus lib. 4 de conſiderat. ad Eugenium. cap. 5*

b *Concil. Carthag. 4. can. 23.*

Extat apud Gratian. in cap. nullius 15. quæſt. 7.

c *Concil. Carth. 4. can. 22.*

COMMENTARII NOVI.

REctè ex hoc Can. deducitur iam primis Eccleſiæ ſæculis Epiſcopos habuiſſe forum, in quo ius dicerent, iurgantium controuerſiam dirimerent, & reos conuictos punirent, idem conſtat ex *Can. 37. Apoſt.* D. Clem. *lib. 2. conſtit. cap. 47.* Concil. Carthag. 3. can 9. ibi: *priuatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolos ad Eccleſias deferri, atque ibi terminare præcepit,* & quidem Apoſtol. 1. ad Corinth. cap. 6. ait, *neſcitis quoniam Angelos iudicamus, quanto magis ſæcularia?* In Concil. apud Palatium Vernis ſub Pipino *can. 3.* ſtatuitur vt vnuſquiſque Epiſcoporum poteſtatem habeat in ſua Parochia tam de clero, quam de regularibus, vel ſæcularibus ad corrigendum, vel emendandum ſecundum ordinem Canonicum ſpiritualem, vt ſic viuant, qualiter Deo placere poſſint; imò & cauſas ciuiles etiam laicorum ipſi terminabant ex conceſſione Imperatorum *in leg. 1. C. Theodoſ. de Epiſcopal. audient.* Vnde B. Gregorium Neocæſarienſem Epiſcopum terminaſſe controuerſias ſæculares & temporales, refert B. Gregor. Nyſſenus in eius vita. Etiam ex hoc Canone facilè probatur Epiſcopos cum conſenſu, & & conſilio clericorum in cauſis ciuilibus, & criminalibus ius dixiſſe, quod ſimiliter probatur ex lib. 6. capitul. capit. 245. ibi: *Vt nullus Epiſcopus, vel quis infrà poſſitus die Dominico cauſas indicare præſumat. Cæteris verò diebus conhibentibus perſonis illa quæ iuſta ſunt, habeat licentiam indicandi: vbi conhibentibus perſonis* interpretatur Fileſacus *in cap. 1. §. 18. de offic. ordin.* id eſt conſentientibus. Ex Tertullian. poſt Albaſpin. hic probarunt Cerda *in aduerſar. ſacr. cap. 146. num. 22.* Ciron. *libro 2. obſerv. capitulo 4. & 5.*, GONZALEZ.

De his qui ſacerdotes accuſant, nec probant.	*De his qui ſacerdotes, vel miniſtros accuſant, nec probant.*

Canon

A

Canon LXXV.

Si quis autem Episcopum, presbyterum, vel diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.

Canon LXXV.

Si quis autem Episcopum, presbyterum, vel diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.

B

ADrianus Papa in ea collectione canonum, quam superiùs dixi ad causæ suæ tuitionem fecisse, hunc canonem 60. illorum numero retulit. [Si quis (ait) Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.] Extat etiam canon confirmatus in actis Concilij, apud sanctum Medardum in suburbio Suessionensi, tempore Caroli Regis Francorum anno Domini 853. & apud Iuonem *6. part. decretor. capit.* 288. etsi Concilio Carthaginensi tribuerit, sicut & Laurentius Surius primo tomo Conciliorum ad finem Carthaginensis III. Extat, & apud Gratianum *in cap quis Episcopum.* 8. *quæst.* 3. & Anselmum *lib.* 3. *cap.* 92. Iuo & Surius: Nisi in fine non rectè.

CAPVT SEPTVAGESIMVM-TERTIVM.

C

De falsa Episcoporum, & Clericorum accusatione punienda.

VT ex loco & tempore, sic ex dignitatis gradu vitæque merito atrocitas iniuriæ crescit. Qua de causa, falsa Episcoporum, presbyterorum & diaconorum, quàm secularium accusatio acriùs sanè est punienda. Vna, quinquennij; altera, perpetua excommunicatione multatur. Accessit huic & alia ratio, ne videlicet temerè laïci ad clericorum accusationem prosilirent, dissidebant enim olim ab eis odio capitali: ideò acriori pœna cohiberi debebant. Nec laïci quicunque clericos accusare poterant, sed omni crimine vacui, & tales, vt ab ordinibus suscipiendis repelli non possent: vt refert & comprobat [d] Adrianus Papa I. [Placuit (ait) vt seruus, nullus libertus, nulla infamis persona sacerdotem accuset: omnes verò infames esse dicimus quos leges seculi infames appellant: & omnes qui culpis exigentibus, ad sacerdotium non possunt prouehi. Indignum est enim vt illi eos accusent, qui esse non possunt quod ipsi sunt. Quoniam sicut maiores à minoribus non iudicantur, ita nec criminari possunt.] In accusatione autem succumbentes damnari anathemate Concilium Bracarense [e] constituit: accusationem autem hanc coram Episcopis & præpositis Ecclesiæ proponendam, vel ex canone præcedenti intelligi potest.

D

[d] *Adrianus PP. I in collectione decretorum, cap.* 20.

[e] *Concil. Bracarens can.* 8.

COMMENTARII NOVI.

HOc ipsum referri debet ad accusationes, quæ coram Ecclesia disceptantur. *Falsis*, falsis, & grauioribus.

Nec in fine, iis qui cæteris præsiderent crimen quamuis falsum affingere, grauis erat culpa, eaque seuerius vindicanda, quam si fidelem accusasset. ALBASPINÆVS.

E

Licet regulariter vbi accusator crimen, quod obiecit, non probauit, vt calumniator eandem pœnam, quam accusatus passurus erat, ipse debeat sustinere *cap. crimen* 4. 2. *quæst.* 6. *cap.* 1. *& 2 lii.* 3. *quæst.* 6. *cap. quisquis* 3. 2. *q.* 8. *c.* 2. 2. *quæst.* 3. cum aliis congestis ab Anton. Aug. *in epist. iur. lib.* 30. 11. *& lib.* 37. *tit.* 57 *Gio. speciosum. verb. accusator*, P. Theoph. Raynaud. Ferd. de Mendoza.

in oplothec. de calumnia c. 2. *cum seq.* tamen cum sublimis persona accusatur, maiori pœna calumniator plectitur, vt in accusante Episcopum Presbyterum; aut Diaconum docetur *in cap.* 1. 2. *q.* 3. *c.* 4. 5. *q.* 6. *vlt.* 1. *q.* 6. quare PP. Hispani in præsenti illis falsò accusantibus Episcopum Presbyterum, aut Diaconum, nec in fine veniam indulserunt, postea tamen ex misericordia in exitu communio illis fuit concessa à Patribus Concilij Arelat. 1. can. 14. his verb. *Qui falsò accusant fratres suos vsque ad exitum non communicent.* Arelat. 2. can. 24 *Eos, qui falsis fratribus capitula obiecisse conuicti fuerint, placuit vsque ad exitum non communicare.* Extat apud Gratian. *in capit.* 2. 3. *quæst* 10.

quæſt. 10. Sixtus III. epiſt. vnic. poſt. princ. *Scitote me criminari à quodam Paſſo, & iniuſtè perſequi. Quod audiens Valentinianus Auguſtus noſtra authoritate Synodũ congregari iuſſit & facto Concilio cum magna examinatione ſatisfaciens omnibus licet euadere ſatis aliter potuiſſe, ſuſpicionem tamen fugiens corã omnibus me purgaui, ſcilicet à ſuſpicione, & æmulatione liberans: ſed non aliis, qui notuerint, aut ſponte hoc non elegerint faciendo formã, exemplumque dans, &c.* Condemnatus eſt autem memoratus Baſſus à iam dicta Synodo, ita tamen vt in vltima die viaticum ei non denegetur propter humanitatem pietatis Eccleſiæ. Plura de huius delicti immanitate, & pœnis congeſſimus *in capit. 1. de calumniatoribus.* GONZALEZ.

A

De diaconis, ſi ante honorem peccaſſe probentur.	*De diaconis, ſi ante honorem peccaſſe probentur.*

B

Canon LXXVI.	*Canon LXXVI.*
Si quis diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſteà fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiſerit; ſi ſponte fuerit confeſſus, placuit, eum, acta legitima pœnitentia, poſt triennium accipere communionem; quod ſi alius detexerit, poſt quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laïcam debere.	Si quis diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſteà fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiſerit; ſi ſponte fuerit confeſſus, placuit, cum, acta legitima pœnitentia, poſt triennium accipere communionem: quòd ſi alius eum detexerit, poſt quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laïcam debere.

C

CAPVT SEPTVAGESIMVM-QVARTVM.

Diaconus in crimine mortis detectus, etiam ante ordinationem admiſſo, deponitur: & quod eſſet crimen mortis.

D

[f] *Phauorinus apud Gellium Noctium Atticar. lib. 1. cap. 10.*

VEtus eſt Phauorini [f] Philoſophi ſententia, loquendum eſſe ſermone recenti, viuendum autem antiquis moribus; quod ſi prius vt obſeruant multi, obſeruarent poſterius, vel pauciores vel meliores certè eſſent in Eccleſia miniſtri. Olim enim, vt ex canone apparet, ea morum integritate & innocentia prædituos eligi oportebat, non Epiſcopos tantùm & presbyteros, ſed etiam diaconos, vt ob antiquum crimen, ante ordinem admiſſum, illo poſteà fungi impedirentur; ſi vel propria confeſſione, vel probationibus legitimis, illud Eccleſiæ poſteà conſtitiſſet. Simile eſt quod de hæreticis ordinatis edixerunt, ſuperiùs; [g] quòd & placuit Concilij Nicæni partibus. [Si qui (aiunt) ſine examinatione promoti presbyteri ſunt, & poſteà examinati, confeſſi ſunt peccata ſua, & cum confeſſi fuiſſent contra regulam venientes homines manus eis temere impoſuerunt, hos Eccleſiaſticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehenſibile eſt, defendit Eccleſia Catholica.] Concilium Bracarenſe II. [h] [Sis presbyter, aut diaconus ſine aliqua examinatione promoti ſunt, aut certè cum diſcuterentur, criminoſa peccata ſua celaucrunt, & poſt ordinationem ab aliis ſunt detecti, abiiciantur à clero; ſimiliter & de vniuerſo ordine cleri ſeruetur: nam hoc ſibi, quod irreprehenſibile eſt, ſancta & Catholica defendit Eccleſia.]

[g] *Superius can. 51. concilium Nicænum can. 9.*

[h] *Concil. Bracarens. 2. capit. 24.*

E

A

IN CRIMINE DETECTVS mortis.

QVid mortis crimen ſit, indicat ſanè etymon ipſius nominis, docétque Theodorus Balſamon [u]: [Peccatum ad mortem (inquit) mihi videtur eſſe omne peccatum, quod capitale inducit ſupplicium, mortem ſcilicet peccatori.] Ante Theodorum Cyrillus [x], Diuus Chryſoſtomus [y], Origenes [z], Clemens Alexandrinus [a]. Nec à Græcis diſſentiunt Latini, Pacianus parenesi ad pœnitentiam, vbi legit, id eſt peccatum quod ducit ad mortem. Eiuſdem ſententiæ fuêre Beatus Ambroſius [b], Hieronymus [c], & Bernardus [d]; quod autem leuius eſt, hoc veniale dicitur, quod ex ſe, hoc veniam ob leuitatem materiæ & ipſius humanæ naturæ imbecillitatem illud autem mortem ob grauitatem mereatur. Ex his edocemur quàm antiqua, certaque fuerit ſemper in Eccleſia peccati mortalis (vt vocant) venialiſq; differentia, nec omnia eſſe æqualia, vt cum veteri Stoicorum paradoxo, impiè cenſuit Iouinianus, auctore Auguſtino. Nec omnia eſſe mortalia, vt noue aſſeruit Caluinus; nam non ex omni peccato, etiam leuiſſimo, deponebantur olim à ſuſcepto ordine diaconi: nam ſic qui poſſent eo munere fungi? Deponebantur ergo ex grauibus, illis videlicet, quorum reatus mortalis erat, hoc eſt, pœnam merebatur æternam.

B

[u] *Theod. Balſam. in cap. 2. ad Amphil. Iconij Epiſt. c. 31.*
[x] *Cyrill. l. 4. in Leu.*
[y] *D. Chryſoſtom. in Pſal. 49.*
[z] *Origen. hom. 16. in Geneſim.*
[a] *Clem. Alexandrinus l. 2. Stremat.*
[b] *D. Ambr. l. de pœnitent. c. 9. & l. 1. cap. 30.*
[c] *Hieron. contra Iouinianum.*
[d] *Bern. de triplici miſericordia.*

COMMENTARII NOVI.

C

QVod verò hoc Canone tractatur, illud eſt ſi Diaconus quadam ſua facilitate, ſeu Conſilio adductus, promoueri ſe fuerit ad Diaconatum peccati alicuius mortalis conſcius quod retinuerit, cum examinandum ſeſe obtuliſſet, quo poſtea peccato contra ipſum prolato, probatoque, aut ipſomet authore confitente, quod conſcientia malefic j examinaretur, Diaconatu ipſo abdicet ſeſe, triumque, aut quinque annorum pœnitentiam ſubeat, qua peracta in cœtum, numerumque laicorum aggregetur, nec ampliùs è numero Eccleſiaſticorum cenſeatur.

D

Diaconum, de aliis minoribus ordinibus idem non fuiſſet iudicium.

Se permiſerit ordinari, nam lethaliter ſe peccaſſe, ſi confeſſus fuiſſet, laicus remanſiſſet.

In crimine mortis, in graui, & mortali culpa.

Quod aliquando commiſerit, ſi à baptiſmo ſemel tantum peccaſſet indignus erat, qui promoueretur.

Accipere communionem, laicam ſcilicet, & in laicorum numerum, & ordinem detrudere: quicunque enim inter pœnitentes viſus eſſet, & legitimam egerat pœnitentiam, is procul à clero relegabatur. ALBASPINÆVS.

E

Hic proponitur ſecunda pars, aut ſaltim explicatio Canonis 30. vbi diffinitum fuit Subdiaconum eum ordinari non debere, qui in adoleſcentiâ ſuâ fuerit mœchatus eo quod poſtmodum per ſurreptionem ad altiorem gradum non ſit promouendus. Ex quo facile conſtat non agi in præſenti Canone de quolibet peccato mortali, ſed de crimine mortali. Magnum enim diſcrimen agnoſcitur inter peccatum mortale, & crimen mortale, ideirco, & Paulus vt notauit D. Auguſt. tract. 41. in Ioan. *Non ait ſi quis ſine peccato eſt, hoc enim ſi diceret omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur. ſed ait ſi quis ſine crimine eſt.* Huius enim Concilij temporibus tria potiſſimum notabantur, & reprehendebantur crimina mortis, idololatria videlicet, quod dicitur crimen capitale *ſuprà in can.* 1. homicidium, & mœchia; D. Auguſt. de fide, & oper. cap. 19. *Qui opinantur*, inquit, *& cætera eleemoſynis compenſari, tria tamen mortifera eſſe non dubitant excommunicatione punienda, donec pœnitentia humiliore ſanentur: impudicitiam, idololatriam, homicidium.* Probat Georg. Ambian. *ad Tertull. de pudicit. cap. 6. obſerv.* 2. vnde verba illa huius Canonis *in crimine mortis*, referenda ſunt ad mœchiam, vt in *dict. can.* 30. vel idololatriam vt in *dict. can.* 1. aut homicidium, vt in *can.* 2. ita vt vtriuſque Canonis contextura ſit: Subdiaconi illi ordinari non debent, qui in adoleſcentia ſua fuerint mœchati, ne poſtea cum reperiantur in miniſterio poſiti, per obreptionem ad altiores gradus aſcendant, ſed ſe poſt mœchiam in Subdiaconos ordinentur, ipſique per ſurreptionem in Diaconos ſe permiſerint ordinari, & poſtea detecti fuerint ante ordinationem in mœchiam incidiſſe, ſi ſponte reatum fuerint confeſſi, placuit eos acta legitima pœnitentia poſt triennium accipere communionem, quod ſi alius eos detexerit, poſt quinquennium communionem laicam accipere poſſe. Cui diffinitioni cõueniunt Concilium Nicænum, can. 10. *Quicunque de lapſis ad ordinem Cleri promoti ſunt per ignorantiam, vel per ordinantium diſſimulationem: hoc Eccleſiaſtica non præiudicat regulæ, cogniti namque deponuntur.* Valent. Gall. can. 4. *Quicunque ſub ordinatione Diaconatus, vel Preſbyterij, vel Epiſcopatus mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos, ab ordinationibus ſubmouendos, rei ſcilicet, vel veri confeſſione, vel mendacio falſitatis, &c.* Gelaſ. epiſt. 1. cap. 20. *Comperimus horrendis quibuſdam criminibus implicatos tota*

quæſt. 10. Sixtus III. epiſt. vnic. poſt. princ. *Scitote me criminari à quodam Paſſo, & iniuſtè perſequi. Quod audiens Valentinianus Auguſtus noſtra authoritate Synodũ congregari iuſſit & facto Concilio cum magna examinatione ſatisfacieus omnibus licet euadere ſatis aliter potuiſſe, ſuſpicionem tamen fugiens corã omnibus me purgaui, ſcilicet à ſuſpicione, & æmulatione liberans: ſed non aliis, qui notuerint, aut ſponte hoc non elegerint faciendo formã, exemplumque dans, &c.* Condemnatus eſt autem memoratus Baſſus à iam dicta Synodo, ita tamen vt in vltima die viaticum ei non denegetur propter humanitatem pietatis Eccleſiæ. Plura de huius delicti immanitate, & pœnis congeſſimus *in capit. 1. de calumniatoribus.* GONZALEZ.

A

De diaconis, ſi ante honorem peccaſſe probentur.	*De diaconis, ſi ante honorem peccaſſe probentur.*

B

Canon LXXVI.	*Canon LXXVI.*
Si quis diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſteà fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiſerit; ſi ſponte fuerit confeſſus, placuit, eum, acta legitima pœnitentia, poſt triennium accipere communionem; quod ſi alius detexerit, poſt quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laïcam debere.	Si quis diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſteà fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiſerit; ſi ſponte fuerit confeſſus, placuit, eum, acta legitima pœnitentia, poſt triennium accipere communionem: quòd ſi alius eum detexerit, poſt quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laïcam debere.

C

CAPVT SEPTVAGESIMVM-QVARTVM.

Diaconus in crimine mortis detectus, etiam ante ordinationem admiſſo, deponitur: & quod eſſet crimen mortis.

D

VEtus eſt Phauorini [f] Philoſophi ſententia, loquendum eſſe ſermone recenti, viuendum autem antiquis moribus; quod ſi prius vt obſeruant multi, obſeruarent poſterius, vel pauciores vel meliores certè eſſent in Eccleſia miniſtri. Olim enim, vt ex canone apparet, ea morum integritate & innocentia præditos eligi oportebat, non Epiſcopos tantùm & presbyteros, ſed etiam diaconos, vt ob antiquum crimen, ante ordinem admiſſum, illo poſteà fungi impedirentur; ſi vel propria confeſſione, vel probationibus legitimis, illud Eccleſiæ poſteà conſtitiſſet. Simile eſt quod de hæreticis ordinatis edixerunt, ſuperiùs; [g] quòd & placuit Concilij Nicæni partibus. [Si qui (aiunt) ſine examinatione promoti presbyteri ſunt, & poſteà examinati, confeſſi ſunt peccata ſua, & cum confeſſi fuiſſent contra regulam venientes homines manus eis temere impoſuerunt, hos Eccleſiaſticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehenſibile eſt, defendit Eccleſia Catholica.] Concilium Bracarenſe II. [h] [Sis presbyter, aut diaconus ſine aliqua examinatione promoti ſunt, aut certè cum diſcuterentur, criminoſa peccata ſua celauerunt, & poſt ordinationem ab aliis ſunt detecti, abiiciantur à clero; ſimiliter & de vniuerſo ordine cleri ſeruetur: nam hoc ſibi, quod irreprehenſibile eſt, ſancta & Catholica defendit Eccleſia.]

E

[f] *Phauorinus apud Gellium Noctium Atticar. lib. 1. cap. 10.*

[g] *Superius can. 51. concilium Nicænum can. 9.*

[h] *Concil. Bracarens. 2. canon. 14.*

A

IN CRIMINE DETECTVS mortis.

QVid mortis crimen ſit, indicat ſanè etymon ipſius nominis, docétque Theodorus Balſamon [u]: [Peccatum ad mortem (inquit) mihi videtur eſſe omne peccatum, quod capitale inducit ſupplicium, mortem ſcilicet peccatori.] Ante Theodorum Cyrillus [x], Diuus Chryſoſtomus [y], Origenes [z], Clemens Alexandrinus [a]. Nec à Græcis diſſentiunt Latini, Pacianus parenteſi ad pœnitentiam, vbi legit, id eſt peccatum quod ducit ad mortem. Eiuſdem ſententiæ fuêre Beatus Ambroſius [b], Hieronymus [c], & Bernardus [d]; quod autem leuius eſt, hoc veniale dicitur, quod ex ſe, hoc veniam ob leuitatem materiæ & ipſius humanæ naturæ imbecillitatem illud autem mortem ob grauitatem mereatur. Ex his edocemur quàm antiqua, certaque fuerit ſemper in Eccleſia peccati mortalis (vt vocant) venialiſq; differentia, nec omnia eſſe æqualia, vt cum veteri Stoicorum paradoxo, impiè cenſuit Iouinianus, auctore Auguſtino. Nec omnia eſſe mortalia, vt noue aſſeruit Caluinus; nam non ex omni peccato, etiam leuiſſimo, deponebantur olim à ſuſcepto ordine diaconi: nam ſic qui poſſent eo munere fungi? Deponebantur ergo ex grauibus, illis videlicet, quorum reatus mortalis erat, hoc eſt, pœnam merebatur æternam.

B

[u] *Theod. Balſam. in epiſt. 2 ad Amphil. Iconij Epiſc. c. 32.*
[x] *Cyrill. l. 4 in Leui.*
[y] *D. Chryſoſtom. in Pſal. 49.*
[z] *Origen. hom. 10 in Geneſim.*
[a] *Clem. Alexandrinus l. 2. Stromat.*
[b] *D. Ambr. l. de pœnitent. c. 9. & l. 2 cap. 30.*
[c] *Hieron. contra Iouinianum.*
[d] *Bern. de triplici miſericordia.*

COMMENTARII NOVI.

C

QVod verò hoc Canone tractatur, illud eſt ſi Diaconus quadam ſua facilitate, ſeu Conſilio adductus, promoueri ſe fuerit ad Diaconatum peccati alicuius mortalis conſcius quod retinuerit, cum examinandum ſeſe obtuliſſet, quo poſtea peccato contra ipſum prolato, probatoque, aut ipſomet authore confitente, quod conſcientia malefica examinaretur, Diaconatu ipſo abdicet ſeſe, triumque, aut quinque annorum pœnitentiam ſubeat, qua peracta in cœtum, numerumque laicorum aggregetur, nec amplius è numero Eccleſiaſticorum cenſeatur.

D

Diaconum, de aliis minoribus ordinibus idem non fuiſſet iudicium.

Se permiſerit ordinari, nam lethaliter ſe peccaſſe, ſi confeſſus fuiſſet, laicus remanſiſſet.

In crimine mortis, in graui, & mortali culpa.

Quod aliquando commiſerit, ſi à baptiſmo ſemel tantum peccaſſet indignus erat, qui promoueretur.

Accipere communionem, laicam ſcilicet, & in laicorum numerum, & ordinem detrudere: quicunque enim inter pœnitentes viſus eſſet, & legitimam egerat pœnitentiam, is procul à clero relegabatur. ALBASPINAVS.

E

Hic proponitur ſecunda pars, aut ſaltim explicatio Canonis 30. vbi diffinitum fuit Subdiaconum eum ordinari non debere, qui in adoleſcentiâ ſuâ fuerit mœchatus eo quod poſtmodum per ſurreptionem ad altiorem gradum non ſit promouendus. Ex quo facile conſtat non agi in præſenti Canone de quolibet peccato mortali, ſed de crimine mortali. Magnum enim diſcrimen agnoſcitur inter peccatum mortale, & crimen mortale, ideirco, & Paulus vt notauit D. Auguſt. tract. 41. in Ioan. *Non ait ſi quis ſine peccato eſt, hoc enim ſi diceret omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur. ſed ait ſi quis ſine crimine eſt.* Huius enim Concilij temporibus tria potiſſimum notabantur, & recenſebantur crimina mortis, idololatria videlicet, quod dicitur crimen capitale *ſuprà in can.* 1. homicidium, & mœchia; D. Auguſt. de fide, & oper. cap. 19. *Qui opinantur*, inquit, *& catera eleemoſynis compenſari, tria tamen mortifera eſſe non dubitant excommunicatione puniendo, donec pœnitentia humiliore ſanentur: impudicitiam, idololatriam, homicidium.* Probat Georg. Ambian. *ad Tertull. de pudicit. cap. 6. obſeru.* 2. vnde verba illa huius Canonis *in crimine mortis*, referenda ſunt ad mœchiam, vt in *diſt. can.* 30. vel idololatriam vt in *diſt. can.* 1. aut homicidium, vt in *can.* 2. ita vt vtriuſque Canonis contextura ſit: Subdiaconi illi ordinari non debent, qui in adoleſcentia ſua fuerint mœchati, ne poſtea cum reperiantur in miniſterio poſiti, per obreptionem ad altiores gradus aſcendant, ſed ſi poſt mœchiam in Subdiaconos ordinentur, ipſique per ſurreptionem in Diaconos ſe permiſerint ordinari, & poſtea detecti fuerint ante ordinationem in mœchiam incidiſſe, ſi ſponte reatum fuerint confeſſi, placuit eos acta legitima pœnitentia poſt triennium accipere communionem, quod ſi alius eos detexerit, poſt quinquennium communionem laicam accipere poſſe. Cui diffinitioni conueniunt Concilium Nicænum, can. 10. *Quicunque de lapſis ad ordinem Cleri promoti ſunt per ignorantiam, vel per ordinantium diſſimulationem: hoc Eccleſiaſtice non præiudicat regulæ, cogniti namque deponuntur.* Valent. Gall. can. 4. *Quicunque ſub ordinatione Diaconatus, vel Preſbyteri, vel Epiſcopatus mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos, ab ordinationibus ſubmouendos, reos ſcilicet, vel veri confeſſione, vel mendacio falſitatis, &c.* Gelaſ. epiſt. 1. cap. 20. *Comperimus horrendis quibuſdam criminibus implicatos tota diſcre*

diſcretione ſubmota, non ſolum de factis atrocibus pœnitudinem non habere, ſed nec aliqua correctione penitus non ſuccedente ad diuinum miniſterium, honoremque contendere: nonnullos autem etiam in ipſis ordinibus conſtitutos grauibus delinquentes facinoribus non repelli, cum & Apoſtolus clamet, nemini citò manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis, & maiorum veneranda conſtituta pronuntient, huiuſmodi, etiam ſi forte ſubrepſerint, tam qui ante peccauerunt, detectos oportere repelli, quam ſacræ profeſſionis oblitos, prauaricatores ſanctæ propoſiti proculdio ſubmouendos. Zachar. epiſt. 6. ad Bonif. Epiſcopum: *Si quos tua fraternitas repererit Epiſcopos, Preſbyteros, aut Diaconos contra canones, vel ſtatuta Patrum exceſſiſſe, id eſt, in adulterio, vel ſi plures vxores habuerunt, aut ſi ſanguinem Chriſtianorum ſiue paganorum effuderunt, vel etiam altis capitulis, vel canonibus obuiaſſe repererit, nulla oratione Apoſtolicâ authoritate permittat ſacerdotio fungi, quia tales à ſuo proprio ore falſi nominantur ſacerdotes, & peiores ſecularibus eſſe noſcuntur, qui neque à fornicationibus, neque à nefariis matrimoniis abſtinent, neque ab hominum ſanguinis effuſione manus ſeruant innoxias.* An tamen in ipſo, vel inferiori gradu ita ordinatus debeat miniſtrare omiſerunt PP. in hoc canon. expreſſerunt tamen PP. Concil. Neocæſar. canon. 9. illis verbis: *Presbyter ſi præoccupatus corporali peccato pronebatur, & confeſſus fuerit de ſe, quod ante ordinationem deliquerit, non offerat manens in reliquis officiis propter ſtudium bonum, nam peccata reliqua plerique dixerunt per manus impoſitionem poſſe dimitti. Quod ſi de ſe non fuerit ipſe confeſſus, & argui manifeſtè nequiuerit; poteſtatis ſuæ iudicio relinquatur.* Quæ verba inſeruit ſuæ collectioni M. Brachar. *cap.* 25. Gratian. in *cap. Presbyter* 15. *quæſt.* 8. GONZALEZ.

SI SPONTE FVERIT CONFESSVS, placuit, eum acta legitima pœnitentia, poſt triennium, accipere communionem: quòd ſi alius detexerit, poſt quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laïcam debere.

CAPVT SEPTVAGESIMVM-QVINTVM.

Leuiùs, qui ſe deferunt, quàm conuictos puniendos.

VT modeſti & Chriſtiani animi eſt, ingenuique pudoris, peccata propria, lapſuſque ſponte fateri; ſic duri, obſtinati & pertinacis, probationes iudicij, ſententiamque expectare forenſem. Rectè enim Tertullianus [e], [Tantum (inquit) releuat confeſſio delictorum, quantum diſſimulatio exaggerat: confeſſio enim ſatisfactionis conſilium eſt, diſſimulatio contumaciæ. Confeſſione præterea ſatisfactio diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, & vt pœnitentia Deus, ſic & iudex pœnitentia mitigatur. Eſt enim apud eos ſpontanea accuſatio, iuſta excuſatio; ſpontanea damnatio, vera abſolutio.] Ideoque decreuit Concilium, vt ſi Diaconus crimen quod admiſit, vel ante ordinem ſuſceptum, vel poſt, ſponte Eccleſiæ detuliſſet, velletque maculas illius Eccleſiaſticæ diſciplinæ medicina purgare; non niſi duorum annorum ſpatio pœnitentia illi iniungeretur: quòd ſi inuito illo & repugnante, alius detuliſſet; legitimèque probaſſet, quinquennij ſupplicium indiceretur. Eodem exemplo, pœnam longè diuerſam conſtituerunt [f] hi Patres fideli habenti vxorem, ſi cum Iudæa vel Gentili mœchatus, ſe ipſum detuliſſet, vel inuito illo alius detexiſſet. Simile eſt quod decreuit Concilium Neocæſarienſe [g]. [Qui admiſerit corporale peccatum (ait) & hic poſtea presbyter ordinatus eſt, ſi confeſſus fuerit, quòd ante ordinationem ſuam peccauerit, non quidem offerat, maneat tamen in aliis officiis, propter eius ſtudij vtilitatem: nam cætera peccata cenſuerunt plurimi etiam ordinatione priuari.] Et mox: Similiter & Diaconus ſi eodem culpæ genere fuerit inuolutus, ſeſe à miniſterio cohibebit.] Concilium Bracarenſe II. [h] [Si quis presbyter ante ordinationem peccauerit, & poſt ordinationem confeſſus fuerit, quia antea errauit, non offerat, ſed tantùm pro religione, nomen presbyteri portet: ſimiliter & de Diaconis ſeruandum eſt, vt ſi ipſe confeſſus fuerit, ordinem Subdiaconatus accipiat: hoc eſt, illo fungatur.]

[e] *Tertull. l. de pœnitentia, c. 8.*

[f] *Can. 78. huius Concilij.*

[g] *Concil. Neocæſ. can. 9. & 10.*

[h] *Concil. Bracaren. 2. can. 25.*

COMMEN

A

COMMENTARII NOVI.

CErtum eſt eum qui ſponte de ſemet profeſſus eſt, mitius puniendum eſſe quam ſi conuictus foret, *cap. fin. & ibi gloſſ. de furt. cap. vlt. in princ.* 82. *diſt. cap. ſi quis crimen q.* 7. *cap. in primis, verſ. ſi autem* 2. *quæſt.* 1. *cap. non dicatis,* 11. 12. *quæſt.* 2. *c. qui admiſit,* 15. *quæſt.* 8. *l. quiſquis, §. ſanè, Cod. ad l. Iul. maieſt. auth. ſed nouo iure, Cod. de pœn. iud. qui mal. iud. l. vn. C. ne tut. vel cur. veſtig. cond. lib.* 5. *§. vlt. ff. de re milit. l. edicto* 13. *ff. de iure fiſci, lib.* 3. *§. vlt. ff. de alienis, iud. mut. cauſ. l. in eos,* 11. *Cod. de cuſt. reor. Prouerb. cap.* 28. ibi: *Qui confeſſus fuerit ſcelera ſua, miſericordiam conſequetur: num. cap.* 5. *verſ.* 6. Concil. Tolet. 10. vbi Poſthumio Epiſcopo Brachar. quia ſui lapſus libellum obtulit, licet antiqui Canones eum honore priuandum decernerent, tamen Patres illi propter ſpontaneam confeſſionem nomen, & honorem reſeruarunt, quod etiam refert Baron. *anno* 656. Faciunt Quintilianus lib. 6. inſtit. cap. 5. *Nocet etiam diu pugnare in his, quæ obtinere non poſſis, nam vbi vincit, neceſſe eſt & expedit cedere; quia ſiue plura ſunt de quibus quæritur, facilior erit in cæteris fides, ſiue vnum mitior ſolet irrogari pœna verecundia. Nam culpam præſertim deprehenſam pertinaciter tueri, culpa altera eſt.* Et apud Athenienſes legem fuiſſe vt detegendi ſeipſum impunitas concederetur, refert Plutarch. *in Alcibiad.* plura congerunt Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ.* 30. Simancas *de Catbol. cap.* 55. & licet quoad forum ſæcularem diſſentiant A. Matheus *de crim. ad titul. de pœn. cap.* 5. tamen quoad Eccleſiam extra dubium eſt de ſe confeſſum mitiùs puniri. Vnde Iudæi, & hæretici ſponte comparentes, atque ſe deferentes licet abiurare teneantur errores non tamen publicè, nec bonorum amiſſionem patiuntur, vt docent Simancas *vbi ſuprà.* Caren. *de offic. Inquiſit. p.* 2. *tit.* 18. §. 1. per totum. GONZALEZ.

B

C

ACCIPERE COMMVNIONEM laicam debere.

CAPVT SEPTVAGESIMVM-SEXTVM.

Quæ fuerit laica communio.

D

QVæ fuerit laica communio, adhuc inter doctiores non conuenit: quibuſdam à materia, aliis à loco nomen laicæ inditum interpretantibus; ſed magis placet à materia & loco ſimul laicæ nomen, communionem laicam accepiſſe; ſed à loco præſertim. Olim enim in Eccleſia ad audiendam rem ſacram, percipiendamque acri corporis communionem, diuerſa loca fidelibus à clericis præſcripta erant: intra cancellos enim Eccleſiæ (hodie chorum vocamus), & in Eccleſiis minoribus, capellam maiorem) non intrabant laici, nec ibi orare, aut communicare poterant; quod præclarum Diui Ambroſij factum [i], omnium Epiſcoporum imitatione digniſſimum, perſpicuè probat. Theodoſium enim Imperatorem, poſt oblatum munus ad altare, intra cancellos hærentem, per diaconum interrogari iuſſit, nunquid vellet, quod iſthic hæreret: dicenti ſe nihil aliud velle, quàm vt diuina myſteria peragi videret: Ea (inquit ille) iſthinc videre tibi non licet; habent in Dei templo ſacerdotes, habent & laici locum ſuum. In Concilio etiam Laodiceno [k] id decretum eſt. [Solis (ait) miniſtris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare,] Quod in Hiſpania cauit Concilium Bracarenſe I. [l] [Item placuit (inquit) vt ingredi ſacrarium, ad communicandum, non liceat laicis, viris, vel mulieribus; niſi tantùm clericis: ſicut & antiquis canonibus inſtitutum eſt:] Et in ſexta (vt perhibetur) Synodo [m]. [Nulli omnium (ait) qui ſit in laicorum numero, liceat, intra ſacrum altare ingredi: ab eo tamen nequaquam prohibita poteſtate & auctoritate regia, quandoquidem voluerit creatori dona offerre, ex antiquiſſima conſuetudine,] Clariùs, Concilium Toletanum [n]. [Nonnulli (ait) ſacerdotes poſt dictam orationem Dominicam, ſtatim communicant, & poſteà benedictionem in populo dant: quod deinceps interdicimus, ſed data benedictione ad populum, tunc corporis & ſanguinis Domini Sacramentum ſumatur: eo videlicet ordine, vt Sacerdotes & Leuitæ ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus.] Laici autem, vt refert Micrologus, conſiſtebant ad Meridiem, fœminæ ad Aquilonem. Monachi autem (auctore Dionyſio Areopagita [o]) cancellis proximi erant, tanquam clero viciniores. Introitus virorum cuſtodiebant oſtiarij: fœminarum verò diaconiſſæ, vt refert Clemens Papa [p].

E

[i] *Niceph. l.* 12. *hiſt. Eccleſ. c.* 41.

[k] *Concil. Laodic. num can.* 19.

[l] *Concil. Bracar. can.* 31.

[m] *In 6. Synod. can.* 69.

[n] *Concil. Tolet. can.* 18.

[o] *Dionyſ. Areop.*

[p] *Clem. Papa. c.* 62. *conſt. Ap.*

Quare

Quare cùm Episcopi vel presbyteri, vel diaconi, vel alij quicunque ex clero (his enim solis pœna communionis laicæ imponebatur, non laicis) aliquod crimen graue admisissent, è loco suo detrudebantur, iubebantúrque cum laicis esse, & cum illis extra cancellos per ministerium Archidiaconi, post Ecclesiasticos communicare. De Episcopis extat exemplum in Concilio Sardiensi [1]. [Osius Episcopus dixit: Non minus mala consuetudo, quàm pernicioſa corruptela funditus eradicanda est, ne cui liceat Episcopo de ciuitate ad aliam transire ciuitatem; manifesta est enim causa, qua hoc facere tentant, cum nullus in hac re inuentus sit Episcopus, qui de maiori ciuitate, ad minorem transiret: vnde apparet, auaritiæ ardore, eos inflammari, & ambitioni seruire; & vt dominationem agant. Si omnibus placet, huiusmodi pernicies, sæuius & austerius vindicetur; vt nec laicam communionem habeat, qui talis est. Responderunt vniuersi: Placet.] Et mox, eandem pœnam laicæ communionis Episcopis translationem quocunque prætextu affectantibus, decernit. De Episcopo, presbytero, & Diacono falsariis canon est in Concilio Agathensi [r], vt communionem laicam suscipiant. Aliquando autem non laicam communionem sumere, sed inter laicos communicare iubebantur. Concilium Toletanum I. [s] agens de Subdiacono tertiam vxorem accipiente: [Qui verò tertiam (inquit) quod nec dicendum est, acceperit, abstentus biennio, posteà inter laicos reconciliatus, per pœnitentiam communicet,] [t] Cornelius Papa loquens de Episcopis qui Nouatianum ordinauerant, [Vtum eorum (inquit) ad laicam communionem recipimus,] Diuus Cyprianus [u] eandem loquendi formulam vsurpauit, Innocentius [x], Gregorius [y], Nicolaus [z], & alij. Nec loco tantùm sed & materia laicam communionem à sacerdotali discretam inde colligitur, quod Felix Papa [a] iubeat Episcopos, presbyteros, vel Diaconos rebaptizationes in se admittentes, vsque ad obitum communione priuandos, in obitu verò communionem laicam illis reddendam; non enim est probabile illos morientes ad Ecclesiam esse deducendos, vel si in Ecclesia morarentur, lectulis iacentes ad eam Ecclesiæ partem, quæ laicis præscripta erat sed probabiliùs multo, illos gradu & ministerij functione deiectos, in ordine populi fuisse redactos; vt cum laicis ad communionem venirent; siue vnius speciei, in his prouincijs, in quibus vna species laicis concedebatur: siue vtriusque in aliis, quæ vtriusque speciei vsum recepissent: sicque legimus in Concilio Sardicensi [b], in fine vitæ communionem laicam Episcopis ampliorem Episcopatum ambientibus denegari.

Quòd autem inter laicos communicare, & laicam communionem accipere Ecclesiæ ministri supplicij & pœnitentiæ causa iuberentur: ideo aliquando inter laicos pœnitentiam agere dicebantur. Non quòd pœnitentiam publicam agerent sicut laici: nam ab ea arcebantur Ecclesiæ ministri, vt cautum est in Concilio Carthaginensi V. [c] & à Sirico PP. [d] & Leone I. [e] Sed ea (vt dixi) ratione, quòd pœnitentiam communionis laicæ impositam agerent, communicando cum laicis: vt hinc apertior fiat sententia Concilij Neocæsariensis [f], dum ait: [Presbyter si vxorem duxerit, ab ordine suo illum deponi debere. Quòd si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abiici, & ad pœnitentiam inter laicos redigi.] Quæ verba postrema, tam graue doctis facessierunt negotium, vt tollenda illa ex contextu, vt falsò addita, iuxta versionem Dionysij Exigui contendant, vt notatum est in Decreti Gregoriani notis [g] ad Gratianum. Sed cùm commodam ea interpretationem admittant, vt extant in reliquis exemplaribus; non video sanè, cur illa sint expungenda. Quid enim interest, si cum Concilio dicamus, pœnitentiam agere inter laicos, vel pœnitentiæ causa inter laicos communicare, vt vsurpasse Diuum Cyprianum, Gregorium, Innocentium, Nicolaum, & alios, supra est animadversum? Quanquam inficias non ierim, sacerdotes olim & clericos grauibus irretitos criminibus, publica potuisse aliquando pœnitentia multari, suis tamen prius ordinibus degradatos, vt hodie fieri solet cum his, qui ob atrociora delicta carceri perpetuo, vel triremibus addicuntur: quod miror, vt nouum & insolens doctissimos Gregoriani decreti censores reiecisse, cùm id compertissimum habeatur antiquorum Conciliorum decretis. Toletanum IV. [h] [Si quis clericus (inquit) in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus; quia facinus hoc pro sacrilegio, legibus publicis sanguine vindicatur, oportet canonibus in tali scelere proditum clericatus ordine submoueri, & pœnitentiæ triennio deputari.] Quòd si de his degradatis pœnitentiam publicam agentibus intelligamus decretum à Martino Papa [i], siue Episcopo Bracarensi relatum in sua collectione à Gratiano [k], dum ait: [Si quis presbyter propter publicam pœnitentiam à sacerdote acceptam, absque aliqua

Gent Sard. can. 1.

Concil. Agathen. in. 50. vat. in can. 51 ffic. 50 dist. Concil. Tolet. 1.

Cornel. Papa in epist. ad Fabium antioch. citata ab Euseb. l. 6. hist. Eccl. c. 35.

D. Cyp. l. epist. 11. ad eph. Papam, & epist. 52. ad Ant. n. & in 68. ad Clerum plebem in Hispa. consistentes.

Innoc. I. in ep. 22 ad Episc. Macedon. c. 4.

D. Greg. l. 4 in d. l. ep. 17. c. 61.

Nicol. I. in can. peregaldum 1. q. 3.

Felix Papa III in

Conc. Carth. V. c. 5.

Sirici Papa epist. ad

Leonis Papa epist.

Concil. Neocæsar. can. 1.

Conc. Toletan. 4. c. 44.

Leon. Papa in suis epist. c. 87. cum sequen. can. 9. dist.

Digitized by Google

A aliqua neceſſitate diem Dominicam pro quadam religione ieiunauerit, ſicut Manichæi, anathema ſit:] & locos præterea Cypriani, Gregorij & Nicolai iam citatos: nihil obeſt, quod recenti huic & antiquo Eccleſiæ vſui ſit conſentaneum.

COMMENTARII NOVI.

MEndozæ interpretationem, ſeu acceptionem laicæ communionis pro illa qua extra Cancellos inter laicos in pœnam delicti admiſſi clericis imponitur, ample & tuntur Durantius *de ritib. lib. 2. cap. 55. n. 6.* Pamel. *in not. ad D. Cyprian. epiſt. 52. num. 37.* Loayſa, & B Vinnius, *ad can. 16.* Concil. Illerdenſ. *& ad can. 13.* Concil. Brachar. 1. Suarez 3. *part. q. 73. in comment. art. 4. 5.* Valterius *de triplic. cœn. Chriſt. cap. 14. Cœnæ*, Saintes *repet. 10. de Euchar. cap. 2.* P. Herrera *lib. 3. de origin. & progreſſu Mituum riſſa, cap. 22. n. 3. & ſeqq.* itaque Clericum ad communionem laicam redigi, idem eſſet, ac inter laicos communicare, & pœnitentiam facere, vt de ſe aiebat S. Hilarius in libello, quem cum eſſet Conſtantinopoli ipſe Conſtantio Imperatori tradidit ante medium: *Vt ſi indignum aliquid non modo Epiſcopi Sanctitate, ſed etiam laici integritate geſſiſſe doceat non iam ſacerdotium per veniam ſpectem, ſed intra pœnitentiam laici conſeneſcam.* C Sed hæc interpretatio facilè conuincitur *ex cap. eos 118. de conſecr. diſtin. 4.* vbi tantum in fine conceditur communio laica, quomodo autem illa poſſet in vltimis exiſtenti concedi, ſi eius ratio ſumeretur à loco Eccleſiæ. Aliter alij deducunt rationem communionis laicæ, videlicet à materiâ, quia licet Sacerdotes communicarent, ſub vtràque ſpecie ob aliqua ſcelera ab eis perpetrata tantum illis vt laicis ſub vnicâ ſpecie concedebatur, ita docuerunt Vaſquez 3. *part. in 3. part. diſp. 216. num. 23.* Bellarm. 2. *tom. de controu. de Euchar. lib 5. cap. 24.* D §. 5. alij apud Lindan. *lib. 4. Panopl. cap. 58.* Valent. *tom. 4. controu. diſp. 6. quæſt. 8. punct. 5. §. 8.* P. Salmeron. *tom 9. in Euang. tract. 35. pag. 369.* Quæ ſententia facile refellitur, tum quia in præſenti Canone pœna hæc laicæ communionis non tantum Sacerdoti, ſed Diacono imponitur, tum quia huius Concilij temporibus, & ſequentibus Eccleſiæ ſæculis laici communicabant ſub vtraque ſpecie Cyrillus Catech. 5. ibi: *Sanctificeris eo ſanguine Chriſti, quem ſumis, & cum adhuc humiditas eſt in labiis, tuis manibus attingens, & oculos, & frontem, & reliqua ſenſuum organa conſecrat*, latè probat Suarez *aduerſus Regem Angliæ, lib. 1. c. 5.* Boſquet. *in not. ad Innocent. III. lib. 1. epiſt. 149.* E Spenceus *de adorat. Euchariſt. lib. 2. cap. 13.* Pamel. *ad D. Cyprian. epiſt. 63. num. 2.* igitur in antiquis Eccleſiæ Canonibus, non poteſt communio laica accipi pro eo modo communicandi ſub vnica ſpecie; latius proſequitur perdoct. P. Gabriel Henao *de ſacrific. Miſſ. 3. tom. diſp. 28. ſect. 37. num. 73.* His ergo omiſſis ſententiis, & aliis traditis à Turrecremata *in cap. ſi Epiſcopus. 7. diſt. 5.* A. Sanſay *in Panop. Cleric. lib. 8. cap. 5.* dicendum eſt, laicam communionem non conſiſtere in Euchariſtiæ perceptione illo, vel illo loco, iſto, vel illo modo, ſed tantam ita appellari à communione prohibita, atque ſocietate cum aliis Eccleſiæ miniſtris, ita vt, communione laicâ alicui conceſsâ, tantum permitteretur illi ſocietas cum laicis, & cum illis pœnitentiam facere, communione verò laica denegatâ clerico etiam cum laicis communio, & ſocietas prohibebatur. Quod vt facilius percipiatur ſciendum eſt quod licet communio anthonomasticè ſumpta accipiatur pro communione Euchariſticâ, vt probant Albaſpin. *lib. 1. obſerv. cap. 1.* Morillus *lib. 2. exercit. cap. 1.* Gibalin. *de cenſur. diſq. 7. quæſt. 12.* doctè Illuſtriſſimus Præceptor Hontiueros in *cap. 2. de exception.* tamen in ſacris Canonibus aliquando ſumitur pro illa ſocietate quæ inter fideles in rerum ſacrarum, & vitæ commercio datur, vt probant latè Albaſpin. & Gibalin. *vbi ſuprà.* Ea duplex eſt, aut generalis cum omnibus tam Eccleſiaſticis, quam laicis, aut ſpecialis, quæ inter Eccleſiaſticas perſonas tantum datur, vt Epiſcoporum cum Epiſcopis, & Preſbyteris; Presbyterorum cum aliis clericis. Vnde paſſim occurrit in antiquis Eccleſiæ Canonibus Epiſcopum priuari communione aliorum Epiſcoporum, Preſbyterum arceri à communione cum aliis Preſbyteris Concil. Arelat. 2. *can.* 30. Conc. Aurel. 5. *can.* 17. notauit Morinus *lib. 2. exercit. cap. 6. & 7.* & ſi adeo graue ſcelus eorum erat, vt depoſitionis pœnam merèrentur, tum omni communione Coëpiſcoporum, & Clericorum priuabantur tantum communione cum laicis conceſſa, & hæc pœna nunquam niſi poſt depoſitionem inflgebatur, vt poſt Morinum, & Gibalinum docuit D. Ioan. Anton. de Otarola *de irregular. ex pœnit. part. 2. excurſ. 3.* Vnde conſtat communionem laicam concedi in hoc Canone, & ſimilibus idem eſſe, ac communione Clericorum, & Diaconorum priuare tantum cum laicis communionè conceſſa: è contrario communionem laicam denegari eſſe ne communionem cum laicis permitti, de qua communione laicâ ita acceptâ exaudiendi ſunt text. in *Can. 15. Apoſt.* Concil. Agath. can. 50. ibi: *Quandiu vixerit tantum laicam communionem accipiat*, Tolet. 1. can. 4. *Abſtentus biennio poſtea inter laicos reconciliatus per pœnitentiam communicet.* Diuus Cyprianus epiſtola quinquageſima ſecunda: *vt laicus communicet.* Siricius epiſtola ſecunda: *Laica tantum ſibi communione conceſſa.* Innocentius I V. epiſtola vigeſima ſecunda: *Laicam tantum tribuere communionem*, Felix III, epiſtola ſeptima, capite ſecundo, *quibus communio laica in fine reddenda.* Baſil. ad Amphiloch. canon. 3. & 32. *Qui peccatum ad mortem peccant, clerici quidem à gradu deponantur: à laicâ autem communione non arceantur.* Concil. Aurelian. 3. can. 2. *Quod ſi fecerit, laica communione contentus iuxta priorum Canonum ſtatuta ab officio deponatur.* D. Gregorius relatus in *cap. accedens 50. diſtin.* Concil. Turonenſ. 2. *can. 16.* docuerunt Morinus

lib. 2.

lib.2. exercit. cap.4. 8. & 9. Theophilus Raynaud *de litter. monit. cap. 2. num. 1.* Gibalin. *de Cenſur. diſquiſit. 7. quæſt. 12. conſect.7.* Ioan. Dartis *de pœnitent. cap.49.* Ludou. Cellotius *lib.6.de hierarch.cap.16. §.1. & 2.* D.Ildeph.de Auila in *cap. tranſmiſſa, num.10. de elect.* D. Ioan. de Otalora *dict. excurſ. 3. num. 12.* GONZALEZ. A

De baptizatis, qui nondum confirmati moriuntur.

De baptizatis, qui nondum confirmati moriuntur.

Canon LXXVII.

Si quis diaconus regens plebem, ſine Epiſcopo vel presbytero, aliquos baptizauerit, Epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit: quòd ſi antè de ſeculo receſſerit, ſub fide qua quis crediderit, poterit eſſe iuſtus.

Canon LXXVII.

Si quis diaconus regens plebem, ſine Epiſcopo vel preſbytero, aliquos baptizauerit, Epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit: quòd ſi antè de ſeculo receſſerit, ſub fide qua quis crediderit, poterit eſſe iuſtus. B

MArtinius Perezius Ayala Epiſcopus Guidixenſis, *in libro de traditionibus Apoſtolicis, 3. part. conſideratione, 2. aſſer.6.* & ab illo mutuatus Alfonſus Piſanus *lib.3 de Actis Concily Nicæni*, ad Canonem 55. Arabicum decepti videntur, dum canonem hunc ſeptuageſimum ſeptimum Concilij Nicæni eſſe affirmant, cum germanum & proprium huius Concilij Illiberritani & poſtliminio illi reſtituendum ex hoc manifeſtum ſit; niſi dicamus, ab hoc in Nicænum, Oſium eius Concilij præſidem, vt pleroſque alios tranſtuliſſe. Burchardus præterea *lib.4.decretorum, cap.92.* hunc canonem Concilio Turonico *can.3.* tribuit: ſed ea citatio huic etiam reſtituenda eſt. C

SI QVIS DIACONVS REGENS plebem, ſine Epiſcopo, vel presbytero aliquos baptizauerit. D

CAPVT SEPTVAGESIMVM-SEPTIMVM.

Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ eſſe capacem Diaconum.

HInc obſeruandum, iuriſdictionis Eccleſiaſticæ diaconum fieri poſſe participem. Ideoque excommunicare poſſe, Beatus Clemens & Cyprianus docent, vt ſuperiùs [1] oſtendi. Hìc regere poſſe plebem, diaconum, hoc eſt, curam parochiæ habere, Hiſpani Epiſcopi docent; & baptizare poſſe.

[1] *Suprà hoc lib. 3. cap.7.*

COMMENTARII NOVI. E

INtelligitur de Sacramento Confirmationis, quia à ſanctis Patribus perfectio Græcè τελείωσις appellatur ex Dionyſ. *lib. de Eccleſ. hierarch.* & Ambroſ. *lib.3. de ſacram. cap.2.* & Clem. *epiſt.4.* & Melchiad. Pap. *ad Epiſcopos Hiſpaniæ.* Alia multa nomina ſunt huius ſacramenti, de quibus alibi. VINNIVS.

Quod hic dicitur: *Epiſcopos eos per benedictionem, &c.* Intelligitur de Sacramento Confirmationis: quia à S. Patribus perfectio Græcè τελείωσις appellatur ex Dionyſ. *lib. de Eccleſ. hierarch.* & Ambroſ. *lib. 3. de ſacram. cap.2.* & Clement. *epiſt.4.* & Melchiad. Papa ad Epiſcopos Hiſpaniæ. Confirmatio appellatur perfectio baptiſmi, non ſanè quod Baptiſmus citra confirmationem nihil gratiæ tribuat, aut baptizati peccatum planè, & perfectè non tollat, ſed quod per confirmationem baptizato augmentum, & robur gratiæ ſuper addatur ad fidem in baptiſmo ſuſceptam conſtanter

A constanter profitendum. Suarez *tom. 3. disp. 34. de confirm sect. 1.* Cornelanvs.

Quis tandem huius Canonis amabo vos sensus est, aut quid tandem in dubium reuocabant; nonne omnia baptismo deleri, & exterminari peccata profitebantur? quod si expungerentur, quamobrem quæso qui baptizati absque confirmationis sacramento è vita decessissent non iusti habiti iudicatique fuissent? Ad extremum sibi illa vox iusti in illo vult Canone? quod si *iusti* nomen, significatioque in illum non caderet, quorsum de ea re disceptatio? Ecclesiæ nullum ampliùs cum illis erat commercium. Canonis huius sensus est, mens, & intelligentia si oblationes

B admitti possunt, atque adeo communione coniungi cum illis possumus, qui sine confirmatione, & sacrosancto sacramento interierint: (hac enim ratione post mortem in communionem admittebantur) quod perfectionem Christianorum non essent assecuti, atque adeo eo nomine *iusti* non dicerentur: Confirmatio namque extremam, quasi manum perfectioni addere videbatur, & tanquam fastigium imponere, qua quis Christiani nomine, & Eucharistiæ sumptione dignus putaretur. Qui igitur non esset confirmatus

C Eucharistia non donabatur, quam qui nondum esset assecutus neque sanctus, neque iustus, aut fidelis nominabatur, quod Eucharistia extremus esset actus, formaque Christiani hominis, cuius quadam vi, atque efficacia sanctitatis laude præstans, & diuinitatis cuiusdam particeps, Christique Domini membrum redderetur, quod eius sacrosancta carne pastus esset, Christoque cum Domino quadam consociatione coniungeretur. Primis quidem temporibus subdubitatio illa

D defuit, vtrum admitterentur oblationes, communioque Christianis omnibus intercederet cum eo, qui his omnibus quasi præsidiis minus instructus cum esset perfecti, verique Christiani hominis virtute spoliaretur: adeo incorrupta, & omni religione munita primorum Patrum tempora dicebantur.

Dici & illud potest illam dubitationem non alienam à temporum illorum disciplinâ; nam quamplurimi, quamuis omni vitiorum labe, & colluuione purgatos eos esse constaret, non ideo ad sacram synaxim accedebant, neque eorum oblationes probabantur, vt eorum qui essent in quarto pœnitentiæ gradu quorum exemplum quidam sibi proponentes facile eo propellebantur, vt crederent eorum

E etiam oblationes repudiandas, qui sacro pane non refecti omnibus, licet peccatorum maculis detersis occidissent. Tanta cura, tantaque animi prouisione, ac præcautione prospiciebant, ne quid offenderent, aut titubarent in recipiendis, iisque Deo repræsentandis alicuius oblationibus, neque verò cuiusquam nisi sanctissimi, iustissimique viri oblationes æquo animo ferebant.

Id ita esse quod hoc Canone constitutú est cum huius verbi sensus, *iustus*, tum voces istæ, *poterit esse iustus*, eo me pertrahunt. Videntur quippe voces illæ insinuare, & sonare aliquid, quo posito quis iustus & haberi, & esse poterat, defunctique affinibus, & agnatis permittere aliquid, quod eius causa præstent: vt oblationes offerre, adeo vt nomen, *iusti*, defunctus sibi vindicet; vt & ipsi Concilij huius Canones omnes non alio spectant, quam vt certa quædam forma disciplinæ præscribatur iis in rebus, quæ ad praxim rediguntur: quo constituto credibile est hunc Canonem ad ea quæ geri, transigique possint, reuocari tantum, vt ad oblationes defuncti recipiendas: neque verò eo Patres definire, aut statuere quemquam æternæ vitæ compotem sine confirmatione fieri posse. Sed certè id corroborare, oblationes eius scilicet, qui sine confirmatione obiisset, tanquam hominis iusti, ab Ecclesia non esse negligendas.

Sub fide, per fidem quam in baptismo adeptus est.

Poterit esse iustus, Sanctus, & in communione Sanctorum recipi. Albaspinæus.

Innocentius Ciron. *in paratitl. ad tit. de offic. Archid.* circa medium refert Canonem hunc ad tempora illa cum Diaconi superbia elati non solum Presbyteris, verum & Episcopis, aliquando præferri intendebant, cuius elationis causas congessi in *cap. statutum de maiorit. & obedient.* sed sæuæ persecutiones sæculique procellæ huius Concilij non admittunt huiusmodi elationem: cum enim vix Christianis viuere sinebatur? quomodo Diaconi populos vsurpare & priuatim regere vt vult Cironius, poterat. Facilius ergo huius Canonis diffinitio percipietur, si obseruemus olim ob penuriam Presbyterorum aliquando Diaconos plebibus, & earum spirituali regimine fuisse præfectos, vt patet ex can. 35. Apost. ibi: *Si quis ordinatus Episcopus ministerium, & curam populi sibi commissam non susceperit: hic à communione seiunctus esto, tandiu donec susceperit obedientiam accommodans, similiter autem & Presbyter, & Diaconus:* Vbi supponunt Apostoli Presbyteros, & Diaconos etiam populi suscipere curam. Expressiùs ex *can.* 38. quem ita vertit Zonaras; *Presbyteris, & Diaconis, qui sub Episcopis per vicos, seu regiones dant operam sacris, &c.* Concil. Antiochen. iuxtà versionem Dionysij Exigui canon. 1. *Si quis autem eorum, qui præsse noscuntur Ecclesiæ, aut Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, post hanc diffinitionem tentauerit, aut subuersionem populorum, Ecclesiarumque perturbationem seorsim colligere, & Pascha cum Iudæis peragere, &c.* Concil. Toletan. 1. sub Recaredo, can. 12. vbi iubetur, vt in Ecclesia vicana, si Presbyterorum eius facultas habere non permittit Diaconus instituatur Toletan. 4. canon. vigesimo sexto. *Quando Presbyteri, vel Diaconi per Parochias constituuntur oportet eos primam professionem Episcopo suo facere.* Exemplum etiam habemus cum apud Gregor. Turonens. *de gloria confessor. capite trigesimo*, referentem Cantinum qui postea Armenorum fuit Episcopus, Ecclesiam vici Isidorensis rexisse in Diaconatu; & apud Bedam *libro secundo capite duodecimo*, In quo mentio fit Iacobi Diaconi à Paulino in sua Ecclesia relicti, qui magnas antiquo hosti prædas docendo, & baptizando eripuit. Eoque sensu intelligi debet Decretum illud Leonis IV. epistola 2. *Regendam esse, dicentis, vnamquamque Parochiam*

ſub prouiſione, ac tuitione Epiſcopi, per ſacerdotes, vel cæteros Clericos, quos ipſe cum Dei timore prouiderit. Ij enim clerici à ſacerdotibus diſtincti, non ſunt alij quam Diaconi, qui ex Concilio Toletano 4. citato aliquando in Parochiis ordinantur, & monaſterij tam monachorum quam monialium regimini Diaconi etiam præficiebantur D. Cyprian. epiſt. 62. ad Pomponium: *Et cum*, inquit, *omnes omnino diſciplinam tenere oporteat multo magis præpoſitos, & Diaconos curare hoc fas eſt, qui exemplum, & documentum cæteris de moribus ſuis præbeant.* Nouel. 123. cap. 36. *Monachæ ſibi eligunt vel Preſbyterum, vel Diaconum.* D. Benedict. cap. 62. ſuæ regulæ: *Si quis*, inquit, *Abbas ſibi Preſbyterum, vel Diaconum ordinari petierit, de ſuis eligat, qui dignus ſit ſacerdotio fungi.* Et licet Diaconi præpoſiti in vicis, & pagis, vt ordinarij miniſtri baptiſmum ſolemniter non conferrent, quia non ſunt miniſtri ordinarij huius ſacramenti *cap. Diaconi 17 diſt. cap. conſtat de conſec. diſt. 4.* Concil. Londonenſ. ſub Innoc. III. cap. 3. apud Roger. p. poſterior. annal. ibi: *Et vt non liceat Diaconis baptizare, vel pœnitentias dare, niſi duplici neceſſitate, verbi gratia quia ſacerdos non poteſt vel abſens, vel ſtultè non vult, & mors imminet puero, vel ægro.* Florentin. *de vnion. Armen. ſect. de baptiſm.* probat contra Cellotium Franciſc. Haller. *de hierarch. Inviſ. diſt lib 3. art 2. § 3.* Tamen ex delegatione ſolemniter baptiſmum conferebant, vt conſtat ex Synodo Romano ad Italiæ Epiſcopos can. 7. *Paſcha tempore Preſbyter, & Diaconus per Parochias dare repromiſſionem peccatorum, & miniſterium implere conſtituerunt etiam præſente Epiſcopo. In factum quoque ipſi deſcendunt, illi in officio ſunt: ſed illius nomen facti ſumma conceditur.* Vbi notandum Paſchæ temporibus id tantum concedi, quia maior multitudo baptizandorum hoc die quam in peruigilio Pentecoſtes ad Baptiſmum accedebat: hoc ſi quidem die baptizari ſolebant quicunque à die Pentecoſtes nati fuerant ad diem feſtum Paſchæ: in peruigilio verò Pentecoſtes ij dumtaxat, qui à feſto Paſchatis ad iſtud tempus, quod longè breuius eſt, nati fuerant; concedebatur ergo propter neceſſitatem, vt Diaconi aliquando hoc die baptizarent: ita tamen vt non poteſtate propria, ſed delegata id facere viderentur. Vt autem conſtaret ordinariam ſolemniter baptizandi poteſtatem Presbyteris, non autem Diaconis conceſſam eſſe, ſubdunt, *reliquis verò temporibus, vbi agritudinis neceſſitas conſequi vnumquemque compellit* (nam extra præfixa tempora vetitum erat, ſublata ægritudinis neceſſitate quemquam baptizari) *ſpecialiter Presbytero licentia eſt, per ſalutaris aquæ gratiam dare indulgentiam peccatorum, quoniam & manus ipſi licet cansâ mundationis offerre, Diaconis vero nulla licentia inuenitur eſſe conceſſa, ſed quod ſemel fortè contigit vſurpare per neceſſitatem dicuntur extenſi, nec poſtea in ſecuritate commiſſum.* Docent tum F. Haller. *vbi ſupra, §. 3.* Cæſar. *de Eccleſ. hierarch. diſp. 8. §. 3. n. 13.* Aloix *in vita S. Aluari c. 18.* Illuſtriſſ. Præcept. Hontiuer. *de ſacram. ordinis tract. 4. de effectib.* Vnde in præſenti redè ſuppouitur à Patribus Diaconum plebem regentem baptiſmum contuliſſe. GONZALEZ.

EPISCOPVS EOS PER BENEDICTIONEM perficere debebit.

CAPVT SEPTVAGESIMVM-OCTAVVM.

Benedictionem hîc Sacramentum Confirmationis intelligi, & cur Chriſtiani ea perfici dicantur.

COnfirmationis ſacramentum fuiſſe ſemper in Eccleſia, ex hoc canone diſcimus, non ad catecheſim quandam, qua adoleſcentiæ proximi fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebant, vt peruersè effutiunt hæretici; ſed ad conſtantiam Chriſtianam, prudentiamque accipiendam, per impoſitionem manus Epiſcopi vt diſertè loquitur Fabianus [m] Pontifex, diuinitus inſtitutam. Edocemur præterea hoc canone Confirmationis ſacramentum ad ſolos Epiſcopos ſpectare, contra Lutherum, qui presbyteris id muneris deferri impudenter aſſeuerat: quod aduerſus eundem, Sancto Spiritu afflati Patres Concilij Tridentini [n], pari iudicio & conſenſu ſtatuerunt. Illud præterea obſeruandum, Confirmationem olim variis nominibus; conſignationem ſcilicet, manus impoſitionem, obſignaculum, benedictionem, operationem Spiritus Sancti, chriſma, chriſmatis ſacramentum appellari. Primus, vt opinor, qui ex re ſacramento aptè nomen indidit, & confirmationem vocauit B. Ambroſius [o] fuit, quem Patres recentiores, ſequuti ſunt. Voluerunt ergo Illiberritani Epiſcopi, ſi diaconi abſente Epiſcopo vel presbytero baptiſmum miniſtraſſent; quòd nondum perfectus Chriſtianus eſſet, ſine Confirmatione, id eſt, virtute & fortitudine eſſet deſtitutus, qua omnes fideles Sacramento Confirmationis ad decertandum cum hoſte, minoti cum diſcrimine corroborantur, vt illum baptizatum deducant ad Epiſcopum, vt eum per benedictionem ſiue manus impoſitionem confirmet. Idem ſentiendũ, ſi presbyter abſente Epiſcopo baptiſmũ contuliſſet, ad Epiſcopũ enim baptizatus erat deducendus, ciuſdẽ Confirmationis impetrandæ gratia.

COMMEN-

[m] *Fabianus PP. in epiſt. 1. ad omnes Orient. Epiſc.*

[n] *Concil. Trident. Seſſ. 7. de confirmatione, can. 3.*

[o] *Ambroſ. l. de his qui myſteriis initiantur, c. 6.*

COMMENTARII NOVI.

HÆc verba ita diſiunctiuè prolatâ ſine *Epiſcopo, vel Preſbytero* non leuem continent difficultatem, ſiquidem in eis innui videtur Diaconum cum Preſbytero populum regentem ita perfectè conferre baptiſmum, vt non ſit properandum feſtinanter ad Epiſcopum, vt per benedictionem, hoc eſt confirmationis ſacramẽtum baptiſmum perficiat, aut Preſbyterum illam benedictionem periclitanti baptizanti præſtari poſſe, ſed vt diſiunctiuè illius, vel magna proprietas in hoc Canone perpendatur, ſciendum eſt olim ſacramentum confirmationis ſtatim poſt Baptiſmum conferri conſueuiſſe ad perfectionem baptiſmi, & vt nouæ virtutis robur, cumulatiorque gratia impertiretur. Clemens Pontif. epiſt. 4. decretal. dum ſcribit: *Omnibus feſtinandum eſt ſine mora renaſci Deo, & demum conſignari ab Epiſcopo, id eſt ſeptiformem gratiam Spiritus Sancti percipere; quia aliter perfectus Chriſtianus eſſe non poterit; ſi non neceſſitate, ſed iniuria vel voluntate ſic remanſerit*; & rurſus ibidem: *Niſi regeneratus fuerit ab Epiſcopo confirmatus, perfectum eſſe Chriſtianum nequaquam poteſt.* B. Cyprian. epiſt. 73. ad Ianuar. & cæter. Epiſc. Numid. *Vngi quoque neceſſe eſt, eum qui baptizatus ſit; vt accepto Chriſmate, id eſt vnctione, eſſe vnctus Dei, & habere in ſe gratiam Chriſti poſſit*; Melchiades Papa epiſt. ad Epiſc. Hiſpan. *Ita coniuncta ſunt hæc duo Sacramenta vt ad inuicem niſi morte preueniente nullatenus poſſint ſegregari, & vnum ſine altero rite perfici non poteſt*; & Vrban. Papa: *Omnes fideles per manus impoſitionem Epiſcoporum Spiritum Sanctum poſt baptiſmum accipere debeant, vt plenè Chriſtiani inueniantur.* Quæ verba repetuntur à Rabano Mauro *libro primo de inſtitut. Cleric. capite* 30. nec differunt ab iis, quæ ſcribunt Fabian. P. P. *epiſtola ſecunda* Synodus Aurel. *capite tertio*, quemadmodum à Gratiano citatur *de conſecr. diſtin. 5. cap. vt ieiuni.* Concil. Laodicen. *cap.* 48. Patian. *ſerm. de Baptiſm.* Vualfrid. Strabo. *de reb. Eccleſ. cap.* 26. & Iuo Carnot. *ſerm. de Sacrament. neophyt.* Sed cum plures abſente Epiſcopo, à Preſbyteris, vel Diaconis baptizati ſtatim poſt baptiſmum occumberent ſine ſacramento confirmationis, Silueſter, qui tempore huius Concilij floruit, ſtatuit vt à Preſbytero poſt baptiſmum in vertice vngerentur, vt qui iam penè animam agebant, contra dæmonis tela orationibus Eccleſiæ, quæ in eâ vnctione adhibebantur egregiè muniti ſecuriores è viuis excederent. Quod Silueſtri inſtitutum patet ex ritualium veterum ſcriptorum venerandæ antiquitatis monimentis authenticis & exploratis teſtimoniis; ſiquidem Arnallatius Fortun. Archiepiſc. Treuirenſ. *lib. 1. de Eccleſ. offic. cap.* 27. hoc ipſum decretum Beati Silueſtri ſic obſeruat: *ingeſtis Pontificalibus legitur: Silueſter Papa inſtituit, vt à Preſbytero vngeretur Neophytus in cerebro, & capite.* Et paulò infrà: *Si quis ſine iſto Chriſmate migrauerit de ſæculo periculoſum iter accipit, hoc prauidens Silueſter Papa quamuis poteſt, ſubuenit, & propter abſentiam Epiſcopi neceſſitate addidit, vt ab Preſbytero vngerentur.* Rabanus Maur. ex Abbate Fuldenſi Archiepiſcopi Moguntin. *lib. 1. de inſtitut. clericor. cap.* 28. idem inſinuat, ait enim: *Legimus & in geſtis P. P. quod Silueſter Papa in Romana Eccleſia conſtituerit, vt ſi poteſtas, & priuilegium apud ſolum Epiſcopum conſtat, quod ſacrum chriſma ipſe conficiat, & baptizatum per manus impoſitionem cum ipſo chriſmate conſignet propter hæreticam ſuaſionem, ita Preſbyter eodem chriſmate lineat baptizatum leuatum ex aqua propter occaſionem tranſitus mortis.* Vualfridus Strabo Abbas Augienſ. *in lib. de rebus Eccleſ. cap.* 26. hoc ipſum commemorat dicens: *Teſtantur decreta Innocentij Papæ, & ſtatuta Silueſtri: quia & ipſe inſtituit, vt Preſbyter baptizatum chriſmate linat propter occaſionem tranſitus mortis.* Rupertus Turienſ. Abbas, *lib. 5. de diuin. offic. cap.* 16. eodem tramite incedens; ait: *Legitur autem in geſtis Pontificalibus quod Silueſter Papa conſtituit, vt baptizatum Preſbyter lineat chriſmate, & lauatum de aquâ propter occaſiones tranſitus mortis, ne propter abſentiam Epiſcopi, & difficultatem eum conſequendi ſine manus impoſitione baptizati migrent.* Hæc Rupertus qui tamen non ſatis aptè linitionem illam baptizati in vertice manus impoſitionem appellat. Quo nomine Patres ſacramentum confirmationis, quod ſolus Epiſcopus confert, deſignare ſolent: longè enim eſſe diuerſam hanc vnctionem chriſmatis in vertice baptizati, quæ fit à Preſbytero; ab ea quæ fit ab Epiſcopo in fronte extra baptiſmum, res eſt quam certiſſima, & ab Innocent. I. *epiſt. 1. ad Decentium* expreſſis verbis declarata: ſic enim ait *cap.* 3. illius ſuæ Epiſt. *Preſbyteris chriſmate baptizatos vngere licet, ſed quod ab Epiſcopo fuerit conſecratum, non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, quod ſolis debetur Epiſcopis, cum tradunt Spiritum Sanctum.* Plura congerunt de hac vnctione Briſſonius *in l. Dominico C Theodoſ. de ſpect. fol.* 179. *in paruis*; Baſil. Legion. *de confirm. part.* 3. *cap. ſecundo.* A. Sauſay *in Panopl. ſacerd. parte ſecunda, cap.* 23. *libro quinto.*

Sed licet hæc vnctio tantum cæremonialis eſſet, & Vicaria confirmationis non poterat à Preſbyteris fieri, niſi de Epiſcopi licentia, aut ingruente neceſſitate Concilio Toletano 1. *canon.* 20. Leo I. *epiſtola octogeſima octaua*, ibi: *Sed neque coram Epiſcopo licet Preſbyteris in baptiſterium introire, nec præſente Antiſtite infantem tingere aut ſignare*, de qua vnctione accipio Canonem ſecundum Concilij Araufic. 1. relatum in *cap. nullus de conſecrat. diſtinct.* 4. vbi dicitur hæreticos in mortis diſcrimine poſitos, ſi hæretici eſſe deſierint, ſi deſit Epiſcopus, à Preſbyteris cum chriſmate, & benedictione conſignare poſſe, Innocent. I. *epiſtola* 6. vbi ſtatuitur, quod ſi Energumeni non poſſunt ad Epiſcopum deferri, debet Epiſcopus authoritatem dare Preſbyteris ad eos conſignandos, vt

iam docuit Basil. *de confirmat. part. 4. cap. 2.* Vnde sensus præsentis Canonis est: si Diaconus plebem regens aliquem baptizauerit sine Episcopo, vel Presbytero Episcopus illum per sacramentum confirmationis quantò citiùs perficere debet. Si autem Presbyter reperiatur ipsum posse periclitanti subuenire per prædictam vnctionem, donec si supervixerit, ab Episcopo confirmetur, sed si ante de sæculo recesserit sine vlla vnctione tantum cum baptismo ob fidem in eo professam, & gratiam acceptam poterit esse iustus id est saluus licet aliter illa verba, *poterit esse iustus*, accipiat Albaspinæus *libro primo, obseru. cap. fin. in fin.* GONZALEZ. A

QVOD SI ANTE DE SECVLO recesserit, sub fide qua quis crediderit, poterit esse iustus. B

CAPVT SEPTVAGESIMVM-NONVM.

Solo baptismo in necessitate, posse quemquam saluum fieri.

HIs verbis satis manifestum fit, Patres huius Concilij non ideò antè dixisse, perfici Christianum Confirmatione, quòd solo baptismo quis non efficeretur Christianus, & particeps æternæ beatitudinis: nam ea fide qua quis credidit in baptismo, eum saluum fieri posse, modò, nullo scelere obstrictus sit, declarant: perfici autem Christianum ideo dixerunt, quoad plenum robur Sancti Spiritus, quod per Confirmationem confertur. Id etiam docuit Miltiades [P] PP. ad omnes Hispaniæ Episcopos [De his vero (inquit) super quibus rogitastis vos informari, id est, vtrùm maius esset sacramentum, manus impositio Episcoporum, aut Baptismus? scitote vtrumque magnum esse sacramentum, & sicut vnum à maioribus fit, id est à summis Pontificibus, quod à minoribus perfici non potest: ita & maiori veneratione venerandum, & tenendum est; sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, vt ad inuicem, nisi morte præueniente nullatenus possint segregari: & vnum sine altero potest, aliud autem non potest.] C

[P] *Miltiad. PP. in ep. ad omnes Episcopos Hispaniæ, c. 2.*

De fidelibus coniugatis, si cum Iudæa vel Gentili mœchati sint.	*De fidelibus coniugatis, si cum Iudæa vel Gentili mœchati fuerint.* D
Canon LXXVIII.	*Canon LXXVIII.*
Si quis fidelis habens vxorem, cum Iudæa vel Gentili fuerit mœchatus, à communione arceatur. Quòd si alius eum detexerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit Dominicæ sociari communioni.	Si quis fidelis habens vxorem, cum Iudæa vel Gentili fuerit mœchatus, à communione arceatur. Quòd si alius eum detexerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit Dominicæ sociari communioni. E

Iisdem verbis retulit Iuo hunc canonem, pag. 8. cap. 28.

CAPVT

A

CAPVT OCTOGESIMVM.

Grauiùs fidelem virum delinquere ſi ad fœminam infidelem acceſſerit, quam è contra.

GRaui cenſura interdixerunt Patres ſuperiùs ¶, ſolutum fidelem iungi cum Iudæa vel infideli matrimonij nexu: nunc verò in maritos ſecum eiſdem adulterio polluentes, quinquennij pœnitentia meritò animaduertunt. Grauiùs enim vir fidelis delinquit, ſi ad Iudæam vel infidelem acceſſerit, quàm fœmina fidelis, ſi ad virum Iudæum vel infidelem. Cùm enim proles matrem, non patrem ſequi debeat, ſi iuris

B ciuilis ſpectemus præcepta, quæ in filiis educandis obſeruari ſolent: periculum erat graue, ſi fœmina Iudæa vel ethnica ex viro fideli liberos ſuſciperet: nam Iudaiſmi vanis ſuperſtitionibus, vel Gentilitatis veſanis erroribus illi imbui poterant & contaminari.

COMMENTARII NOVI.

DE prohibita communione etiam politica cum Iudæis, & Gentilibus latè diſſerui *ſuprà in can.* 50. Hic tamen agitur de mœchia à fideli cum Iudæa, vel Gentili commiſſa, quam fœdiſſimam omnino eſſe, & aptiſſimam ad cor fidelis deprauandum docetur in

C *cap. in nonnullis*, §. *vnde contingit de Iudæis*, *l. ne quis Chriſtianum*, *C. eod. tit.* Nullum enim efficacius telum ad Iſraëlitarum fidem euertendam excogitauit Diabolica perfidia, quam ſi cum alienigenis Moabitis fœminis idolorum cultricibus fornicarentur, de quo præclarè philoſophatur Philo *lib. de fortitud.* ab illis verbis: *Arabum gens*: eſſe vnde acriter Eccleſiæ Patres commiſtionem fidelis cum infideli damnarunt, & vindicarunt in Concil. Arelat. 1. *can.* 11. Nicæno *can* 68. Auernenſ. *can.* 6. & Pius V. ſua conſtitut. edita die 20. Maij anno 1566. præcepit ne quis Iudæorum de cætero auderet quouis prætextu, & quæſito colore etiam emptionis ingredi domos meretricum fidelium: Antiquis etiam Hiſpaniæ legibus, quas vulgò dicimus *fueros de Sepulueda* non ſemel conſtitutum fuit, vt fi-

D delis cum Iudæa, vel Sarracena, vel è contra in ſimili commixtione deprehenſus, vir præcipitio pereat, mulier igne, quæ pœna mortis confirmata reperitur in *lib.* 9. *tit.* 24. *partit. lib.* 7. *tit.* 19. *lib.* 8. *ordin.* Plura congerunt Didacus Perez in *dict. lib.* 7. Tiber. Decian. *lib.* 5. *tract. crimin. cap.* 12. *num.* 20. Farinac. *de delict. carn. quæſt.* 139. *num.* 1. Riciulus *de iure perſon. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 6. vnde rectè in præſenti iubent Patres fidelem mœchantem cum Iudæa, vel Gentili non ſtatim admittendum eſſe ad communionem, vt in eo qui ſemel mœchatus eſt cum fideli ſanxerunt *ſuprà in can.* 47. ſed poſt quinquennium, ſi alius eum detexerit. Si autem ipſe ſponte reatum confiteatur forſan poſt triennium, quod ſecundum pœnitentiæ tempus omiſerunt Patres. Peracta tamen legitima pœnitentia iubent ipſum dominicè ſociari communioni, id eſt, reconciliari altari, & ſacramentis, ſeu communionis participem fieri, vt in Concilij Brachar. 1. *can.* 82. Carthagin. 1. *can.* 4. Agath. *canon.* 60. Epaunenſ. *canon.* 29. Toletan. *canon.* 2. relato in *cap. placuit penultim.* 50. *diſtin.* cum aliis, quæ conſulto omiſſo. GONZALEZ.

QVOD SI ALIVS EVM DETEXERIT, poſt quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit Dominicæ ſociari communioni.

E

CAPVT OCTOGESIMVM-PRIMVM.

Diuerſa in eum qui ſe defert, vel qui conuincitur, pœna ſtatuenda.

SI ipſe crimen palàm confiteretur, vt maiorem pudoris & modeſtiæ fructum perciperet, nullum excommunicationi tempus præſcribitur: ſi alter detexerit, quinquennij: quo elapſo reconciliari communioni poſſe decernitur. Deeſſe duo verba in prima parte huius puto, vt congruat cum canon. LXXVI. præcedenti, in quo diacono lapſo, ſi crimen confiteatur, ipſi triennij tempus ad pœnitentiam præſcribitur: ſin autem alius detexerit, quinquennij, ſicque ſi ipſe confiteatur triennio abſtinere debere; ſin alter, quinquennio intelligendum arbitror.

De his qui tabula ludunt.	*De his quis alea ludunt.*
Canon LXXIX.	*Canon LXXIX.*
Si qui fidelis alea, id eſt tabula, luſerit, placuit, eum abſtinere; etſi emendatus ceſſauerit, poſt annum poterit communioni reconciliari.	Si quis fidelis alea, id eſt tabula, luſerit, placuit, eum abſtinere; & ſi emendatus ceſſauerit, poſt annum poterit communioni reconciliari.

CAPVT OCTOGESIMVM-SECVNDVM.

De pœnitentia alea ludentis.

LVdum aleæ à Græcis in otio Troiani belli à quodam milite Alea nomine inuentum, & ab illo eo nomine nuncupatum, Diuus Iſidorus [r] tradit: quòd in tabula fieret, ludum tabulæ etiam appellarunt. [Tabula autem, (vt idem Iſidorus refert) ludebatur pyrgo, calculis, teſſeriſque. Pyrgus dicebatur, quòd per eum teſſeræ pergerent, quod turris ſpeciem habebat, nam Græci turrim πυργον vocant. Calculi vocati quod leues ſint & rotundi, vnde & calculus dicitur lapis breuis, qui ſine moleſtia ſui breuitate calcatur. Item calculi, quòd per vias ordinales quaſi per calles eant. Teſſeræ autem vocatæ, quia quadræ ſunt ex partibus omnibus. Has alij lepuſculos vocant, eo quòd exiliendo diſcurrunt. Olim autem Teſſeræ iacula appellabantur, à iaciendo.] Hoc autem ludi genus quare prohibuerint Patres, idem Iſidorus recenſet. [Ab hac arte (inquit) fraus & mendacium atque periurium nunquam abeſt, poſtremò & odium & damna rerum: vnde & aliquando propter hæc ſcelera interdicta legibus fuit.]

Ob hæc & alia multa, quæ ex tali ludo redundant, Plato ſenſit, aleam & reliquas pernicioſas artes à dæmone (quem nominat Theuth) inuentas eſſe, & ad Thamam Ægypti Regem delatas. Ariſtoteles [s] etiam aleatores fures atque latrones illiberales dicit eſſe; quia in turpi lucro verſantur, & omnia quæſtus cauſa ſuſtinent probra. Adeò autem frequens erat hic ludus olim, vt Imperator Caligula ex vſu illius compendium non ſpreuerit; tributo illius nomine his qui lucrum fecerant, impoſito, vt in illius vita tradit Sueronius [t]. Cum autem pecuniæ deeſſent, libertatem ipſam (quam rebus omnibus pretioſiorem ſacri iudicij negabit nemo) periculo aleæ exponebant, vt Tacitus [u] refert: [Inter ſeria (inquit) ſobrij Germani aleam exercent, tanta lucrandi perdendiue temeritate, vt cùm omnia defecerunt, extremo ac nouiſſimo iactu de libertate, ac de corpore contendant.] Qua ratione Iuſtinianus [x] Imperator prouidere volens his malis, nulli licere voluit, aut in priuatis domibus, vel alea ludere, vel inſpicere. Alia præterea in ludo hoc nefaria admitti ſolita teſtantur veteres. Zabulo quippe illius primo inuentori antè erat ſacrificandum, quàm quis manum in tabula porrigeret, vt Diuus Cyprianus [y] teſtatur. [Quam magna (inquit) & larga pietas Dei filij, quòd in futurum præſcius nobis conſulat? ne quis frater incautus denuò laqueis diaboli capiatur, ſolicitos eſſe iuſſit, & prouidos atque eruditos; quoniam hoſtis ille antiquus circuit, pulſans Dei ſeruos, non vno genere tentans. Multæ enim ſunt tentationes eius, quorum primordia ſunt; idololatria, mœchiæ, furta, rapinæ; auaritia, fraus, ebrietas, impatientia, adulterium, homicidium, zelus, perfidia, falſa teſtimonia, eloquium falſum, inuidia, extollentia, maledictum, error, & ſi qua ſunt ſimilia, quæ his congruunt; ex quibus eſt aleæ tabula. Præſto eſt diaboli laqueus manifeſtus, venenum portans lethale ſerpentis, & inductio corrumpens; quæ cum videtur nihil eſſe, magna amplexi operitur deletio. Quid illud eſt, quæſo fideles, vt manus quæ iam ab iniuriis humanis expiata eſt, & ad ſacrificium Dominicum admiſſa, & quod ad ſalutem totius hominis pertinet, dignatione ſuſcipit; quæ ad laudem Domini

in

[r] *D. Iſidor. l. 18 etymolog. c. 31.*

[s] *Ariſt. l. 4. eth. ad Nicomac. c. 1.*

[t] *Suet. in vita Caligula, cap. 41.*

[u] *Tacit. de antiquis moribus Germanorum.*

[x] *Iuſtin. Imp. in l. vlt. de religioſ. & ſumpt. funer.*

[y] *D. Cyprian. lib. de aleatoribus. c. 1.*

1. Petr. 5.

A in oraculo exſurgit, quæ ſignum Crucis, per quod tuemur, frontibus imprimit, ipſaque diuina ſacramenta conſummat; quid eſt, inquam vt iterum laqueis diaboli, vnde exuta eſt, implicetur, & per ipſa damnetur; Aleatrices manus libidinoſo ſtudio conſueuerunt, id eſt, aleæ tabulæ; quod eſt diaboli venabulum & delicti vulnus inſanabile. Aleæ tabulam dico, vbi diabolus præſto eſt, ad capiendum ſummiſſus, & cum ceperit de captiuo triumphum, perfidia, falſa teſtimonia. Tabulam aleæ dico, vbi dementia, & furia, & venale periurium, imperiũ, & colloquium ſerpentinum. Illic rabioſa amicitia, illic atrociſſimi ſceleris fraternitas diſcordans, illic conuitia, & audacia ſæua, & mens inſana, & fera impatientia. Aleæ tabulam dico, vbi poſſeſſionum amiſſio, & pecuniarum ingentium perditio, monſtrum & demonſtrans litigioſum, furax dementia. O aleatorum noxia, ſedentaria, & pigra nequitia. O manus crudeles, & ad periculum ſui armatæ, quæ bona paterna & opes auorum ſudore quæſitas ignominioſo ſtudio dila-

B pidant: manus trux, noxia & inſomnis, nocte dieque continuis inſtrumentorum ſuorum armigera: quæ peccando ſeipſam damnauit, & poſt peccata non deſinit ire. O nequam manus in perniciem domini ſui armata, quæ ſordiſſimi aëris totam ſubſtantiam perdit; & cum tot eſſent augendæ rei familiaris & multarum abundantiæ opum, modo inops & pauper eſt. Alea eſt, quam lex odit: alea eſt quam ſequitur crimen ignobile, vbi manifeſta tentatio & pœna occulta. Alea eſt, alueus mali & ſupplantatio amici, quæ nec luerum confert, ſed totum conſumit. Hinc deinde pauperes fiunt, hinc opes ſuas perdunt: hinc iam conſumptis omnibus rebus ſuis, mutuis pecuniis ſe obruunt: hinc patrimonium ſine vlla fori calumnia amittunt. Qualis eſt lis, vt quos nemo perſequitur, ſe ipſos per inuidiam perſequantur? vt paternas ſuas hæreditates ſub hoſtium ſuorum multiformi numero diſpergant? Eſt & quando ipſi aleatores cum proſtitutis mulieribus, penes auctorem ſuum nocturnas vigilias clauſis foribus celebrant: armantur aduerſus ſe miſeri, ſpiritu diaboli repleti, & illic duplex aut geminum crimen admittunt. Hic concrepat aleæ ſonus illic ſilentio operatur inceſtus: hic

C ſine vllo dignitatis ſuæ reſpectu, ſine vlla excuſatione, peſtifero ſtudio cedere bonis ſuis cogitur: illic ſecretò mortale venenum bibitur. Vnde hæc ſacrilega meditatio, vnde hoc crimen, auctorum teſtimonio comprobamus? Cùm enim quidam ſtudio literarum bene eruditus, multum meditando, hoc malum & tam pernicioſum ſtudium adinuenit, inſtinctu ſolius Zabuli, qui cum artibus ſuis repleuerat: hanc ergo artem oſtendit, quam & colendam ſculpturis cum ſua imagine fabricauit. Statuit itaque imaginem ſuam cum nominis ſui ſubſcriptione, ſuggerente ſibi amico, qui vt hanc artem excogitaret, in peccatorem ſubuenit. Sic ergo ſe in imagine ſpecioſa demonſtrans, alto quodam loco condidit, & in ſinus ſuos hanc aleæ tabulam geſtans, vt quaſi ipſe luſor, & adinuentor huius malitiæ appareret, cuius nomen à Dei ſeruis nominari non deberet (ſic enim in nomine turpis eſt, quomodo in factis iniquus) & quiſ-

D que Dei ſeruus aleæ tabulam amplectitur, auctoris nomine vocaretur. Ille enim cum ſe in ſtatunculis, & ſimulacris formaret, aliud crimen adinuenit, quo ſe ab imitatoribus ſuis colendum, & ſibi ſacrificandum inſtituit, ita vt qui vellet ſtudio eius adhærere, non ante manum in tabulam porrigeret, niſi auctori huius priùs ſacrificaſſet. Inde factum eſt, vt olim qui homo fuerat, & facinoris admiſſionis adulter, poſt mortem à pronis, & errantibus ſub fictitio nomine Dei, talis coli meruerit. Aleæ tabula, qui ludit, & maleficia noſſe debet, quod à Dei ſeruis longè ſit; ſciens quoniam foris maleficus, & venarius, & iterum in iudicij diem in igne tortante torquebitur. Aleæ tabula qui ludit, prius auctori eius ſacrificare debet; quod Chriſtianis non licet, dicente Domino: Sacrificans diis eradicabitur, niſi Deo ſoli. Et iterum; Nolite ſacrificare diis alienis, *Exod. 22. Hierem. 25.*

E ne incitetis me in operibus manuum veſtrarum, ad diſperdendum vos. Chriſtianus qui es, & aleæ tabula ludis: licet non ſacrifices, lege huius facinoris particeps es. Et vtique Dominus occurrit, & dicit: Exi de ea populus meus, ne ſis particeps delictorum eius. *Apoc. 18.* Et iterum; Diſcedite, diſcedite inde, exite de medio eius, qui portatis vaſa Domini, & immundum ne tetigeritis. Chriſtianus quicunque es, & alea ludis, hoc primum in loco credere debes, quia non Chriſtianum, ſed ethnicum tibi nomen eſt, & illud quod ad ſacrificium Dominicum pertinet, in vacuum ſumis, ſic enim dicit: Omnis immundus non tanget ſacrificium ſancti. Dicit enim Scriptura: Omnis vir manducans carnem ſacrificij, & immunditia eius ſuper ipſum, pereat anima illa de populo meo. Aleator quicunque es, Chriſtianum te dicis; quod non es, eo quòd ſeculo particeps es, nec amicus Chriſti potes eſſe, qui cum inimico Chriſti tenes amicitiam.] *Iſaiæ. 52. Leuit 7.*

Non diſſenſit à Cypriano D. Iſidorus. [2] [Quidam autem (inquit) aleatores ſibi videntur phyſeologicè per allegoriam hanc artem exercere, & ſub quadam rerum ſimilitudine fingere. Nam tribus teſſeris ludere perhibent, propter triâ ſeculi tempora, præterita, præſentia, & futura: quia non ſtant, ſed decurrunt. Sed & ipſas vias ſenariis locis diſtinctas, propter ætates hominum, trinariis lineis propter tempora argumentantur. Inde tabulam ternis deſcriptam dicunt lineis.] Hæc ſunt quæ mouerunt Hiſpanos Patres, vt ludum aleæ ſeu tabulæ pœna excommunicationis propoſita prohibuerint: quorum ſententiam ſequuti ſunt, qui Conſtantinopolitanæ Synodo canones adiecerunt. [3] [Nullum (inquiunt) omnino, ſiue Clericum, ſiue laïcum ab hoc deinceps tempore alea ludere, qui ſecus fecerit, excommunicetur.]

Conſtat etiam ex hoc canone, poſſe Epiſcopos, & Concilia prouincialia, ludis ſecularium leges imponere, & eas violantes Eccleſiaſtica coërcere diſciplina.

[2] *D. Iſidorus d. lib. 18. cap. vltimo.*

[3] *Concilium Conſtantinopolitanũ 6. can. 50.*

COMMENTARII NOVI.

DE talis, ni fallor, Canon accipiendus, quibus ludere nefas videbatur, quod ſpeciem quamdam idololatriæ committeret, qui eos iactaret. Deorum enim Gentilium effigies pro numeris habebant, iiſque inuocabantur, vt fœliciſſimus eueniret iactus: Suetonius in Auguſto: *quos tollebat vniuerſos, qui Venerem iecerat.* ALBASPINÆVS.

Aleæ vſum per antiquum eſſe, & apud varias nationes vſitatum Iuſtinianus author eſt. *in leg. alearum C. de aleat. vulgò* & ſub *tit. de religioſ. & ſumpt.* De Hunnis teſtatur Diuus Ambroſ. in lib. de Tobia cap. 11. *Hunnorum populi in procinctu ludunt teſſeras ſimul: & arma portant.* De Germanis Tacitus de moribus German. *Aleam quod mirere, ſobrij inter ſeria exercent tanta lucrandi, perdendiue temeritate, vt cum omnia defecerunt, extremo, ac nouiſſimo iactu de libertate, & corpore contendant, victus voluntariam ſeruitutem adit, &c.* De Romanis Ammianus lib. 28. *Quidam ex his,* inquit, *licet vari aleatorum vocabulum declinantes, ideoque ſe cupientes appellari teſſerarios, inter quos tantum differt, quantum inter fures, & latrones, &c.* apud quos Claudium Cæſarem adeò deditum fuiſſe refert Sueton. *in eo* vt in geſtatorio, ſeu ſella, qua vehebatur, luderet, & librum de illius ludi arte ediderit. De Hiſpanis ſufficiat referre quod cecinit eleganter Iacobus Falcon. nobilis Hiſpanus ſatyr. 8. in in Aleator.

——Hiſpani militis audi
Grande nefas, hic ille fuit, qui primus ad Albim
Spreuit aquas, hoſtiſque minas, nudusque natauit
Contra armatum hoſtem, geſtans in dentibus enſem.
(Auſum, horrendum, ingens, & dignum, Carole, caſtris
Temporibuſque tuis) verum hic tam fortis, & audax
Strictius à magno laudatus Cæſare miles,
Nunc miſer abraſo capite, & tenui inguine nudus,
Atque etiam multis religatus crura catenis
Remum vtraque manu ſpumoſa per æquora verſat.
Hoc ſceleris non pœna fuit, non ſupplicium, nec
Bellona vulnus: ſeſe pro pignore pactus
Aluealo, numerum pedicoſi remigis auxit.
Namque inter nautas ne ſceleſti dedecus vllum,
Non tantum argentum, non tantum luditur aurum
Sed quoque libertas. Hic tranſtro quatuor annos
Debet, at ille duos: eſt qui non exuit vnquam
Se pedicâ, & vinclo, niſi vindice, morte, vel auſtro.
Res ſacra, & cunctis eſt Alea noxia.

Eius ludi formam, & leges tradit Pantola *in l. fin., C. de Aleator.* ſed damna, quæ ex Aleæ vſu emergunt, & contingunt, expendamus, vt propriam huius Illiberitanæ legis rationem capiamus: ea refert Horatius lib. 1 epiſt. pen.

Diſplicet iſte locus calamo, & dilluia poſcat,
Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram:
Ira truces inimicitias, & funebre bellum.

Iuuenal. ſatyr. 1. vbi de ſtatu Reip. ſuæ, ſuo æuo ita conqueritur.

Quando vberior vitiorum copia? quando
Maior auaritiæ patuit ſinus? Alea quando
Hos animos? nec enim locuſtis comitantibus itur
Ad caſum tabulæ, poſitâ ſed luditur arcâ.

Ouid lib. 3. de arte amandi.

Sed maior labor eſt ſapienter iactibus vti,
Maius opus, mores compoſuiſſe ſuos.
Tunc ſumus incauti, ſtudioq; aperimur in ipſo:
Nudaque per luſus pectora noſtra patent.
Ira ſubit deforme malum, lucrique cupido
Iurgiaque, & rixæ ſolicituſque dolor.
Crimina dicuntur: reſonat clamoribus ather,
Inuocat iratos, & ſibi quiſque Deos.
Nulla fides tabulis, quæ non per vota petuntur,
Et lacrymis vidi ſæpe madere genas
Iupiter à vobis tam turpia crimina pellat,
In quis eſt illi cura placere viro.
Hos ignauia iocos tribuit natura puellis:
Materiâ ludunt vberiore viri.

A quo accepiſſe videtur Imperator *in leg. fin. C. de aleat.* Ioannes Sariſber. Policratici lib. 1. de Nugis curial. cap. 5. *Qui enim,* ait, *non erubeſcat, ſi ſortis ſuæ gratiam non virtuti debeat, ſed* TAXILLIS? *Quis* FRITILLI *cautelã ſuæ prudentiæ non deleat anteferri? Nonne ſæpe improba eſt cuiuſque artis exercitatio, quia quanto quiſque doctior, tanto nequior? Aleator quidam*

A *dem omnis, hic est. Mendaciorum siquidem, & periuriorum mater est Alea, & ex alieni concupiscentia sua prodigit, & nullam habens patrimonij reuerentiam, cum illud effuderit, sensim in furta dilabitur, & rapinas. Illam verò nonnulli præferum, in qua Vlisses lusisse legitur, eo quod ingenij aliquatenùs multâ meditatione exercitare videatur acumen. Sed ex eo mihi videtur perditior, cum nihil infœlicius sit, quam in eo, in quo minimum proficias plurimum laborare. Est enim inutilis importunitas deprecantis, quâ inutilia adquiruntur, & quærendi inanis est diligentia, cum inuenisse non prodiderit. Posset itaque motus animi, & mentis agitatio, quæ ibi frustra distrahitur, rebus pulchrioribus, & melioribus accommodari. Aleam verò à regione morum illius auctoritas prorsus exterminat, qui vniuersum orbem docens in filio eam denunciant omnibus fugiendam. Ab eâ siquidem armantur ad lites homines, incurrunt inimicitias, in miseram, etsi non miserabilem, incidunt egestatem. Si denunciationis quæris auctorem, illum agnosce, qui non sibi, sed toti genitum se credidit orbi.* Et quot crimina ludus Aleæ vehat Cardin. Hostiens. in sum. de excess. Prælat. §. Clericus his non tam cultis, quam religiosis versibus recenset.

B

Hæc cum Taxillis ludendo crimina fiunt,
Ecclesia spretus, vsuraque sine rapina,
Scandala cum nuga, blasphemia, tum faciendi
Furti doctrina, Violentia, crimina Falsi,
Et mortis causa Deceptio Perditioque
Temporis & desiderium, Corruptioque ingens,
Istis prædictis Adulatio, Vitaque turpis.

C

Quæ sexdecim vitia suo ordine exponit *Pantola* vbi supra in *d.l. fin. ex num.* 7. Plura alia in Aleæ detestationem congerunt M. A. Maioragius *lib. in Aleatores*, Sauarus *in not. ad Sidonium lib.* 8. *epist.* 11. Angelus Rocha *in comment. contra ludum Aleæ*, Hieronymus *Ozorio lib.* 7. *de Regis instit.*

Ea denique tam ingentia crimina ludi Aleæ Ecclesiæ PP. intuentes vt euellerent omninò eius vsum, prohibuerunt Apostolicas sanctiones amplectentes vbi can. 41. ita legitur: *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui vel Alea, vel ebrietatibus indulget, vel desinito, vel deponitor.* Et Can. 42. *Subdiaconus, aut Cantor, aut lector, qui consimilia facit, vel desinito, vel à communione seiungitor, similiter & laici.* Concil. Senon. can. 25. *Clerici nec in publico ludant pila, maximè cum laicis. A ludo Aleatorum, aliisque qui à sorte pendent, se abstineant,* 6. Synod. Trul. *can.* 50. Trident. *sess.* 11. *cap. & sect.* 24. *cap.* 12. Nec tantum Clericis vsum aleæ prohibuerunt, verum & inspectionem ipsius ludi *cap. his igitur* 23. *dist. cap.* 1. 35. *dist. cap. nullus* 44. *dist. cap. Clerici* 15. *de vita, & honest. cleric. cap.* 1. *ne clerici, vel Monach. cap. inter de excess. Prælat.* legibus etiam ciuilibus huiusmodi Aleæ lusus prohibitus est leg. 1. ff. de Aleator. leg. vlt. C. de Episcop. audient. leg. 25. eod. tit. ibi: *Episcopi perquirant eos qui Aleam ludunt contra formam constitutionis, eosque tradant Præsidibus Prouinciarum, & Patribus, vel defensori ciuitatis, vt eos coerceant*; nouel. 123. Iustin. nouel. 115. Iulian. c. 13. ibi: *Clericus, nec tam licet seu Aleâ ludat, neque socius aleatoris sit vel aleatores spectet, neque in quodcunque spectaculũ spectãdi causa veniat.* Iure nostro Hispano aleatores variis compescuntur pœnis *in leg.* 1. 2. 3. *cum seqq. tit.* 7. *lib.* 8. *recopil.* & cum hoc delictum mixti fori sit, vt probant Puteus *de ludo num.* 43. Costa *eod. tract. art.* 2. *num.* 20. Pantoja vbi proximè, recte in præsenti etiam Episcopi contra laïcos excommunicationem per annum indixerunt contra quos quilibet in propria diœcesi inquirere, & procedere poterat. GONZALEZ.

D

De libertis.

Canon LXXX.

Prohibendum est, vt liberti quorum patroni in seculo fuerint, ad clerum prouehantur.

De libertis.

Canon LXXX.

Prohibendum est, vt liberti quorum patroni in seculo fuerint, ad clerum promoueantur.

Gratianus retulit hunc canonem in cap. prohibendum. 54. distinctione.

E

CAPVT OCTOGESIMVM-TERTIVM.

Liberti qui, & cur ab ordinibus suscipiendis repellantur.

EOs dici libertos tradit Vlpianus, [b] qui serui esse desierunt. Eosdem vocat libertinos Caius. [c] [Libertini (inquit) sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt.] Olim autem, id est, Appij Cæci temporibus, & deinceps aliquandiu, libertini dicebantur, non ipsi qui manumittebantur, sed ingenui ex his procreati: quod Modestinus [d] obser-

[b] *Vlpianus, l. 4. d iustit. & iur.*
[c] *Caius in l. 6. d stat. homin.*

Digitized by Google

[d] obſeruaſſe videtur: ſed clariùs Suetonius in Claudio. Poſt verò, alterum vſurpari pro altero à Iuriſconſultis perſpicuum eſt. Quare illorum ſententiæ non eſt locus, qui libertini nomen, ſtatum ipſum, liberti, perſonam deſignare ſcripſerunt. [e] Libertini autem, ſiue liberti, ideò ad clerum promoueri vetantur, quia ſi fortè quam ingratitudinis cauſam aduerſus patronum committerent, licentiam habebat patronus, reuocandi illos iterum in ſeruitutem. Seruos autem clericos fieri non debere, iam ab ipſo ferè Apoſtolorum tempore receptum fuerat. Erant & alia patroni viuentis in libertum iura, quæ dignitatem cleri non decebant. Tenebantur enim liberti operas præſtare patronis: ſunt autem operæ (auctoribus Paulo, & Pomponio [f]) officium diurnum: officij verò præſtatio, ad nutum eſſe debebat patroni, vt docet Caius [g] Tenebantur patronum inopem alere, vt Impp. Seuerus & Antonius reſcripſerunt, & libero locupleti mortuo, ei ſcilicet qui pluſquam centum aureos haberet in facultatibus, ſuccedebat patronus, adhibita etiam actione Calui ſiana, qua reuocabantur alienata in fraudem huius ſucceſſionis. Sublato autem è viuis patrono, iura ſimul hæc tollebantur, etſi alia ſupereſſent in eorum filiis, & ſucceſſoribus: quæ vt minoris momenti ad impediendum ſacerdotium, parui fecerunt huius Concilij Patres.

Potuit & alia ratio ad hoc decretum ferendum eoſdem incitare; ne videlicet ethnicorum ſerui, etiam ſeruitute per manumiſſionem vindicati, clero adſcriberentur, nam occaſione oblata, dum patroni viuerent, eorum domus ventitandi, & infidelium actibus ſe plerumque immiſcendi, quod ſolebant ſæpiſſimè, vt ſuſceptæ libertatis beneficium, fide, beneuolentia, obſequiis, & omni gratitudinis genere compenſarent: periculum erat, vel apoſtaſiæ in libertis, vel proditionis librorum ſacrorum, & rituum Eccleſiaſticorum, quos inepto & profano riſu legere ſolebant Gentes; nevè perſonæ iam Eccleſiaſticæ infidelium moleſtis oneribus & grauibus premerentur. Quam rationem obſeruaſſe videntur Concilij Nicæni [i] Patres, ſancientes, vt Chriſtiani infidelium ſerui, non prius ordinarentur, quàm manumiſſi, & maturo ſuperiorum iudicio examinati. [Serui (inquit) infidelium, quamuis ab eis diligantur, quia res eorum fideliter cuſtodiant, & quamuis ſint bonæ famæ & vitæ: tamen quia difficili ac dura ſeruitute ſeruos fideles premunt, non prius fieri debent clerici, quàm ſint manumiſſi, ac liberi, ſatiſque probati, an digni ſint gradu]

[d] *Modeſtinus inſt. l. 1 excuſat. tut. Suetonius in vita Claudy cap. 25. Laurentius Valla lib. 4. elegantiar. c. 1. Hppp. Valent. Vatis, & Gratian. l. de ingrat. liber. Imp. Conſtantius in l. 2. delibert. & eor. liber. Ioa. Toler. 4. c. 18. Paul. & Pompon. l. 1. & 3. de oper. libertor.*

[e] *Caius l. cum patronus 22. de oper. libertor. Impp. Seuer. & Antonius ad. tit.*

[f] *Vlpianus l. ſi libertus de iur. patronat. & inſtitutionum in titulo inſit. de ſucceſſ. liber.*

[i] *Alfonſus Piſanus lib. 3. de act. Concil. Nicæni can. 2.*

COMMENTARII NOVI.

MEritò cauebant ne liberti, quorum, Patroni eſſent Gentiles, ordinarentur, nam ab eis fabriles, aut officiales operas exigere poterant Patroni, quas ſoliti erant ſtipulari, cum eos libertate donarent, tenebanturque liberti non ſolum Patronis eas præſtare, ſed aliis etiam, quibus eæ locatæ eſſent: At indignum prorſus, neque ferendum eiuſmodi operis pictoriis, puta aut fabrilibus, Clericos diſtrahi, & impediri; qui nullis aliis rebus quam ſacris vacare, aut ſtudere deberent. Ob eandem cauſam ab iiſdem ordinibus Curiales eliminabantur, qui à ſuis Curiis, vt ait Innocentius, vt munia perſonalia, aut patrimonialia præſtarent, poterant reuocari. A LABASPINÆVS.

Prima ſolutio Mendozæ, in quâ affirmat libertum ordinari non poſſe, ne poſt ſuſceptos ſacros ordines ob ingratitudinem Patronus reuocet, retrahatque ipſum in ſeruitutem refellitur ex eo: nam eâ retentâ nunquàm libertus Patronum habens ſactis poſſet initiari ordinibus, cum contrarium certum ſit, & probetur *cap. de ſeruorum 54. diſt. cap. 1. & 2. de ſucceſſion. ab inteſtat. cap. 2. de condition. appoſit.* Secũda etiam Mendozæ interpretatio quatenùs refert Canonem hunc ad libertum Patronum Gentilem habentem diuinationis vitio laborat, ſiquidem ex verbis Canonis tantum conſtat PP. agere de liberto, qui Patronum in ſæculo habet, id eſt, ſuperſtitem adhuc in hac vita non verò Ethnicum, aut infidelem, non tamen me latet aliquandò Gentiles appellari ſæculares, & in ſæculo degentes *cap. ſiquis ex fratribus 11. quæſt. 1.* vbi iudices Gentilium dicuntur à Clemente iudices ſæculi, notauit Cironius *ad tit de iudiciis.* His ergò omiſſis ſententiis æxiſtimo Canonem hunc eſſe accipiendum de libertis habentibus Patronos ſuperſtites, quibus non ſolum obſequium verum & operas præſtare tenebantur. Id enim propriè ſignificant nomina liberti, & Patroni *leg. 1. l. cum Patronus 22. ff. de oper. libert.* Vnde quamuis liberti Patronos habentes, quibus operas non promiſerant, ordinari valeant, qui tamen operas debent, & præſtant, ad Clerum promoueri non debent, cum non poſſint ſimul Eccleſiæ, & altari deſeruire, Deique cultui mancipari, & ſimul operas Patrono præſtare *cap. Clericus 7. 54. diſt.* cum alij congeſtis ab A. Auguſt. *lib. 28. epit. titulo 27.* Accedit & alia ratio, videlicet ne vilеſcat Eccleſiaſticus ordo. Si enim libertus propter dedecus, militiæ ter reſtri nomen dare non poterat *leg. operis 43. ff. de oper. libert.* niſi conſentiente Patrono, quo caſu ingenuus fiebat Vlpian. *in fragm. tit. de latinis §. militia*; & Virgo Veſtalis apud Romanos capi non poterat liberta, vel è libertinis nata, referente Dione Caſſio lib. 55. quanò magis

magis ad gradus Eccleſiaſticos aſcendere non debet, qui operas præſtat, & ſeruitio laici eſt, quo caſu accipiendus eſt præſens Canon, & etiam exaudiendi ſunt Canones Aurel. 5. can. 6. in illis verb. *ſeruum, qui libertatem à Dominis propriis non acceperit, aut etiam iam libertum nullus Epiſcoporum abſque eius voluntate, cuius ſeruus eſt, & cum abſoluiſſe dignoſcitur, clericum audeat ordinare. Quod ſi quiſquam fecerit, is, qui ordinatus eſt, à domino reuocetur, & ille collator ordinis, ſi ſciens feciſſe probatur, ſex menſibus miſſas tantum facere non præſumat. Si verò ſecularium ſeruus eſſe cognoſcitur, qui ordinatus eſt benedictione ſeruata honeſtum in ordine domino ſuo impendat obſequium. Quod ſi ſecularis dominus amplius eum voluerit inclinare, vt ſacro ordine inferre iniuriam videatur, duos ſeruos, ſicut antiqui Canones habent. Epiſcopus qui eum ordinauit, domino ſæculari reſtituat, & Epiſcopus eum quem ordinauit, ad Eccleſiam ſuam reuocandi habeat poteſtatem.* Ex quibus verbis depromitur ſeruum adhuc poſt libertatem ordinari non poſſe ex eo videlicet, quia operas præſtabat Patrono, ſiue Eccleſiaſtico, vt in prima p. Canonis, ſiue ſæculari vt in poſteriori. Eodem modo intelligitur *canon.* 9 Concil. Bituric. apud Lemouic. act. 2. in illis verb. *Nullus ſeruorum, vel collibertorum à modo clericus fiat, niſi prius libertatem de dominis ſuis habuerit ſub idoneis teſtibus*, in quibus comprehendunt Patres non ſolum nexu ſeruitutis vinctos, verum & libertos operas dominis præſtantes ſimiliter & in eo procedit textus in *capitulo ſiquis obligatus 57. diſt.* iunctis traditis à Diuo Nicolao de Caſtro *in l. eg. vnic. C. diſt. cap. ciuium. num. 29.* GONZALEZ.

De fœminarum epiſtolis.

De fœminarum Epiſtolis.

Canon LXXXI.

Ne fœminæ ſuo potiùs, quàm maritorum nominibus, laïcis ſcribere audeant, qui fideles ſunt, vel literas alicuius pacificas ad ſuum nomen ſcriptas accipiant.

Conon LXXXI.

Ne fœminæ ſuo potiùs, quàm maritorum nominibus, laïcis ſcribere audeant, quæ fideles ſunt, vel literas alicuius pacificas ad ſuum nomen ſcriptas accipiant.

CAPVT OCTOGESIMVM-QVARTVM.

Cur fœminis ſcribere ſine maritorum nominibus, aut eis reſcribi non liceat.

QVid cauſæ eſt, Patres religioſi ac ſancti, vt literas ad nomen ſolum fœminarum à laicis ſcriptas accipi, vel ab eis ſuo nomine reſcribi laicis non patiamini? conſulueruntne vobis, experti vxorum naturam, conditionem, ſtatum? Audiſtis ex frequenti literarum ſcriptione fœminas ſolicitari? Prouideretne voluiſtis maritorum honori & auctoritati, vt omnia, tam domeſtica, quàm externa ſua manu gubernentur? An audaciæ ſolicitatorum? an fœminarum, vt vulgò iactatur, leuitati? Habuiſtiſne, perſuaſum, interdictis his mutis interceſſoribus, aditum ad turpitudinem intercludi? Puraſtis literarum iacturam, induſtria & ſolicitudine, non virorum tantùm (quod referre dolet) ſed aliarum fœminarum non poſſe compenſari? Credidiſtiſne hoc ſolo decreto vxorum cum maritis ſolicitari concordiam? vel tanto obſequio matrimonij leges reliquas indicari? Placuitne vobis, vt quemadmodum poſtea ſacerdotes, & clericos, ab his literulis fœminarum ſcribendis, vel recipiendis abſtinere voluit Hieronymus, [k] id & facerent nunc vxores? Vſumne vobis eſt, generali hac veſtra conſtitutione, laicorum vxores expreſsè, tacitè tamen clericorum quas habebant, vel diaconorum, ſacerdotum, & Epiſcoporum, quas habuerunt, & domi vt ſorores alebant, fore ſubuentum? Aliquis ne zelotypiæ ſtimulus presbyteros, & diaconos veſtro cætui adſtantes ad hanc conſtitutionem ferendam ſolicitauit? vel adeò progreſſa eſt religio veſtra, ſanctitas, priuſque Chriſti zelus, vt nitamini, fœminas Chriſtianas, in primitiuæ Eccleſiæ initiis, religioſis, non præſentis, ſed antiqui ſeculi fore perſimiles, quibus deinceps harum epiſtolarum ſcriptionem vetuſti & ſanctiſſimi Patres, Auguſtinus [l] & Benedictus [m] interdixerunt? Cùm hæc Beatiſſime Pater-

ab,

[k] *D. Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum.*

[l] *D. Auguſtinus in Regula Monachorum quæ extat epiſtola 109.*

[m] *Benedictus in ſua regula. c. 54.*

ab Episcopis Hispanis quæsiissem, mihi respondêrunt omnes: PLACET. Nec A
desunt his temporibus, quibus non displiceat, in quibusdam prouinciis huius canonis decretum renouari, eásque literulas, quarum vsus est frequentissimus, non ad vxores, vel virgines, quibus sæpe illæ, solicitantur, & quandoque solicitant, sed ad maritos, vel propinquiores parentes, quibus earum cura mandata est, inscribi, rescribique, vt aditus tentandæ fœminarum pudicitiæ (quam tam late patere dolent multi) aliqua ex parte intercludatur. Quòd si vxoris domum ingredi quemquam, sine expresso viri præcepto, ad eam visendam, vel rem domesticam tractandam, non debere permittere, Aristoteli placuit homini ethnico.

n *Aristoteles libro 2. Oeconomicor. cap. 1.*

n [Veritam (inquit) maximè verba, quæ de mulierum corruptela circumferuntur. Et si quid intus accidat, vt sibi notum sit soli, & si quod malum ab ingredientibus committatur, vt penes virum sit culpa;] neque homines vbabanos tantùm, quod Aristotelem dixisse legimus, sed neque medicos mulierem ingenuam infirmam, Gothi maiores nostri permiserunt curare posse, sine præsentia, patris, matris, fratris, filij aut auunculi, vel alterius propinqui, excepto si necessitas emersisset ægritudinis (eorum verbis loquor:) quòd si tunc eas personas abesse contigisset, tunc aut coram vicinis honestis, aut coram seruis aut ancillis idoneis, medicum accessurum: quòd si aliter præsumpserit (inquit Rex) decem solidos propinquis aut marito coactus exsoluat, o quia difficillimum non est, vt sub tali occasione, ludibrium interdum adhæreseat;] quid mirum si Christiani, & religioti Patres, literas, quæ tacitè sermonis expressi officio fungun- B
tur, minori forsan prohibuerint seueritate?

o *Extat hac lex lib. 11. legum Visigothorum. leg. 1. titu. 1.*

Liquet igitur ex hoc canone, Hispanis Patribus iustiùs multo eius laudis præconium tribui posse, quod Socrati olim honorificè impertitus est Cicero, eos primum, philosophiam morum non è cœlo tantùm deuocasse, collocasse in vrbibus, & in domos etiam introduxisse, sed in ipsis etiam fidelium animis, summa C
cura inferere studuisse, dum non libidinem tantùm, sed libidinis indicia coërceri voluerunt. Graue enim delicti, & turpitudinis genus est in fœminis præsertim nobilibus, turpes videri, etiam si non sint. Vtinam omnes antiquæ pudicitiæ, honestatis, & omnium virtutum non verò (vt quædam solent) turpitudinis, & vitiorum hypocritæ essent, & videri cuperent; nam hæc tanto pestilentior hypocrisis, quanto exempla vitiorum magis quàm virtutum nocere possunt & solent. Iulius Cæsar Pompeiam vxorem, Magni Pompei filiam, Clodianæ turpitudinis suspicione notatam repudiauit, dictitans eius totum non tantùm crimine, sed & criminis suspicione carere oportere. Maximè enim interest Reipublicæ, ob communem parentum, & consanguineorum pacem, ob maritorum concordiam, ob familiarum honorem, ob certitudinem liberorum, ob hæreditatum, & successionum D
securitatem, dimidiam populi partem, quæ (vt Aristoteles prudenter considerauit) fœminarum est, sanctis continentiæ & honestatis legibus institui & informari. At illarum pudicitiam qui, quæ ve, solo Venereæ libidinis contemptu, non etiam decenti vestium, & ornatus cultu; graui oculorum aspectu; temperato linguæ vsu; casta aurium attentione, ac tandem modesto totius corporis habitu conseruari, aut vio ari putant, falluntur, ea enim de causa olim Cæcina Seuerus grauem in Senatu orationem habuit aduersus matronam in publico prodeuntem sine stola: Lentuliique Augurii consultis, quæ ita se exauctorasset, pro stupro pœna fuit, vt refert Tertullianus. p | Quoniam quidem (ait) indices custodesque dignitatis habitus, & lenocinij factitandi impedimenta.] Quare Caius Sulpitius Gallus vxorem repudiasse dicitur, quòd aperto capite fortis fuisset. Pater Sempronius Sophus eadem nota coniugem affecit, quod se ignorante ludos spectasset. Quintus Antistius Vetus q non aliter sensit, vxorem enim E
repudiauit, quod illam in publico cum quadam liberrima vulgari, secreto loquentem vidisset. Quòd si hunc decorem quæ non obseruarunt, erasse dicuntur, erabunt sanè & illæ, quæ sibi persuadent, honestarum matrum familias nomen, auctoritatemque retinere posse, & conseruare, etiam si suspectarum amicitiam ineant, si suspectis literulas scribant, vel recipiant: si suspectos aut suspectas grato, & hilari vultu excipiant: sua suspectis non solùm munera, sed neque honorem deferri placeat. Sequantur vxores, vel earum mariti, Alexandri Seueri exemplum, quem tradit Lampridius, ab impudicis mulieribus matrem suam: & vxorem salutari vetuisse: omnia enim quæ honestissima non sunt in

p *Tertul. lib. de pallio cap. 4.*

q *Valerius Max. lib. 6. cap. 3.*

r *Lampridius in Alexandro Seuero.*

fœmina

A fœminis, inhoneſta ſunt, fœda ſunt, turpia ſunt, digniſſimaque tandem, vt à matronis nobilibus, tanquam capitalis, & funeſta peſtis honoris, & auctoritatis fugiantur, vt à Patribus Hiſpanis in literis recipiendis, vel ſcribendis, in hoc canone honeſtiſſimè ſapientiſſimèque admonentur.

COMMENTARII NOVI.

AFœminis, quas vitæ ſanctimonia commendaret, quæque eſſent Eccleſiaſticorum vxores, litteras nonnulli commendatitias, & pacificas extorquebant; vt eorum quaſi beneficio, & commendatione apud amicos, aut Eccleſiaſticos, hoſpitalitatis iure fraterentur. Patres igitur hunc ipſum non ſatis piè & honeſtè inuectum morem carpunt hoc Canone, prohibentque ne fœminæ Clericorum eo nomine litteras communicatorias reſcribant, aut accipiant: quod ea res penes ſit Epiſcopos, eorumque curæ, ac ſolicitudini commiſſa: quod ſi hoc modo non obuiam itum fuiſſet pranæ illi conſuetudini, ſceleratiſſimi ſanè, & excommunicat onis nota inuſti, perfacilem communicandi viam nacti, his litteris acceptis toto orbe communicantes vagati fuiſſent.

Fœmina, clericorum: quæ conuerſæ dicebantur.

Laicis ſcribere audeant, litteras communicatorias. ALBASPINÆVS.

Potius de litteris profanis, & ſæcularibus accipio Canonem hunc, quam de Eccleſiaſticis pacificis, vt vult Albaſpinæus: nam eas tantum Epiſcopi dare poterant, & aliquando Chorepiſcopi, non autem Preſbyteri 8. Synod. Trul. Canon. 8. ibi: *Nec Preſbyteri, qui ſunt in pagis dent Canonicas Epiſtolas, vel ad ſoles Epiſcopos vicinos epiſtolas emittant; Chorepiſcopi autem nullas reprehenſiones affines dent pacificas.* Deinde, quia prohibetur in præſenti fœminis litteras dare tantum laicis; cum pacificæ, & commendatitiæ plerumque clericis darentur; nec vnquam legimus apud Baronium, Ferrarium, & Turrianum, qui de litteris pacificis latè ſcripſerunt, inferiores Eccleſiæ Prælatos eas dediſſe, quanto magis nec eorum vxores. Verius ergo credo cum Mendoza Hiſpanæ Patres pudicitiæ ſectatores, vt omnem mœchiæ ſuſpicionem, occaſionemque euellerent, quam magno odio proſequebantur, vetuiſſe ne fœminæ litteras laicis ſcriberent proprio nomine, id eſt inſcio marito, vel eas reciperent, ne vlla daretur caſtitatis violandæ occaſio. Vnde monachis, & viris religioſis priuatas litteras ſcribere, aut recipere à ſanctis Patriarchis magnâ cura prohibitum reperio, Sancto Baſilio in pœn. breu. numero quadrageſimo nono, ait: *Si quis inuentus fuerit ſcribere, aut accipere ſine Archimandrita ſcientia ſit excommunicatus. Cæſarius in regul. ad monach. capite decimo quinto; præcipuè epiſtolas ſine ſcientia Abbatis, nec accipiat, nec tranſmittat*: Diuus Bened. eius capite quinquageſimo quarto: ſuæ regulæ. *Nullatenus liceat monacho, nec à parentibus ſuis, nec à quoquam hominum, nec ſibi inuicem litteras, aut eulogias, vel qualibet munuſcula, accipere, aut dare ſine præcepto Abbatis ſui.* Diuus Auguſtinus in ſua regula. *Quicunque in tantum progreſſus fuerit malum, vt occultè ab aliquo litteras, vel quodlibet munus acceperit; ſi hoc vltro confiteatur, parcatur illi, & oretur pro eo: ſi autem deprehenditur, & conuincitur, ſecundum arbitrium Preſbyteri, vel Præpoſiti grauius emendetur.* Diuus Hieronymus inter alia vitæ religioſæ documenta epiſtola ſecunda Nepotiano tradita: *Crebra*, inquit, *munuſcula, & ſudariola, & faſciolas, & oblata, ac deguſtatos cibos, blandoſque, ac dulces litterulas ſanctus amor non habet.* Itemque epiſtola quadrageſima octaua: Sabiniani cuiuſdam Diaconi cum quâdam virgine facta per occultas litteras nefanda commercia acerbè deplorat Caſſian. libro quarto de inſtit. renunc. capite decimo ſexto: *Si epiſtolam cuiuſcunque ſuſcipere, ſi reſcribere ſine Abbate ſuo tentauerit*: notarunt Gizæus ad Caſſianus, ibi: Benedictus Heſtenus *diſquiſit. Monaſt. libro quarto tractat. ſeptimo diſquiſic* 3. Sed etiam ſanctitate excellens, prudentia conſpicuus cœleſti Sanctus Ignatius de Loyola Societis Iesv Fundator *in Conſtitut. examin. gen. capite quarto numero ſexto*, ſancit, litteras à Ieſuitis non eſſe ſcribendas, niſi cum licentia Superioris, nec accipiendas, niſi per ipſum, qui poteſt, eas legere, & retinere, ſi expediens iudicauerit. Rectè ergo fœminis fidelibus prohibetur in præſenti ne litteras laicis ſcribant, vel ab eis pacificas recipiant, cum inde occaſio earum pudicitiam attentandi dari poſſit. GONZALEZ.

Hæc ſunt, Beatiſſime Pater, quæ in religionis adoleſcentis, aut naſcentis potiùs incunabulis, Hiſpani Epiſcopi ad retinendam & propagandam Eccleſiaſticæ diſciplinæ integritatem, quam ab Apoſtolis Petro, Paulo, & Iacobo diuinitus acceperant, non ſingulari modò humanæ ſapientiæ, & prudentiæ laude ſcripſerunt: ſed diuina morum, & vitæ ſanctitate ſtabilierunt, & glorioſa proprij ſanguinis ſubſcriptione conſignarunt. Quæ licet Sedi Tuæ ſacroſanctæ difficillimis Eccleſiæ temporibus, non ſine maxima obſequij laude retulerint. & piiſſima re-

ligionis fide consecratæ : denuò tamen, sapientissimo & maximo, beatitudinis Tuæ iudicio renouari cupiunt, & renouata confirmari impensiùs optant ; ne temporis diuturnitate suffulta & corroborata (vt solet) quorumdam audacia, quæ Concilio cœpit adimere, sibi vires conciliet : paremque faciat iacturam Hispanorum dignitas & religio, quam suscepit adhuc Concilij vetustas. Quòd si id labores nostri, lucubrationes, studia, & preces à Te non impetrauerint ; hoc impetrare ipsa causa debet, hoc Ecclesiæ auctoritas, hoc Christiana pietas, hoc diuina religio, quæ dolet sanè, nec dolet tantùm, sed conqueritur, huius Concilij dignitatem, cùm in eadem, qua cætera, causa sit, non eadem esse existimationis publicæ, & auctoritatis conditione : quam demum si Tu concesseris, vel olim à Christo, & Sede Tua concessam, sed inuidia temporum, & quorundam licentia contemptam, ac penè collapsam refeceris, erexeris, & in pristinum antiquæ maiestatis statum reduxeris ; efficies profectò, Te non restitutorem solùm, sed auctorem nostræ dignitatis, defensorem fidei, propugnatorem auitæ religionis, & tanquam piissimum patriæ parentem agnoscat, veneretur, & colat Hispania tota, quòd non minorem intelligat tibi, virtutis, & beneficentiæ gloriam deferendam, in erigenda labescente iam Concilij auctoritate, ac ipsis Episcopis Concilij auctoribus in condenda. Quinimo superiorem longè hanc illa nec inuiti fatebuntur omnes, qui agnoscant sincerius, canto esse præstantius, gratiusque futurum, restitui iniuria sublatum, quàm tribui recenter, quanto etiam miserabilius, acceptum perdidisse, quàm omnino non accepisse beneficium. Præsta igitur illud, præsta, Sanctissime Clemens, aut redde potiùs Catholicæ Hispaniæ, Catholicæ Ecclesiæ, Catholicæ Religioni, quæ vnà à Te habere omnes impensè cupiunt, & à Te solo habere possunt ; redde illud libenter, redde benignè, vt verissimè de Te prædicare possit posteritas, quod de sanctissimo Patrum Stephano gloriosè retulit, & laudauit antiquitas. Cùm ad nouitatem enim erroris Agrippini Carthaginensis Episcopi cuncti reclamarent ; atque omnes vndique Orthodoxi sacerdotes, pro suo quisque studio reniterentur, tunc beatæ memoriæ Stephanus Apostolicæ Tuæ Sedis (vt autor est Vincentius Lirinensis) cùm cæteris quidem collegis suis, sed tamen præ cæteris restitit, dignum (vt opinor) existimans, si reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret, quantum loci auctoritate superabat. Quod & in Epistola ad Africam missa, his verbis sanxit. [Nihil innouandum, nihil peruertendum eorum quæ tradita sunt à maioribus,] satis intelligens vir sanctus ac prudens, pietatis rationem nihil aliud admittere, nisi vt omnia qua fide à Patribus suscepta forent, eadem fide filiis consignarentur : nosque religionem, & præclara religionis decreta, non quà vellemus ducere, sed qua nos illa ducerent, agnoscere, sequi, amplecti, colere, & venerari oportere : idque esse proprium Christianæ modestiæ, & grauitatis, non sua posteris tradere : sed tradita à maioribus præclarè cognita, & accepta seruare. Si omnia ergo (vt vidisti) huius Concilij decreta, sanctæ doctrinæ plena, plena pietatis Christianæ, plena Catholicæ religionis, plenè probauimus ; ne patiaris illa profana quorumdam audacia immutari, labefactari, peruerti. Si aurum purum accepimus à Catholicis ; ne feras plumbum impudenter, vel æramenta ab hæreticis fraudulenter supponi. Si salubrem aquam, si perennem, si claram, si cœlestem à diuino sancti Spiritus fonte haustam religiosi Episcopi in hoc Concilio reconditam reliquerunt ; ne à perfidis putidam, cœnosam, & pestilentem, vel subiici, vel misceri permittas. Si vniones & gemmas pretiosas, Tuæ Sedi sanctissima Christi membra obtulerunt, ne patiare impuras quasdam & adulterinas inferri : sed si necesse sit, oblatas ab his polias, si ab his, & Hispanica Ecclesia politas, Catholicæ artificiosè insere : si insertas iam à Pontificibus aliis, Tu tutare fideliter, adorna sapienter, adiice venustatem, splendorem, & gratiam ; vt Te poliente reddatur illustrius, quod antea obscurius credebatur ; per te intellectum gratuletur posteritas, quod anteà venerabatur non adeò intellectum vetustas. Doce fideles omnes quod à Christo didicisti, doce & confirma nouè, non nouam, sed sanctam, & veterem huius Concilij doctrinam, & adeò veterem, vt ferè cum ipsamet Christiana religione cœpisse videatur. Crescat florem tuo imperio indies, & proficiat, tam singulorum, quàm omnium, tam Hispaniarum, quàm aliarum prouinciarum ; tam Concilij vnius, quàm totius Ecclesiæ, sacra dignitas, sacra

ſacra auctoritas, ſacra maieſtas. Creſcat rerum diuinarum cognitio, ſcientia, ſapientia: ſed in ſuo dumtaxat genere, in eodem ſcilicet dogmate, eodem ſenſu, eadem intelligentia. Imitetur religio noſtra corporum rationem, quæ licet annorum decurſu numeros omnes ſuos euoluant, & explicent, eadem tamen permanent, quæ antea erant. Inter pueritiæ florem, & maturitatem ſenectutis intereſt plurimum, ſed iidem tamen ipſi ſenes fiunt, qui fuerant anteà adoleſcentes; vt quamuis vnius eiuſdemque hominis ſtatus habituſque mutetur, vna tamen nihilominus eademque natura, vna eademque perſona ſit. Quòd ſi humana ſpecies in aliquam deinceps, non ſui generis vertatur effigiem, aut certè addatur quidpiam membrorum numero, vel detracti loco, quid aliud non proprium, ſed alienum ſubiiciatur, neceſſe eſt, vt totum corpus, vel intercidat, vel prodigioſum fiat, vel certè debilitetur. Abſit ergo, vt ſano Hiſpano corpori, vt ſacro Hiſpano Concilio, vt ſanctæ Hiſpanicæ Religioni, quinimo & Catholicæ, quid temerarium, quid profanum, quid impium falsò tribuatur. Abſit, vt pro cœleſti dogmate humanæ ſuperſtitiones introducantur. Abſit, vt bene fundata antiquitas impia nouitate ſubuertatur. Quòd ſi ſeneſcente, aut caduca penè iam ætate (vt rerum eſt viciſſitudo) ſi temporum iniuria, ſi hæreticorum impietate, ſi Catholicorum incuria, quid immutatum, quid ereptum, quid detractum, vel ablatum de religione huius Concilij, vel de honore potius eſt; hoc ipſum ſingulari Tua pietate & clementia recuperari, ſarciri, reſtituique oportet: vt quod in Hiſpanica Eccleſia veterum Patrum fides, quod caritas & religio, quod ſapientia Doctorum, quod Confeſſorum conſtantia, quod Martyrum ſanguis, quod ipſius tandem Optimi & Præpotentis Dei agricultura ſeuit, hoc ipſum reuulſa hæreticorum zizania, à te ſapienſſimè excolatur, excultum floreat, matureſcat, proficiat & perficiatur: ac tandem veriſſimum fiat his temporibus, in recenti hac Hiſpanicæ Religionis preſſura, quod ſuperioribus etiam de Catholicæ dixit Hilarius: [Tum vincit, cùm læditur; tum intelligit, cùm arguitur: tum obtinet, cùm deſeritur: dum opprimitur, creſcit: dum perſequitur, floret: dum contemnitur, proficit: tunc ſtat, cùm ſuperari videtur: proficit afflictionibus, ſanguine Martyrum irrigatur: triſtitia erigitur, anguſtia lætatur, ieiuniis reficitur.] Aliter enim, Beatiſſime Clemens, ſi permutari antiquorum decreta; ſi ad cuiuſcunque ſani, vel inſani arbitrium intelligi, vel violari potiùs, & pollui Patrum inſtituta; ſi extra ſacratæ, atque incorruptæ vetuſtatis fines egredi, profanæ, ac nouellæ curioſitatis libidinem, vel vagari permiſeris; ſi laſciuientem hanc hæreticorum licentiam, vel impudentiam potiùs, debacchandi in Catholicæ Eccleſiæ Concilia, non cohibueris; horreo dicere, quantum excidendæ, atque abolendæ Religionis periculum conſequatur: abdicata enim qualibet parte Catholicæ Religionis (obtinent enim non minimam ſacra Eccleſiæ Concilia, ſed præſertim antiquiora) alia quoque atque etiam alia, ac deinceps alia, & alia iam quaſi ex more licitoque abdicabuntur. Porrò ſingulatim partibus repudiatis (vt doctè ſatis idem Vincentius Lirinenſis perſequitur) quid aliud ad extremum conſequetur, niſi vt totum pariter repudietur? Si nouellæ quædam & inſolitæ, vel inſolentes potiùs, decretorum Eccleſiæ interpretationes, pro antiquis Eccleſiæ ſententiis, ſi extraneæ pro domeſticis, ſi pro ſacratis profanæ, ſi impiæ pro Catholicis inſeruntur, traduntur, & publicantur: proſerpat hic mos, in vniuerſum neceſſe erit, vt nihil poſthac apud Eccleſiam intactum, nihil illibatum, nihil ſanctum, nihil integrum, nihil tandem immaculatum relinquatur; ſed ſit ibidem deinceps impiorum & turpium errorum ſeminarium, vbi erat anteà caſtæ & incorruptæ ſacrarium veritatis: à quo vel leuiter diſſimulando, tam pia & religioſa ſanctæ Romanæ, & Catholicæ Eccleſiæ cura & ſolicitudo debet abeſſe, quàm ipſa præter reliquas omnium ſaluti, & incolumitati maioris, & ſacratioris imperij ratione & conſulere, & prouidere tenetur. Hoc autem faciliùs conſequi poſſe tradiderunt maiores, ſi vetera fideliter ſapienterque tractando, ſi qua ſunt antiquitus informata & inchoata accuret & expleat, ſi qua obſcura declaret; ſi qua recondita exprimat, ſi expreſſa & enucleata conſolidet, firmet: ſi qua conſolidata & firmata cuſtodiat: hoc enim Nicæni, Epheſini,

Ephesini, Chalcedonensis, Constantinopolitanorum, Lateranensium, Tridentini & reliquorum Conciliorum decretis (quotquot extant hodie) extra semper est Catholica Ecclesia; hoc semper neque quidquam aliud hæreticorum erroribus, aut recentiorum commentis excitata contendit. Hoc etiam Hispanica præclaris Catholicæ vestigiis insistens aduersus vanas Gentium superstitiones, & vesanas hæreticorum nouitates hoc Concilio olim constituit, decreuit; & hoc ipsum hodie declarari, stabiliri, & confirmari lata à te recenti constitutione exoptat, & orat. En oratum etiam veniunt antiquissimi Hispaniæ Confessores, & Martyres, tuis pedibus humillimè aduolui cupientes. En accedunt iam, susceptа pro religione vulnera, & obductas cicatrices modestiùs potiùs, quam gloriosiùs tuæ Sanctitati monstrantes. Ecce iam adsunt Heroës sanctissimi, æterna gaudentes felicitate, tuæ tamen diuinæ clementiæ & pietatis vberrimum hunc fructum adhuc expectantes. Ecce instant acriùs, & vrgent Beatitudinem Tuam, vt si quid de fide, si quid de religione bene sint meriti, si quod lumen in Ecclesiæ exordio Gentium & hæreticorum tenebris propria, aut cœlesti potiùs sancti Spiritus doctrina intulerunt, si quod posteritati beneficium tam sancti labores compararunt, si non viui modò, sed morientes (mori potuerunt, quorum mortalis magis, quàm vita finita est) tanquam athletæ fortissimi pro Ecclesia pugnantes diuinam Ecclesiæ ab Ecclesiæ inimicis, pacis & vnitatis victoriam tropbæáque reportarunt: hoc à te velut præmij & mercedis loco consequantur, vt non disparem saltem, non inferiorem in terris apud homines sanctissimæ illorum reliquiæ & doctrina, ac in cœlis apud Deum augustissimi illorum spiritus dignitatem & auctoritatem obtineant: ne diuinæ sententiæ præiudicium profana quorundam leuitate spernatur; ne hi quos vt doctiores, quos vt meliores, quos vt sanctiores elegit & amplexus est Christus: tanquam ob immanissima scelera, bonis sacris interdicti ab Ecclesia deportentur: sed quos alij iudices, & censores, nullis suffragiis creati, nulla auctoritate selecti, sed seuero nimis & rigido priuato suo iudicio relegarunt, æquitas Tua singularis & clementia, patefacta iam post tot annorum decursum, quæ hactenus oppressa est, veritate, reuocet & restituat. Nihil enim habet, nec sacra Tua dignitas maius, quàm vt possis; nec sancta mens Tua melius, quàm vt velis, omnium, sed Sanctorum præsertim auctoritatem conseruari, sublatam restitui, restitutam augeri, & auctam tandem quo possit splendore exornari: & vt felicitatis est posse quantum vêlis: sic & magnitudinis velle quantum possis. Longiorem forsan disputationem Caluini, Magdeburgensium, & reliquorum hæreticorum impietas postulabat: æquitas autem causæ & natura Tua multo breuiorem. Quare cum & mihi, & Martyribus, & vniuersi Concilij dignitati vtilius futurum esse arbitrer, te ipsum, quàm aut me, aut quemquam alium loqui tecum, finem iam dicendi faciam: si modò priùs illud solùm addiderim, restituta huius Concilij dignitate, non tantùm Martyribus & Confessoribus Hispaniæ rem Te iucundissimam gratissimamque facturum; vt & ipsi etiam ætatem hanc tuam propriis tuis virtutibus florentem; sed ingrauescentem diu publicis calamitatibus, perpetua apud Dominum foueant intercessione, diuinum beneficium beneficio diuino mutuo compensantes. Nec vniuersam solùm Hispaniam, quòd in ea exornanda, nullum amoris, nullum studij, nullum pietatis officium prætermiseris; sed Italiam prætereà, Galliam, Germaniam, Angliam, Græciam, Asiam & omnes orbis prouincias eximio beneficio deuincies, quòd inclinantem iam huius Concilij erigens auctoritatem, iisdem prouinciis, quæ ab hoc Concilio canones, & decreta lubentissimè fatentur accepisse, præclara diuinaque prouidentia comprobes, defendas, sustentes, confirmes: deuincta etiam recenter gratulabitur Tibi ipsi & nominis & animi tui singularis clementia quæ tanti beneficij magnitudinem gloriamque à se ipsa debitum iri putat. Gratulabitur omnis posteritas, quod antiquissimi huius Concilij canones, senescentes ætate multa, & multorum offensione nutantes, auctoritate tua confirmatos laudare possit posthac securiùs. Gratulabitur tandem & gratificabitur Christus, quòd dignitatem & Hispanicæ & Catholicæ suæ Ecclesiæ tibi sancto ipsius Spiritu & gratia commissam, non solùm sartam tectamque custodieris, sed nouo splendore illustratam, noua etiam auctoritate cohonestaueris. Quod vt oro & exopto, sic spero & confido, ad cultum Dei, ad obsequium Christi, ad dignitatem Ecclesiæ, ad honorem Hispaniæ, ad iucundam & gratam tui

nominis

A nominis recordationem, (cui tam egregiam & illuſtrem laudem diuina videtur reſeruaſſe prouidentia) ad æternam poſteritatis memoriam & ad æternæ beatitudinis præmium feliciſſimè ſucceſſurum. Nam ſi omnibus illis, qui poſt Platonem, aut potiùs ex Platone Tullius ſcripſit, qui patriam conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, ciues ſuos adamarint & ſtudioſè coluerint, certus eſt in cœlo ac diffinitus locus, vbi beati æuo ſempiterno fruantur: nihil eſt enim illi principi Deo, qui omnem hunc mundum vt è nihilo admirabili potentia eduxit, ita ſingulari prouidentia regit, & vſquequaque moderatur; quod quidem in terris fiat, acceptius, quàm concilia cœtuſque hominum iure ſociati, quæ ciuitates appellantur, quorum rectores & conſeruatores, cœlitus profecti, illuc reuertantur: quanto magis merebitur, qui militantem hanc Eccleſiam, munitiſſimam Dei ciuitatem, inexpugnabilem arcem
B fidei, cuius imperij amplitudo ipſius Solis finibus terminatur, quam cariſſimam ſibi ſponſam impendio ſui ſanguinis Chriſtus deuinctam tenet, qui omni officiorum genere coluerit, qui ſummo ſtudio & pietate protexerit, qui ab impugnantium telis ſingulari vigilantia defenderit, qui ardentiſſima caritate adamauerit, quanto inquam, vberiorem fructum, auctiorem mercedem, ampliora præmia, à Deo Optimo & Maximo æquiſſimo & liberaliſſimo laborum atque virtutum æſtimatore percipiet? eum enim exactis longiſſimæ & feliciſſimæ vitæ ſpatiis, inter puriſſimas mentes cœlitum, meritò ſperabimus æterna beatitudine fruiturum.

Cæterùm ſi quid in his tandem eſt, Clemens Sanctiſſime, aut culpa negligentiæ omiſſum, aut rerum ignoratione offenſum, aut ætatis conditione peccatum: eius à te veniam precor, & quàm humillimis poſſum precibus
C ſupplex rogo, ſupplex efflagito. A Te ignarum doceri, tardum impelli, elatum reprimi, errantem corrigi, lapſum erigi, ſtantem firmari me cupio vehementer. Habes, habebiſque ſemper ſummo ingenio alios, ſingulari alios eloquentia, præclaris ſtudiis, eruditione & litterarum copia omni florentiſſimos alios, multo (quod lubentiſſimè fatear) ſuperiores: ſed qui fidem Petri firmiùs teneat, qui ſedem Petri ſanctiùs colat, qui Te in ea diuina prouidentia ſedentem religioſiùs veneretur, & ab eius nutu vſquequaque ad extremum vitæ ſpiritum pendere magis velit, habebis neminem. Scio cum Bernardo [t], quam in Chriſti Eccleſia perſonam geras: [Tu es Sacerdos Summus, Tu Pontifex Maximus, Tu Princeps Epiſcoporum, Hæres Apoſtolorum, Tu primatu Abel, gubernatu
D Noë, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, & vnctione Chriſtus.] Fateor cum Cypriano [u], Eccleſiam Romanam (cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt) Catholicæ radicem eſſe & matricem; & in hac vna ſancta, Catholica, & Apoſtolica vt in veræ ſinu matris acquieſco. Huius doctrinam ſanctam cum lacte nutricis infans hauſi, puer didici, & conſtanti iam ætate conſtans retineo, amplector, defendo, & in hac tandem conſeneſcere & emori cupio; in ea ediſcendâ & penitus percipiendâ operam indefeſſo labore impendere, & ab hoc ſtudio nihil inquam remittere planè exopto, huic me meaque omnia vti reuerenter, ita & libenter ſubiicio; & ſi quid vel ingenitus patriæ amor, vel iuſta in graniſſimi & vetuſtiſſimi huius Concilij reprehenſores intemperantius dictum extorſerit indigna-
E tio; ſi pij huius operis dignitate, & ſanctiſſimæ Tuæ Maieſtatis grauiſſimis & eruditiſſimus auribus indignum aliquid vel me inuito his traditum monumentis exciderit; hoc in primis ſumma & iuſtiſſima erga fidem ſedemque iſtam Tuam Apoſtolicam hæreditaria & peculiari quadam Mendozeæ gentis noſtræ maximis ſemper ab eadem honoribus exornatæ, obſeruantia & obſequio, hoc flagranti eruendæ & propugnandæ veritatis ſtudio, hoc ſingulari in diuos & Eccleſiam Catholicam pietatis & religionis zelo, ſynceræque tandem & præclaræ meæ conſcientiæ & fidei teſtimonio excuſari, indulgeri & condonari obnixè rogo, & certò me impetraturum ſingularis, & nominis & animi tui CLEMENTIA ſpem firmiſſi-

[t] D. Bern. de conſideratione ad Eugenium, c. 8. l. 2.

[u] D. Cyprianus epiſt. 45. ad Cornelium Papam. Tertull. de præſcript. aduerſus hæreticos, c. 36.

mam pollicetur. Deus Optimus Maximus Sanctitatem Tuam quàm diutiſsimè A
ſeruet incolumem, vt Te gubernante, ſedatis temporum difficillimorum fluctibus, & parta de communi hoſte victoria, Reſpublica Chriſtiana in optata pace, & tranquillitate conquieſcat. Dat. Frexni apud Torotum IV. Kal. Aprilis, MD. XCIII.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM memorabilium.

Prior numerum paginam, posterior columnam indicat.

A

Abiuratio, Abiurare.

ABIVRATIO hæresis ad reconciliationem cum Ecclesia semper necessaria. pag. 251.B.1
Infantes sine abiuratione ab Ecclesia admissi. p.253.D.1
Abiurãdi hæresin formula antiqua. p.249.C.D

Abortus.

Abortus procuratio quomodo olim punita. p.488.A.1
Verum est homicidium. p.489.A.1
Abortum procuranti fœminæ communio etiam in fine denegata. p.489.C.2

Absolutio.

Absolutio pœnitentium an Diaconis possit deferri. p.311.B.
Absolutionis formula antiqua. pag.312.A.B.C.D.
Absolutio summis sceletibus interdum denegata. p.107.A.D.2

Abstinentia.

Abstinentiæ & ieiunij distinctio. pag.254.C. & p.255

Acci.

Acci ciuitas quæ. p.63.A.

Accinipo.

Accinipo oppidum Bœticæ. p.91.E.1

Accusatio.

Accusatio falsa in Episcopos & Clericos quomodo punita. p.533.C.& seqq.

Adolescens.

Adolescentes mœchati post baptismum, si in coniugio castè vixerint, absolui possunt. pag.306.B.
Adolescentibus coniugium statutum propter incontinentiæ periculum. p.306.C.1

Adoratio.

Adorationis vox quid significet. p.344.A.
Quo sensu Deo soli competat. *ibid.*

Adrianus.

Adrianus persecutionem in Christianos remisit. p.346.D.
Templa extruere iis concessit. *ibid.* E.

Adulter.

Adulteram vxorem vir retinens punitur. pag. 491.D.E.& p.492
Adulteris communio etiam in fine denegata & quæ. p.148.& 149
Adulterant hæretici libros Catholicorum. p.128.& 129
Adulterans vxor grauiùs punita quàm maritus, ex iure ciuili. p.515.B.
Non autem ex iure Canonico. pagin.516.C.2

Adulterium.

Ob adulterium matrimonium nequit dirimi. p.177.D.1
Aliqui Hæretici & Catholici interdum dissolui posse censuerunt. p.178.A.1
Adulterij grauitas. p.406.D.1
Quomodo adulterium legibus Ecclesiasticis punitum. *ibid.* E.2.& 407.A.1
Pœnitentia 15. annorum imposita. pag.407.A.1
Adulteris relapsis pœnitentia nec in fine concessa. *ibid.*B.
Adultera vxor adulterum ducere nequit. pag. 522.D.E.
Adulteri olim ab Episcopis puniti. p.162.D.E. & quomodo puniti. *ibid.*
Adulteris olim pœnitentia negata. pag. 304. A.B.
Ordinationem impediebat adulterium. p.305. A.B.
Ordinatum deiiciebat. *ibid.*

Adulterari.

Adulterantis mariti pœna. p.513.A.
Vter in adulterio grauiùs peccet, vir an vxor. p.513.E.p.514.& 515

Ædicula.

Ædiculæ Gentilium quid sint. p.382.D.

Ægyptij.

Ægyptij primi duodecim deorum, & idolorum inuentores. p.102.E
Ægyptij plures mores Hebræis tradidere. p.475.C.1

Æthiopes.

Æthiopes primi idolorum auctores. p.102.E.

Afri.

Afri summè impudici. p.124.C.1

Index Rerum,

Agrippinus.

Agrippinus Carthaginenſis Epiſcopus rebaptizantium inſtitutor. p.21.E.

Alexandrini.

Alexandrini Chriſtiani quam auſteri in victu. p.455.E.

Alexander Seuerus.

Alexandri Seueri larariũ quodnam fuerit. p.38. D.

Altare.

Altare an ab Ara diſtinguatur. p.101.B.1

Anathema.

Anathema quàm leuibus de cauſis in primitiua Eccleſia pronuntiatum. pag. 111. & 112.

Angelus.

Angeli imagine exprimi nequeunt, p.350.A.

Anima.

Animæ martyrum pro eorum reliquis interdum ſumptæ. p.330.B.1

Animas martyrum ſub altaribus degere ad diem iudicij antiqui Patres cenſuere. p.327. D. 1

Annus.

Anni qui Conſulibus carebant quomodo notati. p.20.C.

Annulus.

Annulos non eſſe geſtandos cur dixerit Pythagoras. p.352.E

Apollonius.

Apollonius Tyaneus manes euocat. p.323.D.

Apoſtata.

Apoſtatæ idololatræ grauius puniti quam lapſi. p.106.B.1

Apoſtata catechumenus quomodo probatus pag. 399. D.

Apoſtata fidelis quomodo pœnitentiam ſubire coactus. p.403. E.1

Apoſtaſia.

Apoſtaſia perfidiæ quid. p.404.A.1

Apoſtaſia irregularitatis. *ibid.*

Apoſtaſia inobedientiæ. *ibid.*

Apoſtaſiæ modi diuerſi. p.404.A.1

Apoſtatæ duplices. p.404.E. & 405.A.1

Apoſtolus.

Apoſtoli ſoli olim tradebant Spiritum ſanctum. p.371.A

Apoſtoli an idola Gentium fregerint. p.459. E. & ſeqq.

Appion.

Appion Homeri manes euocare tentat. pag. 323. D.

Ara.

Aræ & Altaris diſcrimen. p.101.B.1

Arbor.

Arbores dæmonibus conſecratæ adorari vetitæ. p.470.C.

Archiepiſcopus.

Archiepiſcopi quandonam primùm in Hiſpania fuere, & an Archiepiſcopalis gradus ſit de iure diuino. p.446.D.1

An Archiepiſcopi fuerint tempore Concilij Illiberitani. p.448.C.& ſeqq.

Arelatenſis.

Arelatenſe Concilium Oſium abſoluit. pag. 15.D.

Arelatenſe Concilium primum præceſſit Nicænum 10.annis. p.21. C.

Arena.

Arena oppidum. p.92.D.1

Arianus.

Arianæ impietati an Oſius ſubſcripſerit. p.73. 74. 75. & ſeqq.

Arnobius.

Arnobius quomodo ad Baptiſmum admiſſus, p.149. C.

Arreptitij.

Arreptitij ab Ordinibus ſacris reiecti. p.302. Cur. *ibid.*

Liberati poſſunt admitti. *ibid.* & p.303

Aſininus.

Aſininus Deus Chriſtianorum à Gentibus vocatus. p.346.A

Aſtrologus, Aſtrologia.

Aſtrologi olim damnati p.160.E.

Aſtrologiæ & Magiæ ſocietas olim. pagin. 161. A

De Atocha.

D. Virgo de Atocha in Hiſpania vnde dicta, pag.363. B.1

Auca.

Auca ciuitas vbi ſita. p.63.B.C.

Auctoritas.

Auctoritas Concilij Illiberitani quanta. p.28 D. & ſeqq.

Quinam impugnarint. *ibid.*

Audientes.

Audientes, ſeu Auditores quinam Chriſtiani nuncupati. p.400.E.1

Audientes in primitiua Eccleſia quinam fuerint. 150.B.1

Audius.

Audius hæreticus Deum cõporeum quomodo probare ex ſcriptura conatus ſit. p.352. B. C.

Augur.

Augurum obſeruationes prohibitæ. p.472. D.E.1

Auguſtinus.

Auguſtinus cauſas audiebat maxime incognitorum, cur. p.435.B.

Auguſtus menſis.

Auguſto & Iulio menſe cur ieiunia olim ſublata. p.257.D.258.E.

Auri.

Auri oppidum hodie Iaën. p.92 D.1

Aurichalcum.

Aurichalcum ex quo conflatum pagina 409. C. 1

Auriga.

Aurigarum ars cur tantopere à Concilio Illiberitano damnata. p.477.A.& ſeqq.

Auriga cur infamis olim. pag. 478. C. 1. & E. 1

Aurigæ interdum Imperatores, pag. 479. B. C. 1

Quanto in pretio ildem Aurigæ habiti. *ibid.*

Victoria eorum quanti facta. *ibid.* B.1

Præmia iis conceſſa. *ibid.*

Patres eos inſectantur. *ibid.* C.D.E.1

B

Balſamon.

BAlſamonis error in interpretando canone 14. Concil. Sardic. p.239.C.

Baptiſmus.

Baptiſmus flaminis an à peccatis liberet. p.512. C.1

Sine

Sine baptiſmo poteſt interdum quis ſaluus eſſe. 544 B.
Baptiſmi miniſtri quinam. pag. 372. D. 1. & p. 373. C. 2
Hæretici an baptizare poſſint. pag. 372. 2.
Quando & à quibus dubitatum. pag. 373. A. 1
Ad Baptiſmum olim vitæ probitas & inſtructio prærequiſiat. p. 148. E. & 149. A. & ſeqq.
Ante Baptiſmum probati. p. 149. C.
Baptiſmus diebus ſolis Paſchatis & Pentecoſtes celebratus. p. 366. B. 1
Baptiſmus olim in fluminibus & fontibus collatus. p. 374. B. 1
Quando id prohibitum, *ibid.* C. 2
Baptiſmum petentes Chriſtiani appellati. pag. 400. C. 2
A Baptiſmo quinam repellendi, pag. 504. D. E. & p. 505. A
Baptiſmum extra Eccleſiam potuiſſe conferri, p. 574. A.
Item ab Infidelibus. p 575. C.
Ad baptiſmum admittendi infideles mos antiquus, pag. 503. B.
Baptiſmi olim conuiuiis celebrati. pag. 409. C. 2
Quando hæc conuiuia prohibita. ibid. D. 2
Baptiſmus Gentilibus in extremo periculo non denegandus. p. 376. E

Baptiſteria.

Baptiſteria vbi & quando extrui cœpta, pag. 374. D. 1. & ſeqq.

Baptizatus.

Baptizatus olim extra diœceſim, ad Ordines non aſſumebatur. p. 260. D. 1
Poterant tamen aſſumi ſi virtus eorum probe eſſet cognita. p. 261. A. 1
Baptizati ab hæreticis an ad ordines promouendi. p. 253. B.
Baptizati quidam ſoliti pro defunctis. p. 366. B. 2
Baptizatorum pedes abluti à miniſtro baptiſmi. p. 410. E. 1. & cur p. 411. A. 2
Mos ille à Patribus obſeruari vetitus, *ibid.* A. 2
Baptizati olim baptizantibus pecuniam dabant. p. 408. E. 2. & 409. A. 1
Idque prohibitum à Patribus. p. 409. C. 1
Baptizare omnes in neceſſitate poſſe. pag. 368. C.

Barba.

Barba vrbs antiqua. pag. 92. A. 2

Baronius.

Baronius auctoritatem Concilij Illiberitani derogat. p. 29. B

Baſilides.

Baſilides cur epiſcopatu deiectus. pag. 447. B. & ſeqq.

Baſta.

Baſta vrbs Hiſpaniæ quæ. pag. 87. C.

Bellarminus.

Bellarminus Concilium Illiberitanum erroris arguit, p. 30. A

Beatificatio.

Beatificatio Martyrum an Epiſcopis olim permiſſa. p. 477. A. 1

Benedictio.

Benedictio confirmationem interdum ſignificat. p. 540. E. & p. 542.
Benedictio frugum quam antiqua in Eccleſia. p. 412. C. D. E.
Benedicendi formula S. Gregorij. *ibid.* E. 1
Benedictio Iudæorum prohibita. *ibid.* E. 2

Baria.

Baria oppidum hodie *Vera.* p. 93. C. 1.

Bigamus.

Bigami à Sacris Ordinibus repulſi. p. 376. A
Poterant tamen baptizare. *ibid.*

Bonifacius.

Bonifacius Comes communione priuatus à S. Auguſtino cur. p. 289. E.

Bozius.

Bozius Concilij Illiberitani auctoritati aduerſatur. p. 29. E.

Burgos.

Burgos Epiſcopalis ſedes ab Auca tranſlata. p. 63. D.

C

Cæcilianus.

CÆcilianus abſolutus à Conſtantino. pag. 16. B.

Cædes.

Cædes inuoluntaria exilio punita apud Romanos. p. 159. C. 1

Cæſaraugustanus.

Cæſaraugustana Eccleſia in metropolitanam erecta. p. 69. E.

Caia.

Caia mulier in matrimonio quid. p. 383. E. & 384. A.

Camerinus.

Camerinus Epiſcopus. p. 80. A.
S. Camerinus quis. p. 80. D. 1

Candela.

Candelas accendi per diem Hæretici damnarunt. p. 316. D. 1

Canidia.

Canidiæ veneficæ ritus euocandi manes. p. 313. C.

Canonizatio.

Canonizatio Martyrum Epiſcopis nunquam conceſſa. p. 473. A. 1

Canon.

Canones veri Concilij Illiberitani. pag. 38. & ſeqq.
Canones Concilio Illiberitano falsò attributi. p. 53. A.
Canones Concilij Illiberitani ferme pœnitentiales omnes. *ibid.*

Canonicus.

Canonici olim in Doctorum locum ſuffecti. p. 504. C.

Capitilauium.

Capitilauium quid. p. 410. D.

Capitolium.

Capitolia multa fuere ad exemplum Romani. p. 447. E. & ſeqq. & p. 454. E.
Capitolium quodlibet templum inſtar Romani Capitolij. pag. 448. E. 1. 2. & p. 449. C. 2
Capitolij etymon. *ibid.* & p. 449. A. B. C. D.

Carpocratiani.

Carpocratiani ab Epiphane hæretico orti p. 132. A

Carranza.

Carranza Canones aliquos Concilij Illiberitani improbauit. p. 28. D.

Carthago.

Carthago ciuitas Hiſpaniæ. p. 93. E. 1

Digitized by Google

Catula.
Catula oppidum Hiſpaniæ. p.92.C.1
Caſſianus.
Caſſianus cognomento ſapiens. p.391.B
Caſtitas.
In caſtitatis voto ſolemni diſpenſare poteſt ſummus Pontifex. p.211 B.1
Caſtitas temporaria non vouetur apud Chriſtianos. p.206.C
Poſt caſtitatis votum an nuptias licitas ſenſerit Auguſtinus. pag.196.A.B.C
Caſtitate coniugij initi mœchiæ pœna ſoluitur. p.306.B
In caſtitatis voto an poſſit ſummus Pontifex diſpenſare. p.210.C
Caſus.
Caſu admiſſa delicta cur olim punita. pagin. 156.E
Catecheſis.
Catecheſis tempus variis temporibus diuerſum. p.150.B.1
Catechumatus.
Catechumenatûs tempus contractum. pagin. 388.E.1
Varium pro variis temporibus. pagin. 389 A.1
Catechumenatûs tempus fœminæ peccanti prorogatum. p.396.C.1
Catechumenus.
Catechumenæ fœminæ quinquennij tempus ad baptiſmum aliquando definitum. pag. 186.A
Catechumena ante baptiſmum cur pœnitentia affecta. p.501.C
Catechumenorum afflictationes ſponte ſuſceptæ ante baptiſmum.p.511 D.E.& p.512 A.B.1
Catechumenis penitior rerum ſacrarum intelligentia denegata. p 356.C
Catechumeni ab imaginis Chriſti aſpectu arcebantur : ab inſpiciendo baptiſmo & cur. p.358.B
Catechumeni cur poſt lectionem ſacram dimiſſi. p.357.A
Sacramento Euchariſtiæ conficiendo non intererant. *ibid* C
Catechumeni pane benedicto Euchariſtiæ loco reficiebantur. p.401.B.1
Miſſæ ſacrificio intererant. *ibid.*D.1
Ducebantur ad Epiſcopum. *ibid.*E.1
Catechumeni mitius habiti quàm fideles. p.106.B.2
Catechumenus apoſtata quomodo ante baptiſmum probatus. p.399.D
Catechumenus ante baptiſmum decedens an ſaluatus. p.503.C
Catechizandi ordo in primitiua Eccleſia. p.504.A.B.C
Catechumenis inſtituendis diuerſum tempus definitum. p.149.B
Catechumeni ante baptiſmum morientes, an æterna felicitate priuari. p.506.E. p. 507 A. p. 509. p.512.C.1.A.B.C.2
Catechumenis ſine baptiſmo defunctis,ſacrificium non debere offerri & laudes dici olim ſtatutum. p.508.D
A Catechumeno relicta an alteri nubere poſſit. p.181.& 182
Catechumeni quando baptizandi,& quomodo informandi. p.387.E
Catechumenorum pœna prorogatio baptiſmi. p.181.C.1
Catechumenorum inſtituendorum ratio. pag. 505.A.B.C
Pœnitentia eorundem. pag. 506. C. & 511. D.1
Catholicus.
Catholicæ vox diſtinctio veræ Eccleſiæ antiquiſſima. p.250.D.1
Ab hæreticis affectata. *ibid.* B.2
Cecrops.
Cecrops primus apud Græcos idololatriam inuexit. p.102.E
Cellula.
Cellulis meretricum nomen inſcriptum. pag. 396.C.2
Cereus.
Cereos in cœmeteriis incendi olim prohibitum. p.321.D.& ſeqq.
Cereos rebus ſacris adhibitos in Eccleſia ſemper probatum. p.330.E.& 331
Cereos accendi per diem hæretici damnabant. p.326.D.1
Quàm malè. p 328.A.1
Character.
Characteres Gothici quando inſtituti, quando ſublati. p.20.A
Chariuarium.
Chariuarium in ſecundis nuptiis prohibitum. p.524.A
Chriſtiani.
Chriſtiani Duumuiri inuiti creati. pag. 440. C 2.& 441.A
Deſidiæ dediti à Paulo Iuriſconſulto dicti. *ibid.* B.1
Chriſtiani Duumuiri excommunicati. *ibid.* B.2
Chriſtiani olim omnia bona communia poſſidebant. p.230.C
Chriſtiani quomodo à Gentilibus definiti. p.146.D
Chriſtianum fieri quid ſit. pagin. 377 & 478
Chriſtiani idolorum euerſores. pagin. 458 D.1
Chriſtianis ad pompas Gentilium veſtes commodare interdictum. pagin. 444 D.2
Cimon.
Cimon patrem cur matri poſtpoſuit. pag 151.D
Circenſes.
Circenſium pompa quid ſit. p.442.A.B.C. & 443.A.B
Circi colores. *ibid.*C
Circenſium ludorum pompa. pagin. 444 C.1
Circumcelliones.
Circumcelliones cupiditate Martyrij idola Gentilium euertebant. p 458.D.1
Honor Martyrum eis denegatus. pag. 471 E.1
Circumcelliones Martyrium ex inani gloria affectantes. p.468.A
D. Clemens.
D. Clemens an vxorum communioni fauerit p.130.A.B
Eius ſcripta expurganda. p.135.B
Clericus.
Clericis conuictus cum mulieribus interdictus.

ctus. p.284.B
Clerici vxor mœchata proiicienda. pagin. 491. B
Clerici ſpecimen integritatis & innocentiæ præbere debent. p.495.C
Clerici negotiatoris pœna. p.231.A.B
Clericos vendere ea quæ non emunt, non eſt negotiatio. *ibid.* D. E
Clericorum vſurariorum pœna. pagin. 236 C. D
Cleticis negotiatio quæ permiſſa quæ prohibita. p.229. B
Clericos Ethnici Imperatores donationum expertes eſſe voluerunt. *ibid.*E
Conſtantinus huiuſmodi legem abrogat. *ibid.* & 230
Cleticum mœchiæ crimen impedit ordinari & ordinatum deponi. p.305.D.E
Clerici cum ſecularibus habitare prohibiti. p.285
Cleticis fœminarum conſortium interdictum & quarum vero permiſſum. pag. 279. & p.284

Clinicus.

Clinici qui. p.366.E.1

Claudius Taurinenſis.

Claudius Taurinenſis hæreticus. pagin. 361. C

Cœlibatus.

Inter cœlibatum & matrimonium nihil medium quod non ſit reprehendendum. pag. 119.C

Cœmeterium.

In cœmeteriis cereos incendere prohibitum & cur. p.321.D. & ſeqq.
Cœmeteria à fidelibus frequentata olim. p.327. C.1
Cœmeteria antiquorum Chriſtianorum qualia fuerint. p.335.C.D
Cœmeteria veterum pietate quantum celebrata. p.338 E 2
Chriſtianis adiri à Gentilibus prohibita.p.339 A.B.1

Commendatitius.

Commendatitiæ litteræ quæ. pagin. 266 A.1

Coëmptio.

Coëmptio olim quomodo facta. pagin. 383. D

Collaria.

Collaria ſupplicium ſeruorum quid ſit. pag. 156.C.1

Columbar.

Columbar quid ſit. p.156.A.2

Comici.

Comici qui. p.497.E

Communicare.

Non communicantium corpori Chriſti munera olim ab Eccleſia non acceptata.p.290 E.& 291.A.B
Non communicantes qui. p.191 C.1
Munera eorundem reiecta. *ibid.* & pag. 293 B.2
Communicabant olim omnes fideles. pag.57 B.1
Communicantes ſine oblatione & cum oblatione qui. p.116.B

Communicatoria.

Communicatoriæ litteræ & earum vſus.p.445 C. & ſeqq.
Formula illarum. p.446.A.B.C
Communicatoriæ litteræ à fœminis datæ prohibentur. p.453.B.1
Communicatoriæ litteræ ad peregrinationem neceſſariæ. p.447.B.1
Cur Formatæ dictæ. *ibid.*D.2
Communicatoriæ litteræ quæ. p.266. A.1. & p.267

Communio.

Communio interdum Eccleſiaſtica tantum & ciuilis intellecta. p.125.A.& ſeqq.
Communio lapſis etiam in fine denegata à Concilio Illiberitano, quomodo intelligenda. p.110. D.E. & 111
Communio pacis quid. p.406.D.1
Communio laica quid. pag.537. D. & 538.A & p.539. per totam.
Ad communionem externorum litteræ communicatoriæ à fidelibus requiſitæ. p. 446 447. D. E.1
Communionis triplex genus. *ibid.*B.2
Communio in mortis articulo ſyncerè pœnitentibus an aliquando negata. pag.105.D & ſeqq.
Communionis vox in Concilio Illiberitano quid interdum ſignificet. p.106. C.2.p.107 D.E 1. & p.145.D.2

Compenſa.

Compenſas facere quid ſit. p.340.A.2

Competentes.

Competentes Chriſtiani quinam ſint.pag.401 A. 1

Concha.

Concha baptiſterium Eccleſiæ. pag.409. D.1 & ſeqq.

Concilium.

Conciliorum auctoritas maior in quæſtionibus iuris quam in quæſtionibus facti. p.109. B.2
Conciliis quinam intereſſe poſſint & ſuffragium ferre. p.94 E.2.& p.95
Concilij celebrandi ritus. p.64.B
Conciliorum promulgatio in Eccleſia fiebat. p.99.D
Recitatio eorundem. *ibid.*
Concilium Illiberitanum Arelatenſi primo præſtitit antiquitate. p.21.B.C
Quo menſe habitum. p.23.C
An omnium Conciliorum antiquiſſimum. p 25.D
Concilia particularia errare poſſe. pag. 327 C.2
Conciliorum vtilitas quanta. pagin. 57. E & 58
Quam frequentia olim. p.58.A.B
Concilij celebrandi forma. p.90.D
Concilia in Eccleſia ſemper habita. pagin. 59. E

Concubina, Concubinatus.

Concubinæ in veteri lege permiſſæ ex Ioſepho & Tertulliano. p.116 E
Concubinatus an in Concilio Toletano fidelibus aliquando conceſſus. p.117.E.& p.123 B.E.& 124.D
Concubinæ vox an duplicem ſenſum habeat. p.118.C
Concubinæ vox ab omnibus, Hebræis exceptis, in deteriorem partem accepta. p.118.D.E

Concubinæ

Digitized by Google

Concubinæ & vxoris differentia. *ibid.* E. & p. 119. A. B. C
Concubinatus à quib. Impp. vetitus. p. 119. C. D
Damnatus ab Apostolis. *ibid.* E. & p. 120. A.
à Patribus. *ibid.* & seqq.
Concubinarij omnes à Tridentino Concilio damnati p. 122. C.
Concubinatui an Augustinus fauerit. p. 122. E.
An Iustinianus Imperator. pag. 123. C.
An D. Isidorus. p. 126. E. & p. 127
Concubinarij cur olim interdum à communione non repulsi p. 124. A. B.
Concubinatus semper prohibitus in Ecclesia. p. 136. E. 1
Quinam auctores asseruerint aliquando permissum. *ibid.*
Concubina ab vxore quomodo differat. pag. 137. C. 1. & E. 2
Quomodo conueniat. *ibid.* E. 1

Confarreatio.

Confarreatio necessaria ad Flaminum matrimonium. p. 216. C. 1

Confessio.

Confessionis literæ quid. p. 166. 1

Confessor.

Confessorum literæ quanti apud Christianos olim habitæ. p. 161. E.
Confessorum literæ pro lapsis quorum malorum causæ. *ibid.*
Sublatæ & mutatæ. p. 267. D. 1

Confirmatio.

Confirmatio Gentilibus in periculo mortis non deneganda. p. 376. E.
Confirmationis Sacramentum quomodo & à quo olim collatum. p. 370. & 371
Confirmatio post baptismum an requisita. p. 373. C. 1
Qui confirmandi. p. 377. A. 1

Confiteor.

Confitens crimen sponte, leuius punitur quam convictus. pagin. 536. D. & 537. A. & 545. E.

Coniugati.

Coniugati ad Sacerdotium assumpti in priore Ecclesia. p. 320. C. 1
Conjugatis solemnis pœnitentia imponi non poterat sine eorum consensu. p. 214. B. 1

Coniugium.

Conjugia Virginum sacrarum & Religiosorum olim valida licet illicita, p. 102. B. 1
Coniugia cum Iudæis an valida. p. 220. B. 1. & p. 224. D. 1
Coniugij vsus Ordinatis, in Ecclesia Latina semper prohibitus. p. 520. D.
Coniugij spe sceleris interdum priuati p. 180. E. 2
Coniugij secundi ius solemniter pœnitentibus an concessum. p. 214. & 215
Coniugium puellæ cum Gentili vetitum. pag. 218. E. 1
Coniugium cum sorore coniugis defunctæ olim permissum. p. 475. B 1
Prohibitum iure Ecclesiastico. p. 476. C. 1
Coniugium cum fratre coniugis defuncti olim præceptum. p. 474. E. 1
Prohibitum iure Ecclesiastico. p. 476. C. 1
Coniugium secundum durante primo an Concilium Illiber. approbarit. p. 178. D.
Coniugij vsus quando & cur aliquando vetitus. p. 56. E. 2

Connubium.

Connubia cum Gentilibus prohibita. p. 216. & seqq.
Connubia cum Gentilibus an irrita. p. 217. E.
In foro Ecclesiastico. p. 218. A.
In foro ciuili. *ibid.* B.

Constantinus.

Constantinus magnus an vnquam Hispaniam sit ingressus. p. 17
Quo tempore obierit. *ibid.* D.
Constantinus magnus primus Christianos à Gentilitiæ superstitionis communione liberauit. p. 438. E. 1

Constitutio.

Constitutiones sine die & Consule editæ nulla vi pollebant. p. 62. D. 1
Quod mutatum. *ibid.*

Consul.

Sine Consule constitutio edita vi carebat. p. 62. D.
Consulum nomina Concilio Illibertitano cur non præfixa. p. 61. B.
Consulum nomina in Decretis Ecclesiasticis neglecta interdum. p. 61. E.

Continentia.

Continentiæ lex an semper ordinibus sacris annexa. p. 313. B.
Continentiam sacerdotalem in matrimonio an Impp. Honorius & Theodosius improbarint. p. 318. B.

Contritio.

Contritio sola an iustificet loco baptismi. pag 512. A. 2

Conuictus.

Conuictus cum mulieribus Clericis prohibitus. p. 284. B.

Conuiuia.

Conuiuia cum Iudæis vitanda. p. 413. D.

Copula.

Copula pro coniugio interdum sumpta. pag. 214 D. 1

Corduba.

Corduba Senecæ & Lucani patria. p. 72. E.

Corbilius.

Corbilius primus Romanorum vxorem repudiauit. p. 164. E.

Corona.

Coronis vti Sacerdotibus interdictũ p. 430. B.
Coronæ Gentilium quæ, & à quibus vsurpatæ. *ibid.* B. C. D.

Corpus.

Corpora Martyrum cur à Gentilibus in mare proiecta. p. 345. D.

Corporeus.

Corporeum esse Deum ex Scripturâ probare conatur Audius hæreticus. p. 352. B. C.

Couarruuias.

Couarruuias errorem affingit Concilio Illiber. circa matrimonium. p. 179. A.

Crimen.

Crimen capitale cur idololatria vocetur. pag. 104. D. E. & p. 105. A. B.
Crimen mortis quid. p. 595. A.
Crimina mortis tria. *ibid.* C. 2

Custos.

Custodes sanctorum corporum olim in Ecclesia instituti. p. 331. E. & 332. A. *& seqq.*

Currus.

Currûs inuentor quis. p. 443. C.

Cyrillus.
S. Cyrilli Diaconi Martyrium, & pœna interfectorum. p.48.D

D

Demon.
Dæmon erraticus ſpiritus dictus. pag. 296. C
Damoniaci.
Dæmoniaci ab Ordinibus ſacris repulſi p.302 C.1. Cur. *ibid.*
Liberati poſſunt ordinari. *ibid.* & p.303
Dæmoniaci à ſacris Eccleſiæ functionibus ſemper repulſi. p.301.B. *& ſeqq.*
Datianus.
Datiani Præſidis in Chriſtianos ſæuitia. pag. 18. A
Decentius.
Decentius Epiſcopus Legionenſis. p.85.C
Defenſores.
Defenſores olim quinam eſſent. p.439. E.2. & p.440. A.1
Defuncti.
Pro defunctis quidam baptizari ſoliti. p.366. B 2
Defunctorum memoriæ anniuerſariis vigiliis celebratæ. p.407.D
Delator.
Delatores ſub Imperat. præmia aſſecuti. pag. 526.B.C.D. & p.527.B.C.1.
Pœna illorum canonica. pagin. 528. C. D
Delatorum pœna. pag.525.E. & 516. pag.527. A. 1
Delatorum inimici Titus & Veſpaſianus. p.526. D
Delia.
Delia vetus Ciuitas Bœticæ. p.93. C.1
Delictum.
Delictum iteratum grauius punitum. p.407. E.1. & 2. A.B.C
Delicta caſu admiſſa cur olim punita. pag. 156.E
In delictis puniendis animus magis quam exitus ſpectandus. p.158.D.1
Delicta inuoluntaria interdum punienda. pag. 158.E.2
Delubrum.
In delubrorum loco Eccleſiæ à Chriſtianis ædificatæ. p.449.E.
Delubra Diis primi ſtatuerunt Ægyptij. pag. 100.D
Diaconus.
Diaconi olim in carcerem miſſi vt Martyrum deſideria gubernarent. p.264
Diaconi tres Epiſcopum comitati. pagin.69. D. E
Diaconi ſtabant in Eccleſia. pag.87. E. & p. 88. A
Diaconi Legatorum Epiſcopi in Conciliis ſubſcribebant. p.90.B
Diaconus Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ capax. p.540. D
Curam populi ſuſcipiebat. p.541. D.E.2
Diaconus ſi reus ob crimen mortis olim pe-

ractum detegitur, deponendus. pagin. 534. D
Diaconis vxores habentibus prohibitus ad altiores Ordines progreſſus. pagin. 320. C. 2
Diaconi ſeptem ſtatuti qui geſta Martyrum ſcribi curarent. p.467.A.B.C
Dialis.
Diali Flamini nefas hederam tangere, cur. p.227.B
Dies.
Dies & Conſul Conſtitutionibus & Ordinationum litteris addi debebat. p.62.D.1
Dies & Conſules interdum in actis Conciliorum deſiderati exſcriptorum negligentia. p.13.D
Dimiſſio.
Dimiſſio vxoris quomodo licita. pag. 181. & 184
Diocletianus.
Diocletiani perſecutio omnium ſæuiſſima. p. 17. E
Dionyſius.
Dionyſius Corinthius ſacerdotum coniugatorum ſeparationem ab vxoribus improbat. p.317.E
Dioſcorus.
Dioſcorus Architheater ad fidem traductus. p.498.E
Diuortium.
Diuortium an apud Chriſtianos licitum eſſet, olim dubitatum in tota Eccleſia. pagin. 167. E
An diuortium licitum aſſeruerit Lactantius. p.174.C
Diuortium cur à Patribus vetitum. pag. 161.C
Diuortium ſine iuſtâ causâ & iudicio Epiſcoporum nunquam licitum. 166.E
An circa diuortium Ambroſius errauerit. *ibid.*
Diuortij antiquitas. p.164 D.E
Primum apud Romanos diuortium. *ibid.* E
Pœna iniuſtè diuertentium. p.165.A
Diuortij culpa quomodo olim punita ſiue ex parte vxoris, ſiue ex parte viri. pag.514. D. E
Dominus.
Domini quando debent ſeruorum idola diruere. p.386.D
Dominæ ancillam verberibus enecantis pœna. p.153.E.2. & 156.A.2
Domini in ſeruos ius vitæ neciſque habuere. p.155.C.1
Quando limitata hæc poteſtas & ablata. *ibid.* E. *& ſeqq.*
Eorumdem ſæuitia cohibita. p.156.A.1
Dominorum in ſeruos poteſtas quæ. pagin. 154.C
Dominicalis.
Dominicalis linteaminis genus. pag. 244. E.1
Dominicus.
Dominico tantum die olim ſacrificia celebrata. p.243.E
Dominicis tribus abſens ab Eccleſia quomodo correptus. pag.238.E. & pag.240.C.D. & p.244.A.B

Digitized by Google

Dominicis diebus qui diutiùs ab Eccleſia aberant quomodo puniti. p.240.E.1.& 2
In propria Parochia adeſſe fideles iuſſi iiſdem diebus. p.243.B.1.& p.247.C.D.1
Dominicum diem an Conſtantinus primus appellarit pro ſolis die. p.241.D
Dominico die Chriſtiani ſtantes orabant p.242.A
Beneficia illius diei. *ibid.*
Dies Dominicus an olim feriatus. *ibid.*C
Illo die Chriſtiani quid egerint, pag.242. E. & 243 A

Domus.

Domus Ethnicorum ſimulacris repletæ. pag. 380. E

Donatiſtæ.

Donatiſtæ in cœmeteria & templa Chriſtianorum ſæuiunt. p.349.B
Donatiſtæ diem & Conſules in Conciliis expunxere. p.61.C

Donatus.

Donatus in Concilio Arelatenſi damnatus p.16. B

Dubium.

In dubiis quid ſit ſequendum ex Iuriſconſultis. p.360 B

Dulia.

Duliæ cultus quibus deferri ſolitus. pag. 344.A

Duumuiri.

Duumuirorum officium quodnam eſſet. pag. 439. E. 1
Eorum dignitas. *ibid.* E. 2. & pag.440. & ſequentibus.
Duumuiri Chriſtiani inuiti creati. pag. 440. C. 2
Duumuiratus quod munus & quantopere appetitus. p.439.B

Ebora.

Ebora in Carpetanis Hiſpaniæ. p.87.A

Eccleſia.

Eccleſiæ ab Apoſtolorum temporibus Deo dicatæ. p.245.C
Eccleſia Conciliorum habendorum locus. pag.59.E
Eccleſiæ in delubrorum loco ædificatæ. pag. 449.E.1.2.& p.454. A
Exuperius Hiſpaniarum præfectus. p.18. E
Eccleſia pro Eccleſia parochiali ſumpta. pag. 247. C.1
Eccleſia Chriſtiana manſuetudine & modeſtiamagis quam vi & impetu pro pagatá. pag.457. E

Elbora.

Elbora vrbs Carpetaniæ. pag.86. E

Eliberis.

Eliberis vetuſtis Geographis neognita. pag. 2. C.

Elipandus.

Elipandus cur damnatus. p.361.A.p.10

Eliocroſa.

Eliocrota vrbs vbinam ſita. p 72.C

Eliocrota.

Eliocrota vrbs Hiſpaniæ *Lorca* nunc dicta. pag.72.B

Emerita.

Emerita vrbs Hiſpaniæ vnde nomen ſumpſit. d.84.D

S. Encratis.

S. Encratidæ Martyri nondum extinctæ templum dicatum. p.473.A.2

Energumeni.

Energumeni baptizandi in extremo periculo. p. 365.A.B
Luminaria accendere prohibiti. p. 367. B
Energumenorum oblationes repulſæ. p.295. C. 1
A ſacramentis & publicarum orationum participatione repulſi. *ibid.*1
Qui & quando admiſſi. p.298 B.1
Energumenos dari negarunt aliqui hæretici. pag. 295
Energumeni vocis etymon. pag.295 B
Energumeni à miniſterio altaris reiecti. *ibidem.*
Nomen eorum ad altare non recitatum. pag.296. E & 299 B
Energumeni in primitiua Eccleſia extra tempus baptizati. p.366.E.1
Iidem in Eccleſia miniſtrare prohibiti. pag.367.D.1

Epilogus.

Epilogus Auctoris ad Clementem Pontificem. pag.554.& ſeq.

Epimenides.

Epimenides Cretenſis primus templa Diis extruxit. p.100.D

Epiphanes.

Epiphanes hæreticus vti Deus cultus. p.131. & 132
Auctor ſectæ Carpocratianorum. *ibid.*

Epiſcopatus.

Epiſcopatus ſummus Pontificatus dictus. pag. 207. C

Epiſcopus.

Epiſcopi contrarium facientis pœna.p. 423. A. 1
Epiſcopis olim conceſſum baptizare. pagin. 368. C. D
Epiſcopi ſummi Sacerdotes olim dicti. pag. p.206. E
Summi Pontifices, ſummi Antiſtes. *ibid.*
Epiſcopi Aragonenſes ex Benedictinis eligi debent cur. p.210.E
Epiſcoporum mœchantium pœna. pag. 216. E. & 227
Epiſcopi duo eiuſdem ſedis. p.9
Epiſcopi ſoli Martyres Sanctorum catalogo adſcribebant. p.472.C
Epiſcopus ſolus pœnitentiam concedere poterat. pag.307.308.309.& 310
Epiſcopi ſuis ſedibus electi, ab aliis honorificè ſuſcepti. p.21.C.D
Epiſcopi Sancti & Sanctiſſimi dicti. pag. 59 C. 1
Epiſcopis agere cum fœminis ſine diaconis, presbyterorum præſentia olim vetitum. pag.283.D.E
Epiſcopi ad conſidendum & ſubſcribendum ordinem ordinationis ſuæ obſeruabant. p. 64. A

Erraticus.

Erraticus Spiritus dæmon appellatur. pagin. 196. C

Ethnicus.

Cum Ethnicis conuictus quando vetitus. p.435.D.2

Euchariſtia.

Euchariſtia purgationis ſpecies in Eccleſia. p.228.A.2

Euchariſtiam ſumendi ritus in primitiua Eccleſia. p.244.E.1

Domum eadem deferebatur. *ibid.*E.2

Euerſio.

Euerſio idolorum quomodo prohibita & quomodo commendata. pagina 458. D. E. 2

S. Eulalia.

S. Eulalia Idola euertit. p.458.D.1

Euocare.

Euocare animas Gentiles ſoliti. pagin. 328. E.1

Excommunicatus.

Excommunicati munera ab Eccleſia olim repudiata. p.287.E

Excommunicatus ab vno Epiſcopo ab alio non poteſt ad communionem admitti. pag. 422.E.2.

Excommunicatos ab vno Epiſcopo, ab aliis non eſſe reconciliandos. p 521 E

Excommunicati fideles in primitiua Eccleſia quibus de cauſis. p.111.& p 112

Externi.

Externi ſiue peregrini olim ordinari vetiti. p.259.E

Modo non ordinantur ſine Epiſcopi literis commendatitiis. p.260.A.B

Extraneus.

Extranea fœmina quænam ſit in Conciliis antiquis. p.279.C.D.E

Extrema Vnctio.

Extrema Vnctio olim pœnitentibus denegata. 113.A

F

Falſus.

FAlſi teſtis pœna. pag.529.E. & pag.530. & 531

Crimina falſi teſtis. p.530.E.2

Falſa accuſatio Clericorum quomodo coërcita. p.533.C. & ſeq.

Famoſus.

Famoſorum libellorum pœna. p.418.E. 419. A. 420.A.B

Felix.

Felix Vrgellitanus cur damnatus. pagina 361. A

Felix qui Concilio Illiberitano interfuit quinam fuerit. p.65.A.& ſeqq.

Fœmina.

Fœminæ cur vigiliis ſactis intereſſe prohibitæ. p.336.A

Fœminæ communicatorias dare literas prohibentur p.553.B.1

Fœminæ peccanti protogatum catechumenatûs tempus. p.396.C.1

Fœmina extranea & ſubintroducta quæ ſit apud veteres Patres & Concilia. pag.279. C.D

Fœminarum conſortium Clericis quantum à Patribus & Conciliis interdictum. pag.279. & 280. *& ſeqq.*

Quæ fœminæ cum Clericis degere permiſ-

Ferd. de Mendoza.

ſæ. p.280.C.D.& ſeqq.

Feretrius.

Feretrio Ioui templum primum Romæ dedicatum. p.160.D

Feria.

Feriæ quartæ ieiunium quando abolitum. pag. 257. B. 2

Cur inſtitutum. pag. 257. C.1

Feriarum nomen loco Martis, Mercurij, &c. dierum à Conſtantino inductum. pagin. 24. E

Feſtum.

Feſta martyrum quam antiqua, & quam celebria. p.463.B.C

Filius.

In filios parentum culpa quando redundet. pag.25.D

Filij filiæque familias ſine parentum conſenſu obligari ſponſalibus non poterant. p. 427. B. 1

Filiorum & filiarum conſenſus ad matrimonium requiſitus. p.417.B.C.D.1

Flagella.

Flagellorum pœna quanta. p.159.E.1

Flagra.

Flagris ſerui cæſi apud Romanos. pagin. 152. D

Flamen.

Flaminum priuilegia. p.225.D

Flaminis matrimonium morte ſolùm diſſolutum. p.226.C.1

Flamines Chriſtiani quomodo peccabant. pag.114.C.& p.116.B.1

Vox hæc vnde dicta. p.115.A.1

Quandonam his venia in fine conceſſa. pag. 145.E.1

Flaminibus cur triennij tempus præſcriptum ad baptiſmi perceptionem. p.148.E

Flaminum Officium, ornatus, inſtitutio. pagin. 114. B

Flauius.

Flauius Epiſcopus Eliberinus. p.81.F

An Religionem Catholicam repudiarit. p.82. A

Vita eius. pag.83.D

Flauij Hiſpani vitæ ſumma. p.84.C

Fœneratio.

Fœneratio Clericis interdicta. pagin. 235 C. 1

Fœtus.

Fœtus proprios interimentium pœna. p.486 487.& p.488.

Sententia Platonis circa id iniquiſſima p.488 C

Fons.

Ad Fontes, Gentilium vota perſoluta. p.341. A. 1

Formatus.

Formatæ literæ. pag.266.B.1

Fornicatio.

Fornicatio cum infideli quam cum fideli grauiùs punienda. p.545.B

Forum.

Forum exterius Eccleſiæ quam antiquum fuerit. p 531.& 532

Francofordienſis.

Francofordienſe Concilium an Illiberitanum damnarit. p.360.D

Fruges.

Fruges iam à temporibus Apostolorum benedici solitæ. p.412.D.1.& quæ.*ibid.*

Fruges fidelium à Iudæis aut Gentilibus benedici non debere. 411.D

Furari.

Furanti ex necessitate aliquando pœnitentia imposita. p.257.E.& p.158.A

Furtum.

Furtum iteratum quomodo olim punitum. p.407. B. 2

Fur.

Fur manifestus grauius punitus. pag. 407. C. 2

Fustis.

Fustibus liberi cæsi. p.253.A.1

Fustibus cæsi ingenui apud Romanos. pag. 152. D

G

Galilæi.

GAlilæi Christiani dicti. p.433.A

Gallus.

Galli Imperatoris zelus in Religionem Christianam. p.412.B.C

Gazophylacium.

Gazophylacium olim, hodie sacristia. pag. 289. B

Genesius.

Genesius Mimus ad Christum conuersus.pag. 498. E

Gentilis.

Vox Gentilis interdum pro catechumeno sumpta. p.454.C.1

Gentilibus connubia an irrita. pagin. 217. E

Gentilium in extremo periculo non denegandus baptismus aut Confirmatio. pag. 376. E

A Gentilibus Christianorum fruges non debent benedici. p.413.C

Gothicus.

Gothicorum Characterum vsus quando cœpit, quando desiit. p.20.A

Græcus.

Græcis sacerdotibus coniugatis matrimonij vsus licitus. p.318. & 319

Granata.

Granata est Illiberis antiqua. p.12. & 13

Granata ex Illiberi orta. p.2.E. & 3.A

An à malo punico dicta. *ibid.*

Gregorius.

Gregorius magnus vsum coniugij diaconis coniugatis permittit. p.318 D

Gregorius Flauij successor. p.83.& 84

H

Hæretici.

CVm Hæreticis Connubia quam pernicioſa. p.112.B

Prohibita à Concilijs. *ibid.*C. D

An valida. *ibid.*E. & p.223

Hæretici scriptores quomodo & quousque audiendi. p.77. A

Hæretici pœnitentes pristinis honoribus restituti. p.417.B.1.& seqq.

Hæreticorum irregularitas vnde contrahatur. *ibid.* E. 2

Hæretici non sunt ordinandi & ordinati deponendi. p.416.A

Quæ limitatio adhibita. *ibidem* C. D. & 417

Hæretici libros interdum impios Catholicis affingunt. p.128.C.D

Hæreticis resipiscentibus communio à Patribus Illiberitanis concessa. p.150.D.2

Hæretici Virginitatis hostes. p.304.D.2

Hæretici Conciliorum hostes. p.94.D.1

Hæreticorum matrimonia cum Catholicis an & quomodo prohibita. pagina 219. & 220

Haurio.

Haurio, ferio. p.478.D.2

Hebdomada.

Heldomadarum festum quando à Iudæis celebratum. p.383.B.2

Hierarchicus.

Hierarchicus ordo quandonam primùm distinctus. p.447.A.1

Hispani.

Hispani ad carnis illecebras olim propensi. p.149. E

Hispanicarum diœceseon diuisio. p.7.B

Histriones.

Histriones electi ab Vrbe à Tiberio. p.484. A. 1

Homicida.

Homicida casualis quomodo punitus. p.159. D. 1

Homicidium.

Homicidium perpetuâ pœnitentiâ damnatum. p.151.E.1

Homicidium & mœchia tempore Concilij Illiberitani veniam nec in fine merebere. p.488.D.1

Homicidium fortuitum quomodo castigatum. p.158.B.C

Hyæna.

Hyænæ sanguine Magorum conatus impediri ait Plinius. p.324.E.325

I

Ianuarius.

IAnuarius Episcopus quis. p.86.A.1

Iconomachia.

Iconomachiæ Hispani semper inimici. pag. 361. D.E

Idolium.

Idolium quid. pag.379.E.1

Idololatra.

Idololatræ quomodo à Christianis Imperatoribus puniti. p.105.B.C

Idololatræ relapsi quomodo nunc puniantur. p.113.C.D

Idololatria.

Idololatriæ antiquitas. p.103. A. B

Idololatriâ cur maleficium perfici dictum. p.160. C

Idolatria ludis & Sacerdotij coniuncta. pag. 146. 147
Idololatriæ peccatum perpetuâ pœnitentiâ damnatum. p.151.E.1
Idololatriæ crimen in quibus contrahatur. p. 431.B
Idololatria cur crimen capitale seu principale dicitur. p.104.D.E

Idolothytum.

Idolothyta Oeconomorum, possessoribus non esse tribuenda. p.378.D.E

Idolum.

Idòla gentium an Apostoli euerterint. pag. 459. E
Idola destruentes cur ab Hispanis Patribus in numerum Martyrum non relati. pag.455. D. *& seqq.*
Idola diruta in publicam vtilitatem conuersa. p.471.D
Idola in Conciliis adorari prohibita. pag.385. D. 1
Idola & templa Gentilium qua prudentia euertenda. p.469.E
Idola Gentium euertere neminem teneri. pag. 459.B
Posse tamen suo tempore & loco. *ibidem.*
Idolorum euersio quomodo prohibita, & quomodo commendata. pagin. 458. D. E. 2
Idoli vocis etymologia. p.101.A
Idoli definitio. *ibid.* B. C
Idolorum vsus vnde exortus. *ibid.* D. & p.103. A
Eorum antiquitas & primi auctores, *ibidem.*
Idolis sumptus vnde præstiti. pagin. 380. A. B.

Ieiunium.

In ieiunis locorum consuetudinem Patres secuti sunt. p.169.D.E.& p.171.A
Ieiunia Iulio & Augusto mense cur olim sublata. p.257.D
Ieiunium sabbathi cur in Ecclesia Occidentali præceptum, in Orientali interdictum, p.268. *& seqq.*
Ieiunij & abstinentiæ distinctio, pagina 254. C
Ieiunij finis. p.455.C.D
Ieiunia superponere quid. pagin.256. B.1
Ieiuniorum antiquitas. *ibid.*
Ieiunium feriæ sextæ & sabbathi vnde ortum, p. 277.A.1
Variatum in eo ab Ecclesia Orientali. *ibidem.* B

S. Ignatius.

S. Ignatius ieiunium sabbathi an impugnarit. p.276.C

Illi.

Illi vox pro populo vsurpata. p.3.B

Iliberis.

Illiberis Narbonensis. p.6.B
Illibertis Bætica. p.6.B
Illiberis duplex in Hispania. pagina 12. C.1
Eadem est quæ nunc Granata. *ibidem* E. 1

Iliberitanum.

Illiberitani Concilij variæ appellationes. pag. 2. C
Illiberitanum Concilium Granatæ celebratum. p.13.C
An ante Nicænum fuerit celebratum pag. 23. E.1
Sub quo Imperatore. p.24.A.& seqq.
Illiberitani Concilij auctoritatem qui Catholici damnarint. p.24.E.1. & p.56.E
Quo anno celebratum. p.24.C.2
Primum fuit Hispaniæ concilium. pagina 29. B.1
Illiberitanum Concilium vbinam habitum. p.1. & seqq.
De tempore eiusdem. p.13.D. & seqq.
Illiberitanum Concilium an auctoritatem habeat cum eius acta die & Consule careant. p.62.E
Illiberitani Concilij veti Canones. pag.38. & seqq.
Eiusdem Canones supposititij. p.53.A
Concilium Illiberit. generale totius Hispaniæ. 70. D
Concilium Illiberitanum ante postremam Diocletiani persecutionem celebratum. pag.19. A
Ante Constantini imperium. *ibid.*
Cur id Concilium ab Isidoro omissum. p. 19. D. E

Illipa.

Illipa vrbs vbinam sita. p.91.E.1.& 2

Illiturgis.

Illiturgis Hispaniæ vbi sita. p.91.A.1

Imago.

Imago Dei esse nequit. p.349. C. D.& pag. 350. A & 352. C. D
Eadem vetita fieri. *ibid.* E
Imaginum cultus ab Apostolis inchoatus, p.362.E.1.& 363.A
Imagines cur inuentæ. p.363.C.1
Idiotarum libri. *ibid* D.
In parietibus pingi cur prohibitæ. p.364. 364. A.1
Imagines pictæ cur aliquando reiectæ. p.362. A. 1
Imagines sacræ ab Apostolorum temporibus in Ecclesiis pingi solitæ. pag.343. B. *& seqq.*
Cur in Concilio Illiber. pingi vetitæ. *ibidem.*
Imagines pingendas in Templis quomodo vetet Concilium Illiber. pag.358. A. E. & p.359. A

Imperatores.

Imperatores qui in Christianos sæuierint. p 332.B
Imperatores Ethnici qui Christum agnouerint. ibid.C.D
Imperatores Conciliis interfuerunt defensuri eorum auctoritatem, non suffragia laturi. p.95.A.1

Impius.

Impiis morientibus olim suffragia Ecclesiastica denegata. p.507.E

Impositio.

Per impositionem manuum perfici quid sit. p.369.A.& p.370

Incestuosi.

Incestuosi quomodo puniti in Concilio Vermeriensi. p.179.E

Incorporeus.
Incorporeus Deus, p.347.C.D.
Indi.
Indi etiam sine crimine & viui & morientes interdum à communione repulsi. p.112.D.
Indulgentia.
Indulgentiarum vsus quam antiquus. p.264. 265
Inebriatus.
Inebriato per accidens pœnitentia olim imposita. 157.C.
Infantes.
Infantes ab hæresi recedentes sine pœnitentiâ admissi & quomodo. p.253.D.
Infidelis.
Ab Infidelibus potest conferri baptismus, p.375.C.
Cum Infideli matrimonium an & quomodo prohibitum. p.218.219.& 220.
Initiatus.
Initiati apud Gentiles munus aliquod largiebantur. p.409.B.1
Iniuria.
Iniuriæ scripto illatæ grauitas. p.420.C.1.
Quomodo iure ciuili punita fuerit. *ibid.*
Innocentius III.
nocentius III. Orientalium sacerdotum matrimonij vsum non improbat. p.221
Inquietare.
Inquietare Spiritus sanctorum quid sit. p.321 *& seqq.* Item p.331 E.& seqq.
Infans.
Infans à sacris Ordinibus prohibitus à Conciliis p.302. A.
Inuisibilis.
Inuisibilis Deus probatur à Minutio. pagin. 347.B
Ab ethnicis. p.352.E.
Iouinianus.
Iouinianus virginitatis hostis. p.304.D.1
Iteratio.
Iteratio delicti grauius plexa. p.407.E.1
Iudæus.
A Iudæis Christianorum fruges non debere benedici. p.411.D
A Iudæorum mensa & commercio fideles debent abstinere. p.413.C.
Iudæorum familiaritas vitanda p.ag. 415. B.C.
Cum Iudæis inita matrimonia an illicita: an irrita. p.223. E.
Cum iisdem conuersis an licita coniugia. p.224.C.
Iudæorum nomine Christiani vocati olim. p.432.E.& 433. A.
Iudæorum benedictio à Christiani repudiata. p.412.E.2
Iudæorum communio Christianis prohibita. p.415.D.1
Iulianus cur præfecturas Christianis adimit, p.433.E
Iuliani Imperat. opera à Deo repudiata p.188. B.C.
Iulio & Augusto mense cur ieiunia olim sublata. *Iurisdictio.* p.257.D.
Iurisdictio forensis Ecclesiæ competit à tempore Apostolorum, p.531. D. & 532
Iurisdictionis Ecclesiasticæ capax est diaconus, p.540. D. *Iuuencus.*
Iuuencus presbyter. p.93.C.2
Iuuenis.
Iuuenibus cur pœnitentia negata. pagina 214. A

L

Lac.

LAc & mel à Christianis oblata. pag. 292

Laicus.

Laicos suffragium præstare debere in Conciliis censuerunt hæretici. p.94.E.1
Laica communio quid, pagina 537. D. & 538. A
Inter laicos communicare quid. pagina 538. C.
Laicorum baptismus perfectus. p.368.E
Lampades.
Lampades accendere in Ecclesia antiquissimum. p.318.A.1
Item apud Gentiles. p.319.A.
Laneus.
Laneæ effigies Paganorum quæ. pag. 342 C. 2
Laodicenus.
Laodiceni Canonis circa oblationem explicatio. p.288.E.
Lapis.
Lapides diis consecrati adorari prohibiti. p.470. C.
Lapsus.
Lapsis pax concessa per literas Martyrum siue Confessorum. p.261.& 262
Lapsorum duplex genus. p.146.C.1
Lapsis pœnitentiam non negasse Patres Illiberitanos. p.248.D.
Lares,
Lares coli vetiti à Christianis. pagina 385. C. 1
Larium cultus. p.381.D.E.
Lararium.
Lararia apud Gentiles. pagina 385. C. 1. & D. 2
Sancta apud ipsos sed non sacra. pag. 386 B. 1
Lararium Alexandri Seueri. p.381.D.
Latria.
Latriæ cultus hominibus exhiberi prohibitus. p.344.A.B.
Quid vox hæc significet. *ibid.* E
Colere in rebus sacris quid sit. pag. 344. E. & 345. A
Laura.
Laura oppidum. p.92.A.2
Legatus.
Legati Pontificij Concilio Illibertitano adfuere. p.62.C
Lena.
Lenarum mulierum pœna. p.187.A
Leno.
Lenonum parentum pœna Ecclesiastica & ciuilis. *ibid.* C.D
Antiqua lenonum pœna. *ibid.* E. & pag. 188 A.B.C
Varia lenociniorum genera. p.189.A.B
Lenonibus communio etiam in fine denegata. p.189.D
Lenonis mariti pœna. p.518.C

Lenonum

Lenonum pœnæ variæ. *ibid.*E
Lenones grauiùs puniti quam adulteri & ſtupratores. 189.E.1
Definiuntur, *ibid.*2
Variæ ſpecies lenonum. p.190.1
Pœnæ eorundem. *ibid.*A.2

S. Leocadia.

S. Leocadia martyr ſub Diocletiano paſſa. p.18.C

Lex.

Leges antiquorum cur breuiſſimæ. pagin. 267. C
Leges Imperatorum in Senatu recitatæ. pag. 99. D
Leges ſine die & Conſule irritæ. pagin. 61. B
Quæ exceptio. *ibid.*C.D
Leges futuris tantum regulam imponunt. *ibid.*E

Libellatici.

Libellatici quinam forent. p.139.A
Notâ turpitudinis iniuſti. *ibid.*C.& p.140
Minus quam ſacrificati peccabant. p.143.A
Libellaticorum alia definitio. *ibid.*C
Libellatici qui. 146.C.1

Libelli.

Libelli famoſi auctores quâ pœnâ puniti.pag. 418.E. & 419
Quomodo diſſimulati ab Auguſto. pagin. 419.D
Ab Theodoſio, Honorio & Arcadio. *ibid.*
Libelli famoſi quomodo puniti. pagin. 420 A. 421
Illorum auctores excommunicati. pag. 421 A. 2

Liberius.

Liberius Epiſcopus Emeritenſis quis. pag. 85.A
Liberius Epiſcopus Emeritanus Illiberitano & Arelatenſi primo Concilio intereſt.pag. 84.E

Legio.

Legio ciuitas vnde nomen ſumpſerit. pagin. 85.B

Liberi.

Liberi fuſtibus cæſi. p.153.A.1

Liber.

Libri impij ab hæreticis interdum Catholicis impoſiti. p.128.D.& 129.A

Litera.

Literarum Martyrum pro lapſis exemplar. p.162. C.E
Quantum interdum noxiæ. pagin. 263 & 264
Literas Monachi ſcribere vetiti. pagin. 553 B. 2

Literatus.

Literati difficilius credunt ideo diutius probandi, *ibid.*
Literis duplicibus antiqui non vſi. pagin. 2. D

Lotharius.

Lotharius indignè communicans punitus. p.228. A.2
Lotharius Imperator ob diuortium cum Thietberga diuinitùs caſtigatus. pagin. 169.B

Lotio.

Lotio pedum in Eccleſia olim conſueta. p.410. A
Lotio capitis in eius locum ſucceſſit. *ibid.*D

Lucerna.

Lucernæ in ſepulchris Chriſtianorum accenſæ. p.328. B.2
Item in ſepulchris Gentilium. pagin. 329 A. 1

Lucus.

Luci culti in Galliæ. p.341.D.1
Item apud Germanos & Athenienſes. *ibid.*E

Ludi.

Ludorum apparatus ad Duumuiros pertinuit, p.440.D.1
Ludos agere Clericis prohibitum. pag. 484 A. 2
Ludi Romanorum cum idololatria coniuncti. p.146. & 147

Luminaria.

Luminaria in Eccleſiis accenſa tempore Concilii Illiberitani. p.367.B

M

Magdeburgenſes.

Magdeburgenſes errant circa tempus Concilij Illiberitani. p.13.E.& 14

Magia.

Magiæ variæ ſpecies. p.325.A

Magus.

Magi & Aſtrologi olim affines. p.161.A.B

Magiſtratus.

Magiſtratus Ethnicos gerere Chriſtianis interdictum,cur. p 434.A.B.C.& p.436.B
Magiſtratus Gentilium à Chriſtianis repudiati. p.437.C.D

Malaca.

Malaca vrbs Bœticæ. p.72.D

Maleficus.

Malefici grauiſſimè ſemper puniti. p.161.E.2

Maleficium.

Maleficij grauitas quanta. p.162.A.1
Conſenſus cum idololatriâ eiuſdem. *ibid.*B.2
Maleficium idololatriâ cur perfici dicatur p.160.C

Manes.

Manes euocandi profeſſio. p.322.E.323
Idque interdum per herbas. p. 304.D

Marcellinus.

Marcellinus ſchiſmaticus multa in Oſium confinxit. p.76.E

Marcus Antoninus.

Marcus Antoninus Chriſtianis fauet cur. pag. 432. D.

Marcus.

S.Marci Martyrium ſingulare. pag.468.E. & pag.469. A

Maritus.

Maritorum pœna conſentientium vxorum adulterio. p.517.C
Apud Ethnicos conſenſus ille licitus. pag. 518.B
Mariti adulterium committentis pœna, pag. 513. A

S. Martiana.

S. Martiana idola Toleti euertit. pag. 458. E. 1

S. Martinus.

S. Martinus Dominus Martinus in Gallia vocari ſolitus. p. 336.E
S.Martini vigiliæ cur prohibitæ. p.340.B.1

Martiolus.
Martiolus ſeu Martianus primus Hiſpalenſis Epiſcopus. p.66.B
Martyrium.
Martyria quam religiosè culta. pagin. 466 C.D
Martyrio ſe quidam exponebant ad inopiam ſubleuandam. p.457.C
Martyrium an pecuniâ data redimere ſeu vitare liceat. p.145.B.1
Martyr.
Martyres olim ſoli Epiſcopi in cœleſtium numerum referebant. p.472.C
Martyres vindicare quid. *ibid* D
Martyrum corpora quam honorificè ſepulta. p.464.A
Cum Dalmatica & colobio purpureo. *ibid.*C
Martyres ſoli in Eccleſiis ſepulti. *ibid.*D E
In altari reponebantur. p.465.A
Epitaphia honorifica iis appoſita. *ibid.*B
Miſſæ ſuper iis celebratæ. *ibid.*C
Eccleſiæ in eorum honorem extructæ. *ibid.*D
In Eccleſiis Martyrum hiſtoria depicta. E. & cur. p.466.A
Cuſtodes reliquiis eorum appoſiti. *ibid.*B
Nomina eorum Chriſtianis impoſita. *ibid.*E
Iuramenta ſuper eorum reliquias facta. *ibid.*
Martyr eſſe non negatur à Concilio Illiberitano qui frangit idola, ſed non debere referri inter Martyres aſſerit. pag. 461. C & ſeqq.
Martyrum memoria quotannis celebrata. p.462.A
Martyrum natalitia dies paſſionis. *ibid.*B
Pro Martyre quomodo poſſit orari. pag. 461 B. C. D
Martyrum literæ quantum lapſis olim prodeſſent. p.261.E
Harum formula. p.262.C.& E
Martyrum cuſtodes in Eccleſia qui olim eſſent. p.331.E.& 332.A.B.C
Martyri templum nedum extincto dicatum. p.473. A.1
Martyrum reliquiæ quâ veneratione cultæ. p.463.D
Martyrum memoria annua die celebrata. p.458.D.1
Mater.
Mater aut auia cum Clericis degere permiſſæ. p.279.280.281.282.& ſeqq.
Matricula.
Matricula in Eccleſia quid ſit. p.341.E.2
Matricularij.
Matricularij qui. p.342.B.1
Matrimonium.
Matrimonij antiquitas. p.164.A.B
Matrimonia cum Gentilibus inita an irrita. p.217.E.& ſeqq.
Matrimonium quomodo iuris diuini & humani communicatio à Gentilibus dicatur, p.383.B
Matrimonium cum priuigna interdictum. p.496.C
Matrimonij vſum ſacerdotibus Græcis licitum fuiſſe probatur. p.318.& 319
Matrimonij vſus an ſacerdotibus aliquando liber in Eccleſia fuerit & in qua. p.318.A
De Matrimoniis ſacerdotum Orientalium Stephani Papæ decretum explicatum. pag. 318.C
Matrimonium olim inter adulteros initum ſtare poterat. p.177.C.1
Matrimonium infidelium eſt contractus. pag. 184. C.1
An per baptiſmum diſſoluatur. *ibid.*D
Poterat diſſolui ſi alter coniugum non conuerteretur. p.184.C.2
Inter matrimonium & cœlibatum nihil medium quod non reprehendendum. pagin. 119.C
Matrimonium an eſſet diſſolubile apud Chriſtianos aliquando dubitatum. p.167.E
Dubitare videntur Patres Arelatenſes. pag. 168.A
In quibus Conciliis confirmata indiſſolubilitas matrimonij. *ibid.*& p.169
A quibus Patribus. p.169.B.& p.170
An & ab Ambroſio. pag.170. E. & pag. 171 & 172
Ad matrimonium requiſitus nubentium conſenſus. p.427.B.C.D.1
Maximianus.
Maximiani & Diocletiani perſecutio omnium crudeliſſima. p.17.E
Medo.
Medo quænam potio ſit. p.180.B
Mel.
Mel & lac à Chriſtianis oblata. p.191
Et à baptizatis deguſtata. *ibid.*
Melchior Canus.
Melchior Canus impietatis arguit Concilium Illiberritanum. *ibid*
S. Melanius.
S.Melanius quis & vnde fuerit. p.71.A
Meletius.
Meletius & Paulinus eiuſdem ſedis Epiſcopi ſimul. p.9.E
Memoria.
Memoria Martyrum in ſacrificio Miſſæ quam antiqua. p.462.C.D.E.& 463.A
Menſa.
Menſæ communio cum Iudæis prohibita. pag. 414 D.E
Menteſa.
Menteſa vrbs Hiſpaniæ vbi ſita. pag. 67. E & 68. B
Mercimonium.
Mercimonia Clericis prohibita. p.233.C.1
Quæ permiſſa. *ibid.*E.2.& p.234
Meretrix.
Meretrix olim quæ propriè dicta; quæ pœnæ ei propoſitæ; quando baptizari debeat. p.393.D.& ſeqq.
Meretricum origo. p.394
Meretricum pœnæ variæ. p.395.A.B.C.D
Meretrix quæ ſit & vnde dicta. p.396.D.1
Meretricum proſtitutiones damnatas iure ciuili. *ibid.*E.1
Diuerſo à matronis habitu indutæ. *ibid.*C.2
Catecheſis earum tempus non protractum. *ibid.*E.2
Metropolitani.
Metropolitani quando primum fuere in Hiſpania. p.446.D.1
Militia.
Militia Ethnica à Chriſtianis repudiata. pag. 437.E
Mimi.
Mimi cur adeo ſeuerè à Patribus coërciti pag.

pag. 480. A. B. C
Relapſorum eorum pœna. p.484.C
Mimi damnati legibus ciuilibus & Eccleſiaſticis. p.483.D.E.2

Mœchari.

Mœchatæ mulieris ſemel in vita ad mortem vſque pœna. p.489
Mœchatæ fœminæ pœnitentiam petenti iniungitur ei per decennium. p.490.D.2

Mœchia.

Mœchiæ crimen impedit clericum ordinari, & ordinatum deponit. p.305.D.E
Mœchiæ crimen in adoleſcentia commiſſum Subdiaconatum impedit. p.303.D.E
Et cur. p.304.D
Mœchiæ nomine omnis illicitus concubitus intellectus. p.117.B
Mœchia ſub qua pœna initiatis ſacris Ordinibus prohibita. p.228.A.1
Mœchiæ peccatum olim perpetuâ pœnitentiâ damnatum. p.151.E.1
Mœchia & homicidium tempore Concilij Illiberritani veniam nec in fine meruerunt. p.488.D.1
Mœchiæ pœna caſtitate coniugij initi ſoluitur. p.306.B
Mœchiæ grauitas. p.406.D.1
Quomodo punita. p.407.A.1

Mœchus.

Mœchus relapſus, ad pœnitentiam nec in fine admiſſus. p.407.B.1
Mœchi relapſi perpetuò excommunicati. d.163.C.2

Monachus.

Monachi ignauiæ ſectatores à Valente appellati. p.441.B.2
Monachi literas ſcribere prohibiti. pag. 553 B.2
Monachum diſpenſare an poſſit ſummus Pontifex vt contrahat matrimonium. pag. 221 B. & ſeq.1
Monachi olim in poteſtate fuere Epiſcoporum. p.108.E.& 209

Monaſterium.

Monaſteria Epiſcopis ſubiecta olim. p.108.E & 209

Monialis.

Moniales Nonnæ vocatæ in Ægypto. p.192.A
Monialium nubentium pœna. p.194.A
An iis nuptias permiſerit D.Cyprianus. *ibid.* D. E
Monialium coniugia quomodo punita. p.201
Olim valida, licet prohibita. p.202.B.1

Morales.

Ambroſius Morales errat circa Concilia Hiſpaniæ. p.25.26.27

Morientes.

Morientibus quomodo communio negatur à Conciliis. p.106.C.2

Mors.

Mortis crimen quid. p.535.A
Mortis templum Gaderæ ædificatum, cur. p.100. D E

Mulier.

Mulierum familiaritas quantopere Clericis vitanda, p.279.280.281.282.& ſeq.
Mulierum conuictus Clericis interdictus. p.284.B
Quarum mulierum permiſſus, p.285.D.1
Mulieres maximè zelotypæ. p.151.C
Mulier virum repudiens quomodo punita. p.165. & 166

Munus.

Munera non communicantium, ab Eccleſia non acceptata. p.287.C.D.E
Munera quorum reiecta in Eccleſia. p.291.D
Munera Iudæorum à fidelibus repudianda. p.414.B

Municipium.

Municipium in Hiſpania quod. p 92.C.2

Myſterium.

Myſterium Trinitatis olim non paſſim euulgatum. p.355.D
Alia item myſteria. p.356.A.B
Occultata catechumenis. *ibid.*B.C

N

Natays.

NAtaydi Deæ dicatum Templum. pag.449 E.1

Natalis.

Natalis Epiſcopus quis. p.91.D.2

Natalitia.

Natalitia Martyrum dies obitus eorum. pag. 462. B

Negotiatio.

Negotiatio Clericis interdicta. p.233.C.1
Quæ conceſſa & quatenus. *ibid.* E. 2. & p.234
Negotiatio Clericis quæ permiſſa quæ prohibita. p.229.B.& p.230.D.& p.232

Negotiator.

Negotiatoris clerici pœna. p.231.A.B

Nembroth.

Nembroth an primus idololatriæ auctor. pag. 103. B

Nero.

Nero matris manes euocare tentat. p.323.D

Nicænum.

Nicænum Concilium quo tempore cœptum & abſolutum. p.14.B

Ninus.

Ninus primus idololatriam inuexit. p.103.B

Nomen.

Nomen alicuius offerre quid. p.300.D.2

Notarius.

Notarij Martyrum acta exſcribebant. pag. 467.A

Nouatiani.

Nouatiani Confirmatione non vtebantur. p.371.B.C
Nouatianorum error circa abſolutionem. pag. 108. D.2

Nuptiæ.

Nuptiæ ſecundæ viduis licitæ. p.523.B
Nuptiæ pœnitentibus interdictæ. pagin. 180.C
Nuptias poſt votum caſtitatis an licitas aſſeruerit Auguſtinus; & locus eiuſdem difficillimus. p.196.A.B.C

O

Oblatio.

OBlatio Chriſtianorum olim quæ fuit. p.288. D

Oblatio quarum rerum in Eccleſia fieri ſolita. p.291.E.2
Ab omnibus facta. p.292.B.2
Oblatio impiorum ab Eccleſia olim non-acceptata. p.289.C.& 290.A.B
Sine oblatione & cum oblatione communicantes qui. p.126.B

Obſeſſus.

Obſeſſi à dæmone an communicandi. p.365

Oeconomus.

Oeconomi idolothytum poſſeſſori non tribuendum. p.378.D.E

Offerre.

Offerre nomen alicuius quid. p.300.D.2
Offerentium nomina ad altare recitari quam antiquum in Eccleſia. p.298.D.E

Oleum.

Oleum accendere in honorem ſanctorum gratum Deo. p.327.D.2

Onufrius.

Onufrij error circa tempus Concilij Illiberitani. p.17.A

Onychites.

Onychites cur appellatus à Gentilibus Chriſtianorum Deus. p.346.A

Oratio.

Oratio in agris & montibus olim fieri ſolita. p.100.A

Ordinare.

Ordinandi non ſunt hæretici & ordinati deponendi. p.416.A
Quæ limitatio adhibita. *ibid.* C. D. & 417.& p.418.B
Ordinati ad continentiam obligati. pag. 320 B. D. 2

Ordinatio.

Ante ordinationem olim de moribus ordinandi quæſitum. p.259.C

Ordo.

Ordo celebrandi Concilij ex Diuo Iſidoro. p.64.B
Ordinibus ſacris an continentiæ obligatio ſemper fuerit annexa. p.313.B

Orientalis.

In Orientali Eccleſia ſacerdotibus coniugatis coniugij vſus permiſſus. p.318.& 319

Offigi.

Offigi vbi ſitum. p.93.D.1

Oſius.

Oſius intereſt Concilio Sardicenſi. p.11.A
Oſius Nicæno Concilio præeſt. p.14.B
Seditionem ſedare conatur Alexandriæ. pag. 15.A
Romanum Concilium ſub Meltiade. pag. 15.B
Oſius à Gallis abſolutus, ab Hiſpanis damnatus. p.15.D.& p.16.A
Relegatus ab Hiſpania. p.18.B
Oſius Cordubenſis Epiſcopus Concilio Illiberritano interfuit. p.72.A
Oſius dictus id eſt ſanctus. *ibid.* C
Cordubenſi Eccleſiæ 70. annis præfuit. *ibid.* D.E
Vixit ad centum annos. *ibid.* E
Encomium eiuſdem. *ibid.*& p.74.A.B.C
Latinè ſolùm ſciuit. *ibid.* B
Oſij lapſus à quibus affirmetur. *ibid.* D.& ſeqq.
An in errore permanſerit & obierit. p.75 E
In fide & religione conſtans obiit. p.77.B
Sirmij vitam finiit. p.78.A
Oſij elogium. p.31.B.& p.32.A.B
Oſius Concilio Illiberritano intereſt. pag. 79.B
Magnus dictus. *ibid.* & D
Contra Athanaſium ſubſcribit. *ibid.* C.1.& 2

Oſſonoba.

Oſſonoba vbinam fuerit. p.72.A
Oſſonoba vbi ſita. p.71.E

Ouetum.

Ouetum dicta ciuitas Epiſcoporum. p.11.C

P

Pacifica.

PAcificæ literæ quæ. p.166.A.1

Panis.

Panis benedictus Catechumenis datus. pag. 401. B.1
Panis & vini oblatio à fidelibus facta. pag. 291. D.1

Pantomimus.

Pantomimi qui fuerint & cur acerrima eis pœnitentia impoſita. p.480.A.B.& ſeqq. & p.484.C
Pantomimus quid ſit & cur infamis. pag 478 C.1.p.483.C.D.E

Paphnutius.

Paphnutij hiſtoria in Concilio Nicæno circa continentiam Ordinatorum. pag.314. E.& p.315.316.317
An is Paphnatius fuerit hæreticus. *ibid.*

Parentes.

Parentum oblatio conſtituebat filios Monachos. p.417.E.2
Parentum culpa in filios quando redundet. p.251.D
Pœnitentium oblationes repudiatæ. p.293 E.2
Parentes pro filiis contrahere poterant, iure Pontificio. p.427.B.2

Paries.

In parietibus cur picturæ à Concilio Illiberritano vetitæ. p.355.C

Parochia.

Parochiarum diuiſio quam antiqua. pag. 247 D.2
Parochialis miſſæ obligatio. p.243.B.1

Paſſio.

Paſſiones Martyrum in Eccleſia legi ſolitæ. p.463.A

Partus.

Partus interimentium pœna. p. 486. A. B. C D.E

Patricius.

Patricius Epiſcopus Malacitanus. p.71.D

Patriarcha.

Patriarchæ quandonam primùm extitere in Hiſpania. p.446.D.1

Pater.

Patrum nomina Conciliis præfixa. p.61.A

Paulinus.

Paulinus & Meletius eiuſdem ſedis Epiſcopi ſimul. p.9.E

Peccator.

Peccatoribus in fine vitæ & in mortis periculo pœnitentiam petentibus, olim denegata. p.490.B.1

Seuerias illa diſplicuit Innocentio. *ibid.* D.1
Peccatorum publicorum oblationes repudiatæ. p.294.B.1

Pecunia.

Pecunia olim à baptizatis baptizantibus data. p.408.E 2
Quod inhibitum à Patribus. p.409.C.1

Pes.

Pedum Catechumenorum lotio in Eccleſia olim in Eccleſia conſueta. p.410.A
Pedum omina quæ. p.342.B.2

Penates.

Penates Gentilium quinam dicti. pag. 381 A.B.C

Pentecoſte.

Pentecoſte olim quot dierum fuerit. pag.392 E.1
Quomodo dies illi celebrati. p.393.A.1
A temporibus Apoſtolorum celebratus dies Pentecoſtes. *ibid* B.1
Pentecoſtes feſtum ab Apoſtolorum temporibus celebratum. p.390
A paſchate vſque ad Pentecoſten gaudebant Chriſtiani. p.391.B.D

Perfectio.

Perfectionis conſilia Vviclefus & Lutherus damnarunt. p.204.C

Perſæ.

Perſæ Templa & aras Deorum non admiſere. p.100.B

Perſecutio.

Perſecutio Diocletiani omnium ſæuiſſima. p.17.E

Perſona.

Perſonæ Diuinæ pingi vetitæ. p.354.E

Peruigilia.

Peruigiliæ in Eccleſia & earum antiquitas. p.333.E.& ſeqq.
Earum origo. p.334.E

Pictura.

Picturæ Deum repræſentantes cur aliquando prohibitæ. p.362.E.1.& p.363.D.2

Placet.

Placet, antiqua rogandi ſententiam formula. p.99.C

Placuit.

Vocis placuit quis vſus in Conciliis. p.97.E
Adhibita in Senatuſconſultis Romanorum. p.98 E

Plaſtica.

Plaſticæ artis origo. p.103.D

Plebs.

Plebs an Concilijs generalibus aut Prouincialibus vnquam interfuerit & quomodo. p.94.C

Pœnitentia.

Pœnitentia legitima quæ. p.145. A. 1. & B.2 & E.2
Pœnitentia ſine delicto aliquando requiſita. *ibid.*
Pœnitentia in primitiuâ Eccleſia. pag. 110 B 1
Pœnitentia aliquando pœnas pœnitentium ſignificat. p.213.B.1
Pœnitentiam lapſis non negaſſe Patres Illibertanos. p.248.D
Pœnitentiæ deſcriptio. p.249.A

Pœnitens.

Pœnitentibus pro graui crimine vltimo ſupplicio affectis, pro illis ſacrificium offerri interdum veitum. p.113.B
Pœnitentibus ſincerè viaticum non negandum. p.106.E.2.& p.107.A.1
Pœnitentibus olim nuptiæ interdictæ. pag. 180.C
Pœnitentibus ſincerè an communio aliquando negata & quomodo. pag. 105. D. & ſeqq.
Pœnitentes in primitiua Eccleſia reconciliari debuiſſe. p.213.E.& ſeqq.
Iidem non potuere connubio copulari. *ibid.*

Pollio.

Pollionis ſæuitia in ſeruos vindicata. pag. 154. E

Pompa.

Pompa quæ olim præcipuè dicta. pag. 441.E
Ad pompas Gentilitias veſtes commodare Chriſtiani prohibiti. p.444.D.2

Pomponius.

Pomponius Ianuarius. p.86.A.1

Pontifex.

Pontifex Romanus initio Eccleſiæ ſanctiſſimus nuncupatus. p.59.B
Pontifex diſpenſare poteſt in voto ſolemni caſtitatis. p.211.B.1
Pontifex maximus Gentilium vnius tantum vxoris connubio vti poterat. pag. 226 B.1

Porphyrius.

Porphyrius mimus quomodo Chriſtianus effectus. p.498.E

Poſſeſſor.

Poſſeſſori non tribuendum æconomi idolothytum. p.378.D.E

Preſbyter.

Preſbyteri ſedebant in Eccleſia. pag.87. E. & p.88. A
Preſbyteri duo Epiſcopum comitabantur. p 88.D.E
Preſbyteri quo iure aliquando Conciliis interfuerint. p.90.D.2.& p.91
Preſbyteri olim in Conciliis decernendi auctoritatem habuere. p.89.E.& 90.A
Preſbyteri reconciliationem peccatoribus dare prohibiti. p.307.E.1.& p.308
Niſi in extremo vitæ periculo. *ibid.* & p. 309 A.1

Primates.

Primates an fuerint tempore Concilij Illiberitani. p.448. & 449
Primates in Hiſpania quando primùm fuere. p.446. D.1

Prinigna.

Cum priuigna matrimonium interdictum. p.496. C

Pudor.

Pudor veſti comparatur. p.407.C.2

Purgatio.

Purgationum genus in Eccleſia. p.228.A.2

Pythius.

Pythius architectus primus omnium templum Mineruæ erexit. p.100.D

Q

Quadriga.

QVadrigæ inuentor Romulus. pagin. 443.C

Quadrigla

Quadruplator.
Quadruplatores qui. pag.526. B. & pag.527 E. 1

R

Ranimirus.

RAnimirus Rex ,monachus, preſbyter & Epiſcopus vxorem ducit ex conſenſu Romani Pontificis. p.210.D

Recitari.
Recitari nomen offerentium quam antiquum in Eccleſia. p.298.D.E.& ſeqq.

Recognitio.
Recognitionum libri S. Clementis ab Ebionitis corrupti. p.135.D

Reconciliari.
Reconciliari quid ſignificet. p.213.D.1

Reconciliatio.
Reconciliationem pœnitentium ad ſolos Epiſcopos pertinere. p.307.B
An ad Diaconos poſſit ea deferri, p.311.B
Reconciliatio in primitiua Eccleſia peccatoribus interdum denegata etiam pœnitentibus. p.111.B
Reconciliatio Viaticum appellata olim. pag. 159 E.2

Relapſi.
Relapſi in eadem peccata in perpetuum excommunicati, p.163.A.1

Religio.
Religionem priuatam quid vocet Vvicleſus. p.204.C

Religioſus.
Religioſi coniugium ineuntes olim valide, licet illicitè. p.202.B.1

Reliquiæ.
Reliquiæ Martyrum quam religiosè cultæ. p.463.D.E

Renuntiatio.
Renuntiatio diabolo & pompæ eius quam antiqua. p.485.D.E

Repudiare.
Repudiare vxorem nulli licet ſine iudicio Eccleſiæ. p.494.B

Repudium.
Repudium quando & quomodo punitum. p.165.E.2
Apud Romanos licitum. p.166.C.1
Quàm frequens. *ibid.*A.2

Reſeruatio.
Reſeruatio in mortis articulo nulla eſſe debet. p.109.E.1

Ruffina.
Ruffina Martyr ſub Datiano paſſa. p.18.C

S

Sabbathum.

SAbbathi ieiunium à quibus repudiatum & quando. p.277.C.1.& ſeqq.& p.278
Sabbathi ieiunio qui Patres ſint aduerſati. p.189. A
Et cur. *ibid.*
Cur Eccleſia Romana illud obſeruet. pag. 270.A
Non eſſe illud ab Apoſtolis interdictum. *ibid.*D
Canon VI. Synodi qui ieiunium Sabbathi impugnat an ſit legitimus, pag. 271. B. & ſeqq.
Sabbathi ieiunium cur in Eccleſia Occidentali olim præceptum, in Orientali interdictum. p.268.& ſeqq.

Sabinus.
Sabinus Epiſcopus Concilio Illiberritano præſens quis fuerit. p.66.C

Sacerdos.
Sacerdotum Ethnicorum priuilegia. pag. 225.C
Matrimonium fidelium cum illis prohibitum. *ibid.*E
Sacerdotum mœchantium pœna. p.226.E
Sacerdotum ethnicorum pudicitia. p.227.A

Sacerdotium.
Sacerdotia Gentilium cum idololatriâ coniuncta. p.146.2.& p.147

Sacra.
Sacra priuata antiquorum.p.380.E.& ſeqq.& 382.B C
Sacra priuata quando & quomodo deſierint. p.384.D.& p.385 A
Sacra nocturna etiam ab Ethnicis ſublata. p.336. A.B

Sacramentum.
Sacramenta in Concionibus, Catechumenis & Gentilibus occultata. p.357.D.E

Sacrificati.
Sacrificati ſacrificiorum Gentilium adminiſtri. p.159.A

Sacrificium.
Sacrificiorum Gentilium adminiſtri excommunicati. p.144.A

Sacriuus.
Sacriuæ arbores quid. p.341.A.1

Saecularis.
Sæclaris Gentilis. p.435.D

Seculum.
Ad ſeculum redire quid fuerit. p.434.D
Sæculum Gentilitas. p.434.D

Salaria.
Salaria vrbs duplex in Hiſpania. p.85.D
Salaria vbinam extiterit. p.86.B.2

Salambona.
Salambona Dea quæ. 456.B

Salmaſius.
Salmaſij error circa Concilium Illiberritanum. p.238.A.1

Samuel.
Samuelis anima verè non euocata. pag. 328 A.1

Sanctus.
Sancti & ſanctiſſimi Epiſcopi dicti. pag. 59 C.1
Sanctorum nomine fideles intelligendi.p.326 B.1
Item mortuorum animæ. *ibid.*E.2
Sanctiſſimus Romanus Pontifex initio Eccleſiæ appellatus. p.59.B
Sanctorum nomine qui intelligendi. p.325 B.C.& ſeqq.& p.333.A.B

Scelus.
Scelerum tollendorum ratio à Solone excogitata. p.78.E

Scena.
Scenæ Gentilium licentia. p.481.D.E
Pœna iis impoſita qui ſcenicas artes profitebantur. p.484.C.D.E.& p.485.A.B.C

Scena quid. p.497.E
Scenici qui. p.498.A
Scenarum genera quot. *ibid.*
Scenici infames. p.498.C

Scenicus.

Cum scenicis matrimonia prohibita. pag. 499.A
Iidem à baptismo repulsi. *ibid.*C

Secundinus.

Secundinus Episcopus Castulonensis. pag.80 & 81

Segalbina.

Segalbina ciuitas quæ. p.92.D.2

Semnium.

Semnion quid sit. p.145.D

Senatus.

Senatus in sacrum locum conueniebat. p. 60 B.1

Senatusconsultum.

Senatusconsulta in Templis Gentilium habita. p.60.A
Senatorum nomen Senatusconsultis adscriptum. *ibid.*E

Senectus.

Senectuti templum extructum olim Gaderæ, cur. p.100.E

Sepulcrum.

Sepulcra olim extra Ecclesias imo & extra vrbes. p.335.B.C
In sepulcra Christianorum Gentilium persecutio. p.330.A.B.2

Serantapechys.

Serantapechys imaginum hostis. pagin. 275.B

Serpens.

Serpens auctor idololatriæ. p.103.C

Seruus.

Seruorum idola quando Domini debeant diruere. p.386.D

Seruos.

In seruos dominorum potestas quæ. pagin. 154.C
Serui flagris cæsi. p.153.A.1
Serui quomodo habendi. p.152.E

Sexus.

Sexus in potentiis cœlestibus abest. pagin. 348.A

Seueritas.

Seueritas Primitiuæ Ecclesiæ. pag.107. C.2 & p.108.1

Sibaris.

Sibaris in Hispania vbi sita. pagin. 86 A.2

Simulacrum.

Simulacrorum vsus vnde introductus & primi eorum auctores. p.102.D
Antiquitas eorum. p.103.A
Simulacra Deorum ad stipem emendicandam circumlata. p.144.B.C.D
Simulacrum nullum in templo Hierosolymitano. p.351.C
Simulacra Deorum à Numa effingi prohibitum. *ibid.*E

Sirmium.

Sirmij labitur Osius. p.77.B

Sixtus.

Sixtus Senensis erroris arguit Concilium Illiberritanum. p.179.B

Sodomia.

Sodomiæ pœna. p.519.C

Sol.

Solem adorare Christiani falsò insimulati. p.462.B.2

Sollicitare.

Sollicitare animas apud Gentiles quid. pag. 326.E.2

Soror.

Sorores cum clericis olim degere permissæ. p.279.280.281.282
Sororem demortuæ vxoris non licet ducere. p.473.D

Spectacula.

Spectacula ne Christiani aut exhiberent aut spectarent vetitum. p.484.A.1

Spica.

Spicæ & vuæ à fidelibus è cunctis frugibus solum oblatæ supra altare. pagin. 412 D.1

Spiritus sanctus.

Spiritus sanctus omnibus conciliis adest. p.30.E
Spiritus inquietare quid sit. p.325.& seqq.

Sponsalia.

Sponsalia à parentibus pro filiis contracta an filios obligent. p.427.&.428
Sponsalia infringentium pœna. p.428. D.E. & p.429.A
Sponsalia voluntate parentum olim contracta & dissoluta. p.423.D.E
Vnde dicantur. *ibid.*
Parentum consensus in his desideratus. p.424 A.& seqq.& p.425.C.D.E.& 426.
Sponsalia violata qua pœnâ coërcita. pag. 425
Ad sponsalia parentum consensus non est necessarius. p.426.D.E
Sponsalia infringentes mortali culpæ obnoxij. p.428.A
Sponsalium contractum ab Ecclesia irritandum, ni certa solemnitate celebretur. pag. 429.C
Sponsalia infringentibus liberis, si parentes consentiant, peccare. p.429.D

Stipes.

Stipes exactæ à Sacerdotibus Gentilium ad templorum instaurationem. pagin. 144.B

Stuprator.

Stupratoribus puerorum communio etiam in fine negata. p.519.C.& p.520

Subdiaconatus.

Subdiaconatum impedit mœchiæ crimen in adolescentiâ commissum. p.303.D.E
Et cur. p.304.D
Subdiaconatus olim facer Ordo non habitus. p.320. A.2

Subdiaconi.

Subdiaconi ad continentiam obligati. *ibid.* & E

Subintroducta.

Subintroducta fœmina quæ sit in Conciliis & antiquis Patribus. pagin. 279 C. D

Subscriptio.

In subscriptionibus Patrum olim nullus ordo seruatus. p.447.A.1

Sus.

Sues non nominati apud Hebræos olim. pag. 227.C

Digitized by Google

Superpoſitio.

Superpoſitio ieiunij quid. p.268.E
Superpoſitiones ieiuniorum quid. p.256. B.1 p.258.E.1.p 277.C.2

Symbolum.

Symbolum Apoſtolorum in Conciliis præmitti ſolitum. 96.B.C
Quando primùm. *ibid.* C.& p.97
Cur in Concilio Illiberritano omiſſum. pag. 97.D

Synaxis.

Synaxis ſacra quandonam annuatim fieri cœpit. p.57.C.1

Synodus VI.

Synodus VI. an legitima fuerit. pag. 271. 272. & 273

T

Tarquinius.

TArquinius Priſcus ſimulacra Romam introduxit. p.352.A

Teſtis.

Teſtis falſi pœna. pag. 529. E. pag. 530. & 531

Temperantia.

Temperantia pars abſtinentiæ. p.254.E

Temperans.

Temperantes qui. p.255.A

Templum.

Templorum euerſio quantopere Gentiles excitarit. p.456.E
Templa Deorum in Hiſpania quàm antiqua. p.100.D
Templa idolorum omnia quando ſublata, & à quibus Imperatoribus. pagin. 101. A
Templa Gentilium ingredi Chriſtianis quando & quomodo prohibitum. pagin. 454 A.2
Templa Diis quandonam ædificari cœpta. p.101.B.1
Modus ea exuendi. *ibid.*
Multa in Hiſpania. *ibid.*
Templa, aras & ſtatuas Deorum Perſæ non admiſere, cur. p.100.B
Templa ab Apoſtolorum tempore Deo dicata. p.245.C
Templorum hoſtes quam antiqui. pagin. 246.A
Templa Deorum Senatui cogendo deſtinata. p.60. B.1

Theatrum.

Theatri Ethnicorum crimina. pagin. 480 C. D. E. & pagin. 481. B. C. & ſequentibus.
Theatrorum impudicitia. p.480. & 481. C.D & p.482

Theodiſcus.

Theodiſcus opera D. Iſidori deprauauit. pag. 76.B

Thurificati.

Thurificati lapſi quinam eſſent. pagin. 146. C.1

Toletanus.

Toletanæ Eccleſiæ laus. p.170.D
Toletanum Concilium in Illiberritani Concilij confirmationem celebratum. pagin. 37. C.1

D. Torquatus.

D. Torquatus primus Accitanus Epiſcopus. p.63.A

Traditio.

Traditiones Apoſtolicæ quanti habitæ. pag. 459.A
Cur non omnia ſcripto ab illis tradita. *ibid.* D
Traditioni quantum in rebus fidei deferendum. p.82.B.D.E.& p.83

Tucci.

Tucci ciuitas vbi ſita. pag. 80. D. 2. duplex. *ibid.*

V

Valerianus.

VAlerianus Imperator initio fauit Chriſtianis. p.453.D

S. Valerius.

S. Valerij patientia. p.18.D
S. Valerius Epiſcopus Cæſarauguſtanus. pag. 68. E
Martyr. p.69.A
Reliquiæ eiuſdem. *ibid.*
An duo eiuſdem nominis Valerij. *ibid.* B.C

Vaſſæus.

Vaſſæi error circa tempus Concilij Illiberritani. p.17.B

Venus.

Veneris præpoſteræ pœna, pagin. 519. C. & 520
Communio finaliter negata. *ibid.* & ſequentibus.

Verbera.

Verberibus ſerui cæſi apud Romanos. pag. 152. D
Verberibus ſerui cæſi. p.153.A.1

Vergi.

Vergi vrbs vbinam fuerit ſita. pagin. 68.E

Veſtalis.

Veſtales vt emineant. p.205.D.E
Veſtalium pudicitia iterſa à Prudentio. pag. 205.E

Veſtis.

Veſtes ad pompas Gentilium Chriſtiani commodare vetiti. p.444.D.2
Veſtes ad pompam commodare cur Chriſtianis prohibitum. pagin. 441. E. & 443.D
Conſuetudo eas commodandi quæ fuerit. p.444.A.B

Vexatio.

Vexationem corporis pro Chriſto an pecunia redimere licitum. p.145.B.1

Viaticum.

Viaticum ſincerè pœnitentibus, non acta legitimâ pœnitentia an aliquando negandum. p.105.D.1
Viaticum morientibus quomodo negatum. p.106.C.2

Vidua.

Viduis ſecundæ nuptiæ licitæ. pagin. 523.B
Viduis Regum ſecundæ nuptiæ prohibitæ. p.524. B.1
Viduæ ducentes eos qui ſecum mœchati ſunt minùs

minùs punitæ. p.522.A
Viduæ olim velatæ & Deo dicatæ. pag. 193 D.1
Duplex earum genus. *ibid.*B.2
Viduæ olim non velatæ, ſeu velo ſacro non conſecratæ. p.191.C.D

Vigilantius.

Vigilantius pudicitiæ & virginitatis inimicus. p.304.D.1

Vigiliæ.

Vigiliæ mulierum in cœmeteriis prohibitæ. p.337.E.2. & p.339.E.1
Vigiliæ & pernoctationes orandi causâ quàm antiquæ. p.338.A 1
Vigiliæ publicæ in Eccleſia quando inchoatæ. p.338.B.1
In quatuor partes diuiſæ. *ibid.*C.2
Sublatæ deinde ab Eccleſia ſubrogatis ieiuniis. p.339.A.2
Vigiliæ apud Gentiles. p.339.B.2
Apud eoſdem prohibitæ & ſacrificia nocturna. *ibid.*C.2
Vigilias omnes an Concilium Altiſſiodorenſe damnarit. p.336.C
Eæ apud Monachos retentæ. p.337.C

Vincentius.

Vincentius Diaconus à Datiano cruciatus. p.18.B

Vinea.

Vineæ quæ vrbs. p.92.B.2

Virginitas.

Virginitatis hoſtes Vigilantius & Iouinianus. p.304.D.1
Virginitas quam accepta Deo fuerit. pagin. 203.B
Quantùm coniugio præſtet. *ibid.*D

Virgo.

Virginum ſacratum lapſus ad Epiſcopos ſpectauit. p.201.D
Virgines Chriſtianæ quanto Ethnicis præſtantiores. p.204. & 205
Quantopere ſupra. *ibid.*
Virginum Deo ſacratarum Nuptias an licitas Auguſtinus cenſuerit. pag.196. A.B. & ſeqq.
Virgines Deo ſacratæ à tempore Apoſtolorum in Hiſpania fuere. pagin. 191. B.C
Virgines Deo ſacratæ clauſtris olim non incluſæ. p.192.D.1
Impœnitentes communione priuatæ perpetuò. *ibid.*E
Virgines corruptæ quomodo punitæ. p. 201. B.1
Duplex genus earum. *ibid.*C.2
Velabantur ab Epiſcopo. *ibid* E
Etiam tempore Apoſtolorum. pagin. 193. A.1
Virgines ſtupratæ antequam occiſæ. p. 116. C.2
Virgines ſacræ cur olim propè parentes vitam agere permiſſæ. pagin. 286. B.C
Cur id poſteriùs interdictum. *ibidem.*C
Virginum non religioſarum corruptarum pœna. p.213.C.2
Non poterant nubere niſi peracta pœnitentia. p.214.B.2
Virgines ſacræ olim partim in Monaſteriis, partim cum parentibus degebant. pagin. 286. D

Vlia.

Vlia Ciuitas quæ. p.92.E.2

Vnctio.

Vnctio ſacra ab Preſbyteris & Diaconis olim collata. pagin. 543. D.E. 1. A.B. C. 2

Votum.

Votorum diſpenſatio an ſit penes Romanum Pontificem. p.206.D
Difficultates circa id. *ibid.*

Vrſao.

Vrſao, ſiue Vrſona Ciuitas Hiſpaniæ. pag.91. E. 2

Vſura.

Vſura iure naturali prohibita. p.235.D.2

Vſurarius.

Vſuratij manifeſti qui. p.237.A.1
Quomodo in Eccleſia puniti. *ibid.*
Error Salmaſij circa eos. p.238
Vſuratij Clerici pœna. p.236.C.D
Vſuratij laïci peccantis primò, & relapſi pœna. p.237.D.E
Vſurariorum pœna. pagin. 234. E. & pag. 235. A
Vſura quid ſit. p.234.E

Vua.

Vuæ & ſpicæ è cunctis frugibus à fidelibus oblatæ ſupra altare. p.412.D.1

Vulneratus.

Vulneratus quandonam ex vulnere deceſſiſſe exiſtimandus. p.153.D.1

Vxor.

Vxoris & concubinæ diſcrimen. p.118. E. & p.119. A.B.C
Vxorum multitudo an in veteri lege permiſſa. p.126.E
Vxorum communionem an licitam aſſeruerit D. Clemens. pagin. 128. B. & 130.B
Vxor & concubina quomodo differant. p.137. E. 2. & ſeqq.
Quomodo conueniant. *ibid.*D.1.& ſequentibus.
Vxores communes eſſe debere quomodo aſſeruerit D. Clemens. pag. 138. A.2. & ſequentibus.
Vxorem adulteram vir retinens cur punitur. p.491.D.E. *& ſeqq.*
Vxor quorum particeps per matrimonium. p.383.B.C.D.
Vxorem repudiare ſine iudicio Eccleſiæ nulli licet. p.494.B
Vxore mortua non licere ſororem eius ducere.

cere. p.473.D
Vxoris adulterantis ex conſenſu mariti pœna. pag.317.D

Vxoricida.

Vxoricidæ pœna. pag.180.A

X

Xerxes.

XErxes Græcorum templa euertit quod Deos includerent. pag.100.B

Z

Zelus.

ZElus quomodo definitus. p.15.B

Zelotypia.

Zelotypiæ definitio, an à zelo diſtinguatur. pag.151.B
Zelotypia quæ perturbatio. pag. 152. A. 2. & 2

CONCILIORVM CANONES
qui in hoc Opere citantur & explicantur.

AFRICANI canon. 3. pag. 250 C. 2
Canon. 25. & 51. pag. 385 D. 1
Canon. 27. p. 463. D
Canon. 27. p. 380. B. 1
Canon. 30. p. 484. E
Canon. 35. p. 417. A
Can. 58. & 59. p. 98. C
Agathensis canon. 2. p. 342 A. 1
Canon. 6. p. 341. A. 1
Canon. 9. & 16. p. 320. E. 1
Canon. 9. p. 314. B
Canon. 16. *ibid.*
Canon. 10. p. 381. A
Canon. 11. *ibid.*
Canon. 12. p. 278. A. 1
Canon. 17. p. 494. B
Canon. 25. p. 388. A
Canon. 25. p. 186. B
Canon. 35. p. 207. D
Canon. 40. p. 413. D
Canon. 44. p. 310. E. 1
Canon. 50. p. 538. B
Canon. 50. p. 539. D. 2
Canon. 59. p. 530. A
Canon. 51. & 60. p. 397. E
Canon. 60. p. 545. D. 2
Canon. 60. p. 250. E. 2
Canon. 63. p. 243. C. 2
Canon. 64. p. 155. A
Canon. 69. p. 235. C. 1
Canon. 69. p. 235. C. 1
Canon.... p. 224. D. 1
Agrippinensis can... p. 61. A
Altissiodorensis, can. 5. explicatur. p. 336 C. & p. 340. A. 1
Canon. 13. p. 300. C
Canon. 14. p. 374. E. 2
Canon. 17. p. 290. C
Canon. 18. p. 366. E. 1
Canon. 20. p. 314. C
Canon. 20. p. 218. B. 1
Canon. 21. p. 313. D
Canon. 27. p. 497. B. 2
Canon. 30. p. 473. E
Canon. 39. p. 244. D. 1
Canon. 39. p. 422. E. 1
Andegauensis, Canon..... pagin. 524. A. 1
Ancyrani, Canon. 3. p. 386. B
Canon. 4. p. 294. E. 2
Canon. 5. p. 294. C. 2
Canon. 6. p. 296. E
Canon. 7. *ibid.*
Canon. 9. p. 528. C
Canon. 10. p. 296. B. 1
Canon. 15. p. 520. C. D. 2
Canon. 19. p. 285 B. 2
Canon. 20. p. 523. B. & p. 515. B
Canon. 20. p. 304. B. 2
Canon. 21. p. 487. A
Antiocheni sub Iulio I. Can. 5. p. 340. D 2
Canon. 2. p. 290. E
Canon. 8. p. 446. E. & p. 448. D
Canon. 12. p. 422 E. 1
Aquisgranensis Canon. 39. p. 281. D
Canon. 42. 51. & 72. p. 422. E. 1
Canon. 61. p. 235. C. 1
Canon. 93. p. 233. C. 1
Canon. 84. p. 340. D. 2
Canon. 130. p. 334. E
Arausicani Canon. 1. p. 377. C. 2
Canon. 2. p. 543. E. 2
Canon. 3. p. 215. E
Canon. 11. p. 422. E 1
Canon. 12. p. 398 E & 400 D
Canon. 12. pag. 365. B. 15 *ibid.*
Canon. 12. p. 507. A
Canon. 14. p. 298. B. 1
Canon. 14. p. 305. B 1
Canon. 13. & 15. p. 357. D. 4. E
Canon. 16. p. 502. C. 1
Canon. 17. p. 358. B
Canon. 19. p. 402. D. 1
Canon. 23. & 24. p. 314. C
Canon.... p. 311. E
Arelatensis I. Canon. 4. p. 125. D
Canon. 5. & 6. p. 477. B
Canon. 7. explicatur. p. 437
Canon. 8. emendatur. p. 21. D
Canon. 9. p. 162. C. & 168. A
Canon. 12. p. 233. C. 1
Canon. 11. p. 235. C. 1
Canon. 13. p. 528. C
Canon. 14. p. 533 E. 2
Canon. 19. p. 310. E. 1
Canon. 23. p. 111. D
Canon. 26. p. 125. E
Canon. vlt. p. 403. C. A
Canon.... p. 12. A
Canon.... p. 161. A
Arelatensis II. Canon. 2. p. 314. A
Canon. 3. p. 341. B. 1
Canon. 3. p. 280. D
Canon. 8. p. 310. E. 1
Canon. 9. p. 249. B
Canon. 9. p. 251. B. 1
Canon. 12. p. 294. E. 2, p. 295. A
Canon. 14. p. 231. D
Canon. 14. p. 233. C. 1
Canon. 14. p. 235. C. 1. & p. 237 C

Digitized by Google

Index Canonum

Canon. 15. pag. 88. B
Canon. 20. pag. 477. B
Canon. 21. pag. 214. A
Canon. 21. p. 214. B. 2
Canon. 24. p. 533. E. 2
Canon. 25. pag. 434. D
Canon. 26. pag. 304. D
Canon. 30. pag. 539. C. 2
Canon. 33. p. 194. A
Canon. 33. p. 201. A. 2
Canon. 41. p. 302. C. 1
Canon. 52. p. 201. C. 1
Arelatenſis III. Canon. 4. p. 214. B. 1
Canon. 7. p. 441. D. 2
Canon. 9. p. 305. B. 2
Canon. 6. p. 487. A
Canon. 11. p. 220. C. 2
Canon. 14. p. 531. A. 2
Canon.... p. 34. B
Aruernenſis Canon. 5. p. 434. C
Canon. 6. p. 224. B
Canon. 11. p. 475. E. 2
Canon. 16. p. 280. E
Aurelianenſis I. Canon. 10. p. 474. A
Canon.... p. 207. E
Aurelianenſis II. Canon. 18. p. 100. C. 2
Canon.... p. 283 C
Aurelianenſis III. Canon. 2. p. 314. C
Canon. 2. p. 320. E. 1
Canon. 2. p. 539. E. 2
Canon. 4. p. 228. B. 1
Canon. 8. p. 531. A. 2
Canon. 9. p. 122. B
Canon. 13. p. 224. B
Canon. 13. p. 413. D
Canon. 19. p. 214. A
Canon. 22. p. 209. D
Canon. 25. p. 235. C. 1
Canon. 26. p. 233. C. 1
Aurelianenſis IV. Canon. 2. p. 278. A. 1
Canon. 8 p. 251. A. 1
Canon. 13. p. 200. C. 2
Canon. 13. p. 342. A. 1
Canon. 17. p. 320. E. 1
Aurelianenſis V. Canon. 4. p. 320. E. 1
Canon. 6. p. 551. A. 1
Canon. 15. p. 539. C. 2
Canon. 19. p. 201. C. 1
Canon. 19. p. 286. E. 1
Canon. 26. p. 237. C. 2
...Canon. 3. p. 371. D
...Canon. 19. p. 201. E. 2
...Canon. 21. p. 209. A
...Canon. 23. p. 490. C. 1
...Canon.... p. 444. C. 2
Barcinonenſis, Canon. 3. p. 208. A
Baſileenſis, Canon. 9. p. 415. A
Canon. 20. p. 224. C
Bracarenſis I. Canon. 4. p. 278. A. 1
Canon. 6. p. 113. B
Canon. 15. p. 285. B. 2
Canon. 16. p. 507. E
Canon. 24. p. 448. C
Canon. 31. p. 537. D
Canon. 34. p. 190. D
Canon. 35. p. 506. E. Explicatur p. 507. D
Canon. 36. p. 464. D
Canon. 36. p. 508. D
Bracarenſis II. Canon. 2. ad f. p. 87. E
Canon. 2. & 5. p. 331. A
Canon. 7. p. 408. C
Canon. 22. p. 341. B 1
Canon. 24. p. 534. E
Canon. 25. p. 536. E
Canon. 32. p. 285. B. 2
Canon. 82. p. 510. E. 1
Canon 82. p. 545. D. 2
Bracarenſis III. Canon. 4. pag. 286. C
Canon. 8. p. 280. C
Canon. 8. p. 533. D
Canon. 33. p. 125. D
Canon.... p. 409. C. 1
Bituricenſis, Canon. 9. p. 551. A. 2
Canon. 12. p. 409. D. 1
Cabilonenſis, Canon. 14. p. 231. B
Canon. 19. p. 247. C. 1
Canon. 29. p. 474. C
Canon. 12. & 44. p. 233. C. 1
Cæſarauguſtani Canon. 3. p. 122. B
Canon. 4. *ibid.*
Canon. 3. p. 245. A. 1
Canon. 3. p. 278. A. 1
Canon. 4. p. 247. E. 2
Canon. 5. p. 422. B
Canon. 5. p. 524. C. 1
Carthaginenſis I. Canon. 3. p. 381. E
Canon. 5. p. 401. B. 1
Canon. 6. 8. & 9. p. 233. C. 1
Canon. 1. & 2. p. 98. C
Canon. 8. *ibid.*
Carthaginenſis II. Canon. 2. p. 314. A
Canon. 3. p. 307. B
Canon. 4. *ibid.*
Canon. 4. p. 310. E. 1
Canon. 4. p. 545. D. 2
Canon. 5. p. 310. E. 1
Canon. 6. p. 422. B
Canon. 9. p. 340. D. 2
Carthaginenſis III. Canon. 6. p. 366. D. 2
Canon. 7. p. 449. C
Canon. 7. p. 125. B
Canon. 9. p. 532. D. 1
Canon. 11. p. 499. C
Canon. 12. p. 217. E
Canon. 12. p. 222. D
Canon. 13. p. 250. C. 2
Canon. 15. p. 231. B
Canon. 15. p. 235. C 1
Canon. 16. p. 236. D
Canon. 17. p. 387. A
Canon. 26. p. 206. D
Canon. 31. p. 309. D. 1
Canon. 33. p. 286. B
Canon. 34. p. 365. B
Canon. 35. p. 499. C
Canon. 48. p. 253. B
...Canon. 91. p. 296. A
...Canon.... p. 10. C
Carthaginenſis IV. Can. 1. & 52. p. 230. E
Canon. 53. *ibid.*
Canon. 4. p. 397. B
Canon. 7. p. 373. C. 2
Canon. 8. & 9. p. 478. C. 1
Canon. 22. p. 310. D. 2
Canon. 22. p. 538. C
Canon. 21. p. 259. D
Canon. 23. p. 532. B
Canon. 24. p. 292. B. 1
Canon. 40. *ibid.*
Canon. 34. p. 87. E

Canon.95. p.449.A
Canon.37. p.88.1
Canon.39. p.88.B
Canon.43. p.250.C.2
Canon.42.& 43. p.461.E
Canon.43. p.457.D
Canon.49. p.337.D
Canon.67. p.233.C.1
Canon.75. p.399.A
Caonn.76. p.400.C.2
Canon.76.& 78. pag.215.E.1
Canon.76. p.307.D
Canon.76. p.371.E
Canon.77. p.310.D.1
Canon.84. p.358.A
Canon.85. p.377.D.2
Canon.85. p.506.C
Canon.87. p.434.D
Canon.90. p.369.A
Canon.91. p.302.B
Canon.92. p.289.B
Canon.93. p.290.B
Canon.93. p.291.D.2
Canon.97. p.209.D.
Canon.104. p.194.B
Canon.109. p.202.C
Canon.vlt. p.201.C.1
..Canon.. p.367.C
Carthaginenſis V. Canon.2. p.228.A.1
Canon.7. p.266.B.1
Canon.11. p.538.C
Canon.vlt. p.341.D.1
Carthaginenſis V I. Canon.4. p.39.C.1
Canon.46. p.282.B
Carthaginenſis V I I. Canon. 2.p.499.C
Canon.17. p.282.A
Canon.74. p.310.C.1
Cannon.84. p.508.C
Chalcedonenſis Canon. 3. Ip.233.C.1
Act.3. p.416.E
Canon.4. p.208.E
Et Canon.8. *ibid.*
Act.5. p.97.C
Act.11. p.14.B
Canon.12. p.217.E
Canon.12. p.266 B.1
Canon.13. p 221.D
Canon.14. p.214.D.1
Canon.15. p.194.B
...Canon.. p.35.E
Claromontenſis, can.22. p.489.C.2
Colonienſis,ann.807. Canon.6. p.201.C.2
Canon.6. pag.194.C
Canon.6. p.34. B
Canon.43. p.427.C.2
Conſtantienſis ſeſſ.8. p.202.C
Conſtantinopolitani. I. Canon. 7. p.97 C
Canon.7. p.400.D
Canon.7. p.379.C
Conſtantinoplitan. II. ſeſſ. 8. p.97.C
Conſtantinop. III. Act.17. p.97.C
Conſtantinopol. IV. Canon.8. p.243.C.1
Canon.9. p.489.B.1
Canon.50. p.548.A
Canou.95. p.400.E
Canon. 99. p.389.D
Canon.72. p.223.C
Eboracenſis. p.310.D.2
Emeritenſis. Canon. 9. p.409.C.1
Canon. 14. p.291.B
Canon.19. p.243.B.2
Canon.19. p.298.D
Epaunenſis Canon. 13. p531.A.2
Canon. 15. p.413. D
Can.20. p.283.E.& 284.E
Canon.25. p.466.B
Canon.28. p.421.B
Canon.29. p.545.D
Canon.34. p.155.A
Epheſini Canon. 14. p 97.C
Erfordienſis. p.240.D
Florentini ſub Eug.4. p.523. D
Forojulienſis Canon. 3. p.286.C
Cap.13. p. 243. D.1
Gangrenſis Canon.4. Explicatur pagin. 317. B
Canon.5. p.246.A
Canon. 5. & 6. pag.337. A. & pag.340.C.2
C. 2
Canon.20. p.462.C
Gerundenſis, Canon. 3. p. 278. A. 1
Canon. 7. p.279.E
Canon. 4. p.391.D
Canon.8. p.513 B
Canon.9. p.509.A.2
Hiſpalenſis I. Canon. 3. pag.280.B
Hiſpalienſis II. Canon. 1. pag. 72.D
Canon.5. p.374.D.2
Canon.7. p.208.B
Canon.7. p.377.D.2
Ilerdenſis ſub Ioan.2.Canon 2. p.489.B.1
Canon.2. p.487.A
Canon.4. & 9. p.397.E
Canon.5. p.280.A
Canon.13. p.290 B
Canon. 13. p.294.E.1
Canon. p.374.C.2
Canon... p.247.E.1
Canon... p.294.C.2
Laodiceni Canon.1. p.513.E.2
Canon. 4. p.357.C
Canon. 5. p.233.C.1
Canon.5. p.236.D
Canon.6. p.135.C
Canon.7. p.251.A.2
Canon.10.& 23. p.222.D
Can.10. & 31. p.220.C.2
Canon.19. p.357.C
Canon.19. p.398.A
Canon.19. p.537.D
Canon.20. p.88.B
Canon.24.& 26. p.196.B.1
Canon.31. p.214.D.1
Canon.31. p.250.C.2
Canon.37.& 38. p.414.B
Canon.32. p.412.A
Canon.47. p.371.E
Canon.48. p.371.A
Canon.48. p.377.C.2
Canon.48. p.543.D.1
Canon.49. explicatur. p.188. E
Canon. 51. & 52. p.462.B
Canon.58. p.340.D.2
Canon.5. p.277.C.2
Canon.11. p.342.B.1
Lateranenſis ſeſſ.10. p.234.E
Canon.12. p.209.D
Canon.25. p.238.B.1
Canon.51. p.36.B
Sub Alexand. III. can.21. p.422.E.1

Digitized by Google

Canon. 25. p.290.D
Canon.3. p.292.A
Sub Innocent. I I I. can. 1. p.97.C
Canon.67. p.238.B 1
Canon. 69. p.434.C
Lemouicenſis Act.2. col.5. p.422.D.2
Limenſis I. Act.2.canon.4. 388. A.B
Limenſis I I. ſeſſ.2. canon. 16. & ſeſſ.3.
Canon.33. & 34. p.388.C.D
Canon.5,Act.3. p.251.B
Conſtit. 58. p.112.D
Londonenſis canon.3. p.542.B.1
Lugdunenſis, I. canon.3. p.422.E.1
Lugdunenſis I I. canon. 1. p.320. A.2
Matiſconenſis I. canon.3. p.285.E
Canon.4. p.292.C.2
Canon. 11. p.314.C
Canon. 12. p.310.B.1
Canon.... p.434. C
Matiſconenſis I I. canon.1. p.242.C
Canon.1. p.243.D.2
Canon.4. p.288.E
Canon.6. p.488.B
Can.10. p.340.D.2
Canon.11. p.201 E.2
Canon.11. p.320.A.2
Canon. 15. p.413.E
Canon... p.530.A
Mediolanenſis. Canon.2. p.408.E.
Meldenſis, Canon.3. n.286.G
Canon. 18. p.366 D.1
Canon. 19. p.269.C
Cannon.39. p.466.B
Canon.44. p.310.D.1
Canon.48. p 375.A.1
Canon 49.& 55. p.235.C 1
Canon.53. p.418.B
Canon. 55. p.238 B.1
Canon. 65. 215.B.2
Canon.67. p.101.D.1
Canon.73. p.413.E
Canon.73. p.415.D.1
Can.73. p.434 C
Mephitani Canon.15. p.422 D.2
Metenſis Canon. 34. p.413.E
Canon.70. p.201.D.1
Canon... p.340. D.2
Mileuitani Canon.13. p.64.B
Canon.13. p.448.p..C
Canon.17. p.168.B
Canon.17 . p.174.A
Canon.24. p.125.B
Canon.25. *ibid.*
Moguntini ſub Carolo,Canon.14. p.13.B
Canon.14. p.232.A
Canon.49. p.281.C
Canon.56. p.474.A
Canon.58. p.496.D
Mogunt. ſub Rabano, Canon. 12. p.247. C. 2
Canon.13. p.231.B
Canon.26. p.111.D
Canon 21. p.33.D
Canon.20. p.179.D
Canon.3. p.412.A.1
Mogunt. ſub Arnulpho,can.10. p.281.[illegible]C
...Canon...fin. p.194.C
Canon.10. p.286.C
Canon.26. p.111.D
Canon.16. p.14.A
Mogunt. I V. canon. 39. p.412.B.2
Canon.6. p.290.C
Canon. 21. p.286.E
Canon. 10. p.285.E
Canon. 16. p.409 D.2
Canon. 22. p.155.A
Canon.26. pag.16.1.C.2
Nannetenſis canon.1. p.247.C.1
Canon.2. p.490.C.2
Canon.12. p.491.D
Canon.18. p.157.B
Canon.10. p.341.B
Canon. 46. p.247.C.2
Canon. vlt. p.70.C
Narbonenſis canon. 4. nondum editus. p. 225.D
Neo cæſarienſis canon. 1. p.227.D
Canon.1. p.538.D
Canon.2. p.473.E
Canon.5. p.505.B
Canon.5. 6.7.8.& 9. pag.126.B
Canon. 8. p.494 E
Canon.9. p.536.A.2
Canon.9.& 10. p.536.E
...Canon... p.305.D
Canon.10. *ibid.*
Canon.11, p.506.E
Canon.12. p.507.E
Canon.38. p.323.E.2
Nicæni I. canon.2. p.389.B
Canon. 3. p.381.D
Nicæni I I. Act.1. p.248.E
Act.4. p.467.E
Act. 7. p.356.E.& p.362.C.1
Canon. 8. p.249.B
Act.5. p.135.E
Canon.18. p.381.D
Nicæni canon. 1. p.302.A
Canon. 1. p.34.D
Canon.2. p.186.B
Canon. 2. p.550.B
Canon.5. p.279.C
Canon.5. p.422.A
Canon. 5. p.235.C.1
Canon.5. p.257.A
Canon.5. p.505.C
Canon.8. p.371.C
Canon.8. p.416.D
Canon.8. p.523.D
Canon. 9. p.534.D
Canon.10, p.418.A
Canon.10. p.535.E.2
Canon.13. p.308.D.2
Canon.13. p.310.D.1
Canon. 13. p.501.D
Canon.14. p.88.B
Canon. 14. p.109.B
Canon.17. p.287.D
Canon.17. p.233.C.1.p.236.C
Canon.18. p.231.B
Canon.20. p.391.D
Canon.22. p.284.E.1
Canon.27. p.294.E.1
Canon.29. p.466.E
Canon.52. p.415.C
Canon. 53. p.117.E
Canon.67. p.218.A
Canon. 67. p.221.A.1
Canon.ad fin. p.88.D
In Canon.... *Treſperſ.* p.74.B.

Canon.

Canon... p.316.C
Parisiensis canon.4. p.474.A
Canon.6. p.428.C
Canon. 44. p.337.B
Canon.47. p.340.D.2
Paris. sub Lud.l.1.c.27. p.370.E
Canon. 44. p.286 E.2
Canon.8. p.366.E.1
Paris. III. canon. 4. p.475.E.2
L 1.canon.7. p.422.E.1
L.3.c.32. p.490.B
L.1.c.2. pag.478.C.2
Canon.4. p.497.A.2
L.1. c.34. p.519.E
Pictauiensis sub Paschali 2. can.5. p.310. D. 1
Regiaticini canon.7. p.310.E.1
Canon. 11. p.422.E.1
Rhemensis canon.7. p.374.E.2
Canon.21. p.282.B
Canon.31. p.233.C.1
Rhotomagensis canon. 5. p.457.D
Canon.9. p.191.D
Romani I. Canon. p.61.A
Sub Eug. canon. 38. p.497.A.2
Sub Greg.1. canon 4. p.464.C
Canon. 5. p.497.B.1
Sub Innocent. canon.2. p.169.B
Sub Sylu. canon.1. p.88.C
Canon. 3. & 7. p.196.B.1
Canon. 12. p.366.D.1
Explicatur canon.12. p.214.A
In fin. p. 260. A
Sub Zacharia canon.1. p.286.C
Canon. 6. p.475.D.2
Canon. 6. p.497.B.1
Canon.19. p.305.A.1
.. Canon .. p.331.A
...Canon... p.315.C
Saleguſtadiensis.canon.8. p.246.A
Canon.20. p.310 E
Sardicensis canon.1. p.538.A
Canon.1. p.74.A
Canon.2. B.
Canon.2. p.538.C
Canon.2. p.112.A
Canon.3. p.78.B
Cannon.14. p.34.D
Canon. 14. Explicatur contra Balſ. *ibid.*
Canon. 16. p.422.A
Canon. 21. p.11.A
Senonensis canon.25. p.549.B.2
...Canon... p.363.D.1
Sueſſionensis canon. vlt. p.111.E
...Canon... p.34.C
Synodus V I. in Trullo examinatur & eius Canones. p.271.B.& ſeqq.
Canon. 2. p.136.A
Canon. 8. p.277.C.1
Canon. 17. p.266.A.1
Canon.18. p.537.E
Canon.56. p.276.E
Canon.72. p.222.B
Canon.81. pag.239.D
Canon.82. vnde auctoritatem habeat. pag. 273. E
Canon.83. p.300.C
Act.12. & 14. p.129.B
Synodi V I I.Canon.1.explicatur. p.274.B
Act.4. p.350. A
Act. 5. *ibid.*6.& 7.C
Tarraconensis canon.1. p.283.E
Canon. 2. p.231.B
Canon. 2. p.233.D.1
Canon.3. p.136.D
Canon.8. p.447.D.2
Canon.9. p.492.B
Canon... p.10.D
Taurinensis canon.5. p.314 C
Canon.7. p.305.B.1
Canon. 7. p.422.B
Canon.1. p.207.D
Telensis canon... p.320.E.1
Toletani I. in princip. 87. D
Canon.1. p.314 B
Canon. 3. p.320. C.2
Canon.4. p.539.D.2
Canon. 5. p.239.A.2
Canon.8. p.458.A
Canon.9. explicatur. p.331.B
Canon.12. p.541.D.2
Canon.15. p.291.A
Canon.14. p.245.A.1
Canon.16. p.194.B
Canon.16. p.201.C.2
Canon.16 p.201.B.2
Canon.17. p.127.A
Canon.17. p.123.B
Canon. 17. p.117.E
Canon. 19. p.194.B
Canon. 20. p.543.E.2
Canon. 27. p.126.D
...Canon... p.538.B
...Canon... p.286.E
Toletani II. canon.1. p.314.C
Canon. 1. p.310 E.1
Canon.3. p.280.A
Canon.8. p.202.B.2
Toletani III. in princip. p.30 D
Canon.3. p.320.A.2
Canon. 5. *ibid.*p.314.C
Canon. 5. p.320.C.2
Canon. 7. p.494 E
Canon.10. p. 523.D
Canon. 11 p.309.D.1
Canon.14. p.200.C.2
Can.14. p.434.C
Canon.16. p.385.A
Canon.22. p.507.E
Canon.... p.20.D
Toletani IV. canon. 3. p.115.E
Canon. 4. p.23.D
Canon.4. p.30.E
Canon.41. p.280.C
Canon. 5. p.23.C
Canon. 18. p.537.E
Canon. 26. p.541.E.2
Canon. 35. p.247.E.2
Canon.42. p.284.B.2
Canon.48. *ibid.*314.C
Canon. 46. p.237.B.2
Canon. 46. p. 538. E
Canon. 52. p.202.A.1
Canon. 54. p.214.C.2
Canon.55. p.180.C
Canon. 55. p.200.D
Canon.55. p.458.C
Canon. 61. p.224.A
Canon.62. *ibid.*
Canon. 62. p.413.D.1

Index Canonum Conciliorum.

Canon. 65. p.221.B.1
Canon.64. p.434.C
Toletani. V I. in ptinc. p.208.A
Canon. 7. p.214.B.2
Canon.7.& 8. p.309.A.2
Canon.8. p.213.E
Canon. 8. p.180.B
Canon. 8. p.214.B.1
Toletani V I I. can.8. p.306.D.1
Toletani V I I I. can. 5. 314.C
Canon. 11. p.434. C
Canon. 12. p.224.B
Toletani I X. can.2. p.247.E.2
Canon. fin. p.208.B
Canon. 10. *ibid.*314
Toletani can.1. p.392.D
Ad fin. p.227. D
Toletan. X I. canon.11. p.112.B
Canon. 12. p.294.E.2. & p.294.A.1
Canon.12. p.310.B.1
Canon. 12. p.490.E.1
Canon. 13. p.34.D
Toletani X I I. canon. 2. p.310.B 1
Canon.3. P 422.E.2
Canon. 11. p.386 D
Canon. 11. p.269.D
Toletani X I I I. p.385.D.1
Canon.5. p.524. B.1
Canon.7. p.331.A
Canon. 10. p.309A.2
Toletani.XVI.canon.2. p.385.D
Canon.2. p.469..E
Canon.3. p.530.E.2
Canon. 6. p.293.A.1
Toletani X V I I. canon. 2. p.366. C.1
Canon. 2. p.374 B.2
Canon... explic. p.340.A.1
Sub Recar,can.2. p.331.A
Canon.26. p.201.E.2
Canon.2. p 545.D.2
Tridentini seſſ.5. p.420 B
Seſſ. 6. canon.4. p.511.C
Seſſ.11.can... & seſſ.24. c.12. p.549 B.2
Seſſ.21.can.1.de ref. p.238.E
Seſſ.22,de ref. can.22. p 232.A
Seſſ. 23 de ref.cap.8. p.260.B
Seſſ.22. de Miſſa. *ibid.*
Seſſ.24. de ref. can.1. p.426.E
Seſſ.24. de ref. c.1. p 429 C
Seſſ. 24. c. 8. p.122.B
Seſſ.24. de ref. cap. 9. p.428.C
Seſſ.24. c.2. p.63 E
Seſſ.24. can.7. p.168.C
Seſſ.24. de Matrim.can.9. p.102.C
S ſſ.24.canon.12. P.494.C
Seſſ.25. in princ. p.350.D
Triburienſis canon.12. p.366.E.1
Canon.12. p.375.A.2
Canon. 15. p.191.D
Canon. 23. p.201.C.1
Canon.23. p.202.A.1
Canon.23.& 26. p.201 C.1
Canon.35. p.243 C.2
Canon. 35. p.294.C.2
Canon.39. p.182.B
Canon.39. p.200.C.2
Canon. 44. p.179.E
Canon.46. p.168.A
Canon.... p.409.C.1
Troſleiani. can.9. p.185.F
Canon. 9. p.319.D
Canon.15. p.510.B.2
Trullenſis 6. can. 50. p.549.B.2
Canon.10. p.237 C.2
Canon.18.& 81. p.243.D.1
Canon.71. explicatur. p.200.E.2
Canon.73. p.364.B.1
Canon.81. p.240.D
Canon. 92. p.489.B.1
Vide Synod. V I.
Turonenſis I. can.1. pag.314.C
Canon.1.& 2. p.320.E.1
Canon. 3. p.181.A
Turonenſis I I. can.10. p.285.B.2
Canon.10.. p.181.B
Canon. 11. *ibid.*
Canon. 11. p.186.C
Cnon.13. p.257.E
Canon. 15. p.520.B.2
Canon. 19. p.337.A
Canon.20. p.317.D
Canon. 20. p.320.E.1
Canon.21. p.191.B
Canon. 22. p.474.A
Canon.26. p.539.E.2
....Canon. 2. p.305.A.2
....Canon. 21. p.194.A
....Canon. 13. p.524.A.2
....Canon. 13. p.283.C.2
Valentini in Gallia, can.2. p.201.E.1
Canon.4. p.535.E.2
Canon.15. p.422.E
Valentini in Hiſpania. canon.1. pagin.294 A. 2
Canon.1. p.397. E
Vaſenſis can.2. p.310.E.1
Venetici can.13. p.530.A
Vermerienſis,c.4. p.179.E
Vernenſis canon.3. p.209.B
Canon. 3. p.532.D.1
Canon. 7. p.375.A.1
Viennenſis in Gall.explic. p.336.D
Vormacienſis canon.8. p.310. E.1
Canon.10. p.513.B.& p.515.B
Canon.18. p.157.B
Canon.26. p.101.D.1
Canon.35. p.487.B
Canon. 37. p.155. A
Canon.37. p.414.C.1
Canon. 39. p.33.D
Canon.65. p.340.D.2
Canon.49. p.247.C.2
Canon. 67. p.231.B
Canon.67. & 69. p.253.C 1
Canon. 72. p.113.B
Canon.80. p.113.B
Canon.80. p.508.A
...Canon... explicatur. p.228.D.1

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

3-4-6

Digitized by Google

Digitized by Google